BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
F
19
NAPOLI

XXI.
F.
19.

Digitized by Google

Digitized by Google

MATTHÆI WESENBECII I. C.

COMMENTARIUS
IN
INSTITUTIONUM
JURIS
LIBROS QUATUOR.

Acceſſerunt in hac nova, & correcta impreſſione ſingulorum titulorum diviſiones, item opuſcula varia, quæ ſequens indicabit pagina.

PATAVII,

Ex Typographia Seminarii. Opera Auguſtini Candiani.

M. DC. LXXXVII.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

ELENCHUS CAPITUM,

QUÆ ACCESSERUNT,

AC SELECTARUM RERUM,

Quæ in ſingulis exarantur Capitibus.

CAPUT I.

De Urbe.

1 *De definitione Urbis in genere, & conditore Urbis Romæ.* fol. 1. col. 1
2 *De tempore fundationis, modo, ſitu, figura.* ibid.
3 *De Pomerio.* 1. col. 2
4 *De dilatatione Pomerii, & Collium munitione.* ibid.
5 *De portis Romuleæ Urbis.* 2. col. 2
6 *De XIV. portis Juſtiniano imperante.* ibid.
7 *De X. portis, quæ tempore Plinii erant.* 3. col. 2
8 *De tribus aliis portis 4. Romuleis additis.* 4. col. 1
9 *De VII. portis Urbis Leonianæ.* ibidem.
10 *De portis nunc exiſtentibus.* 4. col. 2
11 *De viis Romanis.* ibid.
12 *De via Flaminia.* 5. col. 1
13 *De via Æmilia.* ibid.
14 *De viis incidentibus in Flaminiam.* 5. col. 2
15 *De via Clodia, vel Claudia.* ibidem.
16 *De via Annia.* ibid.
17 *De via Auguſta.* ibid.
18 *De via Ciminia.* ibid.
19 *De via Amerina.* ibid.
20 *De via Semproniana.* ibid.
21 *De via Poſthumia.* ibid.
22 *De via Collatina.* ibid.
23 *De via Salaria.* ibid.
24 *De via Hoſtienſi.* 8. col. 1
25 *De via Portuenſi.* ibid.
26 *De via Vitellia, Aurelia, Cornelia, Triumphali, Pompeja, Domitia, & aliis viis incertis.* 8. col. 1
27 *De viis intra Urbem.* 8. col. 2
28 *De via Nova, Lata, Fornicata, Recta, Alta, Suburana, Piſcinaria, & Ælia.* 8. col. 2. & fol. ſeq.
29 *De Collibus Urbis Romæ.* 9. col. 1
30 *De Palatio.* ibid.
31 *De Capitolio.* 9. col. 2
32 *De Colle Quirinali.* ibid.
33 *De Monte Cælio.* 10. col. 1
34 *De Monte Exquilino.* ibid.
35 *De Viminali Monte.* 10. col. 2
36 *De Monte Aventino.* ibid.
37 *De Colle Hortulorum.* ibid.
38 *De Janiculo Monte.* 11. col. 1
39 *De Vaticano Colle.* ibid.
40 *De Monte Teſtaceo.* 11. col. 1
41 *De Collium ſtatu præſenti.* ibid.
42 *De Urbis Regionibus.* ibid.

CAPUT II.

De Civitate Romana.

1 De Civitatis definitione. fol. 12. col. 1

2 De primis Tribubus, & Curiis, ibidem.

3 De Patriciis, Plebe, Senatu, Equitibus, & Populo. ibid.

4 De reliquis Romuli inſtitutis. 13. col. 2

5 De re divina à Romulo inſtituta. 14. col. 1

6 De Romuli diverſis inſtitutis, ibidem.

7 De raptu Sabinarum, & primo Sabino bello. ibid. col. 2

8 De Tribuum, & Curiarum nominibus, & Comitiis Curiatis. ibid.

9 De Patriciis minorum gentium, & novis Senatoribus lectis, à quibus Patrum Conſcriptorum appellatio manavit. 16. col. 2

10 De Numa Pompilio II. Rege. 16. col. 2

11 De prima Latinorum religione. 17. col. 1

12 De Sacerdotibus Populi Romani, eorumque Miniſtris. ibid.

13 De Fratribus Arvalibus. 17. col. 2

14 De publicis Sacerdotibus. 18. col. 1

15 De Augure, Haruſpice, & Tribuno Celerum. ibid.

16 De Curionibus. ibid. col. 2

17 De Sodalibus Titienſibus, item de Flaminibus. d. col. 2

18 De Flamine Diali, Martiali, & Quirinali, item de Flaminibus Minoribus, Flamine Carmentæ, & Flamine Florali. 19. col. 1

19 De Flamine Palatuali, Falacre, Furinali, Vulturnali, Virbiali, Laurentiali, Laviniali, & Luculare. 19. col. 2

20 De Flamine Pomonale. 20. col. 1

21 De Virginibus Veſtalibus. ibid.

22 De Saliis Palatinis. 21. col. 1

23 De Virginibus Saliaribus. ibid.

24 De Fecialibus. ibid.

25 De Collegio Pontificum XV. cum Pontifice Maximo. d. col. 1. in fine.

26 De Saliis Agonalibus.

27 De XV. Viris ſacris faciundis cum Magiſtro. 21. col. 1

28 De Rege Sacrificulo, & Regina Sacrorum. 22. col. 1

29 De Sacerdotibus Bonæ Deæ fœminæ. ibid.

30 De Gallis Sacerdotibus Deæ Cybelis cum Archigallo. d. col. 1

31 De VII. Viris Epulonum. 22. col. 2

32 De II. Viris Ædis locandæ, faciendæ, & dedicandæ. d. col. 2

33 De II. Viris ædificandis ædibus ſacris incendio conſumptis, & de III. Viris Sacris conquirendis, doniſque perſequendis. ibid.

34 De Miniſtris Sacerdotum. 23. col. 1. & 2

35 De Tribubus omnibus. 24. & 25. cum ſeq.

36 De Comitiis Centuriatis. 26. col. 2 cum duob. fol. ſeqq.

37 De ſecunda Pop. Rom. ætate. 30. col. 1

38 De Magiſtratibus omnibus Populi Romani ab Urbe condita, uſque ad Conſtantinum Imperatorem. 31. uſq. ad 36

39 De Miniſtris Magiſtratuum. 37. & ſeq.

40 De Comitiis Tributis. 38. col. 2. uſq. ad 40

De

Digitized by Google

41 De *cauſis mutationum Reipub.* 40. *col.* 2. *uſq. ad* 42

42 *Quæ Civitatis conditio fuerit, communicato Plebi altero Conſulatu.* 42. *col.* 2

43 De *cauſis excidii Reipub. Romanæ.* 43. *colum.* 1

CAPUT III.

De Imperio Romano.

1 De *Imperii ſub Regibus incremento.* 44. *uſq. ad* 47

2 De *jure Civitatis Romanæ, & quid ſit Civis Romanus.* 48. *col.* 1

3 De *jure Municipum cum ſuffragio, & ſine ſuffragio.* 49. *& ſeq.*

4 De *jure Coloniarum.* 50. *columna* 1

5 De *jure Latii.* *ibid. col.* 2

6 De *Præfecturis.* 51. *col.* 1

7 De *Coloniis, & Municipiis.* 52

8 De *fœderatis Civitat. Foris, & Conciliab.* 55

9 De *Provinciis Pop. Rom. extrà Italiam.* 56

10 De *Coloniis Romanis extrà Italiam.* 65

11 De *nova Imperii Romani diviſione cum Provinciis omnibus in* Diœceſes *diſtinctis.* 68

12 De *Magiſtratibus, & Provinciis Imperii Orientalis.* 72. *in fine.*

13 De *Imperii Romani excidio.* 75. *col.* 1. *circa med.*

CAPUT IV.

De Hiſtoria, ſeu Progreſſu Juris Civilis Romani.

1 De *jurisprudentia ſub Regibus.* 79

2 De *jurisprudentia ſub Libera Republica.* 80. *col.* 1

3 De *jurisprudentia ſub Imperatoribus.* 81. *col.* 1

4 De *Juriſconſultis.* 82. *col.* 2

5 De *diverſis Juriſconſultorum ſectis.* 84. *col.* 1. *in fin.*

6 De *Juſtiniani operibus, ſeu corpore juris civilis.* 84. *columna* 2

7 De *Fato Juſtinianeæ jurisprudentiæ.* 85. *col.* 1

CAPUT V.

De Brevi Juriſconſultorum Hiſtoria. Fol. 87.

CAPUT VI.

De Faſtis Conſularibus. Fol. 101.

CAPUT VII.

Imperatorum Tabula.

1 De *Imperatoribus Romanis.* 122

2 De *Orientalibus.* 124

3 De *Occidentalibus.* 128

CAPUT VIII.

Index Hiſtoricus Rerum Romanarum, Civilium, & Bellicarum. Fol. 131.

CAPUT IX.

De Triplici Indice, Juriſconſultorum, Librorum, ac Materiarum Juris, quas I. C. ſcripſere.

T Y.

TYPOGRAPHUS
LECTORI
SALUTEM.

INſtitutiones Juris Civilis ad ejus ſtudium, cognitionemque tendentibus eſſe maximè neceſſarias nemo non novit, qui vel primoribus, quod dicitur, labris hanc ſcientiam guſtaverit. Has, ut alii quamplures Juris Interpretes præſtantiſſimi, ſic Matthæus Weſembecius notis omnium eruditiſſimis illuſtravit: quas, cum raræ admodum invenirentur, abundantioribus, ac novis typis impreſſas, quamque fieri potuit diligentiſſimè purgatas in clariorem edidi lucem, ut hoc tute LECTOR CANDIDE commodo fruereſe.

Sed quoniam ordo eſt, qui memoriæ maximè lucem affert: Cic. de Orat. ideò abſolutiſſimam ſingulis titulis addidi diviſionem à JOANNE BAPTISTA CEFFIS Bergomenſi I. C. confectam, viro ſanè omnibus cùm natura, tùm doctrinæ præſidiis ornato, cui in rebus explanandis propter ordinis pulchritudinem, & claritatis elegantiam non facilè parem invenire eſt, quo in omnium rerum tractatione diligentior, accuratior, abſolutior non deſideratur.

Huic etiam impreſſioni quædam acceſſerunt opuſcula, quæ tabula ſuperior indicavit.

Primum de Urbe, Civitate, & Imperio Romano ex variis Auctoribus, juxtà monitum Caji I. C. in l. 1. ff. de Orig. jur. Juri, nempe, Civili operam daturus ab initiis Urbis Romæ exordium ſumere debet.

Secundum, in quo brevem, & ordinatam Juris Hiſtoriam à Jacobo Gothofredo in ſuo ἐγχειριδίῳ conſcriptam repetimus, cum idem Cajus in d. l. 1. ff. de Orig. jur. putet eſſe inconveniens omiſſa juris civilis origine, illotis veluti manibus, protinus materiam interpretationis tractare.

Tertium Juriſconſultorum continet deſcriptionem ſtudio prædicti JOANNIS BAPTISTÆ CEFFIS collectam, quoniam in Hiſtoria Juris, & aliis legalium voluminum locis eorum fit mentio: ſic enim & qui de Philoſophia ſcribunt, nobiles Philoſophos enumerant, & qui de Rhetorica præcipiunt, claros Oratores, & Rhetoras colligunt, ut Cic. in Bruto.

Addita ſunt & nomina Coſſ. qui leges rogarunt, & Impp. qui eas promulgarunt: non enim parvi eſt momenti ad legum cognitionem ſcire, à quo ipſæ factæ ſint, earumque tempora.

Clauditur tandem hoc volumen Hiſtorico Giphanii indice, in quo de Anti-

qui-

quitate plurima ad juris Hiſtoriam ſpectantia leguntur, cum Antiquitatis cognitio aliarum omnium jucundiſſima, ac præſtantiſſima ſit. Quare Cic. in Bruto, *aliiſque locis legum ſcientiam cum antiquitatis cognitione conjungit.*

Huic Indici alii tres breviſſimi ſuccedunt de variis juris materiis, quas Juriſconſ. in tertio opuſculo recenſiti ſcripſerunt; hi namque indices & ad facilitatem neceſſarii, & ad claram, perfectamque legum, earumque inſcriptionum cognitionem perutiles viſi ſunt.

Te interim hortor C A N D I D E L E C T O R, ut non aliquam modò opuſculorum partem pervolvas, cum rei alicujus, quam fortaſſis ignores, inciderit mentio, ſed ut conſultò, ac ſtudioſè perlegas omnia, cum à ſtudio juris, & legum dies aliqua, aut hora vacaverit. Vale.

RESPU-

RESPVBLICA ROMANA

Ex Panvinio, Sigonio, & aliis, in gratiam Studioſæ Iuventutis.

LIBER PRIMVS.

VRBS ROMA

CAPUT PRIMUM.

DE VRBIS ROMAE DEFINITIONE, ET CONDITORE.

VRbs in genere definitur à Cic. 1, *de Rep.* Tectorum conjunctio locis, manuque ſepta, delubris, & ſpatiis communibus diſtincta, in qua cętus fit hominum juris conſenſu, & utilitatis communione ſociatus.

Inter Urbes pulcherrima, florentiſſima, potentiſſima Roma fuit: lux orbis terrarum, atque arx omnium gentium ab Oratoribus, & Hiſtoricis appellata eſt. Ob eam rem, ac præſertim, quod fuerit domicilium clariſſimi Imperii, præ cæteris aliis Urbibus ingenium Eruditorum ad ſui deſcriptionem, & aliis temporibus excitavit, & hodierna die excitat.

Romanam Urbem Dionyſius, & Marcellus I. C. intelligunt non ſpatium illud ſolum, quod eſt aut Pomerio, aut Mœnibus circumſcriptum, ſed etiam ſuburbana ipſa continentia cùm Muris Urbis ædificia.

Conditor Romæ Romulus fuit ex Familia Silvia filius Rheæ, & Amulii patrui, qui Martis ſpecie Virginem compreſſerat.

De Tempore fundationis Modo, Situ, Figura.

FUndamenta jecit ſextæ Olympiadis anno tertio xi. Kal. Maii, ideſt Parilibus, feſto inquam die Palis Deæ Paſtorum. Celebrabantur hęc Feſta à Paſtoribus pro partu pecorum, unde Parilia, vel ad lupos arcendos, & morbos pellendos, undè etiam Palilia nominata ſunt.

Jecit auſpicatò; aſcendit enim Palatium Remo fratre aſcendente Aventinum Collem, ut inſpiceret, utrùm ſibi, an fratri aves imperium Urbis portenderent, & Remo ſex vultures priùs apparuerunt, Romulo paulò poſt duodecim. Auſpicia ab avibus aſpiciendis dicta ſunt.

Jecit in occidentalibus partibus Italiæ juxtà fluvium Tiberim, & in Monte Palatino.

Jecit in figura quadrata.

CAPUT II.

De Pomerio.

APud Hetruſcos in uſu fuit Urbis Pomerium. Ejus definitio his verbis habetur apud Livium li. 1. *Pomœrium verbi vim ſolam intuentes Poſtmœnium interpretantur eſſe. Eſt autem magis circà Murum locus, quem in condendis Urbibus quondam Hetruſci, quà Murum ducturi erant, certis circà terminis inauguratò conſecrabant, ut neque interiore parte ædificia Mœnibus continuarentur, quæ nunc vulgò etiam conjunguntur, & extrinſecùs puri aliquid ab humano cultu pateret ſoli. Hoc ſpacium, quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis, quod poſt Murum eſſet, quam quod Murus poſt id, Pomœrium Romani appellarunt.* Etymologia autem varia eſt. Aliis placet Pomœrium per œ ſcribi, & deduci à Mœnibus, quaſi dicatur Poſtmœnium, quia poſt Mœnia extiterit: aliis ſcribi quidem per œ, ſed deduci à Mœro, quo vocabulo Veteres pro Muro utebantur: aliis, & uſitatiùs ſcribi per e Pomerium, & deduci à noſtro vocabulo Murus, quaſi dicatur Pomurium, quod eſſet ponè Muros.

De dilatatione Pomerii, & Collium munitione.

ANtiquiſſimum Romæ Pomerium Palatii tantùm radicibus terminabatur, ſed pro incrementis Reipublicæ poſteà ſæpiùs dilatatum eſt.

Proferendi Pomerii jus habebat, qui Rempublicam agris de hoſtibus captis auxerat.

Ne finitimi Colles hoſtium aliquando arces eſſent, ex quibus Romam vexarent, varii à variis Regibus, & Principibus muniti ſunt.

Aliud eſt Pomerium dilatare, aliud Colles munire.

Romulus Rex primus Montes Capitolinum, & Quirinalem initio firmavit, deindè etiam Cœlium Collem munivit. Ipſe in Palatio habitavit.

T. Tatius Sabinorum Rex ęquo jure in Regnum à Romulo adſcitus eſt. Hic veteris Urbis Pomerio Capitolium, & Forum Romanum addidit: & etiam Quirinalem Collem addita cuſtodia firmavit. Capitolium & habitandum dedit Sabinis, qui ſecum Romam commigraverant, & ipſe habitavit.

Numa Pompilius Pomponii filius Rex ſecundus, ſi Dionyſio credere volumus, Quirinalem Collem Urbis circuitu incluſit.

T. Hoſtilius Hoſtii filius Rex tertius Alba Longa diruta, Cælium Montem Pomerio addidit, & Albanis in Civitatem receptis colendum aſſignavit.

Ancus Martius Numæ filius Rex quartus Politorio Latinorum Urbe exciſa, Latiniſque in Civitatem adſcitis Montem Aventinum habitandum conceſſit, quem tamen tanquam ominoſum ob Remi mortem Urbis Pomerio non incluſit.

Lucius Tarquinius Damarati filius Priſcus Rex quintus Urbis Muros ruderibus, vilibuſque ſtructuris ad eam diem ædificatos, primus cępit ſaxis magnis Albano, Tiburtino, & Pręneſtino ad regulam formatis extruere, quos Servius Tullius Rex perfecit.

Ser. Tullius Ser. filius Rex ſextus Exquilias, Quirinalem, & Viminalem Montes Urbis Pomerio adjunxit. Romam, ideſt ſeptem Colles, Aggere, Foſſis, & Muro lapideo circumdedit.

L. Tarquinius Luc. filius Superbus Rex ſeptimus immenſo ab Oriente Aggere addito Romam tutiorem fecit.

L. Cornelius L. F. P. N. Sulla Fœlix Dictator, primus poſt Reges Urbis Pomerium protulit.

C. Julius C. F. C. N. Cæſar Dictator.
Imperator Cæſar D. F. C. N. Auguſtus.
} Urbis ambitum adauxerunt.

Tiberius Julius D. Aug. F. D. N. Cæſar Aug. Caſtra Pretoria, quibus Pretorianę cohortes vagæ ante id tempus, & per hoſpitia in Urbem diſperſæ continerentur Urbis Muris, inter Portas Viminalem, & Gabiuſam, alias Tiburtinam adjunxit.

Tib. Claudius Druſi filius Cæſar Aug. Germanicus Aventinum Montem Urbis Pomerio incluſit.

Nero Claudius Cæſ. Aug. Germ.
Imper. Cæſar Nerva Trajanus Auguſtus.
} Urbis Pomerium protulere.

Imp. Cæſar L. Domitius Aurelianus Auguſtus Murorum Urbis ambitum Campo Martio incluſo ampliavit.

Imp. Cæſar Fl. Conſtantinus Max. Aug. Caſtro Pretorio exciſo Urbis ambitum ampliorem fecit.

Imperatores Cæſares Flavii Arcadius, & Honorius Aug. Muros Urbis vetuſtate dilabentes reſtituerunt.

S. P. Q. R. Urbis Męnia temporum injuria collabentia, ex auctoritate Regis Italiæ Theodorici Amali refecit.

Fl. Beliſarius Patricius V. C. ſub Imp. Juſtiniano Aug. tertiam Murorum Urbis partem bello Gothico à Totila Rege disjectam refecit.

In qua reſtitutione antiquæ Murorum concinnitatis, & elegantiæ, veteriſque Pomerii rationem habere non potuit ob temporis celeritatem. Totilam enim denuo cum ingenti exercitu ad Urbem venientem verebatur, ita ut noſter Murorum Urbis ambitus aliquot locis antiquo major, aliquot verò minor, aliquot autem antiquis adhùc fundamentis ſitus credi poſſit.

Fl. Narſes V. C. Urbis Mœnia vetuſtate, & ruinis quaſſata ſub Juſtiniano, & Juſtino Juniore Aug. quorum in Italia exactis Gotbis Præfectus fuit, firmavit.

Gregorius II.
Hadrianus I.
Pontifices Maximi Muros Urbis temporis diuturnitate conſumptos additis Turribus reſtituerunt.

Leo IV. Męnia Urbis refecit, quindecim Turres addidit, Vaticanum Montem, in quo ſita eſt Baſilica Principis Apoſtolorum, aucto Murorum ambitu cinxit, quos poſtea temporum injuria collabentes variis temporibus ſua impenſa reſtituerunt Urbanus V. Nicolaus V. Martinus V. Pius II. Paulus II. Sixtus IV. Alexander VI.

Paulus III. novum Murorum Urbis ambitum inchoavit, quem imperfectum reliquit. Paulus IV. additis tota Urbe Aggeribus, terreiſque Propugnaculis Romam munivit. Noviſſimè verò Urbanus VIII. Civitatem Leonianam amplis Propugnaculis tutiſſimam reddidit.

Bonifacius IX. Pont. Max. primus Molem Hadriani munivit, quam poſtea

Alexander VI. additis, Foſſa, Aggeribus, latioribuſque Propugnaculis tutiorem fecit. Poſtremo Paulus IV. amplioribus Propugnaculis tutam reddidit.

C A P U T III.

De Portis Romulea Urbis.

VRbem quatuor Portas habentem Romulus reliquit. Prima fuit Porta Mucionis versùs Arcum Titi. Nomen habuit à mugitu, quod ea pecus in Bucitatum antiquum Oppidum agebant. Alias Trigonia dicta eſt à tribus angulis, ex quibus conſtabat.

Altera fuit Romanula propè Velabrum ducens in Navalia. Dicta eſt à Sabinis etiam Romana. Utrumque nomen habuit à Roma, quod ea proximus aditus erat Romam.

Tertia fuit Janualis in foro Romano appellata à Jano, quod illic poſitum eſſet ſignum Jani. Sabiuſa etiam, quia in Sabinos ducebat, dicta eſt. Poſt Porta vetus Palatii vocata eſt.

Quarta fuit Carmentalis. A Carmenta, cujus Fanum ibi eſt, nomen habuit. Poſt Sceleratæ nomen meruit, quod per eam ſex, & trecenti Fabii cùm clientium millibus quinque egreſſi adversùs Hetruſcos, ad amnem Cremeram omnes interfecti fuere. Aliàs Tarpeja vocata eſt à Colle Tarpejo, quo nomine Capitolinus nominatus etiam eſt.

De XIV. Portis, Juſtiniano imperante.

DIverſis temporibus ſingulis Pomerii dilatationibus diverſæ Portæ additæ ſunt.

Et in primis ab Anco Flumentana, quę ſic appellata fuit, quod Tiberis pars eà flueret. Erat antiquitùs ad Tiberis ripam circa loca, ubi nunc ſunt Ædes Farneſiorum, vel non longè à Campo Floræ è regione Murorum, quos Ancus in Janiculo erexerat. Nunc Viæ Flaminiæ impoſita eſt in Colle Hortulorum fortaſsè ab Aureliano, quando ea parte Urbis Mœnia propagavit. Hinc Flaminia appellata diù fuit. Nunc Porta Populi vocatur à concurſu Multitudinis.

Alia Porta eſt Collatina nominata à Collatia, quod ab ea opes aliarum Civitatum Collatiam collatæ indè Romam transferrentur. A proximis etiam Pinciorum Ædibus dicta eſt Pinciana. Antiquitùs non longè à Campo Floræ collocata erat, & conjuncta cum Flumentana: nunc ſupèr Hortulorum Collem jacet, eòque fortè ab Aureliano translata eſt.

Collatioam proxime ſequitur Agonenſis hoc nomine vocata, quod inundato Circo Flaminio Agonales Ludi extra eam ſint translati. Appellata etiam fuit Qoirinalis, vel quod ea in Collem Quirinalem itur, vel quod proximè eſt Sacellum Quirini. Poſt Collina dicta eſt vel à Collibus Quirinali, Exquilino, & Viminali, vel ab Urbis Tribu, quæ Collina nominabatur. Denique Salaria vocata eſt à via Salaria. Situm habebat in Collina Urbis regione.

Viminalis Porta à Servio Tullio facta, ſita eſt in Colle Viminali, & indè nominata. Interaggeres etiam ab Aggeribus Tarquinii, & Nomentana à Porta, & Ficulenſis à ſiglinis, quæ extrà ipſam fiebant, dicta fuit. Nunc Porta S. Agnetis ab ejus Æde proxima dicitur.

Eſt etiam Romæ Porta Gabioſa, vel Gabina, qoæ à Gabiis nomen accepir. Et Tiburtina à Via dicta eſt. Nunc tamen S. Laurentii dicitur. Jacet ad Cœlium Montem.

Exqoilina Gabinæ ſoccedit à Colle Exquilino dicta, & à Servio aliis addita. Vocata etiam fuit à Via Labicana Porta Labicana, & Pręneſtina à Via Pręneſtina. Taurina etiam à capite tauri illic invento, & Męcia, ſeù Mutia vocata eſt à Familia Męcia, ſeù Mutia. Nunc dicitur Major ab ędificii magnificentia, ab Aquæ inquam Claudiæ Caſtello. Antiquitùs in Exquilino ſita erat, poſt ad Caſtellum Aquę Claudiæ collocata à Beliſario fuit, quo tempore Urbis Muros à Gothis diſiectos reſtituit.

Proxima Exquilinæ fuit Porta Cælimontana à Monte Cœlio cognominata, in cujus parte ſita eſt. Poſterioribus temporibus Aſinaria dicta eſt ab aſinis, qui per eam Neapolim mitti conſueverunt. Valeria etiam à Via dicta eſt. Hoc tempore Portam S. Johannis vocant.

Cælimontanam ſequitur Ferentina hoc nomine appellata, quod ad Ferentinos duceret. Poſteà Latina dicta eſt, qood in Latium mitteret. Sita eſt non procul ab Æde S. Jo: Baptiſtæ.

Non longè poſt Latinam extat Porta Capena. Dicta eſt à Civitate Capena, quam Italus Rex Siciliæ juxtà Albam condidit, vel à Lucis Capenis. Vocata etiam fuit Camæna ab Æde Camænarum antè ipſam ædificata. Dicta etiam eſt Appia à Via Appia. Triumphalem quoquè nominabant, quòd triumphantes per eam pompam ducerent. Nunc Sancti Sebaſtiani Porta dicitur.

Erat & Porta Trigemina ſic dicta, quòd per eam tergemini Horatii contrà Curiatios egreſſi ſunt. Vocata etiam fuit Hoſtienſis à Via, quæ Hoſtiam ducit. Nunc Porta S. Pauli vocatur. Antiquitùs fuit ad Aventini radices non longè ab Æde S. Mariæ in Coſmedin: recepto autèm intrà Pomerium Aventino translata eſt ab Imperatore Claudio eo loci, ubi Teſtacii planicies primùm ingredi incipit: poſtremò à Beliſario in eo ſitu, in quo nunc eſt, locata fuit.

Hæ decem Portæ citrà Tiberim ſunt. Alię etiam trans Tiberim in Pomerii dilatatione fabricatæ fuerunt.

Una eſt Portuenſis ſic dicta, quia ad Portum Hoſtienſem ducit. Olim Navalis vocabatur à proxima navium ſtatione. Hodiè Porta Ripæ dicitur.

Altera eſt Janiculenſis cognominata à Janiculo. Nunc à proximo templo S. Pancratii Pancratiana, vel Porta S. Pancratii vocatur. Eſt in dorſo Janiculi.

Tertia eſt Fontinalis, quia conjungitur Monti Aureo, ex quo fontes ſcatent. Subtus Janum hodiè vocatur, quia Janiculo ſubjacet. Etiam dicta eſt Septimiana à Septimio Imperatore.

Tredecim Portæ enumeratæ noſtra etiam ætate cernuntur.

Aurelia haud procul erat ab Hadriani Mole. Dicta eſt vel à Via Aorelia, quæ per eam exibat, vel à Tribunali Aurelio. Hæc noſtro ſæculo eſſe deſiit.

Atque hæ quatoordecim Portæ ſunt, quæ Juſtiniano imperante ſupererant.

De X. Portis, quæ tempore Plinii erant.

PLinius *lib.* 3. *cap.* 5. refert, Romam ſuo tempore 24. Portas habuiſſe. Enumeratis igitur hæ addendæ videntur.

Querquetularia, vel Querquetulana. Dicta eſt, quod Querquetum intra Muros Urbis juxtà ſe habuerit. Fuit in Viminali propè Caſtrum Prætorium.

Piacularia, ſic dicta propter aliqua Piacula, quæ ibi fiebant.

Catularia, quæ ſic vocata eſt, quia non longè ab ea ad placandum Caniculæ Sidus frugibus inimicum ruſæ canes immolabantur, ut fruges flaveſcentes ad maturitatem perducerentur.

Minucia, quę à Sacello Minucii nomen habuit.

Mugiona, quæ à Mugio quodam dicta eſt, qui ei tuendæ præfuit. Non procul à Via Nova versùs Aventinum fuit. Vel, & fortaſsè meliùs, Romuli Porta Mugonia, ſeù Mucionis hæc eſt non procul ab angulo Palatii in inſimo Clivo Victoriæ, in Hortis Ædis D. Mariæ Novæ.

Sanqualis, ab avis nomine vocata, quæ Oſſifraga dicitur. Proxima erat Ædibus Anci.

Nævia à Nemoribus Næviis dicta eſt. Sita erat inter Portam Capenam, & Tiberim. Ab aliis creditur Labicana, ab aliis ea, quæ nunc Major vocatur.

Raudu ſcula, quæ ſic vocata fuit, quod ærata eſſet. Æs enim raudus dictum eſt à veteribus.

Digitized by Google

A Victore cùm Vico Portæ Næviæ in regione XII. Piſcinæ publicæ numeratur.

Lavernalis, quæ dicta eſt ab ara Lavernæ, quod Ibi ara hujus Deæ exiſteret.

Libitinenſis, quæ à Libitina eſt appellata, quod per eam cadavera mortuorum ad ſepulcrum efferrentur. Inter Capenam, & Tiberim ſita erat. Feneſtralis, quæ nomen accepit ab ea feneſtra, per quam Tanaquil Populum alloquuta eſt, ut Servius Rex declararetur, potiùs Palatii, quam Urbis Porta fuit.

Porta etiam Triumphalis ſub Vaticano trans Tiberim extrà numerum erat, & à Via Triumphali vocitata eſt. Vaticana etiam dicta eſt.

De tribus aliis Portis, quæ quatuor Romuleis additæ fortaſsè ſeptem illæ erunt, quas Plinius ſuo tempore deſiiſſe exiſtere ſcribit.

IDem Plinius eodem in loco, In quo aſſerit Romam habuiſſe 24. Portas, aſſerit etiam ſeptem ſuo tempore deſiiſſe exiſtere. Hæ fortaſsè fuerunt quatuor Romuleæ, & tres ſequentes.

Saturnia, quæ ſub Capitolio, vel propè Capitolium fuit. Dicta eſt Saturnia à Templo Saturni, à quo non longè aberat. Dicta deindè Pandana fuit, quod ſemper pateret ad res, quæ in Urbem ferebantur. Ob eandem fortaſsè cauſam Libera vocabatur, vel ab Æde Liberæ, ideſt Proſerpinæ.

Salutaris, cognominata ab Æde Salutis, quę ei proxima eſt; in Quirinali jacebat.

Ratumena, quæ nomen habuit ab illo Ratumena, qui ludicro certamine à Vejis Romam uſque quadrigis victor, conſternatis equis, & in Capitolium currentibus excuſſus Romæ periit. Dicebatur etiam Vientana fortè ab eadem Urbe Vejorum.

Cùm his tribus Panvinius Stercorariam deſcribit, quæ dicta fuit, quod Angiportum Clivi Capitolini clauderet, in quem ſtercus ex Æde Veſtæ deferebatur. Erat Porta Capitolii, non Urbis.

De ſeptem Portis Urbis Leonianæ.

NOviſſimis temporibus aliæ Portæ conſtructæ ſunt in Urbe Leoniana, ſeu in Burgo S. Petri.

Una fuit S. Spiritus.

Altera Poſterula, alias Turrionis. Dicta eſt Poſterula vel à Poſterulone Saxone ibi habitante, vel quia poſita eſt in parte poſteriore Urbis. Dicta fuit Turrionis à Turrione extra ipſam exiſtente. Nunc vulgo dicitur de Cavalli leggieri ab hominibus equorum levium cuſtodibus.

Tertia Pertuſa, quaſi perforata, quia extrà ipſam alia major Porta eſt, quæ non clauditur, undè prò foramine reputatur.

Quarta Palatii.

Quinta Viridaria, alias Julia.

Sexta S. Peregrini, vel S Petri.

Septima S. Angeli propè Molem Hadriani, alias Porta Caſtelli.

De Portis nunc exiſtentibus.

EX enumeratis, deſcriptiſque Portis noſtra ætaté in univerſum 20. extant, antiqui nominis, & loci 13. recentioris ſeptem; & ſunt Flaminia, & Collatina ad Septentrionem, Collina, & Viminalis ad Ortum vernum, Gabiuſa, & Exquilina ad Ortum æſtivum, Cælimontana, & Latina ad Ortum byemalem, Capena, & Trigemina ad Meridiem, Navalis, Janiculenſis, & Septimiana ad Occaſum. Reliquæ ſeptem Urbis Leonianæ ſunt, quas proximè nominavi.

CAPUT IV.

De Viis Romanis.

NUlla gens fuit, quæ publicæ Civium commoditatis, & Urbis ornamenti ſtudioſior extiterit, quàm Romana. Hinc orta eſt magnificentia admirabilis Viarum, quæ tota Italia ſtratæ fuerunt.

Viis faciendis, vel ſarciendis primarii Cives præpoſiti ſunt, & primò quidem Cenſoria dignitate ornati. Deinde Cenſoribus aliis rebus pro officio occupatis creatus eſt alius Magiſtratus, qui Quatuorviri Viarum curandarum vocabantur. Poſtremò his non ſufficientibus creſcente numero Viarum, ſingulis, vel duabus, aut tribus, & pluribus Viis pro temporis neceſſitate ſinguli Cives præpoſiti ſunt, & Curatores earum Viarum appellabantur.

Curatores Viarum vectigalia earundem certis hominibus locabant. Hi Mancipes dicti ſunt, quod vectigalia à viatoribus manu caperent, vel Redemptores, quod eadem ab iiſdem redimerent. Viarum quædam extrà Urbem, quædam intrà initium habuerunt. Intra fuerunt Flaminia, Præneſtina, Labicana, Campana, Appia, & Ardeatina. Reliquæ omnes à Portis incipiebant.

Primi omnium Q. Fulvius Flaccus, & A. Poſthumius Albinus Cenſores anno Urbis 580. Coſ. Sp. Poſthumio Albino Paullulo, & Q. Mucio Scęvola, Vias ſtraverunt ſilice in Urbe, glarea extrà Urbem ſubſtruxerunt, & marginarunt.

Poſteà tàm extrà, quàm intrà Urbem ſilice à variis Civibus ſtratæ ſunt.

In Viis conſtitutæ fuere columnæ lapideę, quę dimenſo Viarum ſpacio ſingulis intervallis poſitæ ſignum milliariorum præ ſe ferebant. Hinc manavit origo dicendi *Tertio, vel quarto ab Urbe Lapide* pro tertio, vel quarto milliario. Author fuit C. Gracchus.

Viæ nomina à variis caſibus ſortiebantur, aliæ ab authoribus, ut Flaminia, aliæ ab Urbibus, ad quas deducebantur, ut Collatina, aliæ à Provinciis, ut Campana, aliæ à diverſis eventibus, ut Triumphalis, Fornicata &c.

Tàm latæ quædam Viæ fuerunt, ut plauſtra duo ex adverſo invicem occurrentia caperent: tàm longæ, ut Provinciarum terminos attingerent.

De Via Flaminia.

PRincipem locum obtinet Via Flaminia, quæ ſtrata ſuit à C. Flaminio iterum Conſule in Cenſura, quam cùm L. Paullo anno Urbis 533. geſſit, ex manubiis Gallorum, de quibus triumphavit. Hic Flaminius ille eſt, qui apud Lacum Traſimenum cùm 15. millibus Romanorum Bello Punico ſecundo ab Hannibale cæſus fuit.

A porta Flumentana initium habuit, per Tuſciam, & Umbriam tranſibat, & uſque Ariminum protendebatur.

Hujus viæ per Umbriam, & inter Ocriculum, & Romam adhuc multa veſtigia apparent.

Ejus Curator olim fuit Q. Marcius Thermus. Cicer. *Epiſt.* 1. *ad Atticum*.

In hac Via fuit Sepulcrum Pantomimi Paridis Ægyptii Neronis Liberti, de quo Martialis *lib.* 11. & Glauciæ Liberti Melioris, de quo idem *lib.* 6. agit.

Nunc etiam plurima cernuntur Sepulcra, quæ vetuſtate conſumpta vix cognoſci poſſunt.

In ea fuit ad nonum Lapidem Villa Cæſarum, quæ Ad Gallinas dicebatur, & Lauretum, unde Cæſares triumphaturi Laureas decerpebant. Aquila enim prætervolans demiſit Gallinam albam ramulum Lauri roſtro tenentem in gremium Liviæ Druſillæ poſt Auguſti nuptias ſtatim Vejentanum ſuum reviſentis. Haruſpices juſſere nutriri Gallinam, ex qua tanta pullorum Soboles provenit, ut hodiè quoque Ad Gallinas ea Villa vocetur. Juſſere etiam Ramulum ſeri, ex quo tanta pullorum Soboles provenit, ut triumphaturi Cæſares inde Laureas decerperent. Inde fuit mos triumphantibus alias confeſtim ibidem ſerere, & ſub cujuſque obitum Laurus ab ipſo inſtituta elanguebat. Noviſſimo igitur Neronis anno Sylva omnis exaruit: imò etiam Gallinæ omnes interiere.

In eadem erant Clitellæ, ideſt loca quædam devexa ſubinde, & acclivia ad ſimilitudinem Clitellarum, quæ imponuntur mulis.

In eadem fuit locus Saxa rubra appellatus, de quo mentio eſt apud Cornelium Tacitum.

In eadem paulò extrà Urbis Mœnia Julius tertius Papa ſumptuoſiſſimo, & mirabili opere Villam Juliam exædificavit.

De Via Æmilia.

DUæ Viæ Æmiliæ fuerunt. Primam ſtravit M. Æmilius M. F. Lepidus in primo Conſulatu, quem cùm C. Flaminio filio ejus Flaminii, qui ad Traſimenum cecidit, anno Urbis 567. geſſit. Hic ille Æmilius eſt, qui fuit Pontifex Maximus, iterum Conſul, Cenſor, & Princeps Senatus ſexies.

Prima hæc Via initium habuit ab Arimino, & Aquilejam uſque, ducto in gyrum opere circà radices Alpium, perducta eſt.

Alteram ſtravit M. Æmilius Scaurus ex manubiis Gatiſcorum, & Ligurum. Hic Conſul, Cenſor, & Princeps Senatus fuit.

Hæc Via per Piſas, & Lunam uſque Sabatios protendebatur.

De Viis incidentibus in Flaminiam.

CAſſia Via dicta eſt à Caſſio, qui eam ſtravit. Incidebat in Flaminiam, & ab ea dividebatur extrà Pontem Milujum.

Sutrium, Vetrallam, Viterbium, & Vulſinios mittebat.

Hujus Viæ rudera quædam inter ipſa Oppida adhuc extant.

De Via Clodia, vel Claudia.

ET hæc in Flaminiam incidebat. A Claudio ſtrata fuit. Incipiebat à Roma, & Lucam uſque perducebatur.

De Via Annia.

HÆc quoque vel Flaminiæ conjuncta fuit, vel ab ea incæpit.

De Via Auguſta.

VIa Auguſta non procul à Flaminia erat, & in Anniam incidebat. Fuit in Faliſcis.

De Via Cimina.

HÆc Caſſiæ, & Flaminiæ propinqua fuit, & petebat Colles, Lacuſque Ciminos, à quibus nomen accepit.

De Via Amerina.

AMerina Via ex Flaminia diſcedens Ameriam ducit, undè dicta eſt.

De Via Sempronia.

SEmpronia oritur Fulginei in Umbria ex Via Flaminia, & uſquè ad Forum Sempronii protenditur, à quo denominata fuit.

De Via Poſthumia.

POſthumia in Gallia Togata fuit non procul à Bebriaco vico Veronenſium. Versùs Flaminiam, & Æmiliam ſtrata erat. Atquè hæ omnes Viæ ad Flaminiam pertinebant.

De Via Collatina.

VIa Collatina exit à Porta Collatina, & non procul ab ea in Salariam incidit.

De Via Salaria.

SAlaria initium habuit à Porta Collina, ſic dicta quia per eam Sal à mari Sabini deferebant, & in Sabinos perveniebat.

In hac Via fuit Templum Honoris. Lamina enim

ad eam ioventa eſt, in qua ſcriptum erat *Domina Honoris*, & ea cauſa fuit hojus Ædis ædificandæ.

Ad ſecuodum Lapidem fuit inſigne, & magoificum Sepulcrum Licini tonſoris Auguſti.

Propè Anienis ripas fuit etiam Sepulcrum C. Marii ſeptimùm Conſulis.

Ad tertium Lapidem extat Pons Salarius ſuprà Anienem, qui à Totila diſiectus à Narſe reſtitutus eſt.

Ad Lapidem XI. propè Alliam flameo Galli Senooes Romanos vicerunt. Quarè inter Viam Salariam, & Tiberim Lucus permagnus fuit, in quo Romani Lucaria Feſta celebrabant, quod fugieotes è prælio ibi ſe occultaſſent.

De Via Quinctia.

QUinctia erat è regione Viæ Salariæ, & Palatio proxima. Quibuſdam eadem cùm Nomeotana viſa eſt.

De Via Junia.

HÆc Via jiſdem in regionibus, quibus Salaria, fuit.

De Via Nomentana.

INcipit à Porta Viminali, & Nomentum ducebat. Apud Heretum Sabinorum Oppidum ſuprà Tiberim jacens incidebat in Salariam. Dicta etiam fuit Ficulenſis.

Extrà Portam Viminalem fuit Sacellum Deæ Næniæ, quæ cantu querulo à Præficis mulieribus advocabatur, ut funeribus adeſſet. Hæc Dea nomioabatur à nænia, carmine inquam, inepto, & incondito, quod à conducta muliere, quæ Præfica dicebatur, mortois propinquos non habentibos cùm lamentatione laudandi gratia ad tibiam tamquam extremum, & ultimum cantabatur. Nænia autèm carmen à Græco *νήατω* derivatur, quod Ultimum ſignificat.

Ad ſecundom Lapidem viſitur Templum Bacchi Sepulcris Conſtantinianæ Familiæ illuſtre, quod nunc in Cooſtantiæ Sororis Conſtantini honorem dedicatum eſt.

Non longè ab hoc Templo Pons Nomentanus Anieni impoſitus eſt, quem à Totila confractum Narſes reſtituit.

Inter Salariam, & Nomentanam Vias quarto ab Urbe Lapide fuit Suburbaoum Phanotis liberti Neronis, qoò Nero fugiens jam judicatus hoſtis à Senatu, ſe ipſe ioterfecit.

De Via Tiburtina.

TIburtina Via initium habuit à Porta Gabiuſa, & etiam nunc Tibur deducit.

In hac Via intra primum Lapidem foit Sepulcrum Pallaotis liberti T. Claudii Cæſaris Auguſti.

De Via Gabina.

GAbina etiam à Porta Gabioſa exit, & Gabios perducit. Brevis fuit, & incidit in Præneſtinam.

De Via Præneſtina.

PRæneſtina egreditor à Porta Exquilina à parte læva, & Præneſte dedocit, à Præneſte Anagoiam uſquè deducta ibi in Latinam Viam incidit.

In hac Via ad ſecundum Lapidem fuit Sepulcrum Q. Attæ Togatarum ſcriptoris.

De Via Labicana.

LAbicana exit ab Exquilina Porta à dextera, & Labicos deducit: Tuſculum, & Labicos à dextera relinquens per Quinctanas ad Pictas perveniens in Latinam viam terminatur.

In Labicana Via ſepultus fuit D. Julianus Imperator io Sepulcro proavi ſui Salvii Juliani, quod quinto ab Urbe Lapide ſitum erat.

De Via Campana.

INcipit hæc Via à Porta Cælimootana, & Latioæ jungitur.

De Via Tuſculana.

A Porta Cælimootana, vel non longè ab ea ex Via Campana exibat Tuſculana. Hanc inſtauravit M. Meſſalla ſob Cæſare Auguſto.

De Via Valeria.

DUæ fuerunt Viæ Valeriæ Vetus, & Nova. Propè Urbem, vel Romæ initium habebant, aut à Porta Cælimontana, aut propè eandem à Via Campana. Nova in Sabinos uſque ad Marſos protenditur.

De Via Latina.

INitium habet à Porta Latina, media eſt inter Appiam, & Valeriam, in Latinos Populos ducit, ad Caſſinum Appiæ conjungitur, modò Latina, modò Auſooia nominatur.

In hac Via fuit Templum Fortunæ muliebris, ejuſdemque Deæ Simulacrum, quod neſas erat attingi, niſi ab ea, quæ ſemel nupſiſſet.

In eadem fuit Suborbanum Philidis nutricis Domitiani, in quo ipſum funeravit, ſed reliquias clam iotulit io Templom Flaviæ Gentis, & commiſcuit cineribus Juliæ filiæ Titi, cujus etiam nutrix fuerat.

In eadem ſepeliri voluit Sempronius Tuditanus.

De Via Albana.

ALbana exibat à Porta Cælimontana, vel non loogè ab ea ex Via Campana. Hanc etiam inſtauravit M. Meſſalla ſub Cæſare Auguſto.

De Via Appia.

APpia Via fuit omnium maxima, & laudatiſſima. Exiit à Porta Capena, vel intrà

Urbem

Urbem à Septizooio Severi non procùl à Piſcina publica. Propè Romam deflectens inter Tuſculum, & Albam per montes deducit Ariciam, Algidum, Pictas, Pandochiam; hinc ad maritima pervenit Terracinam, Fundos, Formias, Minturnas, Sveſſam, Capuam, Neapolim; hinc Brundusium uſque protenditur.

Hanc munivit Appius Claudius Cæcus in Cenſura uſquè ad Urbem Capuam, & C. Cæſar Dictator à Capua Brundusium perduxit: eam reſtituit Trajanus, diſſiccatiſque paludibus Pontiois, excisis collibus, aggeratis vallibus, ſaxis conſtratis, pontibus conſtructis permeabilem fecit; reſtituit etiam Aotonious Pius Imperator Capuam versùs.

Excisis lapidibus ſiliceis ex alia, & longinqua regione, jiſdemque complanatis, & quadratis circumcidendo factis muoita ab Appio fuit.

Longitudine eſt milliariorum 350. latitudine facilè contioet duo plauſtra ex adverſo invicem occurreotia.

In hac Via paolò poſt extrà Portam Capenam fuit elegans, & magnom Martis Templum, qnod Martis Eatramuranei diecbatur, quodque à Sulla Fælice reſtitutum, ampliatum, ac ſuprà 100. columnas poſitum fuit.

Juxtà hoc templum erat Manalis Lapis dictus, quod aquis maoaret, quem cum propter ſiccitatem io Urbem deferrent, ſtatim pluvia ſequebatur.

Fuit etiam extrà eandem Portam Vicus, & Ædes Camænarum, quæ à M. Fulvio Nobiliore condita eſt, in qua Æde fuit ſtatua Attii Poetæ.

In eadem Via fuit Bonæ Deæ Sacellum, apud quod P. Clodius à Milone interfectus eſt.

Fueruot etiam Ædes Honoris, & Virtutis, item Tempeſtatis dedicatæ à M. Marcello ejus nepote, qui bello Punico ſecundo Syracuſas vicit, & quioque Conſulatus adeptus naufragio ad Africam periit.

Lapide ſecundo extrà Capenam fuit Templum Ridiculi vel Rediculi, ibi excitatum, quod Hannibal caſtrametatus indè illuſus retroceſſiſſet.

Erant & Horti Terentiani 20. jugerum.

Adhuc ſuperſunt reliquiæ cujuſdam Circi propè Templum S. Sebaſtiani, quem Aotonini Caracallę fuiſſe tradunt.

Fuit quoquè hac Via Locus Mercurio Sacer, & Aqua Mercurii dicta, ad quam Populus conveniebat, quaque lauri ramo uouſquiſqoe alterius caput adſpergebat Mercurium invocando. Hac luſtratione perjuria diloi credebant.

Item fuere Tabernæ Cædiciæ à Cædicio earum domino.

Et Lucus Egeriæ, quem Camænis Numa ſacravit.

Forum Appianum etiam fuit, & tres Tabernæ, de quibus Cicero ad Atticum, & D. Lucas in Actis Apoſtolorum meminit.

Propè Urbem eſt Monumentum Baſilii, locus latrociniis perquam infamis.

Multa fuerunt in hac Via nobiliſſima Sepulcra, quorum veſtigia adhuc ſuperſunt, quæ omnia ſuis ornamentis, & titulis ſpoliata ſunt.

Unum adhuc iotegrum eſt parum ultra Caracallę Circum, dicitur Caput Bovis, & fuit Cæciliæ Q. Cretici F. Metellæ uxoris ejus Craſſi, qui bello cootrà Parthos periit, & Dives dictus eſt.

Fuit etiam Sepulcrum Horatiæ ſororis Horatii illius, qui ex Tergeminorum pugna ſuperſtes ipſam necaverat.

Item ad quiotom Lapidem ſepulcrum Q. Cæcilii avunculi Pomponij Attici, in quo & ipſe Atticus ſepultus fuit.

Ad nonum Lapidem eodem Sepulcro Gallienus Imperator, & Severus Cæſar Galerii ſororis filius à Maxentio occiſus conditi ſunt.

Sepultus etiam eſt in hac Via Theſſalus Neronis Medicus.

Gentilibus Scipionum Mooumentis in hac Via Archias Poeta conditus fuit.

Africaoum deoiqoè in hac Via ſepultum eſſe authores tradunt.

De Via Trajana.

Appiæ Viæ pars versùs paludes Pontinas à Trajano reſtituta, Trajana appellata eſt. Noonulli duas alias Vias Trajanas numeraot.

De Via Numicia.

Via Numicia Appiæ vicina fuit.

De Via Setina.

PRopè Viam Appiam fuit etiam Setina, quæ in eam incidebat, & nominabatur à Setia Urbe Campaniæ.

De Via Domitiana.

VIa Domitiana io Campania erat Neapolim verſus, & incidebat io Appiam.

De Via Aſinaria.

VIa Aſinaria inter Latinam, & Ardeatinam fuit. Etymologiam vide in Porta Aſinaria,

De Via Ardeatina.

ARdeatina erat poſt Aſinariam, & Ardeam proteodebatur. Intrà Urbem ſub Aveotino juxtà Thermas Antonianas principium habebat.

De Via Laurentina.

ET hæc propè Aveotinum incipiebat, & Laurentum uſquè deducebatur. A Gellius *lib.* 10, inter Ardeatinam, & Hoſticoſem ponit, & cum Hoſtienſi proptèr propinquitatem videtur conjongere.

In hac Via Augoſtus Cæſar ancillæ ſuæ qnioque filios uno partu enixæ Monumentum fieri juſſit.

De Via Hoſtienſi.

HOſtienſis via initium habuit à Porta Hoſtienſi, quæ ad Hoſtiam ducit.

Ad duodecimum Lapidem diverticulo à milliario octavo io Agro Solonio Pomonal fuit.

De Via Portuenſi.

A Porta Portuenſi Via Portuenſis exiit, & ad Portum Hoſtienſem ducebat.

Per hanc Viam ſecundùm Tiberim fuerunt Horti Cæſaris Dictatoris.

De Via Vitellia.

VItellia Via à Porta Janiculenſi egrediebatur, & ducebat à Janiculo uſquè ad mare, & Coloniam ejuſdem nominis.

De Viis Aureliis.

DUæ fuerunt, Vetus, & Nova. Vetus à Porta Aurelia exibat, & per maritimas Tuſciæ oras, agros, & ſylvas extendebatur Piſas uſquè. Dicta eſt vel ab Aurelio viro Conſulari, vel ab Aurelio Tribunali propè ejuſdem Viæ principia collocato. Quidam Conſularem, & Trajanam aliquando dictam fuiſſe ſcribunt.

In hac fuerunt privati Horti Galbæ Imperatoris, ubi ipſe ſepultus eſt.

In hac plurimi loculi, urnæ, & Sepulcra vetuſtate ferè conſumpta adhuc videotur.

Nova fortè à Reparatore dicta fuit. Arelatem uſquè ab Urbe egreſſa producebatur.

De Via Cornelia.

MEdia erat intèr Aurelias, & Triumphalem.

De Via Triumphali.

INitium habebat à Ponte, cujus nunc veſtigia, & pilæ medio Tiberi videntur, propè Xenodochium S. Spiritus, qui Pons Triumphalis dictus eſt. Protendebatur ponè Baſilicam S. Petri, & Obeliſcum, qui vulgo dicitur *La Guglia*, ubi adhuc multi ſilices ejus Viæ ſtrati videntur.

Prope hanc Viam in Vaticano S. Petrus crucifixus, & ſepultus eſt, ubi poſteà in ejus honorem maximum Templum ab Auguſto Conſtantino conditum fuit.

De Via Pompeja.

HÆc via fuit in Sicilia, ut Cicero contrà Verrem innuit.

De Via Domitia.

HÆc fuit in Gallia, ut idem Tullius pro M. Fontejo ſcribit.

De aliis Viis incertis.

ALiæ Viæ à P. Victore referuntur, quarum loca, vel ſitus inveniri non poſſunt, & ſunt Patinaria, Tiberina, Gallica, Gallicana, Laticulenſis, & Flavia.

Atquè hæ Viæ enumeratæ extra Urbem protendebantur.

De Viis intrà Urbem.

INtrà Urbem hæ Viæ continebantur, quæ interdum Semitæ dicebantur, interdum, ſed impropriè Plateæ.

Via Sacra, quæ propè Amphitheatrum principium habuit, & per vicinos Hortos S. Mariæ Novæ juxta Templum Pacis, & Fauſtinæ rectà in Capitolium tendebat per Arcum Severi. Appellata eſt Sacra, vel quod in ea fœdus ictum ſit inter Romulum, & Tatium, vel quod ea Idulium Sacrorum conficiendorum cauſa continuè Sacerdotes uſi fuerint.

In hac Via fuit Regia Numæ, & Anci, & Julius Cæſar domum habuit.

Qui Viam Sacram habitabant, Sacravienſes nominati ſunt, qui Suburam, Suburanenſes.

In eadem fuit Templum Fauſtinæ.

Antè Viam Sacram erat Templum Urbis Romæ, quod Felix IV. dedicavit in Baſilicam SS. Coſmæ, & Damiani.

Aliquando triumphantes in Capitolium per Viam Sacram aſcendebant.

In eadem, ut fit animi cauſa, homines deambulare ſolebant. Hor. in ſerm.

Item Populo ſe oſtentabant auræ popularis ſtudioſi. Hor. in Epod.

In eadem propter frequentiam res viles vendebantur, ut poma, flabella, teneræ, & thali.

Vitellius inter Forum, & Viam Sacram ad necem ductus ſervorum more per contumeliam illuſus, & vexatus eſt. *Tac. lib.* 20.

De Via Nova.

VIa Nova Foro Romano juncta fuit ex parte Palatii, haud longè à Templo D. Mariæ Liberatricis principium habuit, & in Velabrum deſinebat.

Spartianus meminit alterius Viæ Novæ, quam Caracalla Antoninus ſub ſuis Thermis Antonianis munierit. Frontinus etiam de alia Via Nova mentionem facit.

De Via Lata.

HÆc Via noſtra ætate celeberrima eſt, à Macello Corvorum ad Columnam Antonianam extenditur. Unam ex 14. Urbis Regionibus Auguſtus Cæſar fecit.

De Via Fornicata.

PRopè Flaminiam fuit ea parte, qua ſteterunt Septa, & Ovile.

De Via Recta.

HÆc etiam propè Flaminiam fuit, ducebatur per longitudinem Campi Martii.

De

Digitized by Google

De Via Alta.

IN dorſo Quirinalis eſt, ab Equis marmoreis initium ſumit, uſquè ad Portam Viminalem protenditur. A ſitu Alta Semita etiam dicta eſt. Lapide quadrato olim ſtrata fuit. Eam Auguſtus unam ex 14. Regionibus Urbis inſtituit.

De Viis Suburana, Piſcinaria, & Ælia.

FUerunt etiam intrà Urbem tres aliæ Viæ Suburana, Piſcinaria, & Ælia. De his nihil apud veteres authores invenitur.

CAPUT V.

De Collibus Urbis Romæ.

DIctum eſt in tractatu de Pomerii propagatione, varios Colles in Urbis Mœnibus incluſos fuiſſe. Igitur noſtra ætate Urbs Roma decem Colles complectitur, & ſunt Palatinus, Capitolinus, Quirinalis, Cœlius, Exquilinus, Viminalis, Aventinus, Collis Hortulorum, Janiculus, & Vaticanus. Olim ſeptem habebat.

Vix tamen hodierna die hi Colles agnoſcuntur, quia quæ olim valles, & loca depreſſa erant, nunc propter ampliſſimos ſuperædificatos Fornices Collibus æquata ſunt.

De Palatio.

PAlatinus Mons, & baſis Urbis fuit, quæ in eo primùm condita eſt, & Romuli ſedes, undè & Romulii nomen habuit.

Dictus eſt Palatinus, vel à Palantibus, qui eò cùm Evandro venerunt, undè quidam cenſent primo vocatum Palanteum à Palanteo Arcadum Metropoli; vel à Palatinis, ideſt Aboriginibus, qui ex Agro Reatino vocato Palatio ibi conſederunt; vel à Palatia uxore Latini; vel à Palatho filia Hyperborei, quæ ibi ab Hercule compreſſa eſt; vel à Palante, qui ibi ſepultus eſt; vel à Pale Dea Paſtorum; vel à balatibus ovium mutata littera b in p; vel qnod palare, ideſt errare ibi pecudes ſolerent, undè Nævius Palantium appellat. Nunc Palatium Majus dicitnr.

Hujus Montis pars Germali nomen habuit, à germanis Fratribus Romulo, & Remo ibi enutritis, alia verò Velia vocata eſt, quòd paſtores ibi lanas ab ovibus vellerent.

In hujus Montis parte Velia poſt ædificationem Ædis Deorum Penatium, Tullus Hoſtilius habitavit.

In hoc Monte fuit Sedes Imperii Romani, & Domus Auguſtorum; hinc cujuſvis Principis Aulam, aut ſplendidi hominis Domum Palatium nominamus. Aulam Palatinam primus in Domo Hortenſiana Cæſar Auguſtus inſtituit.

Palatii partem auxit Tiberius Cæſar, à qno Tiberiana Domus dicta eſt.

Caligula Palatii partem ad Forum uſque promovit, Caſtoris, & Pollucis Æde in veſtibulum transfigurata.

Alexander Imperator Diætas in Palatio fecit, quas à matris nomine Mammæas appellavit.

Cæteri prætereà Imperatores aliquid de novo ſemper Palatio addidere.

Antè fores Palatinæ Domus erat Laurus, & ſuprà eas pendebat Corona querna Civica, quam S. P. Q. R. ob Cives ſervatos Auguſto donavit.

Palatium permanſit in ſuo ſplendore, & majeſtate uſquè ad tertium Valentinianum Imperatorem, poſt quem Imperatoribus exactis à Regibus Gothorum eò redactum eſt, ut hodiè ſuffoſſionibus, & ſubterraneis ſpecubus totum ſit quaſi penſile, & ant ruinis deforme, aut Hortis occupatum nihil antiqui ſplendoris præter ingentes parietinas retineat.

Ad Ortum habet Suburam, & Cælium, ad Occaſum Forum Romanum, & Capitolium, ad Meridiem Circum Maximum, & Aventinum, ad Septentrionem Viam Sacram, & Templum Pacis.

De Capitolio.

CApitolium quondam Sedes fuit T. Tatii Sabini Regis, à quo Urbis Pomerio additum eſt. Nomen habuit à Capite Toli ibi invento, eùm Templi Jovis fundamenta foderentur.

Dictus antè Tarpejus hic Mons fuit à Virgine Veſtali Tarpeja, quæ ibi à Sabinis armis obruta, & ſepulta eſt. Arcem enim Capitolinam Sabinis prodidit, & pacta fuerat, quod in ſiniſtris brachiis geſtarent. Sabini in ſiniſtris, & clypeos, & armillas gerebant. Igitur per ſummam perfidiam fidem ſolventes non armillas illi dedere, ſed clypeis illam obruerunt. Adhùc antè Saturnius appellatus eſt ab Oppido Saturnio, quod ibi antè Romam extructum fnit à ſociis Herculis in honorem Saturni, qui eum Montem coluit.

In infima parte hujus Montis versùs Tiberim fuit habitaculum Carmentæ, ubi poſteà ejuſdem Fanum, & Carmentalis Porta fuere.

Nunc celebris eſt Palatiis Prætoris Urbani, qnem Romani Senatorem vocant, & Triumvirorum Cameræ conſervatorum Urbis, Templo Ara Cœli, & aliquot vetuſtis Monumentis.

Ad Ortnm habet Forum, & Palatium, ad Occaſum Urbem planam, ad Aquilonem Forum Trajani, & Quirinalem, ad Meridiem Aventinum, Tiberim, & Theatrum Marcelli.

Hunc Collem cùm Palatino ſub Palatii 8. Regionis nomine Auguſtus à cæteris Urbis partibus diſtinxit.

De Colle Quirinali.

QUirinalis à Romulo ſecundùm Strabonem, à Numa ſecundùm Dionyſium, à Servio ſecundùm Livium Urbi additus eſt.

Dictus fuit Quirinalis à Curetibus, ideſt Sabinis, qui à Curibus poſt fœdus inter Romulum, & Tatium profecti in eo habitarunt: vel à Templo, quod ibi Quirino, ideſt Romulo ſactum eſt.

Dictus etiam fuit Salutaris ab Æde Salutis, Agon etiam, Agonius, & Agonalis ab Agoniis Sacrificiis, quæ ibi fiebant.

Mu-

Digitized by Google

Mutialem etiam, & Latiarem Varro appellavit.

Nunc dicitur Mous Caballus à duabus ſtatuis marmoreis repræſentantibus Alexandrum Magnum domantem Bucephalum, quarum altera Phidiæ, altera Praxitelis eſt, quas Conſlantinus ab Alexandria Romam tranſtulit, & collocavit in medio Thermarum à ſe extructarum in Quirinali.

In hoc Monte priùs Numa habitavit.

Salii etiam Sacerdotes domicilium ibi, & Sacrarium habuerunt.

Habet ab Ortu Exquilias, & Viminalem, ab Occaſu Urbem planam, & Campum Martium, à Meridie Fora Nervæ, & Trajani, & Capitolium, à Septentrione Collem Hortulorum, & Portam Viminalem.

In hoc Colle ſoit præcipua ſextæ Regionis pars, quæ Alta Semita dicebatur.

De Monte Cælio,

MOns Cælius à Romulo primùm munitus eſt, à Tullo autem ſecundùm Dionyſium, & Livium, ab Anco ſecundùm Strabonem, à Tarquinio ſecundùm Tacitum Urbis Pomerio incluſus fuit,

Dictus eſt Cælius à Cælio Vibenno, qui venit ex Hetruria, & Romulo adversùs Sabinos auxilium præbuit, quòd in eo domicilium habuerit.

Dictus etiam fuit Auguſtus, quòd omnibus circumflagrantibus ſola Tiberii effigies ſita io domo Junii Senatoris inviolata manſit.

Querquetulanus etiam appellatus eſt, quòd quercuum fœcundus erat.

In eo ultimis annis ſui Regni babitavit Tullus Hoſtilius, & ejus Regia Curia Hoſtilia dicta eſt.

Noſtra ætate Baſilica Lateranenſi inſignis eſt, & S. Crucis in Hieruſalem.

Ab Oriente habet Urbis Mœnia, & terminum Exquilinæ Regionis, Portam Exquilinam, & Amphitheatrum Caſtrenſe, ab Occidente Suburam, & Palatium, à Septentrione Càrinas, Cęliolum, & Exquilias, à Meridie Piſcinam publicam, & Vallem, quæ eſt antè Viam Appiam.

In hoc Monte Auguſtus poſuit ſecundam Urbis Regionem appellatam Cælimontium.

De Exquilino Monte.

HIc Mons à Servio Tullio Urbis Pomerio incluſus fuit.

Dictus eſt Exquilinus ab Excubiis 12. lictorum, & 300. armatorum, quas Lucumo dedit Romulo ad dignitatem, & corporis cuſtodiam, quia Tatius non ſine ſuſpicione erat: vel ab aucupibus, quòd ibi quiſquiliis ſparſis aves illuderentur: vel à Lucis Exquilicis, qui vicini erant: vel denique, quòd excultus eſſet à Rege Tullio.

Hic Mons dicitur frequeoter Exquiliæ, quia in plures Colles dividebatur. Varro quidem duos enumerat, unum Exquilinum, alterum Ciſpium.

Nunc S. Petri ad Vincula, & S. Mariæ Majoris Ædibus clarus eſt, & vulgò nominatur *L'Eſquille.*

In Exquiliis ſuprà Clivum Urbicum Servius Tullius, & ſuprà Clivum Publicum ſecundùm Lacum L. Tarquinius Superbus habitavit.

Hic Mons ab Ortu Urbis Muros versùs Aggerem, & Caſtrum Prætorium, Portas Gabiuſam, & Exquilinam attingit, à Meridie Viam Lavicanam habet, ab Occaſu illam Viam, quæ ſub Muro Hortorum S. Mariæ Novæ incipieos versùs Ædem S. Petri in Vinculis progreditur, à Septentrione illam Viam, quæ à Falſa Subura ſecùs Diocletiani Thermas ad Caſtrum Prætorium tendit.

De Viminali Monte.

A Servio Tullio Urbis Pomerio incluſus fuit.

Dictus eſt Viminalis à Viminum Sylva, quæ ibi nata erat, vel à Jove Vimineo, cujus Ara ibi conſecrata cernebatur.

Habet ab Ortu Campum Exquilinum, & Urbis Muros cùm Caſtris Prætoriis, ab Occaſu Quirinalem, Falſam Suburam, & Vallem Planam, à Meridie Exquilias, & Viam, quæ ducit ad Caſtrum Prætorium, à Septentriooe Urbis Muros versùs Portam Viminalem.

Hunc Collem cum Exquiliis quintam Urbis Regionem Auguſtus fecit.

De Monte Aventino.

AVentinus à T. Claudio Cæſare Auguſto Urbis Pomerio incluſus eſt.

Dictus fuit vel ab Aventino Rege Albanorum ibi extincto: vel ab Avente Sabinorum fluvio, quòd Sabinis Romulus Aventinum habitandum conceſſerit: vel ab avibus, quod in eum à Tiberi volarent: vel ab adventu hominum ad Templum Dianæ, quod ibi conſtitutum erat: vel ab advectu, quod homines eò ex Urbe propter paludes ratibus adveherentur.

Appellatus etiam eſt Murcius à Morciæ Deæ Sacello, & Collis Dianæ ab ejus Templo.

In ejus ſummo Lucus erat, qui Remoria dicebatur, quod ibi Remus auſpicium de Urbe ſumpſiſſet.

Hunc Montem Romulus habitari noluit, ſed ſacrum fratri fecit uſque ad Hylernam.

Fuit in eo prima Sedes Summorum Pontificum.

In hunc Montem aliquandò Plebs ſeceſſit in ſeditione.

Fuit celebris Sepulcris Aventini, & Tatii, nunc Templo S. Sabinæ.

Ad Orientem reſpicit Mœnia Urbis, & Portam Capenam, & Viam Appiam, ad Meridiem Campum Teſtaceum, & Portam Hoſtienſem, ad Occidentem Tiberim, ad Septentrionem Circum Maximum, & Palatium.

De Colle Hortulorum.

COllis Hortorum, vel Hortulorum ab Aureliano Imperatore incluſus fuit in Mœnibus Urbis.

Nomi-

Digitized by Google

Nominatus eſt à proximis Hortis Saluſtianis. Pincius hodiè dicitur, quod ibi Pinciorum domus eſſent.

Nunc celebris eſt Templis D. Mariæ De Populo, & S. Trinitatis.

Habet ab Oriente Quirinalem, ab Occidente Campom Martium, Domitiani Naumachiam, & Viam Flaminiam, à Meridie Viam, qua ad Hortos Cardinalis Carpenſis itur, quam Pilam Tiburtinam veteres vocarunt, à Septentrione Urbis Mœnia.

De Janiculo Monte.

IAniculus incluſus eſt Urbis Mœnibus ab Anco Marcio, facto ſuper Tiberim Ponte Sublicio, quoniam hic Mons Tranſtiberinus eſt.

Dictus fuit Janiculus vel ab Oppido, quod Janus condidit: vel à Jano, quod ibi vel ſit ſepultus, vel habitarit: vel quod tamquam janua eſſet Romanis in Hetruriam proficiſcentibus. A Servio autèm Janicularius vocatus eſt.

Nunc nominatur Mons Aureus à flavis arenis, & corrupto vocabulo Montorius dicitur.

Fuit celebris Sepulcris Numæ Regis, & Statii Cæcilii Poetæ. Hodie Templis S. Onufrii, & S. Petri Montis aurei.

In hunc Montem aliquandò Plebs Romana ſeceſſit, & indè à Q. Hortenſio Dictatore revocata fuit.

In eodem Monte Rex Tuſcorum Porſenna caſtra habuit.

Hic ab Ortu, & Meridie Prata Mucia, & Portam Portuenſem, & Tiberim reſpicit, ab Occaſu habet Campos Vaticanos, Urbis Muros, & Portam Janiculenſem, à Septentrione reſpicit Vaticanum, & Campos Neronianos.

De Colle Vaticano.

ET hic trans Tiberim eſt. A Leone Papa IV. additus eſt Urbis Mœnibus.

Appellatus eſt Vaticanns, vel quod Vatum reſponſis Populus Romanus eo potitus ſit expulſis Hetruſcis, vel à Vaticiniis, quæ in Agro Vaticano fieri ſolebant Dei Vaticani præſidis inſtinctu.

In hoc Monte fuit vetuſtiſſima Ilex, de qua meminit Plinius, quam dicit Urbe vetuſtiorem fuiſſe.

Hujus Montis vina peſſima fuiſſe, apud Martialem frequenter legitur.

Nunc celeberrimus eſt Baſilica S. Petri, Palatio, & Hortis Pontificiis, Simulacris Tiberis, & Nili fluviorum, Statuis Laocoontis, Appollinis, Veneris, Cleopatræ, & aliquot præterea vetuſtiſſimis Monumentis.

Ad Ortum ſpectat Campos Vaticanos, Molem Hadriani, & Flumen, ad Occaſum Campos Neronianos, ad Meridiem Janiculum, ad Septentrionem Prata Quinctia; & Montem Marii.

De Monte Teſtaceo.

INter Aventinum, & Tyberim, & Urbis Mœnia ad Ortum hyemalem ſurgit Collis Teſtaceus, quem figuli illic officinas habentes ex fictilium fragmentis fecerunt. Sed non numeratur in decem Collibus, quia non naturalis, ſed artificioſus eſt.

De Collium ſtatu preſenti.

NIhil eſt imbecillius, aut inconſtantius, ruiniſque, & interitui magis obnoxium jis rebus, quas tantoperè ut divinas, & æternas miramur. Illi olim celeberrimi Montes nunc rariſſimi habitantur, ſed vel ruinis veterum ædificiorum obruti ſunt, vel arundinetis, & herbis enatis animalium paſcua facti ſunt, vel hortis, & vineis occupantur, vel quod minus malum eſt, diſperſa hinc indè Templa, aut Clauſtra religioſa continent.

Roma autèm vetere Pomerio, & antiquis ſedibus mota, ſeptem Montibus mutilata eſt, & in Campum Martium ſecundùm Tiberim tranſlata.

CAPUT VI.

De Urbis Regionibus.

VRbem Romam in tres Regiones, quas etiam Tribus appellavit, & triginta Curias prius Romulus diviſit.

Servius Tullus in quatuor partes, vel regiones. Auguſtus verò in quatuordecim. Hæ ſunt.

I. Porta Capena.

II. Cœlimontium, & Suburra.

III. Iſis, & Serapis Moneta.

IV. Via Sacra, alias Templum Pacis.

V. Exquilina cum Turri, & Colle Viminali.

VI. Alta Semita, ubi mons Quirinalis, alias Ragonius, Salutaris, Latialis, & Nuptialis.

VII. Via Lata.

VIII. Forum Romanum, ubi Mons Saturnius, poſt Tarpejus, demum Capitolinus, alias Capitolium, ubi omnium Deorum Simulacra celebrabantur.

IX. Circus Flaminius, ubi Collis Hortulorum, alias Hortornm, Campus Martins, Via Fornicata, & Via Recta.

X. Palatium, ubi Mons Palatinus, alias Romulius, Via Nova.

XI. Circus Maximus.

XII. Piſcina publica.

XIII. Aventinus Mons.

XIV. Trans Tiberim Janiculus, & Vaticanus Mons.

CIVITAS ROMANA

LIBER SECVNDVS.

ROMVLVS REX PRIMVS.

CAPUT PRIMUM.

VRbe Romana conſtituta, ſanè relinquitur, ut nunc de Civitate agamus. Sed antequam ulterius progrediamur, non alienum ab inſtituto erit Civitatis definitionem in univerſum præmittere. Placet igitur Ariſt. 1. *pol. c.* 2. & 8. Civitatem ſocietatem eſſe multis viciniis conſtantem, atque perſectam, cui propoſita eſt, tanquam extremum, ac finis rerum omnium, ſatis magna abundantia, cujus & origo ad vivendum, & inſtitutio ad benè vivendum reſertur. Quem quidem locum M. Tullius *pro Seſtio* videtur expreſſiſſe, cum inquit, *Civitas eſt hominum cœtus, Civiumque multitudo in unum locum ex multis viciniis congregata.*

Urbem Romam Reges ab initio tenuiſſe conſtat, quorum imperio tantæ ſuturæ Reipublicæ neceſſario annis CCXLIV. paruit. Primus autem Romæ regnaſſe, qui eandem etiam condidiſſe, Romulus proditur. Quo tempore tria millia peditum, & trecenti equites, ex loci indigenis, Græcis, & Latinis, & Albanis, & paſtoribus per mille domos diſtributi Romæ collecti erant, à quibus cum Romulus, ſratre Remo cæſo, auſpicatò Rex creatus eſſet, tunc primum illud inſtitutum eſt, ne ullus deinceps in Urbe Magiſtratus, niſi ante captatis auſpiciis crearetur.

De primis Tribubus, & Curiis.

QUum Romulus Rex creatus ad Civitatis ſtatum conſtituendum animum adjeciſſet, primo univerſum Populum Romanum in tres partes, quas Tribus appellavit, diviſit; ſingulas verò Tribus in decem partes, quas Curias vocavit, Curiaſque in Decurias diſtribuit. Tribubus tres Tribuni, Curiis XXX. Curiones, Decuriis Decuriones, Populi Romani ſuffragiis prępoſiti.

Poſt hæc Agrum Romanum in tres partes diviſit, quarum alteram *publicam*, alteram *Sacerdotum*, tertiam *privatorum* eſſe voluit. Partem verò Agri, quæ privatis obtigerat, in triginta partes diviſam, ſingulas Curias ſortiri voluit. Poſt quam autem hoc modo omnes in Tribus, & Curias deſcripti ſunt, Agrum Urbanum omnem in triginta æquales partes diſtribuit, exempta ex ſingulis tantilla portione, quæ ſufficeret Templis, Delubriſque conſtruendis, ſimulque parte aliqua publica relicta.

De Patriciis, & Plebe, Senatu, Equitibus, & Populo.

POſt Tribus, & Curias Pop. Rom. in duas partes primo Romulus diſtribuit; ex his illuſtriores genere ſpectatæ virtutis, quique prudentia, modeſtia, probitate, vitæque ſanctimonia præ cæteris pollerent, vel plures filios ſuſcepiſſent, itemque ditiores, & opulentiores, ac poſtremò natu grandiores eſſent, *Patres*; reliquam verò multitudinem, ut ignobiles, & pauperes, *Plebem* appellavit. Patres autem dicti ob ętatem (nam ex Populo ſeniores erant) vel ob curæ ſimilitudinem, vel quia agrorum partem tribuebant tenuioribus, & eos ſuæ curæ commendatos, atque in clientelam ſuſceptos, tanquam Patres tuebantur. Patres ad concionem ſingillatim per Præconem convocabantur, addito Patris prænomine, Plebs verò omnes ſimul cornu bubulo. Patribus, & Patriciis ſacra facere, Sacerdotia, & Magiſtratus gerere, jus dicere, atque cum Rege publica negotia, quæ ad Civitatis ſtatum pertinebant, adminiſtrare injunctum eſt. Plebs his muneribus excluſa, quæſtuarias artes exercebat, & agriculturæ, pecorique alendo operam dabat. Ad quorum Ordinum concordiam conſervandam, clientum, ac patronorum jus inſtituit. Nam tenuiores, & Plebem in ditiorum, Patriciorumque clientelam diſtribuit. Familiæ autem, quæ ab his Patribus, quos primos Romulus legit, deſcenderunt, *Patritiæ majorum gentium* dictæ ſunt, ut aliquod diſcrimen eſſet inter has, & illas, quas poſteriores Reges in Patricias cooptarunt, quæ *minorum gentium* ſunt vocitatæ. In his fuerunt certæ familiæ hæ,

Julia.	Fabia.	Tarpeja.
Hoſtilia.	Potitia.	Pinaria.
Gegania.	Quinctilia.	Romilia.

Ex quibus familiis, quæ majorum gentium dictæ ſunt, centum hac ratione *Senatores*, quorum conſilio Rempubl. adminiſtraret, primo legit. Nam ſingulis Tribubus edixit, ut tres omnium præſtantiſſimos ex unaquaque earundem ſuis ſuffragiis crearent, atque ità novem facti; deinde eadem ratione tres à ſingulis Curiis, quæ XXX. erant, ditiores, meliores, & natu grandiores renunciari juſſit, atque ità omninò nonaginta novem aucti, ipſe verò ſuo arbitrio iis centeſimum adjecit. Hi omnes ex Patribus lecti ſunt. Centum autem ideò tantùm creavit, vel quia is numerus ſatis erat novæ, & parvæ Civitati, ſive quia ſoli centum erant, qui creari *Senatores* poſſent. *Senatores* autem propter ſenectutem, quum vetu-

Digitized by Google

vetuſtiſſimi Patriciorum eſſent, ſive ab honore, & virtute appellavit. Senatorum Ordo *Senatus*, reliqui omnes non Senatores *Populus* appellati ſunt. Hinc ortum Senatus, Populusque Romanus. Ex reliquis porrò, qui Senatores creati non fuerant, omnibuſque tàm Patriciis, quàm Plebeiis Familiis Romulus *trecentos juvenes ad corporis cuſtodiam*, decem ex ſingulis Curiis legit, qui ab eorum primo duce Fabio *Celere Celeres* vocati ſunt. Inde ille poſteà, & ii, qui poſt eum fuerunt, *Tribuni Celerum* appellati. Quanquam eos quidam à *corporis celeritate* dictos opinentur. Quum autem trecenti eſſent, omnibus quidem *Tribunus*, vel *Præfectus Celerum*, ſingulis verò centenariis tres *Centuriones*, ſingulis Decuriis *Decuriones* XXX. præerant. Hi equis merebant, à quibus *Ordo Equeſter* medius inter Senatum, & Populum manavit, Senatorum Seminarium appellatus: reliqua deinceps multitudo ſub Populi, vel Plebis nomine remanſit. *Omnes Romani Cives, vel Patricii ſunt, vel Plebeii*, diviſio fuit hæc à Romulo inſtituta. Poſterior hæc, quum Senatores è Plebe fieri cœpti, orta, *Cives Romani omnes, vel Senatores ſunt, vel Equites, vel de Populo*: tametſi Populi, Plebiſque nomina apud Ciceronem, & Livium aliquando confundantur. Verùm propria *Populi appellatione* omnes non Senatores, vel ut alii, extra Senatorum, & Equitum numerum intelligebantur. Ita ut, *vel à Genere, vel ab Ordine* Cives Romani diſtingui cœpti ſint, ut Civis Roman. Genere Patricio natus, *Equeſtris tamen Ordinis*, ſi nondum in Senatum lectus eſſet, ſin autem Senator eſſet factus, *Ordinis Senatoru* diceretur. Quod ſi Patricius, neque Senator electus eſſet, neque inter Equites locum haberet, quia ſcilicet *Equeſtri Cenſu non eſſet, hoc eſt* H-S CD ∞ *non poſſideret* (minus enim, qui habebat, Eques eſſe non poterat) aut ſi Cenſum quidem Equeſtrem habuiſſet, Cenſor tamen ob flagitia Equeſtris Ordinis inſignia equum, & annulum ademiſſet, is *de Populo* erat. Si Civis Rom. Plebejus minus haberet CD ∞, de Popolo erat, *ſi* CD ∞ *haberet, equumque publicum obtinuiſſet, annuloque uteretur*, quamvis Plebejus, erat tamen *Eques*, & ſi ex Equite in Senatum à Cenſoribus lectus, *Senator* erat. Quod poſt Reges exactos factum eſt.

Poſt Ti. Gracchi ſeditiones, quibus egregiſim illud Reip. temperamentum diſſolutum eſt, altera orta eſt Civium Rom. diviſio. Nam *omnes, qui Reipubl. conſervationem ſtudebant, Optimates, qui vero ſeditioſis Civibus res novas molientibus adhærebant, Plebs dicebantur*, ita ut Plebis nomine multa ſignificari neceſſe ſit. Plebs enim primùm accipitur, ut diſtinguitur contra Patricios. Plebs item pro Populi voce uſurpatur, ut omnes, qui non ſunt Senatores, *de Plebe* aliquando dicantur à Livio, & Cic. qua ratione Patricius Civis Rom. non Senator, neque Eques, *de Plebe* is dici poterit. Accipitur item *Plebis* vox, ut ſe opponit Optimatibus; nam Civis Rom. ſive Patricius, ſive Senator, ſive etiam in Magiſtratu ſit, quum Reip. incommodus eſt, is *de Plebe* dicitur: at qui ejus commodis ſtudent, ſive neque Senatores, neque Equites, nec Patricii ſint, *Optimates* appellantur, ita ut hæc tertia Civium Rom. diviſio à factionum ſtudiis, hominumque moribus, & voluntate orta ſit.

Rurſus Plebs, ut eſt Ordo, & opponitur Senatui, & Ordini Equeſtri, in duas partes diſtributa fuit; in *Collegia*, & *Libertinos*; Servi enim in numero Civium non erant. Hæ autem Populi Romani diviſiones, Rep. maximè ſtante, fuerunt. Cæterùm ſatis ab inſtituto digreſſi ad Romulum, Senatorum, Popolique originem, & eorundem munera revertamor.

Regis enim *munera* erant Templorum primùm, & Sacrificiorum omnium curam gerere; per eum deinde omnia, quæ ad Deorum cultum, & honorem pertinerent, agebantur; legum, morumque Patriæ regimen habebat; juris omnis cùm naturalis, tum civilis cuſtos erat; injuriarum maximarum judicium penes Regem eſſe ſolebat; minorum enim cognitio Senatui permiſſa fuerat. Senatum habere, Populum ad Concionem vocare, primum ſententiam dicere, & quę pluribus decreta eſſent, exequi munus Regum erat. In bellis verò Regis ſuprema poteſtas ſemper fuit, poſtremò tanquam omnium princeps, & caput colebatur.

Senatus autem *munus* erat cognoſcere de omni re; de qua Reges primùm, deinde Conſules referre ſoliti eſſent, & quod majori parti placuiſſet, id demum perficere. Ex Patriciis quoque, ſive Senatoribus, *Sacerdotes*, & *Magiſtratus* tantùm creabantur.

Plebis autem, ſive reliqui Populi *officia* et à Romulo conceſſa principio, hæc tantùm fuerunt, Magiſtratus omnes creare, Leges ſciſcere, vel condere, deque bello, paceve decernere, ſocietatem cum aliquo contrahere, ac diſſolvere, fœderaque inire, quum Rex, vel Conſules retuliſſent. Neque tamen Plebis poteſtas abſoluta erat, niſi ea etiam Senatus approbaſſet, quæ à Plebe ſancita erant. Ferebat autem Populus ſuffragium non viritim, ſed per XXX. Curias diviſus, & quod pluribus viſum eſſet Curiis, ad Senatum referebatur. Qui mos poſtea paulatim dilabi cœpit, & ſenſim eò res proceſſit, ut ſuffragiorum jus converſum fuerit. Neque enim de Plebiſcitis Senatus quidquam ſtatuebat, ſed S. C. ratum non erat, niſi id Populus approbaſſet, hujuſque tanta auctoritas ſupra omnes Magiſtratus, & Senatum fuit, ut non immeritò dici poſſit, omne Imperium, atque illius Reip. Majeſtatem penes Populum fuiſſe.

Porrò autem ex Populo à Romulo in has Tribus, & triginta Curias diviſo, quum exercitus ad bellum educendus eſſet, Rex quidem Tribunis, illi Curionibus, Curiones verò Decurionibus, quo militum numero opus eſſet: ſtatim præſcribebant: atque uno edicto, ſive omnes Romanæ copiæ, ſive pars ad arma vocarentur, in pręſcriptum ſibi locum inſtructæ ſtato die quam primùm aderant.

De reliquis Romuli publicis inſtitutis.

Romulus ad augendam Urbis frequentiam tria præcipuè excogitavit: *partus necare vetuit*;

Aſylum aperuit, his, qui ad illud confugerant, omnium rerum impunitate promiſſa, hoſtes victos pro amicis, & Civibus in Civitatem recepit. Quum enim Urbs in ipem magis futuræ magnitudinis, quam ad id, quod tum hominum erat, alia, atque alia appetendo loca aucta fuiſſet, nè Urbis vana magnitudo eſſet, adjiciendæ moltitudinis cauſa, locum quendam in Capitolio, qui inter duos lucos erat, *Aſylum* aperuit, inter Arcem, Capitoliumque. Eo ex finitimis populis turba omnis ſine diſerimine, liber, an ſervus eſſet, avida oovarum rerum, vel quæ apud ſuos aliquam noxam contraxerat, perfugit, idque primom ad cœptam magnitudinem roboris fuit. Confugieotibus autem ad *Aſylum* ſervis ſponſor factus eſt ſub religionis prætextu, eos nihil detrimenti ab inimicis paſſuros, ſi parmanere apud ſe vellent, omneſque Civitate donabat, agri parte, qoam bello acquiſivarat, ſingulis tradita. Ex Urbibus verò bello victis, & captis quaſdam integras Romam traduxit, Civitateque donavit, quaſdam varò Colonias Romanas facit. His igitur, & ſimilibns ioſtitotis brevi tempore Urbem ex parva ampliſſimam, & maximam reddidit. Nam qui, quum Romam condidit, tria tàntùm millia peditnm, & CCC. equites habuarat, idem morians peditum ſex, & quadraginta millia, & mille equites reliquiſſe traditur.

De re divina à Romulo inſtituta.

SUmpto à Daorum cultu, Geniorumque veneratione initio, ſacra Templa, Aras, Simulacrorum erectiones, formaſque eorum, & ſigna, potaſtates, & beneficia, quibus humaoum ganus affeciſſe creditum eſt, deſcripſit. Dies quoque feſtos Deorum, & Larium, & Sacrificia, quibus gauderent ab hominibus honorari, Ferias, & Nundinas, & à laboribus quietem Populum docuit. Traditas de ipſis fabulas, quibus maledicta inſunt, atque Deorum contemptus gignitur, omnes abolevic, aſſuefecitque homines, ut de Diis optimè loquarentur, & ſentirent, nihil illis beata illa natora indignum attribuando: Sacra omnia peregrina rajecit, nullaque eorum ſine S, C. in Urbem recipi voluit. Multos poſteà Sacerdotes creavit, qoos omnas enomerabo, quum de Numæ inſtitutis verba faciam.

De Romuli domeſticis inſtitutis.

ROmulus poſt Politicam privatas Leges, & mores, quæ ad Oeconomicam attinent, ordinavit: In quibos præcipua fnara uxorum ducendarum, & matrimonii leges, maritorum, uxorumque conditiones; adulterii, & aliorum criminum pœna, patrumque in filios poteſtas. Artes ſordidas, & ſedentarias ingeouis prohibuit; ſervos enim, & advenas eas exercere voloit, Romaois verò tantùm rem ruſticam, & militarem permiſit; ob ruſticorum commoditatem, ut ſingulo nono die Romam ad mercatum venirent, Nundinas inſtituit.

De rapta Sabinarum, & primo bello Sabino.

QUom Romulus, & Populos Rom. uxores non haberent, neque à finitimis gaotibus filias impetrare poſſant, animi ægritudine diſſimulata, ad ſpectaculum Ludorum ſolemnium Neptuno Equeſtri de induſtria paratorum, *quos Conſuales* vocant, vicinos Urbi populos invitavit, & præſertim Sabinos; quorum, cum ludicro iotarfuiſſent, filias virgines medio ſpactaculo rapi à Romanis juſſit. Quare hi populi, qui raptas amiſaraot, & alii, quos val ipſi lachrymis ſuis, vel exemplum ad multos partinans movit, raptarum virginum lojuriam vindicaturi coutra Romanos arma ceperunt. Primi omnium Cæninenſes in Agrom Romanum impetum fecerunt, qoibus effuſè vaſtantibus obvius factus cum exercitu Romulus levi cartamine aorum axercitum fodit, & fugavit, urbemqne primo impetu cepit. Poſt Cæninam in Antemnatas copias eduxit, quam orbem captam eum Cænina Colonias Romanas facit eorumqua multitudinem Romam traducans, eas ſtatim io Tribos, & Curias diviſit, atque ad ſex millia peditum Populum Romanum auxit. Eadem ratione Cruſtumios proſactus, cum aam quoque Urbem cepiſſet, Coloniam fecit. Noviſſimè vario, & periculoſo Marte bellum cum Sabinis fuit, quorum Rex T. Tatius arat, in quo à Tarpeja virgioe Arca Romana prodita, Urbs admodum periclitata eſt. Demum triennio exacto, raptarum precibus Romani cum Sabinis amicitiam cootraxere. Inde cum ad fœdus faciandnm duces produſſent, non pacem modò, ſed Civitatem unam ex duabus fecerunt, Regnumque æquo jure conſociantes imperium omne Romam contolerunt. Ita gemioata Urbe, ut Sabiois tamen aliquid daretur, Roma quidem priſcam appellatiooem ratinuit, populus verò à Curibus T. Tatii patria Quirites appellati. Titus Tatius commune Regnum cum Romulo in Urbe tenuit annos V. quò poſtremò à Laurentibus cæſo, Romulus ſolus Regnum obtinuit.

De Tribuum, & Curiarum nominibus, & Comitiis Curiatis.

SAbinorum, Tuſcorum, & aliorum advenarum in Urbe adventu, quum Urbs dnplicata aſſe videretur, ornatus quoque Civitatis auctos. Sabini in unam Tribum, & decem Curias, Hetruſci verò, & reliqui advanæ in aliam Tribum, totidemqua Curias diſtributi ſunt, Tribubuſqua nomina indita. Prima enim *Ramnenſium* à Romulo, in qua veteres Rom. omnes erant; altera *Tatienſium* à Tatio, in qua Sabini; *Lucerum* tartia appellata fuit, in qua Toſci, Latini, & reliqui omnes, qui ad Aſylum confugerant, conjecti ſunt, à Luco Aſyli, val à Locumone Hatruſco nominata. *Curiam* à cura dictam ſcripſit *M. Varro*. Itaque proptar curam locus quoque, quo ſuam quiſque domum Senator conſert, Curiam appellavit.

Triplex autam eſt ſignificatio vocis Curiæ, quarum in hiſtoria Romana fit mentio. Et primo

mò quidem Coriæ ſuot illæ triginta partes, in quas Populum diſtribuit Romulus. *l. 2. ff. de orig. jur.*

Secundo ſignificaot ſacras illas Ædes, quas ſingulæ harum trigiota partium habuere, & in quibus Sacra ſua peregerunt: quas primum quidem à Romulo in Moote Palatioo conditas, *vetereſque* appellatas: poſteà verò nimium aocto Populo, *novas* prope Compitum Fabricii ædificatas fuiſſe Feſtus docet.

Tertiò ſunt etiam Curiæ dictæ Ædes illæ, in qoibus Senatus eſt habitus; & de prima ſignificatione procedit Lex ſecunda. *ff. de orig. jur.*

De *Curiarum* porrò nominibus parum inter auctores commune. Livius enim, & quidam alii eas à Sabiois mulieribus nomina accepiſſe ſcripſeruot. Alii verò, ioter quos eſt Varro, eas ante Sabinarum raptum nomina habuiſſe ſcripſerunt, iis à Romulo in prima Civitatis diviſione impoſita. Alii alia dixere. Cæterùm quum omnia ferè Curiarum nomina vetoſtate obliterata ſint, quid hac de re ego ſentiam, nihil certi habeo, quod dicam: Varronis tamen ſeotentiam ut approbem, facit, tùm ipſius ingenium, diligentia, & doctrina, tum Plutarchi, & Diooyſii teſtimonia; poſtremoquè ea, qoæ ſuperſuot, Curiarum nomina, quæ ab aliquo potius alio eveotu, qoàm à mulierum nominibus deducta eſſe videntur. Ego eoim ex XXX. Curiis octo hæc tantùm nomina ioveni, quæ ſunt, *Forienſis*, *Rapta*, *Vellenſis*, *Velitia*, *Calabra*, *Titia*, *Tiſata*, *& Santia*.

Romanę autem *Curia* fueront Populi tales qoędam partes, quales ſunt noſtro tempore in Urbibus Parochiæ. Ut eoim ooſtrę Parochiæ habent deſtinatas quaſdam Ædes, & domos in certa quadam Urbis parte ſitas, quæ communia Sacra, ipſam Ædem ſacram communem, Sacrorum communem miniſtrum, ideſt Parochum habent, ita Curiæ erant incolarum Urbis partes non modo loco, ſed etiam Sacris ſibi peculiaribus diſtinctę, quibus qui præerant, *Curiones* vocabantur. In has ergo *Curias* omnes, qui Civitate donati in Urbem migrabant, per Corias dividebantur. Nam Cives Rom. qui in Coloniis, & Muoicipiis erant, ſua quædam in ſois Urbibus Sacra babebant, oon ſecùs, quàm qui Romæ erant. Neqoe in Romanas Curias erant diſtriboti.

A Curiis fiuot *Curiata Comitia*. Comitia autem ſic dicebantur à coeundo, vel comeundo, ot veteres locuti ſont, quod Populus coire bis, & unom in locum convenire ſoleret. Differunt à Conciliis, quæ conſtant aliqua populi parte, ſecus verò Comitia. Erant porrò Comitia *conventus Populi ferendi cauſa ſuffragium de aliqua re*. Dixi *ſuffragium*, quia oon omnes Populi cooveotus *Comitia* dicta fuerunt, ſed ii taotum, qui ferendorum de aliqua re ſuffragiorum cauſa habereotur; quum verò Ludorum, vel Cenſus gratia univerſus Populus, ot ſæpè fiebat, conveoiret, Comitia ooo fuerunt.

Cæterùm tria fuerunt *Comitiorum* genera, *Curiata*, *Centuriata*, & *Tributa*. Calata Comitia hic omittimus, ſiquidem primum Comitia omnia Calata dicebantur à Græco verbo *καλέω*, quod eſt voco; ſed poſtea cum in uſu eſſe hoc verbom deſiiſſet, retentum eſt nomen *Calatorum Comitiorum*, io iis tantùm, quæ pro Collegio Pontificum habebantur, vel teſtameotorom condendorum cauſa fiebant, idque religioois cujuſdam, & antiquitatis ratione, ex M. Aurel. Var. *diſſert. cap.* 10. Comitia itaque Curiata, à Curiis ſic dicta, *ea erant, in quibus Populus Curiatim ſuffragium de re aliqua dicebat*. Dixi *Curiatim*, quia Populus per Curias diviſus ſenteotiam rogabatur, ut quod plures Curiæ ſtatuiſſent, id juſſom Populi diceretur, ac proinde hæc Comitia omne genus Civium contioebaot.

Curiata autem Comitia aoſpicatò, non niſi auctoribus Patriciis, intra Pomerium, atque in Foro fiebaot; ideoque Foro locus proximus Comitium dicebatur, in quo ea fieri conſueverant. Cæterùm poſt Corias à Romolo inſtitutas uſque ad tempora Ser. Tullii VI. Romanosom Regis, omnia, quæ ſuffragiis Populi à Regibus committebaotur, Curiatis Comitiis peragi neceſſe erat, quum adhuc nec Centuriata, nec Tributa Comitia io uſu eſſent. Itaque non modos Reges, ſed & cæteros Magiſtratus Curiatis Comitiis creatos fuiſſe interpretandum eſt, qoum apud auctores reperimus à Populo eos creatos. Leges quoque omnes, & jodicia, quæ ad illud uſqoe tempos latæ ſunt, & acta, Curiata fuerunt, ita ut omoia, quæ Populi ſuffragiis fiereot, non niſi Curiatis Comitiis fierent. Verum poſt Claſſes à Ser. Tullio inſtitutas, tùm duo cæperunt eſſe Comitiorum genera, Curiata, & Centuriata; quibus duobus Comitiorum generibus Populus uſus eſt uſque ad judicium Coriolani, annumqoe Urbis CCLXIII. quo primum anno cæperunt Tributa Comitia uſurpari. Ut autem Comitiis Tributis Populus Rom. per Tribus, Centuriatis per Ceoturias diſtioctus, ſuffragium ferebat; ſic Coriatis per Curias, nulla Tribuum Cenſus, ætatis, aut ordiois habita ratione diſtinguebatur. Duabus verò potiſſimum rationibus Curiata Comitia haberi cæperunt, una erat Legum ferendarum; altera vero Sacerdotum qoorundam creandorum cauſa.

Leges autem Curiatæ fuerunt quinqoe: prima de imperio, boc eſt rei militaris adminiſtrandæ facultate, Magiſtratibos dando. Hi autem erant Dictatores, Conſules Proconſules, Prætores, & Proprætores, poſtremò Proquæſtores, qui cum jure Prætorio in Provincias mittebantur. Quicunque ergo io Provinciam cum belli gerendi poteſtate mittebantur, Legem Curiatam ante habere debebant. Nam cum vel Dictator rei gerendæ cauſa à Conſule dictus eſſet, vel reliqui Magiſtratus Comitiis Centuriatis, aot Tributis creati eſſent, quo imperiom babereot, hoc eſt rei militaris adminiſtrandæ facultatem, Lege Curiata opus erat.

Altera Lex Curiata fuit, qua Camillos ab exilio revocatus eſt.

Tertia Lex Curiata erat, qua adoptiones fiebant.

Quarta, quæ teſtameotis confirmandis ferri ſolebat.

Quintam poſtremò Legem Curiatam foiſſe inveni,

ni, qua Sacrorum deteſtationes fiebant, ideſt omnes conſecrationes, quas publice in Concione Populi fieri oporteret.

Altera porrò cauſa habendorum Curiatorum Comitiorum fuit ad creandos Sacerdotes quoſdam. Hi autem fuerunt Flamines, & Curio maximus, cujus auctoritate Curiæ omnes, Curioneſque regebantur. Hæc Comitia primo univerſi Populi R. qui in Urbe habitaret, per Curias diſtincti ſuffragiis agebantur. Poſtea quum Civitas integris urbibus data fuiſſet, & non omnes, qui Cives R. eſſent, ſed hi tantùm, qui in Curias deſcripti erant, quas eorum tantùm fuiſſe conſtat, qui Urbem habitabant, jus in hiſce Comitiis haberent, factum eſt, ut minus frequentari Curiata Comitia cœperint. Nam principio, cum omnia, quæ ſuffragiis Populi gererentur, Curiatis Comitiis gererentur, poſt Centuriata Comitia à Ser. Tullio Rege inventa, majores Magiſtratus Centuriatis creari cœpti ſunt, minores vero Curiatis Comitiis adhuc creari mos retentus eſt uſque ad Legem Publiliam, qua cautum fuit, ut minores Magiſtratus non Curiatis amplius, ſed Tributis, quæ paulo ante inventa fuerant, crearentur. Tunc enim ea ratio inventa eſt omnes Cives Comitiis admittendi, ut omnes Magiſtratus; vel centuriatim, vel tributim, non curiatim amplius crearentur. Ex qua re factum eſt, ut ſucceſſu temporis paulatim Curiata Comitia quaſi abolita fuerint; nam quum de imperio Magiſtratuum agendum erat, qui jam Centuriatis, vel Tributis Comitiis ritè facti fuerant, non XXX. Curię amplius in ſuffragium vocabantur, ſed pro XXX. Curiis, triginta lictores ſuffragium inibant: ita ut Legem Curiatam de Magiſtratuum imperio ferre non eſſet Populo curiatim convocato, ſed ad uſurpationem quandam vetuſtatis triginta lictorum ſuffragiis Legem committere. Quum autem adoptionis, aut Sacerdotum creandorum cauſa, quę Populi beneficio dabantur, Comitia Curiata haberentur, non triginta lictores, ſed Populus curiatim convocabatur. Tuncque, tabellis curiatim diſtributis, & Comitia more cæterorum Comitiorum peragebantur, & quod pluribus Curiis viſum fuiſſet, id demùm more majorum exequi ſolitum erat.

Illud autem non eſt hic prætermittendum, eos, qui in Comitiis Curiatis ſuffragium ferebant, fuiſſe Cives Rom. in Curias deſcriptos; non enim omnes Cives in Curias deſcripti fuerunt, ſed ii duntaxat, qui in Urbe habitarent: qui verò extra Urbem habebant domicilia, erant quidem Cives, at non in Curias deſcripti. Omnes itaque Cives, qui in Urbe erant, in Tribus, & Curias deſcribebantur. Poſtquam verò indies magis multis devictis populis creſcente Rep. cœptum eſt communicari jus Civitatis, deſcribebantur illi quidem in Tribus, & Cives Rom. erant, quandiu tamen extra Urbem viverent, in Curias non referebantur, ſed ſua Sacra patria retinebant. Qui autem ex Coloniis, & Municipiis, vel etiam Provinciis Romam migrabant, ii, cum in Curias deſcriberentur, Sacra patria relinquere cogebantur, & ea retinere, quæ ejus Curiæ, in qua erant deſcripti, propria eſſent. Quare ex his quidem puto ſatis intelligi poſſe, eos, quibus in Urbe domicilium erat, jus ſuffragii *Comitiis Curiatis*, cæteris excluſis habuiſſe.

De Patriciis minorum gentium, & novis Senatoribus lectis, à quibus Patrum Conſcriptorum appellatio manavit.

BEllo Sabino confecto, quum Sabinorum, Hetruſcorum, & multorum in dies ad Aſylum confugientium adventu Urbs valdè creviſſet, Regibus quoque viſum eſt, ut Patriciorum numero duplicato, Senatorum quoque numerum augerent. Igitur ex illuſtrioribus Familiis viros centum Curiarum ſuffragiis deligentes, eos *in Patres* cooptatos, veteribus Senatoribus adſcripſerunt, atque hac ratione Senatorum numerus ad ducentos eſt auctus. Eos itaque tantum Patricios, qui à Romulo primum lecti ſunt, *majorum gentium* fuiſſe, vel ſequentis lectionis Patriciorum teſtimonio confirmari poſſet, qui eorum ratione habita non niſi *minorum gentium* ſeipſos eſſe profiterentur. Fuerunt equidem, & hi *majorum gentium*, ſi iis, qui à ſequentibus Regibus lecti ſunt, conferantur. ità ut à Romulo lecti ità ſint *majorum gentium*, ut minorum eſſe non poſſint: noviſſimi verò à Bruto creati ità ſint *minorum*, ut *majorum* appellationem obtinere nequeant: medii verò à Regibus electi modò *majorum*, modò *minorum* dici poſſint, *majorum* quidem inferiorum, *minorum* verò ſuperiorum Patriciorum habita ratione.

De *Patribus* verò *Conſcriptis*, eos primum *Conſcriptos* eſſe credendum, qui primo Ordini jam inſtituto inſerti ſunt, & reliquos omnes, qui variis temporibus in eum Ordinem ſunt collocati. Nam ſi *Conſcriptum* eſſe idem eſt, quòd electum, cur hi, qui in Ordinem jam inſtitutum cooptati ſunt, *Conſcripti* non ſunt appellandi? Patrum igitur *Conſcriptorum* appellationem ab hac ſecunda Romuli, & Tatii Senatorum lectione manaſſe credendum. Quo tempore inter reliquas Familias hæ præcipuæ lectę ſunt *Valeria*, *Turannia*, *Curtia*, *Vettia*, *Martia*, *Aurelia*, *Camilla*, *Berennia*, & pleræque aliæ, quæ ex Sabinis Romam cum Tatio commigraverant. Poſt Sabinos, Medullinos, Fidenates, Vejentes, Camerinos, & alios populos partim ſpontè, partim coactos in Civitatem acceptos, integras quoque Urbes victas, dum Romulus vixit, Civitate donavit, hocque inſtitutum perpetuò ſervandum poſteris reliquit. Hæc autem ſunt, quæ de Reipublicæ à Romulo conſtitutæ forma, quamque is moriens reliquit, accuratè collegi.

CAPUT II.

De Numa Pompilio ſecundo Rege.

VIr divini, humanique juris conſultiſſimus Numa Pompilius, quo Rex poſt Romulum Romæ creatus eſt, nulla quidem bellica laude inſignis fuit, ſed non minus Civitati in pace, quàm Romulus in bello profuit. Urbem enim novam vi, & armis conditam jure, moribus, legibus, & religione de integro condidit, & renovavit.

vavit. Inter cujns cætera præclara geſta Sacerdotum Ordo, diſtinctioqne præcipua fuere. Univerſam enim Sacerdotiorum rationem in octo partes diſtribuit, Curiones, Flamines, Tribunum Celerum, Augnres, Virgines Veſtales, Salios Palatinos, Feciales eum Patre Patrato, & poſtremò Pontifices. Quorum quoſdam ipſe, quoſdam verò Romulus inſtituerat.

De prima Latinorum religione.

POſt Fannum Saturni filium, qui primus Deorum cultum, metumque injecit, quum Picus, Latinus, Evander, & alii, qoi in Latio regnaverunt, oovas ſemper cœremonias commenti eſſent, noviſſimè Dęmooum cultum maximè in Latio auxit Æneas, Sacris Phrygiis in Italiam tranſportatis. Cujus poſteà exemplum ſecuti cæteri Reges Albani primùm, deinde Romani multa & ipſi Sacra addidere uſque ad Numam, qui cum omnia in certum Ordinem Sacra direxiſſet, divini apud Romanos juris conditor creditus eſt.

De cujus inſtitutis, quæ ad Deorum cœremonias attinent, locutorus, prius de iis, quæ ante eum inſtituta ſunt, Sacerdotiis verba faciam.

Sacerdotes omnes Populi Romani, eorumque Miniſtri.

QUoniam autem de Sacerdotiis oobis hoc loco agendum propoſuimus, *Sacerdotia omnes curationes vocamus eorum, qui res ſacras, & divinas tractarent.* Hos verò, aut ſingulis Diis operatos eſſe invenimus, aut ſingulas eorum res curaſſe, ant promiſcuè omnium Deurum, & omnium cęremoniarum colendarum rationem tenuiſſe. Singulorum Deorum Sacra curarunt *Luperci*, qui *Panis*; *Potitii*, qui *Herculis*; *Sodales Titii*, qni *Sabinorum Deorum*; *Salii*, qui *Martis*; *Flamines*, qui ſingillatim *Jovis*, *Martis*, & *Quirini*; *Veſtales Virgines*, quæ *Veſtæ* Sacra peregerunt, & pro Populo Sacrificium fecerunt. Singulis de rebus, ut *Fratres Arvales*, qui *pro arvorum frugibus*; *Curiones*, qui *pro Curiis* ſacrificarunt; *Augures*, qui *auſpiciorum*; *Haruſpices*, qui *extorum*; *Feciales*, qui *belli*, *& pacis* diſciplinam tenuerunt; *Duumviri Sibyllini*, qni *Sacra librorum Sibyllinorum*; *Rex Sacrificulus*, qui *Sacra Regia*; *Epulones*, qoi *Ludorum epulare Sacrificium* adornarunt. Quo factum eſt, ut Pontifices, ut refert Cicero *in Legibus*, itemque *in exordio Orationis pro domo ſua ad Pontifices*, ſoli Sacra omnia promiſcuè commendata habuerint. De iis omnibus nunc ſingillatim breviter dicendnm, ac primo quidem de Lupercis.

Luperci Panos Lycæi, vel Invi Sacerdotes.

EX his omnibus Sacerdotibus antiquiſſimi fuerunt *Luperci*, qui & *Faviani*, & *Quinctiliani* à *Favio*, & *Quinctilio* præpoſitis ſuis auctore Sex. Pompejo, appellabantur ante Urbem conditam ab Evandro Arcade Aboriginum Rege ſolemni ex Arcadia translato inſtituti, atque Anaſtaſio Imp. & Theodorico Amalo Gothorum Rege in Italia regnante à S. Gelaſio Papa eirciter annum Chriſti CDXCV. aboliti.

Porrò Sacrificia, quæ hi curabant, *Lupercalia* à *Lupercali* (fuit enim Lopercal, ut videtur innuere Ovid. *Faſt.* 2. *locus ſub Monte Palatino Pani Paſtorum Deo ſacer*) nominata fuere, & quotannis ad expiandos Manes meoſe Febrnario in honorem Panis Lycæi hoc pacto eelebrabantur: Sacerdotes nudi canem, & capram priùs Pani immolabant, deinde facie ſanguine fœdata, ſe his pellibus eingentes, loriſque è pelle factis phanaticè diſcurrentes circa Palatium obvios quoſque, pręſertim verò fœmioas, coriis illis eirca uterum percutiebant: qua re fieri credebant, tùm ut fęeundæ, tùm ut ad partum faciles evaderent. Quare autem ſic denudati diſcurrerent, ea à Servio affertur ratio, quod ſic primo ab Romulo, & fratre hujuſmodi Saera celebrata fuerint.

Cereris Græca Sacerdos.

QUę ſine viro eſſet, ut lex eſt Gręcis, ab eodem Evandro creata, ut auctor eſt Dionyſius *li.* 1.

Potitii, & Pinarii Herculis Sacerdotes.

POTITII, ac PINARII fuere Romanis Sacerdotes Herculi Græco ſacri ab eodem Evandro facti. Sed horum originem, nomen, ae miniſterium clariùs habes in Livio *libr.* 2. *V. C. anno* 1. Hoc Sacerdotium, ſi credimus Valerio, ſuſtulit Appius ille Cæcus, cui proinde ereditur ab Hereulę immiſſam cæcitatem.

Reges.

REGES tàm apnd Græcos, quàm apud Romanos Sacerdotes fuiſſe Virgilius auctor eſt de Rege Deli Aoio loquens ita ait,

Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbique Sacerdos. Itemque Livius *in Numa lib.* 1. & alii.

Fratres Arvales XII.

HUjus Religionis Romulum ipſom Urbis patrem authorem extitiſſe reperimos. Maſurius enim Sabinus apud Gelliom *lib.* 6. *cap.* 7. Accam Lanrentiam Romuli nutricem dnodecim filios ſuſcepiſſe ſcripſit; cumque unum ex his amiſiſſet, graviter dolere cœpiſſe. Hinc, quò ejus dolorem leniret, in filii demortui locom Romulus Accæ Laurentiæ ſeſe filium dedit, ſeque, & cæteros ejus filios *Fratres Arvales* appellavit. Ex quo tempore Collegium manſit *Fratrum Arvalium* numero XII. cujus Sacerdotii inſigne erat *Spicea corona*, *& alba Infulæ*. Ex Plinio *libr.* 18. *capit.* 2.

L X. Sacerdotes publici,

BIni ex ſingulis Curiis, quę XXX. erant, qui Sacris publicis præeſſent, quinquagenario majores à Romulo Rege ordinati ſunt, quos Curiarum ſuffragiis legi ſolitos fuiſſe tradit Dionyſius *lib. 2. ex Varrone*.

Augurum X V. Collegium.

AUgurandi ars antiquiſſima eſt, quæ à Chaldęis ad Grçcos, à Grçciſque ad Hetruſcos, & ab Hetruſcis ad Latinos tandem deveoit, Hinc Romulus ſummus Augur fuit; ideòque inſtituit Magiſtratus cum Auguriis creari. Et poſteri deinde non niſi auguratò res gerebant. Tanta autem veneratio huic arti acceſſit, ut Romulus principio *trium Augurum Collegium* ſingulos ex ſingulis Tribubus, quæ tres eraot, Ramnenſium, Tatienſium, & Lucerum, conſtituerit. Deinde à Ser. Tullio Rege *quatuor facti*, cum quatuor Tribus Urbem diviſiſſet. Poſteà verò anno Urbis CDLIV. Q. Appulejo Panſa, M. Valerio Corvo V. Cos. rogatione Ogulnia *quinque è Plebe* additis ad *novem numerum* aucti. Poſtremò à Sulla Dictatore *Augurum*, *Pontificumque Collegium*, ut ex Livio Florus *in epitome lib. xxcix.* tradit, ampliatum eſt, ut eſſent *X V. Augures*, *totidemque Pontifices*, qui uſque ad Theodoſii Senioris Imper. tempora viguerunt. Quibus, Chriſti Religione omnia jam obtinente, vetereque Dæmonum cultu abrogato, uno Edicto Sacerdotiorum omnium reditus fiſco publico circa annom Chriſti CCCXC. applicati ſunt, proindeque *Augures*, *aliique Sacerdotes*, teſte Zoſimo, poſteà plaoè fieri deſierunt. Neque verò illud hoc loco prætereundum eſt, *Augures* ſcilicet, quum cæteris ferè omnibus *Sacerdotibus*, ſimul ac in judicium ducti, damnatique eſſent, alium ſubſtitui mos fuiſſet, prædicta Lege Ogulnia teſte *lib. x.* Livio, immunes prorſus fuiſſe. Dum enim viverent, licèt maximorum criminum convicti eſſent, Sacerdotio tamen potiebantur, neque unquam privari poteraot. Augurandi modum diſertè narrat Livius *lib. 1.*

Haruſpices.

HARUSPICES à Romolo inſtitutos fuiſſe, tradit *lib. 2.* Dionyſius. Hi à victimis in ara aſpicieodis dicti ſunt. Is enim erat *Haruſpex*, qui poſtquam hoſtia immolata eſſet, inſpectis extis, futura prædicebat, qui proinde, & *Extiſpex* dicebatur, qui ſæpè per pecudum, & cæterarum hoſtiarum fibras, jecinora, & alia inteſtina, futura arte Dęmonum divinabat.

Tribunus Celerum.

TErtiam Sacrorum adminiſtrandorum partem Numa TRIBUNO CELERUM tribuit, quem Romulus *Equitum*, quos *Celeres* vocabant, *Præfectum* conſtituit, ut ſtatuta quædam Sacrificia peragcret. Ita Dionyſius *lib. 2.*

Curiones xxx, cum Curione Max.

CURIONES erant, qui Curiis pręſidebant, à Romulo inſtituti, Curiarumque ſuffragiis, creati: de quibus *lib. 2. in Numa* ſcribit Dionyſius. His omnibus unus præſidebat *Curio Maximus* dictus, cujus auctoritate (ut inquit Feſtus) cæteri Curiones regebantur, Curiatiſque Comitijs ſemper creari conſuevit.

Sodales Titii, aliàs *Titienſes*.

SODALES TITII (inquit M. Varro *lib. 4. de lingua Latina*) dicti ſunt à Titiis avibus, quas in Auguriis certis obſervare conſueverant. Extrà Urbem habitabant, atque in tuguriis certa Auguria ſervabant, quoniam ad id deputati à Pontificibus erant,

Flamines xv.

FLAMINES primus Numa Pompilius Romanorum Rex Dionyſio, & Livio auctoribus, creavit. Hujuſmodi fuere io triplici diſcrimine, primus enim ſacer fuit Jovi, qui proinde *Dialis*: Marti ſecundus, qui *Martialis*, Quirino tertius, qui & *Quirinalis* vocabatur. Nominis autem ratio tracta eſſe videtur teſte Varrone *lib. 4. de lingua Latina* à filo potiſſimùm, quo Flamen caput cinctum habebat. *Flamines* inquit Servius *in capite habebant pileum, quem quum per æſtus ferre non poſſent, filo tantum capita religare cœperunt; nam nudis penitus capillis incedere nefas erat, unde à filo, quo utebantur, Flamines dicti, quaſi Filamines*.

Pileus autem, ſive *Galerus*, quo Flamines utebaotur, *Apex* vocabatur. Nam cum apex faſtigium ſit, & ſummum aliquod alicui additum rei, Flaminis pileus, qui ad modum galeæ militaris factus erat, in ſummo faſtigio virgulam fixam habebat, circa quam filum lanæ albæ religatum erat; à qua re, ut diximus, & ipſi *Flamines* ſunt vocati, & pileus ipſe *Apex*. Hujuſmodi porrò *Apex* omnium Flaminum inſigne communne erat, ac proinde non niſi ipſis, ut nunc Mitra Epiſcopis, eo uti permiſſum. Et quamvis tres tantùm à Numa principio inſtituti fueriot, ut ſuprà iounimus, proceſſu tamen temporis XII. alii Romæ additi ſunt, & ad XV. oumerum aucti, qui licet nomine convenirent, Collegæ tamen non eraot, neque eorum quoddam Collegium vocabatur. Siquidem *Flamen* unius tantùm Dei Sacerdos erat, habebatque ſua quiſque Sacra, quæ per ſe quiſque procuraret, & ad alios nihil omninò attineret, quod Cicero *de Legibus* ſatis iodicat. Cæterùm poſt conſtitutos XII Flamioes, orta eſt inter eos *Majorum*, *Minorumque*, vel *Patriciorum*, & *Plebejorum* diſtinctio. Tres enim primi à Numa inſtituti *Majores*, & *Patricii* appellati ſuot, X I I. verò poſteriores *Minores*, & *Plebeji*.

Creabantur antè omnes à Pop. Comitiis Curiatis, & inaugurabantur à Pontifice Maximo, cujus dicto etiam ſuberant, & tunc temporis captos duci à Patribus, veluti ab hoſtibus mos fuit, quare *Flamines*

mines Capti dicebantur. Id denique Sacerdotium perpetuum erat, ita tamen, ut ob certas quaſdam cauſas *Flamines* etiam Sacerdotio privari poſſent, & tunc dicebantur *Flaminio abire*, aliique ſubrogabantur. Quod ſi nullis illarum cauſis coacti fuiſſent Sacerdotium deponere, id, quoad viverent, retinere ſolebant. Hæc ferè ſunt, quæ de Flaminibus communia erant, nunc ſingillatim de his diſputemus.

De Flamine Diali.

PRimum locum vendicat FLAMEN DIALIS à Numa, vel, ut placet Plutarcho, à Romulo ipſo Jovi inſtitutus. Dictus eſt *Dialis* ἀπὸ τοῦ Διὸς, hoc eſt à Jove, qui Græcè Διὸς dicitur, quaſi Jovialis, à quo vita dari putabatur hominibus: habuitque ipſe ſolus, ut *lib. 2. rerum divinarum* refert M. Varro, album galerum, vel quòd maximus eſſet, vel quod Jovi immolationem non niſi alba veſte fieri oporteret, quocum multas alias cæremonias ipſi impoſitas fuiſſe liquet, ut in Fabio Pictore, Maſſurio Sabino, M. Varrone, Plutarcho in Problematibus, Gellio, cæteriſque libris videre eſt.

Flamen Martialis.

SEcundos à Numa inſtitutus fuit, ut Dionyſius, & Livius tradunt; vel à Romulo, ut Plutarchus, quod Romuli Urbis conditoris Mars pater creditus ſit. Patricius, & Major erat.

Flamen Quirinalis.

HIc quoque Major, & Patricius à Numa in Romuli honorem inſtitutus, quòd Romulus QUIRINUS appellatus parens, & Urbis conditor fuiſſet.

Flamines Minores, qui & Plebeii XII.
Flamen Vulcanalis.

VUlcano conſecratus fuit. Varro *lib. 4. de lingua Latina.*

Flamen Carmentalis.

HIc FLAMEN CARMENTÆ Evandri Arcadis matris, cujus Templum propè Capitolium fuit, Sacra curabat. De hoc Cic. *in Bruto.*

Flamen Floralis.

A FLORA dictus eſt. Hanc Deam *floribus* præeſſe veteres credebant, quam tamen *meretricem* fuiſſe ajunt; quæ, quum magnas opes corporis quæſtu quæſiviſſet, Pop. Rom. fecit hæredem, certamque pecuniam reliquit, ex cujus annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur editione Ludorum, quos *Floralia*, ſive *Ludos Florales* appellabant. Quod quia Senatui flagitioſum tractu temporis viſum eſt, ab ipſo nomine argumentum ſumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur, Deamque finxerunt eſſe, quæ *floribus* præſit, eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus, aut vitibus benè, proſperèque floreſcerent. Itaque *Floram* nuncuparunt, & Ludos ei dedicatos appellavere *Floralia*. Celebrabantur autem hi Ludi omni cum laſcivia, convenientes memoriæ meretricis, in quibus, præter verborum licentiam, nudabantur, flagitante Populo, meretrices, quæ mimmarum functæ officio, in conſpectu multitudinis ad ſatietatem uſque impudicis motibus detinebantur. Ovidius *lib. 4. Faſtorum.*

Flamen Palatualis, ſivè Palatilis.

COnſtitutus fuit ad ſacrificandum ei Deæ, in cujus tutela *Palatium* erat, quam M. Varro *Palatuam* vocat.

Flamen Falacer.

A Divo Patre FALACRE dictus eſt. Quis autem is Deus fuerit, nondum Panvinio teſte inventum eſt.

Flamen Furinalis.

DIctus eſt, ut placet Varroni *lib. 4. de lingua Latina*, à *Furina*, cujus etiam in Faſtis *Furinales Feriæ* ſunt. Fortè hæc Dea eſt.

Flamen Vulturnalis.

FLAMINIS VULTURNALIS ſolus, quod ſciam, meminit M. Varro *libr. 6. de lingua Latina.*

Flamen Virbialis.

FLAMINEM VIRBIALEM *Deo Virbio*, ideſt Hippolyto conſecratum, nullus, quod ſciam, antiquus ſcriptor commemorat. Deus autem *Virbius* Theſei, & Hippolytæ Amazonis filius fuit, qui cum à Phędra noverca per calumniam apud patrem delatus eſſet, quod ipſi ſtuprum inferre voluiſſet, patris iram veritus, curru conſcenſo, fugam arripuit: quumque juxtà maris littus perveniſſet, incuſſo à Neptuno pavore, equi conſternati implicatum habenis Hippolytum dilacerarunt. Cujus vicem miſerata Diana ad vitam eum revocavit, & in Aricino nemore collocatum, pro Hippolyto *Virbium* appellavit, *quaſi bis virum*. Hæc latiùs apud Ovid. 2. *Met.*

Flamines Laurentialis, Lavinalis, & Lucularis.

NEque etiam horum trium FLAMINUM ullam mentionem apud veteres auctores extare unquam vidit Panvinius. Eos autem ex antiquo quodam Epigrammate concinnavit. Ex his LAURENTIALEM *Accæ Laurentiæ* Romuli nutrici creatum fuiſſe credit; reliquorum verò obſcura prorſus cognomina eſſe teſtatur.

Fla-

Flamen Pomonalis.

FLAMINIS POMONALIS, quem ioter XV. minimi habitum fuiſſe tradit Sex. Pompejus, Varro *lib. 6. de lingua Latina* meminoit, eumque à *Pomona pomorum Dea* denominatum fuiſſe tradit.

Hæc autem ſunt, quæ de XV. Flaminibus invenire potui, quorum uxores omnes *Flaminicæ* dicebaotur.

Jam verò reliquum eſſet, ut hic de *Flaminibus* quoque Imperatorum inter Divos relatorom, qui tot fuiſſe exiſtimandi ſunt, quot iidem ipſi Divi Imperatores uſque ad Conſtaotinum numerantur, verba facerem: verum quia nihil in iis notatu dignom occurrit, idcircò eos libens omitto cæterorum Sacerdotum tractationem perſequuturus.

Virgines Veſtales cum Virgine Veſtali Maxima.

ETſi VESTALIUM Sacerdotium ab Albaois per Numam Romam traductum reperiatur in Livio, ejus tamen initia adeo antiqua ſunt, ut ex Trojaois ad Albanos, Ænea duce, longe aote commigraſſe teſtetur Virg. *Æneidos*. a. Hujuſmodi vero Numa Romam traductas virginitate, cæteriſque cæremoniis venerabiles, & ſanctas fecit. Harum partes cum eſſent *æternum, ſive inextinctum ignem cuſtodire, Veſtaque Saturni, & Opis filia ſacra facere*, inde eis *Veſtalium* nomen inditum eſt. Ignem hunc eidem Veſtæ ſacrum in vaſis fictilibus Virginibus iſtis perpetuò ſervandum ideo veteres commiſiſſe ferunt, ut puram, & incorruptam ignis ſubſtantiam inviolatis item, iotegriſque corporibus commendareot, ſive quod ſterile, & infæcuodum eſſet, ſeitè virginitati adjungerent, quemadmodum *Faſt. lib.* 6. Ovidius ſcriptum reliquit.

Porrò hæ Virgines com io Templo ipſæ manſitare cogereotur, & ab eo interdiu nemo arceretur, pernoctare tamen intus nulli viro concedebatur. In ipſo nulla penitus effigies, quod Veſtam nihil aliud, quàm purum ignem putarent. Stipendium iis de publico decretum. Cumque primùm quatuor fuiſſeot, *Gegania* ſcilicet, *Beremia*, *Camilla*, *& Tarpeja*, poſtmodum, Romana Civitate io ſex partes diviſa, ne cui parti Sacerdos ſua deeſſet, duæ aliæ additæ à Ser. Tullio Rege, ſexque Virgioes Veſtales factæ, qui numerus poſtea ſemper manſit uſque ad Theodoſii ſenioris Auguſti tempora, quibus id Sacerdotium obſolevit, quarum præfecta virgo *Veſtalis maxima* appellabatur. His annorum triginta caſtitas indicebatur, & primo deceonio diſcebant, quæ ad cœremonias, rituſque ſpectarent, vetuſtiſſimis quibuſdam carminibus prodita: ſecundo, quæ didiciſſent, exercebant: tertio decennio alias inſtruebant. Poſt id tempus, poſitis inſignibus Sacerdotii, ex eodem abire, atque etiam nubere liberum erat, quod tamen porpaucæ admodum fecere exitu infeliciſſimo, ac ſummè ominoſo; quocirca territæ ſequentes libenter ævum ſuum in Veſtali miniſterio coonſumpſerunt. Si quando vero ignis extinctus foret (quæ res maximum Romaois terrorem afferebat, & calamitatem ingentem longo uſu edoctis minabatur) negotiis gravibus ſuperſedebatur, & Veſtalis ob oegligentiam io loco abdito flagris Pontificis juſſu graviter cædebatur. Ignis autem, non ab alio igne, ſed à Solis radiis, appoſito æneo vaſe, deouo accendebator. Cum ſacra cooficerent, *ſuffibulum* geſtabant, qood Feſtus explicat veſtimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod fibula nectebatur. Si quæ forte inceſti convicta eſſet, viva mortuali pompa, amicis, & cognatis lectulum proſequentibus, & collachrymantibus efferebatur, & viva juxta Portam deſodiebatur, quæ Via *Scelerata* dicta eſt. Veruotamen ſimul illi panem, & lac addebant, ne ſame necari videretur, quem morem è Græcis fluxiſſe crediderim, qui & ipſi ſolebant, ſi quem vivum deſoderent, cibi aliquid apponere, ne ſcilicet hominem inedia confeciſſe viderentur, quod pro piaculo habebaot. Eo die *Juſtitium* erat, ideſt *Juſtitia ſtatio*, nec ullus eo triſtior, ut nec ſpectaculum triſtius tota Urbe conſternata, veluti ſi extremum aliquod malum Reipublicæ immineret. Stuprator in Comitio ad oecem uſque virgis lacerabatur.

Quomodò autem hæ Virgines in *Veſtalium* numerum aſciſcereotur, à Fabio Pictore *lib.* 1. traditum eſt. Iſtæ enim capi idcirco dicebantur, qoòd à Pontifice Maximo, cujus id ſolius muous erat, manu preheoſæ à parentibus, io qoorum poteſtate erant, veluti bello captæ abducebantur. Quibus autem verbis id perageretur, novimus ex Gellio *Noctium Atticarum lib.* 1. *cap.* 12. Ea verò hujoſmodi ſunt, *Sacerdotem Veſtalem, quæ ſacra faciat, quæ jus ſit, & Sacerdotem Veſtalem facere pro Pop. Rom. Quiritibus, uti, quod optima lege fiat, ita te Amata capio*. *Amata* autem inter capiendum à Pootifice Max. ideo appellabatur, qoòd prima Veſtalis *Amata* nomine fuerit.

Eas porro oportebat eſſe ingenuas, ſummo pudore, & integritate laudabiles, & tunc invitæ etiam capiebantur. Flaminum vero, Pootificum, Augurum, XV virum ſacris faciundis, Tubicinum Sacrorum, VII virum Epulonum, & Saliorum filia non cogebator. Contra vero excludebatur, cojus pater in Italia domicilium non haberet, cui non ſaltem eſſent tres liberi, quique ſordida negotia obiret, cujus pareotes ſerviiſſeot, cujus ſoror Veſtalis fuiſſet, cujus mater cum viro divortium feciſſet, tandem quæ corporis aliquo vitio laboraret: non minor ſex, nec major decem annis legi poterat. Si quæ deceſſiſſet, alia io ejus locum capiebatur. In maxima veneratione apud omnes admiratio tàm diuturnæ pudicitiæ, & corporis ſanctimoniæ eas collocabat. Proinde ſacroſaoctas, & inviolabiles volueruot, lictore uti, ampliorem, & digniorem in Circo, aliiſque Spectaculis locum habere; & ſi caſu quiſpiam nocens ad mortem ductus Virginem Veſtalem obviam habuiſſet, eum ampliùs interficere non licebat, verùm jurare cogebatur, ſe non ultro, & de induſtria, aut dedita opera, ſed caſu obviam factam. Qui vero occurrebat, cum ipſæ feretro vehebantur ad necem, nihilominus moriebatur. Hæc de Veſtalibus ex Livio, Gellio, Dionyſio, Feneſtella, & aliis.

Sa-

Salii Palatini XII.

SALII juvenes XII. ſpectatiſſimi à Numa inſtituti fuere, quos à *ſolemni ſaltu* Varrone teſte, *Salios*, & à Sex. Ruſo, & P. Victore etiam *Salios Palatinos*, qood in *Palatio*, ubi eorum ſacrarium erat, ſacra factitareot, appellatos feruot. His datum æneum pectori tegmen, ſupra acu pictam tunicam, cœleſtiaque arma, quæ vocantur *Ancilia*, portare, ac per Urbem canentes carmina cum tripudiis, ſolemnique ſaltu incedere, inſtitutumque, ut in fine omnium carminom ſuorum Veturium Mamuriom appellarent, quòd ipſe XI. Anciliorum à ſe factorum præmii loco, ut ſuum nomeo inter carmina Salii cantarent, popoſciſſet. Cæterùm *Salii* non à populo, ſed à Collegii Magiſtris legi ſolebant Patricii adoleſcentes, quod Cicero *in oratione pro domo* refert, qoorum uterqoe pareos viveret, nec in Magiſtratu eſſet; cautumque prætereà lege erat, ut *Salii* liberi eſſent.

Virgines Saliares,

VIRGINUM SALIARIUM ſic meminit Sex. Pompejus, *Saliares Virgines Cincius ait eſſe conducticias, quæ ad Salios coibant cum apicibus paludatæ, quas Ælius Stilo ſcripſit ſacrificium facere in Regia cum Pontifice paludatas cum apicibus in modum Saliorum*. De his prætereà oihil iovenit Paovinius.

Fecialium XX. *Collegium*, *& Pater Patratus*.

FECIALES erant ex optimis, nobilibuſque familiis electi, ſic dicti, ut ſcribit M. Varro *lib.* 4. *de lingua Lat.* quòd fidei publicæ inter populos præeſſent. Jus *Feciale* ab Æquicolis mutuatum aſſerit Valerius *lib.* 10. cujus auctor fuit Sertor Reſius Æquicolarum Rex, & Numa primus Romanis conſtituit, ſive ut alii volunt ab Ardeatibus aſſumptum, quom indicturus eſſet bellum Fidenatibus ob latrocinia quædam, & excurſiones in Agrum Romanum factas, ſcireque prius vellet, utrum ſecum coovenire ſine bello vellent: qui neceſſitate coacti pacem maluerunt.

Fecialium partes io eo verſabantur, ut fidei publicæ inter populos præeſſeot, neque juſtum aliquod bellum fore credebatur, niſi id per *Feciales* fuiſſet indictum. Cum verò pugnare deſitum eſſet, à *Fecialibus* fœdere fides pacis cooſtituebatur.

Horum *Fecialium* onus PATER PATRATUS dicebatur, cujus munus erat, quum pax, aut fœdus facienda eſſent, verba facere. Forma autem feriendi fœderis per *Feciales* cum ſit apud Livium *lib.* 1. *de Tullo Hoſtilio*, oe ultra vos morer, ad eundem remitto.

Collegium Pontificum XV. *cum Pontifice Max.*

ERat PONTIFICATUS facer Magiſtratus: & *Pontifices* (ut apud Varrooem Q. Scævula Pontifex Max. dicebat) à *poſſe*, *&* *facere* dicti ſunt, vel ut Varro *lib.* 4. *de lingua Lat.* arbitratur, à *Ponte*; nam ab iis *Pons Sublicius* eſt factus primum, & reſtitutus ſæpè. A Numa quatoor primo inſtituti ſunt, qui omnes ex Patriciis ſemper cooptati ſuot uſque ad annum Urbis CDLIV. in quo rogatione Ogulnia, Q. Apulejo Panſa, M. Valerio Corvo V. Coſ. quatuor de Plebe additis octo facti, qui *Majores* dicti ſunt, ut *lib.* 10. tradit Livius. Deinde à Sulla Fœlice Dictatore ſeptem prætereà alii, qui *Minores* vocabantur, creati, eorumque numerus ad XV. auctus. Univerſus porrò Pontificum cætus *Collegium* vocabatur, quemadmodum ex Cicerone *in oratione pro domo ſua ad Pontifices*, in qua etiam eorum muneris diſertè meminit, *& de Haruſpicum Reſponſis*, itemque ex antiquis inſcriptionibus liquet. Hæc de Pontificibus, nunc vero de *Pontifice Maximo*.

Ut enim erant Pontifices Majores, Minoreſque, ſic ſupremus unus, ſummuſque omnium *Pontifex* erat, qui *Max.* dicebatur, à Numa inſtitutus, quò, ut tradit Dionyſius, maximarum rerum ad ſacra, & religionem pertinentium judex eſſet, ac privatorum, & Magiſtratuum contumaciæ vindex. Is ex Collegio Pontificum creabatur, non quidem Collegarum cooptatione, ut in cæteris Sacerdotiis mos erat, ſed Populi Tributis Comitiis, ut ex omni Livii hiſtoria facile intelligi poteſt: multo & tempore ooo oiſi ex Patribus, donec poſtremo omnibus honoribus Plebi communicatis, *Pontifex* quoque *Max.* ex Plebe primum creatus eſt Ti. *Coruncanius*, poſt quem molti tàm Patricii, quàm Plebeji Pontifices Max. uſque ad C. Juliom Cæſarem creati fuerunt.

Salii Collini. XII.

SALII AGONALES, qui à quibuſdam *Collini*, quod eorum Sacrum in *Quirinali Colle* eſſet, appellati, à Tullo Hoſtilio Rege ex voto, quod bello Sabino nuncupaverat, Diooyſio *lib.* 2. *&* 3. teſte ſunt inſtituti.

XV *Viri ſacris faciundis cum Magiſtro*.

POſtquam ab incognita anu (quam Sibyllam eſſe crediderunt) Carmina Sibyllina Tarquinio Superbo vendita ſunt, Rex ipſe II viros ſtatim, qui ſacrorum librorum cuſtodes eſſent, ex illuſtribus Civibus, ſervis publico ſomptu eis aſſignatis, creavit. Poſtmodum vero anno ante primum Conſulem Plebejum, qui erat Urbis CCCXXCVIII. lege lata à Tribunis Plebis C. Licioio, & L. Sextio ex II viris X facti ſunt, ſimulque, quùm ante à Collegis cooptarentur, lege cautum, ut pars ex Plebe, pars è Patribus fieret, fueruntque X uſque ad Dictaturam L. Sullæ Fœlicis, à quo poſtremò XV viri S. F. facti. Horum munus erat libros Sibyllinos, ot ſupra innuimus, cuſtodire, quum ex S. C. adeundi eſſent, adire, & quæ legiſſent, Senatui renunciare, & ea S. C. decreta procurare, Ludos Sæculares celebrare, & denique omnia peragere, quæ Sibyllinorum Carminum juſſu facienda eſſent.

Rex

Rex Sacrorum, alias *Rex Sacrificulus*, *&* *Regina Sacrorum*.

HOc Sacerdotium anno primo partæ libertatis, Urbis vero CCXLV. L. Bruto, & L. Collatino Coſ. à P. R. inſtitutum eſt. Quod ad Regem Sacrorum attinet, creabatur Populi Comitiis Centuriatis, quemadmodum apud Gellium *libr.* 15. *cap.* 27. refert Lælius Fœlix, & ſemper ex Patriciis, ut teſtatur Cicero *pro domo*.

Regis porrò uxor appellabatur Sacrorum Regina, quòd & ipſa aliqua Sacra facere ſoleret, de qua Macrobius in *Libris Saturnalium*.

Sacerdotes Bonæ Deæ Fœmina.

BONA DEA, quam alii *Faunam* appellant, terra à pleriſque eſſe creditur, quod infantes partu editi non prius vocem edunt, quàm *terram* attigerint. *Bonam* vero *Deam* ideò vocant, quod omnium nobis ad vitam *bonorum* cauſa terra eſſe videtur: *Faunam* autem ex eo, quòd omni uſui animantium *faveat*; à qua *Fauni agreſtes Dii*, utpote qui è terra geniti ſint. Dicitur prætereà *Ops*, cum Ipſius *ope*, atque auxilio vita conſtet; & etiam *Damia*, quia ei in *operto* ſacrificabatur, ex quo factum eſt, ut Sacerdos ejus *Damatris*, & Sacrificium, quod ei fiebat, *Damium*, idque per antiphraſim, quòd minimè publicum eſſet, diceretur. Hanc autem tantæ pudicitiæ fuiſſe ſcripſit Varro, ut nemo illam, quoad vixit, præter virum ſuum, mas viderit: & proptereà etiam illi in operto mulieres ſacrificabant, & *Bonam Deam* nominabant. Romę in Aventino Ædem habuit, de cujus Sacris à P. Clodio Ciceronis ætate pollutis frequens mentio eſt apud ipſum Ciceronem, & Aſconium.

Galli Sacerdotes Deæ Cybelis cum Archigallo.

QUum, ſecundo bello Punico maximè vigente, ex Carminibus Sibyllinis X Viri S. F. ad Senatum retuliſſent, hoſtem pelli Italia, vincique poſſe, ſi mater *Idæa* Peſſinunte Romam advecta eſſet, ſtatim Senatus Legatos in Aſiam ad Regem Attalum miſit, qui eis *Peſſinuntem* in Phrygiam deductis *Sacrum Lapidem*, *quem Matrem Deum* incolæ eſſe dicebant, tradidit, ac deportari Romam juſſit. Hunc Romæ à Viro optimo Scipione Naſica ſuſceptum in Ædem Victoriæ, quæ eſt in Palatio, pertulere pridiè idus Aprilis, iſque dies feſtus fuit. Populus frequens dona Deæ in Palatium tulit, lectiſterniumque, & Ludi fuere *Megaleſia* appellati. Hæc etiam *Cybele*, *&* *Mater magna*, *&* *Dea Peſſinuntia*; ejus ſacra Orgia; Sacerdotes verò Galli à Gallo Phrygiæ flumine, cujus aquam qui guſtaſſent, reddebantur inſani, ſunt appellati. His omnibus teſtes famia teſta erant præciſi. Quod ex eo eveniſſe fama eſt, quod quum Dea puerum Phrygem formoſiſſimum Attyn nomine Sacris ſuis ea lege præfeciſſet, ut perpetuò caſtitatem ſervaret, haud longe poſt Sangaritidem Nympham compreſſerit. Quarè quum in furorem actus manus ſibi conſciſcere conaretur, Deæ miſeratione furore liberatus à ſe interficiendo abſtinuit, genitalia tamen ſibi præcidit: ex quo tempore *Cybele Sacerdotes*, *quibus teſtes evulſi forent*, habere maluit. Eſt autem illud animadvertendum hujuſmodi Sacerdotes quotannis religionis cauſa Hilaribus feſtis Matris Deum *Simulacrum*, *carpentum*, *&* *leones Cybeles*, *&* *cultros Phrygios* magna pompa producere ad *Almonem rivum*, ibique ad duorum amnium confluentem, veteri inſtituto omnia abluere ſolitos fuiſſe, quod quo primum die ex Aſia illuc eſt advecta, à Sacerdote lata fuerit: quem morem poſteà per ſingulos annos ſervatum eſſe accepimus ab Ovidio *Faſt.* 4. Lucano *lib.* 1. & D. Aug. *cap.* 4. *lib.* 2. *de civitate Dei*.

VII Viri Epulonum.

VT fere omnes veterum Sacerdotes, ſic Epulones vario numero fuerunt. Etenim cum primum inſtituti ſunt (quod nimirum fuit anno Urbis DLVIII. L. Furio Purpureone, & M. Claudio Marcello Coſ.) tres tantùm creatos fuiſſe auctor eſt Livius *lib.* 33. Mox à Sulla Dictatore VII. facti ſunt, &, ut cæteri Sacerdotes, à Collegis ante Legem Domitiam ſubrogabantur: poſt eam autem Populi ſuffragiis is quoque honor mandari cœptus, ut ex tota Liviana hiſtoria liquet. Horum munera habet Tullius *in oratione de Haruſpicum Reſponſis*.

II Viri Ædis locandæ.
II Viri Ædis faciundæ.
II Viri Ædis dedicandæ.

QUanquam hos neceſſariò non fuiſſe Sacerdotes intelligam, eos tamen hoc loco adjungere mihi viſum eſt, quòd qui hæc peragerent, ex Sacerdotibus potiſſimum legerentur. Nam ubi Ædes caſu aliquo vota eſſet, ſtatim qui locarent, facerent, & dedicarent, II Viri Populi Comitiis Tributis, Lege Papiria renunciabantur: quod ex Gellio *lib.* 15. *cap.* 17. licet facilè animadvertere.

II Viri ædificandis Ædibus Sacris incendio conſumptis.
III Viri Sacris conquirendis, *doniſque perſequendis*.

DE quibus cum aliquid ſcribat, Livius *lib.* 25. cumque neque neceſſariò Sacerdotes eſſent neque ordinarii, nihil prætereà differendum eſſe exiſtimo.

Sacerdotes Deorum ſingulorum.
Antiſtites Templorum ſingulorum.

PRæter eos, quos hucuſque recenſuimus, multi quoque fuerunt in Urbe Sacerdotes publici variis nominibus appellati, veluti hi Sacerdotes Deorum ſingulorum, & Antiſtites ſingulorum Templorum, quorum memoria extat ſolummodò in vetuſtis quibuſdam epigrammatibus à Panvinio ſumma diligentia collectis.

No-

Nomina Miniſtrorum Sacerdotum P. R.

HActenus de Sacerdotibus, nunc de eorum Miniſtris, quorum multa, quemadmodum de Sacerdotibus obſervavimus, apud veteres genera erant, ex quibus præcipua ex antiquis lapidum, ac librorum monumentis hæc fuiſſe animadvertimus.

Camilli, & Camillæ.

ERant pueri, & puellæ patrimi, & matrimi à Romulo inſtituti, de quibus Dionyſius *lib.* 2. luculenter ſcribit.

Flaminii, & Flaminiæ.

FLAMINIUS, ſi Sex. Pompejo credimus, puer dicebatur ingenuus patrimus, & matrimus, qui *Flaminis Dialis* ad Sacrificiis præminiſtrabat. *Flaminia verò Flaminicæ Dialis* miniſtra, eaque patrima, & matrima, hoc eſt cui pater, & mater ſuperſtites erant.

Æditimi, alias Æditui.

DE his vide M. Varronem *li. 4. de lingua Latina.*

Scriba publici Pontificum.
A. Commentariis XV Virum ſac. fac.
Auctores Haruſpicum.
Kalatores Sacerdotum.

HOrum omnium epigrammata quædam, quæ videre potes apud Panvinium, meminerunt.

Tibicines.

TICINES concinentes ſacris Pup. Rom. intereſſe ſolebant, ut M. Varro *lib. 4. de lingua Lat.* videtur innuere.

Tubicines.

Sicdicti, quòd *tubis* canerent. Vide Sex. Pompejum.

Pullarii.

PULLARIOS verò fuiſſe, qui caveæ *pullorum* curam haberent, è quorum deinde paſtu auguria captare Augures ſolebant, colligitur ex Cicerone 2. *de divinatione.*

Popa.

MINISTRI SACRORUM erant, qui Hoſtias, & Victimas ligabant, & laureati, ſuccinctique, atque ad ilia uſque nudi eas ante Aras deductas feriebant, quemadmodum teſtatur Tranquillus *in Caligula.*

Victimarii.

SAcerdotum pariter miniſtri erant, qui Victimas ligabant, & cultrum, aquam, molam, & cætera Sacris neceſſaria parabant. Horum meminit Valerius *lib.* 1.

Lictores FL. & VV.

DE LICTORIBUS FLAMINUM, & VIRGINUM VESTALIUM, itemque *Præcis*, alias *Præclamitatoribus* abundè ſupra diſputavimus.

Præfica.

PRÆFICÆ, ut apud Varronem *lib. 6. de lingua Latina* Aurelius ſcribit, dicuntur mulieres ab luctu ad hoc conductæ, ut ante mortui domum ejus laudes canerent, darentque Sex. Pomp. teſtante, cęteris modum plangendi, quaſi in hoc ipſum *præfectæ.*

Deſignator, & Veſpa, alias Veſpillo.

DESIGNATORES dicebantur ii, qui conſtituendæ funebri pompę prǽerant, unicuique incedendi locum, ordinemque *præſcribentes*: quod ex Sex. Pompejo colligitur. VESPILLONES vero cadaverum ſoneratores erant, ità dicti, non à minutis illis *volucribus*, ſed quòd *veſpertino tempore* eos mortuos, qui funebri pompa propter inopiam duci non poterant, efferre ſolerent. Ex eodem Sex. Pompejo. Ideo autem iſtos cum *Præfica* inter Sacrorum miniſtros adpoſuimus, quòd & Manes ſua Sacra haberent; quorum hi potiſſimum miniſtri erant. Hæc itaque ſunt omnium Sacerdotum, eorumque miniſtrorum nomina apud antiquos ex vetuſtis monumentis diligenter collecta. Jam vero reliqua perſequamur.

CAPUT III.

Tullus Hoſtilius Rex III.

PRimus Romanorum Regum Sellam Curulem, Lictores, Togamque Pictam invenit. Albam diruit, Albanoſque omnes in Urbem recepit, Plebem Civitate donavit, Primores Albanorum in Patres legit.

Ancus Martius Rex IV.

NUmæ ex filia Nepos Sacrorum cœremonias paulatim abolitas renovavit; Fines Imperii protulit, Salinarum vectigal inſtituit, Carcerem medio Foro ad terrorem creſcentis audaciæ primus ædificavit, Jus Feciale ordinavit.

L. Tarquinius Priſcus Rex V.

DAmarati Corinthii exulis filius centum ex Plebe Patricios legit, qui *Patricii minorum gentium* dicti ſunt. Senatorum numerum ad CCC. auxit, Circum Maximum fecit, Ludos Magnos inſtituit, Equitum Centurias duplicavit.

Sex. Tullius Rex VI.

TRibus Romanas primus in *Urbanas*, *Ruſticaſque* diviſit, Cenſum inſtituit, Luſtrum condidit, primùm Comitia Centuriata ordinavit, Compitalitios Ludos fecit, Populo annonam, menſuras, & pondera invenit, Aureum Nummum percuſſit.

De

De Tribubus Romanis, & in primis de tribus Romuli Tribubus.

VRbem Romam, Agrumque in tres partes, quas & *Tribus* appellavit, primus Romulus, ut diximus, diviſit. Prima *Ramnenſium à Romulo*, in qua veteres Romani omnes erant; altera *Tatienſium à Tatio*, in qua Sabini; *Lucerum* tertia appellata fuit, in qua Tuſci, Latini, & reliqui omnes, qui ad Aſylum confugerant, conjecti ſunt, à *Luco Aſyli*, vel à *Lucumone* Hetruſco nominata.

De Tribubus Ser. Tullii Regis.

LUcerum multitudine ſuccreſcente, quum Urbis Mœnia, ſeptem Montibus occupatis, ampliata fuiſſent, Ser. Tullius Urbem denuò in quatuor, Agrum verò Rom. in quindecim partes, quas Romuli exemplo *Tribus* appellavit, diviſit. Ex quibus quatuor, quæ intra Urbem erant, *Urbanas*, reliquas verò, quę in Agro, *Ruſticas* appellavit.

Prima Tribus Suburrana.

INter quatuor Tribus Urbanas prima eſt *Suburrana*, in quam conjecit omnes, qui Montem Cælium, & finitima loca plana habitarent Orientem verſus, ſic appellata, quod eſſet ſub antiqua Urbe, vel à pago Sucuſano dicta eſt Sucuſana.

Tribus ſecunda Exquilina.

HÆc *Exquilias* continebat, ac proindè *Exquilina* appellata.

Tribus tertia Collina.

A *Collibus Quirinali*, *& Viminali*, in quibus ſita erat, appellata.

Tribus IV. Palatina.

A' *Palatino* monte denominata, quem cum Foro, & Capitolio obtinebat.

De Tribubus Ruſticis.

DE Tribuum Ruſticarum numero à Ser. Tullio inſtituto parùm inter vetuſtiſſimos auctores convenit. Nos verò Dionyſium in primis ſecuti, à quo & parùm abhorrere Livius videtur, à Ser. Tullio XVII. *Ruſticas Tribus*, & *quatuor Urbanas* factas fuiſſe dicimus, atque ab eo XXI. numerum auctum, quæ à locis pariter, in quibus collocatæ fuerant, nomina acceperunt.

Tribus V. Romilia.

QUòd ſub *Roma* eſſet, vocata. Hæc autem eam Agri Rom. partem obtinuit, quæ in Tuſcia propè Urbis Mœnia inchoans, ſecundùm Flumen uſque ad maris Oſtia trans Tiberim extendebatur.

Tribus VI. Cluſtumina.

ALias *Cruſtumina* à Tuſcorum Urbe *Cluſtumina*, alias *Cruſtumina* dicta eſt.

Tribus VII. Lemonia.

A' Pago, ut ſcribit Sex. Pompejus, appellata eſt, qui eſt à Porta Capena Via Latina.

Tribus VIII. Pupina.

QUam & *Pupinam* exaratam notavi, ab Agro *Pupino*, qui in Latio cis Tiberim ad mare vergens haud longe ab Urbe erat.

Tribus IX. Vejentina.

AB Agri *Vejentis* parte appellata fuit, qui trans Tiberim in Tuſcia ſupra Urbem *Vejos* verſus erat, de *Vejentibus* à Romulo captus.

Tribus X. Galeria.

ET duæ ſequentes à locis pariter nomina ſortitæ ſunt, nobis modò incognita. Niſi eam à *Galeſo* flumine, qui in Tuſcia erat, dictam velimus *Galeſam*, poſt *Galeriam*.

Tribus XI. Pollia.

DE qua Livius, Valerius, & antiqua monumenta mentionem faciunt.

Tribus XII. Voltinia.

DE qua Cicero pro Plancio, & multi lapides.

Tribus XIII. Claudia.

SEquentes novem Tribus licèt Familiarum nomina habeant, à locis antea appellatæ fuerunt, veluti hæc *Claudia*, quæ quum vetus eſſet, aliudque nomen à loco haberet, à Gente Claudia in eam relata novum nomen aſſumpſit.

Tribus XIV. Æmilia.

VNa ex antiquis S. Tullii Ruſticis Tribubus fuit, poſtea *Æmilia* appellata ab *Æmilia* Gente, quæ Romæ fuit nobiliſſima.

Tribus XV. Cornelia.

ET Ipſa à nobiliſſima Gente *Cornelia* nomen obtinuit.

Tribus XVI. Fabia.

A' *Fabia* Gente, quæ in eam relata fuit.

Tribus

Tribus XVII. Horatia.

VT pleræque aliæ, à nobiliſſima *Gente* nomen obtinuit.

Tribus XVIII. Menenia.

EX antiquis XXI. fuit, quo tempore *Gens Menenia*, à qua Tribus nomen accepit, maximè florebat.

Tribus XIX. Papiria.

A' *Gente Papiria* nomen accepit.

Tribus XX. Sergia.

ET ipſa à *Gente* ejuſdem nominis appellationem obtinuit.

Tribus XXI. Veturia.

A' *Gente Veturia* nomen, vetere relicto, mutuata eſt. Et hæc ſunt unius, & viginti Tribuum nomina, quas à Ser. Tullio factas fuiſſe exiſtimo.

Tribus XXII. Stellatina.

QUatoordecim deinceps Tribus, quæ quinque, & trigiota oumerum ſuppleruot, additæ ſunt, ex quibus prima *Stellatina*, ſic dicta noo à Campo eo io Campaoia, qui Stellas appellabatur, ſed ab eo, qui io Hetruria Regione Capena erat, quem Tuſci Stellatem vocarunt.

Tribus XXIII. *Tromentina.*

A' *Campo Tromento* in Tuſcia dicta.

Tribus XXIV. *Sabatina.*

A' *Lacu Sabate* dicta. Hæc cum duabus ſuperioribus propter novos Cives addita eſt.

Tribus XXV. *Arnienſis.*

DIcta eſt ab *Arno* Tuſciæ amne, cum tribus ſuperioribus propter novos Cives anno Urbis CCCLXVIII. à Ceoſoribus addita.

Tribus XXVI. *Pomptina.*

A *Pontia* Urbe in Volſcis propè Terracinas dicta eſt, à qua & Ager Pomptinus appellatus.

Tribus XXVII. *Popilla, alias Popillia, alias Poblilia.*

NOn à *Gente Popilia* nomen accepit, ſed à loco, qui fortè in Volſcis propè Pontinam erat.

Tribus XXVIII. *Mecia.*

A' *Caſtro Mecio*, quod Latinorum erat, ſic appellata.

Tribus XXIX. *Scaptia.*

A' Ceoſoribus, quemadmodùm ſuperior, propter novos Cives addita, & à nomine Urbis *Scaptia* appellata.

Tribus XXX. *Ouſentina.*

ADdita pariter à Cenſoribus ob novos Cives. Ei nomen dedit flumen *Ouſens*, qui eſt in Agro Privernate ioter mare, & Terracinas.

Tribus XXXI. *Falerina.*

EO anno, quo Ouſentina, addita, ab Agro *Falerno* in Campaoia.

Tribus XXXII. *Anienſis.*

OB eam, qua ſuperiores, cauſam anno Urbis CDLV. condito Luſtro à Ceoſoribus addita, ſic dicta ab *Aniene* amoe in Sabinis.

Tribus XXXIII. *Terentina.*

CUm ſuperiori addita à *Terento* (is locus in Campo Martio erat) appellata.

Tribus XXXIV. *Velina.*

A' *Lacu Velino* dicta, & anno Urbis DXIII. à Cenſoribus addita.

Tribus XXXV. *Quirina.*

EO anno, quo Velina, addita à *Curenſibus* Sabinis videtur appellationem traxiſſe. Hæ ſunt XXXV. Tribus, quarum aliquam neceſſe erat, ut, eojuſcunque eſſet Ordiois, Civis Romanus obtineret.

Tribus extra numerum Ocriculana.

EX XXXV. Tribubus proculdubio fuit, ſed quænam ex ſupra relatis fuerit, incertum.

Tribus extra numerum Pinaria.

SI Tribus fuit, à *Gente Pinaria Patricia majorum gentium* nomen habuit.

Tribus extra numerum Sappinia.

QUamvis bis, terve mentionem de ea faciat Livius, dubium tameo eſt, an Romana fuerit, præſertim cum oullum prorſus eſtet ſaxorum teſtimonium.

De VIII. alias X. Tribubus bello Sociali additis.

EX quibus has fuiſſe exiſtimo.

Tribus Camillia, alias *Camilla*.

Tribus Ceſtia.

A' *Ceſtia Gente* poſt Legem Juliam Romæ Nobili, & Conſulari.

Tribus Cluentia.

A' *Gente Cluentia* Romæ nobili Auguſti tempore nomen obtionit.

Tribus Cluvia.

A' *Cluvia* Samnitium Urbe nomen obtioere potuit.

Tribus Pumia.
Tribus Minucia.

A' *Minucia Gente* Romæ nobiliſſima, & vetuſtiſſima, quæ paulò ante bellum Marſicom adhuc florebat, derivata eſſe videtur.

Tribus Papia.

FOrte à *Gente Papia* dicta eſt Italicarum nobiliſſima.

Tribus Taur...

NEſcio, qoa ratione legi poſſit, niſi Tauria dicatur.

Tribus Vot...

V*Eturia* legi poteſt; apud Soſipatrum enim Voturios pro Veturios aliquando dictum legimus.

Tribus Ælia.

PArùm compertum habeo, ao à *Gente antiqua Ælia* Nobili, quanqoam Plebeja, an ab Hadriano Imp. qui ex Gente *Ælia* fuit, dicta ſit. Hæ decem numerum explent.

Tribus Julia.

IN Auguſti honorem à Senatu appellata fuit, una ex veteribus, non de novo addita, ſed quænam fuerit, incertum.

Tribus Flavia.

AUt à *Veſpaſiano*, aut ab *altero filiorum Tito*, vel *Domitiano*, qui ex Gente *Flavia* fuerunt nominata fuit.

Tribus Ulpia.

IN Trajani Imp. memoriam denominata eſt. Atque hæc ſunt omniom Tribuum nomina, quæ ego unquam extare in antiquis tàm librorum, quàm lapidum monumentis didici.

De Comitiis Centuriatis.

QUooiam autem tria Comitiorum genera propoſuimus, Curiata ſcilicet, Centoriata, & Tributa, ſanè relinquitur, ut, Curiatis jam expeditis, de Centuriatis modo diſſeramus. Centuriata itaque Comitia erant, *quibus Populus per Claſſium Centurias diviſus ſuffragium ferebat*, ita ut centuriatim ſuffragia colligereotur, & quod plures Centuriæ juſſiſſent, id ratum haberetur.

Ea autem tribus potiſſimum de cauſis haberi ſolebant. Una erat creandorum Magiſtratuum, altera Legum ferendarum, tertia Judicii exercendi cauſa. His porrò Comitiis creabantur omnes majores Magiſtratus ordinarii, & extraordinarii, præter Dictatorem, qui noctu ab altero Conſulum ex S. C. quotieſcunque opus eſſet, dicebatur, Magiſtrum Equitum, qui à Dictatore cooptabatur, & Interregem, qui Comitiorum habendorum cauſa, noo niſi Patricius, & à Patriciis prodi ſolebat.

Majores Magiſtratus erant, qui Comitiis Centuriatis creabantur, Conſules, Prætores, & poſtremò Cenſores: creabatur prætereà Rex Sacrorum, aliàs Rex Sacrificulus: & X Viri Legum ſcribendarum, & Tribuni militum Conſulari poteſtate creati ſunt.

Altera Comitiorum Centoriatorum cauſa erat Legum ferendarum. Leges autem hæ fuerunt omnes, quæ à Magiſtratibus iiſdem promulgatæ ſunt, qui vel Majores eſſent, vel Comitiis Centuriatis crearentur. Quarè omnes ferè Leges à Dictatoribus, Coosulibus, & Prætoribus auctoritate Senatus latæ ſunt, ut de bello indicendo, Valeriæ de provocatione, duodecim tabularum, Æmiliæ de Cenſura, & ſimiles.

Tertia poſtremò Comitiorum Centoriatorum ratio fuit Judiciorum exercendorum cauſa. Judicia autem Populi his Comitiis habita ad unum tantùm crimen capitale *perduellionis* ſpectabant. Nam reliqua Judicia vel à Triumviris Capitalibus, vel ab Ædilibus, vel à C. viris, vel à Prætoribus, vel à Quæſtoribus ad id à Populo creatis, aut Quæſtoribus Paricidii tranſigebantur. Erat autem crimen perduellionis *hoſtili animo ſe in Remp. gerere*; nam quos oos *hoſtes* appellamus, veteres *perduelles* vocabaot. Diſcrimen porrò erat inter id crimen, & crimen *Majeſtatis*. Nam *Majeſtatis* crimeo erat *duces hoſtium pecunia liberaſſe*, aut *privatum hominem domi ſuæ hoſtium duces ſervaſſe incolumes, legionem ſolicitaſſe, ſeditionem in exercitu excitaſſe, Magiſtratui pro ſuo imperio quicquam agenti reſtitiſſe*. Atque hoc crimen ſuum Prætorem habebat, qui de eo quæreret. Crimen verò perduellionis erat *Civem Rom. contra jus libertatis ſibi Legibus Porcia maximè, & Sempronia conceſſæ in crucem tollere*, aut *ſecuri percutere*, aut *in latumias conjicere*, aut *verberare*. Quum eoim Lege Porcia cautum eſſet, ne Civem Rom. virgis cædere, aut ullo ſervili ſupplicio afficere liceret, Lege verò Sempronia ne de capite Civis Rom. injuſſu Populi judicaretur, quicunque contra jus ſuæ libertatis Civem Rom. quaſi peregrinum tractaſſet, tanquam

oppu-

Digitized by Google

oppngnator libertatis Rom. *reus perduellionis* ad Populum fiebat. Jus enim Civitatis tntum erat penes Populum, ideòqne judicio Pnpuli meritò ſubjiciebatur, qui cnntra Leges de jure Civitatis, ac libertatis Pnpuli qnicquam fecerat. Habere autem Centuriata Comitia poterant Conſules, Prætnres, Cenſores, Dictatnres, & Interreges, quns nmnes Majnres Magiſtratus fuiſſe liquet. Ac Magiſtratuum Majnrum, quns ſolns his Comitiis creari diximns, Comitia Cnnſules ſemper, ac ſoli habebant, niſi aut res ad Interregnnm rediiſſet, aut abſentibus Conſulibus Senatui viſum eſſet Dictatorem Comitiorum cauſa creandum eſſe: tunc enim Cnnſules ab Interrege, aut Dictatnre creabantur. Prætnrum Comitia nnn niſi Conſules habere poterant. Prætnri enim neque Conſulum, nec Prætorum Comitia habere jus erat. Cenſnres quoque non niſi à Couſulibus creabantur. Atque creandis Magiſtratibus non niſi Conſules, Dictatnres, Interrex Comitia habere poterant.

Legibus verò ferendis, aut Judiciorum cauſa, jus erat Conſulibus, Dictatori, & Prætnribus tantùm. Cenſnres enim aut Interregem, vel Magiſtrum Eqnitum Comitia nnnquam exercendi Judicii, aut Legum ferendarum cauſa habuiſſe conſtat. Cenſnres tamen jus habuiſſe Populi vocandi, ex Luſtri condendi ratinne manifeſtum eſt. Ex his igitur apparet, ex Magiſtratibus, quibus jus eſſet habendi Centuriata Comitia, Conſules tantùm, Dictatnres, & Interreges Magiſtratibus creandis Comitia habere ſnlitos fuiſſe, ſecus autem Cenſnres, Prætnres, & Magiſtrns Equitum. Legum autem, ac Judicinrum cauſa Conſules tantùm, Dictatores, & Prætores, non Interreges, Cenſnres, & Magiſtrns Equitum. Jus verò eonvocandæ Concinnis nmnes habuiſſe cnnſtat. Ex bis porrò, qui Magiſtratus non eſſent, ſolos Pontifices jus babuiſſe agendi cum Pnpuln invenio, idque in Comitiis Centuriatis, Tributis, & Curiatis. In Centuriatis quidem tantùm in creatinne Regis Sacrificuli, qui Centuriatis fieri ſolebat, in reliqnis eorundem Comitinrum cauſis nibil illis jus erat.

His autem Comitiis nmnes quntqunt adeſſe volebant, pleno jure Cives Rnm. intereſſe poterant, ideſt qui jus ſuffragii ferendi baberent, quibusque Civitas cnm ſuffragin data fuiſſet. Nam erant & Cives ſine ſuffragin; vel quod his datum à Populo non eſſet, quum Cives facti ſunt, vel qnod eos Cenſores ignnminiæ cauſa ſuffragii latione privaſſent, quns in Cæritnm tabulas referri dicebant. Hi primi omnium Municipes Cives Rnm. facti ſnnt, ſine ſuffragii tamen jure, pro Sacris Romanis belln Gallicn cuſtoditis. Quum enim eſſent plura Civium Rnmanorum genera, quæ variis juribus, & privilegiis diſtincta eſſent, hi pleno jure Cives Romani erant, quibus ſuffragii ferendi jus datum fuerat, vel non ablatum. Reliqua enim omnia, quæ habebant, privilegia cum aliis Civibus imperfecti juris communia erant. Non virgis cædi, vel ſecuri percuti Legibus Porcia, & Semprnnia cnmmune etiam erat his, qui ſine ſuffragin Cives eſſent. Militare in Legione Romana, hæreditatem Civis Romani capere poſſe, teſtamentum jure Quiritium facere, iiſdem Civibus communia erant. Jus connubinrum cnm Latinis cnmmunicabant, & alia quædam ſimilia.

In nmnibus verò Comitiis Centuriatis erant *Diribitores*, qui à *diribendis*, hoc eſt *diſtribuendis tabellis* dicebantur. Hi tabellas Pnpuln per Centurias miniſtrabant, non enim eas Populus dnmo ferebat. Erant & *Rogatores*, qui ciſtas deferebant, in quas tabellas ſuffragii Populus conjiciebat. Itemque *Cuſtodes*, qui præter id, quod obſervabant, ne quid fraudis cnmmitteretnr in ſnrtitionibus, & ſuffragiis dicendis, deſcribebant etiam cujuſcunque Centuriæ educta è ciſta ſuffragia, ut appareret, quæ eſſet illius Centuriæ ſententia, quam tum per Præconem magna voce pronunciabant, & poſtremò quem nmnes Centuriæ, vel Tribus Magiſtratum pronunciaſſent, Pnpuln alta voce declarabant. Præcones etiam Centurias, & Claſſes ad ferendum ſuffragium vocabant. Erat verò & boc prætereà *Cuſtodum* munus, ut poſt lata ſuffragia in quibuſdam tabellis numerum ſententiarum punctis nntarent; ſingulnrum enim ſententiæ puncta univerſæ Centuriæ ſuffragia vocabantur. Iidem *Diribitores*, *Rogatores*, *Cuſtodes*, & *Præcones*, in reliqnis Centuriatis Comitiis Legum, vel Jndiciorum erant. Hoc differt, quod in tabellis Magiſtratuum notata erat nomina Candidatorum. In Judiciis in altera *Abſolvo*, in altera *Condemno*, in altera *Non liquet*. In Legibus, *Uti rogas*, in altera, *Antiquetur*.

Erant autem Candidati, qui Magiſtratum aliquem petebant, ſic dicti à *Toga candida*, quam geſtabant, qui ſe Magiſtratum petere profeſſi eſſent. In Toga porrò candida Magiſtratus ambientes apparebant ſive ad denotandam integritatem, quod ſnlus hic colnr purns, & minimè inquinatus eſt, ſive ut perſpici ab nmnibus poſſet, eos pecuniam, qua Cives eorrumperent, nnn habere. Ex Candidatis autem quidam petitionem ſuam biennin, quidam annn, antequam inirent, incboabant. Edictis verò Comitiis, tnm qui petere volebant, ſe profiteri Candidatns nportebat, alioqui, niſi intra legitimns dies ſe petere profeſſi eſſent, ratin eorum haberi Comitiis nnn poterat. Petitionem tamen diù ante per amicns Candidati adornabant. Poſtmodùm, Concinne ab aliqun Magiſtratu impetrata, Pnpuln ſe petere profitebantur: hoe eſt qnandam publicam vnluntatis ſuæ declarationem Populo faciebant de aliqno Magiſtratu, ſi Populus ità vellet, obtinendo; Magiſtratus enim Populi mera beneficia erant. Candida autem Toga petitinnis ſignum erat, ut dixi, qun à Pnpulo dignoſcerentur, qui ambirent Magiſtratus. Quandiù enim retinebatur Tnga candida, tandiù perſtaro in petitinne, ea depoſita & petendi vnluntatem depoſuiſſe *Candidati* cenſebantur.

Cæternm non ſemper ratio habebatur enrum, qui profeſſi eſſent, in qua re Magiſtratuum, & Senatus cognitin locum habebat. Ne enim Populus Magiſtratus alicui mandaret indigno, aut contra Leges, publicè intererat conſiderari Can-

didatorum cauſas à Magiſtratibus, & Conſilio Publico, quæ deinde ad Popolum allegatæ efficiebant, ut eorum tantùm, qui digni eſſent, rationem Comitiis habere vellet, ac ſæpè etiam contra Populi ſtodia manifeſta, Magiſtratus judicio, aot Senatus decreto excludebantur ſuffragiis Populi nonnulli Candidati. Ita ut omnes petere poſſent Magiſtratus, ſi legitima ætate, nominaque Populo publicè profeſſi eſſent, ſi Magiſtratus, vel Senatus eorum rationem haberi cenſuiſſeot. Tum eorum nomen Conſul etiam recipiebat, ideſt Populi ſuffragio permittebat, ut ex iis deſignaret, quos vellet. Adeoque tom Conſulem nomen Candidatorum recipere oportebat, ut omnino ſuffragio Populi exeluſus eſſet is, cujus nomen non recepiſſet, ac ſi quem Populus deſignaſſet, cujus nomen accipere nollet, nihil eo deſignando Populus perficere poſſet, quando ei liberum eſſet Populi Concionem dimittere, quum vellet.

Trioondinum quoque poſt edicta Comitia expectari mos erat ante diem Comitiorum, ideſt dies XXI. partim ut ad eam diem Populus commodè undique convenire poſſet, partim ut Candidati Populo frequentiori, & non modò Urbanæ, ſed etiam Ruſticanæ multitudini ſupplicare poſſent. Cauſæ autem, cur Candidatorum ratio haberi noo poterat, multæ erant, ut defectus ætatis, quia Lex lata erat à L. Villio Annale Trib. Pleb. A. Poſtumio, & C. Piſone Coſ. qua certi quidam anni conſtitoti erant, ante quos non liceret Magiſtratum capere. Item erat & Lex Cornelia, quæ jubebat, ut ordinatim Magiſtratus caperentur, ideſt primo Quæſtura, deinde Tribunatus Plebis, poſt Ædilitas, mox Pręturа, & poſtremò Cooſulatus, & qui Mioores Magiſtratus non obtinoiſſet, Majores adipiſci non poſſet. Anni porro duabus hiſce Legibus ad petendos Magiſtratus conſtituti hujuſmodi erant. Nimirum ad Quæſturam XXVII. ad Tribunatum Pl. XXX. ad Ædilitatem XXXVII. ad Præturam XXXIX. ad Conſulatum XLIII. ad Dictaturam verò, Cenſuram, & Ioterregnum reliquum ætatis tempus, quòd ſcilicet ad hæe munia Conſulares deligerentur.

Fuit & Lex alia Cornelia, cujus cauſa Candidatorum ratio haberi non poſſet, quę vetabat eundem Magiſtratom bis intra decennium iniri poſſe. Erat & alia Lex, qoa vetabatur, ne in Magiſtratuum Comitiis abſentium ratio haberetur. Poſtremò, ſi qoi turpi judicio damnati eſſent, in perpetuum omni honore, ae dignitate mulctati erant. Tum etiam, ſi quis publico judicio damnatus eſſet, cujus pœna exilium non eſſet, ſed ignominia tantùm, mulctave, ei Magiſtratum petere non licebat. Item ambitus damnati ante Legem Joliam honoribns excluſi erant. Multæ poſtremò fuerunt cauſæ, quibus Candidatorum ratio haberi ooo poſſet. Nunc de ratione petendi Candidatorum.

Candidatorum mos erat in Forum convenire, ut Populo, & Plebi, etiam Ruſticæ ſupplicarent, ſingulorum, quos obvios habebant, manus prehenſare, prehenſos dextra obvios Cives benignè orare, Nundinis; quibus ruſtici in Urbem conveuiebant, in Comitium veoire, in Colle Hortulorum Campo Martio immineoti conſiſtere, ut ab univerſis videri poſſent, ſecum alios adducere Populo gratioſos, qui ſuo nomine etiam peterent. *Nomenclatores* ſervos habebant, qui eis ſingulorum nomina, quos ſalutarent, & obſecrarent, ſuggererent. Quidam etiam *Diviſores* habebant, per quos nummos viritim per Tribus, & Ceoturias dividorent, quibus earundem ſuffragia emebant: quod Lex ambitus prohibebat. Quidam quò Populo gratioſi fierent, congiaria, munera, epulum, & alias largitiones publicè Populo præbebant. Eadem ferè ratio eſt de Comitiis Centuriatis, quæ Legum ſerendarum, & Judiciorum cauſa fiebant. Niſi quod Legibus ferendis, antequam Lex promulgaretur, recitari ſolebat à Præconibus ſuggereotibus Scribis Populo, ut ante ſciret, & intelligeret Legem, quàm ſuffragium ferret.

In Comitiis verò Ceoturiatis Judiciorum cauſa, oiſi accuſator is eſſet, qui Comitia baberet, præter eas perſonas, quas omnibus Centuriatis couvenire oeceſſe erat, intervenire eum primum oportebat, qui diem perduellionis ad Populum dixiſſet, tum verò defenſorem, qui pro reo diceret, poſtremò & ipſum reum ſordidatum cum amicis, qui Populo ſupplicarent, priuſquam in ſuffragium mitteretur. Quod verù *Comitiis adeſſe has perſonas* dixi, ità accipiendum eſt, niſi exilii cauſa ſolum ante Judicii diem rei vertiſſent, quemadmodùm feciſſe Camillum, Coriolanum, K. Quinctium, & Ciceronem ipſum in hiſtoriis legimus. Porrò aote Comitia Centuriata Edictum præmitti neceſſe erat, ut ad quam diem coovenire Populus deberet, multò aote intelligeret. Illud verò dubium eſt, ita ne Comitia edici ſolerent, ut Præcones dimiſſi per Vicos diem prędicereot, ao quod magis credo, potiùs ſcriptum eſſet, quod publicè proponeretor, eodem modo, quo Prætorum Edicta. Sanè ſcriptum in tabella proponi publicè ſolitum, quo edicebatur, quis dies Comitiis Centuriatis futurus eſſet, tradit Gellius. Et quoniam Comitiis etiam adeſſe ex agris homines oportebat, qui in Urbem ferè non niſi nono quoquedie, ideſt Nundinis veoiebanr, proptereà Edictum illud per plures dies publicè extare neceſſe erar, ut Populo universè notum eſſet. Unde poſt Edictum promulgatumante Comitiorum diem Trinundinum interjici ſolebat etiam io Magiſtratuum Comitiis, nam in reliquis ità fieri oportuiſſe ſatis manifeſtum eſt. Quod verò tantùm *tempus interjici debere* dixi, ità accipi debet, ſi modò nil accidiſſet, quod impedimento eſſet, quò minùs Comitia ſuo tempore habereotur. Nam ſi res ad Interregnum rediiſſet, à ſecundo Interrege Comitia haberi poterant, quorum imperium non erat, niſi quinque dierum. Hinc *Trinundino Legem promulgare*, erat Legem, quam quis ferre propoſuerat, tribus diebus Nundinarum advocata Concione ità recitare, ut de ſingulis capitibus Populus & doceretur, & doceri aliis adhibitis ſoaſoribus fieret; data etiam facultate, ut qui vellet, Legem improbare, diſſuadereqoe poſſet.

Erant

Erant autem Nundinæ *feria ruſticorum*, *quibus in Urbem conveniebant, negociis domeſticis proviſuri*, quemadmodùm nunc Mercatus. Fiebant autem nono qnoque die, unde etiam nomen habuerunt. Qui autem Leges ferre volebant, ſolebant ſibi unum aliquem magna auctoritate præditum conciliare, & adjungere: is *Auctor Legis* à Cic. appellari ſolet. In Judiciis quoque Trinundini lex obſervabatur. Quarè ea lex communis erat omnibns Centuriatis Comitiis. Eſt etiam illud obſarvatione dignum, in omnibus Centuriatis Comitiis Senatus auctoritate opus fuiſſe, quod in Tributis non erat. Patres enim auctores fieri ſolebant omnium, quæ Centuriatis Comitiis tranſigebantur.

Hæc porrò Comitia non niſi anſpicatò haberi poterant. Auſpicia autem captara erat, *ex avibus*, *caterisque auguralis diſciplina ſignis Jovis voluntatem interpretari*. Hoc autem duobus præcipuè modis fiebat, aut per exta hoſtiarum, & hoc erat Haruſpicum munus, aut ex avibus, quod Augures facere ſolebant. Auguralis verò diſciplina ex quatnor potiſſimum generibus conſtabat. Ex avibus, ex cœlo, ex terrenis quibuſdam animalibus, & ex diris.

Ex avibus ſigna obſervabantur tripliciter, ex volatu, ex occentu, ex tripudio. E cœlo, quod ſervare de cœlo dicebatur, erat, *attentius circumſpiciendo obſervare*, *num qua parte cœli aliquid ſe oſtenderet*, *unde divinationem accipere poſſet*, *ut fulgura*, *& tonitrua*. Ex his omnibus Augures auſpicia captabant. Ante igitur Comitia Centuriata auſpicari mos erat, & quanquam nihil apparuiſſet, mala ſigna obnunciando afferre, vel fauſta nnnciare, ut Comitia haberi poſſent. Intra Pomerium autem auſpicari mos erat in Arce, vel in Palatio, nbi locus erat, quod à P. Victore *Auguratorium* vocatur. Quod ſi quis vel non rectè auguratus eſſet, & Comitia habuiſſet, ubi id cognitnm eſſet, tota illa actio vitioſa erat; hinc aliquoties Magiſtratus ob eam cauſam abdicaſſe legimus. Quod ſi quis Comitia prohibere voluiſſet, is obnunciabat. Obnunciare autem erat *Magiſtratus ſervatum eſſe de cœlo renunciare*, *ideoque ne eo die*, *Jove prohibente*, *Comitia haberet*, *vetare*. Cautum autem Legibus erat, ut obnunciationi pareretur. Auſpicia autem penès Magiſtratus erant. Augures enim nihil pro Officio agebant, niſi à Magiſtratibus juſſi eſſent.

Auſpicia autem & *majora*, *& minora* vocabuntur: *majora* erant Conſnlum, Prætorum, Cenſorum; *minora* reliqnorum Magiſtratuum. Præter Anſpicia, quæ omnino à Magiſtratibus ante ejuſmodi Comitia ſervanda erant, Sacra qnoque quædam legitima fieri, & hoſtiarum immolationes oportebat. Edicto itaque propoſito, reque in Trinnndinum ante promulgata, Senatus auctoritate interveniente, Sacris factis, Auſpiciis addicentibus, nullaque obnunciatione, vel aliorum Magiſtratunm intercesſione interjecta, qnum Centuriata Comitia Major Magiſtratus habere vellet, die ſuffragii Populus in Campo Martio conveniebat, ubi priuſquam in Tribus, & Centurias diſtribueretur, Concionem ad Populum habebat, qua rogabat, ut id, de quo ageretur, jubere, aut vetare vellet; ac ſi Magiſtratuum eſſent Comitia, rogabat Populum, ut ex jis Candidatis, quorum baberi rationem oporteret, quos tum omnes nominatim appellabat, crearet Populus, qnos vellet, Conſules Prætores, Cenſoreſve, vel quos ipſe recitaſſet, vel quoſdam ex omnibus Civibus, ſi modò ii eſſent, quorum ratio haberi ex Legibus poſſet. Deinde in Centurias diſtributus initis Comitiis ſuffragia ferre incipiebat.

Comitia vero inchoata, multas ob cauſas vel impedita, vel renovata fuiſſe, conſtat, ut intercesſione, & vitio Magiſtratuum. Tribunorum autem Pleb. ſummum jus in intercesſionibus erat, quod verbo uno ſolemni VETO continebatur. Si autem nulla cauſa eſſet, qua Comitia probiberentur, poſtquam Populum Magiſtratus in ſuas Centurias diſcedere juſſerat ad ſuffragium ferendum, tum omnes, qui aderant, Cives, quibus ſuffragii jus erat, diſcedebant in ſuas quiſque Centnrias, ut quo ordine rogarentur, ſuffragium dicerent. Tum Centuria, quæ prima ſorte exiſſet, ea *Prærogativa* vocabatur, in qua tantum momenti erat, ut ferè in quam partem inclinaſſet *Prærogativa*, eam reliquæ Centuriæ ſequerentur.

Primò autem voce ſuffraginm ferre ſolebant, poſt Legem vero Tabellariam Populus in mandandis Magiſtratibus, reliquiſque actionibus tabellis utebatur, in quibus in Judiciis *Abſolvo*, *Condemno*, *Non liquet* exaratum fuerat, in Comitiis Legum *Antiquo*, *Uti rogas*, ut dictum eſt in Magiſtratibus. Tot diribebantur tabellæ, quot Candidati, in quibus nomina Candidatorum ſcripta erant per primas litteras. Is igitur Candidatus, qui plura per ſingulas Centurias puncta tuliſſet, ſingillatim per Præconem nunciabatur, qui plura Centuriarum ſuffragia, Magiſtratus itidem à Præcone Populo referebatur. Tabella verò accepta, tum ex uno Septorum (duo enim in Campo Martio Septa erant, in qnibus Comitia baberentur) per quoſdam Ponticulos omnes Tribus ſingillatim in aliud Septnm ibant, atque in ciſtas, quæ in illis Pontibus à Rogatoribus tenebantur, tabellas mittebant.

Locus antem, in quo Centuriæ ad ſuffragium vocabantur, erat prope Tribunal ejns, qui Comitia habebat. Quum autem major pars Centuriarum aliquid ſciviſſet, tum ea Comitia ritè habita dicebantur; iſque (ſi Magiſtratnum erant) qui plura ſuffragia tuliſſet, à Præcone Populo renunciabatur. Primum autem renunciari perhonorificum erat. Locus, ut dixi, Comitiorum Centuriatorum erat Campus Martius, in quo erant duo Septa, in quibus Pop. Rom. ſuffragium ferebat. Ea antem intra Pomerinm haberi non poterant: habebantur autem in loco augurato, ideſt ab Augnribus ad eam rem dicato, & conſecrato. Hæc antem Comitia non poterant, niſi diebus Comitialibus haberi. Dierum enim anni quidam erant *Feſti*, qnidam *Profeſti*, & alii *Intercisi*. *Feſti Diis* dicati ſunt, *Profeſti hominibus* ad miniſtrandam rem privatam, publicamque, *Interciſi Deorum*, *hominumque communes*.

Feſtis inſunt Sacrificia, Epulæ, Ludi, Feriæ. *Pro*

feſtis faſti, Comitiales, compe odioi, ſtati, prælia-res. *Interciſi* in ſe, noo io alia dividuntur. Nam cum Hoſtia cæditor, fari nefas eſt, inter cæſa, & porrecta fari licet rorſus, cum adoletor, non licet. Ex Macrobio porrò liquet, quoſdam dies fuiſſe Comitiales, qui in Faſtis littera C. notabantur, à Numa inſtitutos, quibus ſolis cum Populo agi ſas eſſet. Tempus, quo Coofules creabaotur, varium fuit, ut etiam varius fuit dies, quo inire Magiſtratum ſolerent. Verùm, poſtquam ineondo Conſulatui dies ſtatos eſt Kal. Januarii, Comitia Conſularia haberi ſolebaot Meoſe Julio, vel Auguſto: paulò poſt Conſularia Prætoria Comitia habebantur: Cenſoria vero circa Kal. Julii haberi ſolebant, quod ex Ciceronis *Epiſt. ad Appium lib.* 3. manifeſtum eſt, qui ſtatim ut deſignati erant, inibant, nec tempus ſtatum Kal. Januarii expectabant, ut Conſoles, & Prætores. Perdurarunt autem hæc Comitia libera uſque ad C. Cæſaris Dictaturam, quo tempore hæc ſcribit Tranquillus, *Comitia cum Populo partitus eſt, ut exceptis Conſulatus competitoribus, de cætero numero Candidatorum pro parte dimidia, quos Populus vellet, pronunciarentur: pro altera parte, quos ipſe dediſſet*: & in Auguſto, *Comitiorum quoque priſtinum jus reduxit, ac multiplici pœna coercuit ambitum*. Poſt Augoſti vero obitum omnino à Tiberio antiquata ſuot, ut docet Tacitus. Atque hactenus de Comitiis Ceoturiatis.

C A P U T IV.

L. Tarquinius Superbus Rex VII.

OCciſo Ser. Regoum Rom. vi invaſit; Primoreſque Patrum, quos Servii rebus faviſſe arbitrabatur, occidit. Volſcis bellum primus intulit, ex quorum maoubiis Templum Jovi in Capitolio maximum condidit. Ferias Latioas primus inſtituit, Cloacam maximam fecit, multaque prætereà bello, paceque præclara geſſit. Quæ tamen omnia inaudita ſævitia, tyrannideque, qua multis annis Urbem oppreſſit, deformavit. Poſtremò propter expugnatam nocturna vi à Sexto ejus filio Lucretiæ pudicitiam, Bruti opera præcipuè, Regno cum uxore, & filiis exactus eſt, quum annos XXV. regnaſſet, perpetuoque exilio cum omni prole ſua mulctatus eſt. Qui cum Tuſcorum, & Latioorum ope ſæpe in Regnum reſtitoi fruſtra teotaſſet, demum Cumas conceſſit, ubi ſumma cum ignominia reliquom vitæ tempus apud Ariſtodemum Tyrannum tranſegit. Populus igitur Rom. libertatem adeptus eſt, de cujus origine, cauſis, incrementis, & ſtatu nuoc diſſerere inſtitui.

Libertas Populi Romani.

HÆc eſt ſecunda P. R. ætas, in qua liber vivere cœpit, primaque Reip. mutatio, qua, Superbo Rege exacto, libertateque parta, Imperium duobus viris annuum mandatum eſt, qui *Pratores* primùm, deinde *Judices*, poſtremò *Conſules* appellati ſunt. Hi ſummus erant apud Romanos ordinarius Magiſtratus, qui pulſis Regibus, ab Interrege, ſive Urbis Præfecto Sp. Lucretio Tricipitioo Comitiis Centuriatis pro Rege creati ſunt, fueruotque Brutus, & Collatious. Quibus, præterquam quod annuum tantùm Imperium datum eſt, nihil aliud ex Regia poteſtate immutatum: itaque omoia Regum jura, Lictores cum faſcibus, trabeam, prætextam, ſellam curulem regiam, cæteraque Regum inſignia primi Conſules habuere. Id tantùm cautum eſt, oe, ſi ambo faſces cum ſecuribus haberent, duplicatus terror, duoque Reges pro uno facti viderentur, ut alter Conſul faſces XII. ſecuribus alligatas, alter vero virgarum faſces tantùm cum Lictoribus haberet, idque alternatim ſingulis menſibus, donec annuum eorum Imperium expleretur, facereot.

Brutus priore menſe, concedente Collega, faſces cum ſecuribus habuit. Duo autem Conſules ideo creati ſunt, ut ſi uous improbus eſſe maluiſſet, alter eaodem habens poteſtatem Collegam coerceret. Placuit quoque, ne Imperium Conſulare longius, quam aonuum eſſet, ne propter Magiſtratus diuturoitatem inſolentiores, ſuperbioreſque eſſent, ſed civiles ſe ſemper reddereot, qui ſe poſt annom ſcireot Magiſtrato abituros.

Penes primos Conſules poſt Reges exactos, omois Regia poteſtas erat. Totius enim Imperii ſumma per eos adminiſtrabatur, nam S. P. Q. R. per Accenſos, & Præcones cogebaot, exercitum parabant, ab eis provocatio non erat, domini pacis, bellique erant, inconſulto Scoatu, vel Populo in caput cujuſcuoque Civis animadvertere poteraot. Poſtremo penes eos ſummum jus uti eſſet, Lege cautum eſt. Cæterum, mortuo Broto, ne per omnia Regiam ſibi poteſtatem vendicarent, legibus à P. Valerio Conſule, quò Plebi gratificaretur, latis, quarè etiam *Poplicola* appellatus eſt, Conſulum auctoritas eo ipſo primo libertatis partæ anno valdè imminota eſt, Regiæque poteſtati longè inferior facta. Inſtitutom enim Valeriis duabus Legibus eſt, primùm ut Magiſtratum nemo caperet, niſi qui à Populo Imperium acciperet, ſi quis aliter feciſſet, capitali pœna puniretur, qoi eum occidiſſet, ei impune eſſet; deinde ot provocatio à Conſulibus ad Popolum eſſet, neve poſſeot io caput Civis Rom. animadvertere injuſſu Populi, relicto eis tantùm, ut coercere poſſeot, & in vincula publica duci jubereot. In atrocibus verò caſibus, maximiſque Reip. periculis, vel neceſſitatibus, Conſulibus aliquando ſummum jus, & Regia prorsùs poteſtas ad tempos per Senatum iis verbis concedebatur, *Ut Conſules darent operam, ne quid Reſp. detrimenti caperet*. Ea poteſtas more Romano Magiſtratui maxima permittebatur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omoibus modis ſocios, atque Cives, domi, militiæqoe Imperium, atque Judiciom ſummum habere; aliter ſine Populi joſſu nulli earum rerum Coofulibus jos fuit. Hoc autem factum fuiſſe cooſtat Gracchanis, & Saturoiois Tribunorum Plebis ſeditionibus, conjuratiooe Catilinæ, tertio Pompeii Conſulatu, & noviſſimo Reip. contra Cæſarem anno. Quum autem ad libertatis initium devenerim, illud agam, ut omnes Rom. Magiſtratus breviter ſoggeram, ut uno veluti aſpectu intelligi poſſint, quæ alii diffuſiùs tractarunt.

MAGISTRATVS OMNES POP. ROM.
Ab Vrbe Condita uſque ad Conſtantinum Imperatorem.

MAGISTRATUS, ioqnit Sigonius *lib.* 1. *rap.* 20. de antiquo jure Civium Rnmanorum, *poteſtates ſunt eorum, qui res humanas, eaſque ad Rempubl. pertinentes, publica auctoritate curarunt*. Varii porrò in Republica Magiſtratus extitere: alii enim *Urbani*, alii *extra Urbem*, vel *Provinciales* appellabantur: *Urbani* autem partim *Majores*, partim verò *Minores*, utrique tamen *Ordinaris*, vel *extra ordinem* fuere. De quibus modò ſingillatim agendum.

Magiſtratus Majores Urbani Ordinarii.
Rex.

PRimùm, cum Reſpub. in poteſtate *Regum* fuit, omnia Regum arbitrio adminiſtrata ſunt. Penes enim eos ſummum jus vitæ, neciſque, & omoe gerendi belli Imperium fuit. Penes itidem eoſdem univerſa juriſdictio fuit: quorum primus fuit *Romulus*, noviſſimus *Tarquinius Superbus*.

Præfectus, vel
Tribunus Celerum.

NEque verò alins Regibus Magiſtratus fuit, quàm PRÆFECTUS, vel TRIBUNUS CELERUM à Rnmulo inſtitutus, qui rem militarem cum eo curaret: & primus *Fabius Celer*, noviſſimus autem *L. Brutus*, qui & primus Conſul, creatus fuit.

Conſules Duo.

EXactis autem Regibus, CONSULES DUO primùm creati ſunt anno Urbis CCXLV. in omnibus pari cum Regibus poteſtate, atque Imperio, præterquam quòd illi perpetui, hi annui, ille unus, hi duo eranr. Conſulibus verò omnes Magiſtratus, præter Tribunos plebis, ſubjiciebantur. Ab his provocatio erat ad Populum. Hi Ipſi Populum, & Senatum cogebant, referebant de Republica, ducebant exercitus: & nonniſi tertio, & quadrageſimo ætatis anno petere Conſulatum licebat, ad quem gradatim per Quæſturam, Ædilitatem, Præturam ex lege Cornelia aſcendebatur.

Cenſores Duo.

ANno inde ab Urbe condita CCCXI. eum Conſules perpetuis bellorum curis impediti Cenſum in Civitate peragere nequirent, CENSORES DUO, qui quinto quoque anno Ceoſum, Luſtrumque facerent, inſtituti ſont.

Horum duplex officium, Cenſum ſcilicet habere, & Populi mores notare: & primùm quinquennalis erat eorum poteſtas, deinde ad annum, mox etiam ad ſex menſes redacta eſt.

Cenſus autem hac ratione potiſſimùm fiebat: quiſque Civis Rnman. edebat nomen, & Tribum ſuam, numerum familiæ, liberos, ſervoſque, prædia, ac poſſeſſiones, & quantum ex eis caperet, uoo verbo quidquid fnrtunarum haberet.

Morum verò Cenſus hic erat præcipuè: legebant Senatum, & ſingulorum moribus nbſervatis, Senatorem loco movebant, Equiti equum, & annulum adimebanr, & quidquid probitatem impediret, tnllendum curabant.

Prætores XV.

POſt Cenſores PRÆTORES creati, quorum *alii in Provincias mittebantur*, *alii Romæ manebant*, ibique duo ut plurimùm erant, *Urbanus*, qui inter Cive , & *Peregrinus*, qui ioter peregrinos jus diceret. Annua erat eorum juriſdictin, nec iis in Urbe ſecures præferebantnr. *Prætores* verò *Provinciales* jus dicebant io Provincia ſua, &, ſi res poſtulaſſet, bellum adminiſtrabant: eorum quoque Prætora annua, & non niſi nnno, & trigeſimo ætatis anno petebatur. Prætnrum inſignia hæc erant, Prætexta, Sella curulis, Equi albi, haſta, gladius. Sex Lictnres habebanr, qui turbam coercerent, vel ſubmoverent. Ex his porrò XV. hi primò fueruot

Prætor Urbanus.

AD jus in Urbe dicendum, cui rei vacare jam Conſules prnpter bellicas curas non poterant, eſt creatus anno Urbis CCCXXCIIX. Mnx, Prætore non ſufficiente, quòd multi peregrini in Civitatem veoirent, duo

Prætor Urbanus, &
Prætor Peregrinus

CReati anno Urbis DXII. Pnſteà verò creati ſunt *Prætores numero captarum Provinciarum*, qui partim Urbanis rebus, partim Provincialibus præeſſent. Hinc capta Sicilia, Sardinia, & Corſica, duobus aliis additis, quatuor facti, nimirum

Præ-

Prætor Urbanus.
Prætor Peregrinus.
Prætor Siciliæ.
Prætor Sardiniæ, & Corſicæ.

CReati anno Urbis DXXVII. Deinde duobus aliis additis, ſex facti, ideſt

Prætor Urbanus.
Prætor Peregrinus.
Prætor Siciliæ.
Prætor Sardiniæ, & Corſicæ.
Prætor Hiſpaniæ citerioris.
Prætor Hiſpaniæ ulterioris.

CReati aono Urbis DLVII. Poſt quæſtionibus publicis inveotis, earumqoe numero à Sulla Felice Dictatore aucto, duo Prætores veteribus additi, eorumque nomerus ad octo auctos, omneſque in Urbe anno Præturæ reteoti, poſt annum verò Præturæ, pro Prætoribus in Provincias miſſi. Fuerunt autem

Prætor Urbanus.
Prætor Peregrinus.
Prætor de Majeſtate.
Prætor de Vi.
Prætor de Repetundis, vel *de Peculatu.*
Prætor de Crimine inter Sicarios.
Prætor de Ambitu.
Prætor de Veneficio, vel *de Falſo.*
Prætor Cerealis.
Prætor Cerealis.

A Cæſare Dictatore additi.

Prætor
Prætor.

PRætores alii duo ab Auguſto additi.

Prætor.
Prætor.

QUi de fidei commiſſo jus dicerent, à Clandio Imperatore additi, quorum unus detraxit Titus, reſtituit Nerva, qui ioter fiſcum, & privatos jus diceret.

Prætor Tutelaris.

A Marco Imperatore factus.

Imperatores Cæſares Auguſti.

QUorum primus Cæſar Auguſtus.

Donati Tribunitia poteſtate.
Nobiliſſimi Cæſares,
vel
Principes Juventutis.
Præfectus Urbis.

AB Auguſto inſtitutus.

Magiſtratus Majores extra Ordinem.
Præfectus Urbis abſente ordinario Magiſtratu.

PRÆFECTUS URBIS à Romulo, ut tradit Tacitus *lib.* 5. inſtitutus, quorum primus Denter Romilius, creabaturque, quoties Cooſules bellis ex Urbe avocabantur, ne Reſp. ſine Magiſtratu eſſet.

Interrex.

POſt Romuli mortem, ac proinde ſub Regibus inſtitutus libero etiam Pop. Rom. remanſit. Rege enim demortuo *Interrex* dicebatur, qui interim eum poteſtate Regia, & inſignibus præerat, donec Rex novus crearetur. Tranſiit etiam mos, ot dicebam, in liberum Pop. ut, ſi oulli Patricii Magiſtratus Romæ forent, eo quod periiſſent, vel oulli ſucceſſores caſu aliquo creari potuiſſent, *Interrex* diceretur, qui Comitia haberat. Ex quo licet colligere *Interregnum* tempus illod appellari, quod ioter demortuum Magiſtratum, & recens ſuffectum intercedit. Atque adeò quam vulgò appellamus *Sedem Vacantem, Interregnum* dici poteſt.

Dictator, & Magiſter Æquitum.

DICTATOR ſummus Romæ Magiſtratus ooo niſi magnis periculis, & ex Conſolaribus dici conſuevit. Quaodoque tamen, vel cum in peſtileotia, aut ſeditione clavus erat figendus, vel cum habenda Comitia, majori Magiſtratu abſente, vel Feriarum Latinarum cauſa, vel ut in Lodis Romanis ſignum daret mittendis quadrigis, dictum fuiſſe *Dictatorem*, & oon ultra ſextum Menſem duraſſe ejus poteſtatem legimus. Creato *Dictatore* omnium aliorum Magiſtratuum juriſdictio, præterquam Tribunorum, ceſſabat. Noo illi Lictores duodecim, ot Conſulibus, ſed quatuor, & viginti eom faſcibus, & ſecuribus præibant, omniumqoo negotiorom plena penes illum, ac ſine provocatione poteſtas.

Is autem ſibi *Magiſtrum Equitum* dicebat, qui ipſi Dictatori eſſet idem, qui fuerat Tribunus Celerum Regi; erat eoim veluti Imperii ſocius Dictatori, cooſiliorumque ejus moderator; ipſi tamen ſuberat, & ejus abſentis munus ſuſtinebat. Primùm creati ſunt anno Urbis CCLVI.

X Viri Legibus ſcribendis.

DECEMVIRI LEGIBUS SCRIBENDIS cum Imperio Conſulari, ac Regio, ſine provocatione anno Urbis CCCIII. creati ſuot, ut Leges Populo Romano poſt exactum Regno Tarquinium ferrent. Eaſdem io decem tabulis æreis propoſueruot, mox etiam duas alias tabolas prioribus adjecerunt. Hæc fuit origo *Duodecim Tabularum*, quibus corpus omnis Romani juris abſolutum eſt, quamvis deinde quamplures a[illegible] Leges additæ fuerint. *Decemviralis poteſtas* tres tantùm aooos manſit, & Imperium rediit ad Conſules.

Tri-

Tribuni Militum.

TRIBUNI MILITUM creati anno Urbis CCCX. paucis annis Rempub. Rnmanam adminiſtrarunt: Conſulari poteſtate, & iiſdem inſignibus, nomine tantùm, & numero differentes, primùm ſiquidem tres, poſt quatuor, deinde ſex fuerunt.

Triumviri Reipublicæ conſtituendæ.

TRIUMVIRI REIPUBLICÆ CONSTITUENDÆ una tantum vice fuerunt Octavianus Cæſar, M. Antonius, & Lepidus, creati anno Urbis DCCXII. qui ſub Triumviratus nomine Imperium per annos XII. armis oppreſſum occuparunt. Sed hæc poteſtas Tyrannis potius dicenda, quàm Magiſtratus.

Magiſtratus Minores Ordinarii.
Quæſtores Urbani duo, aliàs
Quæſtores Ærarii.

VEl ſub Regibus, vel à primo Coſ. Poplicola anno Urbis CCXLV. primùm creati, & à Populo poſteà electi. Eorum præcipua munera erant curam gerere *Ærarii*, ac vectigalium Pop. Rom. pecuniam publicè, vel privatim erogare, vel in *Ærarium* condere, atque in tabulas accepti, vel expenſi referre, aliaque multa peragere, quæ alibi videre licet. Imperium nullum habebant, non Sellam Curulem, non Lictores, non Viatorem. Annus petitionis hujuſce Magiſtratus erat ſeptimus ſupra viceſimum.

Tribuni Plebis X.

TRIBUNI PLEBIS primò duo fuerunt creati anno Urbis CCLI. deinde V. poſtremò X. facti. Erant autem patroni, ac defenſores Plebis contra vim, ac poteſtatem Senatus, præſides, & cuſtodes libertatis, neque per Dictaturam eorum poteſtas tollebatur. Quemvis contra vim à ſuperiore intentatam tueri poterant, nullumque erat decretum, cui intercedere ipſis non liceret. Si novem Tribuni aliquid ſtatuiſſent, & unus refragaretur, nihil prorſus agebatur. Cæterùm multò plus juris ſibi ſumentes, quàm conceſſum eſſet, maximas turbas in Populo excitarunt. Nono tantùm, & trigeſimo anno petere Tribunatum Plebis licebat. Sed de hoc poſteà in titulo de Tribunis Plebis pluribus.

Ædiles Curules.

ÆDILITAS duplex, alia CURULIS, alia *Pleleja*. *Ædiles Curules* creati anno Urbis CCCXXCVIII. dicti ſunt à Sella Curuli, qua vehebantur. Erat hic Magiſtratus Patricius, cujus munus erat Ludos Cereri, Libero, Liberæque, & Floræ matri facere: Ludos inſuper Romanns Jovi, Junoni, & Minervæ celebrare: curare, ut Templa, Theatra, Stadia, Fora, Porticus, Baſilicæ, atque Mœnia magnificis operibus nrnarentur, & inſtaurarentur, cuilibet ordini ſuum aſſignare locum, & tandem ſi quis Romanorum aliquid ſcribere vellet, ei poteſtatem facere. Ædilium inſignia Toga Prætexta, Sella Curulis, & imagines. Annus verò, quo petere Ædilitatem licebat, erat ſeptimus, & triceſimus.

Ædiles Plebis.

DUo primùm creati fuerunt anno, quo primi Tribuni Plebis, mox etiam anno Urbis CCCXXCIIX. alii duo additi. Hi ex Plebe creabantur: ſacras, & privatas Ædes curabant: nonnullas etiam cauſas levioris momenti judicabant: Decreta, Plebiſcita, Senatus Conſulta cuſtodiebant: frangere poterant, quæ in via publica iter impedirent: menſuras iniquas, & pondere injuſta corrigebant: Ludns etiam edebant, & tandem curabant, ut Cloacæ publicæ, aquæductus, cæteraque ædificia lauta, munda, integra, & expedita ſervarentur.

Ædiles Cereales.

ADerant inſuper alii ÆDILES CEREALES vocati, eo quòd Cereri, hoc eſt frumento, ſeu annnnæ præeſſent, & hi quidem à Cæſare Dictatore creati. Dabant operam præparando, convehendoque frumento, & oleo, ne Urbs penuria rerum ad victum neceſſariarum conflictaretur, curabantque, ut quæ belln uſui eſſent, commeatus nempè in caſtrà deferrentur. Huic Ædili fortaſſe ſubſerviebat is, quem Præfectum annonæ vocabant. Cujus partes videre, ne Plebs inopia, & caritate annonæ gravaretur, ſed panis copia redundaret, & ut is pondere juſto, ac munditia debita veniret.

Curatores omnium Tribuum.

CURATORES TRIBUUM erant perinde, ac in Vicis Vicorum Magiſtri, qui Tribuum commoda procurarent. De his meminit M. Varro *lib. 5. De lingua Latina.*

Triumviri Capitales.

TRIUMVIRIS CAPITALIBUS (qui & Treſviri, & Treviri) cuſtodia carceris tradebatur, & cum in quempiam plagis animadvertendum eſſet, id iis præſentibus, fiebat, quibus octo Lictores ſubſerviebant. In damnatos animadvertebant, non ſua tamen manu, ſed Lictoribus, & Carnificibus utebantur. Creati fuerunt circa annum Urbis CDLXV. Pomponius *l. 2. de Origine Juris.*

Triumviri Nocturni.

TRIUMVIRI NOCTURNI dicti ſunt eò, quòd excubarent, & incendiis reſtinguendis præeſſent, familia circa Portas, Muroſque diſpoſita, unde etiam, ſi uſus poſtularet, vocaba-

batur Paulus J. C. in *lege* 1. *digeſt. de officio Præfecti Vigilum*.

III Viri Valetudinis.

TRIUMVIRI VALETUDINIS iis ſimiles erant, quos modò appellamus barbaro loquendi modo *Dominos ſanitatis*, quibus ſuſpectis de contagione temporibus magna poteſtas conceditur.

III Viri Monetales.

TRIUMVIRI MONETALES cudendæ monetæ præfuerunt, nominati etiam *Triumviri* A. A. A. F. F. ideſt *Auro*, *Argento*, *Aere*, *Flando*, *Feriundo*.

IV Viri Viarum curandarum.

HOrum officium erat munire, reficere, & facere Vias, tàm intra, quàm extra Urbem. *Pomponius lege* 2. *de origine juris*.

V Viri cis, & ult. Tiberim.

IDem Pomponius ibidem docet, Quinqueviros conſtitutos eſſe cis, & ult. Tiberim, qui poſſent pro Magiſtratibus fungi ex eò potiſſimùm, quòd Magiſtratibus veſpertinis temporibus in publicum eſſe minimè conveniret.

X *Viri ſtilitibus judicandis.*

ADmonet Quinctilianus verbum *ſtilitibus* idem ſignificare, quod *ſuper lites*. Itaque hi haſtæ præerant, & dicti ſunt etiam X *Viri litibus judicandis*. Haſtæ autem ſubjiciebantur ea, quæ publicè vendebantur. Sed quum aliis occupationibus diſtraherentur, ac proinde ſoli huic muneri non ſufficerent, creati ſunt *Centumviri*, qui haſtæ præeſſent, & res judicarent, ut ait Pomponius.

C Viri litibus judicandis.

RE vera erant centum, & quinque, ſed ſi credimus Feſto, ut faciliùs nominarentur, *Centumviri* dicti; è quibus *Decem tantùm* erant *Magiſtratus*, & hi cogebant Judicia *Centumviralia*.

Præfecti ærarii.

PRÆFECTI ÆRARII P. R. cum VIII Viris ærarii, quod in Templo Saturni erat, curam habebant, atque *tabularum relati*, & *expenſi* cuſtodes erant.

Curatores operum publicorum.

CURATORES OPERUM PUBLICORUM inſtituti ſunt ab Auguſto, ut auctor eſt Tranquillus *in eodem Auguſto cap.* 37.

Curatores alvei Tiberis, & Cloacarum.
Curatores Viarum ſingularum extra Urbem.

PAriter ab eodem Auguſto creati.

Præfectus Prætorio.

EUndem dignitatis gradum, quem apud Reges Tribuni Celerum, apud Dictatorem Magiſtri Equitum, habuere apud Imperatores *Præfecti Prætorio*. Hi cohortibus Prætorianis in Urbe ad corporis Romanorum Principum cuſtodiam ab Auguſto Cæſare inſtitutis præerant, atque ex Equitibus Rom. legebantur: diù enim Senatorem Præfectum Prætorio fieri non poſſe mos fuit. Verùm, quum ex Præfectis Prætorio Imperatores quoque creari poſteà cæpti ſunt, quorum primus Macrinus fuit, non Equitibus ſolùm, verùm Senatoribus etiam, & Conſularibus ipſis ea dignitas patuit. Legebantur porrò ex mero Principis arbitrio; ſæpè enim duos, interdum tres Præfectos Prætorio unà creatos fuiſſe legimus: ſed frequentior uſus erat, ut unus ſolummodò eſſet. Hic Magiſtratus uſque ad Conſtantini Imperium Romæ perduravit; ab ipſo namque victo Maxentio, & Caſtro Prętorio diruto cohortes Prætorianæ exauctoratæ ſunt, atque ita hujuſmodi dignitas ſublata. Cæterum, quum ipſemet Imperator novam quandam Orbis Romani diviſionem commentus eſſet, ut eum in quatuor præcipuas partes, ſive Diœceſes divideret, quatuor quoque præcipuos viros Præfectos Prætorio nominatos, qui ſingulis præeſſent, creavit. De quibus fuſiùs in recentiſſima Romani Imperii diviſione ab ipſo Conſtantino facta.

Præfectus frumenti Populo dividendi.

HUnc Magiſtratum, quem L. Minucium apud Livium *lib*. 4. geſſiſſe legimus, pariterque Pompejum creatum eo anno, quo Cicero revocatus eſt ab exilio, ut conſtat ex *oratione pro domo*, ordinarium Auguſtum feciſſe tradit Tranquillus, qui eum *Curatorem frumenti Populo dividendi* vocat, & in antiquis inſcriptionibus *Curator*, & *præfectus annonæ* appellatur.

Præfectus Vigilum.

QUum Urbis ædificia ſæpè numero incendio flagrarent, divus Auguſtus quinque cohortes, ut invigilarent Urbi, diſpoſuit, & ſingulæ duas Regiones cuſtodiebant; tunc enim erant Regiones quatuordecim. His quinque cohortibus pręerat *Præfectus Vigilum*, apud quem cognitio erat omnium ſcelerum, quæ nocturno tempore fieri ſolent, præſertim de incendio, & latrocinio.

Curatores Regionum.
Denunciatores Regionum.
Magiſtri Vicorum Urbis Regionum XIV.

AB Auguſto inſtituti. Tranquillus. Victor.

Advocatus fiſci.

ADVOCATUS FISCI ab Hadriano Imp. ut opinor, inſtitutus is dicebatur, qui cauſas

ſas agebat publicas, & Principis. Aſſumebatur ex numero Togatorum ejus Fori, in quo cauſas fiſcales acturus erat. *l. 8. & 13. C. de advoc. diverſ. jud.* Perezius *ad titu. Cod. de advoc. fiſci*.

Magiſtratus Minores extra Ordinem.
II Viri perduellionis.

DUUMVIRI PERDUELLIONIS à Tullio tertio Romanorum Rege inſtituti, & exactis Regibus aliquandiù retenti de crimine perduellionis judicabant. Tenebatur autem *Perduellionis* judicio, qui hoſtili animo in Rempaut Imperatorem eſſet. Ulp. *in l. ult. ff. ad l. Jul. majeſt.*

Quæſtores paricidii, vel rerum capitalium.

QUÆSTORES PARICIDII, vel RERUM CAPITALIUM erant ii, qui rerum capitalium quærendarum cauſa creari ſolebant. A Populo conſtituebantur, eorumque munus erat de criminibus, quibus capitis pœna propoſita eſſet, quærere, & re cognita, aut abſolvere, aut pronunciare videri feciſſe. Iis nonnihil reſpondent illi, quos modò *Maleficii Judices* appellamus, quoſve Venetiis vocant, *Advocatores*.

Præfectus annonæ.

HUjus Magiſtratus difficili tempore, & non niſi caritate annonæ uſus potiſſimùm, atque opera exigebatur. Frumentum undique coemendum, & ſi quis ultra proprios uſus poſſideret, in medium ponendum curabat, advehi undique, & advectum juſto pretio venire nitebatur.

V Viri Menſarii.

QUINQUEVIRI, quos à diſpenſatione pecuniæ *Menſarios* appellarunt, creati ſunt anno Urbis CDII. ad coercendam improbitatem Fœneratorum, & ſublevandam magnitudinem æris alieni, quo Plebs opprimebatur.

Alii etiam præter iſtos *Triumviri Menſarii* fuerunt, de quibus vide Livium *lib.* 23.

II Viri navales.

DUUMVIRI NAVALES Samnitico bello creati ſunt. Horum munus fuit reficere, & ornare Claſſem, curareque, ut navalibus ſociis impleretur, inſtrueretúrque commeatu.

III Viri, qui conquirerent juvenes idoneos ad arma ferenda, militeſque facerent.

SEcundo bello Punicò creati ſunt, ut in Plateis, Foris, & Conciliabulis omnem copiam ingenuorum inſpicerent, & ſi qui roboris ſatis ad arma portanda habere viderentur, etiam ſi minores ſeptem, & decem annis, militiæ ſacramento adigerent,

V Viri Turribus, Muriſque reficiendis.

QUINQUEVIRORUM etiam TURRIBUS, MURISQUE REFICIENDIS habuit Roma, teſte Livio *lib.* 25. cis, & ultra Tiberim creatos tempore ſecundi belli Punici, quorum officium ex ipſa appellatione patet.

X Viri, qui judicant ſuper Sacramento, & libertate.

CIcero *pro domo*.

X Viri diſtribuendorum donativorum.

LIvius *lib.* 3.

III Viri legendi Senatus, & III Viri recognoſcendi turmas Equitum Romanorum.

HI à Cæſare Auguſto fuerunt excogitati, ut ait Tranquillus *cap.* 36. Atque hæc ſunt Magiſtratuum minorum extra ordinem nomina, & officia, quæ adhuc ego extare viderim, qui quidem omnes Tributis Comitiis, quotieſcunque eos fieri opus eſſet, Rep. ſtante, creabantur. Nam poſtea Imperatorum beneficia, ut alia omnia, eſſe cœperunt. Sed jam ad Magiſtratus extra Urbem, ſeu Provinciales tranſeamus.

Magiſtratus P. R. extra Urbem, vel Provinciales.

PRovinciales dicuntur omnes Magiſtratus, quibus erat Imperium, curatiove extra Urbem tantùm; in hoc numero erant.

Proconſules.

SIc dicti, quod *pro Conſulibus* mitterentur in Provincias, & non niſi in eam Provinciam, quam ſortiti fuerant, poteſtatem exercere poterant. Invaluit mos, ut Conſules, exacto Conſulatus anno, cum Proconſulari Imperio vel mitterentur in Provinciam, vel ubi forent, relinquerentur. Sex tantùm Lictores habebant, qui communia cum Conſulibus inſignia eis præferebant.

Proprætores.

PROPRÆTORES appellati ſunt ii, qui prorogato Imperio in Provinciis ultra legitimum tempus manſerunt; vel qui ex privatis ad bellum gerendum mittebantur; vel qui Prætura in Urbe geſta ſub finem anni in Provincias præfecti eis præfuerunt. Eorum autem poteſtas, & Imperium ferè eadem erant, quæ Proconſulum, niſi quod ſex tantùm Lictores habuerunt.

Legati Proconſulum;
Legati Proprætorum.

SEquuntur *Legati*, quorum nomine eos non comprehendimus, qui voluntatem Senatus, vel Populi nunciarent ad alios, ſed eos, qui vel Con-

Conſulibus Provincias ſortitis, vel Provinciarum Præſidibus attributi auxilio iis aderant, & in partem curarum, laborumque veniebant, & Lictoribus, & faſcibus utebantur. Ut autem breviter dicam de eorum officio, Vicarii quidam erant Conſulum, & Præſidum, negotiorum adjutores, conſiliorum adminiſtri, & iis abſentibus, vel impeditis, ſummam ipſi rerum, adminiſtrabant. Numerus verò eorum erat minimùm trium. Frater ſratrem, & filius patrem Legatos quandoque ſibi adjungebant.

Quæſtores Provinciales XIIX.

QUÆSTORES PROVINCIALES primùm duo, ſi qua fides eſt Tacito, deinde ſex, poſtremò XIIX. à Sulla facti, cum Conſulibus, aut Prætoribus in Provincias mittebantur. Rem pecuniariam curabant, ita ut ſtipendium exercitui perſolverent, viaticum Legatis, & cohorti Prætoriæ ſuppeditarent, atque in alios demùm uſus impenderent, vectigalia exigerent, Romamque ad ærarium tranſmitterent. Lictores, & Togam Prætextam habebant, & tabernaculum in caſtris à Prætorio diſtinctum, quod *Quæſtorium* appellabatur.

Proquæſtores.

PROQUÆSTORES erant, ut ex Cicerone colligitur, qui mortuo Quæſtore, vel eo ex Provincia diſcedente, Quæſtoris munere fungebantur.

Præfectus Ægypti.

QUum Auguſtus Cæſar, Antonio, & Cleopatra devictis, Ægyptum in Provinciæ formam redegiſſet, eam Equitibns Rom. adminiſtrandam reliquit, veritus, ne, ſi violentiores Senatores Præſide< nacta eſſet, novandarum rerum occaſionem afferret. Primus igitur, qui ei præfuit *Præfecti* ſub nomine, Cornelius Gallus fuit, à quo deinceps omnes, qui ei Provinciæ præfuerunt, *Præfecti* nomine ſunt appellati. Is etiam *Ægypti Juridicus* vocabatur.

Præfecti Præfecturarum.

QUinam eſſent *Præfecti Præfecturarum*, ex ipſa appellatione ſatis conſtat. Quid autem Præfecturarum nomine veniat, & quot earnm genera fuerint, docet eleganter ſex. Pompejus, & nos ſub titulo *de Præfecturis*.

Conſulares quatuor, qui per Italiam jus dicerent.

DE his ab Hadriano Imp. inſtitutis Appianus *lib.* I. *bellorum Civilium*, & Julius Capitolinus in *Marco* mentionem faciunt.

Juridici Italiæ.

IURIDICI ITALIÆ à *dicendo jure* dicebantur, ab Hadriano inſtituti, ut tradit idem Julius Capitolinus.

III Viri, vel
V Viri, vel
VII Viri, vel
X Viri Coloniæ deducendæ.

II erant, qui à Plebe creabantur, ut in agros alicujus populi ſubjugati, aut etiam in ejuſdem oppidum Rom. Cives ſub Coloniarum nomine deducerent: agros prætereà novis Colonis dividebant, ædes aſſignabant, &, ſi oppidum Coloniæ recens conderetur, eorum munus erat Urbem deſignare, ædificare volentibus areas partiri, commodis Regionibus urbem diſtinguere, Legibus tandem, ac Magiſtratibus formare.

V *Viri, vel*
VII *Viri, vel*
XX *Viri.*

AGris dandls, attribuendis. Sæpè Cicero, & alii.

V *Viri, vel*
XV *Viri.*

AGrorum metiendorum, dividendorumque. *Livius.*

III *Viri vel*
V *Viri.*

AD inſpiciendos fines, liteſque dirimendas, de quibus omnibus tàm frequens in hiſtoriis mentio eſt, ut de iis aliquid ſcribere ſupervacaneum eſſe arbitrer, quum omnia, quæ de jis dici poſſent, aperta ſint, & manifeſta.

Nomina Miniſtrorum Magiſtratuum Pop. Rom.
Scribæ.

INter Magiſtratuum miniſtros primum locum obtinebant *Scribæ*, quorum munus erat litteras, vel acta, aliudve cujusvis Magiſtratus ſcribere.

Accenſus, vel *Adcenſus*.

DOcet Varro *lib.* 5. *de lingua Latina Accenſos* adminiſtratores fuiſſe Magiſtratuum *ab acciendo* dictos, ideſt vocando: quandoquidem *Accenſus* inſtar Præconis acciebat juſſu Conſulis Quirites ad Concionem. Erant autem ſingulis Præſidibus Provinciarum Accenſi, quod munus nemini, niſi liberis deferebatur, ut ſcribit Cicero *ad X. Fratrem.*

Præcones.

PRÆCONES quoque inter Magiſtratunm miniſtros nnmerabantur. In Judiciis erant, Senatus Conſulta, poſteaquam decreta erant, prædicabant, Judices, Candidatos, Tribuum, & Cnriarum ſuffragia ſuis nominibus appellabant, Scribis ſubjicientibus edicta Populo pronunciabant, litteras

teras in Senatu, & ad Populum publicè legebant, bona, quæ proſcribebantur, publicæ auctioni proponebant, & proclamabant, & pretia (ut inquit Cicero) conficiebant.

Lictores.

LICTORES à Romulo primùm inſtituti miniſtri erant Regum primò, deinde Conſulum, Proconſulum, Prætorum, & Proprætorum, & Dictatorum; ſed Dictatoris quatuor, & viginti, Conſulis duodeni Lictores erant, cæterorum ſeni tantùm, ut ſupra diximus. Hi virgarum faſciculos cum ſecuribus ligatos portabant, Magiſtratibus præibant, ac quoties juſſi erant, faſciculos virgarum ſolventes, primò virgis cædebant damnatum, mox ſecuri feriebant. Dicti autem Lictores ſunt à ligando, priuſquam enim Magiſtratus P. R. quempiam verberari juſſiſſat, manus à miniſtris illi jubebat ligari.

Viatores.

VIATORES dicebantur illi, qui Magiſtratibus parebant, quòd plerumque evocarentur ex agris homines ad Magiſtratus, & frequens eorum ab agris via erat: ex quo, qui eos accerſebant, *Viatores*, teſte Columella *in præfatione lib. 1.* nominati ſunt. Poſteà verò *Viatorum* nomen ad Tribunorum, & Ædilium Plebis miniſtros translatum eſt, qui illorum juſſu quemlibet prehendebant, ut auctor eſt Livius *lib. 2. ab V. C.*

Carnifices.

VNus fuit *Carnifex*, ut ſcribit Sigonius *lib. 2. cap. 15. de antiquo jure Civium Rom.* qui non modò Civis non fuit, ſed ne domicilium quidem in Urbe habuit, ſi teſte M. Tullio ſtamus *in Rabiriana illa de perduellione*. Eſt autem ferè *Carnifex* is, per quem in crucem egerunt, ut *Lictor*, per quam ſecuri percuſſerunt.

Diribitores.
Rogatores.
Cuſtodes.
Nomenclatores.
Diviſores.
Magiſtri Curiarum.

DE his omnibus, qui potiùs privatorum, quàm Magiſtratuum miniſtri erant, ſupra mentionem fecimus, cum de Comitiis Centuriatis ageremus; ſicut etiam de Magiſtris Curiarum ſatis alibi diſputavimus. Illud tantùm hìc intelligi volo, hos omnes, ideſt Scribas, Accenſos, Lictores Viatores uno nomine *Apparitores* vocatos fuiſſe, ſive *Statores*, quod apparerent, atque ad obſequium Magiſtratuum præſto eſſent. Cæterùm ex variis, jiſque antiquis inſcriptionibus omnia hæc nomina confundi, licet animadvertere. Et hæc de Magiſtratibus, eorumque Miniſtris. Jam verò ad alia pergamus.

Qua libertate parta Civitatis conditio fuerit.

IGitur ut primùm Brutus, & Collatinus Magiſtratum injerunt, ſtatim Brutus plures ad Populum, utiliſſimaſque Leges tulit, quò Reip. ſtatum confirmaret, Regiamque tyrannidem omninò labefactaret; inter quas Concione vocata jurejurando univerſum P. R. adegit, neminem Romæ ſe regnare paſſuros. Non longè poſt filios ſuos Titum, Tiberiumque, M. quoque, & M. Vitellios uxoris ſuæ fratres, ſororiſque Collatini Collegæ duos alios filios L. & M. Aquilios, compluresque alios adoleſcentes nobiles, qui de recipiendo in Urbe Rege Tarquinio cæſis Conſulibus conjuraverant, virgis cæſos ſecuri coram omnibus perenti juſſit. Inde Tarq. Collat. Collegam ſuum Magiſtratu abdicare coactum Urbe ejecit, quòd ſontium pœnam impedire voluiſſet, eique P. Valerium Voluſi F. Voluſum, qui poſteà *Poplicola* appellatus eſt, ſuffecit, cujus præcipuè opera in expellendis Regibus uſus fuerat. Bona deinde diripi juſſit, agrum eorum Marti conſecravit, qui poſteà Campus Martius nominatus eſt. Patriciorum, ac Senatorum ordines cædibus Regis diminutos ſupplevit, ex Equeſtri Ordine ad CCC. numerum Senatum reſtituit. Quumque adversùs Reges, qui contractis Vejentium, & Tarquinenſium copiis bellum Urbi intulerant, exercitum eduxiſſet, in acie cum Arunte Superbi filio commortuus eſt: quem Matronæ annum luxerunt. P. Valerius alter Conſul in Urbem reverſus Comitiis Centuriatis Sp. Lucretium Bruto, & eidem paulò poſt mortuo M. Horatium ſuffecit. Porrò quum poſt Reges exactos Plebs non modò omnis expers honoris Optimatibus obediret, ſed diremptis connubiis vitæ etiam ipſius prope communione privata ſerviret, Valerius Conſul, ut aliqua, quæ nulla in ea Rep. tunc erat, moderatio induceretur, atque tenuiores cum Principibus æquarentur, & Plebs pari cum Patriciis in Civitate jure uteretur, duas eas Leges humaniſſimas, & maximè populares tulit, de Imperio à Populo accipiendo, & de provocatione à Magiſtratibus ad Populum, neve cuiquam injuſſu populi Civem Rom. aut verberare, aut necare fas eſſet; qui proinde *Poplicola* primò vocatus eſt, quòd præter populares illas Leges ab eo latas Plebis ſtudioſus Populum ità coluerit, ut faſces etiam in ajus Concione ſubmiſerit. Atque hic primo partæ libertatis anno Urbis ſtatus erat.

De Tribunis Plebis primùm creatis.

QUarto decimo anno poſt Reges exactos, Ap. Plaudio, & P. Servilio Coſ. prima ſeditio Plebis ex Nobilium Fœneratorum impotentia, qui Plebem ære alieno obſtrictam in vinculis habebant, exarſit. Quæ per Serv. Conſulem ſedata aſt, quum edixiſſet, ne quis Civem Rom. vinctum teneret, quominùs ei nominis edendi apud Conſules, qui tum in Volſcos bellum parabant, poteſtas fieret. Verùm anno ſequenti, A. Virginio, & T. Veturio Coſ. quum Æqui, Volſci, & Sabini unà

Digitized by Google

omnes moviſſent, ac Plebs ad bellum nomina profiteri nollet, jamque ſeditio anno priore commota io dies vehementiùs gliſceret, viſum eſt Patribus ad Dictatorem confugere. Itaque M. Valerius Voluſus Poplicolæ frater Dictator dictus, Q. Servilium ſibi Magiſtrum Equ. cooptavit, Plebemque convocata Concione, gratiſſima oratione repreſſit, & promiſſis mitigatam in hoſtes eduxit. At quom victoria parta, promiſſa de *Nexis* præſtare non poſſet, Dictatura ſe abdicavit. Paulò verò poſt, quum Plebs per cauſam reoovati ab Æquis belli ex Urbe educta eſſet, auctore Sicinio quodam Patribus irata à Conſulibus diſceſſit, & trans Anienem amoem Collem quendam occupavit, qui *Sacer* eſt appellatus, neque eo anno in Urbem revocari potuit: ſed anno ſequenti Sp. Caſſio II. Poſtumio Cominio II. Coſ. Legatis decem à Senatu ad Plebem de conciliatione miſſis, unius Agrippæ Meneoii oratione commota, decreta à Senatu levatione *debitorum, & nexorum propter æs alienum*, rediit. Cæterùm verita, ne ſoluto cæto vel promiſſis non ſtaretur, vel ut digreſſi eſſeot, pænas darent, hac Lege quæ *Sacrata* oomen accepit, cum Parribus in gratiam rediit, ut Magiſtratom & ipſa ſibi ex ſuo corpore contra Patriciorum potentiam, ac vim creare poſſet, quòque auxilii latio adversùs Coſ. eſſet. Ii Plebis Tribuni dicti ſunt, qui primò duo, vel ut aliis placet, qoinque, poſtremò decem facti ſunt.

Lex aotem Sacrata ea fuiſſe videtur, quam in Sacro Monte Plebs tulir, ut lieeret Magiſtratom ex ſoo corpore ereare, qui Plebem ab omni injuria prohiberet, ut nemioi Patricio hunc Magiſtratum capere liceret, ut hic Magiſtratus Sacroſaoctus eſſet, ideſt ne quis Tribuoum Plebis aut manu, ant verbo violaret; qui ſecus feciſſet, ipſum impunè poſſe occidi, ac ſacrum eſſe videri.

Hoc igitur Sacroſancto Magiſtrato Plebs tanquam acerrimo quodam telo ooo ſolùm contra Optimatum potentiam, atque libidinem, libertatem, ac pudicitiam ſuam defendit, verùm etiam, qoum tantùm principiò Tribunis auxilii latio conceſſa fuiſſet, ne Patricii adversùs Plebem inſoleotiùs agerent, tum *jure Sacroſancti Magiſtratus*, quum inviolabiles eſſent, longè majora moliti, magnas io Rep. turbas, & ſeditiones ſæpè concitaruot. Cæteros omnes Magiſtratus Sacroſaocta poteſtate ſuperabant: primò enim quemvis, à quo imploratum eorum auxilium eſſet, aſſerebanr, ſupplicem tuebantur, non contra privatos duntaxar, ſed etiam adversùs ipſos Magiſtratus, Dictatoribus tantùm exeeptis. Quod ſi quis ad eos vel etiam abſeotes provocaſſet, is ſtatim liberatus ab eo, à quo compreheoſus fuerat, vel in Concionem adducebatur, vel abſolvebatur. Ad hæc, ſi quod eis decretum ſive à Magiſtratu, ſive à privato, ſive à Plebe, ſive à Senatu factum diſplicebat, intercedere poterant: quod ſi Senatus aliquid agere, vel decernere inſtituiſſet, atque onus Tribuoous Pl. interceſſiſſet, id decretum promolgari non poterat. Proceſſu verò temporis illa etiam ſibi vendicarunt, ut & Senatum congregarent, dicto non audieotes punireot, Haruſpiceſque, & Augures conſulerent, multa demùm, quæ non licebaot, invictis illis, interceſſionibus conſequereotur, Rogationes ferrent, quibus Lege Hortenſia omnes Quirites obſtringebantur. Poſtremò eorum audacia, & poteſtas ità crevit, ut aliquando Conſules in carcerem conjecerint, & quoſdam indicta cauſa necarint; neque enim quiſquam eis adverſari audebat, alioqui ipſe ſacer, & devotus erat. Itaque oollo ſibi adverſanta Comitia Tributa io primis invenerunt, qoibus minores Magiſtratus creari voluerunt, qui ad eam diem Curiatis facti fuerant, Tribunorum Pl. nomerum auxerunt, connubiorum communionem, Quæſtores, Tribunos Militum Cooſulari poteſtate, & Decemviros ſacris faciundis ex Plebe creari obtiouerunt, qui hactenus ex Patriciis tantùm fieri conſuèverant.

Poſt hæc cum Plebs ad ſummos bonores aſpirare cœpiſſet, Tribunorum Pl. auctoritate Conſulatum etiam, prætereà Dictaturam ipſam, Cenſuram, Imperium, Sacra Sacerdotia, quæ unius ante Nobilitatis fuerant, non ſioe magnis Reip. metibos, ioteſtiniſque ſeditionibus ſibi vendicavit. Jamque nihil aliud deerat ad jus totius Reipublicæ, Plebemque Patriciis adæquandam, qoàm ut Plebiſcita, quibus tum ſola Plebs tenebatur, omoes Quirites adſtringerent: qood deniqoe etiam ſeceſſiooe in Janiculum facta, Lege Hortenſia conſequota eſt.

Hactenùs aotem Plebem hæc omnia Tribunorum Plebis auctoritate adeptam eſſe oſtendimus, nunc demonſtrandum, quanam ratiooe, & quo tempore ſingula adepta ſit, ac io primis de Comitiis Tributis, quæ tertium, & ultimum Comitiorum geoos, quod ſupererat expendendum, conſtituuot.

De Comitiis Tributis.

VT igitur hæc libertatis Rom. Plebis jacta ſundameota ſtabilireot, illud primùm Tribuni procurarunt, ut jus illis cum Populo agere eſſet, occaſione hujus rei quæſita, quòd Sp. Sicinius unus ex primis Tribuois Plebis concionari ad Populum de commodis Pebis à Conſulibus prohibitus eſſet. Quarè ſequeoti die deſcendit in Forum, & occupata Æde Vulcani, ubi concionari Tribuni ſolebant, Plebem ad Concionem vocat, atque repleto Foro Sicinius Legem ad Plebem tulit ejuſmodi, *Concionanti ad Populum Tribuno nemo aliquid in contrarium dicito, nec dicentem interpellato; ſi quis contra hæc fecerit, datis vadibus pœnam ſolvat, quantam Tribunis viſum erit; qui vades non dederit, necetur, bonaque ejus ſacra ſunto*. Atque ità hujus Legis ſubſidio omoia poſteà obtinuernot, de quibus ſuprà diſſeruimus. Inde anoo Urbis conditæ CCLXIII. A. Sempronio, & M. Mioucio Coſ. Comitia Tributa ob hanc cauſam à Tribunis Plebis primùm inventa ſunt.

Quom io ſumma aooonæ caritate, ne frumentum ex Sicilia advectum Plebi divideretur, C. Marcius Coriolanus ſumma ope cootendiſſet, ab iratis

Google

iratis Tribunis Pl. dies illi ad Populum dicta eſt, ut violatæ Plebis Rom. libertatis cauſam diceret. Die igitur Judicii in Trinundioum edicto, quum dies inſtaret, Plebs ex agris, quanta nunquam antea, in Urbem venit, Forumque prima luce complevit. Tum Tribuni advocata Concione, non curiatim, ut vetus mos erat, ſed per Tribus diſtincta Plebem ſuffragium ferre voluerunt. Eam enim in Foro ipſo tributim diviſerunt, ut unuſquiſque in Tribu, in qua cenſebatur, ſuffragium ferret.

Tributa igitur Comitia erant, quum ex Regionibus, & locis ſuffragium ferebatur. Quibus verbis nihil aliud intelligi voluit Gellius, quàm cum per Tribus ſuffragium ferebatur, ut quod Tribus plures juſſiſſent, id ratum haberetur. Erant enim *Tribus* Populi Rom. partes diſtinctæ locis in Urbe diverſis, & Regionibus undique circum Urbem per Latium, Tuſcos, & Sabinos diſperſis, quarum nomina ſuprà accuratè ratulimus. Ab iis Tributa Comitia dicta, ut à Curiis Curiata, & Centuriis Centuriata, quòd ſcilicet non modò tributim diviſus Populus ſuffragium ferret, ſed etiam, quid plures Tribus juberent, aut vetarent, ſpectaretur. Hæc Comitia poſt Coriolani judicium, eorumque primam inſtitutionem Romæ frequentari cæpta ſunt, & præſertim poſt Legem Publiliam, qua minores Magiſtratus hiſce Comitiis creari jubebaotur, qui ante Curiatis fieri conſueverant.

Atque deinceps cauſæ habendorum horum Comitiorum generales quatuor potiſſimùm factæ ſunt. Prima ad creandos minores Magiſtratus; altera ad Sacerdotes cooptandos; tertia ad Leges ferendas; quarta Judiciorum cauſa.

Atque ut à prima exordium ſumamus, Magiſtratus, qui his Comitiis creabantur, partim Provinciales, partim Urbani, partim ordinarii, partim extra ordinem erant. Erant autem Urbani ordinarii Magiſtratus, qui iis Comitiis creabantur, omnes minores Magiſtratus, qui ſingulis annis ad ſuum ordinarium in Urbe munus obeundum à Populo creabantur. In quo genere erant Ædiles Curules, Tribuni, & Ædiles Plebis, Quæſtores, III Viri Capitales, III Viri Nocturni, Tribuni Militum Comitiales, III Viri Monetales auro, argento, ære, flando, feriundo. Ex quibus Magiſtratibus Quæſtores, Ædiles, & Tribuni Plebis ante Legem Publilium Curiatis Comitiis creabantur. Poſt eam, & annum Urbis CCXXCII. Tributis creari cœpti.

Magiſtratus verò minores Urbani extraordinarii Tributis Comitiis fieri ſoliti erant, Præfecti annonæ, II Viri Navales, aliàs claſſis ornandæ, reficiendæque, Quæſtores Parricidii, qui & Quæſitores, & II Viri perduellionis dicebantur, IV Viri Viarum, II Viri, vel plures ſacrarum Ædium locandarum, ædificandarum, conſecrandarum, vel reſtituendarum, quos Populus ex Lege Papiria deſignare ſolebat, III Viri reficiendis Ædibus ſacris, V Viri turribus, muriſque reficiendis, III Viri, & V Viri menſarii, III Viri ſacris conquirendis, & III Viri donis proſequendis; & poſtremò omnes ſive Curatores, ſive Magiſtratus extraordinarii, ideſt qui, non ut ordinarii, annuam poteſtatem continuatam habebant, ſed tandiù in ea erant, dum curationem, cui præfecti erant, abſolviſſent, Comitiis Tributis creabantur.

Provinciales verò Magiſtratus (Provinciales autem voco, quibus erat Imperium, curatiove ire tantùm extra Urbem) qui hiſce Comitiis creabantur, erant III Viri, V Viri, VII Viri, X Viri, XV Viri, XX Viri, aut quot quot omninò creari placuerat, ad Colonias deducendas, aut redigendos Colonos in ſuas quemque Colonias, Curatores Viarum extra Urbem, III Viri juveoibus ad militiam conquirendis: item Proconſules omnes, Proprætores, & Proquæſtores iiſdem Comitiis in Provincias mittebantur.

Tributorum porrò Comitiorum altera cauſa fuit ad Sacerdotes creandos, ex quibus ante Legem Dumitiam unus tantùm fuit Pontifex Maximus, poſt eam verò, qua Sacerdotum ſubrogandorum jus à Collegiis ad Populum translatum eſt, Pontifices, Augures, Feciales, VII Viri Epulonum, XV Viri ſacris faciundis, Tributis Comitiis creati ſunt. Ex reliquis enim Sacerdotibus Rex Sacrificulus Centuriatis, Flamines, & Curio Maximus Curiatis, Veſtales à Pontifice Max. Salii à Magiſtro Collegii, Luperci, Fratres Arvales Sodales, Titii, Sacerdotes Galli, & reliqui à ſuis Collegis, vel Magiſtris cooptati ſunt. Cæterùm ea Tributa Comitia, quibus tàm Pontifex Maximus primùm, quàm deinde reliqui Sacerdotes creabantur, non omnium Tribuum erant, ſicut Magiſtratuum, ſed ſeptemdecim Tribuum tantùm, quibus id ſorte obtigiſſet.

Tertia verò Tributorum Comitiorum habendorum cauſa Legum ferendarum erat; hæc autem erant Plebiſcita omnia. Quo verbo *Legis* comprehenſas volo etiam Rogationes, quibus de pace ad Populum ferebatur. Bellum enim Lege Centuriata indici ſolebat, pax autem Tributis Comitiiis iniri conſueverat. Hic inſuper eas Rogationes comprebendo, quibus Legibus aliquis quavis cauſa ſolvebatur. Hùc poſtremò illas etiam Rogationes rejicio, quibus à Populo Imperium triumphaturis Ducibus, vel quacunque id ratione fieret, intra Urbem haberi permittebatur. His Comitiis publicæ quæſtiones conſtitutæ, & Civitas data eſſe reperitur.

Quarta porrò horum Comitiorum cauſa Judiciorum exercendorum erat, in qua illud animadverſione dignum, Judicia quidem capitis à Populo Comitiis Centuriatis perfici, at ſi Magiſtratus aliquem reum ad Populum faceret, nec capitis eum accerſeret, ſed mulctam indiceret, tum omnia hæc Judicia, quæ de mulcta dicebantur, debuiſſe Tributis Comitiis fieri. Hoc autem ſummatim dici poteſt, Judicia omnia Populi, quæ de mulcta erant, à Magiſtratu, aut Pontifice indicta, his Comitiis perfici ſolita. Exilium præterea Tributis Comitiis decerni ſolebat, ſi quis capitis condemnatus ad Populi Judicium venire recuſaret. Atque hæc Comitiorum Tributorum præcipuæ cauſæ ſunt.

Jus autem Tributorum Comitiorum habendo-

rum penes majores, & minores Magiſtratus erat. Ex majoribus Dictator, Conſules, & Trib. Militum Conſ. poteſtate, ex minoribus Tribuni Plebis erant. Conſules enim omnes minores Magiſtratus creabant, Tribunis Plebis, & Ædilibus Plebis exceptis, quos Tribuni Plebis his Comitiis reounciabant. Tribunos enim, & Ædiles Plebis Tribuni ipſi ereabant, ot ex Livio, & Dionyſio conſtat, reliquos, ut dixi, minores Magiſtratus Conſules, aut Dictatores, ſi quando Comitiorum habendorum cauſa creabantur, aut Tribuni Militum Conſulari poteſtate creabant. Ab his enim Quæſtores, & Ædiles Curules, & cæteri minores ordioarii Magiſtratus fiebant. Ad creandos verò minores extraordinarios Magiſtratus jus fuit Conſulibus, Prætoribus, & Tribunis Plebis. Sacerdotum verò Comitia Tribota Conſules tantùm habere ſolebant. De Legum autem, Judiciorumque Comitiis Tributis facile eſt intelligere, iis Magiſtratibus licuiſſe habere ea Comitia, quibus jus erat eom Populo agendi. In hiſtoriis autem legimus interdum Conſules, interdum Prætores, ſæpè Tribnoos Plebis ad Populum de his rebus Rogationes tuliſſe. Plebejos porrò Magiſtratus petendi jus erat Plebeiis taotùm hominibus; binoſque ex ſingulis Claſſibus Tribunos eſſe oportebat. Reliquos Magiſtratus his Comitiis fieri ſolitos omoibus, ſervatis Legibus, petere jus erat. Ex Sacerdotibus, qui his Comitiis creabantur, Pontificum Collegium dimidium ex Patribus, dimidium ex Plebe creari oportebat. Duo ex eadem gente Sacerdotes ejus Collegii eſſe non poterant. Abſentium ratio haberi ſolebat. Adoleſcentes admodùm poſt XVII. annum inaugurari poterant. Pontifex Maximus non niſi ex numero Pontificum fiebat. Jis omnibus, quibus in Ceoturiatis, in Tributis quoque Comitiis jus erat, ideſt Civibus Rom. quibus cum ſuffragio Civitas à Populo data eſſet, ipſique in Tribus à Cenſoribus relati fuiſſent.

Commune autem omnibus Comitiis erat, ut, Jove fulgurante, aut tonaute, ea haberi non poſſent. Qusrè hoc & Tributis Comitiis conveniebat, ut Auſpicia hactenùs ſervanda eſſent, ne haberentur, quo dia ſervatum eſſet de Cœlo: onde ſequitur his etiam Comitiis obnunciationi parendum fuiſſe. Ante Comitiorum Tributorom diem Trinundino opus erat, quemadmodùm de Ceoturiatis dixi. Die Comitiorum, autequam haberentur, Concionem is, qui ea habebat, Populo facere ſolebat. Sortitiones aliquot fiebant, ut de Prærogativa Tribu, io qua Latini ſuffragium ferreut, ſi adfuiſſent. In Sacerdotum quoque creatione XVII. Triboum ſortitio fiebat, quos non oiſi à Populi parte creari jus erat. In iiſdem Comitiis erant Diribitores, Cuſtodes, & Præcones: nam Rogatorum munere is, qui Comitia habebat, fungebatur. Unius autem Tribus, ut unius Centuriæ, unum ſuffragium erat; nam ſingulorum hominum vota *puncta* dicebautur. In creandis autem Magiſtratibus, tot dabaotur tabellæ, quot Candidati eſſent, quorum nomen receptum eſſet: & quoniam XXXV Tribus erant, oportebat XVII Tribus ferre quemque Candidatum, ut à majore Populi parte creatus diceretur. Ut autem quiſqoe prior eum oumerum Tribuom tulerat, ita prior renunciabatur. Quumque tot ereati erant, quot ex Lege in eo Magiſtratu eſſe oportebat, tum Comitiis fiuis fiebat. Eadem propemodùm ratio erat Judiciorum, & Legum, qoæ etiam in Comitiis Centuriatis ſervabatur.

Tribotis autem Comitiis non ouos erat deſtinatus locus, quemadmodùm Centoriatis, quia religio noo erat, extra oe, an iutra Pomerium haberentur. Ae Magiſtratuom quidem Comitia Tributa ferè in Campo Martio habebantor; aliquando etiam iu Foro, & Capitolio habita fuiſſe legi. Legum verò, & Judiciorum Comitia plurimùm in Comitio haberi ſolita; aliquando etiam in Capitolio habita.

Horum Comitiorum tempus erat, quotieſcunque dies Comitialis eſſet, niſi nominatim, ot aliis otiam diebus eum Populo agere ſibi lieeret, quiſquam Legem tuliſſet. Ante primam quoque diel horam cum Populo agere non licebat. Sacerdotum Comitia eo tempore, quo quis moriebatur, habebantur, minorum verò, & ordinariorum Magiſtratuum circa Kal. Auguſti. Tribuni, & Ædiles Plebis Magiſtratum iuire ſolebaot ad IV idus Decembris, quo die primi Tribuni Plebis creati ſuot. Atque hactenùs de Comitiis Tributis.

Quot Reipublica mutationum cauſa fuerit Tribunorum Plebis Sacroſanctus Magiſtratus.

PLebs Rom. Sacroſancto Tribonatus Plebis Magiſtratu è Patrum manibus extorto, poſt Legem latam, ut Tribuno Plebis jos cum Populo agere eſſet, itemque poſt Tributa Comitia inſtituta, aliquot annis poſt multas ob Agrariam Legem ſeditiones excitavit, qoom Agrom publicum, vel de hoſtibus captom ſibi ipſi Patribus repugnantibus, dividere vellet. Ap. Claudio Ap. F. & T. Quinctio Capitolino Coſ. Volero Publilius Tribunus Plebis, auctore M. Lætorio altero Tribuno Rogationem ad Populum tulit, ut Plebeii Magiſtratus Tributis Comitiis fierent, qui hactenùs Curiatis ereati eraut. Huic actioni Plebi gratiſſimæ quum ſumma vi Patres reſtitiſſeot, poſtremò, victis Patribus, Lex lata eſt: toncqoe primùm Tributis Comitiis Tribuni, & Ædiles Plebis ereari cæpti auno Urbis CCXXCIII. Res poſt hæc in Urbe quietæ uſque ad annum Urbis CCXCII, in quo victis, & ad internecionem ferè Volſcis cæſis, ſecundæ belli res Urbanos motus, qui mutationi Reip. cauſam attulere, excitarunt. C. enim Terentius Arſa Tribunus Plebis Legem ad Populum tulit de V. Viris creandis, qui Leges de Imperio Conſulari ſcribereot, quod Populus io ſe jus dederit, eo Conſules uſuros, non ipſos libidinem, ac licentiam ſuam pro Lege habituros. Quæ Lex quum ſex annos à Tribuois fruſtrà jactata, tandem pro conceſſa ſibi duplicatorum Tribunorum poteſtate peoitùs reſrixiſſet, tamen Romilio, Veturioque Coſ. io Plebem militiam detrectantem impotentiùs ſe gereutibus, acriùs etiam, quàm antè, relata eſt. Placuit igitur Patribus, ut *Legum latores*

res

Digitized by Google

res crearentur. Quarè Plebe aſſeotiente, Tarpejo, Æternioque Coſ. mittuntur Legati tres iu Græciam, qui Athenieoſium, & aliarum Græciæ Civitatum inſtituta, mores, & jura noſcerent, eaque Romam deferrent, Sp. Poſtumins Albus, A. Manlius Vulſo, Ser. Sulpicius Camerinus, reverſique ſunt eum Legibos tertio anno poſt, qoo Menenius, & Seſtius Conſulatum gerebant. Quum autem inſtareut Triboni, ut tandem Legum ſcribendarum ioitium fieret, anoo CCCIII. quàm condita Urbs erat, iterum mutata eſt forma Civitatis à Conſulibus ad X-Viros, quemadmodùm à Regibus ante ad Conſules venerat. Factum eſt itaque in Ap. Claudii ſententiam S. C. ut, reliqois abrogatis Magiſtratibus, X Viri creareotur eum Imperio Conſulari, ac Regio ſine provocatione, qui ex Patriis moribns, & peregriuis Legibos optima ſeligerent, & Reip. maximè utilia jura P. R. conſtituerent, quæqoe ii ſcripſiſſeut, ſi S. P. Q. R. probaſſent, ea iu perpetuum Populum ipſum Rom. tenerent. Creati igitur ſunt Ap. Claudius, T. Geooeius, Sp. Poſtumius, Ser. Sulpicius, A. Manlius, T. Romilius, C. Julius, P. Seſtius, P. Curiatius, & Sp. Veturius.

Anno igitur ab V. C. CCCIII. iterùm mutata eſt forma Civitatis à Conſulibus ad X Viros, quemadmodùm à Regibus ante ad Conſules venerat. Hi decimo die jus Populo ſinguli reddebant, eo die peoes Præfectum joris faſces XII. erant, Collegis verò reliquis ſinguli Acceuſi apparebant. Cæterùm propoſitis decem Legum tabulis à X-Viris, rumor deinde vulgatur, duas deeſſe tabulas, quibus adjectis abſolvi poſſit velut corpus totios Rom. juris. Ea expectatio, quum dies Comitiorum inſtaret, deſiderium X Viros iterùm creandi fecit. Itaque creati in alterum annum magno Patrum, Plebiſque ſtudio iterum X Viri ſunt Ap. Claudius II. M. Cornelius, M. Sergius, L. Minucius, Q. Fabios, T. Antonius, M. Rabulejus, Q. Pœtilius, K. Duilius, & Sp. Oppius. Quum igitur major pars hujus anoi proceſſiſſet, & duabus tabulis ad decem adjectis nihil ſupereſſet, ſi hæ quoque tabulæ Centuriatis Comitiis perlatæ eſſent, eur X Viris Reip. opus eſſet, expectaretque Populus, quàm mox Conſulibus creandis Comitia iudicerentur, tum X Viri, nulla Comitiorum mentione facta, juvenum catervis ſtipati ſuperbius ſe in uoumquemque geſſerunt, & Idibus Majis advenientibus, qui dies tum ſolemois ineundo Conſulatoi erat, nullis Magiſtratibus ſubrogatis, jidem, qui priore auno fuerant, X Viratum eom magna Populi indignatione continuarunt. Eos tamen haud multò poſt abdicaſſe conſtat, quòd Virginiam Plebejam Virginem Ap. Claudius io ſervitutem per clientem ſuum M. Claudium aſſerere conatus, patrem ejus eò compulit, ut ipſam filiam manu ſua ſibi potiùs occidendam putarit, quàm Ap. Claudii libidini dederetur. Ea res ſeditionem maximam Plebis excitavit, quæ relictis caſtris, quum primùm lo Aventinum, poſt in Montem Saerum ſeceſſiſſet, paulò poſt placata, ſe redituram eſſe profeſſa eſt, ſi Tribuni Plebis ſibi ipſi reſtituereotur, &, X Viris abdicatis, Coosularis poteſtas revocaretur. Quibus conditionibus à Senatu acceptis, ipſa in Urbem rediit. Tum abdicantibus X Viris, Comitia Tribunorum à M. Papirio Pont. Max. facta ſuot, quibus decem ereati.

Tribunatu inito L. Julius extemplò Plebem rogavit, & Plebs ſcivit, ne eui fraudi eſſet ſeceſſio ab X Viris facta. Per Iuterregem deiode Conſules ereati, qui extemplò Magiſtratum acceperunt, L. Valerius, & M. Horatius. Hi libertatis Plebis Rom. ſtudioſi Legem Centuriatis Comitiis habuera, ut quod tributim Plebs juſſiſſet, Populum teoeret. Aliam deinde Conſularem de provocatione, uoicum præſidium libertatis, Decemvirali poteſtate everſam oon reſtitueruot modò, ſed etiam in poſterum munieruut, ſanciendo nova Lege, *ne quis ullum Magiſtratum ſine provocatione crearet, qui creaſſet, eum jus, faſque eſſet occidi, neve ea cædes capitalis noxa haberetur.* Inde alia Lege *Sacroſanctos* Tribunos feeerunt, cujus rei prope jam memoria aboleverat, ſanciendo, *ut qui Tribunis Plebis, Ædilibus, Judicibus nocuiſſet, ejus caput Jovi ſacrum eſſet, familia venum iret.* Inſtitutum etiam ab jiſdem Conſulibus, ot C. S. in Ædem Cereris ad Ædiles Plebis deferreutur, quæ ante arbitrio Conſulum ſupprimebautur, vitiabanturque. M. Duilius deinde Tribuuus Pleb. Legem tulit, *qui Plebem ſine Tribunis reliquiſſet, quique Magiſtratum ſine provocatione creaſſet, terga, ac capite puniretur.*

Hac ratione ſtabilita Tribunicia poteſtate; Tribuni longè majora aggreſſi ſunt. Nam quum mos fuiſſet aliquot tantùm Tribonos Plebis creari, ji verò, qui creati eſſent, cooptatione ſibi Collegas ad numerum decem ſubſtituerent, altero anno L. Trebonius Tribunns Pleb. infeſtus Patribus Rogationem tulit, *ut qui Plebem Rom. Tribunus Pl. rogaret, is uſque eò rogaret, dum X. Tribunos Pl. faceret.* Res qoietæ domi fuere uſqoe ad annum Urbis CCCIX. quo M. Genueio, & C. Curtio Coſ. C. Canulejus Tribunus Pl. novam Rogationem promulgavit *de communicandis Plebi Patriciorum connubiis, quæ X Viri ante diremerant:* quæ quidem Lex poſt multas conteotiones victi tandem Patres, ur ferretor, conceſſere. Eodem anno ab eodem Canulejo primò mentio ſenſim illata, ut alterom ex Plebe Conſulem liceret fieri, eò proceſſit deinde, ot Rogatiouem reliqui Tribuni promulgarent, *ut Populi poteſtas eſſet, ſeu de Plebe, ſeu de Patribus vellet, Conſules faciendi.* Quum res multis contentionibus acta eſſet, Tribunique iu propoſito perſiſterent, veriti Patres, ne Lex ſe invitis perferretur, in eam ſenteotiam jeruot, ot pro Conſulibus crearentor tres Tribuoi Militum ex Patriciis, totidem ex Plebe, iiqoe Conſulari poteſtate Remp. regerent, eorum autem finito Imperio rursùs Seuatus, & Plebs conſuleretur, Conſules ne, an Tribunos malleot, qui verò placuiſſent, fierent.

His robus decretis in magno Plebejorum, & Patriciorum peteotium ſtudio, tres ex Patriciis tantùm ereati ſunt A. Semprooius, L. Atilius, & T. Clœlius. Plebs eo cooteota fuit, quòd ſui ratio in Comitiis habita fuiſſet. Hi anno CCCX.

quàm Urbs condita erat , primùm pro Cooſulibus Magiſtratum injerunt. Poſteà ſæpè Tribuoi Militum creati præſentaneum remedium multis aonis fuerunt Tribunitiis ſeditionibus mitigandis , quæ de Conſule è Plebe creando ſæpè deinde exnrtæ ſuot: verùm multo tempore poſt, quum Plebs poſtremò obtinuiſſet , ut Conſul alter è Plebe, alter è Patribus fieret, creari deſierunt.

Anno verò ſequenti Cenſuræ initium fuit, rei à parva origioe ortæ, qoæ deinde tanto incremento aucta eſt, ut morum, diſciplinæqoe Rnmanæ penes eam regimen, Senatus, Equitumqne Centuriæ, decoris, dedecoriſque diſcrimeo, ſub ditione ejus Magiſtratus publicorum jus, privatorumque locorum, & vectigalia Pop. Rom. ſub outu, atque arbitrio eſſent.

Pnſt hæc tempora res quietæ domi mnltis annis fuere, donec anno Urbis CCCXXXIII. N. Fabio Vibulano, T. Quinctin Capitnlino Coſ. diſcordiæ inter Patres, Plebemque de duplicando Quæſtorum numero, iiſque tàm de Plebe, quàm de Patribos creaodis, exortæ ſunt. Poſt varia certamina poſtremò res eò devenit, ut nihil prohiberet, quominùs quatoor Quæſtores promiſcuè de Plebe, ac Patribus libero ſuffragio Populi fierent. Qui tameo non oiſi decimo anno poſt primum è Plebe creari cœpti ſunt. Cn. enim Cornelin Coſſo, & L. Furin Medullino II. Coſ. cum N. Fabio Ambuſto Patricin tres è Plebe primùm Quæſtores facti ſunt, Q. Silius, P. Ælius, P. Pipius. Atque hac ratinne patefactus ad Conſulatnm, & triumphos locns novis hominibus viſus eſt. Nam nunquam quieverunt, donec aliquot annis poſt, non ſine magnis Reip. perturbationibus, etiam Cnnſulatum hac ratione adepti ſunt. C. Licinius, & L. Sextius Tribuni Plebis anno Urbis CCCLXXVII. creati, qunm tres Leges, auctore M. Fabio Amboſtn Patricio, & primarin homine, adversùs Patriciorum opes pro commodis Plebis promulgaſſent, nnam de ære alieno minuendn, alteram de modo agrorum, oe quis plus, quàm quingeota jugera agri haberet, tertiam, ne Tribunorum militum ampliùs Comitia fierent, ſed Conſulum, utqne alter ex Plebe crearetur, neque eas ferre per Collegarum iotercesſiones, quos de induſtria Patres comparaverant, potuiſſent, tom irati Comitiis præter Ædilium, Tribunorumque Plebis, nullos Curulas Magiſtratus creari paſſi ſunt: eaque Magiſtratuum ſolitudo, & Plebe reficiente dons Tribunos, & his perpetua intercesſione Comitia Tribunorum Militum tollentibus, per quinquenniom Urbem tenuit. Atque ità quintùm motata eſt Reip. Rom. ſpecies, qnum à Tribuois Militum Conſulari poteſtate, ad Tribunos Plebis adminiſtratio Reip. reciderit.

Quinqueonio exacto, Tribuniſqne Plebis iiſdem intercesſionem remittentibus, per tres annos Tribuni Militum creati ſunt. Principin anoi noni ad ultimam dimicationem de Legibos à Licinio, & Sextio promnlgatis ventum eſt. Et quum Tribus vocarentur, nec intercesſio Collegarum latoribos obſtaret, trepidi Patres ad duo ultima auxilia ſummum Imperium, ſummumque Virum decurrerunt: Dictatorque dictos eſt M. Furius Camillus, qui L. Æmilium Magiſtrum Equitum ſibi cooptavit. Quom verò Plebis duces acriùs contra Camillum de Legibus ſereodis agerent, percitus ira Camillus Lictores, qui de medio Plebem amoverent, miſit, & addidit minas, ſacrameoto omnes adacturum, exercitumque extemplò ex Urbe deducturum. Re autem neotrò inclinata ſe abdicavit, ſeu quia vitio creatus erat, nt tradidere quidam, ſeu quia Tribuoi Plebis tulerunt ad Plebem, Plebiſque ſcivit, ut ſi M. Furius pro Dictatore qnid egiſſet, quingentum millium æris ei mulcta eſſet. Camillus verò, quum exilium, ſecundamque damnationem ſenex timeret, Plebemque ſe ſuperaturum diffideret, dnmum ſe contnlit, ac ſimulata valetudine, Dictatura ſe abdicavit. Cui extemplò P. Manlius ſuffectus eſt, qui rem in cauſam Plebis inclinavit, C. Licinio, qui Tribunus Militum fuerat, Magiſtro Equit. de Plebe dicto. Id ægrè paſſos Patres conſtat. Dictator propinqua cognatione Licinii ſe apud Patres excuſavit, ſimul negavit Magiſtri Equitum majus, quàm Tribuni Conſularis Imperium eſſe. Anno ſeqnenti iidem Tribuni refecti pro aucto II-Virùm S. F. oumero, atque quinque ex his de Plebe creatis, Tribunorum Militum Cooſulari poteſtate Comitia fieri permiſerunt. Poſtremò anno Urbis CCCXXCVIII. quum iidem Tribuni decimùm refecti acriùs de Legibus ferendis pognarent, Dictatorem tandem, & Senatum vicerunt, ac Comitia Conſulum, adverſa Nobilitate, ut fierent, obtinuerunt, quibus L. Sextios de Plebe primus Conſul factus eſt. Quum antem Patricii ſe auctores futuros negarent, ac prnpè ad ſeceſſionem Plebis res ſpectaret, per Dictatorem Camillum ſedatę diſcordiæ ſunt. Conceſſum à Nobilitate Plebi de Coosule Plebejo, à Plebe Nnbilitati de Prætore uno, qoi jus in Urbe diceret, de Patribus ereando. Iidem etiam, Ædiles Curules duo ex Patribus ut fierent, nbtinuerunt. Plebs L. Sextio Conſulatom, cujus Lege partus erat, dedit, ei Collega ex Patribus datns eſt L. Æmilius.

Quæ Civitatis conditio fuerit, communicato Plebi altero Conſulatu.

PLebs igitur Conſulatum adepta paulò pòſt nullo negotio Imperium, Dictaturam, Cenſuram, Procnnſulatum, Præturam, ſacra Sacerdotia, quæ tantùm Patriciorum fuerant, poſtremò obtinoit. Ex quibus aono CCCXCIIX. C. Marcius Rutilus Dictator, idem anno CDIII. Cenſor, Q. Publilius Philo anoo CCCCXVII. Prætnr, idem anno CDXXIIX. Proconſul, primi de Plebe creati ſunt. C. etiam Pœtelius Libo Viſnlus primus Plebejus Conſul triumphavit anno CCCXCIV. Demùm anno CDLIV. quum Plebis honoribus nihil, præter Sacerdotia, quæ nondum promiſcua eraot, deeſſet, Rogationibus Ogulniis, & Sacerdotum numerus auctus eſt, & Pootifices, Augureſque de Plebe facti ſnnt. Aliquot poſtremò annis poſt etiam Pontifex Maximus de Plebe factus eſt primus Ti. Coruncanius. Nihil igitur ad jus totius Reip. adæquandnm deerat, niſi ot Plebiſcita, quibus tum ſola Plebs tenebatur,

omnes

omnes Quirites aſtringerent. Tum denique hoc etiam, ſeceſſione in Janiculum facta, Lege Hortenſia conſequuta eſt. Ità æquiſſimis Legibus Republica temperata, atque Plebe omnium rerum in ſocietatem adſcita, eodem ferè tempore omnis Italia, Pyrrho Rege ſuperato, atque fugato, in deditionem accepta eſt. Ex quo tempore præclara, atque ad omnis poſteritatis memoriam illuſtria abſtinentiæ, modeſtiæ, juſtitiæ, fortitudinis, civilia denique concordiæ uſque ad tertium bellum Punicum exempla edita ſunt. Tunc enim Curii, Fabricii, Coruncanii, Metelli, Fabii, Scipiones, Pauli, Lepidi, Flaminii, Nobiliores floruerunt: quo tempore rei militaris gloria, in qua cùm virtute militum, tum diſciplina plurimùm valuerunt, magnam Orbis terrarum partem ſuo Imperio adjunxerunt.

De Cauſis excidii Reip. Romanæ.

POſt bellum Punicum tertium, remoto Carthaginis metu, ſublataque Imperii æmula, non gradu, ſed præcipiti curſu à virtute deſcitum, ad vitia tranſcurſum, vetus diſciplina deſerta, nova inducta, à vigiliis ad ſomnum, ab armis ad voluptates, à negotiis ad otium converſa Civitas. Hunc verò peſſimum Reip. ſtatum duo Gracchi, Druſus, Saturninus Tribuni Plebis furioſi, atque amentes, ſpecie quidem Plebis tuendæ, re autem dominationem ſibi quærentes, partim Agrariis, & Judiciariis Legibus ferendis, & Lege Licinia, quæ vetabat, quemquam Civem plus quingentis jugeribus habere, reſtituenda, quibus rebus Optimatum potentiam frangerent, Plebis confirmarent, quum aut eorum agros Plebi inopi diviſiſſent, aut antiquam Judiciorum auctoritatem à Senatoribus ad Equites tranſtuliſſent, partim Civitate ſociis, & Italiæ omni danda, eaque uſque ad Alpes extendenda, ut ſuffragiorum Plebejorum multitudine faciliùs Nobilitatis opes in Comitiis comminuerent, partim frumento largiendo, quò ad omnia, quæ in Remp. moliebantur, Plebem eo devinctam munere paratiorem haberent, ſumma imis miſcentes intulerunt: ac præſtantiſſimum illum optimæ Reip. conſenſum, tot annorum ſpatio, tot laboribus majorum partum, brevi tempore perturbarunt, ac penitùs convulſerunt. Hunc injuſtum, iniquumque Plebis dominatum L. Sulla Dictator poſteà ſuſtulit, qui Imperio, quod à Senatu acceperat, Lege Tribunitia Sulpicii à C. Mario ſpoliatus, extorta armis ex inimicorum manibus Rep. Tribunorum Plebis poteſtate admodùm imminuta (quum Tribuno alios honores interdixerit, eumque concionari vetuerit) Plebe Agris pulſa, ac ad internecionem ferè cęſa, Judiciis Senatui redditis, rurſùs Optimatum Remp. ſtabilivit, popularemque convulſit.

At hic ſtatus non admodùm diuturnus fuit. Nam paucis annis poſt Cn. Pompejus in primo Conſulatu, antiqua Tribunis Plebis poteſtate, ac dignitate reſtituta, Plebe ad Judicia cum Senatoribus, & Equitibus Lege Aurelia advocata, vetus illud optimæ Reip. quæſiſſe temperamentum viſus eſt, quod mutatis, imò corruptis penitùs totius Civitatis moribus, atque avaritia jam, & ambitione latiſſimè graſſante, aſſequi nulla ratione potuit. Ità perturbato ſæpè Reip. ſtatu, crebrò à paucis de univerſa occupanda Rep. cogitatum eſt: tum enim Piſo, tum Craſſus, tum Catilina cum aliis ejuſdem furoris ſociis, adverſùs Rempub. conſpirarunt: tum Cæſar, denuò Craſſus, & ipſe fortè mutata mente Pompejus inita ſocietate, extraordinarias opes, quæ liberæ Civitati jure formidabiles eſſent, ſibi quæſierunt. Qua brevi dirempta Civilis repentè diſcordia, ac totius Reip. perturbatio conſequuta eſt, quum Cæſaris potentiam Senatus, Pompeii (nam Craſſus paulò antè occiderat) Populus ferre non poſſet.

Victo autem fatali Reip. Pharſalico pręlio Pompejo, atque Optimatum factione afflicta, rurſùs ad injuſtum unius Cæſaris dominatum Reſp. recidit, atque aliquot annis oppreſſa fuit. Quo ab iis, qui libertati ſtudebant, interfecto, quum reviviſcere priſca Patrum gravitas, atque ad ſpem auctoritatis priſtinæ quodammodò reſpirare videretur, haud multò poſt in ipſomet recuperandæ Reip. apparatu, à Populo, cui Antonius, ac poſt etiam Octavius, qui Cæſaris partes ambo ſuſceperant vindicandas, ſervierunt, ſublata funditùs, atque oppreſſa eſt, quum inauditum ante Triumviratum in Remp. intuliſſent, ac nefariam Optimatum, atque inimicorum ſuorum proſcriptionem feciſſent. Bruto porrò, & Caſſio adverſæ factionis ducibus cæſis, oppreſſo in Cicilia Sex. Pompejo, Lepido poteſtate exuto, & M. Antonio occiſo, quum nulla ampliùs eſſent publica arma, & Julianarum partium dux ſolus Octavius reliquus eſſet, cunctis diſcordiis Civilibus feſſis, totius Reip. jus, poteſtatem, atque Imperium, quod ab initio Regum, poſt Magiſtratuum, Senatus, ac Populi fuerat, in perpetuum dominatum Principis ſub nomine tranſtulit. Qui poſito Triumviri nomine Conſulem ſe ferens, & ad tuendam Plebem Tribunitio jure contentum, ubi militem donis, Populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit, cœpit inſurgere paulatim, munia Senatus, Magiſtratuum, Legum in ſe trahere nullo adverſante, quum ferociſſimi per acies, aut proſcriptione cecidiſſent, cæteri, quantò ſervitio promptiores, opibus, & honoribus extollerentur, ac novis etiam rebus aucti, tuta, & præſentia, quàm vetera, & periculoſa mallent. Atque ità optimus ille Reip. ſtatus funditùs labefactatus, atque everſus eſt.

Digitized by Google

IMPERIVM ROMANVM.

LIBER TERTIVS

DE ORTV IMPERII.

CAPVT PRIMVM.

DIonyſius Halicarnaſſeus gravis in primis, certiſſimuſque Hiſtoriæ Romanæ Scriptor, inter reliqua præclara Romuli inſtituta, quibus Romanæ Reipublicæ fundatæ ad certiſſimum exterarum omnium Gentinm, ac Populorum bello, paceque Principatum pervenire non difficile fuit, omnium præſtantiſſimum, & optimum eſſe exiſtimavit, quòd nec bello captas Urbes funditùs exciderit, vel eis in ſervitutem redactis, earum Agrum pecori paſcua reliquerit, ſed deductis Colonis, eas Colonias Romanas fecerit, & quaſdam etiam Civitate donatas Reip. participes admiſerit. Quibus inſtitutis brevi tempore magnam Urbem ex parva reddidit. Nam qui, quum Urbem condidit, vix tria Peditum millia, trecentoſque Equites habuit, idem moriens Peditum ſex, & quadraginta millia, & mille Equites reliquiſſe traditur. Cujus exemplum cæteri Reges primùm, deinde Cos. ſequuti, Romanum Imperium omniom maximum, ac potentiſſimum effecerunt. Quod quemadmodùm acciderit, ſingillatim demonſtraturus, ante omnia, qua ratione Italiam omnem quingentorum annorum intervallo nimiùm admodùm reluctantem imperata facere coegerit, aperiam, deinde quot Colonias, Municipia, & Præfecturas, & quo tempore in ea fecerit, quæ ſingulorum jura, & Leges fuerint, ad hæc quomodò cæteras Provincias bello acquiſierit, & quot in eas Colonias deduxerit; poſtremò quo tempore, & à quibus barbaris tantum Imperium exciſum fuerit, oſtendam.

Quod Rom. Imperium ſub VII. Regibus fuerit. Romulus Rex.

CUjus rei initium à Romulo Rege primo, & tanti Imperii auctore ſumendum eſt. Is enim, Urbe condita, parum Agri Albani in Latio ab Avo Numitore Rege, qui primo Populo Romano ſufficeret, impetravit. Trans Tiberim enim in Tuſcia ſecundùm Tiberim à Monte Vaticano uſque ad mare omnia ſub Tuſcorum, & Vejentium ditione erant. Romuli Ager in Latio vix ſex millibus paſſuum ab Urbe, qua longiſſimè aberat, ſe extendebat. Nam ab Occidente Tiberi terminabatur; à Septentrione Aniene amne, Urbibuſque Fidenis, Cruſtumeria, Antemnis, & Cænina; ab Oriente Pedano, Tiburtino, Gabino, & Præneſtino Agris; à Meridie mare versùs Tellenis, Politorio, Ficanaque, earumque Agris finem habebat. Is igitur primus fuit Romuli Ager: quem bello primo Sabino, Cænina, Antemnis, & Cruſtumeria, & poſt bello Latino Cameria, & Fidenis captis, atque in Colonias Romanas deductis, agrique parte mulctatis, quam ſuis diviſit, in Latio auxit.

Cæterùm quum Vejentes, nobiliſſimi hi erant, & potentiſſimi Hetruriæ Populi, tertium bellum contra Romanos pro Fidenatium clade vindicanda præpararent, Legatis miſſis, poſtulabant, ut Romani Fidenis præſidium abducerent, & Agrum ademptum reſtituerent antiquis dominis, quo non impetrato, validum in Agrum Romanum educunt exercitum. Qui à Romulo victi, & fugati, & magna clade affecti, pacem à Romulo petierunt, qui illam eis his conditionibus conceſſit: ut agrum Tiberi contiguum, qui vocatur Septem Pagi, Romanis traderent, utque Salinis abſtinerent, quæ ſunt circa fluminis oſtia: & ad tollendam renovandi belli ſuſpicionem, quinquaginta obſides adducerent: quos cum accepiſſet, in columnam inſcripſit conditiones icti cum eis fœderis. Illud porrò hic ſcitu dignum videtur, ferè ſemper, ubi triumphos actos reperimus, ab eo quoque duce Imperium auctum. Nam Romulum ter triumphaſſe conſtat, de Sabinis, Fidenatibus, & Vejentibus, quos omnes Populos Agri parte ſpoliatos didicimus.

Tullus

Tullus Hoſtilius Rex.

SIc Tullus Hoſtilius, Alba everſa, Albaniſque in Civitatem adſcitis, Albanum Agrum Romano adjecit. Fidenates, & Sabioos iterùm rebellantes domuit, atque de iis triumphavit. Idem Rex bellum cum omnibus Latinis ſuſcepit, qui XXX. Urbiom conventu regebantur, in cujus apparatu moriens Ancum Regni, & belli Latini hæredem reliquit.

Ancus Marcius Rex.

HIc Politorium, Tellenas, Ficanam priſcorum Latinorum Urbes cepit, & diruit, homines Romam traduxit, eorum Agros Romano adjecit. Medulliam, quæ à Romulo capta Romana Colonia facta fuerat, atque ad Latinos defecerat, denuò cepit. Fidenates, & Sabinos, qui rebellaverant, bis vicit, de iiſque triumphavit. Nec Urbs tantùm ſub Marcio Rege crevit, ſed etiam Ager, fineſque, Sylva Mæſia Vejentibus, qui bellum moverant, victis, adempta tàm in Tuſcia, qoàm in Latio. Ficana diruta Imperiom prolatum, & in ore Tiberis Oſtia Urbs condita, & Salinæ circa factæ. Bellum Volſcis & Veliternis primò indictum.

L. Tarquinius Priſcus Rex.

BEllum primum com Latinis geſſit, & Oppidum ibi Appiolas vi cepit, diruit, & incendit, ejus Agrum Romano adjunxit, Cruſtumeriam, Medulliam, Fidenas, & Cameriam Romanas Colonias à Romulo factas, quæ rabellaveraot, Nomentom, Collatiam, Ficulneam veterem, Corniculum, Scaptiam, à qua Tribus nomen accepit, Pitulum, Tiſatam, Ameriolam Latinorum, & Sabinorum Urbes vicit, Agrum Collatinum Sabinis ademit, univerſum poſtremò Latium ingentibus prœliis ſuperatum domuit, Urbibuſqoe omnibus nominis Latini in deditionem acceptis, fœdereque cum iis facto, eas ſuis Legibus vivere permiſit, De Sabinis, & Hetruſcis, qoi Latinis auxilio venerant, prœlijs aliquot victis duos triumphos egit.

Ser. Tullius Rex.

REgnum adeptus bellum vigioti annorum cum Hetruſcis, qui Vejentibus, Tarquinenſibus, & Cærretanis auctoribus, arma Romanis iotuleraut, geſſit, terque de iis triumphavit. Noviſſimè cum XII. Hetruriæ Populis pace facta belli auctores Agri parte mulctavit, iiſqoe, qui Romam ad habitandum venerant, diſtribuit. Hic univerſum Agrum Rom. qui à Romulo uſque ad ſua tempora à cæteris Regibus, Sabiois, Latinis, & Tuſcis ademptus fuerat, in XVII. partes, quas Tribus appellavit, diviſit: is Ager Romanus poſteà appellatus, de quo ſopra.

L. Tarquinius Superbus Rex.

POſt Tullium Sabinos vicit, deque iis triumphavit. Cum Latinis fœdus renovavit. Juſtum bellum primus Volſcis intulit, Sueſſamque Pometiam de iis vi cepit, ac diroit. Gabios dolo Sexti Filii in deditionem accepit. In Agro Volſcorum, quos devicerat, Colonias deduxit, Signiam, & Circejos. Ardeam obſedit, in cujus obſidione, Regno Bruti opera cum filiis exactus eſt. Sub Regibus igitur annorum CCXLIV. intervallo ita Romanum propagatum Imperiom eſt: quod primorum Conſulum anno non ampliùs, quàm ad XVIII. ab Urbe lapidem, quum finitimæ circum Civitates premerent, ſe extendit. Nunc reliquum eſt, ut diſſeram, quo tempore poſt Reges exactos, & quibus bellis, ducibuſqoe Urbes primò, deinde integræ Provinciæ, & Populi, poſtremò Italia omnis in Populi Romani ditiooem redacta ſint.

Qua ratione Italia omnis in Populi Romani poteſtatem venerit.

POſt Reges exactos ſub Conſulibus, ioter quos nonnunquam & Dictatores fuerunt, per trecentos propemodùm annos Populus Rom. cum finitimis Sabinis primùm, Latinis, Volſcis, Hernicis, Tuſcis deinde, Campanis, Gallis, Samuitibus, Umbris, Tarentinis, Lucanis, Brutis, Sallentinis, Meſſapiis, Picentibus, & reliquis Italiæ Populis bella continua geſſit. Quibus victis centum poſterioribus annis cum Siculis, Pœnis, Sardis, Corſis, Gallis Ciſpadanis, & Tranſpadanis, Boiis ſcilicet, & Cœnomanis, Inſubribus, & Liguribus quoque, Iſtris, & Japudibus, & Salaſſis, Gentibusq; Alpinis bellatum eſt. Qui omnes Populi poſteà Italiæ ſub nomine redacti ſont, quum Italia primò amnibos Arno, & Rubicone terminaretur. Poſt reliquo terrarum Orbi arma illata, ut ſiogillatim exponam.

Arunci, & Fidenates domiti.

PRimi poſt Reges exactos Arunci vetuſtiſſimi Latii Populi bello domiti io ditionem Populi Romaoi venerunt anno Urbis CCLII. à Sp. Caſſio, & Opitre Virginio Cos. Pometia eorum Urbe capta, & funditùs exciſa, debellati.

Fidenates Romanam Coloniam à Romulo deductam ſæpè victos, poſtremò Mam. Æmilius Mamertinus Dictator III. anno Urbis CCCXXVIII. delevit.

Vejentes victi.

POſt diutornum, ac variom inter Romanos, Vejenteſque bellum, idem Mam. Æmilius Mamertinus Vejentium opes ità afflixerat, ut poſtero anno inducias in XX. annos petierint. Anno autem CCCXLVII. quum induciarum tempus exiſſet, Vejentes à Senato impetraruut, quia ipſi diſcordia inteſtina laborarent, ne res ab ſe repeterenren-

rentur. Sed ſequenti anno bellum Vejens motum ob ſnperbum reſponſum Vejentis Senatus, Legatis Romanis res repetentibus datum. Id Patres ægrè paſſi decrevere, ut primo qnoque tempore Tribuni Militum de bello Vejentibus indicendo ad Populum ferrent. Ità ſequenti anno, qui fuit Urbis conditæ CCCXLIX. circumſeſſi primùm Vejii ſunt, atque inde per novem aonos vario eventu à Tribunis Militum res cum his geſta eſt, donec anno CCCLVIII. M. Furius Camillus Dictator dictus Faliſcis primùm, ac Capenatibus fuſis, & caſtris exutis, ad Vejos profectus, cuoiculo in arcem hoſtium acto, Urbem ipſam decimo ejus belli anno cepit, ac maxima præda potitus, Junonis etiam ſignum Romam delatum in Aventino, extructo ibi Templo, locavit; quum clariſſimum de Vejentibus in Urbem triumphum equis albis vecto curru invexiſſet.

Latini, & Campani in deditionem accepti.

CUm Præneſtini Latini Populi bellum Romanis intuliſſeot, T. Quinctius Cincinnatus Dictator, & A. Sempronius Atratinus Magiſter Equitum adversùs eos creati, ipſis ad Aliam fuſis, fugatiſque, & Præneſte capta, triumpbum de iis Dictator egit. Oppidum fœderatum fuit, & ei ſuis Legibus vivere conceſſum anno Urbis CCCLXXIV.

Anno verò Urbis CDXI. M. Valerio Corvo III. & A. Cornelio Coſſo Coſ. qunm Campani bello à Samnitibus urgerentur, auxilio adversùs eos à Senatu petito, quum id non impetrarent, Urbem, atque Agros Populo Romano dediderunt, ob quam cauſam ea, quæ Populi Romani facta eſſent, defendi bello adversùs Samoites placuit. Campani poſt rebellionem Latinorum diù in fide Populi Romani permanſerunt. Bello verò Punico ſecundo poſt acceptsm eladem Canoenſem, quum ad Hannibalem defeciſſent, quinquennio poſt à Q. Fulvio Proconſule Capua recepta eſt, atque in Campanos acriter ſævitum.

Volſci, Opici, Hernici, & Æqui ſubacti.

VOlſei, qui bellnm cnm Romanis ſub L. Tarquinio Superbo inchoatum per CC. propè annos incredibili pertinacia protraxerant, de quibus ſuprà XII. triumphi acti fuerunt, poſtremò anno Urbis CDXXV. dinturno bello feſſi, Priverno capto, à Coſ. L. Æmilio Mamercino II. & C. Plautio Deciano domiti, & ſubacti in ditionem Populi Romani venerunt.

Q. Publilius Philo primns Proconſul aono Urbis CDXXVIII. Palæpoli capta, Opicos ſubegit, qui lnca ubi Cumæ, Baiæ, Puteoli, & Neapolis ſunt, coluerunt.

Hernicos, cum quibus Pop. Rom. T. Sicinio, & C. Aquillio Coſ. bellare cœpit, variaque cum iis fortuna pugnavit, tandem anno Urbis CDXLVIII. Q. Mareius Tremulus Coſ. Anagnia capta, debellavit.

Æqui quoque, qui adjunctis Volſeis multa bella cum Populo Romano poſt Reges exactos geſſerunt, anno Urbis CDLII. à C. Junio Bubulco Bruto Dictatore noo ſolùm victi, & ſubacti ſunt, ſed eorum etiam nomen ad internecionem uſque prope deletum eſt.

Sabini victi.

IMperio Populi Rom. Campaniam versùs prorogato, Sabini, & Tuſci finitimi io deditionem redigendi ſupererant. Huic rei ſors occaſionem præbuit. Nam P. Cornelio Rufino, & M. Curio Dentato Coſ. aono Urbis CDLXIV. Populus Rom. poſt Latinos, Gentem Sabinorum aggreſſus eſt; qui immemores factæ ſub T. Tatio affinitatis, Populum Rom. ſub Regibus, deinde eis exactis, ſæpè laceſſeraot, triumphatique potiùs, qnàm victi fuerant, & poſtremò quodam contagio belli ſe Latioi s adjunxerant. Eos M. Curius Dentatus Conſul intra eum tractum, quà Nar ambit, fonteſque Velini Hadriatico tcous mari, igne, ferroque vaſtavit. Qua victoria tantum hominum, taotum agrorum redactum in poteſtatem, ut in utro plus eſſet, ne ipſe quidem poſſet exiſtimare, qui vicerat.

Galli Senones, & Picenum in deditionem accepti.

MUltæ Gallornm manns dulcedine frugum, maximèque vini nova tùm voluptate captę Alpes tranſierunt, agroſque ab Hetruſcis ante cultos poſſederunt, & eam Italiæ partem tenuerunt, quæ poſtea Gallia Ciſalpina appellata eſt. Ex quibus Inſubres, & Cœnomani trans Padum; Boii, Geſſatæ, & Senones cis Padum loca obtinuerunt. In his Senones advenarnm receotiſſimi eam partem Italiæ Tuſcis, & Umbris antiquis incolis eripuerunt, quæ inter amnes Rubiconem, & Æſim ſita eſt, quorom præcipua Civitas Sena fuit. Hi & Urbem Romam captam incenderunt, & multa poſt id tempus adjunctis Tuſcis, Umbris, Latiois, & Samnitibus bella vario Marte, & periculoſa geſſeruot. De his poſt Camillnm Dictatorem T. Quinctius, C. Sulpitius, C. Pœtelius, Q. Fabius Coſ. & plerique alii Romanorum Duces triumpbarunt. Poſtremò anno Urbis CDLXXI. omnes eorum reliquias in Hetruria ad Lacum Vadimonis P. Cornelius Dolabella delevit, ne quis extaret in ea Gente, qui incenſam à ſe Romam Urbem gloriaretur. Senonibus cæſis, eorum Provincia in ditionem Romanam venit, quæ mari, Tuſcia, & Umbria, amnibuſque Rubicone, & Æſi includebatur. Quo tempore etiam Italia, quæ Æſim flnvium non excedebat, ad Rubiconem uſque extenſa eſt, Senonumque Regio Umbris attributa.

Tuſci debellati.

POſt Senones Tuſci, cum quibus jam inde à Romuli tempore Populus Rom. bellum gerere cæperat, anno Urbis CDLXXIV. Vulſinienſibus, & Vulcientibus Hetruſcorum florentiſſimis Populis victis, per Ti. Coruncanium Coſ. Romano Im-

Imperio adjecti ſunt, atque ea parte Imperium ad Arnum uſque propagatum.

Samnites, Tarentini, Brutii, & Lucani ſubacti.

CUm Samnitibus Campanorum cauſa Populus Rom. primò bellum ſuſcepit, quo Triumphorum ampliùs XXX. materies annis LXX. perduravit. Samnitico bello vigente, iis contra Romanos Tarentini ſe conjunxerunt: unde bellum Tarentinum dictum, quod unum quidem titulo, & nomine, ſed victoria multiplex fuit. Hoc enim Lucanos, Apulos, Brutios, Picentes, Sallentinos, & caput belli Tarentinos, idem totam Italiam, & cum iſtis omnibus Pyrrhum clariſſimum Græciæ Regem una veluti ruina pariter involuit, ut uno tempore, & Italiam conſumeret, & tranſmarinos triumphos auſpicaretur.

Picentes, Sallentini, & Umbri domiti.

OMnis Italia pacem habebat. Quis enim domitis Tarentinis quid moliri auſus eſſet? Niſi quod ultrò perſequi ſocios hoſtium placuit. Domiti deinde Picentes, qui cum reliquis Italicis rebellaverant, & caput gentis Aſculum à Coſ. P. Sempronio, & Ap. Claudio.

Sallentini Picentibus additi, caputque regionis Brunduſium inclyto Portu celebre à M. Atilio, & L. Julio Coſ. vexatum. Quos anno ſequenti D. Junius, & N. Fabius in poteſtatem redegerunt.

Soli omnium Italicorum Umbri relicti fuerunt, ad quos arma Romana non pertinuerant, qui quum rebellaſſent, ab jiſdem Coſ. à quibus Sallentini, Saſſina capta, domiti ſunt. Atque demùm anno Urbis CDXXCVIII. Italia omnis à freto Siculo ad Rubiconem, & Arnum, Tuſcoſque extremos Liguribus confines in Populi Rom. ditionem devenit. Quæ quanquam omnis ferè fœderata ſine Magiſtratu Romano ſuis Legibus liberè vivere permiſſa eſſet, variis tamen conditionibus fœdera adepti ſunt. Quidam enim Municipia cum ſuffragii jure facti, quibuſdam Civitas ſine ſuffragio data, Latinis jus quoddam, quod Civitati proximum fuit, permiſſum, in aliquibus Coloniæ Latinæ, vel Civium Romanorum deductæ, quidam Stipendiarii, quidam Vectigales, quidam omninò liberi relicti fuerunt, de quibus accuratiùs infrà, ſed priùs

Quo tempore Gallia Ciſalpina Provincia facta fuerit.

BEllum igitur Gallicum Ciſalpinum initum eſt anno Urbis DXXIX. C. Atilio, & L. Æmilio Coſ. Hoc Lex C. Flaminii Tribuni Plebis excitavit, quam ille vel octavo, ut ait Polybius, ante anno, M. Lepido, & M. Poblicio Coſ. vel quinto, ut Cicero, Q. Fabio Maximo II. & Sp. Carvilio Coſ. de Agro Piceno, & Gallico, unde pulſi Senones à Dolabella fuerant, viritim dividendo tulit.

Primùm autem facta eſt Ciſalpina Gallia Provicia à M. Claudio Marcello Coſ. idque ex eò liquet, quòd Coloniæ plures annis proximis eò deductæ ſint, & Romanis Coſ. Gallia deinceps Provincia in annum decerni ſolita. Porrò, bello Punico ſecundo confecto, cum Inſubribus, Comenſibus, & Bojis rebellantes Cœnomanos aliquot Duces Romani magnis cladibus affectos tandem in deditionem acceperunt, Galliamque omnem Ciſalpinam quietam habuerunt. Inſubres, Cœnomanos, & Comenſes Gallos Tranſpadanos cum Ciſpadanis ſæpè rebellantes L. Furius Purpureo Prætor, & C. Cornelius Cethegus Coſ. vicerunt, & poſtremò M. Marcellus Coſ. ejus, qui primò Galliam Provinciam fecerat, filius, Caſtellis duodetriginta in deditionem acceptis, eos debellavit anno Urbis DLVIII. Bojos, hi Galli Ciſpadani ſunt, qui ſæpiſſimè cum Tranſpadanis jam victis rebellaverant, iidem Duces ceciderunt, eoſque demùm magnis cladibus afflictos P. Cornelius Scipio Naſica Coſ. domuit anno DLXIII. deque iis in Magiſtratu triumphavit. Veneti diù in fide Populi Rom. permanſerunt. Cum Carnis, Japygibus, & Iſtris C. Claudius Pulcher Coſ. anno Urbis DLXXVII. bellum primò ſuſcepit, quòd Ætolis contra Romanos ſubſidia tulerant; cum his vario Marte pugnatum, eos poſtremò domuit, & in Populi Rom. ditionem C. Sempronius Tuditanus Coſ. redegit, de iiſque triumphavit.

Quo tempore Ligures domiti fuerint.

BEllo Punico primo vix finito, ſtatim Ligures, Galli, & Illyrii ad exercendam Romanam virtutem novi hoſtes ſurrexerunt L. Cornelio, & Q. Fulvio Coſ. anno Urbis DXVII. Liguribus primùm arma illata ſunt: quod bellum intra Italiam latrocinia Ligurum excitarunt. Victi autem hoc primùm anno à Conſulibus ſunt, eorumque XXIV. millia interfecta, V. millia capta, & de iis triumphatum. Eos deinde ſæpiſſimè rebellantes plures Romani Duces magnis cladibus per XXC. annos, ut Strabo obſervavit, affecerunt, triumphi de iis, & finitimis Populis Vocontiis, Contrubeis, & Gatiſcis ſupra XVIII. acti. Quos demum M. Æmilius Scaurus Coſ. anno DCXXXIX. in deditionem accepit, latrocinia eorum coercuit, effecitque poſtremò, ut publicè permeantibus via ad ſtadiorum XII. latitudinem laxaretur.

Italia ad Alpes producta, & in XI. Regiones diviſa.

ATque hac ratione univerſa, quæ nunc appellatur Italia, ſexcentorum annorum intervallo Romanum jugum ſuſcepit. Quæ quum ante à ſupero mari Æſi, ab infero verò Macra fluminibus terminaretur, victis, & deletis Gallis Senonibus uſque ad Rubiconem proceſſit. Is enim poſterior terminus Italiæ fuit. Poſtremò Triumviri R. P. C. ne Proconſul ullus cum exercitu intra Alpes eſſet, Galliam omnem Ciſalpinam Italiæ adjunxerunt, eamque uſque ad Alpium radices protulere: ejuſque termini à mari ſupero Iſtri, oppidum Pola, fluviuſque Arſia, ab infero am-

nis

nis Varos, qui à Liguribus Galliam Narbonenſem dividit, facti: in mediterraneis verò Alpium radices ejus fioes eſſe voluerunt.

Quam Cæſar Auguſtus rerum potitus in XI. Regiones diſtribuit. Quarum prima Latium vetus, novumque, & Campania fuit. II. Picentes. III. Lucani, Brutii, Sallentini, Apuli. IV. Ferentani, Marrucini, Pelligni, Marſi, Veſtini, Samnites, & Sabini. V. Picenum. VI. Umbri. VII. Etruria. VIII. Gallia Ciſpadana IX. Ligures. X. Venetia, Caroi, Japyges, Iſtrique. XI. Gallia Tranſpadana. In quibus Regionibus quot Coloniæ, Municipia, & Præſecturæ fuerint, explicaturus, ut apertiùs ſingularum jora, leges, & diſcrimina agnoſcantur, pauca aotè ſubjicere placet de Civitatis Rom. Latii, & Italiæ jure.

De jure Civitatis Romanæ.

PRæſtaotiſſimum Romuli inſtitutum omnes auctores fuiſſe referunt, quòd victas Gentes, noo ut Athenienſes olim, & Lacedæmones, pro alienigenis arcuiſſet, ſed eas io Populi Rom. amicitiam, & Civitatem ipſam etiam adſciverit, vel Colonias Romanas deduxerit. Porrò autem quemadmodùm externæ gentes, vel victæ, vel ſponte in R. P. amicitiam, aut fœdera, & ditionem admiſſæ varii generis, ac conditionis pro eorundem erga Remp. meritis erant, ut aliæ omninò liberæ, aliæ fœderatæ, aliæ ſtipendiariæ, aliæ fuodi Populi, aliæ Latinæ, aliæ Civitatem Rom. adeptæ fuiſſe reperiantur, ità varii generis fuiſſe Cives Romanos obſervavi, ità ut alii eſſent Cives Rom. pleno jure, ideſt cum jure ſuffragii, alii ſioe ſuffragio, alii Municipes, alii Coloni, alii ex Præſecturis, alii verò ſine Civitatis jure nonnulla habuerint Civitatis Rom. privilegia.

Et ut à primo Civis Rom. perfecto jure exordium ſumam, qui ex nullo Municipio, ex nulla Colonia, Præfecturave, vel ex alia fœderata Civitate erant, ſed vel io Urbe, Agrove Urbis ſuburbano nati, vel ex ſervis Romanorum libertate, aut ex aliis Gentibus externis ſpeciali privilegio in Urbem vocati, & Civitate donati eſſent, primum genus Civis Rom. conſtituebant. Ex his fuerunt primi Urbis cultores, eorum filii, & nepotes: poſt eos Sabini, qui ſub T. Tatio, Tuſci, & Latini, qui ſub Romulo, Albani, & reliqui Latini, qui ſub cæteris Regibos, Gens Claudia, & plerique alii Populi, qui ſub Conſulibus Civitatem Rom. cum ſuffragii jure adepti ſunt.

Hic autem Civis Romanus, qui perfecto jure *Civis Romanus* dicebatur, definitur *liber homo Urbis, Agrive incola, qui domicilium, Tribum, & honorum gerendorum poteſtatem adeptus eſt*.

Dicitur *liber homo*, ut intelligamus, quod ſervi Cives eſſe non poterant, quooiam ſervile caput nullum jus habebat, Paulo teſte *in l. 3. ff. de capit. dimin.* ſed carebat cenſu, nomine, & Tribu: ideo ſervitutem mortalitati comparandam Ulpian. reſpondit. *in l. ſervitutem ff. de reg. jur.*

Additur *qui domicilium*, ut diſtinguatur à Municipe; qui enim è Municipiis fuerunt, quanquam Tribum, & honorum petitionem adepti eſſent, tamen quia domicilio caruerunt, non ingenui Cives Romaoi, ſed Municipes nuncupabantur, ut Sigon. advertit *lib. 1. de antiq. jur. Civ. Rom. c. 1.*

Additur *qui Tribum, & honorum gerendorum poteſtatem*, nam qui Civem Romanum *domicilio* tantùm, aut *Tribu*, aut *honore* definiunt, huic quæſtioni cumulatè non ſatisfaciunt; is enim demùm optima lege Civis Romanus judicatur, qui non domicilium ſolum, ſed Tribum etiam, & honorum petitionem conſecutus eſt. Domicilium enim etiam Inquilini, & Tribum Libertini obtinuerunt, quorum tameo illi nullum Civitatis jus, hi verò non optimum habuerunt; Libertinis enim quanquam Tribus Urbanæ, non tamen honores ullo tempore patuerunt. Inter multa Civium Romanorum privilegia illud ſupremum erat, ut eſſent in Tribu, & Centuria, à Cenſoribus relati, in qua & ſuffragium ferreot, & iiſdem ſuffragiis ad Magiſtratus, publicaſque cæteras admioiſtrationes, ac digoitates pervenirent: quod *in Verrinas* docet Aſconius.

Cæterùm quum jus Civitatis non una qoadam in re cooſiſteret, ſed multis ac diverſis velut prærogativis conſtaret, non omnibus omoia jura concedebaotur, unde efficiebantur variæ cooditionis Cives Romani.

Ex his, qui ſuffragii jus habebant, omnia etiam cætera hæc privilegia, habebant.

Primùm ſiquidem Civibus Romanis poſt ſuffragii lationem, jus erat per Leges *Porciam*, & *Semproniam*, ut nec virgis cædi, nec vinculis coerceri, nec omninò capite plecti, niſi Populi ipſius judicio poſſent.

Idcircò Cic. *in Verrem*, qui P. Gavium Conſanum virgis ceciderat, exclamat, quum ait, *Cædebatur virgis in medio Foro Meſſanæ Civis Romanus. O Leges Porcia, Legeſque Sempronia, &c.* Verùm de iis, qui Cives noo eſſent, nil horum cautum erat, poterantque à Magiſtratibus non ſolùm peregrini, ſed Latioi etiam ipſi, quorum privilegia maximè ad Civitatem Romanam accedebant, inconſulto Populo ſervili ſupplicio affici. Hoc autem privilegium Civibus omoibus Romanis tàm his, qui cum ſuffragio Civitatem habebaot, quàm iis, qui ſioe eo erant, commune fuiſſe ex eo ſibi perſuadet Panvin. *de Imperio*, quòd & Muoicipes ſine ſuffragio in legione, ut tradit Feſtus, merebant; qui autem in legione militabant, virgis cædi noo poterant.

Tertium Civium Romanorum privilegium erat, quòd ſolis Civibus Romanis in legione Romana militare jus erat. Ideòque ſoli Cives ad ærarium in beneficiis deferri ab Imperatoribus, & Beneficiarii milites fieri poterant.

Quartum jus Civium Romanorum proprium, patriæ poteſtatis erat in Liberos Lege Romuli primùm inſtitutum, repetitum poſteà, & confirmatum à Decemviris ſecundùm Dionyſ. Halicarn. *lib. 2.* vel ſecundùm Ulpiani reſponſum conſuetudioe Populi Romani introductum. *L. 8. ff. de his, qui ſunt ſui, vel al. jur.* Nulli enim alii fuerunt homioes, qui talem in liberos poteſtatem haberent, quales Cives Romaoi habuere, ut docet Juſtin. Imperator *in §.*

jus

Digitized by Google

jus autem. 2. *Inſt. de pat. poteſtate*, ubi ſufficiat relatin.

Erat poſtremò jus Adoptinnum, Gentilitatis, & Togæ ferendæ, quod proprium Civium Romanorum erat, ut mox explicabo. Atque hæc omnia privilegia non niſi Civibus Romanis communia erant, tàm iis, qui Urbem incolerent, quàm Municipibus, & Colonis Civium Romanorum. Municipia verò, quibus ſine ſuffragin data Civitas fuiſſet, illo uno ſuffragii jnre privabantur, in reliquis conveniebant.

Jus Adoptionis Civium Rnmanorum proprium erat, §. *ult. Inſt. de adopr.* tùm quia erat modus patriam poteſtatem conſtituendi, quæ ſnlis Civibus Rom. competebat, ut ſuprà dicebam: tùm quia Adoptio erat actus legitimus, qui exercebatur coram eo, qui legis actionem habebat *l.* 3. & 4. *ff. de adopt.*

Quod attinet ad *jus Gentilitatis* ſciendum, *Gens*, & *Genus*, ſi vim, ac naturam verborum ſpectemus, idem valent, neque quicquam differunt, utrnmque enim ab antiquo verbo *Geno* ductum videtur. Quod ſi, nnn verborum naturam, ſed antiquiſſimum priſcorum Romanorum nſnm, cujus in his rebus ſumma poteſtas eſt, conſideremus, differentiam eam fortaſsè reperiemus, ut *Gens* ad Patritios propriè, *Genus* autem generaliter quidem & ad illos, & ad Plebejos, ſpeciatim verò ad hos duntaxat pertineat, ut ex Cic. in 1. *de Orat.* colligitur. —— Hinc

Gentiles dicti, primùm propriè Patricii inter ſe, qui eodem ex genere prognati eſſent: undè etiam *Gentilitia ſacra*, & *Gentilitia ſepulcra*. Poſteà tamen *Gentiles* generaliter ita definiti ſunt, Scævola in *Ciceronis Topicis* auctore, Qui *inter ſe eodem nomine ſunt, ab ingenuis oriundi, quorum majorum nemo ſervitutem ſervivit; qui capite non ſunt diminuti.* —— Hinc dictum

Jus Gentilitatis, quod inter ſe Patritii habebant: quod ab Agnatinnum jure diverſum fuiſſe colligitur ex illa 12. Tab. lege *Si paterfam. moritur, familia, pecuniaque ejus Agnatorum, Gentiliumque eſto*: & ab alia *Si furioſus eſt, Agnatorum, Gentiliumque in eo, pecuniave ejus, poteſtas eſto*: item in iiſdem 12. Tab. legibus *Ut ſi paterfam. inteſtatò moreretur, Agnatorum, Gentiliumque in ipſius pupillis, eorumque, pecunia poteſtas eſto*. Agnati enim dicuntur, qui ex eadem familia naſcuntur, & ſic ejuſdem ſunt ſtirpis, & cognominis: Gentiles verò, qni eodem ex genere naſcuntur, & ſimili nnmine appellantur: quamvis ſtirpem, & (ut vulgò loquimur) ramum diverſum habeant.

Hoc Jus Gentilitatis prnprium fuit Civium Romanorum, ut his hæreditas, tutela, & furioſorum cura deferretur, ut ex præalegatis legibus 12. Tab. colligitur; quod proprium Civium Rom. fuiſſe notiſſimum eſt *l.* 1. *ff. de tut.* Quarè nota eſt illa inter Claudios Patritios, & Claudios Marcellos Plebejos controverſia de ſucceſſione liberti, quam ex Cic. refert Hotoman. in *ſuis commentariis*. Cum filius ejus, qui Marcelli libertus erat, inteſtatò deceſſiſſet, neque aut filios, aut Agnatos haberet, Agnati patroni demortui univerſorum bonorum poſſeſſionem ad ſe pertinere aſſerebant. Claudii verò Patritii in capita eam hæreditatem inter omnes, qui ejuſdem Gentis eſſent, dividendam eſſe contendebant, ut ipſi quoque in partem venirent. Et ſic patet, quale eſſet hoc jus Gentilitatis.

Succedit jus Togæ ferendæ. Toga antem Civium Romanorum fuit propria, quam ubique geſtare tenebantur, neque peregrinis ea uti licebat Hotom. teſte. De hoc jure Togæ agitur in *l. ſed ſi* 32. *ff. de jure fiſci*, Cujac. in *notis ad l. obſides ff. de teſtamentis*,

Sextum autem jus, quod omnibus Romanis Civibus commune fuit, erat, ut ſnlus Civis Romanus poſſet hæreditatem Civis Romani adire; nam cum peregrinis non erat teſtamenti factio, quemadmodùm neque teſtamenti factionem habebant. Ulpian in *fragm. tit.* 20. & 22. Sic ii tantùm poterant eſſe teſtes ad nrdinandum teſtamentum, qui erant Cives Romani. §. *teſtes* 6. *Inſt. de teſtam. ord.*

Septimum jus Civium Romanorum proprinm fuit jus Commercii. Commercium verò definitur ab Ulpiano *tit. de dominiis, & acquiſit. rerum* 19. *Emendi, vendendique invicem jus.*

Emendi, vendendique intellige de omnibus contractibus, item de omnibus modis Civilibus, & Quiritiartis, per quos *Quiritarium* dominium acquirebatur, ut Nexu, Stipulatione, vel Mancipatione, Uſucapinne, in jure Ceſſione, & Sacramenti contentione *Nexum* ſignificat omne id, quod per æs, & libram gerebatur, qun in genere ſunt hæc, *Teſtamenti factio, Nexi datio, Nexi liberatio, Emancipatio.* Quarè in *l.* 12. Tab. hæc lex extat, *Cum Nexum faciet, mancipiumque uti lingua nuncupaſſet, ita jus eſto.*

Dicitur *jus*, quod jus communicatum fuit & Latinis Cnloniariis, Latiniſque Junianis, ac eis peregrinis, quibus cnmmercium datum fuit, docente Ulp. *d. tit.* 19. ubi juris ſtudioſus videat alios Quiritiarins modos acquirendi ſuprà relatos.

Erat poſtremò jus connabiorum olim Civibus Romanis proprium, quod definitur, ut ſit *Uxoris jure ducenda facultas*. Ulp. in *fragm. tit.* 5. *l.* 45. §. *hoc caput ff. de ritu nupt.*

Connubinm habent Cives Romani cum Civibus Romanis, cum Latinis autem, & peregrinis, ſi conceſſum ſit. Ulp. *d. tit.* 5. Quarè hoc jus Campanis communicatum fuiſſe refert ex Livio Panvin. At cum ſervis nullum eſt connubium *d. t.* 5. Seneca *lib.* 4. *de benef.* ſed contubernium dabatur, ut dicitur in *l. pleraque ff. de ædil. ed. l. adoptivus* §. 1. *ff. de ritu nupt. l.* 3. *C. de inceſt. nupt. l.* 3. *l. de ancilla C. de liber. cauſa*, *l.* 4. *C. de dolo*. Atque hæc erant omnia Civibns Romanis, qui Urbem, Agrumve colebant, privilegia, quornm quædam iis tantùm erant propria, quædam Municipiis, & Latinis communia, ut demonſtravimus.

De jure Municipum cum ſuffragio.

CAPUT II.

PArùm, vel nihil ab iis Civibus Rom. qui Urbem, Agrumve incolerent, differebat Civinm Romanorum alterum genus, qui in Municipiis, quibus cnm ſuffragii latione Civitas data erat, commorabantur. Hi enim omnibus Civium Romanorum privilegiis potiebantur, uno, ut exi-

ſtimo, excepto, quòd in Curias Romanas deſcripti non erant, atque ob eam cauſam Curiatis Comitiis, in quibus tamen parum momenti erat, excludebantur. Curiæ enim tantùm eorum erant, qui Urbem incolerent. Nam, qui in Municipiis, vel Coloniis Cives Rom. habitabant, ſua quędam in ſuis Urbibus Sacra habebant, quæ Municipalia dicebantur, erantque iis perindè, ac Romanis Curiæ. Nam quos ſub Regibus migraſſe Romam reperimus, ut Sabinos, Tuſcos, Latinos, & Albanos, eos ſimul per Curias Romanas deſcriptos fuiſſe, ex Dionyſio apertè intelligitur. Qui verò ad Urbem non migrabant, ſuis Sacris vacare opus erat, quæ, ut dictum eſt, Municipalia vocabantur.

De Municipiis ſine ſuffragio.

MUnicipiorum autem duo erant genera, quædam, quæ omnia Civitatis privilegia habebant, præter ſuffragii lationem, quædam verò, quæ Civitatem ipſam cum ſuffragio obtinuerant. Primi omnium, qui Municipes facti ſunt, ſine ſuffragii latione fuerunt. Hi fuerunt Cærites. Hoc illis, inquit Gellius, conceſſum, ut Civitatis Rom. honorem quidem caperent, ſed negotiis tamen, atque honoribus vacarent, pro Sacris bello Gallico receptis, cuſtoditiſque. Hinc *Tabulæ Cærites* appellatæ verſa vice, in quas Cenſores referri jubebant, quos notæ cauſa ſuffragio privabant. Municipium id genus hominum dicitur, qui quum Romam veniſſent, neque Cives Romani eſſent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum unà cum Romanis Civibus, præterquàm de ſuffragio ferendo, aut Magiſtratu capiendo. Quæ autem hujuſmodi Municipia fuerint, paulò pòſt exponam. Municipes verò cum ſuffragii jure, omnia privilegia Civium Romanorum Urbem incolentium habebant, præter Curias, in quas, quemadmodùm, qui Romæ habitabant, diſtributi non erant, ac per hoc Curiatis Comitiis excluſi.

De jure Coloniarum.

ELeganter, quid ſit Coloniæ, docet Servius ad illud *Æneid.* 1. *Tyrii tenuere Coloni.* Veteres enim (inquit ille) ità definiunt, *Colonia eſt cœtus eorum hominum, qui univerſi deducti ſunt in locum certum, ædificiis munitum, quem certo jure obtinerent.* Alii verò ità definiunt Coloniam, ut dicatur *à colendo, ſitque pars Civium, aut Sociorum miſſa, ubi Rempublicam haberent ex conſenſu ſuæ Civitatis, aut publico ejus Populi, unde profecta eſt, conſilio.* Erat autem antiquitùs Coloniarum deductio multis nominibus utilis, quippè cum multitudine Civium laboraret Civitas, creari ſolebant Triumviri, qui certum Civium numerum in loca certa deducerent, ſinguliſque agros, & prædia aſſignarent, qua re tùm tenuibus, & obæratis Civibus conſulebatur, cùm Urbi multitudine Civium laboranti, tùm univerſo Imperio, quia videlicet Colonos conſtituebant loco ad hoſtibus reſiſtendum aptiſſimo.

Hinc Coloniæ, Gellio teſte, non veniunt extrinſecùs in Civitatem, nec ſuis radicibus nituntur, ut Municipia, ſed ex Civitate quaſi propagatæ ſunt, & jura, inſtitutaque omnia Pop. Rom. non ſui arbitrii habent. Quæ tamen conditio cum magis obnoxia, & minùs libera eſſet, potior tamen, & præſtabilior cenſebatur propter amplitudinem, majeſtatemque Populi Romani, cujus iſtæ Coloniæ quaſi effigies parvæ, & ſimulacra quædam eſſe videbantur, ſimulque, quia obſcura, obliterataque erant Municipiorum jura, quibus uti per ignorantiam nequibant.

Ducendarum porrò Coloniarum mos à Romulo inſtitutus frequentiſſimus apud Romanos fuit. Nam, hoſtibus laceſſentibus victis, agrique, & Regionis parte mulctatis, in agris de eis captis, quò Imperium Romanum ſtabilirent, vel novas Urbes condebant, vel in antiquitùs conditas, veteribus incolis ex iis pulſis, novos ex Urbe Cives per Triumviros ad id creatos eò ducebant, quotquot agro capto colendo ſufficere poſſent, quem novis Colonis dividebant.

Hi ſtatim in Coloniam deducti novam adminiſtrandæ Reip. rationem Romanæ more conſtituebant. Nam, ut Romæ erat Populus, & Senatus, ſic hi novos Colonos in Decuriones, & Plebem dividebant; Decuriones Senatus, Plebs Populi Romani imaginem referebant. Ex Decurionibus ſingulis annis duo, vel quatuor Viri creabantur juxtà Coloniæ magnitudinem, vel parvitatem, qui Duumviri, vel Quatuorviri I. D. ideſt juri dicendo vocabantur, & Conſulum Romanorum ſpeciem repræſentabant. Creabatur inſuper Ædilis, qui viarum, ædificiorum publicorum, annonæ, & locandorum redditaum publicorum, item Quæſtor, qui ærarii publici curam habebat. Atque hi erant præcipui Coloniæ Magiſtratus: in cæteris omnibus more, legibus, & inſtitutis Romanis vivebant.

Coloniarum duo genera erant, ut tradit Aſconius, quædam Civium Romanorum, & quædam Latinæ. Illæ præter Sacra, omnia jura habebant, quæ Cives Romani, quemadmodùm & Municipes cum ſuffragii jure: hæ verò erant, quæ jus Latii habebant, quod mox ſubjiciam.

De Jure Latii.

POpulus Romanus Sociis nominis Latini, quod à Tiberis oſtiis Circejos uſque ſe extendebat, antiquæ cognationis jure multa tribuit privilegia, quorum antiquiſſimum fuit, ut eo jure, quod Latini à Pop. Rom. habuiſſent, Coloniæ omnes uterentur, quæ idcircò Latinæ dictæ ſunt; quum Colonias Civium Romanorum deducere adhuc mos non eſſet, ad quarum poſteà diſcrimen, quæ deduci cœptæ ſunt, reliquæ tàm antiquæ, quàm recentiores Coloniæ, quæ Civium Roman. non eſſent, Latinæ dictæ ſunt. Latii enim jus ad Civitatem Romanam accedebat, quod, ut dixi, multiplex fuit. Primò enim ſolis Latinis poſt Cives Romanos in Comitiis, ferendis ſuffragiis, ſi ab uno Magiſtratuum invitati eſſent, nec ab alio prohibiti, poteſtas erat. Qui quum in nulla Tribu eſſent, ſortitione opus erat, ut appareret, in

qua

qua Tribu ſuffragium ſerrent. Hoc illis conceſſum fuiſſe in ſœdere, quod cum iis ictum fuiſſe Cic. *pro Balbo* ſcribit, Sp. Caſſio, & Poſtumo Cominio Coſ. anno Urbis CCLXI. liquet, occaſione belli, quòd Sociale, & Italicum appellatum eſt, nempè quod à Sociis Italicis ſit commotum, vel etiam Marſicum, quòd illud Marſi potiſſimùm, ut inquit Strabo, & eorum Imperat. Popedius intulerint.

Alterum porrò Latinorum jus erat, quod Cives Romani viritim etiam fieri poterant: Civitas enim eo jure aliis Populis non patebat. Eam autem multis rationibus conſequi poterant.

Prima eſt, cujus meminit Appiaoos *lib. 2. bellorum civilium*, ubi ait Latinitatis jus hoc fuiſſe, ut Cives Romaoi fiereot, qui in Latinis Coloniis Magiſtratum geſſiſſeot.

Altera ratio erat, de qua mentionem facit Livius *lib.* 41. Lex Sociis nominis Latini, qui ſtirpem ex ſe domi reliquiſſent, dabat, ut Cives Romani fierent.

Tertia item ratio foit per Legem Serviliam, qua Latiois jus erat Civitatem aſſequi io locnm ejus, quem accuſando damnaſſeot repetondarum. Hanc legem tulerat C. Servilius Glaucia, ut docet Aſcooius *pro Scauro*, & hac ipſa Lege doo Latini Tiburtes apud Cic *pro Balbo* Civitatem adepti ſunt, quum duos Senatores Cœlium, & Maſonem accuſaſſent, & damnaſſent repetundarum. Atque hæc ſunt, quæ de jure Latii, Populis, & Coloniis Latiois, qui eodem jure utebaotur, collecta ſunt.

De Præfecturis.

ERat & aliud Civium genus, qui in Italiæ Præfecturis manebant, deteriori, quàm Municipia, & Coloniæ, jure utentiom, quorum diſcrimen à reliquis intelligetur, ſi quid eſſent Præfecturæ, explicatum fuerit.

Hæ igitur erant Oppida Italiæ, in quibus, qui habitabant, nec ſuis Legibus, ut Municipes, vivebant, nec ullos de ſuo corpore Magiſtratus creare poterant, ut Coloni, ſed à Magiſtratibus Roma miſſis regebaotur iis Legibus, quas Romanus Magiſtratus dixiſſet, qui quooiam Præfectus vocabatur, idcircò Præfecturæ dicebaotur. Hujus generis erat Capua poſt bellum Punicum II. ante Colooiam eò à Cæſare deductam, ut conſtat ex Cicer. *Oratione 2. in Rullum*, & ex Livio *lib.* 26.

Porrò Præfecturarum duo genera extiterunt, alterum, in quas ſulebaot ire Prætures decem Populi ſuffragio creati, ut erant hæc Oppida, Capua, Cumæ, Caſilinum, Vulturnum, Lioternum, Puteoli, Acerræ, Sveſſu'a, Atella, Calatia: alterum, io quas Prætor Urbanus quotannis Præfectos ex Legibus mittebat, ut erant Fundi, Formiæ, Cære, Unafrum, Alliſas, Privernum, Aoagoia, Fruſino, Reate, Saturnia, Nurſia, Arpioum, & alia comploia.

Quæ verò oec Municipia, neque Colooiæ, neque Præfecturæ erant Oppida, hæc Fœderata Civitates vocabantur, ut Tibur, & Præneſte in Latio, Neapolis, & pleræque aliæ, quæ ſuis Legibus, & Magiſtratibus vivebaot, diverſiſque ſęderibus, aut ſpooſione, aut pactione, vario jure amicitiam cum Pop. Rom. contraxerant. Aliquæ enim erant omoioò liberæ, aliquæ Vectigales, aliquę Stipendiariæ, aut plus, vel minus gravatæ, ut Pop. Rom. viſum ſuiſſet. Hæc itaque ſunt, quæ breviſſimè de jure Civitatis Rom. ex vetuſtis Auctoribus excerpſimus.

COLONIÆ ROMANÆ DEDVCTAE IN ITALIA.

Quo tempore deductæ fuerint, & ſub quibus Principibus.

CAPVT TERTIVM,

ANtemnæ in Sabinis.	an. 4.
Cæoina in Latio.	ſub Romulo:
Cruſtumerium in Sabinis,	
Medullia in Latio.	
Colonia,	aooo 5.
Cameria propè Albam in Latio.	
Fidenæ in Latio anno 13.	
Oſtia in Latio.	
Cireæi in Latio.	anno 259.
Signia in Latio.	
Velitræ in Latio anno 260.	
Norba in Latio anno 262.	
Aotium in Latio anno 268.	
Vitellia in Latio anno 295.	
Ardea in Latio anno 312.	
Lavicum, vel Labici in Latio anno 336,	
Satricum in Latio anno 370.	
Sutrium io Tuſcia anno 371.	
Nepet in Tuſcia anno 381.	
Cales in Campania anno 420.	
Tarracina, vel Anxur in Latio anno 425,	
Fregellæ in Latio anoo 426.	
Luceria in Apulia anno 440.	
Sueſſa in Campania.	
Saticula in Samnio.	an. 441.
Pontia in inſula cognom. Latii.	
Interamna in Latio, vel Samnio.	anno
Caſinum in Samnio.	443.
Sora in Latio.	anno 451.
Alba in Latio.	
Carſeoli in Latio anno 452.	
Narnia in Umbria anno 455.	
Sinveſſa in Campania.	anoo 458.
Minturnæ in Latio novo.	
Veouſia io Apulia anno 463.	
Sena in Senonibus in Umbria.	
Hadria in Piceno.	an. 465.
Firmum in Piceno.	
Coſſa in Tuſcia,	
Pęſtu, ſeu Poſidonium in Lucania.	ao.
Ariminum in Æmilia.	481.
Beneventum in Hirpinis, vel Samoio.	
Caſtrum novum in Tuſcia anno 508.	
Æſernia in Samnio anno 491,	
Alſium in Tuſcia.	anno 507,
Æſulum in Latio.	

Fregene in Tuſcia anno 508.	
Brunduſium io Saleotinis anno 510.	
Spoletium in Umbria anno 513.	
Valentia in Brutiis anno 515.	
Placentia in Gallia Togata.	anno 536.
Cremona in Cenomanis.	
Puteoli in Campania.	
Saleroum in Picentibus.	anno 560.
Buxentum in Lucania.	
Vultnroum in Campania.	
Linternum io Campania.	
Sipontum in Apulia.	
Tempſa in Brutiis.	anno 560.
Crotoo in magoa Græcia.	
Pyrgi io Tuſcia.	
Bononia in Æmilia.	anno
Piſaurum in Seoonibus, vel Umbria.	570.
Potentia io Piceno.	
Mutina io Gallia Togata.	anno 571.
Parma in Æmilia.	
Saturnia in Hetruria.	anno 573.
Aquileja in Carnis.	
Graviſcæ in Tuſcia.	anno 577.
Piſæ in Hetruria.	
Fabrateria in Latio.	
Tarentom io magna Græcia.	
Scylacium in magna Græcia.	an. 630.
Neptunia in magna Græcia.	
Dertona io Liguria.	
Nola in Campania aono 631.	
Aricia in Latio.	
Abellinum in Hirpinis.	
Ferentioum in Hernicis.	anno 636.
Tarquinii in Tuſcia.	
Eporedia in Saleſſis.	
Alba Pompeja in Liguria anno 664.	
Verona in Cenomanis.	
Ateſte in Venetia.	anno 665.
Brixia in Cenomanis.	ſub Pompejo Strabooe.
Comum io Inſubria.	
Laus Pompeja in Inſubria.	
Arretium in Hetruria.	
Feſulæ in Hetruria.	
Bovilla in Latio,	ſub Sulla
Sveſſula in Campania.	
Pompeji in Campania.	

Ca-

Capua in Campania.
Bovianom in Samnio.
Veii in Tuſcia.
Anfidena in Aprutio.
Caſilinum in Campania.
Calatia in Campania.
Lanuvium in Latio.
Forum Jnlii in Carnis.
Hiſpellum io Umbria.

Deducta ſub Cæſare Dictatore.

Pola in Iſtria.
Aquinum in Latio.
Faliſca in Hetruria.
Florentia in Hetruria.
Formiæ in Latio.
Teleſia in Samnio.
Tuder Fida in Umbria.
Venafrum in Samnio.
Aquaviva in Samnio, vel Campania.
Volaterræ in Tnſcia.
Ulubra in Latio.

Deducta ſub Triumviris.

Rhegiom in Brutiis.
Acerræ in Campania.
Alatrum in Latio.
Atella in Campania.
Auguſta Taurinorum in Gallia Subalpina.
Thurii in magna Græcia.
Fanum Fortunæ in Umbria.
Nuceria io Piceno.
Privernum in Latio.
Ravenna in Æmilia.
Tergeſte in Carnis.
Theannm Sidicinom in Campania.

Deducta ſub Auguſto.

Atina in Latio, à Nerone Claudio.
Anagnia in Latio, à Druſo.
Abella in Campania.
Æſis in Piceno.
Ancona in Piceno.
Aſcnlum in Piceno.

Deducta à Veſpaſiano.

Capitulnm in Latio.
Aſta Pompeja in Liguria.

Deducta à Tito.

Brixillnm in Gallia Togata.
Concordia in Carnis.
Gabii in Latio.
Iſtoninm in Ferentanis.
Lucus Feroniæ in Hetruria.
Lupia in Salentiois.
Neapolis in Campania.
Præneſte in Latio.

Deducta ſub Hadriano,

Rhegium Lepidi in Æmilia, à Lepido.
Ruſellæ in Tuſcia.
Caſſentinum in Hetruria.
Sæpinnm in Samnio.

Deducta ſub Claudio Nerone

Salpis io Hetruria.
Sena io Tuſcia.
Tolentioum io Piceno.
Verulæ in Latio.

Deducta ſub Nerva.

De Municipiis.

Municipium Cære.

CÆre Municipiom haud longè poſt Urbem à Gallis captam, anoumque ipſius Urbis CCC-LXIII. primum omnium factum eſt, & ſine ſuffragii jure.

Municipium Tuſculum.

PRimum omnium Municipium cum ſuffragii latione fuit Tuſculum, cui, quum, ut inquit Sex. Pompejus, priioò ſine ſuffragio Civitas data eſſet, poſt aliquot annos pleno jure Cives Romani Tuſculani facti ſunt.

Municipium Lanuvium.

ANno Urbis conditæ CDXVI. L. Furio Camillo, C. Mænio Coſ. LANUINIS Civitas data, Sacraque ſua reddita, cum eo, ut Ædes, Lucuſque Soſpitæ Junonis communis Lanuinis Municipibus cum Pop. Rom. eſſet.

Municipium Aricia.

ARICINI in eodem jure, quo Lanuini, in Civitatem teſte Livio *lib.* 8. accepti ſunt. Aricia poſtmodùm ex Municipio Colonia facta eſt, exoleſcentibus, ot ſcribit Gellius, Municipiorum juribus, & privilegiis.

Municipium Nomentanum.

NOMENTANOS eodem jure, quo Lanuinos, in Civitatem acceptos anno Urbis CDXVI. L. Furio, C. Mænio Cos. conſtat ex eodem Livio *loco citato*.

Municipium Pedum.

PEDANI qooque eodem jure, quo Lanuinı, Cives Romani facti. Pedum autem Latii Oppidum haud procul à Tibure fuit.

Municipium Fundi.

EOdem anno poſt bellom Latinum, & iiſdem Conſulibus, L. Lurio, & C. Mænio, FUNDANIS, quòd per fines eorum tuta, pacataque via eſſet, Civitas ſine ſuffragio data. Livius *lib.* 8.

Municipium Formia.

IDem jus, quod Municipes Fundani, habneruot etiam iis vicini FORMIANI. Longo tempore poſt *Formia* à Triumviris ex Municipio Colonia facta eſt.

Municipium Cumæ.

L. Forio, C. Mænio Cos. Campanis Equitibus honoris cauſa, quia cum Latinis rebellare noluiſseot, Civitas ſine ſuffragio data, CUMANOSQUE, & Sveſſulanos ejuſdem juris, conditioniſque, cujus Capuam, eſſe placuit. Idem Livius *lib.* 8.

Municipium Acerra.

ANno Urbis CDXXII. Cornelio III. & Cn. Domitio Cos. Romani facti ACERRANI Lege ab L. Papirio Prætore lata, qua Civitas ſine ſuffragio data. Acerram deindè vel ex Præfectura, ut vult Feſtus, vel ex antiquo Municipio Auguſtus Coloniam deduxit.

Municipium Privernum.

PRIVERNATIBUS Civitas data eſt anctore Livio *eodem libro* anno Urbis CDXXV. Lucio Æmilio Mamereino II. C. Plautio Deeiano Cos. Quod Municipium poſteà Colooia facta eſt.

Municipium Anagnia.

ANno Urbis conditæ CDXLVIII. Q. Mareio, P. Cornelio Ancina Cos. ANAGNINIS, quod arma Romanis iotuliſſent, Civitas ſine ſuffragii latione data, concilia, connubiaque adempta, & Magiſtratibus, præterquam ſacrorum curatione, ioterdictum, ut refert Liv. *lib.* IX.

Municipium Arpinum.

ARPINATIBUS Civitatem datam fuiſſe ſcribit Livios *lib.* IX. anno Urbis CDLI. L. Genucio, Ser. Cornelio Cos. Ut autem intelligi debeat ſioe ſuffragio, refert idem *lib.* XXXIIX. Arpinatibus Civitatem cum ſuffragio datam fuiſſe.

Municipium Atella.

HOc Municipium, ut pleraque alia, à Feſto refertur inter ea, quibus poſteà Civitas cum ſuffragii jure data eſt. Et *lib.* XIV. id unum ex his Præfecturis ſcribit, in quas Præfecti Popoli ſuffragiis creati mittebantur. Utrumque enim eſſe poteſt, ut primò Munieipium, poſt bello Punieo ſecundo cum reliquis ſuprà enumeratis, Præfectura facta ſit. Illud deindè Auguſtus Coloniam deduxit.

Equites Campani.

EQUITIBUS CAMPANIS honoris caoſa, quia eum Latinis rebellare noluiſſeot, Civitatem ſine ſuffragio datam eſſe ſuprà dictum eſt: monumentoque ut eſſet, æneam tabulam in Æde Caſtoris Romanos fixiſſe, auctor eſt Liv. *lib.* 8.

Municipium Sveſſula.

SVESSULA, & Trebula, quanqoàm vetuſta Municipia, poſt omnia tamen collocantur, quòd iis ante Legem Juliam Civitatem cum ſuffragio datam fuiſſe oon inveniatur. Quod poſteà Municipium Sulla Coloniam militarem deduxit.

Municipium Trebula.

TREBULANIS L. Geoucio, Ser. Cornelio Cos. Civitatem fuiſſe datam, habetur ex Livio *lib.* X. Eam autem ſine ſuffragio iis conceſſam fuiſſe, ex eò patet, quòd multo tempore poſt idem Liv. refert, Arpinates eum ſuffragio Civitatem adeptos fuiſſe, ubi de Trebulanis oullam mentionem facit. Atque hactenus de Municipiis.

De Præfecturis.

QUæ, & quot genera Præfecturarum eſſent, ſupra dictum eſt. Illud tantùm ſcitu dignum, ex Præfecturis quaſdam fuiſſe, quæ jus Civitatis, & ferendi ſuffragii haberent, quaſdam non, quemadmodùm de Municipiis, & Coloniis obſervatum eſt. Pompejus *lib.* XIV. duas, & vigioti Præfecturas enumerat, in his decem fuiſſe ſcribit, in quas Præfecti Populi ſuffragiis creati mittebantur, ut has Capuam, Cumas, Caſilinum, Vulturnum, Linternum, Puteolos, Acerras, Sveſſulam, Atellas, & Calatiam, duodeeim verò, in quas Urbanus Prætor pro ſuo arbitrio Præfectos mittebat: hujuſmodi fuerunt, Fundi, Formiæ, Cære, Venafrum, Alliſe, Privernum, Anagoia, Fruſino, Reate, Saturnia, Nurſia, & Arpioum. Quæ ferè omnes aut ex Coloniis, & Municipiis Præfecturæ factæ ſunt, aut ex Præfecturis in Colonias, & Municipia redactæ. Ex his Capua Præfectura fuit à bello Punico ſecuodo ad Conſulatum C. Cæſaris, à quo Colonia deducta eſt: Cumæ, Acerræ, Sveſſula, Atella, Formię, Privernum, & Anagnia tùm Municipia, tùm Coloniæ: Fundi verò, Cęre, & Arpinum Munici-

pia

pia tantùm aliquando fuere; Caſilinum, Vulturnum, Linternum, Puteoli, & Saturnia Coloniæ: Calatia verò, Venafrum, Alliſe, Fruſino, Reate, & Nurſia Præfecturæ, dum libertas Populi Romani ſtetit, ſemper fuere. Nam quum poſt Legem Juliam, æquatis omnium ſuffragiis, Civitas Italiæ omni data fuiſſet, Municipiorum, Coloniarum, & Præfecturarum jura obliterata ſunt, nominaque hæc confundi cœpta, ut & Colonia pro Municipio, & Municipium pro Colonia, & Præfectura aliquandò accepta ſint. Cic. enim Placentiam in L. Piſonem, Soram, & Caſſium pro Plancio, Calenum in Rullum, & alibi pleraque alia Municipia vocat, quas Colonias deductas fuiſſe conſtat. Et hæc de Præfectoris. Nam cætera omnia Italiæ Oppida, quæ Coloniæ, Municipia, & Præfecturæ non erant, Fœderatæ Civitates vocabantur, ut Tibur, Præneſte, Neapolis, & alia. Hoc autem ante Legem Juliam intelligendum eſt, nam poſt ea tempora omnes Italiæ Civitates, quibus jus ſuffragii datum erat, Municipia appellari poterant.

De Fœderatis Civitatibus, & earum jure, & Repub.

ALiud genus Oppidi in Italia extitit, quod cum Populo Romano alicujus juris ſocietate devinctum fuit ante bellum Italicum, & Civitatem Romanam acceptam, nimirùm Civitates Fœderatæ, quæ & Oppida Fœderata dicebantur, quæ neque Coloniæ, neque Municipia, neque Præfecturæ erant. Etenim Fœderata Civitas aliquid ex Fœdere Populo Romano debuit, in cæteris libera fuit; cujus libertatis ſatis argumento ſit, quòd & ſuam Rempublicam, & Leges ſuas, & ſuos Magiſtratus habuerunt, ac proindè etiam Senatus, Populique in iis Oppidis, ut in liberis Civitatibus, memoriam uſurpari videmus. Id Livii auctoritate confirmari poteſt, ex cujus verbis Capuam, cum adhùc Fœderata, necdum in Præfectoræ formam relata eſſet, & fuiſſe Rempub. & ſummum in ea Magiſtratum verſatum eſſe cognoſcitur. Quod idem de cæteris judicium faciendum eſt, quibus victis libertas à Romanis conceſſa fuiſſe dicitur, ut Tarentinis. Itaque animadvertere poſſumus in Civitates Fœderatas exilii cauſa commigrare Civibus Rom. fuiſſe permiſſum, ut quæ liberæ eſſent, ac ſuam Rempub. in poteſtate haberent. Quod Polybius *lib.* 6. apertè docet, Tibur, Præneſte, Neapolim, ut in liberas Civitates, Cives Rom. exilii cauſa ſolum vertere ſolitos.

Legum porrò, ac Magiſtratuum, quibus quæque Civitas uteretur, ratio inveniri in tanta vetuſtate, quì poteſt! aliarum tamen alias Leges, alioſque Magiſtratus pro rerum, ac temporum ratione, & cujuſque Reip. genere non eſt difficilè intelligere. Nam Tuſculi Dictator, & Conſul, antequam Tuſculani in Civitatem reciperentur, fuiſſe traditur: Dictatoris meminit Liv. *lib.* 8. Conſulis Plinius *lib.* 7. Præctereà Livius Capuæ, antequam deficeret, ſummum Magiſtratum Mediaſtuticum fuiſſe, alioque loco Prætorem Capuæ Marium Bloſium profitetur; quin etiam de Cenſoribus licet aliquid ſuſpicari ex eo, quòd apud eundem ſcriptum eſt in hiſtoria anni DXXC. referenda. Adjungamus his etiam Ædilem, & Quæſtorem, quos à Latinis creatos, declarant ea Strabonis verba, quibus jus Latii definivit, ut *qui Ædilitatem*, aut *Quæſturam apud Latinos geſſiſſent, ii Cives Rom. eſſent*.

Caruiſſe autem Fœderata Oppida omnia jure Civitatis Rom. illud argumento eſt, quòd multos ex Fœderatis Civitatibus nominatim Civitate donatos legimus, ut Heraclienſes, itemque Camertes, alioſque permultos. Fœderatarum Civitatum aliquantò uberior, quàm aliorum Oppidorum, numerus extitit, ſiquidem omnia Italiæ Oppida, præter Colonias, Municipia, & Præfecturas, in hunc numerum adſcribenda ſunt.

De Foris, & Conciliabulis.

QUod diſcriminis eſſet inter *Fora*, & *Conciliabula*, vix in tàm obſoleta rerum antiquiſſimarum memoria intelligi poſſe exiſtimo; quærere tamen, atque indagare utile admodùm eſſe puto. Sic igitur ſtatuendum, ex multis Fori ſignificationibus à Feſto collectis, duas præcipuè hanc diſputationem attingere; unam cum *pro Juris loco*; alteram cum *pro Nundinationis* accipitur. Quòd præceptum notis illis dicendi generibus video comprobari, *Forum indicere*, & *Forum agere*. *Forum enim indicere* Prætores dicebantur, cum locum juris dicundi, qui Conventus dicebatur, deſignabant: *Forum autem agere*, cum Conventum in Provincia juris dicundi cauſa habebant. Juriſdictio autem ad privatas controverſias, & omninò ad jus Quiritium tuendum pertinuit. Itaque cum in Foris jus dictum tradimus, prorsùs quæſtiones publicas removemus, quas non in Foris Italicis, ſed Romæ cognitas fuiſſe, niſi quid fortè extra ordinem factum ſit, arbitramur.

Altera Fori ſignificatio locum Nundinationis amplectitur, quem Prætores in Provinciis indicere, Servio teſte, ſoliti erant. Atque hoc idem jus video ad prædia etiam privata interdùm tranſlatum, & potiſſimùm apud Svetonium, & Plinium. Hæc autem loca proprio vocabulo non Fora, ſed diſtinctionis gratia Conciliabula dicta eſſe invenio; quanquam in his aliquando æquè, atque in Foris jus dictum veteres Leges indicant. Addo ad extremùm Fora, & Conciliabula ad jus Municipiorum, veluti Colonias, & Præfecturas, ſi Frontino credimus, redigi potuiſſe. Illud prætereà ſupereſt notandum, quod ex ſupradictis colligitur, Italiam ſcilicet nullo modo per Proconſules, ut tradit Appianus, fuiſſe adminiſtratam. Neque enim cum à Coloniis, Municipiis, Præfecturis, Fœderatis Civitatibus, Foris, & Conciliabulis receſſerimus, ulla alia in Italia loca reperiemus, quæ ipſa jam nulli Proconſulum Imperio, aut poteſtati fuiſſe permiſſa, oſtendimus.

Provincia Pop. Rom. extra Italiam.

ITalia omni accuratè deſcripta, atque ejuſdem Coloniis, Municipiis, & Præfecturis enuma-

meratis, nuoc idem de aliis Provinciis ſaciendum eſſe videtur, quas Pop. Rom. poſt Italiam in fidem acceptam ejus precipuè auxilio ſubjugavit, quarum omnium Sicilia ſtatim poſt bellum Punicum primum hac rationa facta eſt.

Provincia Sicilia.

PRo defenſione Siculorum primum cum Pœnis bellum ſuſceptum eſt anno Urbis CDXC. Ap. Claudio, & Q. Fulvio Cos. quod vario eventu per annos tres, & viginti perdoctum eſt. Poſtremò A. Poſtumio, C. Lutatio Cos. anno Urbis DXII. Romani, reparata claſſe, quam aliquot annis antè naufragio amiſerant, C. Lutatium Conſulem adversùs Pœnos miſerunt. Qui cum claſſe CCC. navium in Siciliam tranſvectus eſt, ubi quum Drepani Portum, cœteraſque circa Lilybæum ſtationes in poteſtatē redegiſſet, Hanno claſſis Præfectus ad Hamilcarem Pœoorum Ducem navigans, cū CCC. & ipſe navibus occurrit. Summo commiſſo prœlio ad Ægates Iuſulam, res Romana ſuperior ſuit. Pœnorum ſiquidem naves ibi ſubmerſæ L. captæ LXX. reliquæ Hieroneſum refugerunt. Quibus anno ſequenti, Q. Lutatio, & A. Manlio Cos. pax, gravibus Legibus priùs ipſis impoſitis, data eſt, quibus Pœni Sicilia, & Sardinia exceſſere, & ſe Vectigales, ac Stipendiarios fieri paſſi ſunt, anno ejus belli XXIV. in quo C. Lutatius Proconſul, & Q. Valerius Falto Proprætor celeberrimos de Pœnis egeruot triumphos; eodemque anno, bello Punico primo confecto, Siciliam primam Provinciam Pop. Rom. Regno Hieronis Syracuſani excepto, ſecit magna ex parte C. Catulus.

Aliquot verò annis poſt, captis Syracuſis, uoiverſam in Pop. Rom. poteſtatem redactam M. Claudius Marcellus, aut certè, qui ei ſucceſſit, M. Valerius Lævinus Provinciam fecit, ut Cic. *in Verrem*, & Liv. ſigoificant.

Hæc à Prætoribus primò recta eſt, quorum primos fuit C. Flaminius creatus anno Urbis DXXVII. P. Valerio, M. Atilio Cos. ut ſcribit Solinus, poſteà ab Auguſto eſt commiſſa Præſidibus, demùm à Conſularibus, quos Conſtantinus Imperat. conſtituit, adminiſtrata eſt. Siculis porrò jus Latii Cæſar Dictator, Civitatem verò M. Antonins Conſul donavit, ut auctor eſt Cicer, *lib. xIIII. Ep. ad Att.*

Provinciæ Sardiniæ, & Corſica.

T. Manlio Torquato, C. Atilio Bulbo Cos. anno Urbis DXIX. bellum cum Sardis initum; Carthaginenſes enim quom bellum reparare tentarent, Sardos, qui ex conditione pacis Romanis parere debebant, ad bellum impolerunt. Quarè eum, auctoribus Pœnis, rebellaſſent, miſſus contra eos T. Manlius Cos. ipſos devicit, de iiſque triumphavit. Eos tamen non omninò ſubegit, nam anno ſequenti Sp. Carvilius Maximns, & biennio poſt M. Pomponius Matho Cos. de Sardis triumpharunt, ut ex tabulis Capitoliuis conſtat.

Quum autem M. Pomponii ultimus actus ſit de Sardis hoc tempore triumphus, profectò Sardi ipſi ab eo pacati videntur anno Urbis DXXI. Biennio poſt C. Papirio, & M. Pomponio Cos. bellum cum Corſis geſtum eſt, ipſeque C. Papirius Maſo Corſicam vicit, & Provinciam ſecit, qui, quum benè geſta Repub. in Corſica, triumphum à Senatu non impetraſſet, ipſe de ſua ſententia in Monte Albano triumphavit primus anno Urbis DXXIII. Hujus Provinciæ, & Sardiniæ adminiſtratio primò juncta ſuit; utraſque enim Inſulas ſemper unus rexit Prætor, quorum primos ſuit M. Valerius. Poſt Auguſti tempora, earundem adminiſtratione diviſa, ſingulæ à Præſidibos rectæ ſunt. Eas Sarraceni Romanis Imperatoribus eripuerunt, & ab Hiſpanis nunc poſſidentur.

Hiſpaniæ duæ Provinciæ Citerior, & Ulterior.

IN Hiſpaniam primi omnium duxere exercitus contra Afros Cn. & P. Scipiones belli Punici ſecundi initio: qni octavo ejus belli anno à Pœnis cæſi ſunt. Poſt eos P. Cornelius Scipio Africanus major eò miſſus multa proſperè geſſit, prioruſque ibidem Provinciam ſecit, L. Veturio, Q. Cæcilio Coſ. anno Urbis DXLVIII. Qui Aſdrubale, & Magone acie ad Bætulam Urbem ſugatis, atque inde ex tota Hiſpania pulſis, vindicatiſque armis Hiſpaniis, in Africam profectus amicitiam cum Syphace Maſſylorum Rege icto fœdere firmavit.

Paulò poſt rebellantes Hiſpaniæ Populos ad deditionem compulit, ſœdereque cum Maſſiniſſa Maſæſulorum Rege, & Gaditanis ſacto, Provincia L. Lentulo, & L. Manlio Acidiuo tradita, Romam reverſus eſt. Verùm non hoc anno, ſed anno DLVII. ordinata Provincia poſteà fuit, tùm quum Prætores duo, qui in eam qootannis mitterentur, primùm ereati, atque ipſæ terminatæ Hiſpaniæ ſunt, auctore Livio. Poſt Scipiunem eam L. Cornelius Lentulus Procoſ. obtinuit, qui rebus ſortiter, feliciterqne geſtis, ovaos Urbem ingreſſus eſt, anno Urbis DLIV. Trieonio poſt, C. Cornelio Cethego, Q. Minucio Cos. Hiſpaniæ tùm primùm terminatæ ſunt, atque in eas primùm duo novi Prætores, qui ad quatuor additi fuerant, miſſi, C. Sempronios Tuditanus in Citeriorem, & M. Helujus Blaſio in Ulteriorem, qui etiam Provincia decedens ob res benè in Hiſpania cum Celtiberis geſtas, Urbem ovans inivit.

Verùm cum tantum gliſceret in Hiſpania bellum, ut jam Conſulari, & Duce, & exercitu opus eſſet, placuit Patribus Conſules Hiſpaniam Citeriorem ſortiri, ſortituſque eſt M. Cato Conſul, qui bello, qood ab Emporiis orſus eſt, totam Citeriorem Hiſpaniam, quæ rebellaverat, pacavit, atque Procooſol ex ea triomphavit anno DLX. Poſt Catonis victoriam Hiſpaniæ variè poſſeſſæ, & ut ait Vellejus, ſæpè amiſſæ partibus: ita ut ſupra XXX. triomphi poſteà ex his relati memorentur.

Certa demùm, ac ſtabilis eſſe Pop. Rumani poſſeſſio, ſtipendiumque pendere non priùs, quàm Auguſto Principe, cœperunt. Qui cum Hiſpaniam omnem pacaſſet, eam cooſtituit, atque in

tres

tres Provincias, Bæticam, Luſitaniam, & Tarraconenſem diviſit. Porrò univerſæ Hiſpaniæ, ut refert Plinius *lib.* 3. *cap.* 3. Imp. Veſpaſianus Auguſtus jactatus Reip. procellis Latii jus tribuit, Civitatem verò Antonius Caracallus Severi Auguſti filius dedit.

Provincia Aſia.

L. Quinctio, & Cn. Domitio Coſ. anno Urbis DLXII. Antiochus Magnus Syriæ Rex bellum Romanis intulit omnia opum ſuarum fiducia adductus, ſpecie Lyſimachiæ repetendæ, quam à majoribus ſuis in Thracia conditam Romani poſſidebant, ſtatimque Græciam, ac Inſulas ejus occupavit.

Primus adversùs eum miſſus eſt M. Acilius Glabrio Coſ. duravitque hoc bellum annos tres. Primo anno M. Glabrio Coſ. Antiochum bello victum apud Thermopylas Græcia expulit, atque Ætolos devicit. Altero anno L. Scipio Africani frater, quum in Conſulatu Aſiam, & bellum contra Antiochum Regem obtinuiſſet, eò cum Africano fratre Legato profectus Regem ipſum, Eumene Pergami Rege adjuvante apud Sypillum montem ad Magneſiam acie vicit, ac bellum confecit, *Aſiaticaſque* appellatus eſt. Antiocho pacem petenti gravibus conditionibus data. Cum Aſiaticis autem ita pactum, ut cis Taurum montem, quæ intra Regni Antiochi fines fuiſſent, Eumeni attribuerentur, præter Lyciam, Cariamque uſque ad Mæandrum amnem, ea Rhodiorum eſſent: liberæ omnes civitates, quæ Attali Stipendiariæ fuiſſent, eædem Eumeni vectigal penderent; quæ Vectigales Antiochi fuiſſent, eæ liberæ, atque immunes eſſent, Eumeni Phrygia utraque, & Myſia reſtituta. Triumphavit L. Scipio ex Aſia, & Rege Antiocho anno Urbis DLXV.

Poſt Eumenem eam beneficio S. P. Q. R. poſſedit Attalus ejus filius, qui anno Urbis DCXXI. ſine liberis moriens Pop. Romanum Regni reliquit hæredem. Verùm Ariſtonicus Eumenis filius ex pellice natus, poſt mortem Attali velut paternum Regnum invaſit Aſiam, Craſſumque Mucianum Conſulem adversùs ſe miſſum cepit, & occidit. Craſſo in Aſiam Conſul Perperna ſucceſſit, qui Ariſtonico acie victo, captoque, bellum confecit, morte tamen præventus non triumphavit. Huic M. Aquillius ſucceſſor fuit, qui Aſiatici belli reliquias finivit. Cujus belli occaſione Lydiam ſedem antiquam Regnorum, Cariam, Joniam, Myſiam, Helleſpontum, ac Phrygiæ partem in poteſtatem Pop. Rom. deditione veniſſe Rufus, & Jornandes produnt. Cæterùm more majorum in conſtituenda Aſia, eaque in Provinciæ formam redigenda cum M. Aquillio Coſ. decem Legati miſſi ſunt; eaque modò à Proconſulibus, modò à Proprætoribus adminiſtrata eſt.

Provincia Ætolia.

QUum Ætoli ab amicitia Pop. Rom. defeciſſent, ſe Antiocho Regi Syriæ conjunxerunt, qui bello Græciæ illato plures Urbes occupaverat. Itaque adversùs eum M. Acilius Glabrio Coſ. Rege Philippo Macedonum adjuvante apud Thermopylas proſperè pugnavit, eumque victum Græcia expulit, atque Ætolos devicit. Eos poſtremò non quieſcentes M. Fulvius Nobilior Coſ. Ambracia Ætolorum Urbe nobiliſſima capta, ad pacis conditiones petendas compulit.

Is poſteà Cephaleniam transgreſſus omnes Civitates in deditionem ſine prælio ullo accepit, præter Samios, qui obſidione in poteſtatem venerunt. Romam tandem reverſus nobiliſſimum de Ætolis, & Cephalenia triumphum egit anno DLXVII.

Galli Aſiatici victi.

EOdem anno Cn. Manlius M. Nobilioris Collega ad ordinandam Scipionis Aſiatici Provinciam, & fœdus cum Antiocho ſcribendum miſſus, quum Epheſum in Aſiam trajeciſſet, bellum Gallis Aſiaticis, quòd eos Antiochum auxiliis juviſſe diceret, movit, atque ad ſingula eorum Oppida, Ætolo Rege ducente, arma circumtulit, Piſidaſque, Gallogræcos, Toliſtobogios, Tectoſagas, & Trocinos, qui, Breno duce, in Aſiam transierant, quum ſoli citra Taurum montem non parerent, adortus, bello ſine S. C. aut juſſu Populi ſuſcepto, in poteſtatem adduxit, & de iis triumphavit.

Gallogræciam poſteà, ideſt Gallatiam (ſunt enim, ut nomen reſonat, ex Gallis Galatæ) Dejotarus Tetrarches Romanis permittentibus, tenuit. Ad extremùm ſub Cæſare Auguſto in formam Provinciæ redacta eſt, eamque primus M. Lollius Proprætor adminiſtravit.

Macedonia Provincia.

P. Sulpicio Galba, C. Aurelio Cotta Coſ. paucis poſt ſecundam pacem Carthaginenſibus datam menſibus, cum Philippo Macedonum Rege bellum, quod Philippicum, ſeu Macedonicum primum dictum eſt, pro Athenienſibus initum eſt ab Romanis eidem Philippo infenſis, cùm ob infidam adversùs Ætolos, alioſque Regionis ejuſdem ſocios pacem, tùm ob auxilia cum pecunia nuper in Africam miſſa Hannibali, Pœniſque. Hoc autem à P. Sulpicio Coſ. inchoatum annos quatuor perduravit. Nam T. Quinctius Flamininus Conſul adversùs Philippum miſſus cum eo ad Cinoſcephalas acie victu debellavit. Quo tempore L. Quinctius frater ejus Acarnanes, Leucade Urbe, quæ caput eſt Acarnaniæ expugnata, in deditionem accepit. Legati à Rege Philippo interim venerunt, qui quæcunque Senatus cenſuiſſet, id Regem facturum eſſe dixerunt. Quarè X. Legati more majorum, quorum ex conſilio T. Quinctius Imp. Leges pacis Philippo daret, decreti, qui anno Urbis DLVIII. ita fecit ex Legatorum ſententia, Græciæque omni libertatem dedit. Atque ita primum Macedonicum bellum confectum eſt.

Porrò autem eum Philippus ægrè ferens, ſe juſ-

ſu

ſu Romanorum fœdus, ac pacem habere, Baſtarnas ſedibus ſuis exciviſſet, eorum auxiliis fretus ſecundum bellum Romanis clam comparaverat, in cujus belli apparatu mortuus eſt. Quod cum ſuſcepiſſet ejus filius Perſes, quaſi hæreditario ſibi à patre cum Regno relicto adversùs Romanos bello, ingenti pecunia comparata, multa præter fœdera geſſit. Quarè bellum, qnod Perſicnm, & Macedonicum ſecundum vocatum, ci à S. P. Q. R. indictum eſt: quod, P. Licinio Craſſo, C. Caſſio Longino, inchoatum, quadriennio poſt L. Æmilius Paulus II. Conſul creatus III. Nonas Septembris, collatis apud Pindam ſignis, confecit. Perſen enim XX. millibus peditum occiſis, equitatu cum ipſo Rege integro ſugiente vicit, caſtris exuit, atque omues Macedoniæ Urbes iu deditionem XL. diebus accepit. Rex ab amicis deſertus, poſteà apud Templum Samothracum à Cn. Octavio claſſis Præfecto captus eſt.

Paulus autem Macedoniam tuuc Provinciam non ſecit, ſed ex ſententia X. Legatorum, quos ad componendam Macedoniam Senatus de more miſit, Macedonas omnes liberos eſſe juſſit, & ut ſuis Legibus viverent, ſuas Urbes, & agros haberent, Magiſtratus annuos crearent, permiſit, omnia tanta cum cura diſpoſuit, ut non cnm hoſtibus victis, ſed ſociis benemeritis agendnm ſibi videretur. Inde in Epirum cum trajeciſſet, oppidorum, quæ Perſen juvetant, circa LXX. muros diruit, prædam vendidit, atqne de ea ſumma militi numeravit. Inde Romam veniens per triduum ex Macedonia de Rege Perſe triumphavit anno Urbis conditæ DXXCVII. Poſteà verò Macedoniam Q. Metellus Macedonicus anno Urbis DCVII. Provinciam fecit. L. Marcio, & M. Manilio Coſ. devicto priùs à Q. Cæcilio Prætore Aderiſco, qui Philippi nomine ſumpto, ſe Perſis Macedoniæ Regis filium jactitans, contracto exercitu totam Macedoniam, aut voluntate incolentium, aut armis occuparat. Et hoc bellum Macedonicum tortium vocatum eſt.

Illyricum, & Dalmatia.

L. Poſtumio, & Cn. Fnlvio Coſ. bellum primum indictum eſt *Illyriis, & Liburnis*, qui ſub extremis Alpium radicibus inter Arſiam, Lycumque flumina agentes, longiſſimèqne per totum maris Hadriatici littus effuſi, muliere Teuta regnante, populationibus non conteuti, & rapinis, quas in mari agebant, alterum quoque ex Legatis Romanis, qui miſſi fuerant, de aceeptis injuriis conqueſtum oeciderunt. Hos brevi Coſ. Apollonia capta debellarunt, atque cum Regina Teuta his conditionibus pax facta eſt, ut quotannis Tributum ſolveret, ac omni ferè Illyrio excederet, neque ei extrà Liſſum, niſi cum duobus, iiſqne inermibus lembis navigare liceret. Quieverunt Illyrii uſque ad bellum Macedonicum ſecnndum, io quo quum Perſeus ultimo belli diſcrimine à Romanis urgeretur, Gentium Illyricarum Regem ad belli ſocietatem magnæ pactione pecnniæ per Legatos attraxit. Adversùs qnem L. Anicius Gallus Prætor à Romanis miſſus, Illyricum omne, Gentis capite Scodra capta, intra triginta dies ſubegit, ac Gentium ipſum Regem cepit, Illyricnmque, & Dalmatiam eodem anno, quo Macedoniam Paulus, idem L. Anicius debellavit, & unam Provinciam fecit, triumphavitque poſt Paulum aliquot diebus, Rege Illyriorum Gentio cum fratre, conjuge, & liberis ante currum ducto.

Africa Provincia.

IN AFRICAM pro deſenſione Siculorum Mamertinorum arma Romana primùm transmiſſa ſunt, primumq; Punicum bellum XXIIII. annorum intervallo geſtum. Iterùm cum Pœnis pro Saguntinorum deſenſione bellum XIIX. annorum ſuſceptum, quod à Pœnis Hannibalis ductu geſtum, eo victo à Scipione Africano confectum eſt, paxque à P. Scipione variis conditionibus Carthaginenſibus conceſſa eſt, quæ annis propè LII. perduravit. Nam anno Urbis DCV. L. Marcio, & M. Manilio Coſ. bellum tertium nou ſolùm Pœnis indictum, ſed etiam initum eſt, quòd contra fœdus naves haberent, & extrà fines exercitum duxiſſent, quòdqne ſocio Pop. Romani, & amico Maſſiniſſæ arma intuliſſent, & quòd filium ejus Gulluſſam, qui cum Legatis Romanis erat, in oppidum non recepiſſent. Quod bellum per quadriennium geſtum, poſtremò Carthagine à P. Scipione expugnata DCC. anno, quàm erat condita, conſectum eſt, Urbemque per decem, & ſeptem dies arſiſſe omnes commemorant.

Romæ Scipionis victoria per nuncium cognita, gaudium ingens ortùm, Sacrificia, Supplicationes, & Ludi Diis facti, miſſique ex more X. Legati in Africam, qui cum Scipione Africam Provinciam, nempè Regionem univerſam, quam Carthagineuſes poſſederant, conſtituerent. Quo facto, Scipio Romam rediens nobiliſſimum trinmphum egit. Argenti quater millia quadringenta, & ſeptuaginta millia pondo, præter ingentem prædam militibus diſpertitam, tuliſſe tradit Plinius lib. XXXIII. Ita Carthagine, Africaque in poteſtatem redacta, Africani cognomen ſibi, ut avus ejus etiam fecerat, vendicavit. Africa porrò Provincia à Prætoribus primùm, deinde anno DCXXXVI. à Conſulibus, poſt Auguſti tempora à Proconſulibus, poſtremò à Conſularibus adminiſtrata eſt.

Provincia Achaja, & Græcia.

SCipione Africano Minore, C. Livio Druſo Coſ. anno Urbis DCVI. bellum in ACHAJA excitatum eſt, quòd, ut tradit Florus in Epit. Legati Pop. Romani, qui Corinthum miſſi erant, ut eas Civitates, quæ ſub ditione Philippi erant, ab Achaico Concilio ſecernerent, ab Achæis ipſis pulſati ſuiſſent. Hoc bellnm à Q. Metello Macedoniæ Prætore inchoatum, anno ſequenti L. Mummius Coſ. qui Metello ſucceſſerat, cum Corinthi excidio confecit. Corintho exciſa, idem L. Mummius omnibus Græcis arma ademit, & ex decem Legatorum, quos Senatus miſerat,

ſen-

ſententia Provincia conſtituta eſt, Tributum Gręciæ impoſitum, Concilia ſublata, inſtitutomque, ut eò quotannis Prætor mitteretur, qui non Gręciæ, ſed Achajæ Præſectns appellaretur, quòd Græciam Romani per Achæos tum Græciæ Principes ſubegerunt. Atque ita eodem anon Macedonia, Africa, & Achaja, tres Provinciæ ſactæ.

Prnvinciam tamen Macedoniam poſteà cum Achaja conjunxit, atque è dnabus unam ſecit Rogatione perlata P. Clodius Tribunns Plebis, & utramque L. Piſoni, quaſi præmium, quòd in Cicerone ejiciendo conſeoſiſſet, dedit adminiſtrandam.

Provincia Gallia Narbonenſis.

M. Plautio Ypſæo, & M. Fulvio Flacco Coſ. anno Urbis DCXXIIX. primùm com Gallis traos Alpes dimicatum eſt. Salyes populi hujus auctores belli fuerunt, quum Maſſilienſium ſociorum Pop. Romani fioes iovaſiſſent. Salybns acceſſerunt Arverni, Ruteni, & Allobroges, quibus quadriennii ſpatio ſubactis, bellum finitom eſt, quod ab iis Allobrogicum eſt appellatum. Res adversùs eos proſperè Imperatores Romani geſſerunt, M. Fulvius Flaccus An. Urbis DCXXIX. C. Sextius Caluious An. DCXXX. & XXXI. Cn. Domitius Ahenobarbus An. DCXXXII. & Q. Fabius Max. Æmiliani filius, qui poſteà Allobrogicus dictus eſt, An. DCXXXII.

Galliam porrò *Narbonenſem* hoc belln in Provinciæ formam redactam, atque ut quotannis in eam, ut Prætores mitterentur, inſtitutum, & Pomponius *de origine juris* reſerre videtur, & ex ſequentium annorum hiſtoria patet, tum maximè ex Critognati Averni apud Cæſarem oratione *lib. VII.* Quam poſtremò Provinciam, quum C. Cæſar obtinoiſſet, univerſam Galliam novem annorum intervallo in P. R. ditiooem redegit.

Inſulæ Baleares victa.

DUm res cum Allobrogibus geruntur, bellum BALEARICUM exortum eſt, quod, ot ſcribit *lib. tertiodecimo* Strabo, ex Balearibus pauci quidam improbi cum maris prædooibus cooſpiraſſent. Quarè univerſos criminatus Metellus Macedonici filius invaſit, reſque feliciter geſta Balearici ei cognomeo impoſuit.

Provincia Thracia.

M. Acilin Balbo, C. Catone Coſ. anno Urbis DCXL. bellum cum THRACIBUS Macedoniæ finitimis ſuſceptum eſt, quod non in proximam modò Provinciam Macedoniam incurrerent, ſed io Theſſaliam, atque Dalmatiam uſque ad Hadriaticum mare prædando perveoiſſent. Cootrà quos primus Conſul miſſus eſt C. Cato cum Prætnre T. Didio. Conſul malè adversùs Thracas, Prætor benè pugnavit, & de iis triumphavit. Bellum hoc multis annis continuatum eſt, de quo Rufus abundè ſcribit.

Provincia Numidia.

AN. Urbis DCXLIII. P. Scipione, & L. Beſtia Coſ. bellum cum Jngurtha *Numidarum* Rege à Pnp. Rnmano initum, qnòd fratres Hiempſalem, & Adherbalem agitatus Regni cupiditate, cnntrà Senatus denunciationem occidiſſet. Primus in Numidiam cum exercito miſſus L. Calpurnius Beſtia, qui captus Regis pecunia pacem cum eo flagitioſam feeit, ac proindè ab Senatu improbatam. Poſt Beſtiam Sp. Poſtumius res in Africa malè geſſit. Deinde Q. Metellus Coſ. adversùs Jugnrtham miſſus, exercitu ad priſtinam diſeiplinam redactn, duobus præliis ipſum fudit; Thalam oppidum diripuit, univerſam Numidiam vaſtavit, ac Regem ipſum per Mauros, & Getulns fugientem inſecutus, re pene cnnfecta ſucceſſorem accepit C. Marium Conſulem, ipſe autem Romam triumphans ingreſſus eſt Numidici cognomine auctus.

Marius interim, tranſportatis in Africam copiis, Jugurtham, qui bellum reparaverat, cum Boccho Mauritaniæ Rege, quem belln ſocium adſciverat, vicit. Is poſteà in deſperationem verſus Jugurtham vivum Romanis prodidit, à quibus captus, & in triumpbum à C. M. ductus, occiſus eſt, Numidia, quæ ejus Regnum fuerat, in Provinciam anno DCXLIX. ex X. Legatnrum ſententia redacta. Atque ita in Africa duæ Provinciæ factæ; Africa, ubi erat Carthago, & Numidia.

Provincia Cyreneica.

CYRENE Africæ Regio eſt Ægypto contermina. Ptolemæus autem Cyrenarum Rex, cui cognomeo Appioni fuit, mortnus hæredem Pop. Romanum anno Urbis DCLX. C. Cœlio, & L. Domitio Cos. reliquit, ejuſque Regni civitates Senatus liberas eſſe juſſit. Libera igitur hæc Regio diù fuit, ſed eam tandem in Provinciæ formam redegit Auguſtus, Cretæqne adminiſtrationi conjunxit, ut Dio, & Strabo auctores ſuot.

Provincia Cilicia.

ADversùs *Cilices*, & *Iſauros*, qui ſe pyratis, & maritimis prædnnibus junxerant, mareque nmne, quod inter Cretam, atque Cyrenas, Piræum, & Achajam, ſinumque Maliacum eſt, latrociniis vexabant, P. Servilius Vatia Proconſul miſſus, eos Phaſelide, Coryco, Olympo, Iſauroque ipſa Ciliciæ arce captis, ſubegit, atque Iſauricus appellatus eſt. Hoc belln P. Servilius Pamphiliam, Lyciam, Icariam, Iſauriam, Phrygiæ, & Ciliciæ partem io Provinciæ formam redegit, (nam Cilicia poſt Mithridatico bello tota ferè à Pompejo in poteſtatem redacta eſt) primusqoe omnium Romanorum Ducum per Taurum duxit exercitum, ac limitem itioeris fecit.

Provincia Bithynia.

BITHYNIÆ Rex Eumeoes Romanorum Socius, qui bello Macedonico ſecundo Romanis contra Regem Perſen ſubſidia tulit, filium Pruſiam reliquit, qui filium Nicomedem ſucceſſorem Regni habuit. Poſt quem alius Nicomedes Bithyniæ Rex fuit, amicitia Cæſaris Dictatoris notus, cognomine Philophator. Is eodem tempore, qno P. Servilius Iſauros, & Cilices domuit, ſine liberis moriens, ut anteà Attalus Aſiam, ſic ipſe Bithyoiam Pop. Rom. teſtamento reliquit. Quæ in Provjociæ formam redacta eſt, & paulò poſt unà cum Ponti parte, in qua Mithridates regnavit, eo mortuo, una Provincia facta, Bithyniæque nomine appellata, per Cn. Pompejum Magnum Proconſulem Rege Mithridate victo, atqne occiſo, & altera Ponti parte Boſphorum versùs Pharnaci Mithridatis filio Regi ceſſa.

Provincia Creta.

PRimus in *Cretam* Inſulam bello Antiocheno Romanum exercitum deportavit Q. Fabius Labeo Prætor, rebuſque in ea proſperè geſtis navalem triumphum egit. Deinde verò quum Cretenſes prædonibus, pyratiſque ſe adjunxiſſent, atque Mithridati ſtuduiſſe à P. R. inſimulati eſſent, adversùs eos primò miſſus eſt M. Antonius III Viri pater, qui in Creta, obi parùm proſperè pugnaverat, mortuus eſt. Poſt quem iterum miſſus eſt Q. Metellus Conſul, qui totam Inſulam igni, ferroque vaſtavit, Gnoſſum, Lyctum, Elenthram, Lappam, & Cydoniam Urbes cepit, ſævè in captivos animadvertit, poſtremò victis Laſthene, & Panare Cydoniæ Ducibus victor rediit nihil aliud dè tam inſigni victoria, prætérquam Cretici cognomen reportando. Libera per aliquod tempus Creta fuit; verùm anno ſequenti, X. Legatis ab Senatu miſſis, in Provinciæ formam redacta, quam poſteà cum Cyrenecia unam Provinciam fecit Auguſtus.

Provincia Pontus.

PONTO (partem majorem intelligo) per Pompejum Magnum, victo Mithridate Rege in Provinciæ formam redacto, altera quoque pars ſub Nerone, Polemone Ponti Rege mortuo, eandem fortunam eſt conſequuta. Paphlagoniam Ponto finitimam Provinciam Pylæmeoes Rex amicus P. R. vi teouir, ſæpè à Mithridate pulſus è Regno, à Romaois eſt reſtitutus: quo mortuo, poſteà Paphlagones Provincia facta. Porrò bello hoc Mithridatico ea Ciliciæ pars, quæ nondum Imp. Romano ſubjecta erat, item Aſia, quæ ad Pergamum eſt, Pontus, Bithynia, Phrygia, aliæque Provinciæ quamplures partim recuperatæ, partim tunc primùm in potaſtatem P. R. redactæ ſunt, ut tradit Appianus, quarum diſpoſitionem paulò poſt referam.

Provincia Syria.

SYRIA Pompeji Magni virtute ultimo bello Mithridatico victa leges accepit, Provinciarumque P. R. numerum auxit. Cn. enim Pompejus adversùs Mitbridatem Ponti Regem, qui diutarno bello Pop. Romaoum Sulla, & Lucullo Ducibus fatigaverat, quanquam antè à Lucullo fractum, miſſus ipſum ſæpè vicit, & in ultimas terras fugavit. Aliqoot præliis Tigranem Armeniorum Regem, quòd Mitbridati auxilia contrà Romanos præſtitiſſet, victum in deditionem accepit, eique Cappadociam, Ciciliæ partem, Armeniam minorem, & Meſopotamiam, ac Syriam cum Phœnice, & Sopbene, quas Regum Syriæ ſtirpe deficiente vi interceperat, uſque ad Euphratem ademit, pecuniam ingentem imperavit, Regoumque Armeniæ majoris ei tantùm conceſſit. Albanorum, Colchorum, & Iberiæ Reges prælio victos obſidibus acceptis dimiſit liberos. Noviſſimè Mithridatem ſæpè devictum veneno ſibi mortem aſciſcere coegit. Qui deindè in Syriam tranſgreſſus Aretam Arabom Regem, qni Syros populatus erat, in deditionem accepit: in Palæſtinam profectus Judæos debellavit, Urbem Hieroſolymam cepit, atque Hyrcaoo Rege conſtituto, in Pontum reverſus eſt, ubi Urbibus in fidem acceptis, in Aſiam trajecit, quum Orientem omnem uſque ad Euphratem debellaſſet. Deinde in Urbem reverſus ex Aſia, Ponto, Cilicia, Paphlagonia, Cappadocia, Syria, Scythis, Judæa, Albanis, Iberia, Inſula Creta, Baſternis, Armenia, Pyratis, & Regibus Mithridate, atque Tigrane nobiliſſimum triumphum per biduum egit, Anno Urbis DCXCIII.

Provincia Cyprus.

INſula *Cyprus* ultima, ſtante Rep. in Provinciȩ formam more majorum eſt redacta, miſſo in in eam M. Catone Quæſtore cum jure Prætorio, Lege P. Clodii Tribuni Plebis, Cn. Lentulo, & L. Philippo Coſ. ut Rege Ptolemæo pulſo, Inſulam Provinciam faceret, ac bona Regis publicaret. Is in Inſulam quum navigaſſet, per Canidium, quem præmiſerat Regi, qui ſibi vim inferri non eſt paſſus, perſuaſit, nt ſponte Cypro cederet, cujus morte percepta, quam Rex veneno hauſto ipſe ſibi Rhodi conſciverat, in Cyprum profectus, Inſula conſtituta, Regiam ſuppellectilem omnem, quæ pretioſiſſima erat, Romam eom magna Senatus, ac Magiſtratuum occurrentium voluptate, ac plauſu per Tiberim devexit. Qua de cauſa Senatus ei Præturam citrà Comitia decrevit, quem ille honorem repudiavit. Hæc poſteà Provincia ſimul cum Cilicia, tanquam una Provincia S. C. tradita eſt P. Lentulo Proconſuli, ut conſtat ex Cicerone ad ipſum Lentulum ſcribente: deinde Quæſtores io eam miſſi cum jure Prætorio, ut idem innuit, dum ad C. Sextilium Ruſum ſcribir.

Pro-

Provincia Gallia Tranſalpina.

BEllum *Gallicum Tranſalpinum*, quod Cæſar per novem annos geſſit, L. Piſone, A. Gabinio Coſ. ſuſceptum eſt, non Gallorum magis culpa, quàm Cæſaris, qui gloriæ cupidus omnem belli occaſionem arripuit. Is enim in Conſulatu, quem anno antè geſſerat, Craſſo, & Pompejo, & L. Piſone Coſ. ſuffragantibus, Illyricum, ac Galliam citeriorem cum Tribus legionibus à Populo, ulteriorem cum legione una in quinquennium à Senatu obtinuerat. Qui in Provinciam profectus, efferis, & fortiſſimis Gentibus laceſſitis, novem annis, quibus in Imperio fuit, omnem Galliam, quæ à Saltu Pyreneo, Alpibuſque, & in Monte Gebenna, fluminibus Rheno, ac Rhodano continetur; patetque circuitu ad bis, & tricies centum millia paſſuum, præter ſocias, ac benemeritas Civitates, in Provinciæ formam redegit, eique in ſingulos annos ſtipendii nomen impoſuit. Germanos etiam, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum fabricato ponte aggreſſus, maximis affecit cladibus: & inſuper Britannos ignotos anteà, iiſque ſuperatis pecunias, & obſides imperavit.

Hæc itaque ſunt Regiones omnes, Populi, Regna, & Gentes, quæ ab Urbe condita uſque ad annum ejuſdem Urbis DCCV. Conſulatumque L. Lentuli, & M. Marcelli, in quo Cæſar Dictator primùm creatus, libertatem oppreſſit, in ditionem Populi Romani venerunt.

Harum Provinciarum hæ Conſulares hoc tempore erant.

HIſpania citerior Hiſpania ulterior	à Cn. Pompejo Proconſ. per Legatos adminiſtratę.
Gallia Ciſalpina Gallia Tranſalpina. Illyricum, & Dalmatia	quas unus Cæſar Procoſ. obtinebat.
Cilicia &c. à M. Cicerone Procoſ. Syria &c. à M. Bibulo Procoſ.	adminiſtratę.

Hæ verò VIII. Prætoriæ Provinciæ erant.

SIcilia:
Sardinia, & Corſica.
Africa, & Numidia.
Macedonia, Achaja, Græcia, &c.
Aſia, Lydia, Caria, Jonia, Myſia, &c.
Pontus, & Bithynia.
Creta Inſula.
Cyprus Inſula.

Hoc tempore Socii, vel Fæderati Reges erant.

PTolemæus Ægypti. Juba Mauritaniæ. Pharnaces Boſphori, & Ponti. Ariobarzanes Cappadociæ. Tigranes Armeniæ majoris. Antiochus Comagenæ. Dejotarus, & tres alii Armeniæ minoris, Galatiæ, & Pamphiliæ. Pylęmenes Paphlagoniæ. Ariſtarcus Colchidis. Hircanus Judææ Paleſtinæ.	Ex Dione, Cicerone, Rufo, & Strabone.

Liberi verò Populi erant.

RHodii: Tranquillus in Veſpaſiano.
Cyreneiei in Africa. Livius, & Dio.

Piſidæ, & Lycii	in Aſia. Cic. *in Ep. ad Atticum.*

Hæc porrò eſt Romanæ ditionis Provinciarum ab Hiſpania ulteriore extrema ad Occidentem Provincia uſque ad Euphratem, qui terminus ad Orientem Imperii fuit, deſcriptio. Quod P. R. extremo libertatis tempore Imperium erat, & antequam Reſp. à Cæſare occupata eſſet. Nam ab Auguſto Cæſare poſt bella Civilia confecta, Reipub. longè diverſa forma, ut mox referam, conſtituta eſt.

Provinciæ à Cæſare Dictatore factæ, ac primùm de Mauritania Provincia.

BEllo Civili ad Pharſalum geſto, in quo cæſa Optimatum factione Cæſar, qui victoriam obtinuerat, rerum potitus eſt, ipſe poſteà varios Reges debellavit, variaſque Provincias cæteris adjunxit, atque in primis MAURITANIAM. Mauritanias itaque duas Sitiſenſem, & Cęſarienſem Bocchus Rex, & Pop. Romani amicus, quo auctore, Jugurtha Numidarum Rex in poteſtatem Romanam venerat, diù obtinuit. Boccho ſucceſſit Juba, qui bello Civili, quum ſe Pompejanis partibus addixiſſet, prœlio à Cæſare in Africa victus, ſe ipſe interfecit. Hinc ſubacta omni Africa, Mauritaniæ quoque à Cæſare Provinciæ factæ ſunt, & Jubæ filius Juba alter admodùm puer Romam à Cæſare in triumphum eſt ductus, & Auguſti liberalitate demùm ad Regnum paternum remiſſus. Is ſucceſſorem Ptolemæum ex Antonii, & Cleopatræ filia natum habuit, quo à Caligula interfecto, Mauritania in duas eſt Provincias redacta.

Provinciæ Pannonia, Mæſia, &c.

L. Sempronio, & L. Scribonio Cos. anno Urbis DCCXX. victo in Sicilia Sex. Pompejo, Lepido III. virali poteſtate exuto, quum M. Anto-

in poteſtate ſua haberet, ſibi retinuit adminiſtrandas. Prnvinciæ autem, quas Senatui, Pnpuloque Rom. tradidit adminiſtrandas, hæ fuerunt, ſic nova diviſione, & adminiſtratinne in XII. Diœceſes ab ipſn diſtinctæ.

Africa, Numidia, & Lybia Procooſularis.

Aſia cis Halim, & Mootem Taurum, in qua Lydia, Jonia, Caria, Myſia, Phrygia, & Helleſpootus, Proconſularis.

Hiſpania Bætica Prætoria.

Gallia Narbonenſis Prætoria.

Sicilia Prætoria.

Sardioia, & Corſica Prætoria.

Illyricum, & Epiri pars Prætoria.

Macedonia, & Græciæ pars Prætoria.

Achaja, Theſſalia, Bœotia, Acarnania, Epirique pars Prætnria.

Creta, Cyreneica, & Lybię pars Prætoria.

Cyprus Prætnria.

Bithyoia, Paphlagonia, Propontidis, & Pooti pars Prætnria.

Hæ porrò fuerunt XII. Provinciæ, in quas S. P. Q. R. more veteri ſuos Rectnres mittebat, qunrum qui Africæ, & Aſiæ præeraot, hi ſemper Proconſules appellati ſunt, quanquam Conſulatum oon geſſiſſeot; qui reliquis decem, Prætnres. Cæſar vero ſuas Prnvincias ità diviſit, ut in quaſdam mitteret Legatos pro Prætoribus, qni Procooſulum locum obtinerent, atque leginnibus præeſſeot; in quaſdam verò Proprocuratores, qui Propætnria dignitate eas Provincias, in qoibus tantum momeoti oon erat, admioiſtrarent. Cæterùm omnes uno communi vocabnlo *Rectores* appellabantur. Cæſaris aotem Provinciæ in XIV. Diœceſes diſtinctæ fuerunt hæ,

Hiſpania Luſitania.

Hiſpaoia Tarracooenſis.

Gallia Aquitania.

Gallia Lugdunenſis, aliàs Celtica.

Gallia Belgica, & Germania.

Pannonia, Noricum, Vindelicia, & Rhetia.

Męſia, in qua Dardani, Thraces, & Daci.

Dalmatia, & Illyrici pars.

Alpes maritimæ.

Cilicia, Iſauria, & Lycaonia.

Galatia, Pamphylia, & Pyſidia. Lycios enim liberos reliquit.

Syria, Armenia minor, Meſopotamia, & Orieos omnis uſque ad Euphratem.

Ægyptus, & Arabiæ pars.

Italia omnis à freto Siculo ad Alpes.

Reges omnes ſocii, & fœderati, in his erant præcipui,

IUba Mauritaniæ.

.... Hiberiæ.

.... Albanorum.

Phęmetalces Thracum.

Herodes Palæſtinę.

Aretas Arabom.

Antiochus Cnmagenę.

Archelaus Cappadocię.

Philopator Cilicum, & alii multi.

Provincia Cappadocia.

Secunda ita mox ſtatus popularis Epocha ſecuta: *ἰσονομίας* ſcilicet, & *ἰσηγορίας*, ideſt æquabilis. Juris cooſtituti, & ſundatæ Legibus Reipub. Nempè, cùm aliquot jam antè annis frequeos mentio à Tribunis Plebis mota, imò & rogatio lata fuiſſet *de Legibus ſcribendis*, tandem A. V. C. 300. agente Romilio, vicit ea ſeoteotia, & qoidem vitandæ io vidiæ, ut Leges *ἐπείσακτοι* (ideſt adventitiæ, vel extraneæ) & æquabiles à Græcis petereotur: & ſexennium ſermè integrum ea re abſumptum. Miſſi qnippè tres Legati ad Græcos, qui triennio poſt reverſi. At anno proximo creati Decemviri Legibus ſcribendis, in his Appius Claudius, & Romilius fuere: & perſcriptæ primùm ab his decem tabulæ, accitis, & derivatis io eas, quæ uſpiam egregia apud Græcus erant, idque opera Hermodori cujuſdam Græci Interpretis. Sed & anno proximo V. C. 304. duæ tabulæ ſuperinribus 10. (aſſumptis nonnullis velut ſurculis ex Regiis Legibus tandem, & traductis quibuſdam ex veteri jure, & moribus ſuis, *ἐκ τῶν ἐθισμῶν ἀγράφων*) additæ ſupplementi vice. Sic tandem (anno V. C. 306. poſt Reges exactos annis 60. ante Chriſtum natnm annis 440.) 12. Tabulæ in æs inciſæ, publicèque propoſitæ fuerunt, Hic fundus jam, & fundamentum, & penus totins Juris Rom. deinceps fuit; finis Juris æqui, fonſque omnis publici, privatique Juris. Quarè nb Legum iſtarum fontes, & capita non veritus Cic. hunc 12. Tab. libellum omnium Philoſophorom Bibliothecis, auctoritatis pondere, & utilitatis ubertate, præferre. Tandem & evaſerunt in carmeo ſolemoe, ſic ut ſoro nlim deſtinati à pueris boc velut carmen addiſcerent. Atqne bæ ſunt duodecim illæ Tabulæ, quarum ut frequentiſſima in jure mentio fit, ita varia ſubinde Jura inde derivata ad *εὐνομίας*.

Tertium igitur, ſeu poſtremum exinde ſtatus popularis momentum ſequitur, *εὐνομίας* videlicet booi Juris poſt Leg. 12. Tab. ſemel latas, per annos ſermè 440. ideſt, poſteaquam ſundata ſemel Reſpub. Rom. Legibus fuit, validum Juris augmentum, & incremeotom accepit. Cojus cauſas, fonteſque ſex in univerſum reperin.

I. *Prima* eſt *diſputatio fori*, ideſt Prudentum iuterpretatio ad Legem 12. Tab. nam quia non omnia propalam his Legibus comprehenſa fuerant, neque compreheodi potuerant, ioterpretatinne Prudentum aliud ſubinde ex alio conſequeos exinde elicitum, quod videlicet ad eandem utilitatem tenderet, & ad ſimilia procedendo; tritura quadam, & exercitatione forenſi, ſine ſcripto ulln in morem, & nſum traoſeuntibus. Unde jus illud *moribus* introductum dicitur, vel etiam proprin vocabulo *Jus Civile*. Sic ſpecies hæc Juris ex 12. Tab. fluxit.

II. Seconda ſpecies, & necaſio fuerunt, *Legis actiones*, quæ ex Lege 12. Tabul. proficiſcebantur. Nempè de iis, quæ ea Lege comprehenſa erant, certæ, & ſtatæ qnædam formulæ à Prudentibus compoſitæ fuerunt, quibus inter ſe homioes diſceptarent, eæque in uſum forenſem deductæ, unde *Legis actiones* dictæ, quæ hodie *ſtyli* appellationem merentur; eaſque à Collegio Pontificum peti tum oportebat. Verùm 100. fermè poſt annis ab Appio Claudin Ceotumano io formam, & librum redactas Legis actiones Scriba ejus Cneus Flavius *evulgavit*, & toti ſorn expoſuit: ac gratiſſimum id munus populo viſum, magooque penſatum. Iode pars hæc juris, *Jus Civile Flavianum* dictum eſt. Sed enim adauctum mox à Sexto Ælio, qui Tripartita ideò ſcripſit: ibi quippè ipſa Lege 12. Tab. propoſita, interpretationem primùm, mox & Legis actionem ſubtexuit, atque inde *jus Ælianum* dictum.

III. Tertium incrementum ſunt *Leges ſingulares*, ſubiode novæ à populo pro Reip. neceſſitate latæ; quarum ut frequentiſſima tum in Jure, tum alibi mentio: ita collectæ bodie in unum, clarorum Virorum opera, dc qun in Bibliotheca Juris.

IV. *Plebiſcita* quoque à Plebe ſola quamplurima lata, ſed quæ prn Legibus habita, ſic ut omnes Cives ea tenerent, ex Lege Hortenſia, imò & in Legum nomen tranſiere. Exemplo poteſt eſſe Lex Aquilia.

V. Per *Prætores* quoque, 80. & quod excurrit, poſt 12. Tabul. anois inſtitutos, penes quns ſummum in Jure dicendo inter privatos Imperium eſſet, quique Juris Civilis cuſtodes eſſent, evocatis jam belli cauſa Coſſ. non minimùm Juriſprudentia profecit. Nam etſi ab initio annua tantùm eſſent eorum Edicta (prout etiam annuus eorum erat Magiſtratus) quæ ſcilicet initin Magiſtratus ſui in albo publicè proponebant, ut ita ſciret populus, qua de re, quomodò in anno ſuo jus dicturi eſſent: attameo, cùm ea edicta ab æquitate commendarentur quamplurima, viceverſa, cùm momentaneis, & arbitrariis bujuſmodi edictis ambitioſorum Prætorum gratiæ multum liceret, Lex Cornelia 30n. pòſt annis, A. V. C. 686. à Tribuno Plebis rogata, ut Prætnres ex edictis ſuis perpe-

tuis jus dicerent: inde Servius I. C. (15. annis fermè pòſt, ante Chriſtum natum 50.) duns libros *ad Edictum* ſubſcriptos breviſſimè reliquit. Eum excepit diſcipnlus Ofilius, qui primus edictum Prætoris diligenter compoſuit, circa Julii, vel Auguſti tempora. Quarè Cic. jam illis temporibus ſcribebat, ut olim à 12. Tabulis, ita nunc à Prætoris edicto juri operam daturos initiatos fuiſſe.

V I. *Juriſconſultorum* etiam ſcieotia quamplurimùm Juriſprudentia profecit: oon modò publica profeſſione, qualem primus inchoaſſe memoratur circa A. V. C. 500. Tiberius Coruncanius, verùm, ac potiſſimùm ſeriptis eorum, ſeu reſcriptis, & reſpouſis: ſcriptis, ioquam, quibus tum regulis, & actinnibus forenſibus conquiſitis, & collectis, Jus Civile fundare, & conſtituere oiſi ſuot: quinimò formulas ſubinde novas induxere, ſuperiorumqne ſcripta ootis ſuis iu melius perduxere: reſcriptis, ſeu reſponſis, ad conſultatioques vid. Judicum, & aliorum: quæ tanti viſa, ut ab his vix Judices recederent; & licet vim Legis ipſo Jure non obtioerent, ipſa tamen æquitate, & oeceſſitate commendabilia paſſim oſtentarentur.

In tantum denique per hos gradus profecit hac ætate Juriſprudentia, ut mole ſua laborare videretur. Unde jam tum conſilium Craſſo, Pomp. Tullio, Cæſari, *de Jure Civili in artem, & ad certum modum redigendo*, & io paociſſimos libros ex immenſa, diffuſaque Legum copia conferendo.

C A P U T I I I.

De Juriſprudentia ſub IMPERATORIBUS.

POſtrema ætas Reipub. Rom. ſucceſſit, Monarchiæ Rom. Hac ſanè tempeſtate, etſi Imperatorum conſtitutiooibus potiſſimùm profecerit Juriſprudentia, attamen, & aliis ratinnibus ex eorundem Principum auctoritate maximom incrementum ea cepit,

Nam ut maximè poſteaquam ſub Principis Imperium res, juſque populi omne venit, atque adeò & juris conſtituendi poteſtus ad Principes tranſiit, ultrò tamen nonnollas alias juris conſtituendi vias Principes probarunt, & Juris vim iiſdem tribuerunt.

Primùm enim iuter initia Principatos *Leges* adhuc complures à populo, veteri ritu Auguſto auctore, tantùm non Julio latas, deprehendere licet (unde *Juliis* Legibus tot nomeo) Comitiis de Campo Martio ad Patres noodum translatis: qood à Tiberio demum factum. Ita veteris libertatis inſtar umbraque, & ſimulacrum quoddam ab Auguſto relictum, à Tiberio ademptum, ne alioquin vis Principatns (ut ejus verba erant) reſolveretur: *cujus ea conditio eſt, ut non aliter ratio conſtet, quàm ſi uni reddatur*.

Secundò, *Senatui* quoque poſteà auctoritatis umbra, ſeu ſimulacrum aliqood hac parte in jure privato cooſtituendo relictum. Nam, quæ Principes de Jure privato conſtituturi eſſent, Orationibus in Senatu priùs complectebantur; da his cenſendi arbitrio Senatui relicto; eas deinde Orationes Senatoſconſultum ſequebatur. Quarè, quod uno loco Oratione introductum dicitur, id alibi Senatuſconſulto tribuitur. Ideòque Principes ipſi horum auctores dicti. Atque hæc ſunt illa *Senatuſconſulta*, quorum tam multa mentio in Jure. Quæ ſanè obſervare eſt, ibi incipere, ubi Leges deſiount, ideſt à Tiberii Principatu: deſinere verò, ſen procurrere ad Marcom Imperat. uſque: ultrà quem nulla ampliùs Senatuſconſultorum de Jure privato conditorum mentio occorrit.

Tertio, & *Juriſconſultorum* ſcieotiæ ſua ſtetit qoædam auctoritas, in tantum, ut & ICti ex Principis, jam inde ab Auguſto, auctoritate, non ot anteà privata, publicè reſponderent, & rurſus ſcripto, non verbo, atque ita major Juris hujus auctoritas facta fuerit. Addatur his, magna ICorum frequentia circumfuſos Principes, ex quorum ipſi conſilio Jura dicebant, condebant, ut non plnres, aut potiores Prudentes alia ætas tulerit, quàm hujus ætatis prima epocha. In tantnm, ut qunrundam tandem ſcriptis, vim *Lectionis* (ut loquebantur) ideſt auctoritatem allegationis io judiciis, vimque Legis Principes tribuerint.

Veniat quarto loco, & in hunc cenſum *Edictum perpetuum*: oam cùm Edicta Prætorum aotè incerta forent, ad ultimum, centnm, & quod excurrit poſt Ofilium, annis, 15. Hadriani Imp. annn, ejuſque juſſu circa A. D. 132. Edictum perpetuum à Juliano IC. ordinatum fuit, non modò Prætorum Edictis compilatis, & in ordinem, ac titulos coactis; verùm & de ſuo aliquammultis additis, aliis detractis, immutatis. Et opus hoc adeò probatum fuit, ut antiquata jam lege 12. Tab. io quamplurimis hæc major, & potior Juriſprudeutiæ pars extiterit. Hicque jam fundus ejus habitus, eòque velut æquiſſimo Jure Imperatores uti voluerint: atque exinde jam dimidia fermè pars ſeotentiarum in Pandectas relatarum, couſtet.

Extra hæc quatuor, quæ dixi (puta Leges nonoullas, Senatuſconſulta, Juriſconſultorum ſcripta, & reſponſa, & Edictum perpetoum) potiſſimam Juriſprudeotiæ partem ſub hoc ſtatu Monarchico, Principum Conſtitutiones fecere: ſive ipſi inter partes cognoſcerent, decernerent, unde *Decreta, & Cognitiones* Imperatoriæ: ſive ad libellos privatorum, & Conſultationes Magiſtratoum reſcriberent, unde *Reſcripta* Principum: ſive geoerale Jus publicè conſtituerent, & edicerent, unde *Conſtitutiones* propriè, & *Edicta* Principum: ſive ICtorum diſſenſiones deciderent, unde *Deciſiones*: cujuſmodi ſunt 50. Juſtiniani.

C A P U T I V.

De PRIMA *Epocha Imperatorum*.

TRes porrò epochas ſtatus hujuſce Monarchiei conſtituo. Prima eſt *Gentilium* Imperatorum per trecentos 50. circiter aonos, ab Auguſto Imp. ad Coſtantioi M. initia, ſeu A. D. 306. uſque: quibns poſt Auguſtum imperarunt Tiberius, Cajus, Claudius, Nero, Veſpaſianus, Titus, Domitianus, Nerva, Trajanus, Adrianus, Antoninus Pius, Divi Fratres (ideſt M. Antoninus Philoſophus, & Verus) Marcus ſolus, Marcus

cum

eum Antonino (ideſt Commodo filio ſuo) Commodus, Pettinax, Severus, & Antoninus F. Antoninus, Caracalla ſcilicet, Antoninus Heliogabalus, Alexander Severus, Maxiininus, Gordianus, Philippi Impp, Decius, Gallus, & Voluſianus, Valerianus Galienus, & Valerianus Cæſar, Gallienus, & Valetiaous, Claudius, Aureliaous, Probus, Carus, Carinus, & Numerianus, Diocletianus, & Maximianus, Cooſtancius, Maximianus Auguſti, & Severus, ae Maximianus Cæſares. Ab his omnibus, ot variæ conſtitutiones proceſſerunt, quarum mentio paſſim fit, tum apud Hiſtoricos, tum in ſcriptis ICtorum, & in Principum poſteriorum Conſtitutionibus, ità ſequentium oominatim, jam inde ab Hadriano, Principum Conſtitutiones in duos Codices, Gregorianum, & Hermogenianum (quorum ſragmenta quædam hodienum extaot) per titulos conjectæ fueruot: privatane, an publica auctoritate conditi ſuerint, in incerto eſt: at proculdubio, de Compilatorum nomine ita dicti, Neque de illo ſatis hactenus conſtat, cur ab Hadriano (cujus etiam unica tantùm conſtitutio in Codice refertur, puta *Lex 1. C. de teſtam.*) neque ultrà aſſurrexerint, aut Codices illi, aut poſteà Juſtinianus. Mihi mens ea, id ideò factum, quia nova quædam Juriſprudentiæ ratio ab Hadriano cœperit, tum Edicto perpetuò conſtituto, tum quia ſectæ IC. de quibus poſteà, tum penè refrixerint: denique, quia publicè reſpondendi, cuique pro arbitrio ſuo jus factum: ut proinde novi Juris, ac novæ Juriſprudentiæ auctor Hadrianus Codicibus illis initium dedetit: pariter, ut ſecondæ Epochæ novitas, novo Codiei Theodoſiano, de quo mox.

CAPUT V.

De SECUNDA *Epocha Imperatorum*.

S*Ecundam* Epocham Imperatoriarum Conſtitutionom faciunt Principes Chriſtiani, à Conſtantino M. qui primus Imperatorum Chriſtianus fuit, ad Theodoſium Juoiorem uſque, ſeu ad A. D. 438. ſpatio circiter annorum 130. hoc ordine: Conſtantinus M. Conſtantinus, Conſtantius, Gonſtans, Conſtantius, & Conſtans: Conſtantius ſolus: Conſtantius Aug. & Conſtans Cæſar (ideſt, Gallus) Conſtantius Aug. & Julianos Cæſ. Julianus Aug. Jovianus, Valentinianus, & Valens: Valentinianus, Valeos, & Gratianus: Valens Gratianus, & Valontinianus Jun: Gratianus: Valentinianus Jun. & Theodoſius: Valentinianus Jun. Theodoſius, & Arcadius: Theodoſius, & Arcadius: Theodoſius, Arcadius, Honorius: Arcadius, Honorius: Arcadius, Honorius, Theodoſius Jun: Honorius, Theodoſius Jun. & Conſtaotius Cæſat: Honorius, Theodoſius, Theodoſius, & Valentinianus III. Horum Principum Chriſtianorum igitur, ſuaſque ad id tempus Conſtitutiones, octoviris ad id delectis, Theodoſius Jun. unum in Codicem, ſeu corpus colligendas commiſit. Et verò in ſedecim Libros relatæ: eo Codice, qui ideò *Codex Theodoſianus* dieitur. Quique ideò à nonnullis veterum, *Novas Leges legitimorum Principum* continere dicitur, eò quòd ex Chriſtianotum Principum Conſtitutionibus cooſtaret.

CAPUT VI.

De TERTIA *Epocha Imperatorum*.

P*Oſtrema* Epocha eſt eorum Imperatorum, qui deinceps ſecuti ad Juſtinianum Imperatorem: caoue centum circiter aonorum ab A. D. 438. ad annum 534. Hoc ordine. Præter Theodoſium, & Valentinianum III. Valentinianos, & Martiaous: Martianus ſolus: Leo, & Majoriauus: Leo, & Severus: Leo ſolus: Leo, & Anthemius: Leo Junior, & Zeno: Zeno ſolus: Anaſtaſius: Juſtinus, & Juſtinianus: Juſtinianus ſolus. Atqoe horum Principum Conſtitutiones ſuas, & peculiares collectiones meruere: & quidem ſob *Novellarum* nomine, eò quòd noviſſimè poſt Codicem Theodoſianum editæ eſſent: uſque quò ad Juſtinianum deventum eſt, de cujus inſtituto paulò pòſt.

CAPUT VII.

De JURISCONSULTIS, *eorum ſucceſſione, ſectis, ſcriptis*.

PRiùs enim de IC. omnibus, eorum ſectis, & variis Scriptorum genetibus, tàm ſub libera Rep. quàm ſub ſtatu Monarchico, ſingillatim moneri oportet. Vario, & multiplici uſu, non tantùm ne ad Juris Civilis libros aecedentibus, veterum auctorum nomina incognita eſſe poſſint, quod ſuo jam ſęculo Ammianus Marcellinus cauſidicis nonnullis exprobrabat: verùm, ac potiſſimùm, ut ad temporum ordinem diſpoſitis IC. qois, item cujus ſectæ fuerit, quæ eorum ſcripta ſint, in quibus luſerunt, Juſque adauxerunt, probè intellectis, & Juris ipſius proceſſum, & vim, plerarumque Legum, denique conciliandarum Legum rationem tenere poſſimus.

Succeſſio ICtorum 115. hęc fermè teneoda eſt ante Ciceronem. SUB LIBERA REP. hi hoc ordine ſuerunt.

Pub. vel Sex. Papyrius.
Appius Claudius, unus è Decemviris circa A. V. C. 300.
Appius Claudius Centimanus Cœcus A. V. C. 440.
Appius Clandius 3.
Sempronius Coætanus.
Q. Mucius Augur.
Tiberius Coruncanius circa A. V. C. 470.
Sex. Ælius A. V. C. 555.
P. Ælius A. V. C. 558.
Scipio Naſica.
P. Attilius.
M. Porcius Cato.
M. Manilius A. V. C. 600.
P. Mucius A. V. C. 620.
Lælius Brutus.
M. Junius Gracchanus, circa A. V. C. 630.

¶ CI-

¶ CICERONIS ævo ante Julium C.
Pub. Rutilius Rufus. Coſ. A. V. C. 648. ante Chriſtum 102.
P. Verginius.
Q. Tubero.
Sex. Pompejus
Cœl. Antipater.
Lucius Craſſus Mucianus.
Q. Mucius Scævola circa A. V. C. 660. ante Chriſtum 90.
Gallus Aquilius, Mucii auditor.
Balbus Lucilius.
Sex. Papyrius.
G. Juventius.
Cornelius Maximus.
Servius Sulpitius circa A. V. C. 700. ante Chriſtum 50.
Antæus.
Sex. Ælius Druſus.
Granius Flaccus.
Pacnnius.
Puteolanus.
¶ Sub CICERONE, JULIO CÆS. & AUGUSTO.
A. Caſcellius.
C. Trebatius Teſta.
Antiſtius Labeo, Servii diſcipulus.
C. Aul. Ofilius, Servii diſcipulus.
¶ Poſt CICERONEM ſub Auguſto poſt natum Chriſtum.
Alfenus Varus, Servii diſcipulus.
Feneſtella.
Aufidius Tucca, Servii diſcipulus.
G. Atejus Pacuvius, Servii diſcipulus.
Priſcus, Servii diſcipulus.
Cinna, Servii diſcipulus.
Blæſus.
C. Ælius Tubero.
T. Cœlius, Servii diſcipulus poſt Trebatium.
Pub. Gellius, Servii diſcipulus.
Aufidius Namuſa, Servii diſcipulus.
Atejus Capito.
Labeo Antiſtius, Trebatii diſcipulus.
Vitellius.
¶ Sub TIBERIO, GAJO, CLAUDIO, NERONE.
Ælius Gallus.
Maſſurius Sabinus.
Nerva Pater.
Favius Mela.
G. Caſſius Longinus circa A. D. 30.
Arrianus.
Carfilius.
Proculus.
Sex. Pædius, ſub Gajo, & Claudio.
¶ Sub VESPASIANIS.
Attilicinus.
Urſejus Ferox.
Priſcus Fulcinius.
Vivianus.
Plautius.
Pegaſus.
Nerva filius.
Cælius Sabinus.

¶ Sub TRAJANO, HADRIANO.
Minicius Natalis.
Juventius Celſus P.
Priſcus Javolenus Magiſter Juliani *l.* 5. §. *de manumiſſ. vind.*
Celſus F.
Ariſto.
Octavenus.
Neratius Priſcus.
Fufidius.
¶ Sub ANTONINO PIO.
Severus Valerius.
Salvianus Julianus.
Papyrius Fronto.
Terentius Clemens.
Jun. Mauricianus circa A. D. 167.
Publicius.
Paſtumejus Clemens.
Campanus.
Valens.
Vindius Verus.
Sex. Cæcilius Africanus.
¶ Sub DIVIS FRATRIBUS, & MARCO SOLO.
Papyrius Juſtus.
Gajus poſt A. D. 167.
Venulejus Saturninus.
¶ Sub MARCO, & COMMODO.
Pomponius.
Voluſius Mæcianus. v. *l.* 60. *de pactis*, *l.* 17. *de jure patr.*
Marcellus poſt Ann. Dom. 168. v. *l.* 6. *in fin.* §. *mandati*.

¶ *Sub* COMMODO.

Q. Cervidius Scævola.
Florentinus.
Taruntenus Paternus.

¶ *Sub* SEVERO.

Arrius Severus.
Tertullianus.
¶ Sub SEVERO, & ANTONINO CARACALLA poſt A. D. 202.
Arius Menander.
Papinianus.
Calliſtratus.
Furius Anthianus.
¶ Sub ANTONINO CARACALLA.
Martianus Meſſius.
Tryphoninus.
Paulus.
Ulpianus.
Licinius Rufinus.
¶ Sub ALEXANDRO SEVERO.
Æmil. Macer.
¶ Sub GORDIANO.
Modeſtinus circa A. D. 240.
Atque hic ICtorum finis eſt, hic oracula ICtorum obmutuere, ſic ut ultimum ICtorum Modeſtinum dicere verè liceat, ceſſim, & retrò collapſa jam Juriſprudentia. Itaque, qui deinceps ſucceſſerunt

runt IC. cujuſmodi aliquammultos obſervare licet (& quidem inter alios INNOCENTIUM, quem multis prædicat Eunapius, ejuſdemque mentio apud Ammianum Marcellinum: Item ANATOLIUM) nudam docendi, & profitendi publicè provinciam Romæ, Conſtantinopoli, Beryti, ſuſceperunt: Jus autem neutiquam adauxerunt: ſive quia, prioribus pares eſſe non poterant: ſive occupata jam, & exhauſta ab aliis materia, ſic ut ad ſummum Juriſprudentia perveniſſet: ſive denique barbariè paulatim invaleſcente, atque incuria ſolidæ eruditionis, quò alioquin pertinet querela Ammiani Marcellini, *lib.* 30. querela Theodoſii Junioris, *in Novella de auctoritate*. *Cod. Theod.* & Conſilium auctoris, qui ſub eodem Theodoſio Jun. fuit, ſubditum Notitiæ Imperii.

Hinc denique factum, ut non aliud inſecuti IC. præſtiterint, quàm ut vetera excolerent, colligerent, interpolarent, quod Bibliotheca Juris oſtendit: quorum numero tres reperio.

Sub CONSTANTINO M. *& ejus Filiis*.

Hermogenianum, Aurelium, Arcadium, Chariſium, & Julium Aquilam.

Et hæc de Prudentum ſucceſſione: ſequitur de eorundem *Succeſſione*, ſeu Sectis. In varias ſcilicet Sectas ab ICis receſſum, jam inde ab Auguſti temporibus, & verſo in Principatum Reip. ſtatu, à pauciſſimis licet initio principiis, quibus diſcordarent, latiſſimè tamen poſteà diffundente divortiu. Hinc igitur ſtare *Caſſiani*, itemque *Sabiniani*, iſtinc *Proculejani*, ſeu *Pegaſiani*. Hujus diſſidii auctores primi Attejus Capito, & Antiſtius Labeo, quorum ille tenax in traditis ſibi Sabinos, & Caſſios habuit ſectatores: hic verò ingenii fiducia multa innovare inſtituit, ſectatoribus Proculo, & Pegaſo. Sic aucta diſſenſiu à diſcipulis, quorum hæc ſeries: & cui ſimilem depinxit Cont. 1. *Succeſſ.* 12.

SABINIANI.	PROCULIANI.
CASSIANI.	PEGASIANI.

Sub AUGUSTO.

Attejus Capito, Ofilii diſcipulus.	Antiſtius Labeo Trebatii, diſcipulus.

Sub TIBERIO.

Maſſurius Sabinus.	Nerva Pater.

Sub CAJO, CLAUDIO, NERONE.

C. Caſſius Longinus, à quo Caſſiani.	Proculus, unde Proculiani.

Sub VESPASIANIS.

Cœlius Sabinus, à quo SABINIANI.	Nerva Filius, & Pegaſus, à quo PEGASIANI.
SUB TRAJANO.	HADRIANO.

ANTONINO PIO.

Priſcus Javolenus.	Celſus P.
Aburnus Valens.	Celſus F. Priſcus Neratius.
Tuſcianus.	
Sal. Julianus.	

Atque hactenus, neque ultrà Adrianum, vel Antoninum Pium, Sectarum iſtarum ſequaces reperiuntur. Quinimò refrixiſſe hæc diſſidia vero verius eſt, ſaltem in apertum diſſidium res non erupit: exinde quippè certatim orti erciſcundi medii IC. neque in cujuſquam jurare verba Magiſtri parati. Etſi ſtetiſſe contruverſias aliquas nihilominùs verum eſt: quæ *deciſionibus* Principum poſteà, & in his Juſtiniani tandem ſopitæ. Et hærent quoque etiamnum, quicquid tandem egerit Tribonianus, hujus diſſenſionis reliquiæ, quæ tot ideò ἐναντιόφανα nobis producunt, quibus componendis multum intereſt ſcire, quis cui Sectæ fuerit addictus.

Scripta veterum Juriſconſultorum, quorum indicem præferunt Pandectæ Florentinæ, præferunt Legum, ex quibus Pandectæ concinnatæ ſunt, inſcriptiones, ad hæc ſumma genera refero. Vel enim in pragmaticis, ſeu practicis verſati ſunt (quò pertinent Libri Quæſtionum, Reſponſorum, Epiſtolarum, Decretorum, Conſtitutionum, Digeſtorum) vel verſati ſunt in πολιτεύμασι, ſeu παραγγέλμασι, ideſt in officiis Magiſtratuum deſcribendis; (hinc tot ICtorum Libri de hujus, vel illius Magiſtratus officio.) vel denique in Theoreticis verſati: vel enim excerptis, & variis lectionibus concinnandis inſtiterunt (hinc Libri Variarum Lectionum) vel notas conſcripſerunt ad Leges Populi Romani ad SCta, Edicta, Orationes, Principum conſtitutiones, ICos alios veteres: vel tractatus ſingulares ediderunt: tandem Jus in artem redigere ſategerunt; hinc Enchiridia, Pandectæ, Regulæ, Sententiæ, Definitiones, Brevia, & Inſtitutionum Libri.

CAPUT VIII.

De JUSTINIANI OPERIBUS, ſeu CORPORE *Juris Civilis*.

HIs ita ad Juſtiniani tempora perductis, *Juſtinianus* ipſe, cùm immenſam illam conſtitutionum, & Juriſconſultorum molem, & ſylvam videret, impetum cepit, ſecundo ſtatim Imperii ſui anno, A. D. 528. hanc ingentem ſylvam cædendi, utiliorum delectu habito, & ſuperfluis reſecatis. Qua in re ſeptennium integrum abſumptum: & triplici quidem inſtituto, ſequenti ordine, qui ad enantiophanon quoque conciliationem ob-

obſervandus eſt. Primùm, ad Conſtitutionum Imperatoriarum converſo ſtudio, & Decemviris ad id delectis, & in his Triboniano, ex tribus illis, quas dixi, Imperatoriis Epochis, & ex tribus illis, quos dixi, Codicibus, ac ſecutus deinceps Imperatorum, ſuiſque ad id tempus, Conſtitutionibus, *Codicem* concinnari voluit A. D. 528. Et verò ſecuto anno editus Codex A. D. 529. Inde ad Veterum ICtorum libros, qui ad duo millia aſcendebant, & verſuum (ideſt ſententiarum) trecenties decem millia, animnm adjecit, quare *Pandectas*, ſive *Digeſta* exinde componi juſſit Anno 4. Imperii ſui, ſeu A. D. 530. & quadriennium in eo uno opere abſumptum: editnm quippè A. D. 533. apertiſſima nominis ratione, quia opus hoc *univerſa* veteris prudentiæ monnmenta, in unam conſonantiam redacta, *Digeſta* contineret. Eodem anno & Tyronibns Juris ſtudioſis prima Juris elementa, ſen fundamenta, & incnnabula quatuor *Inſtitutionum* libris proponi voluit; exemplo potiſſimùm Gaji IC. & verò in publicum edidit, uno Menſe ante Digeſta. Seqnente demum anno 534. cùm Codici aliquid deeſſe videret, repetita prælectione, & editione enndem retractari volnit: & hic eſt Codex ille novus *repetita prælectionis*, quo hodie ntimur priore abolito.

A. D. 528. Juſtiniano A. 2. Coſſ.
529. Decio V. C. Cos.
530. Lampadio, & Oreſte Coſſ.
CODICEM fieri mandavit Jnſtinian. Idib. Febr.
Codex editus Idib. April.
DECISIONUM 50. initlnm ab hoc anno.
DIGESTA componi mandat Decembr. Menſa.
531. Poſt Cos Lamp. & Or. 1.
532. Poſt Cos. Lamp. & Or. 2.
533. Juſtiniano 3. Cos.
INSTITUTIONES eduntur Menſe Novembr.
DIGESTA ednntur Menſe Decembr.
534. Juſtiniano 4. & Paulino Coſſ.
CODEX repetitæ prælectionis editur Menſe Novembr. abrogato priori.

Atqne hac triplici ratione pleniſſimè Juris ſtndio conſultum putavit Juſtinianus.

Nihilo ſecius, & ipſe deinceps poſt Codicem ſunm *Novellas* quaſdam Conſtitutiones pro rei contingentia, & negotiorum varietate edidit, quæ poſteà in unum corpus collectæ: & qnia harum epitomen Jnlianus anteceſſor conſcripſerat, *Authentica* diei meruerunt. His cohærent, & Edicta 13. ejuſdem Juſtiniani, quæ non ad certum aliquem bominem, ant populum ſcripta ſunt, ſed in genere provulgata. Atque ita his quinque partibus abſolvitnr Corpus Jnris Civilis.

CAPUT IX.

De FATO JUSTINIANEÆ *Juriſprudentiæ*.

SEcuta ſunt Jnſtinianum ea tempora, imò partim excepere, quibus neque Occidentem Juſtinianei libri penetraverunt. Jamdudum enim eum Gothi, Franci, Saxones, Vandali pervaſerant: pervaſerunt & poſteà Longobardi. Quarè illorum Legibus locus jam factus, Salicis, Burgundionum, Viſigothicis, Longobardicis, quas exhibet *Corpus Legum antiquarum*: niſi ſicubi ſuæ, & Romanæ Leges infelicibus Romanorum reliquiis ſervatæ fuerunt: & hæ ipſæ tamen Leges Rom. non è libris Juſtinianeis deſumptæ, verùm ut anteà, ex Codice Theodoſiano ipſo, ſtatim ut conditus (teſte Sidonio Apollinari) ità poſteà ex Epitoma quadam *Codicis Theodoſiani* ſubtextis nonnullis, è Gregoriano, Hermogeniano, Pauli Sententiis, Ulpiani Regulis, Gaji Inſtitutionibus. In Orientis Imperio miro, miſeroque ſato, & eodem, quo cæteræ diſciplinæ, Juſtinianei libri ſenſim obſolevere, recedente paulatim Linguæ Latinæ nſu, & Barbarie in dies magis, ac magis accedente, quin & Novellis ſubinde pro novo Reip. ſtatu inſecutorum Principum Conſtitutionibus alicubi etiam per invidiam, & æmulationem tàm illuſtri operi incumbentibus. Quarè, ut de Leonis Novellis nil dicam, in novas ſubinde ſormas opus Juſtinianeum recoctum. Nil jam dico de Inſtitutionum paraphraſi, quæ Theophilum habet auctorem, utiliſſima; hoc ipſum ſanè oſtendit Baſilii Macedonis Epitome Juris Codicis, ſeu Digeſtorum, ſeu πρόχειρον trecentis circiter poſt Juſtiniani opera annis editum. Teſtantur Baſilicorum 60. libri à Leone Filio ejus, & Leonis filio Conſtantino Porphyrogenneta repetita prælectione concinnati, in unam vid. conſonantiam omnibus Juſtiniani operibus confuſis: teſtatur eorundem Baſilicorum ſynopſis, ſeu ecloga: fidem faciunt tot Barbara, & ignota ICorum nomina, notas jam in Baſilica, tanquam ſundum Juriſprudentiæ conſcribentium: teſtis eſt Phutii Epiſcopi Conſtantinopolitani Nomocanon, quo is Leges Civiles cnm Canonibus miſcuit, quiqne poſteà Theodorum Balſamonem interpretem nactus eſt. Hine etiam Synopſis altera Attaliatæ adhuc brevior, & velut Synopſis Synopſeos juſſu Michaelis Ducæ Imp. A. D. 1077. His accedat & Conſtantini Hermenopuli Procheirum, ſeu promptuarinm ex Baſilicis conflatum circa Emanuelis Comneni ætatem. A. D. 1145. His accedant omnibus Paratitnlorum Græcorum libri, quorum tres Leunclavius edidit. Quorum omnium, ut uſus aliquis ſçpenumerò eſſe poteſt, ità maximam partem affaniarum plena; uſque qnò Orientis Imperio perpotiti jam Turcæ capta Conſtantinopoli anno 1485. Quos tamen ipſos, & reverentia quædam Juris Juſtinianei, vel curioſitas ſaltem tetigit, ſi verum eſt, quod Leunclavius prodidit, Codicem Juſtinianeum neque Turcis in lingua ſua deeſſe.

Sed commodùm accidit, ut circa ea ipſa tempora, quibns jam omnis nitor Juriſprudentiæ Juſtinianeæ fermè decoxerat, ſalutari quodam ſydere, & divina virgula 600. fermè annos pòſt, medio quaſi ſçculo duodecimo A. D. 1136. Opns Juſtinianeum in Occidente efferri cœperit. Exactis quippè à Lothario Imp. II Saxone ex Italia Normannis, & ab eodem dncto Innocentii II. Pontificis Melphi, ſeu Amalphi Civitate Apuliæ (quæ

h pars

pars Italiæ diù poſt alias in poteſtate Græcorum Impp. ſteterat) expugnata, repertum antiquiſſimum illud exemplar, & Juriſprudentiæ Ancyle Pandectarum, quod Piſani ab Innocentio II. Pontifice Maximo, & Lothario Cæſare item ſecundo, quia claſſe eos adversùs Normanum Rogerium juviſſent, ceu egregiè navatæ operæ monumentum, & præmium retulerunt, ejuſque donationis per Lotharium collatæ inſtrumentum habuiſſe Plotius Gryphius Piſanus hiſtoricus affirmat: & habuerunt id diù penes ſe Piſani, unde & in Gloſſis *Piſana Pandecta* vocantur, donec per Ginum Caponium Florentini A. D. 1406. Piſis in poteſtatem redactis ſubjectionis ſymbolum tranſtulerunt: unde *Pandectis Florentinis* nomen; inde idem Lotharius Irnerii, (quem alii Vernerium vocant) qui *Authenticas* Codici ſubtexuit, conſilio Jus Juſtinianeum, & in foro obſervari, & in Gymnaſiis doceri juſſit, ac nominatim precibus Mathildæ Comitiſſæ Tuſciæ Piſis doceri, quod Abbas Urſpergenſis retulit. Itaque Irnerius & Jus Juſtinianeum è Bibliothecis eduxit, & primus jura in Italia Bononiæ profeſſus eſt, & primus præterea interpretationem addidit. Ab hoc initio ad alias Civitates Italiæ, & tranſmontana Galliarum propagata Iuriſprudentia, poſteaquam ſemel Irnerius vexillum extulit. Hinc enim ex ſchola Irnerii prodiere, Placentinus Bononiæ, in Gallia Monſpelii, Johannes Boſſianus, Martinus Coſſias, ambo Cremonenſes, Bulgarus Piſanus, Azo Accurſii præceptor, qui ultimus Accurſius ſuperiorum Gloſſas, in ſuas, & pleoiſſimas Johannis auditor transfudit, temporibus Friderici II. ante annos 435. integros, ideſt circa annum 1227.

Atque huic inquiſitioni ſatis. Niſi quòd & illud ſcire intereſt, ſæculo demum ſuperiore, poſteaquam veteris hiſtoriæ, linguarum, & humaniorum literarum ſtudio renatum eſt, ſimul & Juriſprudentiam meliori fato excitatam. Nam cùm anteà ſoloci filo, & jejuna, atque aſpera Interpretum opera Jus tractaretur, ſine ullo Hiſtoricæ, aut Philologicæ cognitionis lumine, quà deſtituti ubique paſſim impegere, Accurſii Gloſſam, ceu fundum Juriſprudentiæ ſequi, & enarrare tum contenti textu jam penè neglecto, & abolitis penè libris Juſtinianeis, exorti certatim, qui Juriſprudentiam ab his impolitiis vindicarunt, tum ſcriptis, tum ipſo textu inſtaurato, & in his Pandectis Florentinis eductis; in his primi, & potiſſimi Gulielmus Budæus, Andreas Alciatus, Gregorius Haloander, Antonius Auguſtinus, Lælius Taurellus, Zaſius, Viglius, & poſt omnes, ut taccam cæteros, domeſtica etiam decora, ſed qui unus pro omnibus, qui è latericia jam auream fecit Juriſprudentiam, JACOBUS CUJACIUS.

IVRISCONSVLTORVM DESCRIPTIO ORDINE ALPHABETICO DISPOSITA.

A

Ælius Marcianus ſub Antonino Pio Bæticæ Proconſul fuit, ut ex reſcripto Antonini Pii ad eum miſſo liquet *l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur. §. ultim. inſt. eod.*

Inſtitutionum lib. XVI. Regul. V. & alios reliquit, qui in Pandectarum fronte recenſentur. Ex prædictis inſtitutionum libris multa ſuis Juſtinianus inſeruit *l. 5. ff. de ſtat. hom.*

Æmilius Macer fuit poſt Ulpian. *l. 68. ff. ad leg. Falcid.* Arrium Menandrum *l. 14. ff. de pæn.* & Paulum *l. pen. ff. quand. appell. sit.* 5. imperante Alexandro, ut ex reſcripto ad eum miſſo apparet *l. 3. C. de calumn.* Scripſit de Militaribus publicis, officio Præſidis, viceſima hæreditatum, & de appellationibus binos ſcripſit libros.

Æmilius Papinian. Juriſc. Præfectus Prætorio, Septimio Severo imperante fuiſſe traditur à Spartiano, qui eum juris aſylum, & doctrinæ legalis theſaurum appellat. Item aliquanto poſt Papinian. amiciſſimum fuiſſe Imperatori Severo, & ut aliqui loquuntur, affinem etiam per ſecundam uxorem, memoriæ traditur, & huic præcipuè utrumque filium à Severo commendatum, eumque cum Severo profeſſum, ſub Scævola, & Severo in adminiſtratione fiſci ſucceſſiſſe, atque ad hoc concordiam fratrum Antoninorum foviſſe: egiſſe quinetiam, ne occideretur, cùm jam de inſidiis ejus Baſſianus quæreretur, atque ideò unà cum his, qui fautores fuerunt Getæ, à militibus, non ſolùm permittente, ſed etiam ſuadente Antonino occiſum. Multi dicunt, Baſſianum occiſo fratre illi mandaſſe, ut & in Senatu per ſe, & apud populum, facinus dilueret: illum autem reſpondiſſe, Non tàm facilè parricidium excuſari poſſe, quàm fieri. Fertur etiam, Papinianum, cùm raptus à militibus ad Palatium traheretur occidendus, prædivinaſſe dicentem, ſtultiſſimum fore, qui in ſuum ſubrogaretur locum, niſi appetitam crudeliter Præfecturam vendicaret. Ejus diſcipulos Lampr. in Alex. numerat Pomponium, Alfenum, Africanum, Florentinum, Marcianum, Calliſtratum, Hermogenem, Venulejum, Tryphonium, Medianum, Celſum, Proculum, Modeſtinum. Aſſeſſores autem ejuſdem Paulum, & Ulpianum. Eundem Spartianus ab Ant. Caracalla, qui fratrem interfecerat, quum ab illo factum hoc improbaretur, necari juſſiſſe ſcribit. Papin. inquit, ſecuri percuſſus eſt, & à militibus occiſus; quo facto Imperator percuſſori dixit: Gladio te exequi oportuit meum juſſum. Ejus hoc epitaphium in lib. Antiquorum Epigrammatum reperi, D. M. Æmilio Paulo Papiniano Præfect. Præt. Juriſc. qui vixit annis XXXVI. dieb. X. m. IX. Papin. Hoſtil. Eugeoia Gracilis turbato ordine in ſenio heu parentes fecerunt filio opt.

Aburnius Valens Juriſconſult. nominatur à Pomponio, & Javoleno Priſco in Juris Civilis diſciplina ſucceſſiſſe. Capitolinus autem in Antonino Pio Salvium Valentem inter eos Juriſconſultos numerat, quibus Antoninum Pium uſum tradit; ut hunc noſtrum Salvium Valentem Aburnium appellatum fuiſſe veriſimile ſit. Aburnius enim, non Aburnus in Florentinis libris ſcriptum reperio.

Anatolius Leontii filius, & Eudoxii nepos juriſperitorum Jus Civile Beryti docuit *l. 2. §. quæ omnia. C. de vet. jur. enucl.* & ob id in *proœmio Pandectarum* Anteceſſor vocatur. Prius Advocatus Præfecti Prætorio, poſteà fiſci, ac pedaneus judex fuit. §. *vetus*. igitur Auth. *de judicibus*. *Novel.* 82. Demùm Col. ac rerum privatarum Juſtiniani Comes, orto Conſtantinopoli terræmotu, parte marmoris ex muro abſtracta oppreſſus periit, ut auctor eſt Agathius ejus temporis hiſtoriographus *Hiſt. lib. 5.* Vulgos verò juſtè ipſum ea morte affectum dicebat, quod

multos ſpoliaſſet, quod tamen noo admitto. Hic cum aliis Pandectas conſarcinavit *d. l. 2. §. quæ omnia*.

ANTIOCHUS Præfectus Prætorio Theodoſii junioris *l. ult. Cod. Theod. de collat. donat.* in cunctis ſublimis ab eo vocatur. Porticus Conſtantinopoli exuſtas reſtituit Marcellino teſte in *Chronicis*. Demùm Præpoſitus ſacri cubiculi potentiſſimus fuit, dooec exauctoratus, & tonſus deceſſit, ut auctor eſt Zonaras *Annal. tom. 3.* in *Theodoſio juniore*.

ANTISTIUS Labeo Juriſc. ſoperioris filius, à Pomponio Trebatii diſcipulus fuiſſe traditur, Conſulatumque ab Auguſto delatum recuſaſſe: ſed plurimam ſtudiis operam dediſſe, totumque annum ita diviſiſſe, ut Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet, ſex menſibus ſecederet, & conſcribendis libris operam daret: itaque quadringenta volumina reliquiſſe, ex quibus plurima inter manus ſuo tempore verſabantur. Eundem præthereà ingenii qualitate, & fiducia doctrinæ, qui & cæteris operis ſapientiæ operam dederat, plurima innovare inſtituiſſe. Hunc Tacitus *lib.* 3. extremo juris civilis ſcientia Capitonem Atejum antecelluiſſe ſcribit, & incorrupta libertate, atque idcircò fama celebratiorem fuiſſe, Præturamque eum geſſiſſe tantùm: aditum enim ad Conſulatum injuria illi præcluſum fuiſſe. Lubet etiam Gellii ex *lib.* 13. *cap.* 12. de hoc ooſtro ſubſcribere. In quadam epiſtola Ateji Capitonis ſcriptum legimus, Labeonem Antiſtium, legum, atque morum popoli Rom. juriſque civilis doctum apprimè fuiſſe. Sed agitabat, inquit, hominem libertas quædam nimia, atque vecors, uſque eò, ut D. Auguſto jam Principe, & Remp. obtinente, ratum tamen, penſumque haberet, niſi quod juſtum, ſaoctumque eſſe in Rom. antiquitatibus legiſſet. Ac deinde narrat, quid idem Labeo per viatorem à Tribun. Plebis vocatus reſponderit, Cùm à muliere, inquit quadam Tribuni Plebis adverſum eum aditi, Gellianum ad eum miſiſſent, ut veniret, & mulieri reſponderet, juſſit eum, qui miſſus erat, redire, & Tribunis dicere, jus eos non habere, neque ſe, neqne alium quemquam vocandi: cùm moribus majorum Trib. Pleb. prehenſionem haberent, vocationem non haberent: poſſe igitur eos venire, & prehendi ſe jubere, ſed vocandi abſentem jus non habere. Meminit idem *lib.* 20. *cap.* 1. De eodem Svetonius in Auguſto his verbis, Antiſtius Labeo, Senatus lectione, cùm Triumvirum legeret Marcum Lepidom, hoſtem olim ejus, & tunc exultantem, ioterrogatus ab eo, an non eſſent alii digniores, ſuum quemque judicium habere reſpondit. Nec ideò libertas, aut cootumacia fraudi cuiquam fuit.

APOLLODOROS ſub Arcadio Proconſul Africæ *l. 4. C. de paganis. l. 2. C. Theodoſ. de ſuperexact.* domum Romæ vi occupavit, quam reſtituere coactus eſt teſte Panzirolo *cap. 70. de Claris legum interp.* Vir illuſtris vocatur, quoniam ex Conſiſtorio, & rerum privatarum Comes ſub Arcadio legitur, *l. pen. C. Theod. de jure fiſci*.

AP. CLAUDIUS, Decemvir Juriſconſultus, Anno CCCIII. quo leges duodecim Tabularom conſcriptæ, & conſtitutæ fuerunt. Ejus maximum in iis legibus conſcribendis conſiliom extitiſſe Pomponius tradit *l. 2. §. 18. de orig. jur.*

AP. CLAUDIOS CENTIMANUS CAECOS. Is ex eadem Claudiorum ſtirpe, & familia proceſſit, qua Appius Decemvir, centumque triginta circiter annis, poſt Decemvirum floruit, inſitaque familiæ pertinacia uſus, triennium, & ſex menſes, pluſquam Æmilia lege liceret, & ita quioquennio Cenſuram abſque etiam collega, geſſit, apud quem ideo Pub. Sempronius Tribunus Plebis in concione invectus, Hæc eſt Quirites, *inquit*, illius Appii progenies, qui Decemvir in annum creatus, altero anno ſe ipſe creavit, tertio, nec ab ſe, nec ab ullo creatus Faſces, & Imperium privatus obtinuit. Liv. *lib.* 9.

Hic Appius vir fuit apprimè diſertus. Cic. in *Bruto*, ſolers juris, atque eloquentiæ conſultus, ſummis præthereà honoribus in Romana Republica, fæliciterque defunctus; nam ultra Ceoſuram, Conſulatum, Præturam, & Interregnum, comitiorum gratia geſſit, ne Conſulatum cum Plebejis communicaretur, acerrimè reſtitit, Sabioos, Samnites, Hetruſcos bello domuit. *Cæcus vocatur*. Expleto Cenſuræ Magiſtratu, ſunt, qui dicant Appium Claudium, ut Senatus invidiam declinaret, cæcitatem ſimulaſſe. Alii quod Cenſor Potitiam gentem pretio quioquaginta milium gravis æris corrupiſſet, ut ad Herculis ſacra, ſervi reciperentur; memori Deorum ira, poſt aliquot annos à Numine cæcatum ferunt.

Hic Appius in Cenſura Viam *Appiam* ſtravit, ut notat Pomponius in *l. 2. §. fuit autem. ff. de orig. jur.* Cicer. *pro Cælio*. Scævola quoque meminit in *§. concubina. ff. de leg.* 3. Incipit autem *Appia via* à porta Capena, & Brunduſium uſque ſtrata fuit, ut docet Coraſ. in *l. 2. §. fuit autem. ff. de orig. jur.*

Memorabile qooqoe eſt honc primum actiones, ideſt formulas de uſurpationibus, ſcripſiſſe. Scribæ ſuo Cn. Flavio ſuaſit, ut faſtorum tabulam exſcriberet, eamque promulgaret. Plin *lib.* 33. *cap.* 1. Pomp. in *d. l. 2. §. fuit autem* 18.

Tertius fuit *Appius Claudius*, quem Centimalom aliqui, vel Ceotumalum alii vocarunt. Is ædes, quas in monte Cælio habebat, callidè vendidit: poſtquam ab Auguribus ſuerat ei denunciatum, ut cum officerent Auſpiciis, eaſdemolirentur Cic. *lib. 3. offic.* De hoc ſcribit Pompon. in *l. 2. §. fuit autem* 18. *ff. de orig. jur.* quod is literam R invenerit.

ARRIUS MENANDER Conſilio Severi Imperatoris adſcriptus, cum in cauſis, & circa Principis perſonam, ejuſque curis valdè occuparetur, à tutela, & cura privatorum excuſari meruit, ut Ulpian. reſpondit in *l. rerum.* 11. *§. ex facto. ff. de minor.* *Suſceptam*, inquit, *tutelam non alii deponunt, quam qui trans mare Reip. cauſa abſunt, vel hi, qui circa Principem ſunt occupati, ut in Conſiliarii Arrii Menandri perſona eſt indultum*. Vide *l. 30. ff. de excuſ. tut.* Reliquit Menander tantùm militarium libros quatuor.

ATEJUS Capito Juriſconſultus, quem Pomponius,

Digitized by Google

nius, & Tacitus Conſulem fuiſſe produnt: ut valdè mirer, Caſſiodorum, & Dionem ſcriptum habere Anno DCCLXIV. C. Fontejum cum Germanico Cæſare. Hunc Tacitus principem in Civitate locum ſtudiis civilibus aſſecutum tradit *lib.* 3. extremo, Principique, ac dominantibus obſequentiorem fuiſſe. Pomponius autem Ofilio præceptori operam dediſſe, inque iis, quæ ab eo acceperat, perſeveraſſe. In eundem M. Pomponii Grammatici memorabile dictum celebratur ab auctore libelli De Grammaticis illuſtribus. Nam cum Pomponium ex oratione reprehendiſſet, affirmante Atejo Capitone, & eſſe illud Latinum, & ſi non eſſet, futurum certè jam inde: Mentitur, inquit, Capito. Tu enim Cæſar Civitatem dare potes hominibus, verba non potes. Meminit Gellius *lib.* 13. *cap.* 12. *lib.* 4. *cap.* 14. *lib.* 10. *cap.* 20. Macrob. *lib. Satur.* 7. *cap.* 13.

Aufidius Tucca Juriſconſult. Servii Sulpitii auditor numeratur à Pomponio. Cicero T. Aufidii in Bruto meminit, qui vixit ad ſummam ſenectutem, eratque & bonus vir, & innocens, ſed dicebat parum. Fuit & T. Aufidius Aſiæ Prætor: in *Orat. pro Flacco.*

Aufidius Namusa Juriſc. Ser. Sulpitii auditor numeratur à Pomponio, traditurque condiſcipulorum ſuorum ſcripta in centum quadraginta libros digeſſiſſe.

A. Ofilius Juriſconſ. Ser. Sulpitii auditor numeratur à Pomponio, qui eundem in equeſtri ordine permanſiſſe tradit: Cæſarique familiariſſimum fuiſſe, & libros de jure civili plurimos, & qui omnem partem operis fundarent, reliquiſſe: primumque de legibus Viceſimæ conſcripſiſſe, item de juriſdictione, eundem edictum Prætoris diligenter compoſuiſſe. Hujus Ofilii uxor ea fuiſſe videtur Clodia, quam Plinius *lib.* 7. *cap* 48. centum, & quindecim annos vixiſſe, quindecies autem enixam eſſe tradit. Meminit Cic. *lib. Epiſt. fam.* 7. *&* 16. *ad Att.* 13.

Aurelios Arcadius Charisios Herennio Modeſtino (cum eum citat in *l. ult.* §. *mixta. ff. de mun. & honor.*) junior magiſter Libellorum Cari, & Carini fuit, *l.* 1. *ff. de offic. Præf. Præt.* Ad eum etiam aliquo magiſtratu fugientem ſcribunt *l.* 4. *C. de calumn.* Ad ipſum Syriæ Præſidem Diocletian., & Maxim. reſcriptum dirigere voluere, *l.* 9. *C. de quæſtionibus.* ubi advertas, pro *Chariſio* mendosè *Charum* invenies. Alia ad ipſum eorundem Principum reſcripta extant. *l. petens.* 27. *C. de pactis.* *l.* 1. *C. ne ruſt. ad ull. obſeq. lib.* 11. in quibus locis per errorem legitur *Chreſimo* pro *Chariſio*, & ſi nomen *Chreſimi* in antiquis marmoribus invenitur. De teſtibus, de officio Præfecti Prætorio, & muneribus civilibus ſingulares reliquit libros, quorum particulæ in pandectis ſparſæ leguntur, *l.* 1. *ff. de off. Præf. Præt. l. ult. ff. de mun. & hon. cum concord.*

A. Cascelios Juriſconſ. Quæſtoris fuit: nec ultrà, inquit Pomponius, proficere voluit, cùm illi etiam Auguſtus Conſulatum offerret. Quod autem apud eundem ſic legitur, Fuit Aulus Caſcelios Quinti Mutii Voluſii auditor, denique in illius honorem teſtamento Publium Mutium nepotem ejus reliquit hæredem: corruptum videtur. Primum enim Quinti Mutii in ſecundo caſu poſtulat, quod ſtatim de P. Mutio ejus nepote infert. At verò Voluſios non cognomen, ſed nomen familiæ fuit. Plinius autem Volcattium nominat hujuſce præceptorem *lib.* 8. *cap.* 40. Remedium igitur, aut ab antiquo libro, aut ab eruditiore aliquo expectemus: nunc illud, quod Macrobius refert *lib.* 2. *cap.* 16. adjiciemus. Caſcelius Juriſconſultus urbanitatis. Quod autem de Furio, & Caſcelio prædiatoribus Cicero *pro Balbo*, & Valerius Max. *lib.* 8. cap. 13. commemorant, quos Q. Scævolæ æquales faciunt, nihil ad hunc noſtrum pertinere conſtat. Hujus autem noſtri ſcripta præter unum librum Bene dictorum, Pomponius ſuo tempore non extitiſſe affirmat. Bene dicta autem facetas, & acutas reſponſiones, quales ſuperiùs protulimus, interpretamur.

B

Balbos Lucilius inter alios, & ipſe Ser. Sulpitium jus docuit: eum Cicer doctum, & eruditum appellat in *Bruto*, ſeu *de claris Orator.* ſed tardum. Nec ulla hujus ſcripta extant, niſi quæ à Ser. Sulpitio recitantur *l.* 2. §. *poſt hos. ff. de orig. jur.*

C

C. Juventios Juriſconſultus à Pomponio inter Ser. Sulpitii præceptores numeratur. Cicero autem in *Bruto* T. Juventium Juriſc. nominat: quem alium ab hoc fuiſſe ratio temporum declarat. Multis enim poſt hanc Servii juventutem annis numeratur. In eodem genere, inquit, cauſſarum multum erat T. Juventius, nimis ille quidem lentus in dicendo, & penè frigidus, ſed & callidus, & in capiendo adverſario verſutus, & præterea nec indoctus, & magna cum juris civilis intelligentia.

C. Atejos Pacovios Juriſc. Ser. Sulpitii auditor à Pomponio numeratur.

C. Trebatios Juriſconſultus, eques R. Ciceronis familiariſſimus, ad quem extant ſcripta ab eodem Topica, & epiſtolæ complures, omnes propè feſtivæ, & jucundæ. Hunc Pomponius Cornelii Maximi auditorem fuiſſe tradit, compluresque reliquiſſe libros, ſed qui parum frequententur. Ejuſdem autem tantam apud Auguſtum auctoritatem fuiſſe Juſtinianus ſub tit. De Codicillis tradit, ut ejus ſuaſu, atque conſilio Codicillorum uſum receperit. Extat etiam Horatii Satyra *lib. Sermonum* 11. ad Trebatium Juriſconſultum, quem, niſi Porphyrionis me moveret auctoritas, vix hunc eundem fuiſſe putarem: cùm etiam Acron eum Juriſperitum quendam nominet. Porphyrio verò ſcribit eum locum obtinuiſſe inter Poetas, & aliquot libros de jure civili compoſuiſſe, & de religione novem. Citantur autem de religione libri ejus à Macrobio *lib.* 3. *cap.* 4.

C. Cassius Longinus, Juriſconſ. Maſu-

rio Sabino ſucceſſiſſe traditur à Pomponio, natuſque ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Ser. Sulpitii: & ideò proavum ſuum Ser. Sulpitium appellaſſe: Conſulque fuiſſe cum Quartino temporibus Tiberii: ſed plurimùm in civitate auctoritatis habuiſſe, euſque donec eum Cæſar civitate pelleret: expulſus ab eo in Sardiniam, revocatus à Veſpaſiano diem ſuum obiit. Hęc Pomponius. Tacitus autem *lib.* 12. ſcribit hunc imperante Claudiu Syriæ præfuiſſe, eaque tempeſtate cęteris præcelluiſſe peritia legum: nam militares artes per otium ignotæ, induſtrioſque, ac ignavos pax in æquo tenet: attamen quantum ſine bello dabatur, revocare priſcum morem, exercere legiones, cura proviſum, agere perinde, ac ſi hoſtis ingrueret: ita dignum majoribus ſuis, & familia Caſſia ratus, per illas quoque gentea celebrata. Et *lib.* 14. orationem ejus commemorat, in Senatu habitam, cum quæreretur: an vetere ex more familiam omnem Pedanii Secundi Præfecti urbis, quæ ſub eodem tecto fuerat, cum ille à ſervo uno interfectus fuiſſet, ad ſupplicium agi oporteret; qua oratione majorum morem retinendum, imitandumque diſſeruit. At *lib.* 16. Neronem miſſa ad Senatum oratione removendum à Rep. Caſſium diſſeruiſſe, objeciſſeque Caſſio, quòd inter imaginem majorum etiam C. Caſſii effigiem coluiſſet, ita inſcriptam: Duci Partium: quod idem Suetonius in Nerone ſcriptum reliquit, adjicitque eundem Caſſium tunc luminibus orbatum fuiſſe; nec ita multo pòſt, idem Nero appoſuit, qui quaſi judices Lepidam Caſſii uxorem, Syllani amitam, inceſtum cum fratre, & filio, & diros ſacrorum ritus facere denunciarent: tumque Senatuſconſulto Caſſio exilia decernuntur, deportatuſque in inſulam Sardiniam.

Cassius Lonoinus Juriſc. alter à ſuperiore numeratur à Pomponio, qui ex equeſtri ordine ad Præturam pervenit

Caalius Saainus Juriſc. Caſſio Longino in juris diſciplina ſucceſſiſſe traditur à Pomponio, plurimùmque Veſpaſiani temporibus potuiſſe. Cornelius autem Tacitus *lib.* 17. ab Othone deſtinatum ei bimeſtrem Conſulatum cum Flavio Sabino ſcribit: à Calendis Maji ad Cal. Julias. Ejuſdem Gellius *lib.* 7. *cap.* 4. meminit, quem ait ſcriptum reliquiſſe pileatos ſervos venum ſolitos ire, quorum nomine venditor nihil præſtaret.

Callistratus ſub Divis fratribus, *l.* 37 in fin. *ff. ad municipal. l.* 10. *de decur.* & Severo ſcripſit, pluraque reliquit opera, quæ in Pandectarum fronte notantur.

Alius Calliſtratus Romæ Senator Conſtantinum Bizantium eſt ſecutus, ad quem fortè ſcripta eſt *l. indicia. C. de rei vind.*

Campanus citatur hic I. C. in *l.* 47. *ff. de oper. libert. & l.* 34. *ff. de fideic. lib. Briſſon. in voce Campanus.*

Cn. Flavius. Vide in lit. C.

Celsi duo Juriſc. pater, & filius, à Pomponio memorantur, Pegaſianamque ſectam ſecuti traduntur. Spartianus autem in Adriano de altero ſcribit his verbis, Cùm judicaret, in conſilio habuit non amicos ſuos, aut comites ſolùm, ſed Iuriſconſultos, ac præcipuè Julium Celſum, Sabinum, Julianum, &c. Filium autem bis Conſulem fuiſſe Pomponius teſtatur. Ejus autem reſponſum extat in *l. pater.* 29. *ff. de legat.* 1. in quo patrem ſuum in conſilio Divi Veri Conſulis, qui de fideicommiſſo jus dicebat, fuiſſe teſtatur. Hunc Juventium Celſum fuiſſe *lex proxima*, hoc eſt *lex quidam in teſtamento.* 30. *ff. de legat.* 2. declarat.

Ceraiosus Seaevola Juliani diſcipulus fuit, quo M. Antonius Philoſophus uſus eſt, hujuſque præcepta Severum Imperatorem, & Papinianum habuiſſe fertur, cui etiam in advocatione fiſci ſucceſſiſſe Papinianus ipſe dicitur. Alex. ab Alexand. *lib.* 6. *Genial. dier.* 1. *cap.* 19. *Digeſtorum. lib.* 40. *queſtion.* 20. *Reſponſor.* 6. Hujus conſuetam formulam reſpondendi reperio *ſecundum ea, quæ proponerentur. l. uxori meæ.* 38. *ff. de uſu, & uſufruct. leg.* Paulus *noſtrum Scævolam* appellat in *l. ſi is, qui. §. quod dicitur. ff. de jur. dot.* quia ejus diſcipulus cum aliis fuerat.

Cinna: ICTUS ex Ser. Sulpitii auditoribus unus, ejus fit mentio in *l.* 6. *de rit. nupt. l.* 2. *§. his enim. ff. de orig. jur. l.* 4. *ff. de cond. & demonſtr.*

Claodius Saturninus ſub Antonino Pio vixit. *l.* 4. *ff. de legat. l.* 1 *§.* 2. *ff. quæ res pign. oblig. non poſſ.* & Romæ Præturam geſſit *l. ſi remunerandi. §. Marius. ff. Mand.* vir ſingularis quandoque opinionis, *l.* 1. *ff. de Senator.* Quare interpretes noſtri eos, qui ſoli ſunt in aliqua ſententia, *Saturninos* vocant Bald. in *l.* 1. *num.* 3. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Jaſon in *l. ſi filiusfamil. num.* 7. *ff. ſi certum petat.*

Librum de coronis elegantem ſcripſit Tertull. *lib. de corona militis.*

Clauoios Tryphoninus ex Salvi Juliani auditoribus fuit. Sub Antonino Caracalla Syriæ præfuit, ut ejus reſcriptum indicat in *l.* 1. *C. de judæis.* Diſputationum libros 21. edidit, & notas in Cerbidium Scævolam *l. qui negotiationem. ff. de adm. tut. l. Titia. ff. de manum. teſt. l. cum tibi. ff. de fideic. lib.* Quare illo poſterior colligitur; una enim Papiniano, & Paulo coram Severo cauſas cognoſcebat. *l. ult. de jur. fiſci.*

Coceejus Nerva Juriſc. Antiſtio Labeoni ſucceſſiſſe traditur à Pomponio, Cæſarique Tiberio familiariſſimus fuiſſe: quod idem Tacitus *lib.* 5. confirmat. Cùm enim *lib.* 4. ſcripſiſſet, Coccejum Nervam, Senatorem Conſulatu functum, cui legum peritia, à Tiberio in Campaniam proficiſcente deductum eſſe, tum *lib.* 5. Nerva, inquit, continuus principis, omnis divini, humanique juris ſciens, integro ſtatu, corpore illæſo, moriendi conſilium cepit. Quod ut Tiberio cognitum, adſidere, cauſas requirere, addere preces, fateri poſtremò grave conſcientiæ, grave famæ ſuæ, ſi proximus amicorum nullis moriendi rationibus vitam fugeret: adverſatus ſermonem Nerva, abſtinentiam cibi conjunxit: ferebant gnari cogitationum ejus, quanto propius mala Reipublicæ viſeret, ira, & metu, dum integer, dum intentatus, honeſtum finem voluiſſe.

Coccajos Narva Juriſc. ſuperioris filius,

tra-

traditur ab Ulpiano, Anno ætatis XVII. aut paulò grandior publicè de jure reſponſitaſſe. *l.* 1. *ff. de poſtul.*

Cn. Flavius Cn. F. ſcriba, Juriſconſ. Sulpitio, Sempronio Coſſ. Anno ab V. condita CDXLIX. Is patre libertino, humili fortuna ortus, cęterum callidus vir, & facundus, Ædilis curulis fuit: civile jus repoſitum in penetralibus Pontificum evulgavit, faſtoſque circa forum in albo propoſuit: ut quando lege agi poſſet, ſciretur. Ob id munus Ædilis curulis, & Tribunus plebis creatus eſt. Livius *lib.* 9. extremo, Cicero *pro Murena*, Gellius *lib.* 6. *cap.* 9. Plin. *lib.* 33. *cap.* 3. Tribon. *l.* 2. §. 3. *de orig. jur.*

Cornelius Maximus, Trebatium erudiit, hujus reſponſa Servius Sulpitius citat, ut auctor eſt Alfenus in *l.* 16. *ff. de fundo inſt.*

Cratinus unus ex conſarcinatoribus Pandectarum vir illuſtris Comes ſacrarum largitionum Conſtantinopoli, jura docuit *l.* 2. §. *quæ omnia*. *C. de jur. vet. enucl.* hunc optimum antecesſorem Juſtin. appellat *d. l.* 2.

D

Domitius Ulpianus Juriſconſul. Phœnice Syriæ urbe natus, quemadmodum ipſe in *l.* 1. *ff. de cenſib.* teſtatur, conſiliarius Alexandri Severi, & magiſter ſcrinii, Papinianique Pręfecti Prætorio aſſeſſor cum Paulo fuiſſe traditur à Lampridio, magnoque in honore apud ſuum Imperatorem, & primam doctiſſimorum juriſperitorum, & Principi fidelium fuiſſe: neque unquam Alexandrum ſolum niſi Ulpianum pręfactum ſuum vidiſſe, ex aſſeſſore ſemper ſuo, cauſſa juſtitiæ ſingularis: cùm autem alterum adhibuit, & Ulpianum rogari juſſiſſe. Et aliquanto pòſt, Ulpianum, inquit, Alexander pro tutore habuit, primum repugnante matre, deinde gratias agente, quem ſæpè à militum ira objectu purpuræ ſummè defendit: atque ideò ſummus Imperator fuit, quòd ejus conſiliis præcipuè Remp. rexit. Itaque idem Imperator in *l.* 4. *C. locato*. præfectum Prętorio, & parentem ſuum appellat: & in *l.* 4. *C. de contrah. ſtipul.* reſcriptum ſuum ſic exorditur, Secundum reſponſum Domitii Ulpiani pręfecti annonæ, Juriſconſulti, amici mei, ea, quæ ſtipulata eſt, &c. Xiphilinus è Dione ſcribit, ei ab Alexandro Imperatore præfecturam Prætorianorum datam, cęteraque, quæ ad Imperii adminiſtrationem pertinent, ei permiſiſſe. Cùm autem Ulpianus multa, quę non rectè à Sardanapalo facta erant, emendaſſet, ipſum non multo poſt à Prætorianis, qui de nocte eum invaſerunt, interfectum eſſe: quanquam in Palatium ad Imperatorem, ejuſque matrem confugiſſet. Hunc eundem Modeſtinus in *lib. de excuſationib.* præſtantiſſimum, & cum Paulo, ac Scævola Juriſconſultorum coryphæum, ac principem appellat: Diocletianus autem in *l. Divo Marco*. *C. De quæſt.* prudentiſſimum: Juſtinianus in *l. ult. C. de inſt. & ſubſt.* diſertiſſimum: in *l. un.* §. *ne autem*. *C. de cad. toll.* ſummi ingenii virum.

Dorotheus vir illuſtris Quæſtor Sacri Palatii in ſplendididiſſima Berytienſium civitate jura diſcipulis tradidit *l.* 2. §. *quæ omnia*. *C. de jur. vet. enucl.*

E

Epigenius Comes fuit, & Magiſter memoriæ; de hoc alia non reperio.

Eudoxius avus Anatolii compilatoris Pandectarum, & pater Leontii juriſperitorum, & ipſe I. C. ſub Theodoſio Minore circa annum ſalutis 429. Præfectus Prætorio fuit, *l.* 1. *C. nemin. lic. ſign. ſalu. l. ult. C. de cupreſſ. ex luco Daph. lib.* 11.

Eugenius Hermogenianus Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus Præfectus Prætorio fuit, & in Senatu de perſecutione in Chriſtianos decernenda retulit, cum in circo declamatum eſſet, ut tollerentur, & decretum obtinuit, ut ex actis D. Sabini Epiſcopi Spoletini à Baronio recitatis *ann. Dom.* 301. *annal.* Hunc auctorem Codicis Hermogeniani ferunt, in quo leges à Claudio uſque ad Diocletianum latas collegit, ideſt uſque ad tempus, quo ipſe vixit.

F

Fabii Sabini Juriſconſ. pater, & filius memorantur. Filius à Lampridio Cato ſui temporis appellatur, & inter Alexandri Severi conſiliarios cum Ulpiano, Paulo, aliiſque compluribus numeratur.

Fenestella, L. Feneſtella hiſtoriarum, & carminum, & doctus, & diligens ſcriptor. T. Livio excellenti quoque hiſtoriographo coætaneus fuit, ac Ovidio Naſoni Poetæ celeberrimo: Magiſtratuum hiſtoriam, inter cætera elegantiſſimè conſcripſit, cujus hac in parte noſtrates Juriſconſulti, maximè nituntur auctoritate, ut colligo ex *l. un. in fine principii. ff. de off. quæſt.* Nec intelligas de illo Feneſtella, cujus hodiè libellus ſuppoſito Feneſtellæ nomine circumfertur, ſed de eo Clariſſimo Viro Hiſtorico, qui noviſſimo Tiberii Cæſaris principatu diem ſuum obiit, jam ſeptuagenarius, & Cumis ſepultus eſt, anno, ſi Euſebio credimus, poſt Chriſtum natum XXI. cum duobus anteà annis, T. Livius Patavii, & Ovidius poeta in exilio, juxtà oppidum Tomos in fata conceſſiſſent.

Flavius Priscus Juriſc. Ser. Sulpitii auditor numeratur à Pomponio.

Florentius Alexandro imperante claruit, ad quem in quodam magiſtratu conſtitutum reſponſa ſua direxit, *l. parentibus*. *C. de inoff. teſt.* in cujus etiam conſilio fuit Lampridio teſte in *Alexandro Severo*. *Inſtitution. lib.* 12. edidit, quorum in Pandectis radiant particulæ *l.* 4. *ff. de ſtat. hom.* Inde etiam ſuarum Inſtitutionum partem Juſtinianus extraxit, ut Panzirolus advertit *c.* 63.

G

Gallus Aquilius Auditor Q. Mutii Pontificis Maximi, ex Aquilia gente patritia ortus. Domum habuit in Colle Viminali in ſexta Urbis Regione Plinio teſte *lib.* 17. *cap.* 1. Floruit tem-

tempore Ciceronis, cui ſuit admodum familiaris, ipſumque orantem judex audivit, ut Alciatus tradit in *l. Gallus. ff. de lib. & poſth. n. 5.*

Tribunitiam poteſtatem exercuit eo anno, quo Cn. Pompejus Magnus cum M. Licinio Craſſo Conſulatum geſſit; in eo magiſtratu legem tulit de damno dato, quæ lex Aquilia vocata fuit, de qua in *tit. ff. & Cod. ad leg. Aquil. & Inſt. eod.* Alienos poſthumos ſuos futuros hæredes inſtitui poſſe induxit *d. l. Gallus.* de dolo actionem Lic. *lib. 3. offic.* & Aquilianam ſtipulationem invenit *l. & uno. §. ejus rei. ff. de acceptilat. §. 1. Inſt. quib. mod. toll. oblig.* Judex decidendis privatorum cauſis à Prætoribus ſæpè dabatur Valer. *lib. 8. cap. 2.* & inſignem habuit in jure civili auctoritatem, ut teſtatur Cic. *d. lib. 3. offic.* & colligitur ex *l. ſi quis ita. 74. ff. de hæred. inſt.* ubi refert Licinius Rufuinus, inſtitutum in ro certa haberi pro univerſaliter inſtituto ex auctoritate Galli Aquilii.

Gregorius ſub Conſtantino anno ſalutis 337. *l. 3. C. Theodoſ. de anno, & mil. l. 1. C. de nat. lib.* ejus Juſtinian. meminit *§. ult.* Auth. *quibus mod. nat. effic. ſui. nov.* 89. ſed hunc non conſtat juris fuiſſe profeſſum. Ad Gregorium eſt Diocletiani reſcriptum in *l. 1. C. ſi contra jus, vel util. pub.*

Alius fuit *Gregorius* ſub Valente, & Gratiano V. C. Præfectus annonæ, *l. 15. C. Theod. de piſtoribus.* Idem Africæ Proconſul; is Codic. Gregoriani compilator fuiſſe creditur, in quo Principum Romanorum jura ab Hadriano uſque ad Valentianum collegit, quod alter longè anterior *Gregorius* facere non potuit; unde hunc inter Juris Conſultos, & fortè Juris profeſſores referendum putat Panzirolus *cap. 66.*

Tertium Codicem Theodoſianum Junior Theodoſius compooi juſſit, eique leges à Conſtantino uſque ad ſua tempora à Principibus Romanis condita inſeri voluit. Ejus operis Auctores fuere Antiochus, Maximinus, Martyrius, Sperantius, Apollodorus, Theodorus, Epigenius, & Procopius V. illuſtres, ut Theodoſius memorat in *nov. de Codicis Theodoſiani auctoritate.*

Cn. Flavius. Vide in lit. C.

H

Herennius Modestinus, Ulpiani fuiſſe diſcipulus videtur. Hic enim ſic ſcribit in *l. ſi quis. 52. ff. de furt. Si quis aſinum.* Gordiano Imperatore ſlornit, ut conſtat ex *l. 5. C. ad exhibend.* ubi Imperator eum non contemnendæ auctoritatis Juriſconſultum vocat. In Alexandri conſilio fuit, vixitque uſque ad Gordianum, ideſt annum 240. ut ipſius reſponſum ad Sabinum militem comprobat in *l. 5. ad exhib.* Multa in jure ſcripſit, inter alia duos libros *de excuſat. tutor.* Græca Lingua.

Harmodorus Ephesius Juriſconſultus legum, quæ à legatis Romanis ex Græciæ civitatibus allatæ ſunt, quum in Italia tum fortè exularet, interpres fuit, ob eamque cauſſam ſtatua ei in Comitio dicata eſt. Plin. *lib. 34. cap. 5.* Pompon. *l. 2. §. 1. ff. de orig. jur.* ubi tamen Auctorem ſcribit, pro Auditorem, ſocium, interpretem. Strabo *lib. 14.* de Epheſiis commemorans, *Ἄνδρες δ' ἀξιολόγοι γεγόνασιν ἐν αὐτῇ. τῶν μὲν παλαιῶν Ἡράκλειτός τε ὁ σκοτεινὸς καλούμενος, καὶ Ἑρμόδωρος. περὶ δ' αὐτοῦ οὗτος φησὶν, ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι, οἵτινες Ἑρμόδωρον ἄνδρα ἑωυτῶν ὀνήιστον ἐξέβαλον, φάντες, ἡμέων μηδεὶς ὀνήιστος ἔστω· εἰ δὲ μὴ, ἄλλῃ τε καὶ μετ' ἄλλων. δοκεῖ δ' οὗτος ὁ ἀνὴρ νόμους τινὰς Ῥωμαίοις συγγράψαι.* Ideſt, in ea viri fuere memorabiles: è veteribus quidem Heraclitus cognomento Obſcuro, & Hermodorus, de quo ille ipſe loquens, Digni ſunt, inquit, omnes ad unum Epheſii, quibus laqueo gula frangatur, qui Hermodorum inter ipſos utilem exilio mulctarunt; dicentes: Nemo ooſtrum utilis eſto: alioqui, alio in loco, & apud alios ſit. Fertur etiam is leges quaſdam Romanis conſcripſiſſe.

I

Iabolenus. Vide in voce *Priſcus.*

Isidorus Juſtiniano imperante, jus docebat ſive Beryti, ſive Conſtantinopoli. Nam in inſcriptione proœmii Pandectarum cum aliis quibuſdam ſolùm antecceſſor appellatur.

Jubentius Celsus Pater. De hoc fit meotio in *l. diſcretis.* 10. verſic. *ſi enim. C. qui teſtfac. poſſ.* Legimus apud Dion. *in Domitiano* hunc ob improbos Domitiani mores adversùs eum conjuraſſe, & pœnam forte hac evaſiſſe. Nam cum ab illis, qui eum capturi erant, impetraſſet, ut ſibi liceret cum Domitiano ſecretò alloqui, ac deinde illi adularetur dicendo, *nihil tale commiſi, ſed ſi differre tibi placuerit, omnia curioſè inveſtigabo: deinde multos ad te deferes, multoſque conjuratos indicabo.* Ita ob hanc cauſam dimiſſus neminem poſteà indicavit; ſed allatis aliis, atque aliis cauſis, rem in id tempus diſtulit, quo Domitianus obiit. Trajanus inde eum præ cæteris coluit, cui etiam ſtatuam erexit. Prætoremque creavit, ut ex Plin. liquet *lib. 6. epiſt. 5.* & Dioo. *in Trajano*, à quo in Senatu Licinium nepotem vehementer increpitum fuiſſe ſcribit, qui reis ambitus, & repetundarum accuſatis concedi volebat, ut teſtes Romam evocaro poſſent, quemadmodum accuſatores faciebant, & ad jurgia devenerunt. De Celſo Prætore ita Juvenalis *Satyr. 2.*

Nec dubitant Celſi Prætoris vendere ludos.

Idem *Satyr. 6.*

Celſo dictare parata.

Romæ in conſilio Ducennii Veri Conſulis fuit *l. pater meus. 29. ff. de leg. 2.* Erat autem conſilium Romæ conſeſſus quinque Senatorum, & totidem Equitum, quibus Conſul, aut Prætor præerat, in quo cauſæ minorum pro ſervis manumittendis dignoſcebantur, ut docet Theoph. in *§. eadem Inſt. quib. ex cauſ. man. non lic.* Hadriano ad Imperium provecto ſtatim Celſus occiſus fuit, tanquam illi in venatione inſidias paraſſet. Hadrianus tamen in Senatu juravit eum ſuo injuſſu interfectum Dion. teſte *in Hadriano.* & hæc de *Jubentio Celſo Patre*, quem plerique ex noſtris non *Jubentium*, ſed *L. Publium Celſum*, qui fuit Conſul ſub Trajano, appellant, quibus aſſentitur Panzirol. *cap. 33.*

Jubentius Celsus Filius patri ſucceſſit, Adoleſcens cognominatus *l. ſi ſervum. §. ſequitur*

tur. ff. de verb. oblig. fortè qnod in ea ætate de jure reſponderit, Legum peritiſſimus fuit, magnoque in pretio apud Trajanum; & Hadrianum. Nam & ſub utroque Conſulatum adeptus eſt *l. 2.* in fine. *ff. de orig. jur.* Primum quidem ſub Trajano collegam Criſpinum habens anno conditæ Urbis DCCCLXV. & Chriſti nati CXV. deinde ſub Ælio Hadriano, qui Trajano ſucceſſit; Conſul dictus eſt cum Neratio Marcello *l. ult. C. de ſervi Reſp. manum.* ſexdecim poſt primum Conſulatum annis, & ita ab Urbe condita DCCCLXXXI. à Chriſto Jeſu verò nato, CXXX. Fuit autem hic Celſus religioſus, æquitatis, veritatiſque cultor, ſectator, & amator: adeout patrem neſcio quid alienum ab æquitate naturæ ſcientem reprehendere non erubuerit *l. 13. §. ſi quis quaſi. ff. de condict. cauſ. data.* Quinimò Senatum ipſum con.ra bonum, & æquum (ut illi videbatur) non nihil ſancientem multis, & vehementer nonnnnquam increpuiſſe Plinius auctor eſt *lib. 3. epiſtol.* Ab quo prætereà cum Domitius Labeo percunctaretur, an jure teſtis in teſtamento adhiberetur, qui teſtamenti tabulas ſcripſiſſet, graviter, & magna animi libertate in hæc verba objnrgatns eſt, *Aut non intelligo, quid ſit id, de quo me conſulis, aut valdè ſtulta conſultatio tua eſt, l. Domitius. 27. ff. de teſtamentis.*

Julianus. Vide in voce *Salvius Julianus.*

Julius Africanos hiſtoricus quoque fuit ſui ſæculi celeberrimus, multaque & ernditè, & eleganter conſcripſit, ut tradit Coraſius ad *l. 1. de offic. Quæſtoris, num. 2.*

Jolius Paulus Patavinus, & Papiniani auditor fuit, primò Romæ Advocati officio apud Prætorem, & alios functus, quandoque ſe ſuccubuiſſe fatetur in *l. quæſitum. §. cum vir. ff. de leg. 3.* mox Præfecti Prætorio Aſſeſſor *l. lecta. 40. ff. de rebus creditis. Si cert. pet.* deinde ſcrinii memoriæ Magiſter, Spartian. in *Peſcennio Nigro*, demùm Alexandri Præfectus Prætorio fuit. Priùs verò cum in Severi Conſilio unà cum Claudio Tryphonino, & Papiniano ſuper cauſis à Principe decidendis diſputaſſet *l. Æmilius. ff. de minor. l. ult. ff. de jur. fiſci.* quæ recepta erant, Decreta in unum tribus libris diſtincta collegit. Sunt autem Decreta, ut idem Paulus interpretatur, Imperatoris ſententiæ in cognitionibus prolatæ *l. ult. ff. ad S. C. Treb. l. fin. ff. de her. inſt. l. 240. ff. de V. S. l. ult. ff. de cond. & dem. l. ult. de jur. patr. l. Ælian. ff. de manum.* Plurima, quot nullus alius I. C. reliquit opera, fermè ad LXX. volumina, ex quibus ſolùm libri quinque Sententiarum extant; quos ad filium ſcripſiſſe notiſſimum eſt.

Junius Gracchanus. De hoc I. C. mentio fit ab Ulp. in *l. un.* in princ. & in §. 1. *ff. de off. Quæſt.* & habetur apud Varron. *lib. 5. de ling.* Ubi colligitur, libros aliquos de poteſtatibus ſcripſiſſe; vult autem Coraſius ad *d. l. un. n. 2.* de temporibus, non de poteſtatibus ſcripſiſſe, ubi etiam advertit non eſſe legendum *Gracchanum*, ſed *Julium Africanum*, de quo ſupra; quamvis ex Libello illo, qui ſub Feneſtellæ nomine circnmfertur, *Gratianum* legendum eſſe, demonſtretnr.

Junius Mauricianus Antonino Pio imperante vixit, ut ipſe teſtatur *lib. 2. ad leg. Juliam, & Papiam* in *l. ſi Auguſta. 57. ff. de leg. 2.* ſed an ſcholam rexerit, non conſtat. Sex libros reliquit. Ex ejus libro 2. de pœnis aliquid in jure recitatur in *l. 3. ff. de edendo.* Quardoque ab Ulpiano ad reprehendendum Salvium Julianum allegatnr, *l. juriſgentium. 7. §. 1. ff. de pact. l. 25. ff. de uſuf.*

L

Leontius. Leontii plures fuere; unus Annicius dictus: Præfectus Prætorio, & Urbi, Quæſtura, ac Conſulatu ſub Conſtantio functus. Alter Urbi Conſtantinopolis biennio, Theodoſio, & Valentiniano III. imperantibus, Præfectus, *l. 1. C. Theod. de profeſſ. qui in Urbe Conſt. l. 2. C. de frum. Urb. Conſtant. lib. 11. l. damnato. C. de heret.* legum peritus jus Civile Conſtantinopoli docuit, & Comes primi Ordinis fieri meruit anno ſalutis CDXXVII. *l. 1. C. Theod. de profeſſ. qui in Urbe Conſt.* Uxorem Jucundam nomine habuit, ex qua cum prolem ſuſcipere non poſſet, jus liberorum à Theodoſio, & Valentiniano Minoribus impetravit, & ut ipſi conjuges, qui in eadem charta ſe invicem hæredes fecerant, ſibi ſuccederent *l. 1. C. Theod. de teſtam.*

Tertius filius Eudoxii fuit, & Anatolii pater, qui Pandectas conſarcinavit *d. l. 2. §. quæ omnia*, idem etiam Præfectus Prætorio Illyricum rexit *l. 32. C. Theod. de erog. milit. anno*, & Comitiva primi ordinis dignitate à Theodoſio Minore eſt honeſtatus, *l. 1. C. Theod. de profeſſ. qui in Urbe Conſtant.* Conſulatu quoque functus, à Juſtin. Præfectorius, & Conſularis vocatus, *d. l. 2. §. quæ omnia.* De hoc Sidonius *ad Conſentinum clariſſimum Civem Narbonenſem Carm. 23.*

Sive ad doctiloqui leonis ædes,
Quo bis ſex tabulas docente juris,
Vitro Claudius Appius taceret
Claro obſcurior in decemviratu.

Licinius Rufinus Antonino Caracalla. *l. 3. C. de fideic.* Alexandro *l. 1. C. etiam per proc. cauſ. in integr. reſt.* Gordiano *l. 8. C. de tranſact.* & Decio *l. 3. C. de acqu. poſſ.* Imperantibus claruit, ad quem Magiſtratu aliquo fugentem hi Principes ſcribunt. Regularum libros 12. ſcripſit, quorum particule in Pandectis conſpiciuntur *l. 155. ff. de verb. ſignif. l. pen. ff. de reg. jur.* Julium Paulum, cujus fortè auditor fuit, quandoque conſuluit.

Licinius Crassus. Vide in voce *P. Licinius.*

L. Volustos Q. M. Scævolæ præceptor, & ipſe viva voce jus civile explicavit *l. 2. §. fuit eodem tempore. ff. de orig. jur.* Nullum Magiſtratum præter Quæſturam geſſit, nam Conſulatum ab Auguſto oblatum libenti animo recuſavit. *d. §. fuit eodem tempore.* Hunc ad eam vitæ longinquitatem Plinius perveniſſe ſcribit, ut omnibus amicis ſuis ſupervixerit *lib. 7. cap. 48.* quippè floruit ſub Nerone tanta virtute, ut ei tres, & nonaginta anni, ſpatium vivendi, præcipuæque opes bonis artibus inoffenſa Neronis, aliorumque Tyrannorum, inquit Tacitus, malitia fuerit *lib. 13. annal.* Is fortè eſt L. Voluſius Saturninus, qui fideicommiſſornm *lib. 16. Public. 14.* moriens P. Mutium Q. Mutii ſui auditoris Nepotem hæredem reliquit,

quit, ut Pompon. refert in *d. l.* 2. §. *fuit eodem tempore*, oſtendens haud vulgarem eſſe amorem illum, quem inter præceptorem, & diſcipulum literæ conciliant.

Nec ignoro, hunc à Plinio mendosè Volcatium nominari, quem à cane defenſum ſcribit, ne à graſſatore occideretur *lib.* 8. *cap.* 40. *Apud nos*, inquit, *Volcatium Nobilem, qui Caſtellium jus civile docuit. Aſturione è ſuburbano redeuntem, cum adveſperaviſſet, canis à graſſatore defendit*. Ex quibus verbis colligas non tantùm Q. Mutium, ſed A. Caſcellium Voluſii auditorem fuiſſe.

Alius quidem fuit *Voluſius Metianus*, quem M. Antoninus Philoſophus cum fratre Antonino Vero amicum ſuum, & juris civilis præter veterem, & benè fundatam peritiam, anxiè diligentem appellant in *l. divi fratres. ff. de jur. patr.* Hadriani, & Antonini ſæculo floruit, ut tradit Coraſ. ad *l.* 2. *§. fuit eodem tempore. ff. de orig. jur.* Hujus plura in Pandectis jura extant in *l. c.* 13. 15. *ff. de leg.* 3. *l. pen. & ult. l. is, cui plus, quàm per legem Falcidiam, &c. l.* 30. *&* 32. *ad leg. Falcid.*

L. LUCILIUS BALBUS Juriſc. L. Mutii auditor à Pomponio nominatur: à Cicerone autem in *Bruto* Ser. Sulpitii cum C. Aquilio in jure præceptor; ubi hunc doctum, & eruditum hominem appellat, & tum in agendo, tum in reſpondendo conſiderata tarditate præditum. Meminit idem *lib. ad Attic.* 8. Sed, qui in libris de Natura Deorum diſputat, Q. Balbus, eſt hujuſce, ut videtur, frater.

L. CAELIUS ANTIPATER Juriſc. ſcriptor, ut ait in *Bruto* Cicero, ut temporibus illis luculentus, fuit juris valdè peritus, multorum etiam, ut L. Craſſi, Magiſter. Pomponius eum ſcribit majorem eloquentiæ, quàm ſcientiæ juris operam dediſſe: nam ad hiſtoriam ſcribendam animum appulit, cui majorem, quàm ſuperiores, ſonum vocis addidit: ut ait Cicero *lib. de Orat.* 2. *& de Legibus* 1.

M

M. PORCIUS CATO Juriſc. Conſul fuit cum L. Valerio, Ann. DLV. Juris civilis peritiſſimus fuit, ut Cicero ait *lib. de Orat.* 1. libros etiam de jure reliquit, ut ſcribit Pompon. *d. l.* 2. Ejus res geſtas Plutarchus in Vitis exponit, & Livius *lib.* 33. & 34. ſed maximè *lib.* 39. ex quo elogium hoc Catonis noſtri quin deſcribam, facere non poſſum. In hoc viro tanta vis animi, ingeniique fuit, ut quocunque loco natus eſſet, fortunam ſibi ipſe facturus fuiſſe videretur; nulla ars, neque privatæ, neque publicæ rei gerendæ ei defuit. Urbanas, ruſticaſque res pariter callebat. Ad ſummos honores alios ſcientia juris, alios eloquentia, alios gloria militaris provexit, huic verſatile ingenium ſic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres, quodcunque ageret: in bello manu fortiſſimus, multiſque inſignibus clarus pugnis: idem poſteàquam ad magnos honores pervenit, ſummus Imperator: idem in pace, ſi jus conſuleres, peritiſſimus: ſi cauſſa oranda eſſet, eloquentiſſimus. Nec is tantum, cujus lingua vivo eo viguerit, ejus monumentum eloquentiæ nullum extet; vivit imò, vigetque eloquentia ejus, ſacrata ſcriptis omnis generis. Orationes, & pro ſe multæ, & pro aliis, & in alios: nam non ſolùm accuſando, ſed etiam cauſſam dicendo fatigavit inimicos: ſimultates nimio plures, & exercuerunt eum, & ipſe exercuit: nec facilè dixeris, utrum magis preſſerit eum Nobilitas, an ille agitaverit Nobilitatem. Aſperi proculdubio animi, & linguæ acerbæ, & immodicè liberæ fuit: ſed invicti cupiditatibus animi, & rigidæ innocentię, contemptor gratiæ, divitiarum: in parſimonia, in patientia laboris, periculique, ferrei propè corporis, animique, quem ne ſenectus quidem, quę ſolvit omnia, fregerit: qui ſextum, & octogeſimum annum agens, cauſſam dixerit, ipſe pro ſe oraverit, ſcripſeritque octogeſimo anno, Ser. Galbam adduxerit in judicium.

M. PORCIUS CATO Juriſc. Marci ſuperioris filius. Is Prætor deſignatus patre vivo mortuus eſt. Plurimos in jure civili libros reliquit. Gellius *lib.* 13. *cap.* 18. Pomponius *de orig. jur.* Cic. *de Orat.* 2. Hujus ea creditur fuiſſe regula, quæ Catoniana in noſtris libris appellatur *lib. Digeſt.* 34. ut legatum, quod non valeret, ſi teſtamenti facti tempore teſtator deceſſiſſet, quandocunque is decedat, non valeat. Celebratur etiam ejus de dividuis ſtipulationibus diſputatio, in *l.* 4. *ff. verb. obl.* Citatur & à Juſtin. *lib.* 1. *Inſt. tit. de adopt.* Paulo *l.* 44. *ſolut. matr.* Ulp. *l.* 10. *de ædil. edict.* Celſo *l.* 18. *de verb. ſign.*

M. JUNIUS BRUTUS Juriſc. vir Prætorius fuit, ſeptemque, ut ait Pomponius, reliquit libros. Cæſar tamen apud Cic. *lib. de Orat.* 2. audiſſe ſe ait ex Scævola, quum diceret, tres duntaxat veros Bruti libros fuiſſe. In eodem libro Bruti in jure deſcribendo ratio improbatur, quòd hypotheſes, non theſes exponeret. Ejus meminit Cicero in *Cluentiana*, *lib. Epiſt. fam.* 7. Gellius *lib.* 18. *cap.* 7.

M. MANILIUS Juriſc. Conſul fuit cum L. Marcio Cenſorino, Anno DCI. Tres in jure reliquit libros. Extabant etiam Pomponii ætate volumina inſcripta Manilii monumenta. Hunc Craſſus *lib. de Orat.* 3. ſcribit ſe vidiſſe tranſverſo ambulantem foro: quod erat inſigne, eum, qui id faceret, facere civibus omnibus conſilii ſui copiam. Conſulatus etiam in *Bruto* meminit. Gellius etiam doctrinæ *lib.* 18. *cap.* 7. Cicero ejus librorum de mancipiis vendendis, *de Orat.* 1. Varro *de Re ruſt.* perſæpe.

M. MINUCIUS NATALIS, ad quem Trajanus ſcribit in *l. Divus. ff. de feriis*, Proconſul Africæ, & Myſiæ inferioris Præſes fuit, ut ex Græco marmore apud Smetium conſtat. Ejus commentaria Salvius Julianus quandoque refert, ad eum enim libros ſex ſcripſit. Fuit idololatra, nam Æſculapio, ut Deo, aram conſecraſſe, & Augurem fuiſſe Panzirol. refert *cap.* 31.

MARTIANUS Juriſc. Lampridius inter Alexandri Imp. Conſiliarios numerat, & Ulpiani, Pauli, Pomponiique, aliorumque complurium æqualem facit.

MASURIUS SABINUS Juriſc. Atejo Capitoni ſuc-

Digitized by Google

ſucceſſiſſe traditur à Pomponio, equeſtremque in ordinem jam natu grandem, ac propè quinquagenarium receptum fuiſſe, & publicè primum de jure reſpondendo ſcripſiſſe: poſt eum enim hoc beneficium à T. Cæſare cœpit. Huic, inquit idem, nec amplæ facultates fuerunt, ſed plurimùm à ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt. Citantur autem ejus libri à Gellio, & Macrobio multis locis.

MARTYRIUS Comes, & Quæſtor Theodoſii fidus interpres vocatur in *nov. de C. Theod. auctoritate*, unde jus docuiſſe videtur.

MAXIMINUS eminens in omni literarum genere *d. nov. princ.* Quæſtor Palatii Theodoſii extitit; ex quibus colligo hunc in jure excelluiſſe. Comes etiam Sacrarum largitionum fuit, ut probat *l. hi qui. C. de murilegul. lib.* 11.

MESSIUS I. C. allegatur à Paulo in *l ult. ff. de jur. fiſci*. Hunc eſſe puto L. Meſſium Ruſticum, qui Hadriano imperante, Alvei Tiberis, & cloacarum Romæ Curator fuit, ut ex marmore apud Smetium conſtat.

Ex auctoritate Imp. Hadriani Trib. Poteſt. V. Imp. IV. Cos. IV. L. Meſſius Ruſticus Curator Alvei, & Riparum Tiberis, & cloacarum Urbis RR. reſtituit ſecundum præſentem terminationem proxim. Cipp. Ped. ex.

O

OCTAVENUS non levis juris auctor, citatur ab Alburno Valente, *l. ſi poſtulante*. 67. *ff. ad S. C. Trebell. l. ult. ff. de act. empt. l. id quod*. 9. *ff. de leg.* 1. *l.* 13. *ff. de manum & l. ult. §. ult. ff. de manum. teſtament. l.* 20. *ff. de fideicom. libert.* ab Ulpiano aliquoties, ut *l.* 16. *l.* 18. *ff. de pet. her. l.* 12. *§. ult. ff. de uſu, & hab. l.* 27. *§. ſi olivam. ff. ad l. Aquil. l palàm* 43. *§. Octavenus*. 3. *ff. de ritu nupt. l.* 8. *§.* 1. *ff. de accept. l.* 9. *§. illud. ff. de ſtatu lib.* Sæpiùs verò à Paulo, ut *l.* 9. *ff. de juriſdict.* & *l.* 32. *§ ſi ſervus. ff. de recept. arb. l.* 6. *ff. de rei vindic. l.* 2. *ff. quemad. ſerv. amitt. l.* 6. *§. neque. ff. de noxal. l.* 8. *ff. de peric. & com. l. lege Julia*. 44. *§. nec diſtinguitur*. 3. *ff. de ritu nupt. l. ſi is, qui rem pignori*. 66. *§.* 1. *ff. de furt.* à Terentio Clemente *l. ult. §. ult. ff. qui, & à quib.* Sic & à Martiano, ut *l.* 1. *ff. quæ res pignori*. Quibus ex locis cum Caſſio Proculo, & Ariſtone poſteriorem fuiſſe apparet.

P

PAPINIANUS. Vide in voce *Æmilius*.

PAPIRIUS JUSTUS in Papiniani ſchola edoctus ſub Severo, & Antonino vixit, *l. ad tempus. C. ex quib. cauſ. inf. irrog.* Libros XX. Conſtitutionum compoſuit, in quibus diverſorum Principum Conſtitutiones aggregavit. *l.* 17. *ff. de ſerv. Urb. præd. l.* 35. *de re jud. l.* 37. *l.* 60. *de pact. l.* 71. *de cont. empt. l.* 21. *de appell.* quæ omnes leges *Imperatores* incipiunt. In quibus legibus advertas non Conſtitutionum verba, ſed ſenſum delineari.

PAULUS VEROINIOS Juriſc. Hic apud Pompon. numeratur corruptè, mea ſententia, quum iſto modo nominetur nemo. Paulus prætereà Æmiliorum eſt cognomen. Quum autem Cicero in *Bruto* Scaurum Rutilio adjungat, Panætii diſcipulum, & convictorem in 3. *de Oratore* appellet, & Pompon. hoc loco Panætii auditores enumeret, haud ſcio, an pro SCAURUS VIOLLIUS, repoſuerit aliquis PAULUS VEROINIOS.

PATERNUS TARRUNTENUS P. P. Commodi inſimulatus eſt, quod contra ipſum conjuraverit, & filiam ſuam Salvii Juliani filio deſponderit, ut in Julianum transferret Imperium, eſt occiſus. Lamprid. in *Commodo Antonino*, & Dion. *in eodem*. Quatuor Militarium libros reliquit, quorum paucæ in Pandectis extant particulæ *l.* 7. *ff. de re milit. l. ult. ff. de jur. immun.*

Alius fuit *Paternus*, ad quem Alexander Imp. ſcribit in *l.* 1. *C. de magiſt. conven.*

PATRITIUS Quæſtor, & legum Interpres fuit, quem Juſtin. Antecellorem appellat *l.* 2. *§. quæ omnia. C. de vet. jur. enucl.* Hunc fuiſſe cenſeo, qui ſub Valentiniano II. & Theodoſio circa annum ſalutis 394. Magiſter officiorum extit *l.* 2. *C. de offic. Magiſt. off.* idem etiam comitis privatarum rerum officio functus legitur in *l. ult. C. Theod. de jur. fiſci. l.* 20. *C. de Epiſc. & Cler. l. ſuper de jur. fiſci.*

PATRITIUS alius LEONTII filius, & ipſe in jure cum patre peritus *l.* 2. *§. quæ omnia. C. de jur. vet. enucl.* circa annum CDXCV. ſub Leone, & Anthemio Magiſtrum officiorum egit *l in ſacris*. 9. *C. de prox. ſacro ſcrin. lib.* 12. mox Pannoniæ præfuit.

PEGASUS Juriſc. Proculo in juris civilis diſſenſione ſucceſſiſſe traditur à Pomponio: Præfectuſque Urbis Veſpaſiani temporibus fuiſſe. Creditur is eſſe Pegaſus, quo Conſulatum cum Puſione gerente S. C. factum eſt, quod vulgò Pegaſianum vocatur, ut ei, qui rogatus eſſet hæreditatem reſtituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur; ut Juſtin. *lib. Inſt.* 3. ſub tit. *de fideicom. hæred.* teſtatur. De hoc illud eſt Juven. *Satyr.* 4.

> *Pegaſus attonitæ poſitus modò villicus Urbi,*
> *An ne aliud tunc Præfecti? quorum optimus, atque*
> *Interpres legum ſanctiſſimus.*

POMPONIUS I. C. Civis Romanus fuit, ut colligo ex *l.* 2. *in illis verbis initio Civitatis noſtræ. ff. de orig. jur.* ex clara, nobilique Pomponiorum familia, qui Papiniani diſciplina imbutus, diſcendi ſtudium unam optimam vivendi rationem exiſtimabat: eumque in octavum ſupra ſeptuageſimum annum produxit, fœlicique illo Alexandri Severi ſæculo, cum Ulpiano, Paulo, aliiſque celeberrimis Juriſconſultis floruit: cujus conſiliarius, & familiaris fuit, ac ut Lamprid. ſcribit, penè ſocius in *Alexandro Severo*. Conſcripſit autem inter cætera librum ſingularem, quem mutuato à Græcis nomine Ἐγχειρίδιον, hoc eſt, Enchiridion vocavit, manuale ſcilicet, & brevioris libelli genus ſignificans, qui & una manu facilè capi, & ad manum ſemper haberi debet, ex quo tota *lex* 2. *ff. de orig. jur.* deſcripta fuit.

PRISCUS JAVOLENUS Juriſc. Cælio Sabino in juris civilis diſſenſione ſucceſſiſſe traditur à Pomponio: vixit autem Hadriani, & Antonini Pii temporibus: Capitolinus enim in hujus vita ſcribit Javolenum in jure conſtituendo magno huic Imperatori uſui fuiſſe. Hunc Julianus præceptorem

ſuum

ſuum fuiſſe ſcribit in *l. an apud ſe*. 5. *ff. de manum. vind.* & in Africa, & Syria cum Imperio ſuiſſe, juriſdictionemque exercuiſſe teſtatur. Plin. autem 2. *Epiſt. lib.* 6. hiſtoriam de eo commemorat, qoam propter jocunditatem adſcribere eſt melius. Mirificæ rei nou interſuiſti, ne ego quidem, ſed me receos fabula excepit. Paſſiouos Paulus, ſplendidus eques Romanus, & io primis eruditus, ſcripſit elegos: gentilitium hoc illi: eſt enim municeps Propertii, atqoe etiam inter majores ſuos Propertium numerat. Is cùm recitaret, ita cępit dicere, Priſce jobes? Ad hoc Javolenus Priſcus dubiæ ſanitatis. Intereſt tamen officiis, adhibetur cooſiliis, atque etiam jus civile publicè reſpondet: quo magis, quod tunc fecit, & ridiculom, & ootabile fuit. Interim Paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit. Tam ſolicitè recitaturis providendum eſt, non ſolùm, ut ſint ipſi ſani, verùm etiam, ut ſanus adhibeant.

PRISCUS NERATIUS Juriſc. à Pomponio numeratur, traditurqoe Pegaſianam ſectam cum Julio Celſo filio tenuiſſe, & cum eo Conſulatum geſſiſſe. Spartiaous autem in *Hadriano* de eo ſic ſcribit: Frequens ſanè opinio ſuit Trajano id aoimi fuiſſe, ot Neratium Priſcum, non Hadrianom ſucceſſorem relinqueret, multis amicis io hoc conſentientibus, uſque eò, ut Priſco aliquando dixerit: commendo tibi Provinciss, ſi quid mihi ſatale contigerit. Item aliquaoto pòſt: cùm Hadrianus judicaret, in conſilio ſuo hsbuit noo amicos ſuos, aut comites ſolùm, ſed Juriſcooſultos, & præcipoè Julium Celſom, Neratiom Priſcum, alioſque, quos tameo Senatos omnis probaſſet.

PROCOPIUS Magiſter militum fuit per Orientem *l. 36. C. Theod. de erog. milit. anno.* ſi is non eſt alius, qui eoim Codicem Theodoſianom compilavit, magiſter memoriæ fuit.

PROCULUS Juriſc. à Pomponio traditur Nervæ patri ſucceſſiſſe, tantaque auctoritate ſuiſſe, ut cum acceptam à Labeooe, & Nerva quaſi ſectam acerrimè toeretur, qui in eam partem ſtudioſi ſe dabant, Proculejani vocitati ſint. Quo tempore aotem, quoqoe vitæ genere ſuerit, noo conſtat. Tacitos *lib.* 18. ſub Othone Proculum Prætorii Præfectum nominat. Ulp. autem in *l. Divi. ff. de jur. patr.* non levem juris auctorem hunc appellat. Duos autem, patrem ſcilicet, & filium fuiſſe, confirmari ex *l. & Proculo. 30. ff. de leg. & fid.* 2. non poteſt: nam de patre ſuo Celſus, non Procull perſpicuè loquitur.

P. SEMPRONIUS SOPHUS Juriſc. Coſ. cum P Sulpitio Saverrione, anno ab V. condita CDXLIX. Pomponius ſcribit io *l.* 2. §. 18 hunc à Pop. Rom. Sophum eſſe appellatum, nec quenquam ante hunc, aut poſt hunc hoc nomine cognominatum eſſe; quom tamen plures in Conſulom tabulis hoc cognomine afficiantur: & conſtet Attilium, Lælium, & Catonem Sapientes cognominatos fuiſſe.

P. ÆLIUS PÆTUS Juriſc. Conſul ſuit cum Cn. Cornelio, An. DXLIX. apud Liv. *lib.* 32. & Pomponium. Plinius *lib.* 18. *cap.* 18. Plutarch. in *Africano*.

P. ATILIUS Juriſc. Cicero in *Lælio*: Scimus L. Atilium apud patres noſtros appellatum eſſe Sapientem, quia prudens eſſe in jore civili putabatur. Hunc quoque primum à populo Sapieotem appellatum fuiſſe, Pomponius ſcribit. Meminit Cic. in *Catone*, *lib. de offic.* 2. *de divin.* 1. *Epitome Liviana* 49.

P. CORNELIUS SCIPIO NASICA Joriſconſ. ſuit cum M. Glabrione, Ann. DLIX. Adoleſcens nondum Quæſtorius optimus in civitate judicatus eſt, eidemque publicè domus io ſacra via data, qoò faciliùs conſuli poſſet. Liv. *lib.* 29. & Pomp. *l.* 2. §. 18. *de orig. jur.*

P. MUTIUS SCÆVOLA Juriſc. Conſul fuit cum L. Calpurnio, anno DCXVII. & Pootif. Maximus ſuit, quo anno T. Graccbus interfectus eſt. Decem do jure libellos reliquit. Pomponius *d. l.* 2. Cic. *de Orat.* 2. & pro Cinna, *de leg.* 1. *de nat. Deor.* 3. Pompon. *l. ult. de jur. immun.* Aſcon. *Ver.* 2. Interiit eo moibo, quem pbthiriaſin appellant. Plutarch. in *Sylla*.

P. RUTILIUS RUFUS Juriſc. Conſul ſuit eum M. Manilio, anno DCXLV. M. Manilii, de quo diximus, diſcipulus, ut Pompoo. teſtatur. Cic. in *Bruto* ſcribit eum magoum de jure reſpondendi munos ſoſtinuiſſe, ejuſque operam, atque indoſtriam propterea gratiorem ſuiſſe. Memoratur ejus injuſta damoatio, quòd quum ambitus à Scauro accuſatus eſſet, uoluerit ſuam cauſſam ornatiùs dici, quàm ſimplex veritatis ratio poſtularet: qua de re *lib. de Orat.* 1. *in Bruto*, *de nat. Deor.* 3. *de finib.* 2. *Tuſcul.* 4. *offic.* 2. *pro Plancio*, *pro Balbo*, *in Piſonem*, *pro Fonteio*, *pro Poſthumo*, *pro Cluentio*. Valerius *lib.* 2.

P. LICINIUS CRASSUS MUTIANUS Juriſc. Conſul ſuit cum L. Valerio, anno DCXIX. cognomento Dives, P. Mutii filios, & P. Mutii Scævolæ Juriſcouſultor. frater germanus à P. Licinio Craſſo adoptatus, domi à patre, & ſratre jus civile didicit, In eo induſtriam conſtat ſummam ſuiſſe, maximamque gratiam, qoum & couſuleretur plurimùm, & diceret. Eloquens etism ſoit. Hæc ex Cic. in *Bruto*, & 1. *de Orat.* Gellius autem *lib.* 1. *cap* 13. auctor eſt, Hiſtoricos pleroſque ſcripſiſſe, habuiſſe illom quinqna rerum bonarum maxima, & præcipoa: quòd eſſet ditiſſimos, quòd nobiliſſimus, quòd eloqnentiſſimus, quòd juriſconſultiſſimus, quòd Pontif. Max. Pomp. autem hunc ſcribit à Cic. dici Juriſconſultor. diſertiſſimum falsò: nam de L. Craſſo, M. Aotonii æquali loquitur in Bruto his verbis, Ut eloquentium juriſperitiſſimus Craſſus, juriſperitorum eloqueotiſſimus Scævola putaretur. Meminit Vellejus *lib.* 2. Cic. in *Catone*, *ad Attic. lib.* 5. *Philipp.* 11. Valerius *lib.* 8. *cap.* 6. *Epitome Liv.* 59. Strabo *lib.* 13. Eutrop. *lib.* 4. Florus *lib.* 2. *cap.* 22.

P. ALFENUS VARUS Juriſc. Conſul ſuit cum P. Vinutio, anno DCCLIV. ut Pompon. ſignificat, qui Ser. Sulpitii diſcipulum hunc ſuiſſe aſcribit, plurimùmque ex ipſius auditoribus auctoritatis habuiſſe. Gell. quoque *lib.* 6. *cap.* 5. ejuſdem diſcipulum appellat, eiuſque librum Digeſtorum 34. & Collectaneorum 2. citat. Horat. *Serm.* 1. ut Alfenus Vafer, omni abjecto iostrumento artis, clauſaque taberna ſutor erat, Ubi Acron: Urbane,

inquit,

inquit, Alfenum Vafrum Cremonenſem deridet, qui abjecta ſutrina, quam in municipio ſuo exercuerat, Romam venit: magiſtroque uſus Sulpitio Juriſconſulto, ad tantam pervenit ſcientiam, ut & Conſulatum gereret, & publico funere efferretur. Aliter. Alſenus ſutoris filius ita juris ſtudio intendit, ut beneficio artis hujus latum clavum ſumeret, & ad Conſularem conſurgeret dignitatem. Sunt, qui dicant hunc Cremonenſem fuiſſe. Vaſer autem, aſtutus, cordatus ſuit; antiqui enim pro bono hoc dicebant. Alſenum item alterum ab hoc Lamprid. inter Alexandri Imp. Conſiliarios numerat, Ulpiani, Pauli, Pomponii, aliorum multorom æqualem.

Publicius Gellius Juriſc. Ser. Sulpitii auditor à Pomp. numeratur, in libris Florentinis: corruptè; duarum namque familiarum hæc nomina ſunt: in vulgatis libris, Publius Cæcilius. Legendum opinor, Publicola Gellius, pro Pomponii, & ipſius ætatis conſuetudine; ut ſit L. Gellius Publicola, de quo Cic. in *Bruto*, Non tàm vendibilis orator, quàm ut neſcires, quid ei deeſſet: nec enim erat indoctus, nec tardus ad excogitandum, nec Romanarum rerom immemor, & verbis ſolutus ſatis, ſed in magnos Oratores inciderat ejus ætas: multam tamen operam amicis, & utilem præbuit, atque ita diù vixit, ut multarum ætatum Oratoribus implicaretur, multum etiam in cauſis verſaretur. Hunc Valer. Max. *lib.* 5. *cap.* 9. omnibus honoribus ad Cenſuram uſque functum fuiſſe tradit.

Q

Q. Septimius Florens Tertullianus ex Civitate Carthaginis Provinciæ Africæ patrem Cēturionem virum Proconſularem habuit, quem ſub Ælio Hadriano natum eſſe conjicio. Cùm acris, & vehementis ingenii eſſet, in omnibus diſciplinis, quibus acuratè Incubuit, maximè profecit; in Latinis enim, & Græcis literis ita enituit, ut multa utroque idiomate ſcripſerit. In Philoſophorum quoque ſectis, & hiſtoriis verſatus, potiſſimum juri civili operam dedit, in quo de caſtrenſi peculio librum unum, & quæſtionum octo reliquit, ex quibus etiam in Pandectis plura extant jura, ut *l. item, & ſi filiusfam. ff. de mil. teſt. l. 3. ff. de caſtr. pecul.*

Ethnicus, & idololatra diù fuit, ut ipſe in principio libri de pœnitentia, & in Apologetico fatetur; donec eum Chriſtianis verſatus veram Fidem amplexus eſt. Et quia novum nomen Baptiſmo acquiſivit, inde factum eſſe exiſtimo, ut *Polynomius* fuerit, & *Q. Septimius Florens Tertullianus* dictus ſit.

Q. Ælius Tubero I. C. Patricius, ut ait Pomp. fuit & à cauſis agendis ad jus civile tranſiit; maximè poſtquam Q. Ligarium accuſavit, nec obtinuit apud Cajum Cæſarem. Is eſt Q. Ligarius, qui cum Africæ oram teneret, infirmum Tuberonem applicare non permiſit, nec aquam haurire: quo nomine eum accuſavit, & Cicero defendit. Tuberonem autem cùm dicit, patrem intelligit. Nam ut ex hujus oratione intelligitur, Q. Ligarius à C. Conſidio Proconſule provinciæ Præfectus fuerat. Cùm autem Actius Varus in eam, pulſus à C. Cæſare veniſſet, Q. Tuberonem hujuſce patrem, cui ea provincia obvenerat, portu prohibuit. De filio igitur illa Pompon. quibus hęc addit, Tubero doctiſſimus quidem habitus eſt juris publici, & privati, & complures utriuſque operis libros reliquit: ſermone etiam antiquo uſus affectavit ſcribere, & ideò parum libri ejus grati habentur. Meminit Cæſar *lib. de bello civili* 1.

Q. Mutius Scaevola Juriſc. Conſul fuit cum L. Cæcilio, anno DCXXXIII. Scævolæ filius, Pontiſ. Max. item ut pater: juriſconſultiſſimus, ut idem. Sic enim Cic. in *lib. de Legib.* 2. ſcribit. Pomp. autem hunc ait primum jus civile conſtituiſſe, generatim in *lib.* 18. redigendo. Cic. in *Lælio* tradit, eum primùm Augurem, deinde Ædilem cum L. Craſſo fuiſſe: item *lib. Offic.* 2. & de Conſulatu, *lib. de Orat.* 1. meminit. Appian. autem *lib. ἐμφυλ.* 1. ſcribit, eum C. Marii juſſu occiſum in Tyberim projectum eſſe: itemque Lucan. *lib.* 2. Vellejus *lib.* 2. Florus *lib.* 3. *cap.* 23. Valer. *lib.* 9. & *lib.* 8. Cic. *de nat. Deor.* 3.

Q. Ælius Tubero, L. Pauli nepos, P. Africani ſororis filius Juriſc. Triumvir agris, opinor, ex L. Sempronia dividundis fuit. Hunc in Bruto Cicero Stoicum, & doctiſſimum in diſputando fuiſſe ſcribit. Craſſus autem in *lib. de Orat.* 3. Dies, inquit, & noctes virum ſumma virtute, & prudentia videbamus, Philoſophię quum operam darer, Q. Tuberonem. Pompon. autem Panætii auditorem appellat: ubi tamen Pansae depravatè legitur: ut quod ſequitur, Qui Et Ipse Consul nam in Conſulum recenſione Tubero non nominatur hoc tempore; videnturque hæc verba potiùs ad Scaurum pertinere. Cic. in libro, qui inſcriptus eſt, de jure civili in artem redigendo, verba hæc poſuit, Nec verò ſcientia juris majoribus ſuis Q. Ælius Tubero defuit; doctrina etiam ſuperfuit. Hoc ex Gell. *lib.* 1. *cap.* 22. Hiſtoria de eo inſignis refertur à Cic. in ea *pro Murana*.

Q. Fabius Juriſcon. cujus ad Carthaginienſes legatio celebratur, Cornelio, Sempr. Coſſ. anno DXXXII. nam quum eſſent duæ teſſeræ poſitæ, una pacis, altera belli, arbitrio ſibi dato, utram mallet referre Romam, utramq; ſuſtulit, & ait, Carthaginienſes petere debere, utram mallent accipere. Hæc Pomponius. Aliter tamen Gell. *lib.* 10. *cap.* 27. aliter etiam Polyb. *lib.* 3. Liv. *lib.* 21. & Appianus *lib. de bellis Hiſpan.*

Q. Antistius Labeo Cinna Juriſconſ. pater Antistii Labeonis, cujus mentionem fecimus *ſuprà in lit. A.* Ser. Sulpitii auditor à Pomponio numeratur. Tribunus Plebis fuit, Sylla, & Pompejo Coſſ. de quo Cicero in *Bruto*, Rabula, inquit, ſanè probabilis: qui multos cum tacuiſſet annos, neque contemni ſolùm, ſed irrideri etiam ſolitus eſſet, in Tribunatu primùm contra C. Julii illam Conſulatus petitionem extraordinariam, veram cauſſam agens eſt probatus. Itaque poſt Tribunatum primò multæ ad eum cauſſæ, deinde omnes, maximæ quæcunque erant, deferebantur. Hæc Cicero. Plutarchus autem, & Oroſius, Appianus item, & Vellejus tradunt, hunc, cum Pompeji ſocer eſſet, ut Syllanum à

Digitized by Google

Marianis interfectum fuiſſe. Appianus autem *lib. bell. civil.* 4. extremo ſactum ejus memorabile prodit, quod ſubjiciam: Λαβεὼν δὲ ἐπὶ σοφίᾳ γνώριμος, ὁ πατὴρ Λαβεῶνος τοῦ κατ' ἐμπειρίαν νόμων ἔτι νῦν περιφερομένου, βόθρον ἐν τῇ σκηνῇ τὸ μέγεθος αὐταρκῆ σώματι ὀρυξάμενος, καὶ τὰ λοιπὰ τοῖς θεράπουσιν ἐντειλάμενος ἐπέσκηψε τῇ γυναικὶ, καὶ τοῖς παισὶ περὶ ὧν ἐβούλετο, καὶ τὰ γράμματα φέρειν ἔδωκε τοῖς οἰκέταις· τὸν δὲ πιστότατον τῆς δεξιᾶς λαβόμενος, καὶ περιστρέψας αὐτὸν ὡς ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίοις ἐλευθεροῦν, ἐπιστρεφομένῳ ξίφος ἔδωκε, καὶ τὴν σφαγὴν ὑπέσχε, καὶ τῆσδε μὲν ἡ σκηνὴ τάφος ἐγένετο. ideſt, Labeo verò doctrina, & prudentia clarus, pater Labeonis, qui propter juris civilis peritiam, hodie quoque celebratur, cùm foſſam in tabernaculo ſuo pro corporis ſui magnitudine ſodiſſet, maodataque ſuis ſervis cęteris de rebus dediſſet, uxori, ac liberis, ut voluit, proſpexit, literaſque ſervis ad eos dedit. Tum eorum fideliſſimum dextra prehendit, eumque circumegit, ut mos eſt Romanis manumittere, converſoque gladium tradidit, & jugulum præboit; atque huic quidem tabernaculum pro ſepolcro fuit.

S

SALVIUS VALENS I. C. in Conſilio Aotonini Pii fuit, teſte Capitolino in *Antonino Pio*. *Multa*, ioquit, *Pius de jure ſanxit, uſuſque eſt juriſperitis Vindio Vero, Salvio Valente, Volluſio Metiano, Ulpio Marcello, & Jaboleno*, & ad eum Magiſtratu fungentem idem Aotoninus Pius reſcripſit in *l. ficm.* 7 §. 1. *ff. de accuſat.*

SALVIUS JULIANUS Juriſc. nominatur à Pomponio, traditurque Pegaſianorum ſectam ſecutus fuiſſe. Hunc Didii Joliani, qui poſt Pertinacem Imperium R. adeptus eſt, proavum fuiſſe, Spartianus ſcribit: quem adſcribit bis Cooſulem, Præfectum Urbis, & Juriſconſultum fuiſſe: quod magis, inquit, eum nobilem fecit. In Hadriano vero idem ſcribit, Julianum hunc ſemper ab eodem Imperatore in Conſilio adbibitum fuiſſe, cum res judicaret. Eutropius antem *lib.* 9. hunc ipſum ſub eodem Imperatore Hadriano perpetuum edictum compoſuiſſe ſcribit: qnod ipſe Juſtinianus confirmavit in *l.* 2. *C. de vet. jur. emucl.* ubi Julianum legum, & edicti perpetui ſublimiſſimum conditorem appellat: itemque in *l. penult. C. de cond. indeb.* ubi Salvium Julianum ſublimiſſimum teſtem, ſummęque auctoritatis homioem, & Prætoriani edicti ordinatorem fuiſſe ſcribit: & io *l. antequam. C. de uſuf.* ſummum Juris ſcientiæ auctorem nominat. Ipſe autem in *l. an apud ſe.* 5. *ff. de manum. vind.* teſtatur, ſe Javoleoi auditorem, ac diſcipulum fuiſſe. Hactenus Pompon.

SCÆVOLA. Vide *Cerbidius*.

SEX. CAECILIUS AFRICANUS ex eo Africaoo deſcendere fertur, qui Nerone imperante, cenſum per Gallias egit cum Q. Voluſio, & Trebellio Maximo, Nubiliſque fuit, teſte Tacito *lib.* 14. *annal.* & juriſprudeotia clarus, ex Gell. *lib.* 20. *cap.* 1.

SEX. PAPIRIUS Juriſc. inter Ser. Sulpitii pręceptores à Pompoo. numeratur.

SEX. POMPEJUS Juriſc. Cn. Pompeji Magni patruus fuit. Hic, ut ait in *Bruto* Cicero, pręſtantiſſimum ingenium contulit ad ſummam juris civilis, & ad perſectam Geometriæ, & rerum Stoicarum ſcientiam. Hunc euodem in *lib. de Orat.* 3. Stoicum appellat, & *lib.* 1. eruditum hominem io Philoſophia.

SER. SULPITIUS Juriſc. Conſul fuit cum M. Marcello, anno DCCII. Hic præceptores adoleſcens babuit in jure, Aquilium, Balbum, Papirium, & Juventium, ut Pompon. teſtatur, cujus hæc verba ſubſcribemus: Servius cum in cauſis orandis primum locum, aut pro certo poſt M. Tullium obtineret, traditur ad conſulendum Q. Mutium de re amici ſui perveniſſe: cumque eum ſibi reſpondiſſe de jure, Servius parum intellexiſſet, iterum Quintum ioterrogaſſe, & à Q. Mutio reſpouſum eſſe, nec tamen percepiſſe: & ita objurgatum eſſe à Q. Mutio: namque eum dixiſſe, turpe eſſe Patricio, & Nobili, & cauſſas oraoti, jus in quo verſaretur, igoorare. Ea velut cootumelia Servius tractus, operam dedit juri civili: & plurimùm eos, de quibus locuti ſumus, audiit, inſtitutus à Balbo Lucilio, inſtructus autem maximè à Gallo Aquilio, qui fuit Cercinæ. Itaque libri complures ejus extant Cercinæ confecti. Hic cùm io legatiooe periiſſet, ſtatuam ei Pop. Rom. pro Roſtris poſuit; hodieque extat pro Roſtris Auguſti. Hujus volumina complura extaht; reliquit autem propè ceotum, & octoginta libros. Cicero antem in *Bruto* eum ſcribit eloqueotiæ tantum aſſumpſiſſe, ut jus civile facilè tueri poſſet. Nec facilè, inquit, quem dixerim plus ſtudii, quàm illum, & ad dicendum, & & ad omoes bonarum artium diſciplinas adhibuiſſe. Item, Atque haud ſcio, an par principibus eſſe potuiſſet, ſed fortaſsè maluit, id quod eſt adeptus, longè omnium ooo ejuſdem modò ætatis, ſed eorum etiam, qui fuiſſeot, in jore civili eſſe prioceps. Sic enim exiſtimo, juris civilis magnum uſum, & apud Scævolam, & apud multos fuiſſe, artem in hoc uoo: quod nunquam effeciſſet ipſius juris ſcientia, niſi eam præterea didiciſſet artem, quæ doceret rem univerſam diſtribuere in partes, latentem axplicare definieodo, obſcuram explanare interpretaodo, ambiguam primùm videre, deinde diſtinguere, poſtremò habere regulam, qua vera, & falſa judicareotur, & quæ quibus propoſitis eſſent, quæque non eſſent conſequentia. Hic enim attulit hanc artem, artium omnium maximam, quaſi locem ad ea, quæ confusè ab aliis, aut reſpondebantur, aut agebantur. Dialecticam mihi videris dicere, ioquit. Rectè, inquam, intelligis, ſed adjunxit etiam, & literarum ſcientiam, & loquendi elegantiam, quæ ex ſcriptis ejus, quorum ſimilia nulla ſuot, facillimè perſpici poteſt. Cumque dicendi cauſſa duobus peritiſſimis operam dediſſet, L. Lucilio Balbo, C. Aquilio Gallo, Galli hominis acuti, & exercitati promptam, & paratam in agendo, & io reſpondendo celeritatem ſubtilitate, diligeotiaque ſuperavit; Balbi docti, & eruditi hominis in utraque re inconſideratam tarditatem vicit expediendis, conficiendiſque rebus: ſic & habet quod uterque eorum haboit, & explevit, quod utrique defuit. Hæc Cicero. Idem præterea in Muræniana oſtendit, Sulpitium Quæſturam, Præturamque geſſiſſe: quæſtio-

Digitized by Google

ſtionemque peculatus ei in Prætura obtigiſſe. Aſconius autem in argumento Milonianæ ſcribit, eum anno DCCI. V. Cal. Martias, Menſe intercalario interregem factum, ut Cn. Pompejum ſolum Conſulem crearet: anno verò inſequenti ipſe eum M. Marcello Conſul (ut diximus) factus eſt. Cumque oppreſſa à Julio Cæſare Civitate Athenas ſe contuliſſet, tandemque ab illo reſtitutus, Græciæque præfectus fuiſſet, Romam reverſus eſt, Legatuſque à Senatu ad M. Antonium Triumvirum, qui Mutinæ D. Brutum obſidebat, miſſus, ut eum à perditis conſiliis ad ſanitatem, pacemque revocaret. Qua in Legatione interiit, ut ex ejus Legatione apud Cic. intelligitur, quæ Philippica IX. legitur. Meminit idem *lib. Epiſt. fam 7. ad Att.* 5. Gell. *lib.* 2. *cap.* 10. & *lib.* 6. *cap.* 8.

Sex. Ælius Pætus Catus Juriſc. Conſul fuit cum T. Quinctio Flaminino, anno DLII. qui propter juris civilis ſcientiam ſic appellatus à ſummo Poeta eſt, Egregiè cordatus homo Catus Ælius Sextus: ut ait Cicero *lib. de Orat.* 1. qui in *Bruto* hunc quoque ait, juris quidem civilis peritiſſimum, ſed etiam ad dicendum paratum: & Tuſc. prima hunc eundem verſum profert. Varro autem in *lib. de ling.* 6. Cata, inquit, acuta. Hoc enim verbo Sabini dicunt; quare Catus Ælius Sextus, non, ut ajunt, ſapiens, ſed acutus. Pomponius autem his verbis, Sex. Ælium etiam Ennius laudavit, & extat illius liber, qui inſcribitur Tripartita, qui liber veluti cunabula juris continet. Tripartita autem dicitur, quoniam lege 12. Tab. præpoſita, jungitur interpretatio, dein ſubtexitur legis actio. Ejuſdem eſſe tres alii libri referuntur: quos tamen quidam negant ejuſdem eſſe. Plin. verò *lib.* 33. *cap.* 2. L. Pauli, qui Perſeum devicit, generum ait fuiſſe: & quum Legati Ætolorum in Conſulatu prandentem in fictilibus adiſſent, miſſa ab his vaſa argentea non accepiſſe, neque aliud habuiſſe argenti ad ſupremum vitæ diem, quàm duo pocula, quæ L. Paulus ſocer ei ob virtutem donaſſet.

Sperantius Comes Conſiſtorii Principis Theodoſii fuiſſe fertur, *Novella Theodoſ. tit.* 18. *& ſequent.*

T

Terentius Clemens Corrector Tuſciæ ſub Valentiniano, & Valente fuit, ut Ammianus Marcellinus meminit *lib.* 17. & colligo ex inſcriptione *legis Actor* 4. *C. Theod. de juriſdict. l.* 61. & *l.* 65. *C. Theod. de Decurion.*

Thallelæus Juſtiniano imperante jura docuit, de quo aliud non habetur. Inter Baſilium Interpr. Iſid. Thallelæus, & Theophilus nominantur.

Sex. & P. Ælii Pæti, fratres Juriſc. eximii, Publius Conſul fuit cum Cn. Corn. Lentulo, A. DLI. Sextus cum T. Quinctio Flaminio, A. DLV. Liv. *lib.* 32.

P. Atilius Juriſc. in l. 2. *ff. de orig. jur.* qui in Cic. Lælio, L. Acilius dicitur, in *Cod. manuſc.*

DLVI.

Cethego, Q. Minutio.

Lex Atinia de uſucapione lata mihi videtur à C. Atinio Labeone Trib. Pleb. de quo aliàs pluribus. *lib.* 33.

Pax Philippo petenti data, & Græciæ libertas. Liv. *d. lib.* 33.

Prætorum numerus ampliatus, ut ſeni eſſent. Liv. *eod. lib.*

DLVIII.

M. Catone, Flacco Coſ.

Lex Oppia abrogata. Liv. 34.

M. Porcius Cato, & ejus fil. Marcus, uterque Juriſconſ. Conſul fuit pater cum L. Valerio Flacco hoc A. & Voconiam l. ſuaſit jam ſenex A. DLXXXV. Philippo, & Cæpione Coſ. Cic. *de Senect.*

DLX.

C. Fundanio, Sulpitio Gallo.

Primus Prætor peregrinus creatus, aut anno poſt. Liv. *lib.* 19. *Epit.*

DLXII.

Q. Lutatio, A. Manlio II.

Tribus XXXV. eſſe cœperunt. Liv. *Epit.* 19.

DLXIII.

L. Quinctio, Cn. Domitio.

Belli Antiocheni origo. Liv. 35.

DLXIV.

P. Scipio Naſica Juriſc. is, qui vir opt. à Senatu judicatus fuit, hoc tempore floruit; hoc enim anno Conſul collegam habuit M. Acilium Glabrionem. *l. 2. ff. de orig. jur.* Liv. *lib.* 35. Plutarch. *in Quinctio*.

DLXVII.

Sp. Poſthumio, Q. Marcio.

Bacchanalia ſublata. Liv. 39.

DLXVIII.

App. Claudio, Semp. Tuditano.

Mortui tres clariſſimi Impp. Scipio Major Literni; Hannibal, & Philopœmen. Liv. 39. Anno ante Plautum. Cic. *in Cat. Maj. & Bruto*.

DLXXX.

L. Poſthumio, & Lænate.

Floralia inſtituta, IV. Kal. Maj. Ovid. 5. *Faſt.* Plin. *lib.* 18. *c.* 29. anno DXVI. niſi ſit error in numeris.

DLXXXI.

Lænate, P. Ælio.

Belli Perſici, ſive Macedonici origo. Liv. *lib.* 41.

DLXXXIV.

Q. Marcio, Cn. Servilio.

Lex Vaconia lata à Q. Vaconio Saxa Trib. Pl. Cic. *de Senect.*

DC.

Q. Fulvio Nobiliore, T. Annio Luſco.

Conſules inierunt Kal. Januar. antè Idib. Martiis ſoliti. Caſſiodor. *Faſt.* & Liv. *Epit.* 47.

Hoc ferè anno Lex Aquilia de damno injuria dato lata mihi videtur; eſt enim pervetuſta.

M. Manlius Juriſconſ. (à quo Manlianæ formulæ apud Varronem *lib.* 2. *de re ruſt.* & Cicer. 1. *de Orat.*

M. Junius Brutus, qui unà cum P. Scævola (de quo mox) fundarunt jus civile. *l. 2. ff. de orig. jur.* Cic. *in Bruto*: *lib.* 2. *Offic.* & 2. *de Orat.*

C. Livius Druſus Juriſconſ. qui cæcus tandem factus, de quo Cic. 5. *Tuſc.* videtur enim is eſſe, qui Conſul fuit cum Scipione Afr. Minore altero poſt Manlium anno, hoc eſt DCVI.

DCIII.

T. Flaminio, & M. Balbo. Origo belli Punici III. intra quadriennium confecti. Liv. *Epit.* 48. & init. *Epit.* 49. Tertii belli Punici initium altero, & ſexcenteſimo anno ab V. C. intra quintum annum, quàm erat cœptum, omninò eſt conſummatum.

Lex Junia Velleja de teſtamentis, ne rumpantur certis caſibus agnatione ſui hæredis, lata videtur à Trib. Pleb. Junio, & Vellejo, circa bellum Punicum III.

DCIV.

L. Cenſorino, & M. Manilio.

Calpurnia lex de repetundis, lata à L. Calpurnio Piſone Trib. Pleb. Cic. *in Bruto*, & 2. *de offic.*

Quæſtiones perpetuæ inſtitutæ; anteà enim Quæſitores cauſarum capitalium, ſi caſus accideret, ad tempus creabantur. Liv. *lib.* 4. & 38. *l. 2. ff. de orig. jur.*

Lex Scribonia de ſervitutibus urban. Prædior. & uſucapione earum. Et hæc eſt lex de jure civili, ideòque à Trib. Pleb. lata. Videtur igitur mihi lata à Scribonio Libone.

DCVII.

Cn. Lentulo, & L. Mummio.

Achaja Corintho everſà facta Provincia.

Viriathinum, & Numantinum bellum cœptum. Oroſ. & *Epit. Liv.* 52.

DCVIII.

Q. Fabio Max. L. Hoſtilio.

L. Mummii de Achæis triumphus. Liv. *Epit.* 53.

DCXI.

L. Metello, & Fabio Max.

Cenſura Scipionis Minoris, & Lucii Mummii

Achaici celebris. Agellius. Cic. 2. *de Orat.* Valer. *lib.* 4.

DCXVIII.

Flacco, & Piſone.

I. Servile bellum in Sicilia cum Euno ſervorum duce. Liv. *Epit.* 56. Oroſ.

Confectum à Conſule P. Rupilio.

DCXX.

P. Mutio Scævola Juriſc. & Piſone.

Prima ſeditio T. Gracchi Trib. Pleb. Liv. *Epit.* 58. & alii.

DCXXII.

L. Valerio Flacco, P. Craſſo Divite.

Belli Aſiatici cum Ariſtonico origo. Oroſ. Juſt. *lib.* 37. Confectum poſteà ab Aquillio Conſule, Vellej.

Tres Mutii Juriſconſulti hoc tempore floruerunt. *l.* 2. *ff. de orig. jur.*

I. P. Mutius Scævola doctiſſimus: qui Conſul A. DCXX. Collegam habuit L. Calpurnium Piſonem.

II. P. Licinius Craſſus Mucianus, qui & Dives, hujus P. Mutii frater, qui Conſul. A. DCXXII. Collegam habuit L. Valerium Flaccum, Agell. *lib.* 1. *cap.* 13. Vell. *lib.* 2. Cic. 1. *de Orat.*

III. Q. Mutius Augur, Craſſi Oratoris gener, & Ciceronis in jure civili, & Augurali diſciplina præceptor. Cicer. *in Lælio*, *Bruto*, & 1. *de Orat.* Conſul Collegam habuit L. Cæcilium Metellum, A. DCXXXVI. Eutrop.

Viſellius Aculeo Juriſc. de quo item Cic. *in Brut.*

T. Juventius, magna (inquit Cic. *in Bruto*) cum juris civilis intelligentia: cujus auditor P. Orbius meus ferè æqualis.

DCXXVIII.

Hypſæo, & Fulvio Flacco.

Seditio Fregellana, compreſſa ab L. Opimio Prętore, Fregellis dirutis. Obſequen. Liv. *Epit.* 60.

Belli Allobrogici initium: quod confectum à Q. Fabio Conſule. *Epit. Liv.* 60. & 61.

DCXXXII.

Opimio, & Q. Fabio Max. qui & Allobrogicus.

Bellum Allobrogicum confectum. Vell. *lib.* 2.

Seditio C. Gracchi Tribun. Pleb. Plutarchus *in Gracch.*

DCXXXIX.

M. Acilio Balbo, C. Porcio Catone. Bellum Thracicum. Vell. *lib.* 2. *Epit. Liv.* 63.

DCXL.

C. Metello, & Cn. Carbone.

Bellum Cimbricum cœptum: & poſteà C. Mario V. M. Aquilio Coſ. confectum. Tacit. *de morib. Germ.* & Obſeq. Plutarch. *in Mario*, Liv. *Epit.* 68. Oroſ.

Inſignes aliquot Juriſc. iidemque Principes Reip. Rom. hac ætate floruerunt. P. Rutilius Rufus: de quo tàm multa Cicero, & alii, in his Oroſ. *lib.* 5. *cap.* 17. Hic Conſul fuit A. V. DCLIX.

A. Virginius (ſic enim legend. in *l.* 2. *ff. de orig. jur.*; ut & in Cic. *Lælio*, non Paulus) Q. Ælius Tubero, qui Conſul non fuit, ut putat Pompon. imò ne Prætor quidem. Cic. *pro Mura. & Bruto.* Sex. Pompejus, qui & Geometra: L. Cælius Antipater, qui & hiſtoricus, & L. Craſſi Oratoris magiſter. *l.* 2. *ff. de orig. jur.* Cic. *in Bruto*, &c.

DCXLII.

Scipione Naſica, & Beſtia.

Belli Jugurthini initium. Oroſ. Confectum L. Caſſio, C. Mario Coſ. Salluſt.

DCXLIII.

Poſthumio, & Minutio.

Lex Mamilia, de limitibus, lata à C. Mamilio Limetano, Trib. Pleb. Salluſt. *in Jugur.* Cic. 1. *de leg.* & Aggen. Urbic.

DCXLVII.

Cæpione, & Serrano.

M. Tullius Cicero natus, Non. Jan. Agell. *lib.* 15. *cap.* 28.

Cn. Pompejus Magnus natus, Prid. Kal. Octob. Vell. *lib.* 2.

DCLII.

Mario V. & M. Aquilio.

Bellum ſervile duce Athenione in Sicilia geſtũ, & confectum à Coſ. M. Aquilio. Diod. Sic. *lib.* 36.

C. Julius Cæſar natus. Id ex Suet. intelligitur.

DCLVIII.

L. Craſſo, Q. Mutio Scævola.

Lex celeberrima, Licinia, & Mutia, ab his Coſ. lata. Cic. *lib.* 3. *de Offic.* & *Bruto* &c. Aſconius *in Cic. pro Cornelio*.

P. Rutilius Rufus Juriſc. conſpiratione publicanorum damnatus in exilium ivit. Cic. *in Bruto*.

DCLXI.

C. Claudio Pulcro, & M. Perperna.

Celebris illa cauſſa Curiana acta. Cic. *pro Cæcin.* &c.

DCLXII.

L. Philippo, Sex. Jul. Cæſare.

M. Livii Druſi Trib. Pleb. leges ſeditioſæ. Livi *Epit.* 70. & 71. Vell. *lib.* 2.

DCLXIII.

L. Julio Cæſare, P. Rutilio Lupo.

Marſici, ſive Italici, aut Socialis belli initium. Vell. *lib.* 2. Quod confectum anno poſtero à Coſ. Cn. Pompejo Strabone, & maximè anno ſeq. à Coſ. L. Sylla.

DCLXV.

L. Cornelio Sylla, & Q. Pompeju.

Belli Mithridatici initium. Oroſ.

Leges turbulentæ Trib. Pleb. P. Sulpitii pro Mario contra Syllam, unde cauſa, & occaſio belli civilis Mariani. Aſcon. Vell. *lib.* 2.

DCLXXIII.

L. Sylla, & Q. Metello.

Belli Sertoriani initium. Flor. Quod confectum anno 10. Aufidio, & Lentulo Coſ. Oroſ.

Leges Corneliæ multæ à Corn. Sylla Dictatore latæ: Majeſtatis, de Sicariis, de falſo, (quæ & teſtamentaria) repetundarum, de injuriis, de ſacerdotiis, de magiſtratibus, ſumptuaria, judiciaria, & celeberrima illa, de Tribunorum Pleb. poteſtate imminuenda. Sed hæ poſteà retractatæ à Jul. Cæſare, & Octaviano. Quarè hodie leg. Julię de his rebus uſurpantur in jure noſtro, exceptis de Sicariis, de injuriis, & de falſis. De his leg. Corneliis Paulus Manur. Franc. Hotom. & Anton. Auguſt. *libb. ff. leg.*

Biſienus Juriſc. de quo Cic. *in Bruto.* Q. Lucretius Veſpillo Juris peritus dicitur à Cic. *in Bruto*.

Lu-

DCLXXX.

Lucullo, & Caſſio.

Belli Servilis Duce Spartaco initium. Eutrop. quod anno 82. confectum à M. Craſſo Præt. Plutarch. *in Craſſo*. Cic. *in Piſon*.

DCLXXXV.

L. Metello, Q. Martio.

Bellum Creticum hoc anno ortum: intra triennium confectum à Q. Metello Proconſ. *Epit. Liv.* 99. Eutrop.

DCLXXXVI.

Piſone, & Glabriune.

Lex Cornelia à C. Cornelio Trib. Pleb. lata, ut Prætores ex Edictis perpetuis jus dicerent: qua lege Edictum perpetuum videtur primò conſtitutum. Dio, *lib.* 26. Aſcon. *in Orat*, Cic. *pro Cornelio*.

Lex Cornelia de Teſtamentis eorum, qui poſteà ab huſtibus caperentur, ut rata manerent, videtur mihi lata ab hoc Trib. Pleb. Cornelio. Eſt enim de jure civili: quas Tribuni Pleb. olim ferè ſolent ferre.

Bellum Piraticum confectum à Pompejo. Dio, & Plutarch.

DCLXXXVII.

Lepido, & Vulcatiu Tullo.

Lege Manilia bellum Mithridaticum Pompejo mandatum.

Cic. *pro l. Manil.* Plutarch. &c.

DCXC.

Cicerone, & Antonio.

Conjuratiu Catilinæ. Cic. Salluſt. Dio. &c.

Hieroſulyma capta à Cn. Pompejo. Joſipp. *lib.* 16.

Floruerunt hi Juriſc. Aquilius Gallus: Viſellus Varro Viſellii Aculeonis F. Cic. conſubrinus: de quu Cic. *in Bruto*: Lucullus, qui juris publici, & privati valdè peritus dicitur à Cic. *in Bruto*, Q. Cornelius Maximus Trebatii præceptur: Lucillus Balbus: A. Caſcellius Volcatii auditor: Sext. Pompejus frater Cnei. C. Juventius: Servius Sulpitius Roſus: hic auditor fuit Galli, & Balbi: reliqui fuerunt auditores Scævolæ. *l.* 2. *ff. de orig. jur.* C. Cornelius, Cic. *Epiſt.* & *d. l.* 2. C. Trebatius Teſta. L. Valerius, in quem eſt Epiſt. Cicer. *lib.* 1. extrema.

Ser. Sulpitii diſcipuli: Alſenus Varus: A. Ofilius: Pacuvius Labeo: Antiſtius Labeo Pater (de quo & Appianus, ἐμφυλ. 4. alii.)

T. Cæſius: Aufidius Tucca: Aufid. Namuſa: Flavius Priſcus: Fabius Mela. Commemorantur & hi *l.* 2. *ff. de orig. jur.* Cinna, Publicius, Gellius; ſed videntur παρεμβεβλημένοι.

DCXCIII.

Metello, & Afranio.

Conſpiratio Pompeji, Craſſi, & Cæſaris, Dio, Plutarch. Appian.

DCXCV.

L. Piſone, A. Gabinio.

Initium belli Gallici, Cæſar I. *bel. Gall.*

DCCII.

Lex Pompeja de Parricidiis à C. Pompejo III. Coſ. ut videtur, lata: quo anno & de vi, & de ambitu *ll. tulit. tit. ff. & C. ad l. Pomp. de Parricid. &c.* Dio. *lib.* 40.

DCCIII.

Fulvio, & Manilio.

Lex Villia annaria à L. Villio. Trib. Pleb. Livi. *lib.* 14.

DCCIV.

C. Claudiu Marcello, L. Cornelio Lentulo Conſul.

Belli civilis Cæſariani initium.

DCCV.

C. Julio Cæſ. II. P. Servilio Coſ.

Prœlium Pharſalicum (quo victus à Cæſare Pompejus, & paulò pòſt in Ægypto, quò confugerat, occiſus) commiſſum XX. Julii, ut patet ex Kalend. Rom. in quo ad hunc diem hæc verba: Lud. Vict. Caesar.

DCCX.

Panſa, Hirtio Conſ.

Prœlium Mutinenſe XVII. Kal. Maj. Cic. *Epiſt.* 30. *lib.* 10. Ovid. 4. *Faſt.* indicant XVIII. quo Conſules occiſi, & Antonius victus. Eodem annu C. Octavianus Cæſar in locum Panſæ, & Q. Pedius in locum Hirtii, Coſ. facti per vim, XIX. Auguſti, ſive Sextilis, teſte Dione *lib.* 56. Quamvis Vellej. *lib.* 2. ait, X. Kal. Octob. Pridie (inquit) quàm 20. annos impleret.

Paucis antè diebus Triumviratus inſtitutus inter M. Antonium, Cæſarem Octavianum, & M. Lepidum. Sed inierunt demùm V. Kal. Dec. ut eſt in Lep. Colutiano.

Initium Imperii Cæſ. Octaviani, qui poſteà Auguſtus dictus, hoc anno cùm ab ipſo Octavianu in Indice rerum geſtarum à D. Busbequio Ancyræ nuper repertu, tùm ab omnibus ferè aliis ſcriptoribus (exceptu Joſippo, à quo *lib.* 18. *Antiqu. Jud.* anno priore, licèt perperam) conſtituitur.

DCCXI.

Planco, & Lepido II.

Prœlium Philippenſe VIII. Id. Novem. quo nullum majuris momenti factum in Rep. Rom. ut Dio ait, & verum eſt. Et tamen hujus dies prœlii vulgò ignoratur. Illum eſſe, demonſtravi alibi.

DCCXIV.

Calvinu, & Pollione.

Lex Falcidia à C. Falcidio Trib. Pleb. lata. Diu *lib.* 48. Hieron. *Chron.*

DCCXXII.

Cæſ. Octav. III. & M. Val. Meſſalla.

Prœlium Actiacum IV. Non. Septem. Vell. *lib.* 2. Diu *lib.* 51.

Anno ſeque. Antonius, & Cleopatra ſe interficiunt.

DCCXXV.

Octaviano V. & Sex. Appulejo.

Janus clauſus decreto Senatus. Dio *lib.* 51. Oroſ. *lib.* 6. *cap.* 20. Imperatoris perpetui nomen datum Octavianu. Dio *lib.* 22. fi. Eidem Auguſti nomen datum. Dio, & Oroſ. *ibid.*

DCCXXVI.

Octav. VI. & M. Agrippa.

Cæſar Octavianus Rempub. conſtituit, multaſque leges hoc, & priori, & ſeq. anno tulit. Dio *lib.* 52. & 53. Hier. *Chron.*

Sextus hic Cæſ. Octaviani Conſulatus ea re eſt celeberrimus.

DCCXXVIII.

Cæſ. Octaviano VIII. Statilio Tauro.

Præſ. Urbi primus Meſſalla: qui tamen VI. pòſt die ſe ipſe abdicavit, incivilem poteſtatem eſſe conteſtatus. Hier. *Chron.*

Sunt, qui C. Cilnium Mæcenatem primum Præfectum Urbi ab Octaviano conſtitutum dican. ut Horat. &c.

DCCXXIX.

Octaviano IX. & Silano.

Janus iterum clauſus bello Cantabrico confecto. Oroſ. *lib.* 6. *cap.* 21. & Inſcriptio Emerit,

DCCXXXVI.

Furnio, & Siliano.

Lex Jul. de maritand. ordinibus à C. Jul. Cæſar. Octaviano lata fortaſsè hoc anno. Dio. *lib.* 54. Sueton.

Leges Juliæ pleræque ab hoc Imp. latæ; de vi Majeſtatis, de adulteriis, de ambitu, de judiciis peculatus, de reſiduis, de viceſima, de ceſſione bonorum, repetundarum, &c.

DCCXLIX.

C. Calviſio, & Ruſo.

SC. Calviſianum de nuptiis quinquagenariæ. Ulp. *tit.* 16.

DCCLII.

Octaviano XIII. & Silvano.

Lex Furia Caninia de manumiſſionibus, lata à Furio Camillo, & Caninio Conſulibus ſuffectis: poſteà à Juſtiniano ſublata. Faſt. Capitol.

Janus tertiùm clauſus poſt recepta à Parthis ſigna, teſte Oroſio *lib.* 6. *cap.* 22. Qui XII. ferè annos manſit clauſus, & non niſi ſene Auguſto apertus, teſte Tacito apud Oroſ. *lib.* 7. *cap.* 3.

Obſervanda mira Dei providentia, Jano clauſo natus CHRISTUS: & Hieroſolymâ everſâ, idest vindicato CHRISTO, denuò clauſus Janus: quod Oroſius piè, & accuratè indicavit *lib.* 6. *cap.* 22. & *lib.* 7. *cap.* 9.

Cenſus actus toto orbe. Lucas Evang. *cap.* 2. Oroſ. Ioſipp.

JESUS CHRISTUS D. N. his Coſ. natus, A. D. VIII. Kal. Janu. Sunt, qui anno priore, ut Caſſiodor. ſunt, qui poſtero, de quibus diligentiſſimè, ut omnia, Cuſpinian. Sed allucinari eos, alibi demonſtravi. Argumentum unum hìc adſeram. Certum eſt, annos Imperii Octaviani numerandos à primo ejus Conſulatu. Ita enim ipſe in Indice rerum à ſe geſtarum eos numerat: omneſque ſequuntur hiſtorici, excepto Ioſippo: cujus & alia multa ſunt Chronica peccata. Omnes autem veteres Chriſtiani Scriptores ajunt, Chriſtum natum ex Virgine anno Imperii Octaviani XLII, quo hic Coſ. fuerunt.

DCCLV.

Sex. Ælio, & C. Sentio.

Lex Ælia Sentia de manumiſſionibus, lata ab his Coſ. de qua Pand. *lib.* 40. *tit.* 9.

DCCLXII.

Lepido, & Statilio.

Lex celeberrima Papia Poppæa, à Papio Mutilo, & Q. Poppæo, qui ſuffecti Conſul. Lepido, & Statilio Tauro, lata auctore Octaviano. Dio *lib.* 56. Tacit.

Clades Variana, qua Romani Duce Varo victi à Germanis Duce Harminio. Dio *lib.* 56. Tacit.

DCCLXVI.

Pompejo, & Appulejo.

Octavianus mortuus XIV. Kalen. Septemb. Dio *lib.* 56.

Imperatore Auguſto Magiſtratus aliquot novi inſtituti: Præfectus Urbi: Præſ. Prætorio, cujus initio exigua fuit poteſtas, & ex equeſtri tantùm ordine, ac plerumque bini legebantur: Præf. Auguſtalis: Præſides Provinciarum: Triumviri nocturni: Præfectus Vigilum, &c. Dio, & Pand. *lib.* 1.

De Juriſconſultis hujus ætatis ſup. dictum, ubi de Ser. Sulpitii diſcipulis.

DCCLXVIII.

Tauro, & Libone.

SC. Libonianum (Ne quis ſibi legatum adſcribat in teſtamento alieno ſcribendo *l.* 1. § *ad teſtamenta.* *l.* 10. 14. 17. 22. §. 1. *ff. ad l. Cornel. de falſ.*) videtur his Conſulibus factum. Nam & Claudianum ab ipſo Principe idem S. C. dicitur in ipſo tit. ſive Indice, ad S. C. Libonian. ſeu Claudianum, & Sueton. Claud. *cap.* 17.

DCCLXX.

TIBERIO III. & Germanico. Liv. hiſtoricus, & Ovid. poeta mortui: & Feneſtella anno ab hinc altero. Hieron. *Chron.*

DCCLXXI.

Silano, & Norbano.

Lex Junia Norbana de libertinis, lata ab his Coſ.

DCCLXXVI.

Cornelio, & Viſellio.

Lex Viſellia de Libertinis, ab hoc, ni fallor, Conſule lata. De ea eſt *tit. C. ad l. Viſell.*

DCCLXXXI.

C. Rubell. Gemino, C. Fuſio Gemino Coſ.

His Coſ. qui eſt annus XV. Imperii Tiberii, baptizatus eſt CHRISTUS D. N. teſte Luca *cap.* 3. VIII. Id. Januar. ut Oroſ. & omnes veteres Scriptores Chriſtiani ajunt, agens annum 30. teſte eodem Luca, & omnibus vet. Scriptoribus Chriſtianis.

DCCLXXXIV.

Camillo, & Domitio.

CHRISTUS pro nobis paſſus, & mortuus XV. die menſis Niſan, qui tunc reſpondebat 3. April. ut ex rationibus Aſtrolog. patet. Euſeb. & Hierony. *in Chron.* & Euſeb. *hiſt. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 2. aliique, qui XVIII. anno Tiberii eum ſcribunt mortuum.

Inter homines igitur ἐπολιτεύσατο Chriſtus D. N. annos XXXII. M. III. D. X.

IMP. TIBERIO.

Antiſtius Labeo, & Atejus Capito ad hæc quoque tempora pervenerunt, Tacit. *Annal.* 3. ubi Capitonem mortuum ſcribit ann. DCCLXXV.

Ab his duæ ſectæ Juriſconſultorum ortæ: quarum una poſtea Sabinianorum, altera Proculianorum dicta.

Maſurius Sabinus, qui Labeoni (à quo Sabiniani) Cocceius Nerva pater, qui Capitoni ſucceſſit, etiam Octaviano carus, floruerunt.

Scripſit

Scripſit Sabinus inter cętera libros ad Minicium Natalem: qui Minicius & ipſe vulgò jam creditur fuiſſe IC. Et ab hac ſenteotia facit *l. 16. ff. de rei vind.* & *l. 6. §. 3. ſi vas. ff. de act. empt.* Minicio Natali reſcripſit etiam Trajanus Imp. *l. pen. ff. de fer.* Itaque videtur Minicius hic Trajani ætate vixiſſe, ſi modò fuit IC. eo nomine.

Inſcripſit etiam Sabinus libros Vitellio, & ni fallor, etiam Plautio. Non eoim Vitellius fuit IC. ſed Vitellius Sabini, ut Lælius Ciceronis dicitur, *l. 19. §. ſi fundus. ff. de inſtruct.*

DCCLXXXV.

Sulpitio Galba, & Sylla.

Nerva pater IC. moritur. Tacit. *annal. 6.*

IMP. CLAUDIO.

Ti. Claudio II. Largo. SC. Largiaoum, de bonis libertorum *§. ult. de ſucceſſ. liber.*

DCCXCIV.

Valer. Aſiatico, & Silano.

SC. de aſſignatione libertorum, à Coſ. Vellejo Rufo, & Oſtorio Scapula, qui illis ſuffecti, factum. *l. 1. ff. de aſſign. lib.*

SC. Claudianum, de navium, & negotiatorum præmiis, ac de naufragiis. *l. 3. SC. ff. de incend. ruin. naufr.*

Suet. *cap.* 18. Ulp. *lib. reg. tit.* 3. SC. Claudiaoom jam ſublatum de fœminis, quæ alienis ſe ſervis jungerent.

SC. Macedonianum hoc quoque Priocipe factum videtur, fortaſſè ipſo IV. & Vitellio Coſ. Tacit. *annal.* 11. Sueton. tameu ſub Veſpaſiano ponere videtur.

CLAUDIO, ET NERONE IMP.

C. Caſſius IC. auditor Sabini, à quo Caſſiani, ad Veſpaſiani uſque Imperium pervenit, cæcus à Nerone in Sardiniam relegatus. Neque verò hic IC. C. Caſſios, ut putat Pompon. ſed L. Caſſius fuit Collega M. Vinicii Quartioi Conſulis an. DCCXXXII. Caſſiod. *in faſt.* ubi & Cuſpio. id diligenter admonuit. Caſſii IC. Conſulatus nuſquam alibi legitur: fuit autem (ut dixi) auditor Sabini. *l. 19. §. unde. ff. de recept. qui arbit.*

IMP. NERONE.

SC. Neronianum, ut quod minus pactis verbis legatum fuerit, proinde ſit, ac ſi optimo jure legatum eſſet. Ulp. *lib. reg. tit.* 24.

DCCCII.

C. Antiſtio, & Suillio.

Colonia Agrippina in Ubios deducta. 12. *Annals.*

DCCCV.

Dec. Jun. Silano, Q. Haterio.

SC. Silanium factum videtur, idemque Claudianum appellatum, ut Imper. Claudio: cui paulò pòſt Neroaianum acceſſit: oiſi quis dicat, Claudianum, & Neroniaoum idem eſſe. Cujac. *lib. 1. obſ. cap.* 18. auctore P. Fabro putat, Silianum temporibus Auguſti factum, Dolabella, & Silano Coſ. Sed hic mos denominandi SC. à Conſulibus, non videtur eſſe tàm vetus: Et nullus antiquior IC. Silaniaoi meminit.

DCCCIX.

Nerone II. & Piſone.

SC. Neronianum apud Paul. *lib. 3. tit. 5. Sent.* quod & Piſoniaoom. *l. 8. ff. ad Silan.* idemque & Claudianum dicitur: *tit. ff. ad SC. Silan. & Claud.* quia his Coſ. Claud. Nerone, & Piſone factum.

NERONE, ET VESPASIANO IMPER.

Juriſc. floruerunt: Nerva filius: Proculus, à quo Proculejani: Longinus, Cœlius Sabinus, Pegaſus, à quo Pegaſiaoi, qui & Sabiniani: Priſcus Javolenus, qui & Trajano imperante, ut & T. Ariſto, & Celſus pater. *l. 2. fin. ff. de orig.*

Octaveous IC. Sabinianus. *l. 12. fi. ff. de uſu, & habit. l. 16. quòd ſi. ff. de herpet.* Et Campanus, *ff. de op. l.beret. l. 47.* Campauus, *ff. de fid. lib.*

Vivianus item Proculi auditor, ut videtur: arg. *l. 33. fi. ff. Ex quib. cauſ. maj.* & *l. 21. quid tamen. §. 10. ſed ſi. ff. de recept. qui arb.* & maximè. *l 17. quid ſit. §. 2. ff. de ædil. edict.* Proculo certè junior, & Cervidio Scævola fuit ſenior. *l. 14. quidam. ff. de jur. codicill.*

Atilicinus Proculi auditor, & familiaris fuit. *l. 17. Atilicinus. ff. de pact. dot.*

Urſejus Ferox Proculi quoque familiaris, & auditor fuiſſe videtur. *l. 27. ſi ſervus. §. 1. ff. ad leg. Aquil. l. 11. §. apud. ff. de aqua, & aq. pluv.* Refert. & Caſſii dicta interdum. *l. 10. §. ſi maſſe. ff. Quib. mod. uſusfr. amit.* Itaque & in *l. 1. §. ſive. ff. Quarum rerum act. non det.* lego: Et Caſſium exiſtimaſſe Urſejus refert.

DCCCXIII.

Cæſooio, & Turpilliaoo.

Lex Junia Petronia ab his lata, de ſervis. *l. 2. lege. ff. de manumiſſ.*

DCCCXX.

Val. Turpilliano, Silio Italico.

SC. Turpilliaoum, de accuſationibus deſertis, fortaſſè factum: de qoo eſt *tit. ff. & C. ad Senatuſconſult. Turpil.*

DCCCXXII.

Veſpaſiano II. & Tito Cæſ.

ANNO II. IMPERII VESPASIANI.

Obſidio Hieroſolymæ cœpta, initio April. aut extremo Martiu. Hæc perſpicua ſunt ex Tacito *lib. 14. hiſtor. & init. 5.* Joſipp. *lib. 5. cap. 6.* & 11. *ἁλώσ.* in quo ait vicinum fuiſſe Paſcha, 14. April. celebrandum. *τῆς τῶν ἀζύμων ἡμέρας τεσσαρεσκαιδεκάτῃ Ξανθικοῦ μηνὸς*, Hieron. *Chron.*

Hieroſolyma capta à Tito, 8. Idib. Septemb.

Pridię quidem militibus jam tota fuerat capta: ſed hoc demum die Titus urbem eſt ingreſſus: & videtur Joſippus indicare Romanos hunc diem captæ urbis celebraſſe. Sic enim ait: *ἐν δὲ τῇ πατὶ τὸ πῦρ ἐπεκράτει, φλεγομένοις δ' ἐπανέτειλεν Ἱεροσολύμοις ἡμέρᾳ Γορπιαίου μηνὸς ὀγδόῃ*, &c.

Digitized by Google

Dionis epitome dicitur capta Hieroſolyma die Satorni.

DCCCXXIII.

Veſpaſiano III. & Nerva.

Triumphus Judaicus (quem copioſè deſcribit Joſipp. *lib.* 7. *ἁλώσ.* Kal. Jul. ut Onufr. *Faſt.* notat, & veriſimile eſt: nam hic dies eſt natalis Imperii Veſpaſiani, teſte Sueton. *in Veſp. cap* 6.

Eodem quoque aono Janus ſextùm ab V.C. clauſus. Oroſ. *lib.* 7. *cap.* 9.

DCCCXXV.

Domitiano II. & Meſſallino.

Quibus ſuffecti Pegaſus, & Puſio.

SC. Pegaſianum de fideicommiſſis factom. *§. ſed quia. Inſt. de fideic. hered.* Alio in loco demonſtrabitor, hos Coſ. quorum ab altero dictum eſt hoc SC. Pegaſianum, hoc anno ſuffectos fuiſſe.

DCCCXXVI.

Veſpaſiano V. Tito III.

Ultimum his Coſ. luſtrum conditum ab Imper. Veſpaſiano, & Tito cenſoribus. Ceoſorin. *cap.* 15.

Valerius Severus videtur Veſpaſiano Imp. aut certè paulò vel antè, vel pòſt vixiſſe: arg. *l.* 30. *ex fact. ff. de neg. geſt.*

DCCCXXXIV.

Domitiano VIII. & Meſſallino.

Imp. Domitiani lex his Conſulibus, ſive 1. Imperii anno lata celebratur: qua vetuit, ne quis aliquem in orbe Rom. libidinis, vel promercii cauſa caſtret. Sueton. *in Domitiano lib.* 18. *Martialis.* Caſſiod. *in Faſt.*

Idem & Nerva conſtituit. Epito. Dion.

DCCCXXXV.

Domitiaoo, & Jon. Sabino.

SC. Joniauum de colluſione detegenda. *l.* 1. *ff. de Colluſ. deteg.*

DCCCXLI.

Fulvio, & Atratino.

Quinctilianus patria Calagurritanos Rom. prim. publicam ſcholam, & ſalarium è fiſcó accepit, deductus eò ex Hiſpaoia à Servio Galba Coſ. Hieron. *Chron.*

DOMITIANO, ET TRAJANO IMP. vixerunt hi Juriſconſ.

Celſus pater: Priſcus Javolenus præceptor Juliaoi: T. Ariſto, qui audivit Caſſium. *l.* 40. *arbiter. ff. de recep. qui arbitr.* de quibus Plin. *Epiſt.* Priſcus Neratius, & Celſus filius, qui ab Hadriano poſtea, ni fallor, interfectus. *l.* 2. *ff. de orig. jur.*

Floruit tom & Servilios IC. Proculi aoditor, ut videtur *l.* 10. *fi. ff. de jur. patron.*

DCCCLVII.

Candido, & Quadrato.

A. IV. Imperii TRAJANI. Trajanus de Dacis, & Scythis triumphavit. Hieron. *Chron.* & Caſſiod.

Pons Trajani in Danubio hoc quoqne anno factos videtur: quod opus miratur Xiphilin. *Epit.* Dion.

Bellum Parthicum. Bellum Dacicum. Trajano imperante floruerunt & Juriſconſulti ſup. enumerati, & Minlcius *l. ult. ff. de ſer.* & hi ſcriptores: Plinius Minor, Tacit. Sueton. Fronto.

Fufidius Juriſc. in Flor. Pand. commemoratur, *l.* 5. *ff. de an. leg. l. ult. ff. de reb. auct. jud. poſſid.* Sed in aliis editionibus eſt Aufidius: quæ mihi qooque ſcriptora verior videtur. Nam & qui à Salluſtio *lib.* 1. *hiſt.* Fufidius, is à Plutarch. Sertor dicitur Anfidius. Si tamen fuit aliquis IC. Fufidius, is mihi videtur, non ut Cujac. *lib.* 1. *Obſ. cap.* 9. & *lib.* 2. *cap. ult.* tempore Rutilii, ſed Imp. Trajani vixiſſe: arg. *d. l. apud.*

DCCCLIX.

Trajaoo, Sex. Articulejo Pæto.

SC. Articulejanum factum, de fideicommiſſariis libertatibus, *l.* 51. *non tantum. §.* 5. *ff. de fideicom. libert.*

Eodem anno ſuffectis Coſ. Rubrio Gallo, & Cælio Hiſpone, SC. Robrianum de fideicommiſſariis libertatibus *l.* 26. *cum verò. §. ſubventum*, *l.* 33. & *l.* 36. *ff. de fid. lib.*

DCCCLXXXI.

Jul. Balbo (cui ſuffectus Neratius Marcellus) & Juveotio. Celſ. II.

Imp. HADRIANO.

SC. de pretiis rerum hæreditariarum, & uſuris à poſſeſſore diſtractarum. *l.* 20. *item veniunt. §. præter. ff. de pet. hered.*

DCCCLXXXIV.

Augurino, & Severiano.

Salvius Julianus IC. Edictum perpetuum compoſuit, XV. anno Imperii. Hiero. *Chron. l. ult. Cod. de cond. indeb. &c.*

Hadrianus Imp. primus barbam aluit: quam priores, & principes, & alii omoes Romaoi radere ſunt ſoliti. Epit. Dion.

Hoc anno cum Sentio Augurioo Conſul II. fuit Arrius Severianus. Onuf. *faſt.* Io Caſſiodoro non rectè, Sergianus. Eſt enim hic Arrianus IC. qui interdum Arrianus Severus: ut in *l.* 42. *ff. de jur. fiſc.* Ioterdum Arrius Severianus. Idem & triennio antè conſul t. foit; ſed ſuffectus Juventio Celſo. Fuit igitur & Præfectos ærarii *d. l.* 42. & Conſul: quod & Suidas de Arriano ſcribit.

DCCCLXXXV.

Tiberio, & Siſenna.

Bellum Judaicum, Cocheba Duce à Judæis motum in Palęſtina: altero demum anno confectum, Duce Rom. præſtantiſſimo Jul. Severo. Hoc bello tota Palęſtina, & Hieroſolyma funditus eſt exciſa. Epit. Dion. Hieron. *Chron.* Oroſ. *lib.* 7. *cap.* 13. Euſeb. *lib.* 4. *hiſt. Eccleſ. cap.* 6.

DCCCLXXXIX.

L. Æl. Cæſare II. & Balbino.

Ælia Capitolina colonia Rom. in ruinis Hieroſolymæ ab Imp. Hadriano condita. Hier. *Chron.*

Advocatum fiſci inſtituit Hadrianus Spartian.

Hoc imperante vixerunt Juriſc. Celſos, Julianus, Neratius, teſte Spartian. *l.* 18. *ff. de manum. vind.* Et Phavorinus Philoſophus. Arrianus quoque IC. & hiſtoricus, de quo modò d. : cujus libri, ut Epictetus, & hiſtoria de Alexandro M. licèt Græci, videntur mihi referti rebus ad jus civile pertinentibus.

DCCCXCI.

Imp. ANTONINO PIO.

Hic primos conſtituit (Inqoit Capitolinus) ne

ne pœnæ cauſa relictum legatum maneret.

Anno Imperii ejus XIX. Q. Fl.
Tertullo, & Licinio Coſ.

Factum SC. Tertullianum init. tit. *Inſt. de SC. Tertull.*

Quarta bonorum arrogatoris danda arrogato, inducta ab hoc Imp. Quæ idcircò Quarta, ſive Quadrans D. Pii vulgò dicitur.

Pio, & Marco Impp. vixit Agell. Scriptor Noct. attic. quod in Agellium demonſtravimus: & Taurus Philoſophus. Hieron. *Chron.*

Uſus eſt hic Imp. Juriſconſ. Vindio Vero, Salvio Valente, Voluſio Mæciano, Ulpio Marcello, & Javoleno (inquit Capitolin.) Sed Javolenum non puto ad eam uſque ætatem perveniſſe, jam ſenem (ut videtur) imperante Trajano.

Sex. Cœlio Africanus hoc quoque Imperatore vixit, Juliani auditor, & familiaris. Agel. *lib.* 20. *cap.* 1.

Julianus quoque ad hæc tempora uſque pervenit. Facit enim mentionem SC. Tertulliani *l.* 1. §. *pen. l.* 2. *ff. ad SC. Tertull.* atque adeò ipſius Imper. Pii, ſive Titi Antonini. *l.* 18. *ff. Quod met. cauſ.* Itemque Mæcianus, qui Juliano fuit familiaris. *l.* 86. *ff. de cond. & demonſt. l.* 30. §. *tametſi. ff. ad l. Falc.* ut & Terentius Clemens. *l.* 6. *ff. de vulg. ſubſt.* Tuſcianus quoque commemoratur in fi. *l.* 2. *ff. de orig. jur.* Sed rectè T. Mæcianus legunt alii.

DCCCCXV.

L. Æliano, & Jun. Paſtore.

Parthicum bellum hoc anno cœptum. Hieronym. *Chron.* & quadriennio confectum Capitolin. *in Vero.* de quo Dio.

DCCCCXVIII.

Servilio Pudente, Vitraſio Pollione.

SC. Vitraſianum, de fideicommiſſ. libertatibus, his Coſ. mihi factum videtur, & indicat *l.* 30. §. 3. *ſi plures. ff. de fid. libert.*

DCCCCXX.

Aproniano, & Paulo.

MARCO, ET VERO IMP.

SC. Apronianum, quo cautum, ut & civitatibus fideicommiſſa relinqui poſſint. *l.* 26. *omnib.* & *l. ſeq. ff. ad SC. Trebell.*

Marci Imp. multæ ſunt præclaræ Conſtitutiones, quæ ex libris Juris peti poſſunt. Quamvis Capitolin. ſcribat, eum jus vetus potiùs reſtituiſſe, quàm condidiſſe novum. Sed rectiùs Hieron. *Chron.* ait, eum ſeveriores quaſque ll. novis Conſtitutionibus temperaviſſe.

Prætorem tutelarem primus fecit. Capitolin. *l.* 1. & 2. *ff. de Minor.*

Oratio hujus Principis, Ne tutor pupillam, vel ipſe ducat, vel filio ſuo collocet. *l.* 60. *ſi quis tutor. ff. de rit. nupt.*

Oratio ejus, Ne Senatoris filia nubat libertino. *l.* 16. *oratione. ff. de rit. nupt. l.* 16. *ff. de Sponſal.*

Oratio ejus, ut liberi ſuccedant matri ab inteſtato, *l. pen. ff. ad SC. Tertull. & Orfit.* Quæ oratio eadem eſt cum SC. Orfitiano.

Oratio ejus, Ne tranſactio de alimentis rata ſit, niſi Prætore auctore facta. *l.* 8. *ff. de tranſact.* Oratio ejus de feriis, aut dilationibus. *l.* 7. *ff. de fer.*

Oratio ejus, Ne liceat ſententiam, qua quis ingenuus pronuntiatus fuerit, poſt mortem ejus retractare. *l.* 1. §. 1. *ff. ne de ſtat. def.* Ead. fortaſſe eſt oratio, de qua in *l.* 2. *ff. de col. deteg.*

Inter Juriſc. qui multi hoc Imp. vixerunt, videtur eſſe & Papirius Fronto: arg. *l.* 220. *ff. de verb. l.* 3. *ſign. l.* 114. §. 5. *ff. de leg.* 2. Et Paconius: de quo *ff. ſi à par. quis manu.* & Puteolan. de quo *l.* 12. *ff. de pact.*

T. Cajus. *l.* 9. *ſacratiſſimi. ff. ad SC. Tertull.* ubi Marcum vocat Principem ſuum.

Pomponius quoque tum vixiſſe videtur, quia Cajum laudat familiarem. *l. pen. ff. de ſtip. ſer.* Junius Mauritius. *l.* 57. *ff. de legat.* 2. Capitolin. Marco.

Terentius Clemens. *l.* 6. *ff. de vulg. & pupill.*

Tarrunius Paternus. Dio *lib.* 46. *in frag.* Præfectus Præt. Marci, & Commodi, à quo tyranno interfectus fuit. Dion. *Epit.*

Cervidius Scævola. Capitolin. *l.* 39. *Pamphilo. ff. de leg.* 3. qui Commodo etiam Imperatore vixit. *d. l.* 39.

Pampinianus quoque jam hoc Imperatore cœpit innoteſcere: quod aliàs demonſtrabo.

Africanus, quia auditor Juliani, & Agellii familiaris.

Marcellus. Capitolin.

Mæcianus. *l.* 17. *Divi ff. de jur. patr.* ubi & Julianum amicum ſuum vocat Imp. Marcus.

GALENUS medicus ad hunc Imp. ſe veniſſe, ipſe alicubi commemorat.

Bellum Germanicum, ſive Marcomannicum poſt Parthicum ſuſceptum, & quadriennio confectum. Hier. *Chron.* & Dion. *Epit.*

In eo bello miraculum inſigne contra Quados de pluvia, & fulmine. Dio, Euſeb. Juſtinus Martyr. Oroſ. alii.

Poſtcà motus Caſſianus in Syria, Severo, & Pompejano Coſ. ut ex Volcatii Caſſio collegi. Furorem vocat Paul. *l. pen. ff. ad l. Jul. Majeſt.* Sed is citò compreſſus fuit. Dio, & Cujac. *lib.* 3. *obſ.* 19.

Anno ante mortem (quo Coſ. fuerunt Vettius Rufus, Cornelius Orfitus) SC. Orfitianum auctore Marco factum: init. tit. *Inſt. de SC. Orfit.*

IMP. COMMODO.

Juriſconſulti Scævola, & Pampinianus vixerunt: Itemque Papirius Juſtus, & Calliſtratus, ut ex Pandect. perſpicuum eſt: Et Hermogenianus. Paternum IC. & Præſ. Prætor. occidit Commodus. Dio, Lampr.

Dio hiſtoricus, jam tum Senator, qui tamen diu vixit, etiam ab Imp. Alexandro Severo Conſul iterùm factus.

Bellum Britannicum, de quo Dio, & Lampr.

IMP. HELVIUS PERTINAX.

Legem tulit, ut teſtamenta priora non priùs eſſent irrita, quàm alia perfecta eſſent: neve ob hoc fiſcus aliquando ſuccederet. Lampr.

Hujus eſt & *l.* 2. *C. de neceſſ. har.* Nam *l.* 1. eſt Marci, cujus initium, *Cum ſervi.* Hic enim

earum

Digitized by Google

earum leg. ordo ex ipſis Conſul. cognoſcitur.

SEPTIMIO SEVERO IMP.
Juriſc. hi vixerunt.

Papinianus, qui & Præf. Præt. Severi fuit; & Tutor liberis ab eo relictus. Zoſim. *lib.* 1. Spartia. & Dio.

Calliſtratus. *l.* 14. *honor. ff. de mun. & honor.*

Tertullianus: hic tamen & Marco, aut Commodo Impp. vixiſſe videtur.

Marcianus.

Claudius Tryphoninus. *l.* 44. *cum ex oratione. ff. de excuſ. tut.*

Didius Julianus, qui poſtea Imp.

Domitius Ulpianus.

Julius Paulus.

Meſſius. *l. ult. ff. de jur. fiſc.*

Venulejus. Lamprid.

Florentinus. Lamprid.

Sed ex his proximi, ut juniores, etiam floruerunt Alexandro Severo Imp.

DCCCCXLVII.

Tertullo, & Clemente. Anno Imperii II. Oratio Severi, ſive SC. de prædiis ruſticis pupill. &c. non alienandis. *l.* 1. *ff. de reb. eorum, qui ſub tut.*

Duò bella civilia geſſit initio Imperii: Unum in Oriente contra Peſcennium Nigrum: Eoque confecto alterum contra Clodium Albinum in Occidente.

Dio. Herodian. *lib.* 2. Spartian.

Byzantii gravis, & diuturna, nempe triennii, obſidio, atque excidium miſerandum, per Severum. Sed à Commodo jura Byzantiis reddita. Herodian. *lib.* 2. & Dio.

Reliquiæ autem civitatis poſtea à militibus Gallieni ſunt everſæ. Itaque jacuit hæc urb. uſque ad Conſtantinum Magnum.

Albino devicto, & Lugduni occiſo Severus ingentem Albini theſaurum, & patrimonium nactus, inſtituit Procuratorem rei privatæ, ſive patrimonii: qui poſtea Comes rerum privatarum dictus eſt: De quo *tit.* 33. *lib.* 1. *Cod.*

Judæos fieri ſub gravi pœna vetuit. Idem & de Chriſtianis ſanxit. Spart. Severo.

Poſtea bellum Parthicum feliciter confecit.

L. Amico Fabiano, M. Nonio Coſ. Hieronym. *Chron.*

Ludi Sæculares Chilone, & Libone Coſ. Herod. *lib.* 3. Zoſim. *lib.* 2. Cenſorin. & Caſſiod.

Tandem & Britannicum bellum ſenex ſuſcepit.

Apro. & Maximo Coſ.

Caſſiodor. Spart. alii Roma eò licèt pedibus æger profectos: in eoque gerendo mortuus Eboraci.

Paulò antè profectionem Severi in Britanniam oratio de confirmandis donationibus habita fuit in Senatu à filio Severi Antonino, M. Nummio Albino, Flavio Æmiliano Coſ. *l.* 32. *cum hic ſtatus. ff. de donat. int. vir. & ux.*

Tertullianus Scriptor Eccleſiaſticus hoc Imp. & Antonino ejus F. vixit. Hieronym. *de Script. Eccleſ. & Chron.*

IMP. ANTONINO CARAC.

Vixerunt hoc tempore iidem ferè Juriſconſulti Papinianus, Didius Julianus, Venulejus, Marcianus, Tryphoninus, Ulpianus, Florentinus, Meſſius, Paolus: quod ex ll. Pand. innumerabilibus intelligi poteſt.

Papinianus, & hujus fuit Præf. Præt. ſed ab eo occiſus eum filio. Zoſim. *lib.* 1. Spartia. Caracallo, &c.

Arrius Menander quoque his Impp. Severo, & Antonino vixit. *l.* 13. *milites. ff. de re milit.*

IMP. ALEXANDER SEVERUS.

Hic Præfectos Prætorio primus habuit Senatorii ordinis. Lamprid. Cùm enim in veteri Rep. Rom. Magiſtratus, vel eſſent patricii, vel plebeji, Octavianus in Magiſtratuum mutatione, de qua jam ſup. dict. Magiſtratus partim fecit Senatorios, partim Equeſtres, ut ita dicam, quos Juſtinianus in Inſtit. veteri nomine plebejos vocat: verbi gratia Præfecturam Urbis Senatoribus: Præfecturam Prætorii, Vigilum, annonæ, Ægypti, tantùm Equitibus mandari voluit. Dio *lib.* 52.

Leges de jure populi, & fiſci moderatus ſanxit. Lampr.

Idem duxit, ut Præfecti Præt. nonniſi Senatores deinceps fierent. Idem Lampr.

Bellum Perſicum celariter confecit, victo Rege Perſarum Artaxerxe.

Ad bellum Germanicum profectus, Magontiaci perfidia Maximini (qui poſtea Imp. bellum hoc feliciter confecit) occiſus fuit. Lampr.

Idem Lampr. *in Alexand.* extremò hujus Principis Conſiliarios fuiſſe ſcribit, Ulpianum, Paolum, Pomponium, Alfenum, Africanum, Florentinum, Marcianum, Calliſtratum, Hermogenem, Venulejum, Tryphoninum, Mæcianum, Celſum, Proculum, Modeſtinum. Hi omnes Juris profeſſores, diſcipuli fuere ſplendidiſſimi Papiniani, & Alexandri Imp. familiares, ac ſocii Acholius, & Marius Maximus.

Videntur tamen, mihi aliquot παραμβεβλημένοι, qui non hoc Imperatore, ſed jam diu antè vixerint: ut Alfenus, qui Imp. Octaviano; ut Proculus, qui Veſpaſiano; ut Celſus qui Trajano; ut Mæcianus, & Africanus, qui Marco; ut Calliſtratus, qui Severo. Reliqui, ut Tryphoninus, Marcianus, Florentinus, Ulpianus, & Paulus, etiam Modeſtinus (qui Ulpiani fuit diſcipulus) hoc Imp. vixerunt. Paulus eum vocat ſanctiſſ. Imperatorem. *l.* 86. *Imp. §. Lucius. ff. de leg.* 2.

Ulpianus tamen, & reliqui, excepto Paulo, & Modeſtino, jam ante hunc Imp. ſuos ferè libros ſcripſerunt, & ediderunt, ut cujus nunquam faciant mentionem, ſed Severi tantùm, aut Antonini ejus F.

Ulp. ejus & Tutor, & Præf. Præt. à militibus Prætor. Epagatho (quem idcircò Imp. paulò pòſt condemnavit) inſtigante, occiſus fuit. Dio. Lampr.

Æmilius Macer IC. hoc quoque Imp. vixit. *l.* 1. *ff. ſi pend. appellat.*

Mode-

Modeſtinus IC. & ad Gordianorum uſque Imperium perveniſſe videtur. *l. 5. C. ad exhib.* Et Maximini Jun. Conſiliarius fuit, teſte Capitolino. Idemque & de Æmilio Marco exiſtimo.

Sunt & alii tres Juriſc. prioribus recentiores, ex quorum ſcriptis quædam in Pand. ſunt conjecta.

Aurelius Arcadius, qui & Chariſius.

Licinius Rufinus.

Antbus, ſeu Furius Anthianus.

Hos oratio indicat eſſe recentiores.

Incertum tamen, quo Imperat. floruerint. Sunt, qui Licinium, & Arcadium Chriſtianos fuiſſe putent; ſed ſine auctore.

Innocentii quoque Juriſc. mentionem facit Eunapius *in vita Chryſantii*: ſed eum Diocletiano imperante vixiſſe indicat.

Sed hoc, aliiſque recentioribus Juriſc. jam omiſſis, ſatis ſit eos commemoraſſe, ex quibus Pand. ſunt concinnatæ: quouſque & hunc INDICEM HISTORICUM JURIS, ET REIPUB. ROM. jam perducere occupato, & à Typographo tempore excluſo vix licuit.

Quod reliquum eſt, JUSTINIANI tantùm Indicem nunc adiciamus.

IMPERATORE
FL. IUSTINIANO,
ANNO I. IMPERII IUSTINIANI.
MAVORTIO CONSULE,
ANNO CHRISTI 528.

JUſtinianus ab avunculo Imp. Juſtino Kalend. April. deſignatur Imp. Marcellin. *Chron.*

Imp. Juſtinus vita functus Kal. Aug. Evagr. *lib. 4. c. 9.*

Heruli, & Rex Hunnorum Boſphoro vicinorum ad Juſtinianum venerunt Conſtantinopolim, & Chriſtiani ſunt facti. Procop. *lib. 2. bel. Goth.* & Cedrin.

Bellum Perſicum, de quo Procop. hoc anno commiſſum in Meſopotamia indicat Procop. *lib. 1. bel. Perſ.*

ANNO II.

Juſtiniano II. Conſule.

Idibus Febr. datum XVI. viris mandatum de Codice Juſtin. componendo. 1. *Præf. Cod.*

Kal. Juniis editæ aliquot leges, & abrogata lex Fuſia Caninia.

Judæorum motus, & rebellio in Palæſtina, quos Juſtinianus graviter coercuit. Cedrin.

Novemb. D. XXIX. Antiochia graviſſimo terræmotu afflicta. Procop. & Cedrin. Eo oppreſſi homines 4870. Cedrin.

ANNO III.

Decio Conſule.

VII. Idus Aprilis. Codex Juſtinianus editus; ſed valere juſſus à die XVI. Kalend. Maj. 2. *Præf. Cod.*

Prœlium cum Perſis, quo victor fuit Beliſarius, hoc anno commiſſum in Meſopotamia indicat Procop. *lib. 1. bel. Perſ.*

ANNO IV.

Lampadio, & Oreſte.

Kalend. Novemb. edita nobilis *l. 2. Cod. de rei ux. act.*

XVIII. Kal. Januar. editum mandatum de Pandectis componendis, ac datum Triboniano, & collegis XV. *l. 1. C. de vet. jur. enucl.*

Clades à Perſis: quo tamen in prœlio Beliſarius præclarè ſe geſſit; ſed multitudine Perſarum coactus in inſulam conceſſit. Procop. *libr. 1. bell. Perſ.*

Contra Bulgaros res benè geſta, Duce Mundo Gepida.

Cometa magnus (Lampadiam vocant) per XV. dies viſus. Cedrin.

ANNO V.

Poſt Conſ. Lampadii, & Oreſtis I.

Componuntur Pandectæ, ſive Digeſta.

Actio receptitia ſublata. *l. 2. C. de conſt. pec.*

Differentia legati, & fideicommiſſi ſingularis ſublata. *l. 2. C. com. de leg.*

Lex Julia miſcella ſublata. *l. 2. Cod. de indic. vid. toll.*

Edictum D. Hadriani ob viceſimam hæreditatum ſublatum. *l. 3. Cod. de Edict. Div. Hadrian. toll.*

Diffe-

Differeotia ſexus io exhæredatione ſublata. *l.* 4. *C. de lib. præt.*

Hoc anno & hæ nobiles conſtitutiones editæ: *l.* 35. *ſi quis argentum*. *C. de Donat.* xv. Kal. Nov. *l. ult. C. de jur. delib. l. ult. Cod. qui pot. in pign.* v. Kalend. Decemb.

Legatio à Juſtioiano ad Helliſthæum Æthiopum, & Eſimiphæum Homeritarom Reges, de bello Perſis faciendo. Procop. *lib.* 1. *bel. Perſ.*

Cabades Rex Perſarum, pater Choſrois mortuus. Agath. *lib.* 4. extremò.

Peſtileotia graviſſima hoc anno cœpta (vulgò inguinaria, teſte Agathio *lib.* 5.) graſſata eſt per annos 52. Evagr. *lib.* 4.

Anno VI.

Poſt Lampad. & Oreſt. II.

Componontur etiam Pandectæ, ſive Digeſta. *l.* 1. *&* 2. *C. de ver. jur. enucl.*

Cabadi Perſarum Regi mortuo, hoc anno ſuccedit Choſroes fil. Procop. *lib.* 1. *bel. Perſ.*

Beliſarios ex bello Perſico revocatus Conſtantinopolim. Procop. *lib.* 1. *bel. Perſ.*

Legatio Juſtiniani ad Gilimerem Vandalorum Regem in Africam. Procop. *lib.* 1. *bel. Goth.* Graviſſima ſeditio, vulgò Nica, ideſt, Vince, à teſſera, hoc anno exorta videtur ex Procop. *lib.* 1. *bel. Perſ.* noo ut Cedrin. aono priore.

Incendium Urbis ex ea ſeditione magnum, quo conflagravit & Sophiæ Eccleſia.

Ob eam ſeditionem, & Trebonianus Quæſtura, & Johannes Cappadox Præfectura Prætorii juſſi abdicarunt. Procop. *eod. lib.*

Anno VII.

Juſtioiano III. Conſule.

Inſtitutiones joris editæ, xi. Kal. Dec. *Præfat. Inſt.*

Digeſta, ſive Pandectæ Juris enucleati editæ, xvii. Kal. Jao. *l.* 2. *C. de vet. jur. enucl.*

Pax aperantos cum Choſroe. Procop. *lib.* 1. *bel. Perſ.* Æterna dicitur *l.* 1. *C. de offic. P. P.* Afr. & Juſtio.

Belli Vandalici principium in vere, Procop. *lib.* 1. *bel. Vandal.*

Karthago recepta. *l.* 1. *C. de off. P. P.* Afr.

Prœlium Tricamarenſe in Decembri factum de ſomma re: quo Romani Duce Beliſario Vandalos deviceroot: Rex eorum Gilimer io mootem Pupuam, ad Mauros confugit. Procop. *lib.* 2. *bel. Vand.*

Anno VIII.

Juſtiniano IV. & Paolino.

Codex Juſtiniaoi iterum editus xvii. Kal. Decem. 3. *Præfat. Cod.*

Gilimer Rex deditos Beliſario: à quo Cooſtantinopolim cum theſauro Vandalico deductus. Procop. *lib.* 2. *bel. Vand.*

Recepta tota Africa, & ab Imp. ordinata: cui Præf. Prætorio datus. *l.* 1. *C. de offic. P. P.* Afric. Procop *eod. lib.*

Receptæ & inſulæ, Sardinia, Ebuſa, Baleares, ſive Majorica, & Minorica, &c. Procop.

Triumphus Beliſarii de Gilimere, & Vandalis Cooſtantinopoli io æſtate. Procop. *eod. lib.*

Anno IX.

Beliſario Conſule.

Edictum Juſtiniani 3. & 12.

Novellæ editæ, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 32. 42. 51. 102. 103. 107. 110. 116. 118. 157.

Belli Gothi principium. Procep. *lib.* 4. *bel. Goth.*

Beliſarius Conſul huic bello præpoſitus, Siciliam primò occupavit. Urbem Syracuſas ultim. die Decemb. iogreſſus. Procop. *ibid.*

Ruſticus Agapitus, Epiſcopus Roman. à Theodahato Rege Gotborum de pace ad Imp. Juſtiniao. miſſus Conſtantinopolim; ibi vita functus eſt. x. Kalend. Jun. Caſſiodor. *in Var.* & Procop. *libr.* 1. *bel. Goth.*

Anno X.

Poſt Conſ. Beliſarii I.

Aliquot Novellæ conſt. æditæ. 19. 20. 21. 22. 31. 38. 39. 40. 43. 45. 122.

Neapolis à Beliſario expugnata in æſtate. Procop. *lib.* 1. *bel. Goth.*

Roma à Beliſario recepta ix. die Decemb. ſive v. Id. Decemb. lx. pòſt annis, quàm ab Odoacre primùm capta, & ad illum uſque diem à Gotbis poſſeſſa fuerat. Procop. *lib.* 1. *bel. Goth.* Evagr. *lib.* 4. *cap.* 18.

Et ſtatim omnis quoque Apulia, Calabria, Samnium, Campania, ad Beliſarium à Gothis defecit.

Gothi Regem ſibi deſignant Vitigem, abdicato, & mox occiſo Theodahato. Procop. *eod. lib.*

Unitas, ſive Concordia Eccleſiarum facta Conſtantinopoli. Liberatus Diac. Karthag. *de Synod. cap.* 23.

Eccleſiæ Sophiæ dedicatio, ſive Encænia.

Anno XI.

Poſt Cooſ. Beliſarii II.

Editæ Novellæ. 41. 52. 53. 54. 55. 56. 58. 59. 60. 61.

Et plures aliæ, non expreſſo anni certi numero.

Vitiges Romam obſidet.

Silverius Epiſcopus Roman. (cui ſuſpectos, à Beliſario Patras, quod eſt Peloponneſi oppidum) non Pataram, ut quidam ſcribit, qood eſt Lyciæ, relegatus: ut & Senatores quidam. Procop. *lib.* 1. *bel. Goth.*

Jani ſacellum quidam paganico, & jam pridem deſito more portis æneis vi convulſis aperire conati, non tamen planè aperuerunt, inſcio Beliſario. Procop. *lib.* 1. *bel. Goth.*

Anno XII.

Johanne Conſule.

Edi-

Editæ Novellæ. 63. 64. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 76.

Antiochia à Choſroe Perſarum Rege direpta, & incenſa. Procop. *lib.* 2. *bel. Perſ.*

Obſidio Romæ (quam Procop. *lib.* 2. *bel. Goth.* annum, & 9. dies duraſſe ſcribit) ſolvitur recedente Vitige.

Narſes ſupplementum adducit Beliſario in Italiam. Procop. *Lib.* 2. *bel. Goth.*

Mediolanum à Gothis captum, & ſolo æquatum omnibus maribus, etiam pueris, occiſis, quorum ad ccc*m.* fuiſſe dicuntur. Procop. *lib.* 2. *bel. Goth.*

Cujus calamitatis cauſa fuit diſſenſio Beliſarii, & Narſis.

Anno XIII.

Apinione Conſ.

Editæ Nov. 78. 79. 80. 81. 83. 97. 99. 101. 133. 162.

Narſes Conſtantinopolim revocatur. Procop. *lib.* 2. *bel. Goth.* Franci Rege Theudberto Duce in Italiam invadunt. Sed ii partim diſenteria, partim gravibus Beliſarii litteris increpitus, & admonitus de fœdere, quod illi erat cum Juſtiniano, rediit in Galliam. Procop. *eod. lib.*

Anno XIV.

Juſtino Conſule.

Edita Nov. 98.

Beliſarius ab Imp. Conſtantinopolim revocatus, eò venit, adducto Rege Vitige, & Gothorum optimatibus, cum eorum gaza, & manubiis. Procop. *fi. lib.* 2. *bel. Goth. & init. lib.* 3.

Beliſarius contra Choſroem miſſus, inſigni illum ſtratagemate avertit ex finibus Imperii. Cedrin.

Terræmotus gravis Conſtantinopoli. Cedrin.

Anno XV.

Baſilio Conſule.

Editæ Novel. 108. 109. 111. 113. 115. 117. 119. 120. 121. 123. 124. 125. 128. 129. 130. 131. 132. 134. 135. 136. 137. 142. 145. 146. 147. 153.

Theudibaldo Rege Gothorum occiſo ejus in locum Totilas Rex deſignatur. Procop. *lib.* 3. *bel. Goth.*

Prœlium inter Homeritas, & Axumitas. Cedr.

Benedictus XII. Kalend. April. obiit. Paul. *lib.* 2. *de geſt. Lang.*

Anno XVI.

Poſt Baſil. I.

Terræmotus ingens toto ferè orbe. Cedr.

Columna ænea in Hippodromo, volgò dicta Auguſteja, cui equeſtris ſtatua Juſtiniani impoſita, ſiniſtra manu tenens pomum rotundum, quo Orbis terrarum declararetur: dextram habens porrectam, quaſi mandandis Perſis, STATE. Suid. & Cedrin. In hanc ſtatuam extant & Epigrammata duo, *lib. IV. Epigr. Græc.*

Anno XVII.

Poſt Baſil. II.

Canis ille admirabilis. Cedrin.

Beliſarius ex bello Perſico revocatur. Proc. *lib* 3. *bel. Goth.*

Anno XVIII.

Poſt Baſil. III.

Beliſarius rediit in Italiam contra Totilam. Procop. *lib.* 3. *bell. Goth.*

Obſidio Urbis Romæ per Totilam.

S. Remigius moritur. Jornand.

Anno XIX.

Poſt Baſil. IV.

Roma etiam à Totila obſidetur.

Anno XX.

Poſt Baſil. V.

Roma à Totila Gothorum Rege capta XVI. Kal. Febr. Cedr. Marcell. Procop. *lib.* 3.

Roma à Beliſario recepta, & mox à Totila denuò obſeſſa, ſed à Beliſario liberata. Procop. *lib.* 3.

Anno XXI.

Poſt Baſil. VI.

Anno XXII.

Poſt Baſil. VII.

Theodora Juſtiniani uxor mortua. VI. Id. Jul. Procop. *lib.* 2. *bel. Perſ.* extr. & *lib.* 3. *bel. Goth.*

Cetus ille Porphyrius captus. Proc. *lib.* 3 *bel. Goth.*

Imp. Juſtinianus Francis concedit poſſeſſionem, & jus Galliæ. Procop. *eod. lib.*

Beliſarius ex Italia Conſtantinopolim rediit mandato Imperatoris. Procop. *lib.* 3. *bel. Goth.*

Anno XXIII.

Poſt Baſil. VIII.

Romam Totilas ab Iſauris militibus proditam capit, & inſtaurat. Procop. *lib.* 3. *bel. Goth.*

Slavi ad tria tantùm millia Danubio trajecto, & victis Romanis, Theſſalonicam, ni fallor, capiunt, ac diripiunt. Procop. *lib.* 3. *bel. Goth.*

Pœna pali defigendi ab imo per vereoda Slavis uſitata. Procop. *eod. lib.*

Anno XXIV.

Poſt Baſil. IX.

Eccleſię Apoſtolorum, quàm Juſtinian. & Theodora planè inſtauraverant, dedicatio, & encænia, menſe Julio, inquit Paul *lib.* 16. *hiſt. miſc.* & Ced.

Prœlium propè Hadrianopolim inter Slavos, & Romanos, qui ab illis victi, mox ipſos victores ſuperant. Procop. *lib.* 3. *bel. Goth.*

Germanus ſororis Juſtin. F. dux inſignis, ad bell. Goth.

Goth. cui ab avunculo Imp. ſummo cum Imper. prępoſit. fuerat, in itiocre mortuus, omnium cũ dolorę. Procop. *lib*. 3. *bel. Goth.*

Anno XXV.

Poſt Baſil. X.

Edictum Juſtiniani 5. & 8.

Narſes bello Gothico gerendo dux ab Imp. præfectus, in Italiam profectus, anno belli Gothici 17. ut ait Procop. *lib*. 3. *bel. Goth*,

Anno XXVI.

Poſt Baſil. XI.

Prœlium ingens ad vicum Taginam inter Narſem, & Totilam: quo victi Gothi, & Totilas acceptis vulneribus aliquot in prœlio, extinctus eſt inter fugiendum. Procop. *lib*. 3. *bel. Goth.*

Eod. anno propè Cumas alterum memorabile prœlium, idque biduo inter Narſem, & Tejam, quem in Totilæ locum ſuffecerant Gothi: quo prœlio victor Narſes, & occiſo Teja, de Gothis debellatum. Procop. *eod. lib*. 3. *bel. Goth.*

Anno XXVII.

Poſt Baſil. XII.

Synodus Oecumenica V. Conſtaotinopoli haberi cœpta menſe Majo, ſi vera ſuot Acta: nam Cedr. an. xxvi. Imperii habitam ait.

Quæſtor Sacri Palatii Conſtantin. Act. *Synod*. 5.

Anno XXVIII.

Poſt Baſil. XIII.

Magnus terræmotus Conſtantinopoli, & in Oriente: cujus memoriam populus Litaniis in campo agendis quotannis celebravit. Paul. *lib*. 16. *hiſt. miſc*. & Cedrin.

Lucæ obſidio difficilis: quæ tandem ſe dedidit Narſi. Agath. *lib*. 1.

Anno XXIX.

Poſt Baſil. XIV.

Prœlium cum Fraocis factum: in quo victor Narſes; Franci cæſi, & eorom dox Bocellious. Agath. *lib*. 2.

Anno XXX.

Poſt Baſil. XV.

Seditio Judæorum exorta Cæſareæ Palæſtinæ: qui impetu facto in Chriſtianos, magnam eorum cædem fecerunt, etiam Stephano Præf. ejus Urbis trucidato, & Eccleſias exuſſerunt.

Imp. re cognita ab oxore Præfecti, miſſo Cæſaræam Adamantio Magiſtro militum, ſeverè in Judæos vindicavit. Paul. *hiſt. miſc. lib*. 16. & Cedr.

Anno XXXI.

Poſt Coof. Baſil. XVI.

FActurus verba hoc in ampliſſimo doctorum hominum conſeſſu, & circumfuſa juventutis eruditæ frequentia, valde doleo, ſermonem celeberrimo iſto conventu, ornatiſſimoque ad dicendum loco dignum, afferre me modò non poſſe. Quanquam enim primum ætatis meæ tempus nunquam à ſtudio dicendi fateor abhorruiſſe, tamen cum ingenio, quod ſentio, quàm ſit exiguum, parum valeam, & aliis inſtrumentis ad rem tantam neceſſariis deſtituar, denique multis jam annis alibi occupatus, hanc dicendi exercitationem, atque uſum, qui ſolus dicitur ſummus artifex, miſſum fecerim: facile prævideo noſtræ non eſſe facultatis, eruditiſſimo iſti auditorio, & hominum non modo ſapientia præcellentium, ſed in ipſa, quam deſidero, eloquentiæ facultate multum exercitatorum, graviſſimo judicio, & auribus maximè terſis, purgatiſque, ullo ut vel mediocris ſermonis ornatu, faciam ſatis. Accedit & hoc quoque incommodum, quòd ut ſumma haberem cætera, temporis quidem certè, atque otii non ſatis habui, ut cùm eligere prudenter res bonas hoc ampliſſimo auditorio dignas, tum electas congruentibus verbis graviter, ornatèque dictare, & quaſi in bono orationis lumine ponere poſſem. Itaque quæ ſit, qui minus ingenio, & doctrina poſſunt, ſubſidio eſſe ſolet diligentia, mihi quoque hac in parte deſit: quæ quanto in hoc genere adjumento ſit, niſi tempus, & ſpatium datum fuerit accommodatum, profectò nunquam intelligi rectè poteſt. Quæ quo plura ſunt, eò vos Clariſſimi viri, optimique adoleſcentes, meliore mente verba mea audire oportebit: ut ſermonis noſtri paupertas, atque inopia, veſtræ humanitatis copia, atque candore aliqua ex parte recreetur. Cogitanti autem mihi quid potiſſimum in hoc frequenti literatiſſimorum hominum concurſu, ad dicendum argumenti ſumerem, hiſce ſtudiis, literiſque noſtris accommodatum, in mentem venit, hoc anni tempore, quo memoria tūs Dionyſius celebratur, hocque auguſto loco, qui ſanctis precibus, atque operis dedicatus eſt, & conventu iſto pii, rectèque Deum invocantis cœtus fore nequaquam alienum, ſi de ſummo HOMINIS FINE, quo omnis conſiliorum, ſtudiorumque noſtrorum ſumma ſit referenda, vobiſcum aliquid commentarer: eamque quæſtionem, quæ & ad agnitionem hominis pulcherrima, & ad moderandam vitam eſſet neceſſaria, piis veſtris mentibus ſubjicerem preſſius examinandam. Nam quid eſt etenim tantoperè, quod referat inveſtigare? quæve ſcientia, vel jucundior, vel utilior, vel hominis providentia dignior, quam rectè noſſe, quis ſit hic ipſe, de quo loquimur, hominis finis: quid extremum, & ultimum, quo ſint omnia rectè vivendi conſilia, totiuſque adeò vitæ ſumma deſtinanda, quid ſequatur natura velut ſummum ex rebus expetendis, quid ut extremum malorum fugiat, atque reformidet? Ac cum multæ quidem res in Philoſophia ſapientium hominum ſtudiis inquiſitæ, nequaquam tamen ſatis adhuc explicatæ ſunt, tum hæc de fine hominis quæſtio, ſemper perdifficilis, & perobſcura eſt viſa: in cujus perveſtigatione comperet omnem humanam ſapientiam, Herculana quidem, ſed inani labore conſumptam eſſe. Hæ enim de re tàm variæ ſunt eruditiſſimorum hominum, tàmque diſcrepantes ſententiæ, magna ut argumenta eſſe debeant, veritatem rerum divinarum, & ideò verarum, non in profundum, ut illi cenſebant, demerſam, ſed procul à terris ſuper omnes cœlos ſublatam, & in illa inacceſſibili Dei luce locatam, effugere vim, notionemque humanæ intelligentiæ, & amplitudine ſua, ac ſplendore aciem ingenii noſtri obſtupefacere, atque hebetare. Neque verò illud tantoperè mirandum eſt, qui humana tantum didiciſſent, & eſſent homines, divina eos ignoraſſe, quando abſque Deo nemo Deum noſſe poſſit: niſi in tanta ſententiarum pugnantia, & varietate, in id convenisſent, conſpiraſſentque ad unum omnes, quod non modo à re, atque veritate diſtat, verùm etiam demonſtrationibus ex natura, cujus tamen perveſtigandæ quaſi ſcholam illi aperiunt, & profitentur, deſumptis, nulla poteſt negotio refutari. Nam licet in æſtimatione rerum humanarum alii ſupremum bonorum finem expleant voluptatum calculis: alii ſolo virtutis actione honeſta: plerique adjuncta ad virtutem reliquorum bonorum copia metiuntur: tamen quod ad rei ſummam attinet, omnes eodem tanquam erroris acti vento, in hunc deferuntur ignorantiæ ſcopulum & impingunt, ut finem hominis in perfectione humanæ naturæ, & optima ſui generis conſtitutione, conſummataque ſingularum partium harmonia, collocandum arbitrentur.

Quod ita non eſſe, neque vera ullu ratione defendi poſſe, priuſquam ad ea, quæ inſtituimus, progrediamur, paucis, ſi placet, oſtendatur. Ac principio, ut alia, quæ ſunt innumera, prætermittam, cum humana natura cauſſam à ſe non habeat, ſed aliunde principatum vitæ mutuetur: illud certiſſima conſecutione dari neceſſum eſt, ne ipſam quidem in ſe terminari, ſuiſque utilitatibus circumſcribi, nec ad ſe, velut ultimum finem, referri vera ratione poſſe. Non enim in eo, quod efficitur, ſed cum cauſa, quæ quid efficit, finis cujuſque rei complicatus eſt: utpotè cum nullum opus ſua ipſius cauſa, ſed ad opus, uſumque architectantis extruatur. Hominem porrò cu ſe cauſam non habere, ipſe ortus, atque obitus planum maximè faciunt. Nam illud quidem perſpicuum eſt, ſpeciem

Digitized by Google

hanc aliunde generari, non quidem perfectam, ſed velut abſque ratione, ſine corporis, animique viribus: quæ productione temporis, paulatim non vi ſua, verùm aliunde, ſecundum omnes dimenſiones, longitudinem, latitudinem, & ſpiſſitudinem externis alimentis augeſcunt, aluntur, adoleſcunt, & roborantur. Quod aliter eſſet, ſi natura principium ſui ſibi ferret acceptum. Nam & perfecta ſui generis ſtatim gigneret, & ipſa ſufficeret ex ſe vita durationem, omnium rectitudine partium, abſque copiarum externarum adminiculis expletam: id quod nunc abeſt. Deinde nec eadem occideret, ſi per ſe moveretur, & anima munus caperet: cum incolumitatem ſui, uſuramque lucis hujus ſummo ſtudio conſectetur, & expetat: interitum, velut extremum malorum, extremè fugiat, atque reformidet. Cum autem eadem ſit omnium hominum generatio, conceptio, idem ortus, & occaſus, & inde uſque ab initio ſemper fuerit: fieri nequit, ut alterutrum horum caſu aliquo ita feratur: cumque in infinitum progreſſus reſtrui non poſſit, rationes in eam ſententiam perducunt, ut neceſſe ſit in principio aliquo reſiſtere: qui principatum vitæ, & rationis intrinſecus injectum, incluſumque divinitus, ac vim gignendi, & propagandi genus ſuum, divino munere ſit adeptus: quique rurſus immutabili ejuſdem numinis providentia, ac decreto, peccati morti devotus ſit, & deſtinatus.

Etenim in toto hoc rerum ambitu quando nihil eſt homine ſolertius usque divinius, qui rato tamen, immutabilique ordine ſine vi ſua, conſilioque cum naſcitur, tum interit, conſentaneum eſt, cauſam hujus admirandi opificii, & viciſſitudinum in eo comparentium, ad auctorem aliquem meliorem, divinioremque, & immenſa vi ſapientiæ pollentem oportere referri. Eum autem vivum, ac verum Deum nominamus: qui totam iſtam mundi molem cum omni elementorum, corporum, ſpirituum ſyſtemate, verbo quo juſſit, ratione qua diſpoſuit, virtute qua potuit, in ornamentum ſuæ majeſtatis, argumentumque ſapientiæ, potentiæ, & bonitatis infinitæ, de nihilo machinatus eſt, & expreſſit, quique non modo tantùm humanæ indoli ἐξοχὴν antecedit, quantum hæc reliquis præſtat animantibus. ſed quantum immenſa vis ſapientiæ ſtrictis hujus naturæ ſpatiis, quantum divina humanis, cœleſtia terrenis, æterna mortalibus, infinita finitis, præſtant, & antecellunt.

A quo cum feudum, ut ita dicam, vitæ ceperimus, & idem per cauſam mortalitatis repetenti reddere cogamur, perſpicuum eſt, alienum hoc reſperandi munus ex ſe nequaquam pendere, neque ſua perfectione naturam humanam in ſe concludi, ſed finem ejuſdem cum auctore conjunctum eſſe, & ad eum ortus principem, cui fundus velut ovi, vel omnia potius debeatur, univerſarum quoque humanarum rerum ſummam deſtinandam, & referendam eſſe. Quid? quod ſpiritus ipſius, qui ſine doctrina notitias parvas rerum maximarum habet innatas, ſubjectione, atque mentem diſcimus, quod ratio omnium hominum communis, omnibuſque ſeculis idem permanens, ſua quadam illuſtrata luce, quod res eſt, quodque ſemper inde uſque ab initio conſtitit, ingenitum habet, cereoque cognitum, ne reliqua hominis cauſa, ſic hominem ad agnitionem, cultumque auctoris ſui, natum, atque in hujus vitæ ſtatione locatum eſſe: qui ſapientia ſua pulcherrimam, maximèque venuſtam imaginem immortalium animis, tanquam ſacellum ſuæ majeſtati dedicatum, in quo innoteſceret, pieque coleretur, ſapientiſſimo conſilio poſuerit, & conſecrarit. Ac quidem dum ipſi ſanè communem totius univerſi conſulentes formam complectimur, & extruimus animo copulationem rerum, cauſarumque ſeriem meditamur attentius, rationeque magiſtra per hoc admirabile ſyſtema quaſi ſtructuram ingentis domicilii, pleni multiplicium ornamentorum, & inſtructi omni copioſiſſimè, quò, quaque res pertineat, requirimus, & ſciſcitamur, nihil ſanè reperire poſſumus, quam unamquodque rerum, quæ cœli, terræque fœtu profunduntur, ad aliquod ſe præſtantius redire, & illi velut ſuo fini deſtinatum, devotumque eſſe. Cum autem is, qui hominem tanta luce ſenſuum imbuit, & in hanc antecellentiam plenam providentiæ, mentis, ſignificationum produxit, & ſolerter eſt architectatus, ſapientia, conſilio, potentia ſuum hoc opus longiſſimè antecedat, vique ſua & immenſitate teneat, gubernet, & complectatur, adque ſe pertinere putet univerſam, quam condidit, molem: cui dubium eſſe poteſt, quin ſicuti reliquarum rerum in univerſo cunctarum, ita fines etiam hominis, qui μικρόκοσμος verè perhibetur, ad eundem naturæ dominum, & parentem ſit referendus? De quo ſi non alia conſtructionis tam univerſa, tum peculiariter humanæ partes, nos commonefacerent: tamen vis & judicium conſcia mentis, quaſi cuſtos, & caſtigator actionum omnium animo præpoſitus, tàm vivum dicit hac de re teſtimonium, ut non modò nullo teſtium eſſe loco jure debeat, ſed nullis etiam diſſimulationibus, & involucris obtegi, non aſtutiſſimè cogitatis ſophiſmatum præſtigiis eludi, luminibuſque ejus offici poſſit. Ut enim in ſceleratè factis humanarum legum metas abſit, neque pœna reformidetur ulla: tamen aſſequitur ſuperbos juſtus à tergo Deus, & Nemeſis invigilat animo, ſceleriſque patratâ Supplicium exercet, & ſurdo verbere cædit, Occultum quatiente animo tortore flagellum: quod quaſi Senatuſconſultum animi malè ſibi conſcii rogante, præſidenteque ratione tanquam conſule factum, manifeſtiſſimo ſit argumento, faſces, & principatum imperii non penes hoc conſilium eſſe, ſed ad alium, velut abſentem dictatorem, atque principem pertinere: ut cujus cenſura formidolosè nimis expectetur, certoque tandem affutura præſentiatur: cui ſenſuum, conſiliorum, actionum, atque operum ratio tandem ſit putanda cunctorum, & cùm benefacta rectè, ſcienterque probanda, tum pœna flagitiorum commiſſorum graves paulò pòſt ſint perſolvenda.

Poſtremo verò quid tàm eſt apertum, & expeditum, quàm in illis magnificis philoſophorum θελγήτροις, ac ſeſquipedalibus verbis, nihil præter verba dari, rem verò nullam ſubeſſe, ſed tantùm oſtentari? Ut enim pax in Rep. Platonis eſt inane nomen, ita præclarum illud κατόρθωμα, & καθῆκον, denique bonorum omnium affluentia, perfectioque naturæ, quam inde productam jactant, ſplendidis quidem ornari verbis, ac velut idea quodam beatitatis ab operibus humanarum affectionum cogitatione ſecretis, bellis imaginibus informari poſſunt: revera dari, hac indole in depravatione, cum molibus ærumnarum undique circumfluentium, quibus non minus quàm cœli nubibus circumfuſi ſumus, ulla ratione, diſputationeque nequeunt. Simul enim ac animus ab illis picturis ad veritatem traducitur, & præclara horum diſputata paulum ab iſtis virtutum, & bonorum imaginibus præſentem in vitam adducuntur, cum omnium ætatum hominum exemplis comparantur, cum vana relinquuntur ejuſmodi rerum experientia, ſenſuque communis labefactata ſenſus, ac velut viſa quædam per quietem occurrentia, beatam vitam imaginibus potius oſtentare, quam rebus ipſis repræſentare tandem intelliguntur. Unde virtus enim in delibuto, diſtortoque vitiis ingenio? quæ beatitudo, perfectioque natura ſauciata à diaboli tetro peccati vulnere, deniſque imaginis divinæ jam à primo lapſu deſpoliatæ? quam denique, vel adeptionem bonorum ſolidam, aut depulſionem malorum diuturnam, aut voluptatis affluentiam ſynceram, incluſi, conſtrictique hoc triſti ſcelerum, mortis, calamitatum omnis generis carcere, ſperent, vel obtineant? Nam ut animus mille vitiorum, ita corpus per animi vitia pœnis, mortique deſtinatum, mille morborum receptaculum eſt: utramque imbecille, depravatum, ſuiſque ſeparatim doloribus, atque moleſtiis implicatum: & congruunt forma fragilis, valetudo non certa, vita breviſſima, honor ſimulatus, voluptas diluta, ſapientia perexigua, virtus languida, diſtorta voluntas, affectus turbulenti. Denique cum & corpora hominum ſint infirmiſſima, iiſdemque morbi inſanabiles, & dolores intolerabiles adjuncti: & animi corporum doloribus congruentes, ac ſeparatim ſuis impediti angoribus, deprehendantur: quantum à depicta illa naturæ perfectione, & aureo bonorum ſomnio diſcrepemus, ac, ut dicitur, bis διὰ πασῶν diſtemus, nimirum ex ſe quilibet ſcire ſuiſque à miſeriis perſentiſcere, quàm facillimè poteſt.

Ac de

At de virtutis, quam temere jactitant, cultu, & officio, res cum multo manifeſtiſſima, tum cuique ſua ſponte nota ſatis eſt. Quamvis enim ratio, quod rectum eſt, unicuique proſpiciat: tamen communis omnium vita, privataque ſingulorum eſt exemplo, vinci perturbationibus rationem, & voluntatem ſua quadam diſtortam contumacia, inque libidines inclinatam, non conſuetudine quadam, ut creditum temere fuit, ſed ingenita nec corrigibili depravatione peccare, atque via deflectere: neque modò non capeſſere proviſa ſapienter conſilia, ſed in diverſa omnia abire, & turpia pro honeſtis, mala pro bonis, pernicioſa pro ſalutaribus conſectari: ac velut mancipium de lapide emptum, ſequi ductum potius cæcarum appetitionum temere ruentium, quàm ſubjectionem ſagacis, providaque mentis: cujus juge excuſſe fertur equis auriga, nec audit currus habenas: duxque, & moderator affectuum, turpiſſima ab his ſervitute opprimitur, & fit miſerrimum veneris, & libidinum mancipium, impulſuque errantium cupiditatum de ſua ſanitate, graduque deturbatus, divina ſimul, & humana jura violare cogitur: ut illa in tragœdia ſubducta facinorum ratione, turpia quidem fatetur, quæ cequat animo, ſed anteſert tamen honeſtis conſiliis. Video, ajens, meliora, proboque, deteriora ſequor. Quam quidem ſceleratam ordinis divini violationem, imminutionemque ſempiternæ majeſtatis, bona præcipientis, averſantiſque contraria, conſequitur æqua diſpenſatione, juſtiſque talionis lege, malorum Ilias: pœnaque graves à ſceleratis, ac perfidioſis animis, omni criminum, & ideò calamitatum genere perfuſis, experiuntur, quarum quaſi diluvio picta illa de bonorum adeptione ſpecies obruuntur, & aurea diſputationum ſomnia, quibus ipſi fortunæ res noſtra præferuntur, ictu rerum adverſarum excuſſa, mentem ægram, & ad ſe redeuntem in acerbiſſimo miſeriarum ſenſu deſtituunt. Quæ ſic reverà ſe habere, quando cum hiſtoria omnium ætatum, tum vitæ cujuſque privatæ eventus demonſtrent, efficitur, præclaras haſce diſputationes eſſe mera deliramenta hominum inexperientium, vel potius cum univerſali naturæ experientia, atque ſenſu depugnantium, & in angulo, umbraque Scholarum, procul ab horribilibus communis vitæ tragœdiis, aurea ſibi ſecula, quæ nuſquam nec fuerunt, neque futura ſunt, in hoc mundi ſtatu ſomniantium. Ne illud etiam plerique horum, id quod fruſtra putatum fuit ſapientum, inventes in ζυγομαχίᾳ virium humanarum, & ad triſte divortium, quod cum ratione voluntas, affectuſque cordis fecerunt, reſiſtentes, licet ad vulgus in ſcriptis aſtutè diſſimulent ſuis, non tamen interdum intellexerunt: ſenſerunt in magna certè vi tempeſtatum, vel magnitudine gravium ærumnarum, vel multitudine, vel tandem diuturnitate fracti, & de gradu conſtantiæ dejecti, convictique experientia, ac rebus ipſis: ex quo plerorumque in variis doloribus querelæ, indignationes, iræ, deſperationes, & tragicæ exclamationes: quibus cum cælum, & terram preſſi, & flebilibus modis quiritando complerent, ſuam ipſi pro ſapientia ſtultitiam, pro virtute depravationem, pro beatitudine infœlicitatem, & miſerias, in theatrum produxerunt. Sed cum malum ſentirent, nec cauſam ejus ſapienter reperire, neque magnitudinem fortiter tolerare potuerunt: & in ſeipſis acquieſcentes, monteſque bonorum aureos ex inani virtutis aucupio, & conſolatione ſibi pollicentes, in mare præſentium malorum, & errorum noctem Cymmeriis tenebris triſtiorem præcipitarunt.

Quare poſitis his & cum omnium temporum conſenſione, tum uſu ſingulorum hominum confirmatis, quando euere illa præclara de virtutis perfectione, fœlicitatis adeptione diſputata neceſſe ſit: miſſam faciamus hac in quæſtione Scholam hanc philoſophicam, ſimulachra, vel potius ſimulationem bonorum pro veris profitentem: & de maximarum harum doctrina rerum in certa veritatis officina, nimirum in Academia Domini Noſtri IESV CHRISTI: *qui eſt ipſa veritas, via, & vita, & λόγος ea ſinu patris æternam ſapientiam proferens voce, doctrinaque cœleſti erudiri nos patiamur: ac quem ipſe præſcribat homini finem, qui cum re, veritateque conſentiat, ipſoque certus exitu reperitur, & ſalutaris, paulò, ſi videtur, accuratius, attendamus. Cum autem hic de fine loquimur, intelligi volo ſupremum, in quo ſana mens acquieſcat, & quo ſemel adepto nihil ultra ſibi natura vis petendum, ac adſciſcendum arbitretur. Sunt enim, ac poſſunt eſſe plures unius rei fines, ſed ſubordinati: unum autem eſſe ſummum, in quem deſinant cæteri, quòque referantur, neceſſum eſt.*

Quapropter etſi natura humana plures in comparatione conſtitui fines poſſunt, tamen jam de ſummo ſuntùm, in quem indoles humana libenter recumbat, & cujus in adeptione cuncta ſibi poſita, nihil ut amplius expetendum ſit, intelligat, ſermo nobis inſtituetur. Hunc autem quia triplici quodammodo norma metiri ſolent, aut ex ſtatu rei perfectiſſimo, aut de propriis maximè actionibus, aut ab immoto naturæ ordine, ſerieque cauſarum: idcircò harum unaquaque, quantum valeat, quâmque rectè judicium hoc finium regundorum diſtermines, atque dirimat, paucis, ſi placet, conſideremus.

Principio licet ab expleta ſui perfectione poſtremus hominis finis, ut antè dictum eſt, perperam expenditur: tamen quia natura, ſui perfectionem, & beatitudinem omnibus cumulatam bonis acerrimè concupiſcenti, non eſt odioſè reſiſtendum, ideò ſuo id quoque ordine ſanè conceditur. Hac igitur ratione admiſſa, & ad calculum revocata, quænam, obſecro, fingi, aut etiam optari conſummatior hominis perfectio poteſt, quàm eſt illa præcellens, & divina cum Deo conformitas, qua homo ad imaginem divinitatis in ſanctitate, juſtitiaque conditus, ad hanc ortus ſui integritatem acceſſione, & omnium partium rectitudine, archetypo illi ſuo perfectiſſimo, quàm proximè reſpondet: ut ſit, quod dicitur, exemplum numinis in imagine parva. Nam quo propius ad cognationem divinæ naturæ, unde profecta eſt, humana accedit, eò melior, perfectiorque ſuo in genere eſt putanda: maximè cum hic, ad quem reducitur archetypus, ſummum ſit, & ἀρχετυπικὴ rerum omnium perfectio: cujus vi, ſupera, & infera, cœleſtia, & terrena, temporalia, & æterna, conſtant, & conſolidantur. Eum autem cum Deo conformitatem (quam Plato ſummum jure bonum appellat) & naturæ noſtræ τελειότητα, non aliunde, quàm à filio Dei intermedio, mutuari, conſequique poſſumus. Nam cum natura, divina, & humana, immenſis intervallis, & longè majoribus, quàm cælum à terra diſtat, disjunctæ ſint, & ſeparatæ, ut per medium, quod utriuſque ſit capax, atque particeps, conjungantur, neceſſe eſt. Medius ergo conciliator hujus admirandæ conjunctionis eſt ipſe λόγος: qui ſicut in ſe naturam utramque, divinam, & humanam, hoc anni tempore ante annos 1566. admirando fœdere conſociavit, ſic in omnibus membris ſuo corpori inſertis, eandem, ſiquidem ita loqui fas eſt, quaſi divinitatis, ac humanitatis nomine ſecundum quid, & aliquatenus qualitate ſaltem operatur, atque perficit, ut ſint, quemadmodo loquitur Apoſtolus, θείας κοινωνοὶ φύσεως, quotquot per fidem capiti ſuo Chriſto coagmentantur: qui & mentes firma de Deo notitia illuſtrat: & effuſo in ſpiritus noſtros Spiritu ſancto, fiduciam promiſſæ miſericordiæ in voluntate accendit, & affectus cordis ad ſyncerum καὶ ἀπερίσπαστον Dei conditoris, ſervatoriſque amorem exſuſcitat: omnibuſque animæ, & corporis partibus, lucem, motum, rectitudinem, vitam denique, beatitudinemque ſempiternam impertit: atque ita tandem in eandem naturæ ſuæ glorificatæ imaginem de gloria in gloriam totum hominem transformat: qua quidem divina metamorphoſi, ne cogitari quidem, nedum præſtari explétior humanæ naturæ τελειότης, & beatitudo poteſt.

Quanquam autem hic optimus naturæ ſtatus in altera demum & meliore vita, cujus hæc mortalitas quaſi proſcenium quoddam eſt, abſolvetur: tamen in rudi hujus peregrinitatis tyrocinio, inchoatio certè facienda eſt, quædamque velut rudimenta tantæ perfectionis ſunt ponenda. Superinduemur enim, inquit Apoſtolus, ſi tamen non nudi reperiamur. Induemur autem luce, gloria, vita, fœlicitate, ſapientia, perfectione, virtute, juſtitia, perennitate, bonis denique Dei univerſis: qui, teſte Scriptura, omnia in omnibus tum denique futurus eſt: qua quidem

gloriæ acceſſione an ulla natura beatitas, ulla perfectio major, meliorque deſiderari poteſt? Quid enim Deo majus, quid illo melius, quid abſolutius? Relinquitur ergo, hanc cum numine conformitatem, & numinis ſempiternum, ſummum eſſe rebus in expetendis bonum: in quo requieſcat meritò natura noſtra, quoque tandem adepto, nihil amplius ſit requiſitura: cum ſupra Deum nihil ſit, nec eſſe poſſit: ſed hujus unius majeſtate, ſapientia, bonitate, potentia, perfectione, ſumma bonorum, omniſque perfectio, felicitaſque conſtet, & terminetur.

Iam verò ſi de propriis, & præſtantiſſimis humanæ naturæ actionibus finem ejus expendere, metirique volumus, certè nec hic quaſi finium limes, ad aliam, quàm quæ modò indicata eſt, metam, vitæ curſum noſtræ deducit, atque tranſmittit. Ecquid enim homini magis proprium, quid melius, quid illo dignius, quibus potius actibus curas, & cogitationes traducat ſuas, quàm ut in hac, de qua paulò antè dictum eſt, imagine, & conformitate filii Dei conſequenda, ſtudium, otium, atque negotium omne, totum denique ſe breviter impendat: & ſedata in gyrum rationis traducta ſenſuum infirmiore parte, divinam illam mentis vim, qua ratiocinamur, cognoſcimus, reminiſcimur, providemus, & proximè cum Deo conjungimur, excitet humo, & ad cœli, quaſi cognationis, futurique domicilii, & patriæ conſpectum erigat, ſpectatricem ſupernarum, æternarumque rerum: ut ad fontem mentis, & ſapientiæ omnis, unde profecta eſt, Deum, cogitatione redeat: illum ſpectet, meditetur, inquirat, &, ut Tertulliani verbis utar, inquiſitum inveniat, invento credat, & credito deſerviat, ac obſequatur? Ejuſmodi utique divinæ, atque immortalis naturæ motus circa nobiliſſimum, ſummumque, atque ſempiternum objectum, & ſibi maximè cognitum, occupatos, maximè hominis eſſe proprios, ecquis tam hebes eſt cui non ſit perſpectiſſimum? In hoc enim facto, ideò tanta intelligentiæ luce circumfuſi, idcirco anima ſapiente quaſi divinæ particula auræ, imbuti, atque induti ſumus, non ut ad fugientia hujus vitæ bona, quæ ſenſus jucundè movent, & cum ſenſu fugiunt, ac commoriuntur, mentem dimittamus; ſed ut hæc divina notionis vis, Deum auctorem, & parentem, qui lucem habitat inacceſſibilem, de ſacro verbo, quo voluntatem nobis, & eſſentiam patefacit ſuam, in illa luce conquirat, diſcatque noſſe: cognitoque cum omni contentione, ſtudioque præſtoletur, atque pareat: denique delubrum, ac ſacellum veræ pietatis, invocationis, cultus ab eodem præſcripti, in intimis cordis receſſibus religiosè ſtatuat, conſecretque.

Poſtremò ſiquidem ab ordine divinitùs ſancito, rataque rerum conditarum ſerie, de fine hominis eſt exiſtimandum, id quod maximè conſentaneum eſt, ſitque rectiſſimè, ut ſalutem ſcilicet noſtram pietatis mercede nundinari, & in cultu religionis magis nos ipſos, quàm Deum colere videamur: jam planè perſpicuum ratione hac admiſſa futurum eſt, finem hominis nuſquam alibi, quàm in æterna Dei majeſtate, collocandum eſſe. Nam quid obſecro totius univerſi quaſi regula quædam, atque lex, qua parent, & ſubjiciuntur infimiora præſtantioribus, quid, inquam, aliud communi quadam naturæ quaſi voce ſubjicit, & commonefacit, quàm hominem, cujus ergo reliqua facta ſunt omnia, Dei ſatoris ſui cauſa generatum eſſe? Ut enim mens humana perſpicit tantarum rerum, quæ viſibili hac cœli, terraque machina continentur, molitionem, non fruſtra, neque rerum inanimarum, aut nihil intelligentium cauſa comparatum eſſe: ſed Deum, ut ſapientem architectum, & generi hominum amicum, hujus intelligentiæ opificii, actionumque ſuarum organi maximè proprii gratia, tantum elaboraſſe: ſic eadem intelligentia duce pervenit huc, & pervenire debet, ut non ad perfruendas abunde hujus vitæ voluptates, in hanc terræ quaſi coloniam deductum, atque emiſſum ſe ſtatuat; verum ſicut ſibi habet ſubjecta, & obnoxia inferiora cuncta, ſic certò cognitum, perſuaſumque teneat, Deum feciſſe hominem bonis omnibus ornatum, & quendam alterum mundum, parvum in magno, angelum alterum à ſpiritibus, adoratorem ex ſpirituali, & terrena natura mixtum, ſpectatorem viſibilis naturæ, diſcipulum inviſibilis, terrenum ſimul & cœleſtem, temporalem, & immortalem, viſibilem, & intelligibilem, medium magnitudinis: ſimul & humilitate, Spiritum, & carnem: ut quemadmodum ſpirituales, & angelicæ naturæ, veris, & vivis vocibus, corporales verò, brutæque mutis præconiis infinitam ſapientiam, bonitatem, potentiam ſui fabricatoris, & architecti celebrant, & eloquuntur: ſic iiſdem homo ex utriſque coagmentatus, ad utriuſque etiam imitationem, & grata mente agnoſcat dominum, parentemque rerum omnium: & ſubmiſſo voluntatis ſtudio faſces illi dignitatis, ac eminentiæ ſubmittat: & ardente cordis motu in ejus ſe amorem, atque obſequium projiciat, & prompta voce, pioque ſtudio vitæ totius illum, ut fontem omnis boni colat, veneretur, atque celebret, in eo tanquam ultimo bono libenter acquieſcat, totamque vitæ ſummam, in quo totus vivat, & perſeveret, ponendam arbitretur: itaque rationes univerſas comparet ſuas, ut in metropolim illam cœleſtem, unde in hanc ærumnarum quaſi coloniam demigravit, lætiſſimo tandem animo, defunctis fortiter hujus vitæ periculis, redire, Deique jucundiſſimo ſaturatus conſpectu beatitudine frui perenni, nulliſque temporum metis circumſcripta poſſit.

Quid? quòd immutabili, rataque juſtitiæ lege divinitus ſancita ſic ordinatum eſt, ut creatura intelligens æterno creatori, ut ſervi domino, ut clientes patrono, ut coloni, & vilici prudentiſſ. ornataque cernentes patriſfamilias, ut filii denique adoptionis benigniſſ. parenti ſtudium, obſequium omne, reverentiam, vitam conſecrent, & impendant? Quid de gratitudine dicam, quæ maximè ſit hominis propria, cujus officio nullum magis eſſe neceſſarium, perſperſa naturæ veritatis, ac juſtitiæ ſemina demonſtrant? Quanta, quæſo, aut quæ non potius huic benigniſſimo Domino, optimoque, atque optimè merito parenti debetur? cui ut maximè tota vita exponatur, & ſit devota, nullam tamen meritorum ejus partem æquare: nunquam magnitudini beatificentiæ ejus paria facere rebus ipſis poſſumus: quemadmodum veriſſimè confirmat Patriarcha Iacob, ad conſiderationem magnitudinis divinorum beneficiorum tanquam obſtupeſcendo vociferans: *Minor ſum Domine, cunctis miſerationibus tuis.* Atque hujus quidem, nos hoc ipſum quoque tempus admonet, in quo memoria τῆς θεογονίας piis animis meditanda proponitur. Cujus amoris, atque meriti perennis immenſitas, mentem ſi quam non ſtupefacit: cujus animo vim, atque vehementiam ſingularis flagrantiæ non ſubjicit: hunc ego rupibus, quæ ad vocem inclamantis patrem, & morientis Chriſti diſſilierunt attonitæ, duriorem eſſe perhibeo. Quid enim majus, admirabilius, quid magis incredibile dici, viderique poteſt, quàm æternum, & juſtum generis humani conditorem Deum, qui pro immota juſtitiæ ſuæ regula ſontem, & contumacem naturam perdere debeat, infinita præſtantiſſimi operis ſui jam perituri charitate, & commiſeratione vehementer ardentem, & ſuperante miſericordiæ ſenſu de gradu quodammodo ſeveritatis dejectum, cepiſſe mirificum ſalutis noſtræ conſilium, & rationem mirabilis iniiſſe temperamenti, ac conciliationis: qua cum juſtitiæ ſuæ per hominem fieret ſatis, tum nobis hominibus certa venia, perpetuaque ſalus pareretur? Effudit enim iram nobis debitam, in filium hominem factum, & ut ſontibus parceret, ipſi innocentiſſimo non pepercit: ut noxiam creaturam ſententia damnationis eximeret, natum unigenitum, & innocentem capitis damnavit: offenſus eſt innocenti τῷ [illegible], ut nobis offenſionem commerentibus placaretur: exuit penè στοργὴν erga filium paternam, ut nos miſericordia, gratiaque huic ſoli debita complecteretur: illum gloria ſpoliavit, ut nos honore cumularet: damnavit inſontem, ut ſontes abſolveret: duriſſimis vexavit cruciamentis, & acerbiſſimæ morti ſubjecit immortalem, nihilque promeritum, ut nobis mortalibus, mortemque commeritis, vitam immortalem redderet: exhæredavit denique cœleſtis regni poſſeſſione verum, unicum, juſtumque hæredem ut nos contumaces, & ingratos omnique abdicatione digniſſimos, ad hæreditatem æternæ, & cœleſtis vitæ certandam inſtitueret, atque adoptaret.

O com-

O commatationem inenarrabilem, converſionem incredibilem! ò bonitatem infinitam, charitatem inexhauſtam! ò temperamentum juſtitię, ac miſericordia incomprehenſibile, & inauditum! quis tali praditus ingenio, ut hęc ita poſſit, aut mandare literis, aut oratione digna prodere, ut facta non ficta, vera non vana videantur eſſe? quis tanta fidei πληροφορίᾳ pollens, ut qaę certiſſimè propagata memoria, & divinis ſunt monumentis conſignata, ea non fabulis ſimilia, ſed vero veriora ſit exiſtimaturus? Nimis pectora noſtra frigent ad hoc incendium amoris divini propius aſpiciendum nimium cæcutiunt mentes in obtutu hujus admirandę ſapientię, ac bonitatis infinitę: nimis magna ſunt animi humani anguſtię, ad magnitudinem hujus interminati boni complectendam. Quid ergo reddemus Domino pro cunctis, quę dedit nobis? An non Calicem ſalutis accipiemus, & nomen ejus invocabimus? An non vota vitamque Deo noſtro reddemus, in conſpectu populi totius, in atriis domus Domini, in medio tui Jeruſalem? Et quorſum attinet ad honeſtam hanc ſententiam in bonis mentibus confirmandam, ab intelligentia ſubjectione noſtrę copioſiorem aliquam rationem orationemque petere, quando quod firmiſſimum eſt, quęque nihil ad pias mentes dici poteſt penetrantias magiſque validum, ſanctis etiam Prophetarum, & Apoſtolorum oraculis, voce denique redemptoris JESU, quem pater ęternus de cœlo clamans à toto genere humano jubet audiri, doceamur. Humanam naturam ad agnitionem culmumque veri DEI, ad illuſtrandam ejus gloriam virtuteſque annunciandas, ad perceptiones ejuſdem ſanctè, & religioſè capeſſendas, factam, & in hoc terreſtri tabernaculo locatam eſſe: idque non gratis, ſed ut hoc ipſo cultu ſempiternam conſequi fœlicitatem, ac vitam vivere ſeculis infinitis perbeatam, inque omni ęternitate, quam nulla temporis circumſcriptio metitur, conſpicuam, & pręſentem propitiumque coram celebrare DEUM poſſit: ſicuti filius DEI paulo antè mortem quaſi legato promiſſionis hujus ampliſſimo nobis relicto confirmavit; Hoc, inquiens, eſt vita æterna, ut te agnoſcant verum DEUM, & quem miſiſti JESUM eſſe Chriſtum. Ecquid alias jam ergo inditationes circumſpicimus? cur ad nos revertimur, & diſsodimus? quid amplius ſuffragia creaturarum exiliter colligimus? An ne Deo quidem domino creatorique cœlitùs nos alloquenti, viam metamque vitę commonſtranti, fidem habebimus? num illius teſtimonio amplius aliquid certinſque requiremus? & hoc nos parricidio inquinare, tamque impiè perditèque de ipſa veritate dubitare non dubitabimus? Sed cum plurima hanc ad perſuaſionem in ſobriis boniſque mentibus ſtabiliendum adduci poſſunt, ſicut omnia divina ſunt immenſa copioſiſſimaque, nec ullâ ſatis eloquentia mortalium unquam exhauriuntur: tum nihil hoc ipſum, quod quęrimus, convincit magis atque comprobat, quam quod totius hujus vitę omniumque actionum humanarum finis eo deſinit, in illam ſupremam metam decurrit, & vertitur, eo nos conſcię mentis pręſenſio atque pręjudicatio deducit, hoc certo ratoque Dei decreto ſemel conſtitutum, cœleſtique oracule effatum atque annunciatum eſt: ut poſt decurſum hujus ęvi ſpatium, ſiſtamur omnes aliquando tanquam certiſſimo conſtricti vadimonio, quod nemo fruſtrari, aut effugere poteſt, judici & cenſori omnium noſtrorum operum Dei filio, & ejus coram tribunali rationem fidei, conſiliorum, ſtudiorum, actionum, totius denique exactę vita putemus; & reddamus exactiſſimè: pro bene pieque factis gratiam immortalis, & ſempiterna fœlicitatis, inaugurationemque cęleſtis regni merito ſuo quęſitam, pro nefariè commiſſis digna, nec terminata rurſum ſupplicia reportaturi. Quem quidem poſtremum vitę actum atque formidabilem exitum, qui non acerrima atque attentiſſima cogitatione complectitur, & expendit, nec ad eum omni ſolicitudine curaque ſeſe in hoc lubrico, & incerto vita decurſu pręparat, quem non illius diei ſeveritas, & executio ad calculos vita providè ſcienterque ponendos, omniaque providenti, cogitanti, animadvertenti, & ad ſe pertinere ſingula putanti Domino, cujus luminibus nullę latebrę officiunt, nullę praſtigię faſcinum obijcere poſſunt, rectè probandos exſuſcitat, & expergefacit, qui terrorem hunc Domini non perpetuò ratione prametitur, & ſecum circumfert, cujus in animum atque aures illa vox quotidie non ἔναυλος inſonat, ἀπόδος τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας σου: hic immanibus ſaxis montis Sinai, quę ad vocem Dei Decalogum edentis tremuerunt, durior atque immanior eſt perhibendus: eundemque non modò doctrinam divinitus traditam nunquam ſeriò reputaviſſe, ſed ne veſtigia quidem divinitatis naturę impreſſa unquam animo relegiſſe, certiſſimè ſtatuo: atque ad hoc genus hominum, ceu ventrem mente auribuſque carentem, nequicquam iſtjuſmodi haberi orationem provideo. Ad pias verò ſobriaſque mentes, qua magni oracula divina faciunt, & in horum veritate ac conſolatione libenter acquieſcunt, & cum his congruentiam phyſicarum demonſtrationum magna cum voluptate compenunt, credo ego ex his, qua jam dicta ſunt, ſatis conſtare, quid de ſupremo hominis fine pro certo habendum ſit atque exiſtimandum: quippe cum normas atque regulas, quibus hę finium regiones diſterminantur, omnes eo dirigi animadvertant, & univerſas quaſi vias, quibus ad ultimum vita terminum itur, in hanc velut metam coire, & convenire deprehendant: ut finis omnis noſtri ſtadii, conatus, laboris, conſiliorum, atque actionum omnium, vitę denique totius immotus atque ſupremus, in Deo infinito, & ſempiterno omnis boni fonte atque auctore deſinat & vertatur: ejuſque cum agnitione, pioque ac religioſo cultu, etſi maximè propter Deum praſtandus ſit, tamen ſalus, vita, τελειότης, beatitudo natura noſtra, omnibus expleta numeris, nulliſque temporum circumſcripta ſpatiis, conjuncta ſit, & connexa.

Dixi de vero verèque beato ac ſummo hominis fine, quem per denſam nebulam ac velut in tenebris dimicantes omnibus ſeculis ſapientiſſimi quique tantopere quęſiverunt, neque tamen illo, vel acerrimę inveſtigationis ſtudio reperire potuerunt. Nos verò melioribus tincti literis, & oraculis cœleſtibus eruditi, inque ſcholam filii Dei, certam veritatis veręque ſapientię officinam divino conceſſu atque munere perducti, hęc ipſa, qua vim notionemque humanę intelligentię effugiunt, multò habemus compertiſſima: ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτριζόμενοι: pro qua magnificentiſſima ſumma, & immenſa gratia, ac beneficentia ęterno Deo patri Domini noſtri JESU Chriſti, qui dignatus eſt nos hac vocatione ſancta, gratias agamus, quantas animus in hac imbecilli caligantique natura concipere poteſt maximas. Ac quoniam in hoc puerili, & infantili hujus vitę tyrocinio nec magnitudinem tam ingentis beneficii æſtimare, neque rerum, quę conſecuturę ſunt, bonitatem providere, ne gratias quidem tantis meritis dignas agere poſſumus, idcircò eundem, à quo omne bonum deſcendit, Dominum toto pectore, & ardentibus votis, dum in iſto ſummus peregrinationis curriculo, vel potius in tabernaculo atque ſacello vera invocationis, perpetuò rogemus, & obteſtemur: ut ad finem hunc conſentaneo ordine & vera ratione conſectandum, omnium noſtrum animos per & propter Filium exſuſcitet, ac ſpiritus ſui ſancti robore & ἀσφαλείᾳ confirmet: quo defunctis tandem fortiter fœliciterque hujus vita periculis, & calamitatibus, in portum ſempiterna quietis, & patria, quem nunc ex alto in magna jactatione proſpicimus, latiſſimis animis & paſſis velis ſecundiſque ventis aſpirante numinis aura pervehamur: ibique agere gratias ſempiterno patri, & filio, & ſpiritui ſancto, vero & uni Deo pro beneficiis his infinitis, inter agmina caſtorum Angelorum ſanctorumque hominum, in omni æternitate poſſimus.

Interea verò dum latiſſima hac ærumnarum iſtius vita cataſtrophe ſperatur, & eſt in expectatione, maneamus in ea quiſque ſtatione, quam nobis commendavit & impoſuit Deus: eidemque ſerio verę obedientię ſtudio grata dicere ac facere, ſancta ſentiendo, dicendo & faciendo ſtudeamus, ac militemus militiam bonam, & vocatione hac noſtra dignam, habentes, quemadmodum pracipit Apoſtolus, fidem, & conſcientiam bonam: conſiliaque & ſtudia noſtra omnia ſervire gloria Dei, & propter Deum Eccleſia ac Reipub. opportunitatibus accommodatum eſſe patiamur. Pracipuè verò juſtitiam, qua nobis juriſprudentia ſtudioſis unicè commendata, & quaſi ad aram ab aterno Deo deſponſa eſt, teneamus, ut adultam virginem reverenter, & caſtè ſeptem liberali cuſtodia, & ab impetu violentorum procorum quan-

tum ſeri poteſt, prohibeamus: ut neque gratia corrumpi, nec illecebris adulterari, neque nundinatione venire, nec aliqua ut potentum peſſundari, & everti poſſit: cogitationumque & conſiliorum ſummam omnium, non ad turpis lucelli alicujus aucupium occupationemque ambitionis, & fori comparatam habeamus, ſed mens & animus habitent in ore oculiſque hujus incorruptæ virginis, totumque ejus vultum, quem ſeveris ac venerandis verborum coloribus depinxit antiquitas, univerſis vitæ ſtudiis & actionibus imitari atque exprimere conemur: quam quidem ſpeciem fingunt apud veteres depingi fuiſſe ſolitam, forma ſileque virginali, aſpectu vehementi & formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilis nec atrocis, ſed reverenda cujuſdam triſtitiæ dignitate: cujus imaginis ſignificatione nimirum intelligi voluerunt juſtitiæ juriſque antiſtites, oportere graves eſſe, ſanctos, ſeveros, incorruptos, inadulabiles, in ſcelus inexorabiles ac erectos, vique & majeſtate ſeveritatis terrificos: bonis autem, innocentibus & injuria preſſis, benignos, æquos & contra vim atque inſidias, præſidio, auxilio, conſilio, manu, ope atque opibus, promptos, faciles & opportunos.

Id verò quia conatu ſtudioque nullus ſuo, ſine divina ope, ſanctique Spiritus ἐνεργείᾳ conſequi poteſt: his de cauſis æternum DEVM, patrem Domini noſtri JESV Chriſti, & hujus merito noſtrum quoque toto pectore, & ardentiſſimis votis perpetuò, & cum primis in hoc ſtudiorum exorſu precemur: ut oculo ſapientiæ ſuæ in viam veræ germanæq; juſtitiæ nos deducat: & Spiritum ſuum ſanctum, verum ac fidelem παράκλητον, omnium conſiliorum actionumque noſtrarum præſidem ac moderatorem eſſe velit: quo ductu illinc atque auſpiciis hæc ſtudia noſtra Eccleſiæ, Reipub. ac nobis ipſis bene vertant: & in eum, de quo paulo antè dictum eſt, finem deſtinata ſint & referantur: ut exhauſtis fœliciter togatæ hujus militiæ laboribus, ſuperatiſque fortiter periculis, & difficultatibus excelſa conſtantia omnibus honeſtè tandem Sacramento, quo per Baptiſmum nomen Chriſto dedimus, ſoluti, militiæque hujus vocationis laudatè miſſi, in vocationem æternæ vitæ, lætiſſimæ animæ DEO Angeliſque bene comprobantibus, evocemur accepturi procul dubio juſta juſtæ militiæ beneque navatæ operæ præmia, τὸν τῆς δικαιοσύνης στέφανον, ὃν ἀποδώσει ὁ κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὁ δίκαιος κριτὴς πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Dixi.

DE COMPOSITIONE
IVRIS.

MUlti ſapientes eruditique homines, Reipub. ac juſtitiæ amantes, omnibus ætatibus conati ſunt, juris ſcientiam latè diſperſam, & per omnes humanarum actionum partes quaqua verſum diffuſam, in certum quoddam corpus contrahere, & ad rationem aliquam inſtitutioni, intelligentiæque accommodatam informare. Re ſiquidem ipſa docebantur, neque teneri hominum cœtus, & communitatem civilis vitæ citra germani, ſolidique Juris prudentiam & exercitationem, nec ſine certa via, ordine ac quadam eruditionis ratione, ejuſdem cognitionem haberi juſtam aliquam & Reipub. opportunam poſſe. Quamobrem amore patriæ & boni publici commoti, conſentaneam quandam juris doctrinam atque artem efficere conati quidem ſunt illi, ſed ad perfectionem aliquam, id quod inſtituerant, perducere hactenus non potuerunt: ſive hoc rei magnitudine, ac propemodum infinitate, ſive hominum vitio vel etiam deſperatione quadam evenit. §. 2. *verb. opus deſperatum. in proœ. Inſtit.*

Ac profectò ſi unquam aliàs, certè politiſſima illa Ciceronis, aut quæ paulò pòſt inſecuta eſt, ætate omnium artium ad id neceſſariarum inſtrumenta luculenter inſtructa idem ille Cicero, Servius Sulpitius, Julius Cæſar, & non longiſſimo hos inſecuti temporum intervallo Julianus, Papinianus, Ulpianus, aliique ſummi Juriſconſ. & Oratores, id unum operam dediſſent, & præclara illa ſua, quæ hac de re ſuſceperant cogitata, ſcripto complexi eſſent: fortaſſis eam, quam deſideramus Juris civilis abſolutionem, artemque doctrinæ hujus copioſam atque illuſtrem omni profuturam poſteritati eorum beneficio ſtudioque exædificatam haberemus. Sed quod illis eruditiſſimis ſæculis, ſive calamitas temporum, ſeu ambitio occupationesque ſingulorum inviderunt, id multis pòſt ætatibus, non modo præcipitante jam imperio Romano, ſed ſeneſcente etiam omnium meliorum artium indole atque ſtudio, fugientibuſque fatali quodam infortunio literis, & omni diſciplina meliore tantùm non extabeſcente, moliri aggreſſus eſt Juſtinianus, Imperator Romanorum LVII. ad imperium circiter annum Christi 527. aduptatus: heroica quidem ille animi inductione & præclara voluntate: ſed in magna rerum, ad ejuſmodi architectationem neceſſariarum penuria & defectione. Uſus enim eſt ad hoc inſtitutum animo opereque perficiendum, conſilio & opera hominum peritorum quidem, ut tum tempora ferebant, & in ſuo valentium: ſed qui dexteritate judicii, copia & maturitate ſolidæ eruditionis, omni denique graviorum artium inſtrumento, deſtituerentur.

Acceſſit & illud incommodi, quòd hi ipſi juris arbitri, in re tam ardua, tamque difficili, & ad omnem poſteritatem cum bono malove generis humani maximo duratura: temporis ſibi atque ſtudii ad accurationem tantæ molitionis, exactamque ejus tractationem non ſatis aſſumpſerunt: ſed cum decennium huic labori cùm minimùm deſtinatum eſſet, *l. unic. §. omni. in verb. neque in toto decennio compleri ſperabatur. C. De confirma. Digeſt.* illi triennali, *d. l. unic. §. omni in verb. tribus annis conſummata.* feſtinatione & præcipitantia, effuderunt potius corpus juris, quàm extruxerunt: quod ipſum argumento eſt judicium illis defuiſſe, neque rei magnitudinem ac difficultatem exactè perſpectam ponderatamque eſſe. Itaque Juſtinianus Imperator, qui aliorum artificum non ſatis ſolertium opera uteretur, plus auctoritatis, quàm artis ad hoc ſuum inſtitutum contulit. Vim enim effectionemque legum, libris juris, per hos, de quibus dixi, homines, tumultuario ſtudio & confuſaneo ordine digeſtis, ut princeps attribuit: de opere vero ipſo rectum facere judicium, eidemque in illo fatali omnium doctrinarum occaſu, præſtantiumque ingeniorum, & ad id aptorum inopia, juſtam limam extremamque manum adhibere non potuit: & ne deinceps id ab aliis fieri commodiùs poſſet, funeſtiſſ. librorum veterum proſcriptione, cauſam præbuit imprudens, ærea pro aureis poſteritati relinquens.

Quod cum eſſet in ſequentibus temporibus animadverſum, non deſtiterunt ſapientes, & eruditi deinceps homines, conari hoc in genere & efficere aliquid perfectius. Quin & hoc noſtro etiamnum ſeculo, quo omnes elegantiores diſciplinæ, in veterem ingenuitatem germanumque ſplendorem repubeſcunt, non paucis id unum eſſe ſtudio comperitur, ut hanc à multis jactatam, à plu-

à pluribus deſideratam , à nemine, quod quidem ſciam, perſectam juris artem, aliquando tandem conſumment, & omnibus abſolutam numeris publico uſui exponant . Quorum omnium conatus & induſtria ſavore quidem proſequenda , & ſtudiis atque adjumentis quibuſcunque promovenda eſt : ſed haud ſcio , an in tanta hujus ſcientiæ amplitudine, & actionum humanarum varietate, novarum juris quæſtionum ſemper ſœcundiſſima, perſectum aliquid , & in quo nihil deſideretur , elaborari queat:ac ut maximè queat, tamen non unius aut perpaucorum hoc fore opus , experientibus, niſi valde ſallor, eſt perſpicuum. Ac credo ego fatali quodam temporum genio, Domino univerſi ſic decernente , aliàs voluntatem atque ſtudium , aliàs opportunitatem ſacultatemque huic compoſitioni parem deſuiſſe. Nam in illo, ad quem paulo antè digitum intendimus , adultæ jam eloquentiæ & juris ſcientiæ flore , ſi rem cùm ſeriò cogitandam principes ſuſcipere, tum oratores illi ſummique Juriſconſul. conjuncta vuluntate ae opera ſuſcipere tractandam in animum induxiſſent: videntur id quod quærimus, Deo benè fortunante ad aliquod certè faſtigium educere potuiſſe; contrà Juſtinianus id quidem præclarè voluit, & in eo totus ſuit, nec ſumptibus ullis adjumentiſque, quæ præſtò quidem eſſent, neceſſariis pepercit : ſed deſtitutus remigio artium maximè neceſſariarum, & uſus conſilio arcbitectorum, qui iogenio, judicio , eruditione , ſtudio huic operi eſſent impares , profectò magnis , ut leviſſimè dicam, excidit auſis.

Quod ut non poſſum non fateri atque dolere etiam , & communem in eo noſtri generis imbecillitatem miſerari , ſic videor verè confirmatnrus , in tam vstio multorum conatu , & operatione multiplici , nihil dum extare , non ſolùm qnod ſcriptis Juſtiniani anteferri , ſed ne conferri quidem hoc in genere rectè poſſit. Quibus quia vis etiam legum atributa eſt, uſu multorum ſæculorum confirmata : ut jam in foro regnent , & univerſæ propemodum juris definitiones ſententiæque & decreta juriſdictionum, inde velut ex oraculo perennique atque auguſto fonte hauriantur: ideo ſemper auctor ſui, ſicut & adhuc ſum, ſtudioſæ juris juventuti, ne ſe cujuſquam conſilio ab his Juſtiniani libris in alia omnia traduci patiatur : ſed ut mentem , cogitationem , ſtudium huc omne convertat : in his habitet , & immoretur: ex bis, aut ſaltem præcipuè borum inſtructu, & adjumento, germanam atque etiam ſolidam juris ſcientiam , comparari perdiſcique poſſe, firmiſſimè ſtatuat.

Ad intelligentiam autem horum, quos Juſtinianus reliquit, librorum, duo potiſſimùm conducere plurimum ıocipientibus, meo quidem judicio, poſſe videntur. Primùm, ut finis, ordo, compoſitio, ſeries omnium, quæ Juſtinianus reliquit , juris voluminum , & in his ſingularum partium ratio, conſecutio, ſorma , progreſſus atque exitus, cum ſummaria quadam præcipuarum rerum notatione, velut extremis ductis lineamentis, ob oculos interque manus rudioribus proponantur . Alterum, ut bi ipſi libri magna cum fide diligentıa, & judicio emaculentur, & adjectis brevibus argumentis atque ſcholiis obſcuriora quæque illuſtrantıbus, legenti cupıentique diſcere adoleſcentiæ, quàm maximè plani atque faciles exhibeantur. Quibus rectè abſolutis proximum tum fuerit, confirmatis jam ingenii doctrinæque viribus, duplici commentario, alteto exegetico ſeu methodico, altero analytico, vel apodictico adultorum ſtudıa adjuvare : quorum illo ſingulæ Juriſprudentiæ partes induſtriæ inveſtigentur, & in certum corpus ordine , ac ratione concinna contrahantur: hoc verò evolvantur enucleatè omnia, & exponantur interpretatione juſta, adque verum Juriſprudentiæ finem, nempe uſum ſori, conſervationemque æqualitatis, & juſtitiæ in communitate vitæ civilis, accommodentur: quam citra exercitationem quaſi vitam animamque Juriſprudentiæ, non equidem arbitror magno cum fructu hanc civilem ſcientiam diſci docerive poſſe. Quam quidem ingentis operis telam ſi cui divino munere pertexere licuerit, equidem non leve operæ pretium effectum, nec parum adjumenti ad hæc ſtudia rectius colenda ſuerit ſuppeditatum. De quo ſanè plurima : ſed ne videar artogare mihi quicquam, quod præſtare multis de cauſis nequeam , idcirco hanc invidioſæ orationis partem libens abrumpo . In quam me tamen affectio rem ad tam utılem ſingularis deducere ea ratione, conſiderationeque cœperat; ut teſtimonium extet meæ in hæc ſtudia voluntatis: habeantque alii melioribus uſi fatis, & majoribus opportunitatibus, ubetioreque facultate pollentes, quod vel ſequantur, ſi placet: vel quo aliquid melius, facta conſiliorum collatione, aſciſcendum ſibi putent.

Quantum tamen mihi cum Reipublicæ neceſſitas, tum ineruditi muneris occupationes, cauſæque horum , qui opis noſtræ indigent , otii largientur , ad hoc potiſſimum inſtitntum urgendum , perficiendumque conferam . In quo prima juris ſundamenta , quibus reliquum operis inædificetur , quoniam initiò locanda ſunt , ideo ab Inſtitutionibus , quas huic rei Juſtinianus deſtinavit, ut ordiamur, conſentaneum eſt. Quarum quidem rectam intellıgentiam etſi plerique facilem, & expoſitam eſſe arbitrantur : tamen quòd rebus ipſis difficilem ego atqne implicatan, multiſque modis impeditam deprehendi: hac de cauſa qualıcunque boc meo labore , ſtudui maximè planam facere, & intelligibilem rudioribus , hujus libelli lectionem . De quo ſanè meo conatu cuique ſuum, ut in opere publico par eſt, judıcium relinquo . Neque me fugit multis hæc viſum iri puerilia, & indigna ſtudiis, quæ hoc in genere impendiſſe putamus . Sed tamen in tanta judiciorum varietate , ſtatuendum , quod res eſt, ſuam cuique diſciplinæ eſſe infantiam : nec elementa, etiamſi minus dignitatis habeant, negligi propterea oportere : quod ab his omnıs eruditionis non modò profectus inchoandus , ſed perfectio etiam, & ſtabilitas ſperanda ſit. Ac ſanè natura ſic comparatum videmus , ut ſundamenta operum maximorum lateant , ſine quibus tamen nihil in altum educi , adque ſplendorem, & dinturnitatem ſtabile muniri poteſt. Fa-

teamur

Digitized by Google

teamur etiam boni præceptoris eſſe, qui nihil à bono patre differre debet, non quid ſua dignum ſit exiſtimatione, perſequi: ſed demittere ſe ad ſuos, omnemque operam captui, commodiſque diſcipulorum accommodare: quos niſi ab ipſo quaſi lacte inſtituat, & paulatim ab infimis ad ſumma, à primis elementis ad ultima artis, vera ratione certaque via pedetentim deducat; nunquam ſanè magiſterio is ſuo, & officio fecerit ſatis. Qua in parte ſi quis nauſeat, aut erubeſcit: is ſe minus accommodatum adoleſcentiæ doctorem præbuerit.

Quid quòd hæ juris Inſtitutiones non tam elementa, quàm totum univerſæ Juriſprudentiæ quaſi corpus exhibent? quòd in his vera, rectaque ratione declarandis, non modò rudiores falli, ſed illi ipſi, qui ſe jam arcem Juriſprudentiæ tenere ſomniant, & hæc quaſi puerilia ex alto deſpiciunt, non uno loco hærere, & à vera deerrare intelligentia poſſunt? Quòd niſi plurimorum, qui hoc juris in explicando breviario ſtudium hactenus poſuerunt ſuum, commentarii planum faciunt, & teſtatum, cauſam nullam dico, quin aliter ſe res habere judicetur. Et in his etiam noſtris eruditi fortaſſis multa deſiderabunt, cum ne mihi quidem ipſi ſatisfaciant, qui voluntatem magis, quàm facultatem, ad hæc elaboranda poſſum afferre, quod ignotum non eſt iis, qui me norunt: quos ſpero ab homine tam occupato non æquè limata requiſituros, atque præſtare ſolent, qui ſuper ingenium, & doctrinam otio quoque literato abundant. Sed de his pro inſtituto noſtro ſatis. Cum enim conſtare prorſus arbitrer, id agere nos & dare operam, ut veritas & recta ratio atque inſtitutio in hæc rurſum ſtudia deducatur, ſpes eſt bonorum, quibus iſta ſcribuntur, judicia, noſtris fore laboribus æquiora. Quod ſi aliter erit, tamen conſcientia rectæ voluntatis fretus, in hoc illuſtrandæ Juriſprudentiæ inſtituto pro mea vocatione, proque virili progrediar: nec ingratitudine, & malevolentia hujus ſupremæ, profligatæque mundi ætatis, curſum meum bono conſilio cœptum, patiar retardari.

DE INITIIS STVDIORVM IVRISPRVDENTIÆ, ET LECTIONE INSTITVTIONVM.

AD eruditionem cujuſque doctrinæ comparandam, plurimùm valent, vel pntius omnia conferunt, natura, doctrina, & exercitatio, ſeu uſus. Naturam etſi nemo ſibi fingere poteſt, ſtudio tamen & aſſueſactione corrigere & meliorem reddere poteſt. Nec quiſquam tam vitioſo roperitur ingenin, qoi diſciplina nihil ſit omnino conſecutus. Doctrina de libris, præceptoribuſque petenda, & à primis elementis ad ſumma uſque faſtigia ordine & ratione paulatim eſt educenda. Quamobrem & Iuriſprudentiæ ſtudia quadam arte certaque via ſunt ineunda, & danda opera, vt cùm optimis libris, tùm fideliſſimis præceptoribus utamur. Ac dnctores quidem hujus artis, ſua cuique fortuna & delectus nffert. Libri autem hoc in genere quamvis innumerabiles extant, tamen totum eorum, quos nos quidem erudire volumus, ſtudiom, ad ſcripta Juſtinian. quibos jos omne Romanom complexus eſt, aut eertè complecti voluit, revocetur. Et qunniam à primis elementis eſt incipiendum, ideo ingredientibus hanc doctrinæ viam, Inſtitutiones juris, quas primo eruditionis anno Juſtinianus addiſei voluit, in manus ſumendæ, nec antè deponendæ ſunt, quàm diligenti lectinne, repetitinneque totus hic libellus ita ſit pervnlutatus & excuſſus: ut omoia ejus capita, partes, membra, in memoria, nnmeratoque habeantnr.

Id quod etſi dictu magis, quàm factu proclive eſſe videtur: tameo ita mea quidem fert opinio, ut exiſtimem, ſi quis via & ratinne ſtudiorum vera utatur, eum primo, quemadmodum Juſtinianus voluit, anno id conſequi facillimè poſſe. Sed inſtrumento primùm aliarum artium locuplete, deinde accuratione & diligentia quadam indefeſſa, incitataque animi conteotione, ſine qua nihil præclari efficitor, opus eſt. Ac eiiicienda etiam animn mollities illa, atqoe levitas, quæ aſſiduitate unius obiecti perquàm facilè offenditur, novarum ſemper rerum eupida, & ſtudioſa, & in gyrum hujus lectionis vaga mens eſt cohibenda: nec major ingeniis peſtis, quàm nolle uni curæ, meditationique inhæreſcere, & ſibi metas circumdare, extra quas aberrare cogitatio non debeat. Faſtidinſnm quidem eſſe fateor, eandem toties incudem tundere, eaſdemque res meditando ſurſum, deorſumque Syſiphio velut labore quotidie volnere: verum in ponendis doctrinarum rudimentis, hoc planè quidem neceſſarium eſt, ut, qnnd dicitur, non multa, ſed multum legatur. Inſtitutioonm autem ſeriem, & univerſalem quandam œconomiam animo informare, & quaſi totius corporis figuram primis lineameotis adumbratam in mente circumferre, ac deinceps ſingula membra, parteſque diligeotius explorare, & enucleatius ordine conſiderare oportet. Cui quidem ſtudio multom commodaverit, ſi primùm definitinnes nominum & rerum, quæ hoc in Iſagogicn libelln occurrunt, habeantur in promptu: deinde qua methodo & ſerie ſinguli tractatos, horumque partes cohæreant, & à Juſtinisoo exponantur, rectè ſit animadverſum. In utroque quidem cooatus ſum aliquid adinmenti ſtudioſis hoc libello afferre, ſed fateor motilum id eſſe totum & inchoatum tantum: ac optarim ego exiſtere aliqoem majore copia, reique perficiendæ facultate inſtructum, cujus induſtria definitiones ac diviſiones nominum atque rerum juris omnium, aut certè præcipuarum, juveotus ad manum habere poſſit.

Interea tamen licebit ex titulo de verborum ſignificatione multa ejus generis ſumere: quem ego præ-

Digitized by Google

præcipuè candidatis noſtris commendatum ac fa-
miliarem in hoc eruditionis exorſu eſſe vnlo. Ne-
que verò diligentiores inhortari verebor, ut quo-
tidie aliquam inde partem aſſumant, quam me-
moria complectantur, & ab eadem ſæpius repe-
tant: donec omnia illius Tituli capita, ejoſmodi
aſſiduitate comprebenſa, in promptu tandem ha-
beant & numerato. Ita & memoriam, quæ propria
Juriſconſultorum eſſe perbibetur, hac exercita-
tinne durabunt, & uberem commentarium ad
reliquas juris partes rectius intelligendas, habe-
bunt paratum. Proderunt hac in parte dnctorum
etiam bominum de verbis juris commeotarii per
quàm luculenti: de quibns cætera, quæ illi titu-
lo deeſſe videbuntur, rectè poterunt ſuppleri.
Seriem porrò atque œconomiam totius hujus In-
ſtitut. operis ſingularumque ejus partium conatus
ipſe ſum primùm univerſaliter in Iſagoge, tum
ad ſingulos Titulos ſpeciatim adumbrare. Qũo
labore meo ſi feneſtram adoleſcentibus pateſeci,
ad univerſum inſtitut. corpus quaſi per traoſen-
nam rectè conſiderandum, cogitationeque & ra-
tinne aliqua informandum, gaudebo expetitum
hujus opellæ fructum mihi conſtitiſſe. Poſtremò
utriqoe hnic operationi diligentiæ primi anni,
tertia etiam cura ſuccedat, Regularum juris no-
tio& comprebenſin: quæ ſummam omnium Jnriſ-
prudentiæ diſputatiooum exhibent: & ſparſim a-
libi per partes atque ſpecies traditas, uno quaſi
faſce complectuntur, ac velut abeuntia in me-
moriam aptè revocant, maximum deoique in o-
mni ſermnne, actinne, vita babent uſum. Qua-
re non committet juris ſtudioſus, ut in his com-
memorandis & io expedito habendis, ſegnem ſe
minuſque ſolertem deprebendat. Sin ergo, ut
comprehendam brevi, his in tribus, ſtudia pri-
mi anni locata: ut & Inſtitutinnes juris ordine edi-
ſcantur: & verborum ſignificationes definitioneſ-
que rerum teneaotur: & habeatur in numerato
acervus quidam regularum juris: quibus velut
uno nexu, diffuſi rerum humanarum articuli,
variaque Juriſprudentiæ capita maximè quæ in
Inſt.t. occurrunt exempla colligata ſint, & com-
prehenſa. Et quoniam uſu ipſo, qui omnium ma-
giſtrorum præcepta ſuperat, doctrina, ut initiò
poſui, acuenda & perpolienda eſt: idcirco in hac
quoque eruditionis herba, exercere ſe cum æqua-
libus, & præludere forenſibus controverſiis, um-
bratili quodam diſputatinnum genere juventus in-
cipiet. Itaque multa ex præceptoribus ſciſcita-
buntur: plurima à ſeipſis repetentes memoriam
alent & firmabunt: omnia cum æqualibus diſce-
ptabunt atque conſerent. Nec utilius quicquam,
quàm ſingulnrum in Inſtitut. titulorum materiam
unamquamque, ſimul ac probè erit evoluta at-
que cognita, in certas propoſitiones concludere,
& inter æquales pnponere diſceptandam. Nam
plora, ut dicitur, vident oculi, quàm oculus: &
quæ didiceront ſinguli, ea in medium velut in
unum cnllata acervum ad unumquemque diſſeren-
do redeunt: ac ipſa diſputationum cote quaſi per-
poliuntur omnia, & fiuot illuſtriora: ut & re-
ctius intelligi, & tenacius hærere memoriæ poſ-
ſiot. Ac ſanè futurum Iuriſconſul. cui in maxi-
ma celebritate mediaque Reipob. luce vivendum
eſt, & doctrina ex umbraculis iſtis, otioque ſcho-
laſtico in diſcrimen aciemque judiciorum aliquan-
do prodncenda: jam à teneris aſſueſcere certa-
minibus, & non refnrmidare coæquales, ac quæ
vera ſiint, diſſerendo confirmare: quæ falſa, o-
ſtenſis vitiis impugnare: & invicem crudiri ae
docere, cedereque jam tum incipere meliora
monentibus, & diſcere pati frenns judiciique, con-
ſiliique ſanioris: ecquis non videt qoantas io o-
mnem partem habeat opportunitates? Sed de bu-
jus exercitii commodis ſatis nunquam dici pote-
rit, nec quantum idem mihi cootuliſſe putem,
(ſi quid tamen buc profectum eſt) facile qui-
dem dixero. Itaqoe quod inſtat, agamus, &
libellum bonc Inſtitutionum, qoàm maximè pla-
num atque facilem ſtudioſis Juriſprudentiæ, pro
noſtro quidem captu, reddere conemur.

PRÆ-

PRÆFATIVNCVLA AD AVDITORES DE STVDIO IVRIS RECTE' INCHOANDO.

INſtituenti mihi juris civilis enarrationem, operæ pretium videtur, ſi prius quam rem ipſam aggrediar, de ineunda rectè hujus ſtudii ratione, verba faciam: quod ipſum, & Juſtinianum in Pandectarum prooemio, & multos deinceps Juris antecesſores feciſſe animadverto. In quibus, vel præcipuam hac in parte laudem, meo quidem judicio, meretur Duarenus, qui copioſa elegantique epiſtola (ſic eam inſcribere voluit) magnum attulit adjumentum hominibus noſtris: ut non modò juriſprudentiæ rudes, ſed etiam docti, ſe non parum arbitrentur adjutos, & ad diſcendum docendumque jus civile melius, & ad judicium de toto hoc genere rectius faciendum. Quia tamen nonnulla ab eo prætermiſſa videntur; quorum admonitio mihi neceſſaria viſa nunc eſt, ne juventus è recto ſtudiorum curſu in avia perducatur, idcircò non veritus ſum quaſi poſt Roſcium ſaltare fabulam, & quæ mihi cavenda, quæ ſequenda petendaque hoc in ſtudio præterea videantur, paucis aperire. Verè enim cum aliis omnibus in negotiis ſuſcipiendis, tum maximè in ponendis doctrinarum rudimentis, ἱερὸς ἐβδομὴ: ſciteque vulgò dicitur, Sibi quemque magiſtrum eſſe peſſimum. Mihi quidem infirmiſſimo ætatis tempore, atque ante puberes annos, in hanc ſtudiorum viam voluntate parentum ingreſſo, utinam tam dexter aliquis occurriſſet Mercurius, qui rectum ad optatam metam iter digito indicaſſet: ſperarem utique laboribus noſtris, & ingenti cultura, majores fructus conſtare potuiſſe. Sed quod nobis adjumenti infelicitas temporum conſiliorumque præcluſit, id aliis non invidere, candidi eſt ingenii, nihilque humani à ſe alienum arbitrantis. Quamobrem cum interpretandi juris provincia mihi hoc loco ſit demandata, viſum fuit faciendum, ut admonerem vos, in vaſtum hujus ſtudii Oceanum contendentes, quem curſum ſequi atque attendere, quos ſcopulos (quibus ego jactantibus errorum tempeſtatibus alliſus naufragium penè ſtudiorum feci) prudenter evitare debeatis. Cum autem & tutiſſima ſit diſcendi ratio, alienis malis periculoque fieri cautiorem: & permagni referat, benè jacere ac fundare ſtudiorum principia quæ ſunt (ut verè dicitur) ἥμισυ τοῦ παντὸς (ſeu ut Plato vult) plus quam dimidium: ſpero meam hanc oratiunculam, quamvis verborum lenociniis, luminibuſque ſententiarum deſtitutam, utilitatis tamen gratia vobis non fore prorſus ingratam.

Principiò, credo ego vos non expectare, ut qui ſe juriſprudentiæ in diſciplinam tradere, in animum induxerunt, eos dicam & utriuſque linguæ & hiſtoriarum cognitione, aliiſque humanitatis artibus libero homine dignis imbutos eſſe oportere: trita ſunt hæc & pervulgata, ac vel me tacente per ſe ſatis intelliguntur. Id unum dicam: ſicuti divinus ille Plato, Geometriam, & Arithmeticam duas eſſe ſtatuit alas, quarum quaſi remigio ad cœleſtium corporum, & totius univerſi cognitionem homines evehantur: ita videri mihi, duo in primis adminicula de liberalioribus diſciplinis juris candidato eſſe petenda, quibus tanquam aliis ſubnixus, in arcem hujus prudentiæ feliciter pertendat: diſputatricem nempe ſcientiam, & eam philoſophiæ partem, quæ de moribus inſcribitur, in quam etiam hiſtoriarum notitiam includo. Nec enim præceptis tantum, ſed multò magis exemplis illuſtrium virorum ad diſciplinam juſtitiæque amorem ingenia excitantur. Harum altera (ut verbis Ciceronis utar) res definit, partitur genera; conſequentias rerum exactè ponderat: & quibus poſitis, quid in utramque partem verum falſumque conſequatur, demonſtrat: denique in omnes ſapientiæ partes latiſſimè manat, & diffunditur: ac non modò finem cujuſque artis proſpicit, ſed etiam media ad metam rectè ducentia, ſine errore perſequitur atque oſtendit: quæ omnia in diſcendo, docendo, diſputando, in dijudicatione variantium opinionum, in controverſiarum definitione quantas habeant opportunitates, ecquis eſt qui non intelligat? Altera porrò ἠθικὴ, fontes naturæ aperit, unde jus hoc noſtrum in eam, quam videmus, vaſtitatem dimanavit, quibus cognitis, non modo jucundior eſt hujus doctrinæ inveſtigatio, ſicuti dicitur,

Gratiùs ex ipſo fonte bibuntur aquæ.

ſed etiam aperta magis, & facilitate quadam ad intelligentiam accommodatior. Omitto, quod ſanas inſtillat mentibus de virtutum dignitate, turpitudineque vitiorum opiniones: & ad juſtitiæ, humanitatis, aliarumque virtutum amorem ingenia aſſuefacit. Quid dicam de hiſtoriæ notitia? quæ verò eſt (ut apud Ciceronem inquit Antonius) teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis: ſine cujus luce, cæcum eſſe Juriſprudentiæ ſtudium, res ipſas docet. Quamobrem, ſicuti Platonem ferunt Academiæ ſuæ foribus inſcripſiſſe, ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω: ita nos jam in ipſo inſtitutionis veſtibulo pronunciamus, eos haudquaquam adhuc juſtitiæ adita admittendos, qui neque ſtudio linguarum & philologiæ ad δύναμιν ἑρμηνευτικὴν, nec ſanis philoſophiæ præceptis ad τὸν τῶν πολιτικῶν virtutiſque cultum atque obſervantiam animos conſuefecerunt. Qui verò harum artium doctrinis & exercitatione ingenia præculta ſic habent, & præparata, ut ad majora contendere rectè poſſint, hi σὺν τύχῃ τῇ ἀγαθῇ ad noſtram hanc Juriſprudentiæ ſcholam adeunto.

In qua primum audiant Inſtitutionum juris libros accuratè: nec audiant modò, ſed etiam legant, relegantque

quoti-

quotidie, adjuncto Theophilo, aliiſque aliorum enarrationibus, quæ maxime videbuntur, cum perſpicuitate, tum uſu, tum brevitate quoque idonea: donec eam juris epitomen intellectu & memoria penitus habeant comprehenſam. δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν: &

Lectio lecta placet, decies repetita placebit.

ut eſt in proverbiali verſu. Nam & hoc veriſſimè ſcripſit Epictetus. οἶδεν γὰρ, ὅτι οὐ ῥᾴδιον δόγμα παραγενέσθαι ἀνθρώπῳ εἰ μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ αὐτὰ καὶ λέγοι τις καὶ ἀκούοι καὶ ἅμα χρῷτο πρὸς τὸν βίον. Huic alter quaſi πάρεργον rectè atque utiliter adjungetur labor, ſi verborum ſignificationes & breves juris regulas ex duobus poſtremis Digeſtorum titulis cognoſcere, complectique curæ fuerit: ſicuti quoſdam memini ſingulis diebus aliquot de verborum ſignificatione, reguliſque juris capita ſucceſſivis horis memoriæ imprimentes, longè plus inde adjumenti ad jus noſtrum intelligendum conſequi, quàm ex copioſis illis doctorum gloſſematis: quibus ſi rudem adhuc & infirmum ſtudioſi animum oneraverimus, duorum alterum (ut inquit Iuſtinianus. §. his igitur. Inſtit. de juſt. & jure.) *aut deſertorem ſtudiorum efficiemus: aut cum magno labore ejus, ſæpè etiam cum diffidentia (quæ plerumque juvenes avertit) ſerjus ad id perducemus, ad quod leviore via ductus, ſine magno labore, & ſine ulla diffidentia, maturius perduci potuiſſet.*

Hoc ergo fundamento jacto, maturè erit ad Pandectarum lectionem perveniendum: quibus tota juris ſcientia, ſicuti & nomen indicat, continetur & poſt adhibenda Codicis, Novellarum ac juris Canonici lectio. In quibus ſtudiorum noſtrorum quaſi latifundiis omnis cura, cogitatio, ſtudium, ocium atq; negotium erit locandum: ac ſicuti Socratem eadem ſemper de eadem juſtitia diſputare ſolitum, refert Xenophon: ita opera pretium eſt, non diſtringi variis & diverſis curis animos diſcentium, neq; à corpore juris in alia omnia traduci, ſed huic immutari oportet: ab hoc ſolidus Iuriſprudentiæ ſuccus, nativuſque ſanguis eſt imbibendus. Ac ne hic iterum infinita penè rerum multitudine & difficultate rude ingenium obruatur, præceptaque deſperatione oblangueſcat: neve in tam vaſto rerum diverſiſſimarum Oceano, huc illuc inter legendum, ſine certa via & ordine jactetur: convenit Tyronibus, ſummas quaſdam rerum, velut in corpus redactas, proponi: & oſtenſa ſerie, ac juſta omnium tractatuum diſpoſitione conſequentia, ſimul quid in quoque titulo contineatur, ſummatim delineari: vel edicti recitate, explanatoque, ad quod omnia conſultorum reſponſa pertineant: vel, ubi illud deerit, materia in locos Dialecticos redacta & breviter explicata. Atque hæc quidem ratio longè plus habet utilitatis, quàm omnes iſti Methodici libelli, qui alii ſuper alios quotidie prodeunt: ſcilicet, ut ab hoc pulcherrimo, optimoque digeſto à multis præſtantibus viris, juridici corporis opere, juventus in tranſverſa ab iſtis doctoribus perducatur. Quantum enim eſt, incluſam habere memoriam univerſalem titulorum diſpoſitionem, & rerum ſibi invicem aptarum conſequentiumque videre ſeriem, tanquam in tabula propoſitam? quod ſi non modò delectat aliis in rebus elegans proportio ſicut inquit Xenophon. οὐδὲν οὕτως ἐστὶν οὔτ' εὔχρηστον, οὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις: ſed multum etiam ad intellectum, reſque memoria rectè complectendas conducit: quicquamne in hoc vaſtiſſimo juris ſtudio conducibilius ac neceſſarium magis arbitrabimur, quàm ſcire ordinem materiarum omnium, & connexionem: in cæteris omnibus artium doctrinis rectè tradendis opera pretium eſt, rudioribus, ad intelligentiæ memoriæque adjumentum, totam artem in corpus quoddam componi & colligari: quanto igitur magis in hac ampliſſima diſciplina, ubi non minus ſubtiliter & variè diſputant conſulti, quàm Philoſophi, opus eſt, ut initiò ſumma quadam, καὶ συμπεριενεχθέντα, ob oculos Tyronibus proponantur? Ut initia, progreſſus, finem tantæ ſapientiæ animo complecti, atque uno intuitu percurrere queant: diſcantque finitum eſſe jus noſtrum, & in non nimis multa genera diviſum, flagranti ſtudio univerſum perveſtigari facile poſſe. Quid, quod hæc naturalis eſt, juxta Ariſtotelem, diſcendi ratio: ut à communioribus & generalibus præceptis, quæ notiora ſunt, faciliuſque intelliguntur, paulatim ad penitiores cujuſque artis receſſus ſit progrediendum? Cæterequin & obruuntur, quaſi inducta nocte tam obſcurarum diſputationum perplexitate, candidatorum ingenia, & mole rerum depreſſa fatiſcunt, ac deſperato tandem ſucceſſu ad alia omnia delabuntur. Vt vaſcula oris anguſti (inquit Fabius, optimus docendi artifex) ſuperfuſam humoris copiam reſpuunt, ſenſim autem influentibus, vel etiam inſtillatis complentur: ſic animi adoleſcentum, quantum excipere poſſint, videndum eſt. Nam majora intellectu, velut parum apertos ad percipiendum animos, non ſubibunt. Quid, quod ita catenati ſunt inter ſe, & alii in alios implicati juris tractatus, ut nullum ſolide ac penitus intelligere queas, citra mediocrem plurimorum cognitionem? Ergo hic erit alter ſtudiorum labor, in quo qui egregium poſuerit rudimentum, is multum progreſſum eſſe ſe, & non minimam difficultatum partem ſuperaſſe ſciat. Hunc ſequi debet totius operis exædificatio & faſtigium: in quo cum alia aliis placuerint, licebit etiam, opinor, & nobis ſententiam noſtram, quantacunque ſit, aperire. Ac mihi quidem hoc cum aliis pleriſque convenit, tametſi titulorum ordo in Pandectis & Codice ac Decretalibus temere reprehendi immutarique non debeat: tamen in tractando cujuſque tituli argumento, nullam magnopere veræ methodi habitam eſſe rationem. Nam in conſtitutionibus principum videre licet ordinem magis temporum, quàm rerum eſſe ſervatum. In Pandectis autem, ſive ordo aliquis in ſingulorum tractatuum explicatione exiſtit, ut defendit Hopperus: ſive (quod ego arbitror) à compoſitoribus juris in Repub. magis quam ſchola verſatis hominibus non magnopere hac in parte eſt elaboratum: id certè negari non poteſt, & res ipſa loquitur, ad longè aptiorem commodioremque tum intelligentiæ tum memoriæ atque uſui methodum, ſingulos tractatus revocari redigique commodum poſſe. Quæ cum doctiſſimo experientiſſimoque viro Ciceroni placuerit, cumque ab acutiſſimo ejus rei architecto Ariſtotele profecta hactenus in ſcholis propter evidentem utilitatem ſit retenta, non eſt, cur nobis diſplicere, parumque ad diſcendum accommoda videri debeat. Itaque ſtudia ſibi habeant cum ipſi juris profeſſores: tum ſi horum induſtria deſtituantur, ſtudioſi: ut quæ ſparſim ac confuſè in ſingulis noſtrorum librorum titulis tractata reperiuntur, ea cogant in methodum, & unumquodque reſponſum caputque in ſuum aptè locum partiantur atque diſtinguant: hac videlicet ratione, ut quæ leges, aut verbum, aut rem propoſitam explicant, in locum definitionis primò referantur: tum quæ partes rerum, aut ſpecies tradunt, ſedem diviſionis occupent: poſt, quæ rei propoſitæ cauſa ſit efficiens, quæ materia, quæ forma, quis finis atque effectus, quæ cognata atque adjacentia, quæ contraria inveſtigetur: atque ita etiam minutiſſimæ cujuſque materiæ partes in idonea redigantur capita, nihil ut intactum, nihil non ſuo loco attributum, riteque diſpoſitum, neque in Digeſtis, nec in Codice, neque ulla alia juris parte relinquatur. Non enim ullum extare arbitror reſponſum, cujus aliqua non poſſit eſſe utilitas, aut in definiendo, aut diſceptando, aut argumentis probabiliter per ratiocinationem extruendis, ut quod de medicina dixit Hippocrates, nos quoque hactenus uſurpare queamus, εἰδὴν μηδὲν οὐδὲν καταφρονεῖν. Atque hæc in parte utile eſſe judico ſequi titulorum ordinem in Inſtitutionibus, Pandectis, Codice ac Decretalibus inſtitutum: eoque conferre, quicquid in Novellis ac jure reliquo Pontificio conſimile, præſentique negotio conſentaneum poteſt reperiri.

His ita digeſtis, reſtat ultimus labor, in examinandis ſuo loco ſingulis per ἀνέκαθεν legibus, cauſiſq; earum & partibus penitus introſpiciendis. Sed hic rationem materiarum oportet haberi. Turpe eſt enim difficiles habere nugas: & ſtultus labor eſt ineptiarum, ut quidam inquit. Nam quid attinet, omiſſis, aut leviter deguſtatis tantum iis, quæ ad quotidianum fori uſum ſunt potiora, in difficillimis illis juris ſalebris, à quibus judicia noſtra juriſdictioneſque longiſſimè abhorrent, ingenium, operam, otium atque negotium omne, Herculano labore conſumere? Sicut meminimus adoleſcentes in difficillimis ſubſtitutionum tricis, in utriuſque quartæ, Falcidiæ ac Trebellianicæ, enodatione, in materia contributionum ſuitatis, regulæ Catonianæ, conjunctionum, juris accreſcendi, tranſmiſſionum, bonorum poſſeſſionis, ſtipulationum dividuarum, & individuarum, obligationum dan-

b di &

di & faciendi, naturalis & civilis, generis & alternative, ejus quod intereſt, æſtimationum, operarum, ſervitutum, manumiſſionum, liberalium cauſarum, poſſeſſionum, nudorum pactorum, exhæredationum, præteritionum, quæ circa liberos, & poſthumos verſantur in vaſtiſſimis legatorum ſpatiis, atque aliis id genus labyrinthis multum verſari pulchrumque ducere, ac palmarum inter æquales, ad explicationem illarum difficultatum, aut excogitare aliquid ingenioſè, aut advertere noviter, aut in opiniones noſtrorum interpretum ſubtili ſtudio inquirere. Poſtea verò quàm ad tractationem cauſarum, & occupationes forenſes ventum eſt, inanem ſi illam magna parte induſtriam, & ſine fructu tantum laboris in rebus ab uſu remotis exhauriri plerique comperimus: iiſque docentur ipſis, quæ faſtidioſi forſan fuiſſent, in his vim omnem Juriſprudentiæ verti maxime, & velut animam diſciplinæ forenſis habitare. Unde & illud accidere neceſſe eſt, (neque enim diſſimulandum) ut in tractatione dijudicationeque cauſarum neceſſaria quandoque ignoremus, quòd non neceſſaria nimis multa diſcere voluerimus. Cum autem plerique, qui ad jus civile diſcendum ingrediuntur, temporis non habeant ſatis, ut minutiſſimas quaſque voluminum noſtrorum partes conſrectari omnes, & penitus explorare poſſint, cumque ambitione & foro obruti, è medio ſæpè curſu civilem ad vitam evocentur, auctor iis ſum, ut leviter perlectis iis, quæ ab uſibus noſtrorum judiciorum abhorrent, in eas partes curſum ſtudiorum dirigant, quæ ut ubertate, & uſu ſunt potiores, ita cognitu non parum faciliores, planioreſque inveniuntur: cujuſmodi ſunt ferè omnia ad ordinem judiciorum, contractus, res creditas, obligationes, actiones, jura dotium, tutelas, teſtamentorum compoſitionem, delicta & pœnas, aliaſque conſimiles vitæ quotidianæ actiones accommodata. Has Juriſprudentiæ ſinus diligenter exploret, penetret: ſcrutetur que licet juris ſtudioſus: nihil enim in eorum inveſtigatione operæ temporiſque ponet: cujus non poſtmodum fructus aliquis, & utilitas in foro conſtabit.

Quod ſi ne hæc quidem flagranti ejus ſtudio ſatisfecerint, nihil ſanè veto, quo minus in ſteriles illas, & deſertas inſulas deferatur, inibique ὡς ἐν παρόδῳ aliquantiſper, explorandi tamen magis, quam commorandi cauſa, oberret. Poſtquam ergo planum fecimus, quibus in juris partibus præcipuè ſit elaborandum, reſtat, ut exequamur, qua ratione & modo plenior earum inveſtigatio examinatioque ſit inſtituenda.

Digeſtis ergo in eum ordinem, de quo ſupra dixi, omnibus juris capitibus: iterum retexenda hæc tela erit, & ſinguli articuli ſecundum methodum diligenter explorandi. Ac principio ſtatim illud, quod lex (ſic enim capita ſingula Reſponſorum, conſtitutionumque vulgò appellantur) dicit, in ſummam quandam redigendum, quæ & paucis integram ejus ſententiam concludat, & rectè infigi memoriæ poſſit. Hujus autem ſententiæ διότι & ratio, quæ legislatorem movit, accuratè inveſtiganda: cujus cognitio non modo ad propoſiti capitis intelligentiam pertinebit, ſed ad ſimiles caſus quandoque incidentes, & dijudicationem aliarum ſpecierum rectè per ratiocinationem extendetur. Scire leges, inquit Celſus, non eſt verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem. Poſt hæc proximum fuerit, ut in ſuas partes legem per ἀνάλυσιν reſolvamus, ſingulaque exequamur, & perpendamus, verba, perſonas, res, facta, aliaſque propoſitæ ſpeciei circumſtantias: quæ omnia ad theſes & locos communes (Regulas vocant) erunt referenda, ut his particularibus exemplis regulæ confirmentur, confirmatæ uſibus variorum negotiorum aliquando ſervire queant. Poſtremo, facta aliarum legum, vel ſimilium, vel pugnantium collatione, conciliare omnia & connectere, exploratis, aut ſimilitudinis, aut differentiæ cauſis, annitemur.

Non me fugit, hac in reprehenſionem eorum incurrere, qui negant utile eſſe, in colligendis ex quoque capite iſtiuſmodi regulis operam collocari: quandoquidem omnis definitio in jure ſit periculoſa, rarumque exiſtat, ut contrario aliquo axiomate ſubverti non poſſit. Quorum quidem orationem, atque authoritatem ſi admittimus, vereor, ne magnam nobis, cum in agendis cauſis, tum in definiendis, amputemus facultatem. Nam ut prætermittam, hoc eſſe veluti orationis lumina & nervos, quibus cauſarum argumenta aptè ſuis locis cum illuſtrantur, tum colligantur: quis vel mediocriter rerum forenſium peritus non animadvertit, multa quotidie incidere, quæ niſi generalibus iſtis præceptionibus decidi nequeant? Verè enim dictum eſt, eam intentionem habere fundatam, pro quo generalis faciat juris definitio. Not. in l. 1. de regul. jur. ubi gloſſ. mag. & Dec. numer. 6. & gloſſ in l. omnis. 203. eodem titul. *At ea eſt periculoſa, raroque fit, ut ſubverti non poſſit. Periculoſam eſſe & ambiguam, infirmamque toto genere, nego: etiamſi caſus emergere poſſint, in quibus propter probabiles circumſtantias locum non habeat, & (ut inquit Juriſconſultus) facilè ſubvertatur. Quam propter cauſam ſi has juris theſes rejici conſentaneum eſt, eadem opera univerſum jus noſtrum pro arbitrio, quod ſibi quiſque vanæ mentis errore variè fingit, judicia tractemus, ac tantum non nundinemur. Neque enim ulla lex tam eſt circumſcripta, nec tam circumſpectè ſcribi potuit, ut quamvis in ſpecie, de qua agit, multo ſit æquiſſima, tamen non aliquando in conſimilibus articulis ceſſet, & ἐπιείκεια aliqua propter diſſimilitudinem circumſtantiarum excludatur.*

Supereſt, ut de adhibendis interpretibus conſilium vobis exponam meum: in quo difficile fuerit omnium judiciis ſatisfacere, quod pro diſpari vitæ inſtituto alii aliter opinentur. Nam qui ſtudium omne ſuum ad praxin, & capeſſendam aliquando Remp. conferunt, hi nonminus doctoribus, præſertim Speculatori, & Bartolo, operam dant, quàm legibus: propterea quod in omnibus judiciis morem hunc irroboraſſe animadvertunt, ut iſtorum placita non minus jus faciant, quàm ipſæ principum conſtitutiones. Contrà quorum animi melioribus diſciplinis tincti, artem potius ipſam juris & operas ſcholaſticas, quàm uſum forenſem intuentur, hi metuentes ne (quod in Tragœdia Menelao objicitur) barbari ſiant inter barbaros: cum omnia inconditè horridè, ſparſim, ſine methodo, ſine ordine tractari ab interpretibus perſpiciant: multa confuſè, neque ſuo loco, & (ut ajunt) οὔτε γῆς, οὔτε οὐρανοῦ ἁπτόμενα dici: nihil gratiæ, nihil elegantiæ, nihil proprietatis, illis gloſſematis ineſſe: exoſi horridum interpretationis genus, ſolis, ut loquuntur, textibus inhærent. Ego quidem:

Nullius addictus jurare in verba magiſtri,

Cum meo quodam fato ſic diſtrahar, ut alterum pedem in ſchola, alterum in foro propemodum habere videar, meam [illegible] ſententiam in medium proferam. Ac negari quidem non poteſt, quin ſuperioris ætatis interpretes, imperitia & tenebris ſuorum temporum involuti, multum in proprietatibus verborum, & antiqui juris explanatione, ſint hallucinati: & deſtituti methodo, tractent pleraque ſine ordine & luce: plura ſæpe ut in eorum diſputationibus πάρεργα, quam ἔργα reperias. Sed has incommoditates longè pluribus exæquant penſantque utilitatibus, quæ nos ad eorum lectionem meritò extimulare debent. Homines enim ingeniis abundantes, & in conſiliis rerum maximarum & imperiorum adminiſtratione multum verſati, cum non in umbra ſcholarum, ſed in media Repub. vim omnem juſtitiæ & præcepta juris perdidiciſſent, multa deinceps, quæ nobis advertere nunquam veniſſet in mentem, in ipſarum legum expoſitione, collecta uſu, & civili prudentia animadverſa, annotarunt. Quid? in tradendis legum cauſis, in eliciendis theſibus, in conciliandis antinomiis, quantum eſt eorum acumen? Jam verò cum illud conſtet, plerarumque litium dijudicationem non ab aperta juris definitione pendere, (quotus enim quiſque jus certum in litem pertrahat?) ſed ejus eſſe generis, ut diſputationem habeat in utramque partem probabilem: uſitatum eſt, cum in agendis, tum etiam definiendis cauſis, ſententias horum interpretum attendere, niſi evidenti aliqua ratione, aut explorato jure refutentur. Cum enim hi, ſicut dixi, rerum civilium experientiſſimi homines, infinitas ferè quæſtiones, quæ nuſquam certa aliqua lege comprehenſæ ſunt, paſſim tractent, & decidant: ſuæque opinationis ut plurimum cauſam aliquam afferre ex jure conentur: quid eſt, cur in rebus ambiguis ſententias illorum authoritate confirmatas, ſequi vereamur? Nam qui putant in ejuſmodi negotiis, id quod bonum & æquum eſt, attendendum: periculoſè nos primum docent.

Nam

Nam ſæpenumere falſa quadam æquitatis ſpecies, quaſi γλαύκωμα in oculos primùm incurrit, qua vel prudentes, & ab aliqua judicii doctrinæque maturitate circumſcripti, in errorem faciliſſimè pertrahantur. Deinde at maximè quod conſentaneum ſit, habeas perſpectum, tamen cùm tam preceps neque pronus in tanta ambiguitate, tenuique æquitatis diſcrimine ſit lapſus: quanta confidentia eſt, tuo ſolius judicio niti, & quid diligentiſſimi multæque lectionis ac e-
7 xercitationis viri, quibus nullo modo ſis conferendus, de eadem antea re ſtatuerint, nolle ponderare? Poſtremò, quot in dies gliſcunt controverſiæ? quàm multæ incidunt, in quibus quaquaverſum eadem apparent æquitatis momenta, rerumque ipſarum pari lance exæquatarum æquabile pondus, in contrarias ſententias animum diſtrahit, affertque in deliberando ancipitem cogitandi curam? Quomodo ex hac quaſi ſalebra, ſine horum interpretum adjumento, eluctaberet

Cæterùm quod quidam dicunt, ne in ipſis quidem doctorum libris omnes quæſtiones quotidie gliſcentes inveniri definitas: ut demus ita ſe rem habere, an propterea quæ ſapienter accurateque ab iis conſulta decretaque inveniuntur, erunt negligenda? Verùm propè dicam, non modò plures cauſarum, quæ quidem in forenſem diſceptationem incidunt, deciſiones extare in monumentis noſtrorum interpretum, quàm in ipſis legum voluminibus: ſed etiam nihil poſſe propemodum evenire tam inuſitatum, tam nunquam auditum, diſpoſitumque, cujus non aut expreſſa definitio, aut ſaltem ratiocinatione probabilis, ex Doctorum placitis, accurataque lectione poſſit alicunde peti. In quo vanus habeat, ſi qui totam ætatem in diſciplina forenſi tractandiſque cauſis, atque interpretum commentariis pervolutandis conſumpſerunt, non facilè huic meæ aſſeverationi, album (quod ajunt) calculum ſint addituri.

Parcius hac de re agerem, niſi compertum eſſet, hos interpretum noſtrorum maſtigas, cum diſceptandis dirimendiſque controverſiis adhibentur, ſæpe ex illo tam laudato atque admirabili æquitatis ſuæ promptuario, nimis quàm debilia infirmaque in deliberationem afferre argumenta, nonnunquam etiam obmuteſcere atque aſſidere velut κωφὰ πρόσωπα, ac vel invitos tandem ad retinendam dignitatem, lectioni doctorum ſeſe mancipare, ut aptiſſimè in eos quadret, quod in fabulis vinè vituperatoribus objicitur: Vituperant & bibunt tamen. Quos quidem aliquis fortè iis comparet medicis, qui cum magno conatu Avicennam & Arabas omnes, veluti indoctos imperitoſque, & ſæpè aberrantes, ex finibus atque agris τῆς ἰατρικῆς πολιτείας exterminarunt: tamen cùm ad manum & praxin medicinæ ventum eſt, aut eoſdem quos ejecerunt magiſtros revocare, & in conſilium adhibere coguntur: aut iis deſtituti, magno cum hominum detrimento aberrant ipſi ſæpe, & noxia pro ſalutaribus miſcent: nullam certè, ſicuti videmus, à dexteritate medendi laudem, nullum ad celebritatem inſigne nomen conſequuntur.

Neque tamen hæc eò à me dicta ſunt, quod obrui juventutem intempeſtiva interpretum lectione velim, quibus omnibus pervolutandis hominis vita vix ſuppeditet, nedum hi anni, quos juventus huic ſtudio impendere conſuevit. Sed ſicut ille philoſophandum, verùm paucis, autumat: ita ego in Scholis parce adhibendos interpretes exiſtimo, ne vel multitudine diſputationum obruantur ingenia, vel à melioribus ſtudiis temerè abducantur. Præſtat ſanè primam inſtitutionem præceptorum duntaxat vivæ voci, ſoliquo legum intelligentiæ gloſſarumque his additarum perceptioni dare. Etenim & præceptores commodius dubitantibus reſpondent, (ut ait Plato) quam libri, & res intricatas perſpicuius explanant: atque cum reliquæ diſciplinæ non tantum de libris hauriri poſſunt, ſed lumen etiam doctoremque deſiderant, tum in primis Juriſprudentiæ ſtudium, propter incurrentes undique obices, & vix credibilem in tractando aſperitatem, vivi interpretis adjumentum requirit. Præterea ex ipſis legibus non modo gratius, velut ex fonte bibuntur cauſarum deciſiones: ſed id quoque utilitatis percipitur, quod in iis earumque gloſſematis qui bene verſatus eſt, & quid quoque loco tractetur, in promptu habet, eum latere nequeat, ſi qua nova quæſtionum difficultas inciderit, quo eam loco & ad quas leges, atque gloſſa in Commentariis Doctorum, inveniro poſſit explicatam. Quæ res in praxi magno eſt uſui, ſicuti compluries rebus ipſis ſum expertus.

Præcipuum igitur juventutis ſit ſtudium, bene intelligere atque animo complecti ſeriem & ſententias: ac diligentem hac in re præceptoribus operam dare. Qui quidem de multis pauci ſufficerint, quos res ipſa doceat hoc nomine dignos eſſe. Cæterum qui tantum aliena tranſcribunt, ut de pulpito recitent, hi ſtudioſis nihil commodare videntur: quibus illa de libris iiſdem promptius ſumere licet, multò verò minus ad peregrinationes varias, periculoſas & ſumptuoſas aliquem inhortabor, dehortari potius inde malim. Nam ut alia mittam, quanta in his eſt pretioſiſſimi temporis jactura: quanta cruditas ſtudiorum judiciique ab illa auditionis varietate. Quam pauci redeant meliores, quàm multi deteriores? ut jam pereuntes non numeremus. Olim inter ethnicos ea res uſum habuit, cum philoſophi veritatem ubiubi quæſitum irent, quam domi nullam nec in libris, nec in magiſtris inveniebant. Noſtra conditio melior, quibus præ foribus utroque inſtrumento cœleſtis ſapientia concionatur, reliquarum artium velut pediſſequarum choro comitata: cujus amore ſi quis inſida ignotorum hoſpitia anteferat, ſanè fruatur illis amaſiis, ac glandibus etiam repertis fruge veſcuntur. Atque hæc quidem hactenus.

Quin tamen diſputationibus & opinionum collatione hac in palæſtra valde opus eſt, ut nuſquam verius ſit, quod ait Euripides, ὁμιλία ἔστι τέχνης: nos certè quicquid conſecuti ſumus, ſi modo aliquid conſecuti ſumus, huic potiſſimum induſtriæ acceptum ferimus: ad diſſerendi porrò rationem multa ſuppeditant interpretum libri: erunt & hi à provectioribus, modice tamen, adhibendi, cujuſmodi ex ſuperioris ætatis doctoribus ſunt Hoſtienſis, Azo, Speculator, Bartolus, Caſtrenſis, Fulgoſius, Imola, & Jaſon. Sed in his meo judicio, praxi operam aliquando daturis, præcipuè tenendi erunt Speculator & Jaſon: quorum alter corpus Juriſprudentiæ mediocri ordine diſtribuit, & exponit, idque in forum atque uſum producit: alter, copia ingenii doctrinæque ubertate ſic inſurgit, tam exactè diſputationes in utramque partem verſat, tanta luce ſingula colluſtrat, tam varia rerum copia locupletat, ut nullius interpretis lectionem tantum utilitatis afferre poſſe arbitrer, quanta eſt ea, quæ ex refertiſſimis Jaſonis monumentis, quaſi diti aliquo Copiæ cornu, colligi poteſt. His addendi ſunt illi, qui hoc noſtro ſæculo ad imitationem veterum, propria & eleganti oratione jus noſtrum illuſtrarunt. Multa enim à ſuperioribus dicta perperam emendant, plurima non animadverſa hactenus, in lucem producunt: ac melioribus inſtructi diſciplinis, leges veteri ſuæ puritati, & nativo candori reſtituunt: inter quos præcipuum ſanè locum, quoad theoriam, Jacobus Cujacius tenere videtur: quanquam ſint & complures alii, docti bonique, quorum feliciſſima ſcripta auctores ſic commendant vulgò ſuos, noſtra ut prædicatione tanquam ſuſpenſa hedera non habeant opus. Quorum lucubrationibus neutiquam, ſuadeo adoleſcentes careant: quin potius aſſidua lectione, & vigilanti ſtudio iis immorentur: hoſque cum antiquioribus illis diligenter conferant, ita rectius & leges intelligent, & majorem facultatem diſputationibus ſuppeditare poterunt: & cum ad actiones publicas, ubi Doctores in manus ſumendi conſulendique omnino ſunt, erit ventum, non tanquam peregrini atque hoſpites in aſſequendo ſermone, ac diſputationibus illorum inhærebunt.

Effudi vobis omnia ſtudioſiſſimi auditores, quæ mihi ad conſtituendam rectè hujus ſtudii rationem viſa fuerunt peridonea: quam ſi quidem ab ineunte ætate ſecutus eſſem, omnemque juris prudentiam in illos, de quibus dixi, locos haberem digeſtam, magnum adjumentum non modò ad memoriam, ſed etiam inventionem intelligentiamque ſtudiis mei paraviſſem. Nam ut reliqua prætermittam, id diſſimulare nequeo, nonnunquam in tractatione negotiorum aſſuevenire mihi, ut cum recorder cujuſdam facti deciſionem aliquo in titulo extare, caput tamen ipſum ignorem: cogarque ejus inveniendi gratia totum, quamvis longiſſimum, titulum percurrere lectione, quod in ſedem methodicam digeſtum ſe ſtatim offerret, nec fugere morarique quærentem poſſet. Ita-

Digitized by Google

quo eum ipſo rerum uſu didicerim, quantas hæc ratio habeat in omnem partem utilitates, eam in docendo me ſecuturum profiteor. Ac primum πρόχειρα vobis tradam, quibus ſeries omnium titulorum primaque capita utcunque explicentur. Eo decurſo ſpatio, rurſus (quemadmodum oſtendi faciendum eſſe) ad carceres redibimus, & ſingulas leges, in ſuos locos aptè diſtributas, plenius ubicunque, ſicubi opus erit, explanare conabimur. Cui quidem inſtituto, ſi vita ac laboribus ſupereſſe atque ſufficere potero, & occupationes aliæ, quibus deſtineri, atque adeò interrumpi nonnunquam hunc curſum noſtrum videtis, otium concedent, ad rem tantam animo atque opere perficiendam neceſſarium, mediocrem Juriſprudentiæ πεῖραν artemque habebitis, magis uberem ac rebus præſentibus idoneam, quàm difficilem aut obſcuram. Quam porrò, ſi decurſo ſtudiorum ſpatio in forum atque uſum (qui facit artifices) educere, tractationemque cauſarum limare ac perpolire ſtatueritis, adjunxeritiſque conſuetudinum cognitionem, quas Tiraquellus, Molinæus, Chaſſenæus, Matthæus de Afflictis, Boerius, multique juris Saxonici periti homines, commentariis illuſtrarunt ſuis, nihil cauſæ erit, quamobrem inter ſummos Juriſconſultos, quorum prudentia & conſilio Reſpublicæ tenentur, non jure annumeremini: ſpemque præbeatis, toto legitimo opere perfecto, ampliſſimam poſſe Rempublicam quamvis in iſtis imperiorum ruinis, & extrema mundi ſenectute horribiliter furoribus diaboli, & efferorum hominum immanitate convulſam ac laceratam, tamen in partibus ejus vobis credendis (ut Juſtiniani verbis utar) utcumque feliciter regi, & adminiſtrari. Quod ut ſumma cum dignitate aliquando conſequamini, veſtrum erit ad tantarum rerum conſiderationem tempus, & diligentiam, ſine qua nihil præclari efficitur, adhibere: mihique pro qualicunque hac facultate, quam DEVS largitus eſt ad illuſtrationem legum noſtrarum incumbenti, naviter dare operam tanto ſtudio dignam. Cur autem non detis, tam certis propoſitis dignitatum commodorumque promiſſis, quæ deferuntur iis ultrò, qui hanc utiliſſimam omnibus negotiis publicè privatimque rectè exequendis ſcientiam integre perveſtigarunt, & animo ſunt complexi? O vitæ Juriſprudentia dux, ô civilis vitæ architectrix: quid non modò nos, ſed univerſa vita, omnes actiones cogitationeſque hominum ſine te fuiſſent? Tu urbes peperiſti, partas conſervaſti, muniviſtique legibus: tu hominum ſocietatem primò juſtis conjugiis, deinde domicilis, tum morum ac diſciplinæ vinculo colligaſti: tu dux, & auctor virtutum, tu magiſtra morum: tu pacem civibus, incrementa civitatibus, gloriam, dignitates, opes ſummamque amplitudinem tui ſtudioſis confers: tuo præſidio incolumes, tua auctoritate ab improborum impetu tuti ſumus: tuo munere & domi ſecure, & foris in judiciis, in contractibus, in negotiis omnibus ſine injuria, honeſtè tutoque verſamur: per te quid noſtrum, quid alienum, quid commune ſit, exploratum habemus: per te fundos, patrimonium, hæreditates, uxorem, liberos, & quæcunque noſtra nobiſque chara ſunt, ſtabilia, inviolata, tuta, ſarta tecta retinemus.

Hanc ergo ut pulcherrimam præſtantiſſimamque rerum omnium ſcientiam inveſtigare ritè, atque explicare, aſpectante cœptis noſtris DEO, ordiamur: divinam illam ſapientiam, ſine cujus adjumento nullius eſt felix conatus, & utilis unquam, ante omnia communibus votis in auxilium advocemus. Te ſupplices igitur obteſtamur æterna ſapientia æterni patris, Emmanuel, filii DEI viventis, Domine JESV CHRISTE, ſine quo nihil poſſumus, qui promiſiſti te nobiſcum fore uſque ad conſummationem ſeculi omnibus diebus, & daturum dona hominibus: cui volupe eſt jam inde ab initio verſari inter homines, noſque miſeros atque imbecilles, de tuis ſolius humeris pendentes, regere, tueri ac erudire ſapientia cœleſti: omnipotens, juſte, caſte, miſericors, cum patre æterno, & Spiritu ſancto DEVS, propugna & tuere clementer adverſus teterrimos diabolorum impetus Eccleſiam tuam, & Reſpublicas, quæ ſunt hoſpitia Eccleſiarum, atque hunc cœtum docentium, diſcentiumque in te projectum, Spiritu tuo ſancto guberna & erudi: ſtudia noſtra, quæ Eccleſiæ, & Reipublicæ inſerviunt, in iſtis rerum difficultatibus, & ruinis regnorum, ſub umbra manus tuæ cuſtodi, & protege: fac nos vaſa miſericordiæ tuæ, & eſto lux mentium noſtrarum æterna, ut divinam ſapientiam ac juſtitiam, per te ex arcano ſinu patris ad nos allatam, cognataſque rectè, ritèque inveſtigare, ac tibi grata dicere, & facere diſcendo, docendo, agendo, in Eccleſiaſtica, civili & Oeconomica gubernatione, perpetuò queamus.

MATTHEI

MATTHEI VVESEMBECII

ISAGOGE

IN COMMENTARIVM INSTITVTIONVM SEQVENTEM.

SVMMARIA.

1. *Inſtituere & Inſtitutiones quid ſint.*
2. *Diviſio Inſtitutionum juris.*
3. *Objecta juris tria.*
4. *Auctores Inſtitutionum quinam fuerint.*
5. *De materia, forma & methodo Inſtitutionum.*
6. *De fine & effectu Inſtitutionum.*

IN enarratione inſtitutionum Juris civilis, quæ ſunt velut Epitome Juriſprudentiæ, ſeu, ut Juſtinianus appellat, legalis ſcientiæ, prima quædam Elementa, §. *antepenult.* inſt. *in procemio Inſtit. & Iſagoge. in conſt. ff. δέδωκεν*, neceſſarium videtur, quo id docere quod volumus, facilius intelligi poſſit, ante omnia breviter explicare, quid ſint inſtitutiones, quę earum diviſio, quæ cauſæ, qui effectus.
1 † Inſtituere Latinis inter alia ſignificat, aliquid incipere, & ordiri, ut inſtituere ſermonem, colloquium, magiſtratus, inſtituere vineas, *l. penult.* in princ. *locati*, lapidicinas. *l. ſi cujus.* 13. §. *inde eſt quaeſitum.* 5. *De uſufruct.* &c. hinc inceptio atque informatio cujuſque doctrinæ, Inſtitutionis nomine, conſuevit deſignari. Quomodo Quintilianus ſuas Inſtitutiones oratoris, & Lactantius, atque alii, Inſtitutiones Chriſtianæ religionis inſcripſerunt, Valla *li. 4. cap.* 11. Quapropter & Juſtinianus, exemplo Caji, aliorumque I. C. qui Juris inſtitutiones condiderunt, unde nomen cum re mutuatus eſt, *in procem. Inſt. & conſt. δέδωκεν, l. 2. C. De vet. jur. enuclean.* haud perperam hunc Iſagogicum libellum, inſcripto Inſtitutionum nomine invulgavit. Traduntur enim in illo prima Juris elementa & præcipuæ Juris partes, cùm brevibus regulis comprehenſæ, tum definitiva Methodo ὡς ἔγγιστα, & quatenus forenſis hæc materia patitur, explicatæ: quæ ratio in omnibus elementis, maximè ad docendum eſt accommodata. 2 † Dividitur porrò totum hoc Opus, in partes ſeu libros quatuor: quorum in primo agitur initiò, de cauſa & fine Juriſprudentiæ Romanæ: nempe de Juſtitia: deinde de mediis ad finem ducentibus: puta de principiis hujus juris: quæ hauriuntur ac ducuntur, aut ex communis naturæ ſenſu, atque inclinatione: quod jus naturale dicitur: aut ex communi judicio rationis intellectuſque humani: vel uſurpatione etiam cunctarum rationum: quod jus gentium, ſeu humanum appellamus: aut ex politicis præceptionibus, inſtitutiſque, & moribus ſingulorum populorum civilibus: unde jus civile defluxit: ex quibus tribus principiis, tanquam fontibus, vel cauſis potius atque partibus jus Rom. conſtat. Non enim ſunt hæ ſpecies à jure Romano diſparatæ, ſed ex iſtis velut membris, totum hoc jus coagmentatum & compactum eſt †. 3 His ita generatim explicatis, progreditur Juſtinianus ad objecta juris, ſeu materiam, circa quam jus hoc omne Rom. verſatur. Sunt autem objecta hæc tria numero, nec plura, vel pauciora afferri conſtituique rectè poſſunt: etiamſi ingenioſi homines novandi ſtudio, in alia omnia tranſierunt. Omne enim jus

noſtrum verſatur aut circa perſonas, quibus jus redditur, & quarum cauſa illud conſtitutum eſt *l. 2. De ſtat. hom.* §. *fin.* inf, *De jur. natur. gent. & civil. l. in pecudum.* 28. *De uſuris*, aut circa res, de quibus diſceptatur, & jus redditur: aut circa actiones, & judicia, per quæ jus redditur. *l.* 1. 2. *De ſtat. hom.* §. *ult.* infr. *De jure nat.* De primo objecto diſputat Liber primus, videlicet de perſonis: quæ aut ſunt alieni juris: ut ſerui, & filiifamilias: aut juris ſui: & hi rurſum, vel ingeoui, vel libertini: horumque alii patresfamilias ſibi relicti, ut majores pleriqoe omnes alii patresfamilias quidem, ſed in tutela, & curatione aliena conſtituti: iofr. *De tutel.* io princ. ut pupilli, minores, prodigi, fatui, & ſimiles, qui ſuis rebus commodè ſupereſſe ooo poſſont. Et de harum quidem perſonarum jure atque ſtatu omnium, primo in libro diſputatur. In ſecundo, & tertio (neque enim uno libro tanta rerum copia concludi potuit) alterum objectum, videlicet rerum jura Juſtinianus exequitur: de quarum aut dominio, aut obligatiooe, judicia exiſtunt, & jus redditur, nec ſunt plures, quaſi anſæ litigandi, quibus res attrahi, adducique io judicium poſſint. In quarto tertium Juris objectum, videlicet actiones, & judicia explicantur: quibus connexæ ſuot eæ obligationes, quæ non de rebus conſtituuntur, ſed per quas perſonæ nocentes actionibus, & judiciis fiunt obnoxiæ iof. *De obl. quæ ex delict.* Majorem enim illæ cum actionibus quàm cum rerum dominiis, & obligatiooibus habent affinitatem.

4 † Quod ad cauſam efficientem attinet, auctor hujus libelli eſt Juſtinianus Imperator quinquageſimus ſeptimus: qui anno Domioi 529. anno Imperii ſui ſecundo jus omne emendavit, ac in certum redigere, & componere corpus inſtituit: uſus præcipuè trium conſiliariorum ſuorum opera, Tribooiani, Theophili, & Dorothei, vide *procemia Pand. & inſtit.* item *l.* 1. & 2. *C. De vet. jur. enu.* quibus poſt editum Codicem, & abſolutas, neque dum tamen evulgatas Pandectas, id negotii dedit: ut ex Inſtitutionibus Caji, Ulpiani, & aliorum Juriſconſultorum, certam quandam Epitomeo, & breviarium Juris primæ inſtitutioni accommodatum, colligerent. vide *proœ. inſt.* §. 3. & *ff. conſt. Novam* quod diſcere jura incipientibus in ſcholis, primo ſtudiorum anno pro elementis proponeretur. Id autem eo conſilio fecit, quia, ut in cæteris diſciplinis, ita & in Juriſprudentia rectè tradenda opus eſſe elementis, unde inceptio, progreſſioq; eruditionis fieret, prudenter animadvertit. Et quia in Inſtitutionibus Caji, Ulpiani, ac aliorum veterum prudentum, multa erant partim obſoleta uſu, quippe non modò translato in Thraciam Rom. Imperio, ſed etiam tota Reipublicę Juriſque forma planè tum immutata, partim etiam conſtitutionibus Imperatorum emendata multifariam atque interpolata: ſic ut minus fructuosè horum Inſtitutiones, juventuti proponi poſſent; ideo voluit Juſtioiaous libellum Iſagogicum extare ejuſmodi, qui ita præcipua juris capita exhiberet: ut in eo nihil redundans, oihil obſoletum, & pòſt dediſcendum, diſcere incipientibus primo ſtudiorum anno atque aditu objiceretur. 5 † Materia hujus ſcripti jam antea eſt expoſita. Verſatur enim circa priocipia, & objecta juris uſitati, eorumque materiam, parteſque omnes generales quidem, & præcipuas cum definitiooibus, & diviſionibus expooit, tum certis quibuſdam regulis colligit, & coocludit. Forma quoque & ordo, qui io his Inſtitutionibus ſervatus eſt, facilè ex diviſione ſupra poſita, intelligi poteſt. Ac in uoiverſum ſciendum eſt, Juris expoſitionem in hoc libello, à primis fontibus, & generalibus quibuſdam perceptionibus, quæ magis patent, faciliuſque comprehenduntur, arceſſitam, & ſecundum methodum (ſi qua tamen ab his artificibus adhibita eſt) definitivam, qualem ſcilicet popularis iſta materies recipit, deinceps ioformatam eſſe. Nam & hæc methodus Ioſtitutiooibus maximè conveniebat: & cum noo ipſe Juſtinian. artem juris inveniſſet, ſed ab aliis inventam atque extructam, componere io unum corpus, & inſtaurare tantummodò inſtituiſſet, certè oon alia ei docendi ratio fuit perſequeoda. In qua quidem hoc ordine progreditur, ut primò ſummas rerum, & communia juris genera proponat, deinde eadem in ſuas partes, & ſpecies magis communes ac pervulgatas diſpertiatur; poſtremò has ſpecies atque partes, cùm definitionibus, ac diviſionibus exponat, tum certis regulis in quoddam quaſi corpus concludat, & coagmentet: quem ordinem maximè valere in elemeotis, eruditi norunt. Sed de forma & ordine hujus libelli non eſt neceſſe pluribos præfari: quando ad ſingulos Titulos, ſeriem ſingularum partium, paulò pòſt accuratius ſimus delineaturi. 6 † Cauſam finalem hujus inſtituti, Juſtinianus ipſe in procemio indicat: ſcilicet, ut hac compendiaria explicationis via, juventus quaſi manu ad faciliorem hujus ſcientiæ cognitionem deducatur: *In Proœm. &* §. 2. infr. *De juſt. & jur.* id quod io abſolvenda Juris doctrina, omninò fuit neceſſarium. Nam ſi nulla tam mioima faciliſque ars eſt, quæ ſine elementis, & Iſagogica eruditione tradi poſſit; certè hoc immenſum Juris ſtudium, ab erudita, & compendioſa aliqua Epitome, ut inchoetur, conſeotaneum eſt. Porrò auctoritatem, & vim harum Inſtitotionum eandem Juſtinianus eſſe voluit, quæ eſt reliquarum Legum, & Conſtitu-

ſtitutionum in fin. *procemii* §. *pen.* in verb. *pleniſſ. noſtrarum conſtitutionum robur, &c.* Quare ſicuti reliquæ Leges obligant, aut ad obedientiam, aut ad pœnam, *l. divus.* 7. *De jur. patr.* Fel. in *c.* 3. *num.* 5. *De jurejur.* Jaſ. in *l. cum proponas.* 21. *num.* 8. *C. De pact.* Cyn. in *l. petens.* 27. *eod. titul. per l. prædia.* 28. *De act. emp. l.* 4. §. *Labeo De except. dol.* nec earum ignoratione quiſquam excuſatur: *l. leges.* 3. *&* 9. *C. De legibus*: vide *ff. & C. De juris & fact. ignorant.* ita & Inſtitutionibus eandem vim attributam eſſe, & non modò Iſagogicæ doctrinæ loco, ſed etiam vice Legum eas habendas, & ex his quàm latè patent forenſium quoque cauſarum definitiones ſumendas eſſe, certò ſtatuamus, *l. unic.* §. *nec in judicio.* in verb. *& ex iiſdem Inſtit. ff. De confir. Digeſt. N.* 21. *c.* 1. io fi.

ISAGOGE IN LIB. I. INSTITVTIONVM.

SVMMARIA.

1. *Finis, & cauſa juris eſt juſtitia.*
2. *Definitio juris.*
3. *Jus omne aut publicum, aut privatum.*
4. *Cur Juſtinianus tractationem publici juris omiſerit.*
5. *De jure naturali, gentium, & civili.*
6. *De jure ſcripto & non ſcripto.*
7. *Partes & ſpecies juris ſcripti & non ſcripti.*
8. *Tertia juris diviſio.*
9. *Objecta juris ſunt perſonæ, res & actiones.*
10. *Status perſonarum triplex.*
11. *Quinam ſint liberi, vel ſervi, libertini.*
12. *Quomodo accipiendum, quod dicitur partum ventrem ſequi.*
13. *Quinam ſui ſint juris vel alieni.*
14. *Nuptiæ quid ſint, & à quibus quomodo rectè contrahantur.*
15. *Adoptio quid ſit, & quid operetur.*
16. *Jus familiæ quomodo diſſolvatur.*
17. *Tutela quid ſit, & quotuplex.*
18. *Tutores quomodo ſint domini rerum pupillarium.*
19. *De teſtamentaria, legitima & dativa tutela.*
20. *De tribus capitis diminutionibus.*
21. *De legitima patronorum & parentum tutela.*
22. *Nullus affectus vincit paternum.*
23. *De fiduciaria tutela.*
24. *Quinque ſpecies tutelæ legitimæ.*
25. *De tutela dativa.*
26. *Tutor perſonæ principaliter datur.*
27. *De authoritate tutorum.*
28. *Tutela quamdiu duret, & quomodo finiatur.*
29. *De curatoribus: & quibus dentur curatores.*
30. *Tutor perſonæ datur; curator rebus.*
31. *Tutores & curatores eodem modo parique jure adminiſtrant, excuſantur & removentur.*
32. *Cauſa excuſationum juſta.*
33. *Cauſa remotionis juſta.*

HIs ita generaliter præcognitis, jam ordine, quid quoque in titulo, & qua ſerie Juſtinianus elementa Juris proponat, exequamur. In omni porrò doctrina rectè tradenda, ſcitè ſumitur à cauſis & principiis exordium.
1 † Cauſa archirectonicæ Juriſprudentiæ habetur juſtitia, ut dixi *in œcon. ff. De juſt.* Cic. *li.* 1. *De Orat. Sit in jure civili finis hic, legitimæ atque uſitatæ in rebus cauſiſque civium æqualitatis conſervatio.*
1. De juſtitia & jure. 1. Juſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas ſuum cuique tribuendi. in princ. *l. Juſtitia* 10. *eod.* Principia juris ex definitionibus & diviſionibus intelliguntur.
2 † Definitio debet eſſe cum nominis, tum rei. Nomen juris πολύσημον, variæque ſignificationis: *l. pen. eod.* ſed hic, ut & aliàs in libris noſtris plerumq; pro doctrina Juris, & quidem Romani accipitur, §. 2. & paſſim, *hoc tit.* & ſeq. *l.* 1. *eo.* Itaque jus quod Ulp. lib. 1. Inſtit. definit ex Celſo, *l.* 1. *eo.* eſſe artem boni & æqui, hoc idem *lib.* 1. regularum, *l. juſtitia.* 10. in fin. *eo.* ſub nomine Juriſprudentiæ, exponit eſſe divinarum atque humanarum rerum notitiam, juſti atque injuſti ſcientiam, quam ipſam definitionem hic Juſtinianus ſub eodem Juriſprudentiæ nomine, ſubjicit inſcriptioni tituli De jure: dubium ut non ſit, quin Juris nomen pro Juriſprudentia ſumpſerit. Cæterùm utraque hæc definitio non magis juri Romano congruit, quàm cuivis juris doctrinæ: Atqui cùm diviſio ſubjecta ſolum ad rei Romanæ ſtatum accommodetur, §. *ult. hoc tit. ex l.* 2. §. 1. *eo.* par erat & definitionem huic quadrare, nec eam patere latius: niſi putetur, nullum jus

jus præter Romanum, artis boni & æqui, ſcientiæque nomen mereri: quod haud ſcio, an dari niſi κατ' ἐξοχὴν, poſſit, vel quia nullius populi jus tam perfectam & integram artem exhibet, quàm hoc jus Reip. Rom. Ars autem dici propriè nequit, quæ non ſit integra completaque: quod etiam de jure traditur *in l. 1. de orig. jur.* Rectius tamen ad tollendam ambiguitatem, utraque in definitione pop. Rom. mentio facta eſſet, cùm de jure tantum Rom. agere ſit hic noſtrum propoſitum: quod nihil aliud eſt ſanè quàm notitia rerum divinarum & humanarum, quatenus ad jus Rom. pertinent, juſti & injuſti ſcientia, vel ars & doctrina boni & æqui, ad ſtatum Reipub. Rom. accommodata. Tali nimirum deſcriptioni congruet diviſio ſubjecta à fine, cujus prima habenda ratio, ſeu ab objectis ſumpta: †
3 qua tribuitur hoc jus in publicum & privatum. Publicum definitur, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat. *§. ult. hoc tit. ex l. 1. §. 1. eod.* id quod in ſacris, ſacerdotibus & magiſtratibus conſiſtit *d. l. 1. §. 1. c. penult. diſt. 1.* nec præcipuè ſumitur ex certis naturæ principiis, ſed pro uſu Reipub. variè
4 conſtituitur † Etenim jura ſacrorum, ſacerdotum, magiſtratuum pop. Roman. ſive ſpectes ea, quibus in paganiſmo uſi ſunt, ſive quæ pòſt meliore fato cum religione Chriſtiana invaluerunt, non habent expreſſam in indole vel communi vel humana rationem, neque principiis intelligentiiſque natura notis conſtant. Sic Plato, Varro & alii ſenſerunt, nec pluralitatem Deorum gentilium, nec cultum ſimulachrorum & ſacrificia ac victimas ullam habere rationem. At verò in univerſum publica congruere principiis illis ad amuſſim opus non eſt, cum res nullius privata hic vertatur, ideoque nec fiat cuiquam injuria, ſuumve auferatur, ſi quid in publico minus ſit naturalibus principiis conveniens: ſufficit enim hoc publicè bonum eſſe & opportunum. At privatum jus ad ſtatum civium Roman. privatum ſpectat, & ſuum cuique reddit. Duci igitur ex principiis practicis, rectæque rationis debet: alioqui non jus, ſed injuria ſæpe foret. Cic. *li. 1. De legib.* neque ſuum cuique redderet, & ab hoc ſuo fine
5 plurimum diſcreparet. † Eſt igitur originis reſpectu triplex: utpote collectum ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus. 2. Præcepta naturæ vocantur, quæ communis omnium animantium natura præcipit & præmonſtrat. *l. 1. §. ultim. eo.* in prin. *hoc tit.* unde pars aliqua juris Romani proculdubio ſumpta eſt: ut jura libertatis *l. 4. eo §. jus autem. 4. hoc tit.* communionis rerum *c. jus naturale. 8. diſtin. 1.* quatenus hanc quidem forum Rom. admittit in rebus publicis, *l. 1. 2. 3.* cum ſeq. *de rer. diviſ. §. 1. 2.* infr. *d. tit. l. 2. 3. ne quid in loc. pub.* cum ſimil. communibus, *tot. tit.*

II. De jure naturali & gentium civili.

rom. divi. **aut natura, §. 2. *Inſtit. de rer. diviſ.*** *l. 2. ff. eo l. 1. de acq. rer. dom.* aut pacto, *l. 3. §. 1. pro ſoc. l. 2.* in prin. *rom. divi. §. ſi duorum. l. 23.* inf. *de rer. diviſ.* aut jure privato, *l. 2. rom. divi. d. §. ſi duorum. l. 7. §. 6. de acq. rer. dom.* vel civitatis publico *§. 1. 2. 3. de rer. diviſ. l. 4. 5. d. tit.* aut neceſſitate, *c. ſicut. 9. 47. diſt.* Gloſſ. *c. jus naturale. 8.* verb. *communis. diſt. 1.* &c. Jura denique conjugiorum, *l. 1. §. pen. de juſt. & jur.* educationis liberorum, *d. l. 1. §. ult.* ubi Bart. & DD. defenſionis, *l. 3. De juſt. & jur.* ubi Sal. & DD. &c. Hæc etenim palam eſt magna ſui parte duci ex inclinationibus, *l. 1. §. cum arietes. 5. ſi quad. paup. feciſſ. dica.* naturæ communis: ſcilicet non quatenus vitioſæ ſunt, ſed quatenus certæ rationi & opportunitatibus vitæ apparent conſentaneæ. Ut autem aliàs à principaliore fit denominatio, *d. l. 1.* ubi Jaſ. *num. 21.* & DD. *De verb. oblig.* & Jaſ. in *l. 3. nu. 13. De Juriſd.* Fel. in *rub. De off. deleg.* Tiraq. *De re. lig. §. 32.* Gloſſ. 2. & effectus ex cauſis appellationes ſumunt: ſic hoc Jus naturale, reſpectu ortus & principis cauſa vocatur. Præcepta juris gentium ſunt non naturæ communis, ſed hominum propriæ: ut quæ vel naturalis hominum ratio, *l. omnes. 9.* verb. *naturalis ratio. De Juſt. & jur.* paſſim, *in Inſtit. hoc tit.* vel univerſalis omnium gentium uſus, *d. l. 9.* & paſſim, *hoc tit.* & experientia ſervari præcipit. In quibus quia ſunt quædam à motu affectioneque naturæ communis abhorrentia, & ob neceſſitates vitæ recepta ut jura ſervitutum: eo fit, ut hoc principium à ſuperiore diſtinguatur. Atque ab hoc capite ducta pars juris Romani, puta ſervitutum, manumiſſionum, commerciorum, dominiorum, *l. 4. 5. eo.* &c. Juris gentium à præcipua ſua cauſa, unde plurimum τὸ ὄντι trahit, nuncupatur. Reliqua pars, quæ nec in totum à naturali, vel gentium jure recedit, nec per omnia ei ſervit, *l. 6. eo.* quod nec cum reliquis animantibus homini, *l. 1. in fin. eo.* nec cum reliquis hominibus populo Rom. per omnia commune eſt, in prin. infr. *De pat. pot.* ubi exemplum illuſtre proponitur, & alia *in c. ultim. diſt. 1.* aut ratione aut uſu, ſed tantum in moribus inſtitutiſque civitatis Rom. poſitum: nec ullam aliam cauſam, quam pop. Rom. uſurpationem, aut legiſlationem habet, id jus propriè civile nominatur. Ex his itaque tribus fontibus jus omne privatum Rom. manat, aut ex inclinatione ſcilicet naturæ communis, aut ex ratione vel uſurpatione hominum omnium, aut ex inſtituti pop. ſolius Rom. quæ vel ſibi ſua prudentia ſtatuit, vel ex aliis bene conſtitutis Rebuſp. deſumpta, ſua fecit, Rom. quoque civitate donavit. Sit ergo prima juris hæc noſtri diviſio, quod pro diverſitate finium aut publicum habeatur, aut privatum. Illud reſpectu materiæ ſacrum,

ſacer-

ſacerdotale, honorarium : hoc quoad cau-
ſam efficientem, naturale, juris gentium,
6 civile . Altera ducitur à forma , † qua
tribuitur jus hoc noſtrum omne, id eſt Ro-
manum , tam naturale , quàm civile in
ἔγγραφον & ἄγραφον , ſcriptum & non ſcri-
7 ptum. † Partes ſeu ſpecies juris ſcripti in
repub. Rom. complures . *§. conſtat.* 5. *hoc
tit.* ſunt: Lex , *§. lex.* 6. plebiſcita, *d. §.
lex.* verſ. *plebiſcita*, ſenatuſconſulta, *d. §.
lex.* verſ. *S. C.* principum placita , *§. ſed
& quod.* 7. *hoc tit.* magiſtratuum edicta, *§.
Prætorum.* 8. *hoc tit.* prudentum reſponſa.
§. reſponſa. 9. *hoc titul.* his enim in Pande-
ctas relatis Juſtinianus vim legis attribuit,
l. 1. *§.* 5. *l.* 2. *§.* 15. 18. *C. De ve. jure enucl.*
Partes juris non ſcripti , & ſpecies nullæ
ſunt, cum ſit unum jus illud, quod uſus
comprobavit, *§. ex non ſcripto* . 10. *hoc tit.*
niſi quis in conſuetudinem & æquitatem
civilem , *l. bona* . 31. *depoſ.* Duara. *l.* 1.
De pact. in prin. illud diſtribuere velit. Di-
co civilem : nam naturalis æquitas , non
ad jus civile, ſed ad jus naturæ, ſeu po-
tius gentium ſive humanum eſt (cum ſit
rationis) referenda, *§. theſauros.* 32. verb.
8 *æquitatem naturalem* , infr. *De rer. diviſ.* †
Tertia diviſio ſumitur ab objectis , quod
ſit hoc jus aut perſonale, aut reale , aut
9 judiciale . † Pertinet enim jus hoc Rom.
ad tria objecta , videlicet, ad perſonas, res,
& actiones , *l.* 1. *&* 2. *De ſtat. hom.* Nam
perſonis & à perſonis jus redditur , &
de rebus quidem redditur , & per actio-
nes atque judicia jure Rom. conſtituta &
formata, redditur. Ac ſecundum hæc qui-
dem Juris objecta jus univerſum , dein-
ceps Rom. poſtquam cauſæ principiaque
ejus in ſuperioribus diviſionibus oſtenſa
ſunt, explicatur. Prius autem eſt, ut de
perſonis , tanquam dignioribus (digniora
enim præmittenda ſunt) & quarum cauſa
jus conſtitutum eſt , agatur , *§. ult.* infr.
hoc titul. l. 1. *&* 2. *De ſtat. hom.* Principio
itaque tractat Imperator de jure perſona-
III. De jure perſon.
rum. 3. Jus autem perſonarum non à ſe-
xu, qui naturæ eſt, ſed à ſtatu, qui juris
10 eſt , ſumitur † Status autem hic triplex
eſſe perhibetur : cujus tria ſunt quaſi ca-
pita, quæ maxima, media, & minima ca-
pitis diminutione amittuntur , infr. *& ff.
De ca. dimin.* Primum caput eſt juris gen-
tium ,alterum civitatis, tertium familiæ.
11 † Nam ſtatu juris gentium, omnes homines
aut liberi ſunt , aut ſervi , ſervi aut na-
ſcuntur, aut fiunt: naſcuntur ex ancillis:
fiunt, aut jure gentium, ut captivitate :
aut jure civili, ut pœna : quæ lege præſti-
tuta ſit, vel delictis, *l. quidam.* 17. *De pæn.*
vel fraudulentis venditionibus , *§. ult. hoc
titul.* Liberi eodem modo aut naſcuntur ,
aut fiunt . Naſcuntur editi ex libero ven-
IV. De Ingenuis.
tre , quos ingenuos vocamus . 4. Ideo au-
tem ex libero ventre natos dicimus inge-
nuos & liberos, qui hac locutionis forma,
non ſolum complectimur eos, qui ex juſtis
nuptiis concipiuntur , *l. cum legitimæ.* 19.
cum leg. ſeq. *De ſtat. hom.* († quos patrem 12
ſequi dubium non eſt, & tamen ingenuos
eſſe neceſſe eſt , quia non niſi inter libe-
ros , & quidem cives Romanos , nuptiæ
eſſe poſſunt , *l.* 3. *C. De inceſ. nupt. l. ſer-
vi.* 23. *C. De adult.*) ſed illos quoque, qui
extra ſchema conjugii naſcuntur, *l. vulgò.*
23. *C. De ſtat. hom.* Id enim naturæ eſt ,
ut qui naſcitur ſine legitimo matrimonio,
matrem ſequatur, *l. lex naturæ.* 24. *De ſtat.
hom.* cum patrem juſtum , cujus veſtigiis
inſiſtat, demonſtrare extra nuptias honeſtè
non poſſit, *d. l. vulgò.* 23. *hoc tit. De ſtat.
hom.* quod jure noſtro perinde eſt , ac ſi
nullum habeat, *ex regula l. nepos.* 125. *De
verb. ſign.* Qui igitur naſcitur ex ventre li-
bero, quamvis vulgò conceptus ſit, nihilo
tamen minus ex ſtatu matris ingenuus eſt :
qui ex ſervo, ſervus eſt: cum uterque pa-
trem juſtum, quem jure civili ſequatur,
nullum habeat, aut nominare poſſit , eo-
que maternam conditionem ut participet
neceſſe ſit . Eum, qui in utero eſt , hac
quoque in parte pro nato habemus, *l. par-
tus.* 7. *C. De rei ven.* ut ei ſufficiat, aliquo à
conceptionis tempore, matrem liberam fuiſ-
ſe , *l. qui in utero.* 7. *&* 26. *l.* 5. *§.* 2. *De
ſtat. hom.* Fiunt porrò liberi, qui cum ſer-
vi eſſent, ex juſta ſervitute manumittun-
tur, quos libertinos. 5. appellant, in prin. *V. De libertinis.*
hoc titul. l. Arethuſa. 15. *ff. De ſtat. hom.* id
quod variis ex cauſis fieri , vel permitti-
tur , vel prohibetur . Regulariter tamen
tam inter vivos . 6. quàm in ultimis vo- *VI. Qui & quibus ex cauſ. manumit. nō poſ.*
luntatibus , ſublata lege Fuſia Caninia .
7. unicuique domino manumittere , quan-
tum velit ſervorum , eſt conceſſum . Se-
cundum caput ſtatus pertinet ad civitatem
& jus, privilegia ac munera civium popu-
lique Rom. quod jus eſt publicum , ſicuti *VII. De leg. Fuſ. Canin. ſollen.*
reliqua , quæ ſunt civitatum, *§. univerſita-
tis.* 4. infr. *De rer. diviſ.* & præcipuè Rei-
pub. qua de agimus, Rom. *§.* 3. *eo. tit.* in-
fr. *De rerum diviſ. l. cum qui.* 16. cum leg.
ſeq. *De verb. ſignific.* De hoc jure tractare
propter eas , quæ ſuprà expoſitæ ſunt ,
cauſas, Imperator hic ſuperſedit : quan-
quam obiter quædam illius modi paulò
pòſt aſperſa deprehendantur, *De cap. dimi.
De pub. jud. De off. jud.* Tertium caput eſt
familiæ: † cujus reſpectu alii dicuntur ſui 13
juris, 8. ſuæque familiæ patres, *l. pronun-* *VIII. De his qui ſunt ſui vel alie. jur.*
ciatio. 195. *De verb. ſignif.* alii in familia ,
& poteſtate alterius : ut ſervi, qui ſunt
in poteſtate dominorum, & filii, qui ſunt
in poteſtate patris, 9. ſiquidem aut ex ju- *IX. De patr. poteſta.*
ſtis concepti ſint nuptiis , *§.* 2. *hoc tit. l.*
3. cum ſeq. *De his qui ſunt ſui , vel alien. jur.*
10. aut per actum legitimum filiifamilias *X. De nuptiis.*
effecti . † Nuptiæ ſunt maris, & fœminæ 14
legitima conjunctio, individuam vitæ ſo-
cieta-

Digitized by Google

cietatem continens, §. 1. ſup. *De patr. poteſta. l.* 1. *De rit. nupt.* quas cives Romani inter ſe contrahunt, in prin. *hoc tit.* (nam eum peregrinis, qui expertes ſunt juris Romani, non nuptiæ, ſed tantum conjugia juris gentium vulgaria conſtant, Cic. *in Topic. l. ex facto*. 17. §. 3. *ad S. C. Trebell. l. ſi uxor*. 13. §. 1. *De adult.* Ulp. in *tit.* 5.) ſuo conſenſu, §. 1. *hoc tit. l.* 2. *ff. De ritu. nupt. l. nuptias.* 30. *De regul. jur.* eorumque, quorum ſunt in poteſtate, *d.* §. 1. *d. l.* 2. *l. nuptiæ.* 18. *De rit. nupt. l. nec filium* 12. *C. eod.* extra prohibitionem tamen conſanguinitatis, §. 3. 4. 5. 6. *hoc tit.* affinitatis, §. *affinitatis.* 7. *uſque ad fin.* aut aliam legibus expreſſam, vide *titul. C. De inter mat. & tit. De inceſt. & inutil. nupt. Parat. ad tit. De ritu nupt.*

15 † Actus legitimus quo is qui filius non eſt, filiusfamilias efficitur, nominatur adoptio, 11. quæ rurſum in duas abit ſpecies, arrogationem videlicet & adoptionem, *l.* 1. *&* 2. *ff. eodem. De adopt.* Arrogantur, qui ſui ſunt juris, auctoritate principis cauſaque cognita: adoptantur, qui alieno juri ſunt ſubjecti, puta filiifamilias. Effectus utriuſque olim idem penè fuit: hodie arrogatio antiquum obtinet, *l. penul.* §. *ult. C. eod. d. tit.* adoptio niſi ab aſcendente quopiam parente fiat, familiam non mutat, *d. l. penult.* vide inf. *De adopt.* §. 2. quare ut conſtet ſua adoptioni effectio, ſolent filiifamilias adoptandi prius à patre emancipari, atque ita ſui juris effecti commodùm arrogari, vide *Paratit. ff. eo.*

XI. De adoptio.

16 † Et his quidem modis jus familiæ contrahitur, diſſolvitur. 12. porrò idem emancipatione, qui eſt actus legitimus, *l. actus.* 78. *De regul. juris* quo filiusfamilias patria poteſtate emittitur, & ſui juris efficitur. *l. ult. & tot. tit. C. De eman. lib.* Item morte patris, vel filii tam naturali quàm civili, §. 1. *&* 2. *hoc tit.* & captivitate, §. 4. *hoc tit.* denique patricia filii dignitate §. 3. *hoc tit.* & adoptatione arrogationeque, qua in externam familiam ex patris ſacris traducitur, §. *ſed & ſi* 7. *hoc tit.* Perſonæ quæ in poteſtate aliena ad hunc modum non exiſtunt ſui juris, familiæque patres ac domini eſſe ſui perhibentur, *l. pronunciatio.* 195. *De verb. ſign.* Horum alii ſunt in tutela, vel curatione aliena, alii neutro jure tenentur, in prin. *inſt. De tut.* Videndum igitur de his, qui aliorum tuitione curave regantur: iis enim cognitis ſciri poterit, quinam liberam habeant ſui ſuarumque rerum poteſtatem, in prin. *De tut.* Ac prius de iis, qui ſunt in tutela (nam hæc ordine prior habetur) eſt diſpiciendum.

XII. quibus mod jus pat. pot. ſolvit.

17 † Tutela. 13. eſt jus & poteſtas patriæ ſimilis in caput liberum ad tuendum eum qui per ætatem ſua ſe ſponte defendere nequit: jure civili data (ut eſt legitima tutela) & permiſſa, *l.* 1. *ff. eo.* in prin. *hoc tit.* parenti ſcilicet ut liberis, quos in poteſtate habet, dare tutores teſtamentum poſſit, vel etiam in ſubſidium magiſtratui. Conveniens enim fuit qui patris fortè defuncti imperio curaque deſtitueretur, neque ſe ipſe per ætatem impuberem, eoque puerilem & parum intelligentem regere poſſet, *l. unic.* §. *ultim. C. De ſal. mod. l.* 2. *De reg. jur.* eum contineri tutela, §. *pen. ult.* infr. *De Attil. tut.* curationeve, *l.* 1. in fin. *De minorib.* aliena, ex providentia patris, vel qui hujus in locum ſuccedit, magiſtratus. Tutores vocantur à tuendo, qui poteſtatem iſtam habent, ut in princ. *hoc tit.* pupilli, in quos ea habetur, *l. pupillus.* 239. *De verb. ſignif.* Pupilli ſunt, qui cum impuberes ſint, in patris poteſtate eſſe deſierunt, *d. l. pupillus.* nam his tantum, non filiisfamil. impuberibus tutores dantur. *d. l. pupillus.* §. 2. Ea poteſtas autem quamvis (ut dixi) ſimilis, tamen minor eſt quàm patria. Non enim ut in poteſtate patria ſunt filiifamil. ita in poteſtate tutorum exiſtunt pupilli: quin potius ſui eſſe juris perhibentur. in princ. *hoc tit.* neque quomodo liberi parentibus, ſic pupilli quærunt tutoribus, inf. *Per quas perſ. nob. acquir.* imo contrà tutela ad utilitatem eorum, qui commiſſi ſunt, non illorum, quibus committitur, comparata eſt, Cic. *li.* 1. *Off. & l. pupillus.* 239. §. *munus.* 3. *De verb. ſignif. l. athleta.* 8. §. *tutela. De excuſ. tutor.*

XIII. De tutel.

† Quare quod domini rerum pupillarium tutores eſſe perhibentur, id reſpectu adminiſtrationis, non verò utilitatis eſt accipiendum, *l. interdum.* 56. §. *pen. De furt. l. qui fundum.* 7. §. *ſi tutor. ff. Pro emptor.* quomodo procuratores domini litis alienæ perhibentur, *l. procurator.* 11. in fin. *De dol. except. l. nulla.* 23. *C. De procur. l.* 4. §. *fin. De appella. cap.* 1. §. 1. *De procur.* in 6. 18

† Eſt autem tutela pro diverſitate cauſarum efficientium triplex, aut teſtamentaria, 14. quæ à parente duntaxat iis præficitur liberis, quos in poteſtate habet, §. 2. *hoc tit.* impuberibus ſcilicet *l.* 1. *De teſta. tutel. l.* 1. *&* 2. *De vulg. & pup. ſubſt.* quemadmodum iiſdem teſtamentum condere poteſt, *d. l.* 1. *&* 2. aut legitima, 15. quam lex. 12. deficiente teſtamentaria induxit *l. ſi quis.* 11. *De teſta. tutel.* detulitque pupilli agnatis, proximis ab inteſtato hæredibus, *l.* 1. *De teſta. tutel.* Ulp. in *Inſt. cap.* 11. ut ad quos pertineret ſucceſſionis ſpes & emolumentum (nec enim alios ſibi hæredes pupillus eligere poteſt, cum factionem teſtamenti non habeat) ad eoſdem tutelæ onus rediret, in fin. infr. *De legit. patr. tutel.* 19

XIV. De his qui teſt. tut. dar. poſ.

XV. De legit. agnat. tutel.

† niſi ſcilicet capite iidem minuti ſint aut maxima, aut media, aut minima capitis diminutione. 16. Maxima caput è vita quodammodo (haud verè, cæteroqui non minutio, ſed ablatio eſſet) tollit: adimendo per pœnam 20

XVI. De cap. diminut.

legum

legum libertatem , ſervituteque ob deli-
ctum *l. ſunt quidam*. 17. *De pœn.* §. 1. *hoc
tit.* impoſita , §. 1. *hoc tit.* quæ mortalitati
comparatur, *l. ſervitutem*. 209. *De reg. jur.*
media aufert caput è civitate numeroque
civium, non etiam libertatem aut jus gen-
tium , *d. l. ſunt quidam*. §. 1. & 2. *d. tit.*
l. 1. *C. De hæredib. inſtituen.* minima tollit
idem ex familia, *l.* 3. cum ſeq. *De cap. di-
min.* §. *emancipati*. 9. infr. *De hære. quæ ab
inteſtat.* Cum autem jura legitimæ ſucceſ-
ſionis ſint familiarum, quarum jus quali-
bet capitis minutione extinguitur: conſen-
taneum eſt amiſſa per capitis minutionem
etiam minimam ſpe ſucceſſionis jureque fa-
miliæ ſic diſſoluto, jus quoque tutelæ il-
li cohærens, una diſſolvi & perire, *l. tu-
telas*. 7. *De cap. diminut.* Quia tamen mi-
nima capitis minutio non indiſtinctè jura
hæreditatum ex novis legibus aufert, ideo
nec univerſaliter tutelam perimit , *d. l.
tutelas*. ubi vide *Paratitla* : vide infr. *De
legitim. agnator. ſucceſſion.* & *ff. Unde cognat.*
21 † Exemplo agnatorum etiam patronis ea-

XVII. De legitima patron. tutela.

dem legitima tutela in caput libertorum
defertur: 17. non quod nominatim de hac
tutela , lege 12. caveatur, ſed quia pe-
rinde accepta eſt per interpretationem , ac
ſi verbis legis introducta eſſet . Eo enim
ipſo, quod hæreditates libertorum liberta-
rumve, ſi inteſtati deceſſiſſent, juſſerat lex
12. tab. ad patronos liberoſve eorum per-
tinere , crediderunt veteres voluiſſe legem
etiam tutelam ad eoſdem redire , cum &
agnatos, quos ad hæreditatem vocat, eoſ-
dem & tutores eſſe juſſerit , §. 1. *hoc tit.*
Parentibus quoque liberorum emancipato-
rum (nam qui in poteſtate ſunt, cum non
ſui , ſed alieni ſint juris , tutore non in-
digent , in prin. ſup. *De tutel.*) tutela u-

XVIII. De legit. parent. tutela.

ſu moribuſque conceſſa eſt : 18. quamvis
enim lege non vocentur ad hæreditatem
liberorum emancipatorum , *l.* 1. *ſi quis à
parent. manum.* ſicuti patroni ad ſucceſſio-
nem libertorum: cùm emancipatione, ut
dictum eſt , omnia familiæ , atque ita e-
tiam ſucceſſionum jura veteri ſaltem jure
diſrumpantur: *d. l. tutelas*. 7. *De capit. di-
minut.* vide inf. *De hæredit. quæ ab inteſtat.*
22 *De leg. agnat. ſucceſſion.* cum titul. ſequen. †
tamen quia nullus affectus vincit paternum,
l. iſti quidem. 8. in fin. *De eo quod met. cauſ. l.
penultim.* §. 1. *De ritu nuptiar. l. ſi pupillo-
rum*. 7. §. *ſi pater*. 2. *ff. De rebus eorum*.
l. nec ei. 17. §. 1. 3. *De adoption.* §. *ultim.*
infr. *De noxal. act.* qui ſemper præſumitur
ſalubrius conſilium pro liberis capere , *l.
nec in ea*. 22. §. 2. *De adult.* nec minuere
eorum bona , *l. penultim. ad fin. princ. C. De
adopt.* ſed augere , iiſdemque optimè con-
ſulere proſpicereque velle : *l. ult. C. De
cur. fur. l. amiciſſimos*. 36. *De excuſ. l. de
creationibus*. 27. *C. De Epiſc. aud.* ideo hæc
tutela quamtumvis revera tantum eſſet fi-
duciaria, nihilo tamen minus pro legitima
olim fuit recepta : *l.* 3. §. *ultim. De legit.
tutel.* & certè hodie eſt: adeò ut & legiti-
mæ agnatorum tutelæ præferatur: cum ex
jure novo, hoc eſt, S. C. vide infr. *De S.
C. Tertyll.* cui junge *l. non ambigitur*. 9. *De
legib. l.* 1. 2. 3. *De pet. her.* & conſtitutio-
nibus, parentes liberis etiam emancipatis
nunc ſuccedant: vide infr. *De hæred. quæ ab
inteſtat.* §. 2. in Authen. *eod. tit. Novel.* 118.
Horum autem demortuorum loco fratres
in poteſtate conſtituti , ad emancipati ſui
fratris tutelam vocantur : nam eum ad
hos jura familiæ, fiduciæ & ſuitatis tran-
ſeant , meritò & onera tutelæ , quæ pa-
tri incubuerant , ad eoſdem deferuntur. *l.
ſcripto*. 7. *ſi tab. teſta. nul. ext. und. lib. l. u-
nic. C. De his qui ante apert. tab. l. in ſuis*.
11. *De liber. & poſthum. l. filii. ff. De jur.
patron.* † Ea autem tutela fiduciaria appel- 23
latur. 19. Nam propriè neque legitima eſt,

XIX. De fiduciaria tutela.

ut agnatorum, nec ad exemplum legitimæ
introducta , ut patronorum , & deinceps
parentum . Non enim ut hi ſucceſſionis
emolumentum & unà tutelæ onus accipi-
unt . §. 1. *De legit. patr. tut.* ita frater in
familia retentus ſuccedit fratri emancipato:
neque jure familiæ , quippè ſoluto per e-
mancipationem familiæ jure: §. *emancipati*.
9. infr. *De hæredit. quæ ab inteſta.* nec in au-
ctoramentum emancipationis , ut pater &
patronus : *tot. tit. ſi quis à paren.* & infr.
De ſucceſ. lib. & *De leg. ag. ſuc.* §. *ult.* quan-
do quidem gratitudo emancipationis à pa-
tre acceptæ, nulla fratribus debeatur. Vi-
ſum fuit igitur ab emancipationis fiducia ,
quam adhibere imaginariis emancipatio-
num coemptionibus veteres Romani ſole-
bant, hanc tutelam appellare fiduciariam.
§. *ult.* infr. *De leg. agn. ſucceſ.* in verb. *con-
tracta fiducia*: Cajus *lib.* 1. *Inſtit.* Boet. *ad
Top.* Cic. *in loco à Simili*, *l. ult. C. De eman-
cip. lib.* Sed hodie ſublato emancipationis
diſcrimine cùm frater fratri etiam emanci-
pato præagnatis familiæ remotioribus , ex
lege ſuccedat, conſentaneum eſt etiam hanc
tutelam nunc eſſe verè & vocari poſſe le-
gitimam *l. frater*. 4. *C. De legit. tut.* vide
infr. quæ dixi *ad tit. De fid. tut.* † ut jam 24
ſint quatuor legitimæ tutelę ſpecies: una
agnatorum, altera patronorum, tertia pa-
rentum, ad quam etiam matres vocantur,
tot. titul. C. Quand. mul. tutel. off. quarta
fratrum : quibus Novella conſtitutione ,
addita eſt quinta nempè cognatorum : §.
ex his. 5. in Auth. *De her. ab inteſt. No-
vell.* 118. quæ eadem omnino hodie eſt ,
qualis agnatorum . Et hæc quidem de tu-
tela legitima †. Tertia tutelæ ſpecies vo- 25
catur honoraria ſeu dativa : quam conſti-
tuit magiſtratus , cum nec teſtamento tu-
tor datus eſt, neque propinqui idonei ha-
bentur , quibus rectè ex lege id muneris
committi queat. A magiſtratu tutor datur,

in

in urbe quidem ex L. Attilia, in provin-
ciis verò pòſt occupatis, de quibus idcir-
co nihil in L. Attilia cautum erat, nec
caveri poterat, ex novis legibus, videli-
XX. De Attilia tutor.
cet Julia & Titia 20. quibus tamen ipſis
poſtmodum antiquatis, obtinuit, ut Ro-
mæ præfectus urbi & prætores ſecundum
ſuam juriſdictiunem tutures dareut: in
pruvinciis verò præſides horumque juſſu
magiſtratus Municipales, puta duumviri
ex inquiſitione: §. *ſed ex his* 3. *hoc tit.*
qua quæritur, an tutor boneſtus, locu-
ples, incorruptus ſit: *l. ſcire oportet.* 21. in
fin. *De tutor. da. ab his.* noviſſima conſti-
tutione Juſtiniani, etiam abſque præſidis
juſſiune, defenſores civitatum, aliique
magiſtratus, una cum religioſo civitatis
antiſtite, tutores cum idonea ſatisdatio-
ne, pupillis dare poſſunt. §. *penultim. hoc*
26 *tit.* † Tutor autem etſi principaliter detur
perſunæ, *l. quia.* 14. *De teſta. tutel.* ad vi-
tam ejus tutandam regenduſque mores: *l.*
cum plures. 12. §. *cum tutor.* 3. *De admi-*
niſtrat. tutor. tameu quia facultates perſo-
næ uſibus ſerviunt, victumque ſuppedi-
tant: ideo ad univerſum quoque patrimo-
nium adminiſtrandum datus eſſe intelligi-
tur *l. propter.* 21. §. *licet.* 2. *De excuſa. tut.*
§. *datus.* 17. infr. *eod. tit.* Nam ſicut tutela
perſunæ nou recipit diviſionem in principa-
li, ita nec in acceſſuria bonurum procura-
27 tione. † Ex quu ſequitur pupillus nihil
gerere poſſe, quod quidem ubligare, &
detrimentu eſſe queat, *l. obligare.* 9. *De*
autho. tut. §. 1. & 2. *hoc tit.* (nam meliurem
ſuam conditionem, non ſeſe alteri, ſed
ſibi alterum, ſcilicet obligando, etiam
abſque tutore facere nou prohibentur) *d.*
l. obligare. *d.* §. 1. *hoc tit.* citra tutoris au-
XXI. De auctoritate tutor.
28 ctoritatem. 21. † Tutela porrò durat uſ-
que ad pupillorum pubertatem, 22. quæ iu
maribus anno decimu, & quarto, in fœ-
minis, quæ natura citius adoleſcunt, duo-
XXII. Quibus modis tutel. fin.
decimo completo incipit: quomodo omninu
tutela finitur, ſicut & murte, deportatio-
ne atque arrogatiune pupilli. Nam murte,
capitis diminutione, aliuve tutoris caſu,
etiamſi tutela illius reſpectu extinguatur,
non tamen à capite pupilli tullitur, ſed
in locum priuris tuturis, alius quamdiu pu-
pillus in civitate ſupereſt, ſufficitur. Pubes
autem factus quia pupillus & impubes eſſe
deſinit, *d. l. pupillus.* 239. *De verb. ſig.* ideo
tutela, quæ pupillis tantùm eſt præfecta,
omnimodo liberatur, & in curatiune cu-
29 raturum eſſe incipit. † Ut enim impube-
res ſui juris, ſunt in poteſtate tuturum,
in princ. ſupr. *De tutel.* ita impuberes uſ-
que ad annum 25. ſunt in curatiune, ju-
XXIII. De curatorib.
reque curaturum. 23. Poſt hoc enim tem-
pus, quu vires animi atque corporis au-
geri in humana natura deſinuut, comple-
ri demum virilem vigorem conſtat: &
ideo in hanc uſque ætatem adoleſcentes
utriuſque ſexus, propter lubricum æta-
tis conſilium, multorum fraudibus obno-
xium, curaturum auxiliu quoad adminiſtra-
tiunem bonorum, reguntur. *l.* 1. *De minor.*
Invitis tamen curator non datur, præter-
quam in litem: in princ. *hoc tit.* cui ſuſti-
nendæ uemo ante juſtam 25. annorum æ-
tatem par eſſe intelligitur: *l. exigendi.* 12.
ubi DD. *C. De procurat. l. ult. C. Qui le-*
git. perſon. aut ex alia juſta aliqua cauſa,
l. 1. *C. Qui pet. tuto. l. ult. C. De legit. tu-*
tor. §. 2. *hoc tit.* propter quam uedum mi-
noribus, ſed etiam majuribus lex curatores
adhibet: puta furioſis, prodigis perpetuu
morbo laborantibus, ſurdis & mutis, aliiſ-
que, qui ſuis ſupereſſe negutiis nun poſſunt:
§. 2. *hoc tit. l.* 1. & *tot. tit. C. De cur. furio.*
d. l. 1. & *tot. tit. ff. De curat. fur.* quos
quidem Lex 12. in curatione propinquo-
rum, ad quus ea res propter ſpem ſuc-
ceſſionis maximè pertiuet, eſſe voluit. §.
2. *hoc titul.* Solent tameu magiſtratus ex
inquiſitione illis curatures dare, §. 2. *hoc*
tit. velut & minoribus. §. 1. & 2. Eſt &
cùm pupillis curatur adjungitur: quando
videlicet tutor minus eſt iduneus, aut uon
in perpetuum (nam hoc caſu alius eſt dan-
dus) *hoc tit. ff.* & *C. De excuſ. tut.* ſed ad
tempus, per murbum, abſentiam, aliamve
juſtam cauſam excuſatur, *l.* 3. *hoc tit.* Cu-
rare ad bona refertur, tueri ad perſunam.
† Tutor perſunæ datur, *l. quia.* 14. *De te-* 30
ſtam. tutel. & quia tuti perſonæ datur, quæ
diviſiunem nuu recipit, *l. in executione.* 85.
§. *pro parte. ff. De verbor. oblig.* ideu tuta
uuiverſi quoque patrimunii adminiſtratiu
in cuuſequentiam ei data intelligitur. §. *da-*
tus. 12. *De excuſ. tut.* Curator rebus datur
præcipuè gerendis, *l. in copulandis.* 8. *C.*
De nupt. l. cum plures. 12. §. *cum inter.* 3.
De adminiſtr. tut. etiamſi perſonam interim
negligere non debeat. *l. conſilio.* 7. in prin.
De cur. fur. Res quia diviſiunem admit-
tuut, ideo aut umnibus, aut ſingulis, aut
parti alicui adminiſtrandæ curator, velut
procurator, *l.* 1. *ff. De procurat.* præfici
poteſt. §. 1. *hoc tit.* † In cæteris ufficium 31
ferè par eſt & æqnale, *l.* 6. §. *penult. l.*
Juriſperitos. 30. *De excuſ. tut.* §. *item Romæ.*
15. infr. *eod. l. ult. C. eo.* tutorum atque
curatorum *l. ſcire.* 13. *De excuſ. tut.* quare
eodem utrique modo ſatiſdant 24. rem pu-
XXIV. De ſatiſda. tuto. & curat.
pilli ſalvam fore: eadem ſulemnitate ad
adminiſtrationem admittuntur, *l. ult.* &
tot. tit. C. De admin. tut. l. ult. C. De curat.
fur. eadem ratiune adminiſtrant, *tot. tit. ff.*
& *C. De admin. tut.* & *curat.* auctoritatem
præſtant, ſup. *De auctor. tut.* excuſantur 25.
XXV. De excuſa. tutor. & cur.
ex cauſis jure approbatis, & ad decem &
octu hic enumeratis: de his vide *hoc tit. ff. eo.*
† puta uumero trium pluriumve liberorum, 32
§. 1. *hoc tit.* negotiis Reipubl. §. *item qui Rei-*
publ. 3. aut fiſci §. *item divus.* 2. poteſtateque
aliqua, §. & *qui poteſtatem.* 4. trium tute-
larum

larum onere, §. *item tria*. 6. artium liberalium profeſſione, §. *item Romæ*. 15. 8. *hoc tit. l.* 6. §. *philoſophi. l.* 30. *eo.* paupertate, §. *ſed & propter*. 7. inimicitiis, §. *item ſi propter*, & litibus cum pupillo ſuſceptis, §. *item propter litem*. 5. ætate majore 70. minore 25. annis, §. *item major*. 13. adverſa valetndine, §. *item*. 8. literarumque imperitia, §. *ſimiliter*. 9. *hoc tit.* & aliis
ex canſis innumerabilibus: quas cùm leges
ipſæ, tum vita, ac impedimenta enjuſque
varia ſufficiunt. † Iiſdemque etiam ex can- 33
ſis, puta ob dolum, vel culpam, tutores juxtà, ac curatores, ut ſuſpecti removentur:
26. ſuſpectus eſt, qui non ex fide bona tutelam gerit: 5. *ſuſpectus*. 3. *hoc tit.* qui quidem remotus ob dolum, famoſus eſt: ob 1
culpam, vel caſum, non æquè. §. *ſuſpectus*. 4.

ISAGOGE IN LIB. II.

INSTITVTIONVM.

S V M M A R I A.

1. *Rerum duplex eſt cauſa.*
2. *Quædam res ſunt in patrimonio, quædam extra patrimonium.*
3. *Diviſiones rerum.*
4. *Communia quid.*
5. *Cur appellentur publica.*
6. *Quomodo communia acquirantur.*
7. *Quamdiu noſtra maneant.*
8. *De publicis rebus.*
9. *Quare publica à rebus univerſitatis ſeparentur.*
10. *De rebus univerſitatis: & quæ nullius ſunt in bonis.*
11. *Jus naturæ, & gentium in tractatu dominiorum pro eodem ponitur.*
12. *Titulus quid ſit.*
13. *De occupatione, & inventione.*
14. *De captivitate.*
15. *De partu, qui ventrem ſequitur.*
16. *De alluvione continua, & diſcreta.*
17. *De ſpecificatione.*
18. *De jure acceſſionis.*
19. *De confuſione, & commiſtione.*
20. *De ædificatione, plantatione, & ſatione.*
21. *De pictura, & ſcriptura, & an hæc charta cedat.*
22. *De perceptione fructuum, & bonæ fidei poſſeſſore.*
23. *Fructus quid ſint, & quotuplices.*
24. *Fructus naturales, & induſtriales quinam ſint.*
25. *Poſſeſſor bonæ fidei quos fructus, & quando lucretur.*
26. *Litis conteſtatio omnes poſſeſſores in mala fide conſtituit.*
27. *Theſaurus quid ſit, & cui cedat.*
28. *Traditio quid ſit, & quotuplex.*
29. *De rebus corporalibus, & incorporalibus.*
30. *De ſervitutibus prædiorum, earumque ſpeciebus.*
31. *Quid ſit iter, actus, via, aquæductus.*
32. *De ſervitutibus perſonarum.*
33. *Quid ſit uſusfructus, uſus, habitatio: & quomodo acquirantur, vel amittantur.*
34. *De uſucapione: quid ſit, & quomodo inducatur.*
35. *Quid ſit donatio, & quotuplex: & cur inter modos acquirendi dominii numeretur.*
36. *Quinam alienare poſſint, vel non.*
37. *Filiifamilias quidnam patri, quid ſibi acquirant: & de eorum peculio.*
38. *Teſtamentum quid ſit, & quotuplex, & quomodo fiat.*
39. *De militari teſtamento.*
40. *Quibus non ſit permiſſum facere teſtamentum.*
41. *De liberorum inſtitutione, & exhæredatione.*
42. *De hæredibus inſtituendis.*
43. *Impoſſibilia reputantur, quæ ſunt illicita.*
44. *De ſubſtitutione vulgari, & pupillari.*
45. *Teſtamenta quomodo fiant irrita.*
46. *De qualitate, & generibus hæredum.*
47. *Cur liberi dicantur ſui hæredes.*
48. *Legatum quid ſit, & quotuplex, & quæ res qua forma legari poſſint.*
49. *De ademptione legatorum, & minutione, quæ fit per Leg. Falcidiam.*
50. *Fideicommiſſa quid ſint, & unde dicta.*
51. *Rogando cogit, qui rogat potentior.*
52. *Codicilli unde dicti ſint, quid ſint, & quotuplices.*

ET hœc quidem de perſona-
rum Jure: quo expoſito
ad res ipſas (alterum Ju-
ris objectum) de quibus
jus inter perſonas reddi-
tur, Imperator ſe coo-
1 vertit. † Rerum autem
duplex eſt caoſa, unde juris quæſtio exi-
ſtere poteſt, videlicet dominia, & obli-
l. De rer. diviſ. & acq. earũ dom.
gationes. De domioiis 1. primo loco quæ-
ritur: nam etiam natura priora ſuot. *l.* 1.
De acqu. rer. dom. l. 5. *De juſt. & jur.* Non
tamen omnes res in dominio exiſtunt, nec
eadem univerſæ ratione habentur. Quæ-
dam eoim ſunt in patrimonio noſtro, quæ-
dam extra patrimonium, in princ. *hoc tit.*
2 † In patrimooio ſunt res ſingulorum: extra
patrimonium ſunt communia jure naturæ,
l. quod in littore. 14.*De acq. rer. dom. l.* 2. *ff. De
rer diviſ.* ſeu gentium, *l. quod in littore.* 14.
De acqu. dom. l. 5. *De rer. diviſ.* §. 1. *hoc tit.*
hactenus à nemine occupata: item publica,
quæ à gentibus, & populis vicinioribus
naturali ratione occupata quidem fuerunt,
ſed poſteà in jus, poteſtatemque populi
Romani pervenerunt: & ea, quæ ſunt cu-
juſque univerſitatis propria: denique illa,
quæ nullius ſunt in bonis: velut res ſacræ,
ſanctæ, & religioſæ: ut ex diviſionibus,
& qualitatibus rerum planiùs poteſt cogno-
3 ſci, in princ. *hoc tit.* † Per diviſionem enim
genera, & ſpecies, velut in prædicamen-
torum tabula propoſitæ exhibentur: per
qualitates rerum proprietates, & acciden-
tia ootantur. Diviſio differentias rerum
commonſtrat, differentia qualitates.
† Communia ſunt omnium, quæ nul-
4 lius exiſtunt in bonis, & jure naturali
omnibus vacant: *l. littora.* 51 *De contrah.
empt.* Cic *lib.* 1. *Offic.* ita tamen ut occupan-
do acquiri, & privata fieri, quoad occupan-
tur, poſſint, unde & publica vocantur. *l.
quod in littore* 14. *l. quamvis.* 50. *De acqu.
rer. dom. l. fluminum.* 24. in princ. *De dom.
infect. d. l. littora.* † cujuſmodi ſunt aer, *l.*
5 2.*ff. De rer. diviſ. l.* 2. §. *adverſus.* 5. *ne quid
in loc. publ. l. injuriarum.* 13. §. *ult. De injur.*
aqua profluens, hic in princ. *d. l.* 2. mare,
d. l. injuriarum. 13. §. *ult. l.* 2. §. *adverſus.* 5.
ne quid in loco publ. d. l. 2. littora maris, *l.
quod in littore.* 14. *De acqu. dom. l.* 5. *De rer.
diviſ.* Item ea, quæ cœlo, terra, & mari
capi poſſunt, & ſolent: puta feræ, volu-
cres, piſces, *l.* 1. eom leg. ſequent. *ff. eod.*
† Hæc enim occupando, privata fiunt,
6 cùm ſint nullius in bonis: *d. l. quod in litto-
re. d. l. quamvis. l.* 4. *De rer. diviſ.* §. *feræ.*
10. *hoc tit.* quemadmodum & cum aerem
communem hauriendo noſtrum facimus,
aut littoris partem ioędificando occupamus:
*d. l. quod in littore. d. l. quamvis. d. l. inju-
riarum.* § *ult.* nam inædificata non ſunt Ju-
riſgentium, hoceſt, communia, ſicut lit-
tus, vel mare, *d. l.* 4. † ſed propria: quan- 7
diu ſcilicet occupantur. Etenim littus in
antiquam faciem deſtructo ædificio rediens,
quia deſinit eſſe in uſu, & occupatione:
ideò redit ad jus geotium, *d. l. quod in litto-
re.* io fin. peræquè, atque cùm feræ occu-
patæ, & rurſum evadentes in naturalem
libertatem revertuntur. *d.* §. *feræ.* in fin.
† Publica ſuot ea, quæ à populis, & gen- 8
tibus occupata, poſteà pervenerunt in po-
teſtatem populi Romaoi gentium domito-
ris. Theoph. hìc, *l.* 3. *Ne quid in loc. publ.*
quorum uſus publicè pateat omnibus, pro-
prietas verò ſit ipſius populi, ſeu imperii
Romani, ſeu in imperii jure, atque juriſ-
dictione: eòque oon eadem, qua res com-
munes, ratione acquiri occupando poſſint:
cùm illud jus occupationis tantùm obtineat
io his, quæ ſunt nollius in bonis: noo
etiam in illis, quæ ſunt alicujus populi,
vel Reipubl. In boc autem rerum genere
numerantur flumina, & portus, quæ cùm
initio jure geotium, à viciois populis eſſent
occupata, poſteà jure belli in poteſtatem
populi Romani devenerunt. §. 2. & 3. *hoc
tit. l.* 4. *ff. eod. tit. d.* §. 2. *d. l.* 4. *l.* 3. *De flum.*
Item uſus riparum, verſ. *littorum quoque.*
in §. 3. *hoc tit.* littorum, & maris. *l. depre-
catio.* 9. *Ad leg. Rhod. de jact. l. quamvis.* 50.
in verb. *vel in mari. De acqu. rer. dom.* Nam
etſi riparum proprietas privatorum eſt, *l.* 5.
l. ergo. 30. §. 1. *De acqu. rer. dom.* littorum
verò, & maris nullius. d. verſ. *littorum.* io
verſ. *proprietas autem eorum. De rer. diviſ.* ta-
men uſus horum, quatenus imperio, legi-
buſque Romanis ſubjiciuntur (de quibus
ſolis hìc diſputamus) hodie publicus eſt po-
puli, & imperii Romani, *l.* 3. *Ne quid in
loc. publ.* Quare ſine permiſſu magiſtratus
Romani nihil in mari, littoribuſve fieri po-
teſt, *d. l. quamvis.* 50. *De acqu. rer. dom.*
præſertim cum incommodo aliorum, *d. l.
quamvis.* aut publico: *l.* 2. §. *adverſus.* &
uſus maris, ac navigationum maritimarum
legibus priocipum eſt determinatus. *Ne quid
in loc. publ.* facilè ut appareat, poſſeſſiooem
harum rerum communium ad jus populi
Romani publicum, ſeu ad jus imperii (re-
galia hodie oominant) *d. l.* 3. *Ne quid in loc.
publ. l.* 2. & 3. *De flum. l.* 4. *C. De commerc.
d. l. quamvis.* 50. *l. deprecatio.* 9. & *tot. tit.
Ad leg. Rhod. de jact. l. pen. & tot. tit. C. De na-
vicula. lib.* 11. arg. §. *univerſitatis.* 4. *hoc
tir.* traductam eſſe. † Hæc autem diſtare 9
ab iis, quæ ſunt univerſitatis, ſeu civita-
tis etiam Romanæ propria, Juſtinianus vo-
luit. *tot. tit. Quæ ſint reg. in uſib. feud.* Quan-
quam enim veteres Juriſconſolt. tantùm
reliquas civitates, non etiam Romam, à
poblico jure ſeceroebaot, *l. eum.* 16. cum
leg. ſequent. *De verb. ſignif.* quippè cùm ſe-
des imperii, & publici juris Romæ eſſet,
l. Rom. 33. *Ad municipal.* tameo cùm per
Con-

Conſtantinum jus populi, & aaioma impe-
rii Romani Cooſtaotinopolim, atque in
Thraciam eſſet translatum: atque ita divi-
ſum jus imperii, à theatris, campo Mar-
tio, ſtadiis, aliiſque locis, & rebus vete-
ris Romæ, Juſtinianus accepiſſet: viſum
illi fuit publica imperii jura, ab iis, quæ
ſunt cujuſque univerſitatis propria, ſepara-
10 re. §. *univerſitatis*. 4. *hoc tit.* † Dicuntur
autem hìc univerſitatis, quæ ſunt propria
cujuſque communitatis, vel civitatis, ita
tamen, ut ſingulorum civium uſui ſerviant.
l. 6. De rer. diviſ. l. 2. in princ. & §. *ſi quis*.
6. *Ne quid in loc. publ.*

Nam quæ ſunt io patrimonio univerſi-
tatis, ea inſtar rerum privatarum, quæ
ſingulorum ſunt, habentur, *l. ſed Celſus*.
6. *De cont. empt. l. 5. & 2. tit. De loc. publ.
fruen. l. 1. Si ager vectig. l. quod in littore*. 14.
De acqu. dom. nam & ſingulorum fieri poſ-
ſunt. Nullius in bonis propriè, hoc eſt,
neqne actu, nec potentia, ſunt res ſacræ,
ſanctæ, & religioſæ, §. *nullius*. 5. *hoc tit.
l. 1. ff. eod.* Nam hæ neque proprietate,
nec uſu ſnnt ullius, aut eſſe poſſunt: cùm
tamen res communes, quæ etiam nnllius
eſſe perhibeotur, occupando quærantur:
& publica cnjuſque uſui pateant. Sacræ
res ſunt, quæ ritè per Pontifices Deo con-
ſecratæ ſunt. §. *ſacra*. *hoc tit. l. 1.* in princ.
l. in tantum. 6. §. 2. cum leg. ſequent. *De
rer. diviſ.* Religioſæ, quæ per ſepulturam
hominis demortni religione contractæ ſunt,
& ab uſu culturæ relinquuotur intactæ. §.
religioſum. *hoc tit.* unde & à relinquendo lo-
ca religioſa dicta volunt Gell. *lib. 4. cap. 9.*
Macr. *lib. 3. cap. 3.* Sanctæ, quæ oec ſa-
cræ, nec religioſę propriè ſunt, ſed ſan-
ctione quadam uſibus hominum eximuotur,
& ab injuriis defenduntur. *l. ſancta*. 8. *hoc
tit. l. ſanctum*. 8. *De rer. diviſ.* Singulorum
res ſunt, quæ io patrimonio, dominioque
cujuſque habentur: de quo genere acquiſi-
tionis, ut altera tituli parte, poſt expoſi-
tas jam rerum diviſiooes, & qualitates eſt
differendnm. Dominia rerum, vel ex jure
naturali, ſive gentium, vel ex jure civili
11 acquiruntur. §. *ſingulorum*. 9. *hoc tit.* † Jus
naturæ, & gentium hìc pro eodem jure po-
nitur. Nam dominia rerum, quia ad ſolos
pertineot homines, ut quæ in ratione, &
intellectu conſiſtant, DD. *l. 4. C. De pro-
bat.* & *l. 3. De teſtib.* nec cum reliquis ani-
mantibus, hujus juris expertibus, atque
ignaris, ſuot communia: ideò jus naturæ,
& gentium ſecundum ſubjectam materiam
hìc promiſcuè ponitur: Caſtr. io *l. 1. De
pact.* §. 2. in verb. *juris gentium, ſicut eſt ma-
re*. §. *ſingulorum*. 9. *hoc tit. l. 4. De rer. diviſ.*
Cauſæ quæreodi vulgò tituli vocantur. Ti-
tulus enim oihil aliud eſt, quàm juſta quæ-
rendi id, quod noſtrum noo eſt, caoſa, *l.
3. §. ult. De acquir. poſſ. clement. 1. De cenſib.*
ubi Card.

† Hæ autem cauſæ, ut dictum eſt, aliæ 12
jure gentium introductæ ſunt, juſtæque
habentur, aliæ jure civili. Cauſæ, & ti-
tuli juriſgentiom ſunt ſingulares: civiles
partim ſingulares, partim univerſales: de
illis, ut antiquioribus, primo loco videa-
mns. *l. 1.* verſ. *& quia*. *De acquiren. rerum
dom.*

† Jure gentium, juſta, & prima dominii 13
quærendi cauſa eſt occupatio, §. *feræ*. 10.
7 *De publ. jud.* §. *ult.* inf *De inter.* † Sed poſteritas extraordinariis judiciis, quæ non habent ordinarii juris executionem, uſa eſt, *l. pecunia.* 178. §. *actionibus.* 2. *De verb. ſignific.* translato utique imperio, formuliſque, & impetrationibus antiquæ juriſdictionis à Conſtantino ſublatis, *l.* 1. & 2. *C. De for. & impet. ſub.* & ipſi prætores, & magiſtratns abſque judicii delegatione, præſcriptaque judici datn diſceptandi formula, cognoſcere de hac re cœperunt, *l.* 1. *De juriſ. tot. tit. ff.* & *C. De bon. auct. jud. poſ.* quæ ratio cognitionis eſt extranrdinaria, *d. l. pecunia. l. quod ſi minor.* 24. §. *ſi. l. in cauſa.* 17. in princ. *De minor. l. cum hi.* 8. *De tranſact.* ideo eum ipſis ordinariis judiciis, etiam illæ bonorum venditiones expiraverunt, & tantummodo creditoribus permittitur officio judicis nobili poſſidere bona, ex primo, vel ſecundn prætnris decreto: vide *Paratit. tit. De dam. infect.* ut videlicet aut tantum illa poſſideantur: *De bon. auctor. jud. poſſ. ff.* & *C. Tot. titul. quib. ex cauſis in poſſ. eat.* aut etiam, ſi neceſſe ſit, diſtrahantur, *l. pro debito.* 6. *l. ultim. C. De bon. auctor. jud.* & *ff. eod. tit.* Erat etiam ex S. C. Claudiano miſerabilis per univerſitatem acquiſitio: eùm libera mulier ſervili amnre bacchata, ipſam libertatem, & eum ea ſubſtantiam per hoc S. C. amittebat: ſed hæc genera quærandarum per univerſitatem rerum ſunt ſublata. 12. Et his quidem modis rerum dominia, aut per univerſitatem, aut titulo ſingulari, tam jure gentium, quàm civili, tam inter vivos, quàm ex ſucceſſione mnrientium, quæruntur. Nunc tranſeamus ad nbligatinnes. 13. † Obligatio eſt juris 8
vinculum, *l. ſub hac.* 8. *De oblig. & act.* quo neceſſitate aſtringimur, *l.* 3. *De oblig. & act.* alicujus rei ſnlvendæ, ſecundum noſtræ civitatis jura, in princ. *hoc titul.* quæ adjectio ultima oſtendit non de naturalibus duntaxat obligationibus, quarum alibi, *l. Stichum.* 95. §. *naturalis.* 4. *De ſolu. l.* 1. § *ſi id quod.* 3. *De oblig. & act.* fit mentio, definitionem hanc accipiendam eſſe, ſed de illis, quæ omni jure firmæ ſunt, & ad actionem producendam efficaces, *l. licet.* 24. §. *ea obligatio. De procur.* Omnium autem obligationum ſumma diviſio à cauſa efficiente prima, & remotiore, (à primis enim principiis, atque fontibus res in Inſtitutionibus ſunt repetendæ) in duo genera deducitur. Nam aut civiles ſunt, aut prætoriæ. † 9
Civiles ſunt, quæ legibus aut conſtitutæ (ut ex pactis legitimis, *l.* 6. *ff. De pact.*) aut ſaltem approbatæ ſnnt. Quod genus, nrtum ex jure quidem gentinm ducit, legibus autem, vel moribns propter communem neceſſitatem, aut utilitatem eſt receptum, *l.* 5. *De juſt. & jur. l. juriſgentium.* 7. in princ. *De pact.* cum ſimil. Prætoriæ ſunt, quas Prætnr ex ſua juriſdictinne conſtituit, *l. obligamur.* 52. §. *lege. De oblig. & act. l.* 1. §. *fin. De conſt. pec.* §. *de conſtituta.* 9. inſ. *De act.* quæ etiam (qnemadmodum & actiones hinc natæ, *l. in honorariis.* 35. *De oblig.*) honorariæ vocantur, in princ. §. 1. *hoc tit. l.* 1. *ff. eod.* Seqnens diviſio à cauſa efficiente propinquiore ſumpta in quatuor ſpecies deducitur.

XII. De ſuc. ſub. quæ fiebant per bon. vendit. & ex S. C. Claud.

XIII. De obligat.

citur. Aut enim ex contractu ſunt nbligationes, aut quaſi ex contractu, aut ex maleficio, aut quaſi ex maleficio, §. 2. *hoc tit. l. 1. ff. eod.* Prius autem eſt, ut de iis,
10 quæ ex contractu ſunt, diſpiciamus. † Contractum Labeo eſſe ait ultro, citroque nbligatiooem, quod Greci *συνάλλαγμα* vocant, *l. Labeo. 19. De verb. ſign.* Harum autem obligatiooom, quæ ex contractibus exiſtunt, æquè quatuor, pro quadruplici cauſa efficiente, cnntractuumque differentia ſpecies numerantur. Aut enim re, aut verbis, aut literis, aut cooſenſu perficiuntur, §. *ult. hoc tit.* Re, & conſeoſu juregentium cootrahitur, *l. 2. De oblig. l.* 1. in fin. *De contrahen. emp. l.* 1. & 2. *ff. Loca. l.* 1. in fin. *De rer. permut. l. juriſgent. 7. De pact.* verbis, & literis jure civili, §. *de conſtituta.* inf. *de act. l. De*
11 *duob. re. l. ſi debitors. 74. De fidejuſsorib.* † Re cootrahitur, 14. eum hoc inter partes agi-
12 tur, ut à datione conſtituator obligatio †
ut in mutuo §. 1. *hoc tit.* quòd eſt contractus Juriſgentium nominatus, ſtricti juris, vide *l. 3. ff. eo. De reb. cre.* re cnnſtans: in quo res fungibilis ſeu quæ uſu conſumitur, gratis mutuo datur, *l. 2. eo.* (hoc eſt, transfertur, ut de mea tua fiat, unde dictum volunt mutuum, *l. 2. §. 2. De rebus cred. Si cert. petat.* en tameo animo, ut accipiens eandem rem nnn in ſpecie (ſeu, ut Dialectici loquuotur, individuo) ſed in genere, ſeu idem geous aliquando reddat. Item perſolutionem indebiti, §. 2. *hoc tit.* in qua etſi diſtrahendæ potius, quàm contrahendæ obligationis gratia pecunia ſnlvitur, *l. ſi quis.* 5. §. *is quoque.* 3. *De oblig. & act.* tamen quia iniquum eſt accipieotem, ſine juſta cauſa, citraque debitum, ex alieno locupletari, *l. nam hoc. 14. De cond. indeb.* ideo meritò re ipſa obligatur: ut condici ab eo (tranſlatum eſt enim in illum domini voluntate dominium, *l. in omnibus. 54. De act. l. qui ſibi. 33. De ſol. l. 3. §. ſi quis ſervum. De ſtatu. l. traditio. 20. De acqui. rer. dom.* cum ſimil. eoque petitur dari, *l. ult. De condic. cau. dat.* quod proprium eſt condictionis, §. *appellamus.* 15. inf. *De act. l. interdum. 29. De cond. indeb. l. ult. Uſufr. quemad. cau.* non reſtitui) pecunia non
13 debita repetique poſſit. † Et hoc quidem reſpectu re obligari dicitur, etiamſi reſpectu intentionis agentium, in quaſi potius contractum, quàm contractum aliquem verum res incidat, §. *item is qui. 5. De obl. quæ ex quaſi contr.* utpotè cum non de contrahenda, ſed diſtrahenda obligatione hic agatur. Item re contrahitur obligatio per commodatum, §. 3. *hoc tit.* quia accipiendo rem utendam, ad ejus reſtitutionem re
14 ipſa commodatarius conſtringitur. † Commodare nihil aliud eſt, quàm rem ad aliquem uſom utendam dare, eo animo, ut poſtquam accipiens uſus fuerit, eandem bona fide reddat, *l. 3. §. 1. ff. Commodati*, Eſt igitur commodatum contractus Juriſgentium, *l. juriſgentium. 7. De pactis*, nominatus, *d. l. juriſgent.* re conſtans, *l. 1. §. 1. De oblig. & act.* bonæ fidei, *l. 3. §. in hac 2. ff. Comm. §. actionum. 24. inf. De act.* quo res ad aliquem certum uſum utenda datur, & accipiens ad eandem bona fide, finito uſu reddendam, re ipſa obligatur. Ipſum enim nomeo contractus, quod à dando eſt, arguit id agi, ut datione, hoc eſt re ipſa, ſeu rei traditione, & noo aliter obligatio conſtituatur. Quod accipiendum videtur de obligatione, qua accipiens ad reſtituendum devincitur, §. 3. *hoc tit. l. 1. §. 1. ff. De oblig.* Nam is, qui dat, non ſe nbligat, neque obligare intendit, niſi quateous quid in rem ſuam fuerit impenſum, ut dixi *ff. eo.* quo nomine poteſt dici re, vel potius ex geſtu negotii ſui teneri. Commodata porrò res tunc propriè intelligitur, cum nulla mercede res utenda data eſt, *d. §. 3. l. in commodato. 17. §. 3. ff. Commo.* cæteroqui pretio interveniente, locatus rei uſus videtur, *l. ſi ut certo. 5. §. nunc viden. 2. ff. eo. tit.* Gratuitum enim debet eſſe cnmmodatum, *d. §.* 3. in fin. *hoc tit.* Prætereà & is, apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, actioneque depoſiti de ea re, quam accepit, reſtituenda, tenetur, §. *prætereà. hoc tit.* vide in §. *actionum. 24. infr. De actio.* † Depoſitum 15
eſt, quod cuſtodiendum alteri datur, ſeu res alterius fidei, & cuſtodiæ commendata. Contractus depoſiti eſt contractus Juriſgentium, *d. l. juriſgent.* nominatus bonæ fidei, *l. Publia. 26. l. bona fides. 31. depoſ.* re conſtans, *d. §. pen.* quo res alterius fidei, & cuſtodiæ aſſervanda committitur, ea lege, ut & bona fide cuſtodiat, & petenti domioo, cum volet, ſioe mora reddat, *l. pen. C. eo.* Creditor quoque, cui pigons nbligatur, re obligari dicitur, quia de re, quam pignori accipit, reſtituenda, actione pignoratitia teoetur, §. *ult. hoc tit.* licet debitor, qui pignus creditori nocti, non re, utpotè cum res antea ſua ſit, ſed conſenſu obligetur, *l. 1. De pig. act.* † Pignus 16
à pugno, quo res de manu in manum traduntur, dictum eſt, *l. plebs. 238. §. pign. 1. De ver. ſig.* Eſtque id, quod datur io ſecuritatem rei creditæ, ut creditor illud obligatum teneat, dnoec principale debitum ſit diſſolutum: ſeu eſt res, de qua inter creditorem, & debitorem conveoit, ut ſit pro debito obligata, *l. 1. De pig. act. l. 1. De pig.* Græci hypothecam vocant, quaſi rem obligationi ſubjectam. *l. 5.* in fin. *ff. De pign. §. item ſerv. 7. inf. De act. d. l. plebs. §. pig.* Id eſt, aut volnntarium, aut neceſſarium voluntarium conſtituitur cooſenſu, *l. 1. De pig.* neceſſarium ex præcepto Magiſtratus in poſſeſſionem mittentis, *tot. tit. C. De prætor. pig. l. ſi finita. 15. §. ſi quis. 9. De dam. infect.* vel exequentis, *tot. tit. C. Si in cam judic. l. à D. Pio.*

15. §. 2. & 3. *De re jud.* Item aliud eſt expreſſum, quod expreſſa perficitur conventione, *d. l.* 1 *De pign. act.* aliud tacitum, quod aut præſumpta partium voluntate, aut legis ordinatione inducitur, *tot. tit. ff.* & *C. in quibus cauſis pig. fac. cont. l.* 3. & 4. *ff. De pact.* Contractus pignoratitius eſt contractus Juriſgentium, *l. juriſgentium.* 7. *De pact.* nominatus *d. l. juriſgent.* bonæ fidei, *d. §. actionum.* 28. in quo per conſenſum, res debitoris, creditori in ſecuritate debiti, ea lege oppignoratur, *d. l.* 1. *De pig. act.* ut niſi principalis debiti condicta die fiat ſolutio, ex pignore ſibi ſatisfacere creditor poſſit, *tot. tit. C. Si res alie. pig. l. aliena.* 20. *ff. De pig. act.* contrà verò creditor reipſa obligatur, ut ſolutione principalis debiti facta pignus debitori liberum reddat. Etſi autem in his omnibus, quæ re conſtant, obligationibus etiam conſenſus intervenit: tamen quia non eſt principalis cauſa efficiens, ſed *συνεργὸς* tantum, & plerunque alio reſpectu in has obligationes incidit, ideò re potius, quàm conſenſo perfici dicuntur, ut contractus innominati, *l.* 1. in fin. *De rer. permu. d. l. juriſgent.* in fin. prin. A principaliore enim cauſa fieri denominationem receptum eſt, *l. filio.* 23. *De lib. & poſth. l. repetundarum.* 15. in fin. *De teſt.* Si pignus conſenſu contrahitur, & tamen creditor re ad reſtitutionem obligatur: quia non de reſtitutione principaliter conſenſum eſt, ſed in pignoris obligationem. Depoſitarius item, & commodatarius re ad reſtitutionem obligantur. Nam conſenſus, qui in his contractibus intervenit, non huc, ſed potiſſimum eò ſpectat, ut res commodato detur, vel depoſita teneatur: vide 1. *in d. §. actionum.* 28. *De act. d. l. in commodato.* 17. §. *ſicut.* 3. *Com.* Verbis

XV. De verbor. obligat.

porrò obligatio contrahitur, 15. per ſtipulationem eadem omnino ratione: nimirum non quia conſenſo careat, ſed quod verbis potiſſimum hic contractus perficiatur.

17 † Stipulatio eſt verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum, facturumve ſe, quid interrogatus eſt, promittit. *l.* 5. §. 1. *ſtipulatio. De ver. obl.* Duæ igitur ſunt hujus contractus partes: prior interrogatio de aliquo dando, vel faciendo, *l.* 1. §. *verbis. De obl. & act. l.* 1. *De ver. obl.* poſterior reſponſio, uno contextu, *l.* 1. *l. continuus.* 137. *De ver. obl.* congruenter ad interrogationem facta, *d. l.* 1. §. *verbis.* 15. *De obl. & act. l. obligamur.* 51. §. *verbis. eo. tit.* §. *prætereà.* 5. infr. *De inut. ſtip.* Quam in rem cum olim ſolemnia verba tradita fuiſſent, §. 2. *hoc tit. l.* 5. §. *ſtip. ff. eo.* poſtea Leonina conſtitutio lata eſt, quæ ſolemnitate verborum ſublata, ſenſum, & conſonantem intellectum verborum, ab utraque parte deſiderat *d.* §. 2. *l. omnes.* 10. *C. De contra. ſtip.* Cauſa igitur efficiens ſtipulationis ſunt verba, *d. l.* 1. §. *verbis.* 2. *De oblig. & actio.* Materia res, & facta §. *ult. in hoc tit.* dare, facere, *d. l.* 1. §. *verbis.* 2. *De oblig. l.* 1. *ff. eo.* Forma, ut conſtituatur obligatio verbis, *l.* 1. & paſſim, 10. congruente interrogatione, ac reſponſione, *d. l. omnes.* 10. *d.* §. 1. *hoc tit.* unico contextu, *d. l.* 1. *l. continuus.* 133. *eo.* aut purè. §. *omnes.* 3. *hoc tit.* aut in diem, *d. §. omnis* in fin. aut ſub conditione, §. *ſub conditione.* 4. etiam ad certum locum relata, §. *loca.* 5. *hoc tit.* dum tamen ſit de caſu futuro. Nam conditiones, quæ ad præſens, vel præteritum tempus referuntur, aut ſtatim annihilant obligationem, aut non differunt. Annihilant, ſi quæ comprehenſa conditione ſunt, non ita revera habeant, quemadmodum concipiuntur: non differunt, ſi ita ſe res, ut profertur, habet, eoque caſu ſtatim valet ſtipulatio, §. *conditiones.* 6. *hoc tit.* Nec intereſt quis cui ſtipuletur, vel promittat. Eſt enim communis hujus contractus uſus, adeò ut etiam duo, pluresve Rei tam ſtipulandi, quàm promittendi. 16. fieri poſſint, & rectè etiam ſervus plurium communis uni pluribuſque dominis, 17. ſtipuletur. Reus ſtipulandi dicitur, qui ſtipulatur, reus promittendi, qui promittit, ſive unus, ſive plures ſint, *l.* 1. 5. *ff. eo. De duob. reis.* Rei enim à re dicuntur, omnes, quorum res agitur, Cic. *lib.* 2. *De Orator. c. forus.* 19. §. *reus. De verb. ſign.* Sic rei ſtipulandi, qui eandem rem ſinguli in ſolidum ſtipulantur; rei verò debendi, qui in ſolidum eandem rem promittunt, nominantur, *l.* 4. *ff. eo.* §. 1. & 2. *hoc tit.* Finis ſtipulationis eſt, ut conſtituatur verbis obligatio: quæ aliàs nulla alioqui conventione hoc modo perficitur, in prin. *hoc tit.* ut propter neceſſitatem hunc contractum introductum eſſe, hoc eſt, legislatorem impulſum, uti ob neceſſitates, opportunitateſque civilis vitæ, ut alia multa, ita & hunc contractum induceret: rectè DD. affirment, Caſtrenſ. & DD. in *l.* 1. *ff. De verb. oblig.* licet frivolè contrà diſputet Coraſ. *Miſcel. lib.* 1. *c. ultim.* Effectus pro diverſitate ſtipulationum variat.

XVI. De duobus reis ſtipul.

XVII. De ſtipu. ſerv.

† Aliæ enim ſtipulationes ſunt judiciales, aliæ prætoriæ, aliæ conventionales, aliæ communes, hoc eſt, tam prætoriæ, quàm judiciales, *l. ſtipulationum.* 5. *De verb. oblig.* 18. 18

XVIII. De diviſ. ſtipul.

Judiciales ſunt, quæ à mero, hoc eſt, mercenario judicis à prætore dati officio proficiſcuntur, *d. l. ſtipulationum.* Prætoriæ, quæ à mero prætoris, hoc eſt, nobili officio, & juriſdictione veniunt, *l.* 1. *De juriſdiction.* Conventionales, quæ ex utriuſque partis conventione interponuntur, Communes, quæ modò apud prætorem, modò apud judicem fiunt. §. 1. *hoc tit. d. l.* 5. Omnibus tamen commune eſt, ut obligent, & actionem producant ex ſtipulatu: tam certi, ubi certa res promiſſa eſt, *l. ſtipulationum.*

tionum. 74. l. ubi autem. 75. De verb. oblig.
l. certi. 9. ff. Si cert. pet. quàm incerti, ſi in-
certum qnid, puta factum (in quo ad in-
tereſſe incertum, l. ultim. De prætor. ſtipu-
lation. perveniri ſolet, l. ſi quis. 51. §. ult. De
re judic. d. l. ſtipulationum. l. ſtipulationes. 72.
De verb. oblig.) in ſtipulationem ſit dedu-
ctum, §. ult. inf. De verb. oblig. dum tamen
ſtipulatio valeat, nec aliqua ex cauſa red-
datur inutilis, puta ob defectum, vitium-
que cauſæ efficientis, §. ſi de alia. 16. hoc
tit. De inutil. ſtipula. perſonarum contrahen-
tium §. 3. 4. 6. 7. hoc tit. materiæ, §. 1.
& §. 15. hoc tit. formæ, §. 5. 8. 9. 10. 11.
XIX. De inutil. ſtipul. 12. hoc tit. 19. Efficaces autem hæ obliga-
tiones atque actiones ſtipulatioonm ſunt,
oedum contra principalem promiſſorem,
XX. De fidejuſſor. ſed adverſus ejus quoque fidejuſſores, 20.
qui ſcilicet alienam obligationem acceſſo-
riè ſuſcipiunt, l. hi qui acceſſionis. 34. ff. eod.
& fide ſua eſſe jubent, l. 1. §. ſed aut pro-
prio. 2. De obli. & actio. l. quamvis. 8. §. ul-
tim. ad Vellejan. ut ſuo periculo id, de quo
agitur, fiat, quòd ejus eventum ipſi præ-
ſtare velint, eoque nomine fidem ſuam in-
terponunt, & aſtringuot. Et hoc quidem
modo verbis ſtipulatiooes contrahuntur.
19 XXI. De literar. obligat. † Scripturarum porrò, literarumque 21.
obligatio nominibus olim conſtituebatur,
l. Lucius. 24. ff. eo. De fidejuſſ. Erat enim pri-
ſcis Romanis in more poſitum, quicquid
per ſingulos dies expendereot, acciperent,
agerent, id ut ordine in Diaria, & Calen-
daria ſeu tabulas domeſticas ad id paratas
20 referrent. † Eodem ergo referebatur ex-
penſarum latio, quæ plenam faceret fidem,
& nomina debitorum, quibus pecunia nu-
merata eſſet, aut qui alioqui deberent, Cu-
jac. in l. ejus qui. 41. ff. De reb. cre. Tract.
Afen. iiſque tabulis, maximè poſtquam à
debitore, prout moris erat, obſignatæ eſ-
ſent, fides adhibebatur, Cic. pro Cluentio,
& li. 4. ad Attic. epiſt. ult. & alibi paſſim,
l. 4. De pecul. d. l. Lucius aut certè de ea-
rom fide jusjurandum à civibus cenſores
exigebant, Dion. Halic. li. 4. vide Hott. hic.
Quare literis, atque obſignatis tabulis ita
inſcriptus debitor, præſertim ſi ipſe ſua
ſe manu in ſuo aut creditoris calendario
ut debitorem inſcripſiſſet, obligatus etiam
21 citra numerationem eſſe credebatur † Hęc
autem tabularum ratio quamvis uſu poſtea
deſit, in prin. hoc tit. nihilo tamen minus
ipſa res, eademque contrahendi per inſtru-
menta, & literas, mercatorioſque libros ra-
tio, in more hominum perduravit, l. non
figur. 38. De oblig. & act. ſic ut rectè, ſæ-
pius etiam non aliter, quàm literis, non
paocis in caſibus nunc etiam obligatio con-
ſtituatur. Quid enim, ſi contrahentes in-
ter conveniat, ut noo aliter, quàm ſcri-
ptura contractus conſtet, in princ. inf. De
empt. & ven. l. contractus. 17. C. De fid. in-
ſtr. Quid ſi quis ſpe futuræ neque ſubſecu-
tæ numerationis, vel mutuationis ſcripſe-
rit ſe debere: certè ſcriptura tum obliga-
tur, etiamſi res abſit, l. pecuniæ. 14. De
ſolut. l. generaliter. 13. C. De non num. pec. l. ſi
ita ſtipulatus. 126. §. Chriſogon. 2. De verb. ob-
lig. † Nec enim ejuſmodi confeſſionibus ob- 22
ligatoriis ſcriptura comprehenſis, objici ex-
ceptio non numeratæ pecuniæ poteſt, d. l.
generaliter. Bart. in l. in contractib. 14. num. 1.
Caſtren. in l. ſi non ſingulis. in fin. C. De non
num. pec. niſi in cauſa dotis, & mutui, d. l.
gener. cum leg. ſeq. ubi DD. ut DD. quidem
volunt: at quomodo Juſtinianus cenſuit,
d. l. in contract. 14. omnibus in contracti-
bus, in quibus pecuniæ, vel aliæ res nu-
meratæ datæque conſcribuotur: io qoibus
tamen ipſis quoque contractibus, abſque
reali numeratione conſtare obligationem,
argumento eſt, quod exceptione non ou-
meratæ pecuniæ, qoa illa elidatur, quæ-
que ex ſcriptura agenti objiciatur, opus
ſit, in princ. hoc tit. C. De non num. pecun.
qua haudquaquam opus eſſet, ſi abſque
oumeratiooe oulla conſtaret ex ſcriptis ob-
ligatio, §. 2. inf. De except. Exceptio cum
ſit actionis excluſio, l. 2. De except. præ-
ſupponit actionem: (ut privatio habitum,
l. decem. 116. De verb. oblig. & hæc obli-
gationem, ex qua naſcatur, l. licet. 42.
§. ea. De procur. Deinde huic ipſi exceptio-
ni certo etiam tempora præſcribitur: quo
facto cum de non numerata pecunia queri
nequeat amplius debitor, utpote præclu-
ſus: efficitur, ut ſcriptura, & inſtrumen-
to verè deinceps maneat obligatus, in prin.
hoc tit. † Nam in ſcripturis obligatoriis 23
exceptioni non oomeratæ pecuniæ hodie per
biennii ſpatium præſcribitur, d. l. in con-
tractib. 14. C. De non num. pecun. † Quan- 24
quam enim aliàs exceptiones ſua natura
ſint perpetuæ. l. licet. 5. l. ſi pactum. 6. C.
De excep. l. purè. 5. §. ult. De dol. except. a-
deò ut ne 30. quidem annis præſcribantur.
Gloſſ. in l. 3. verb. perſecutione. C. De præ-
ſcript. 30. ann. & in d. l. pactum. Panorm.
& Felio. in c. ſi autem. 9. De reſcript. Fran-
ciſ. Balb. in tract. præſcrip. 4. parte. 4. par-
tis princ. quæſt. 37. tamen id non obtinet,
quando per modum actionis, vel querelæ
proponi poſſunt. Tunc enim actiones po-
tios ſunt, quàm exceptiones, eoque exem-
plum actionum præſcriptione excluduntur,
Bald. Salic. & commuoiter DD. in l. licet.
5. cum leg. ſeq. C. De excep. per l. quæſitum.
30. §. ult. De pecul. Bal. in l. ſicut. 3. num.
12. C. De præſcrip. 30. anno. † Quo ex ge- 25
nere quia eſt pecuoiæ oon numeratæ ex-
ceptio, quæ etiam in modum actionis, &
judicis officium implorando, rectè propo-
oitur, Bald. Salic. & communiter DD. in
d. l. ſi ex cautione. 3. C. De non num. pecun.
Felin. in c. ſi cautio. 14. num. 60. cum ſe-
quent. De fide inſtrum. ideo pręſcriptionem
quoque admittit, Bal. in d. l. ſicut. 3. nu.

Digitized by Google

12. C. De præſcrip. 30. anno. Franc. Bal. in tract. præſcript. 4. part. 4. partis princ. quæſt. 37. num. 3. hac ratione ut intra biennium quidem iotentanda omnino ſit, ſi velit debitor probandi onus effugere, & in creditorem adverſarium illud derivare, ut is probare habeat neceſſe pecuniam fuiſſe numeratam.
26 † Poſt bieooium verò proponere eam exemplo duntaxat reliquarum actionum ad 30. aooos poſſit, infr. De perp. & tem. actio. in prin. l. 3. 4. cum ſequeot. C. De præſcrip. 30. anno. ita tameo ut ipſe onos probandi tum ſuſcipere, & negativam, videlicet pecuniam ooo fuiſſe numeratam, quamvis hoc inſtrumeoto cautum ſit, demonſtrare contra tenorem ſcripturæ compellatur.

27 † Lapſus enim biennii non indueit pro inſtrumento præſumptionem juris, & de jure, ſed taotum præſumptionem juris, quæ admittit probationem in contrarium, Cyn. num. 7. Bal. num. 13. & 14. ac communiter DD. in l. ſi ex caut. 3. C. De non num. pecun. ubi latè Salic. nu. 19. 20. 21. Caſtr. io l. aſſeveratio. 10. nu. 1. per illum text. & in l. in contract. 14. in princ. nu. 1. & 8. C. De non num. pec. Et hæc quidem obtinent io ſcripturis obligatoriis, ex mutuo tantum, & dote (quibus, ut diximus, ſolis, objici exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt) non etiam in aliis, quæ ex aliorum contractuum genere conſcribuntur, d. l. general. 12. C. eo. tit. Bart. in l. in contract. 14. num. 1. C. eod. tit. Caſtr. in l. ſi non ſinguli. 5. io fin. C. Si cer. pet. Imol. in c. ſi caut. 14. num. 1. De fid. inſtru. ideoque validam ipſo duntaxat inſtrumento obligationem in-
28 ducunt †. Scripturis verò liberatoriis, quibus creditor ſe pecuniam recepiſſe fatetur, eoque nomine debitorem liberat, indiſtinctè & quacunque ex cauſa conveotioneque fluant, opponi exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt. d. l. in contract. §. ſuper ceteris. 2. ubi Bart. Bal. in l. pen. num. 3. Cyn. num. 5. & 6. C. De ſol. Caſtr. num. 3. in d. l. in contract. 14. §. ſed quoniam, ita tamen ut favore liberationis intra 30. dies ea non modò propooi, ſed etiam probari à proponente creditore habeat, l. Arrianus. 47. De oblig. & act. l. tale pactum. 41. ubi Jaſ. & DD. io prin. ff. De pact. VVeſemb. Conſ. 42. inſtar aliarum exceptionum, l. in exceptionibus. 19. De probat. poſt illos verò, à
29 confectione ſcripturæ, † quam ſemper diem adſcriptum habere convenit, l. 1. § 1. De eden. l. 1. C. De apo. pub. lib. 10. Gloſſ. & DD. in l. generali. 3. C. De tabular. lib. 10. elapſos, nec propooi amplius ooque probari poſſit: d. l. in contractibus. 14. §. 2. ſupr. ubi Bald. in princ. Caſtr. nu. 2. 8. 9. Salic. nu. 15. per illum text. Jaſ. in l. qui pecuniam. 30. num. 7. & 8. Si cert. pet. Felin. io c. ſi cautio. 14. nu. 40. cum ſeq. De fide inſtrum. ut ita etiam citra numerationem, ſcriptura hic tollatur, quaſi facta ſolutione obligatio, io princ. infr. quib. mod. toll. oblig. ſicuti & induci eam ſuperioribus io caſibus
eodem modo diximus. † Præterea conſtat 30
etiam literas obligare ſcribentem. l. Publica. 26. §. fin. ff. depoſ. aut eum, qui ſubſcripſit: l. Cajus. 39. De pign. act. item illum, qui literas, quibus obligabatur, abſque contradictiooe legit, & recepit: Clemen. 1. ubi Zabar. De procur. Bart. in l. quo enim. 12. §. ultim. ff. Rem rat. hab. Jaſ. io l. quæ doti. 33. num. 90. ff. Sol. matrim. Felin. in c. nonne. 5. nu. 10. De præſumpt. † Rationes quoque 31
domeſticas, quandam facere fidem certum eſt, præſertim communitatis alicujus, Bald. & Salic. in l. exemplo. 7. C. De probat. Jaſ. in l. admonendi. 31. num. 137. De jurejur. & mercatorum, Bart. & DD. io d. l. admonendi. quæ inſtar veterum penè tabularum conficiuntur, quandamque ioducuot obligationem, & efficaciter obligant eum, qui ſcripſerit, ſeque in ſuis, vel alienis libris negotiatoriis debitorem conſignarit, imò contra hunc plenè probant: l. Publia. 26. §. ult. De poſ. l. generaliter. 13. C. De non num. pecun. adverſus alios verò aliis adminiculaotur probationibus. l. inſtrumenta. 5. l. rationes 6. cum leg. ſeq. ubi DD. C. De probat. Bart. Jaſ. & DD. in d. l. admonendi. 31. ff. De jurejuran. publica etiam plenam per ſe fidem faciunt: Cujac. lib. 8. Obſer. c. 14. & in l. 4. De reb. cred. & denique complures eſſe actus certum eſt, in quibus ut non aliter quàm ſcriptura, & inſtrumento inducatur, & cooſtet obligatio, legibus eſt conſtitutum. l. 3. in fio. C. Si minor ſe major. dix. l. ſi quis argentum. 35. C. De don. l. antiqua. 23. C. Ad Vellejan. l. hac conſultiſſima. 21. C. De teſtamen. l. teſtium. 18. C. De teſtib. tot. tit. C. De ſentent. ex brevic. recitan. c. porrò. 7. De privileg. c. cordi. 1. De appell. io 6. vide Gloſſ. io c. 1. De cenſibus lib. 6.

† Quibus ex omnibus planum jam fit, 32
quamvis veterum tabularum ratio, atque fides obſoleverit, multis tamen etiamnum caſibus hodie ex ſola ſcriptura naſci, & conſtare, & rurſum diſſolvi obligatiooem. Et hæc quidem de obligationibus, quæ ſcriptura contrahuntur. † Cooſenſu porrò e- 33
xiſtuot obligationes, 22. in emptiooibus, XXII. De obligat. ex cõſenſu.
venditionibus, locationibus, conductionibus, ſocietatibus, mandatis. Ideo autem iſtis modis obligatio dicitur conſenſu cootrahi, quia neque ſcriptura, ut io iis, quæ ſcripto conſtant, neque præſentia, vel contrahentium, ut in ſtipulationibus, vel ipſarum rerum, ut in iis, quæ re contrahuntur, omnimodo ad eorum abſolutionem opus eſt: l. 1. & 2. De contrah. empt. ac nec dari qoicquam neceſſe eſt, ut ſubſtantiam capiat obligatio: ſed ſufficit eos, qui negotium gerunt, conſentire: unde inter abſentes hæc rectè contrahuntur, & de re abſen-

abſente, vel futura quoque, *l. nec emptio.*
8. *l. domum*. 57. *De contrah. empt. l. ſi jactum.* 12. *De act. empt.* per epiſtolam, aut
nuncium. §. 1. *hoc tit. l.* 1. in fin. *De contrah. empt. l.* 2. *De pact.* Emptio igitur, at-
XXIII. *De emptio. & vend.* que venditio 23. perficitur conſenſu, ſimulatque convenit, *l. in venditionibus*. 9.
De contrah. empt. de pretio certo, §. 2. *hoc tit.* numeratæ pecuniæ, §. 3. *hoc tit.* rebus
enim non emptionem, ſed permutationem
fieri placuit, *l. emptionem*. 7. *C. De rer. permut.* & de merce, *l. nec emptio*. 8. *De
contrah. emp.* quæ pro pretio vendatur, &
diſtrahi non ſit prohibita, §. *loca.* 8. *hoc
tit. tot. tit. C. Quæ res vend. non poſſ.* cum tit.
ſequen. abſque ſcriptura: nam ſecus, ſi in
ſcriptis contrahi placuerit, §. 1. *hoc tit. l. contractus*. 17. *C. De fid. inſtrum.* purè, vel in
diem: conditionalis enim emptio nullam obligationem, ſed ſpem tantum obligationis inducit: §. *emptio.* 5. *hoc tit. unic. l. neceſſario.* 8. *De peric. & com. rei vend.* & ex eo
ad emptorem velut creditorem, *l. ſi ex legati cauſa.* 23. *De verb. obli.* periculum rei
emptæ pertinet. §. *cum autem*. 4. *hoc tit.*
vide *tit. ff.* & *C. De peric. & commod. rei*
34 *vendit.* & ibi Parat. † Eſt ergo emptio contractus, *l.* 3. *C. Hoc tit.* Jurisgentium, *l.*
1. in fin. *ff. De cont. empt. l. jurisgentium*. 7.
De pact. in prin. nominatus *l.* 1. §. *fin. De
rerum permut. l.* 2. 4. 6. 7. *De contrah. empt.*
bonæ fidei *l.* 1. & 3. *ff. De contrah. empt. l.
ex empto*. 11. *l. Julianus*. 14. *De act. empt.*
in quo per conſenſum res pretio commutantur, *l. in conventionibus.* 9. *De contrahen.
empt.* ea ratione, ut venditor obligetur ad
tradendam rem, ejuſque aut dominium
transferendum, aut præſtandum evictionem *l. in vendendo.* 66. *De contrah. empt. l.* 2.
§. 1. *l.* 3. *l. ex empto.* 11. cum ſeq. *De act.
empt.* emptor contrà ad pretium venditori
dandum. *l. quod vendidi.* 19. *De contrah. empt.*
§. *vendita.* 34. ſuprà *De rer. diviſ.*

35 XXIV. *De loca. & cõd.* † Locatio, & conductio 24. proxima
eſt emptioni, & venditioni, iiſdemque juris regulis conſiſtit. Nam ut emptio, &
venditio contrahitur, ſi de pretio, & merce convenerit: ita cum merces in pecunia
numerata, pro uſu certæ rei conſtituta eſt,
§. 2. *hoc tit.* locatio inita, & ſolo conſenſu conſummata putatur. *l. qui ad certum.*
14. *l.* 1. & *l.* 2. *ff. Locat.* Quæ eſt itidem
contractus jurisgentium, nominatus, *d. l.
jurisgentium.* 7. *l.* 1. §. *ultim. De rer. permut.*
bonæ fidei, *l. cum venderem.* 21. *ff. Loca.* in
quo per conſenſum, vel perſonarum operæ, vel rerum uſus, pro certa aliqua mercede præſtatur. Et adeò quidem hic contractus cum emptione congruit, ut in quibuſdam dubitatum ſit, utrum venditio eſſet, an locatio: ut in prædiis emphyteuticis, §. *adeò.* 3. *hoc tit. l.* 2. §. 1. *ff. eod.* quorum tamen conceſſionem in ſpecialem abire contractus formam Imp. poſteà voluerunt. *d.* §. *adeò l.* 1. & 2. *C. De jur. emph.*

† Diſcrimen autem illud tenendum eſt, 36
in emptione rem tradi, ut dominium transferatur: *l. cum manu.* 80. §. *fin. De contrah.
empt.* in locatione ut uſus tantum tranſeat,
non dominium.

Eſt enim quædam uſus rei, non etiam
proprietatis emptio. Quare quotieſcunque
id agitur, ut ab eo, qui rem præſtat, dominium in eum, qui dat pecuniam, transferatur, emptio eſt: quando verè nulla
ſit dominii translatio, ſed tantum operæ
hominis præſtantur, vel uſus rei conceditur, ſubeſſe intelligitur locatio. *l. Sabinus.*
2. *l. convenit.* 65. *De contrah. empt. l.* 2. *Loca.*
Differunt & illo, quòd periculum rei venditæ ſpectet ad emptorem, non etiam rei
locatæ ad conductorem pertineat, utpote
qui creditor non ſit, *l. ſi ex legati.* 23. *De
verb. oblig.* ſed ad locatorem, §. *ultim. hoc
tit. l. ſi quis.* 9. §. *ſi colonis.* 3. cum leg. ſequen. *l. ex conducto.* 15. §. 1. *l. ſi merces.* 25.
§. *vis major.* 5. *hoc tit.* velut dominium, *l.
pignus. C. De pign. act.* pertineat.

† Eodem modo ſocietas 25. conſenſu XXV. *De ſocietate.* 37
contrahitur, *l. qui admittitur.* 19. *l. ut ſit.*
31. cum leg. ſeq. *l. planè.* 37. *l. ſi margarita.* 44. *ff. Pro ſoc.* ſive univerſorum bonorum, ſive unius alicujus negotiationis,
§. 1. *hoc tit. l.* 1. 2. 5. *ff. eod.* ſive ad tempus, ſive in perpetuum, hoc eſt, quoad
ſocii vivunt (nulla enim aliter ſocietatis
in æternum coitio eſt, *l.* 1. *ff. eod.* idque
partibus ſocietatis, vel conventis, *l. nulla.* 70. *ff. Hoc tit.* vel æqualibus, *d. l.* 5. *l.
qui non fuerint.* 29. *ff. eod.* proportione ſcilicet Geometrica, Porcius in §. 1. *Inſt. eo.*
pro cujuſque operis, atque opibus, quas in
ſocietatem confert. *l. ſi ſocietatem.* 6. *hoc tit.*
Societas eſt contractus jurisgentium, *d. l.
jurisgentium.* 7. *De pact.* nominatus. *d. l. jurisgentium.* bonæ fidei, §. *actionum.* 24 *De
act.* in quo bona fide contrahentes ſocietatem de rebus honeſtis conſenſus ineunt
eo animo, eaque lege, ut res, operæve,
earumque rerum, & operarum lucra, &
damna inter ipſos communicentur. Cicer.
lib. 5. *in Verrem*: Socii putandi ſunt, quos
inter res eſt communicata.

Hic contractus in hoc differt à ſuperioribus, quòd hi ſemel perfecti in perpetuum valeant, nec pœnitentia alterutrius,
imò ne reſcripto quidem principis, *l.* 3. *C.
De reſc. vend.* ſed tantùm mutuo conſenſu
retractentur, *l.* 1. 2. 3. & *tot. tit. ff.* & *C.
De reſcind. vend. l. ab emptione.* 58. *De pact.
l. ſicut.* 5. *C. De obligation. & action.* Societas verò diſſolvitur etiam unius diſſenſu,
ac renunciatione, §. *manet.* 3. *hoc tit.* item
morte, §. *ſolvit.* 4. *hoc tit.* & aliis quibuſdam modis, *l.* 4. *l. verum.* 63. §. *ult. ff. Pro
ſoc.* ubi vide *Paratit.*

† Mandatum 26. quoque conſenſu per- XXVI. *De mãdato.* 38
ficitur, *l.* 1. in princ. *l.* 6. §. 1. *mand.* cujuſ-

Digitized by Google

eunque gratia datum, & acceptum, § 1. *hoc tit. l. 2. eod.* ſuper re licita, neque turpi, *§. illud. 1. hoc tit.* gratis, & abſque mercedis interventu. *§. ultim. hoc tit. l. 1.* in fin. *hoc tit.* Quod quidem initiu non ſuſcipere mandatario liberum eſt : ſemel porrò ſuſceptum juxtà fines mandati *§. 4. hoc titul.* neceſſariò adimplendum eſt : *§. mandatum. 6. hoc titul.* niſi diſſolvatur, vel morte alterutrius, *§. rectè. 5. hoc titul. l. inter. 26. l. qui negotia, 34. §. ultim. eodem*, qua voluntas extinguitur, *l. 4. locat. l. 6. De juriſdict.* eoque mandatum inde pendens, *d. §. rectè*, cum aliis ſuprà allegat. vel à mandatore ſuerit revocatum re integra. *d. §. rectè. d. l. 4. & d. l. 6. De juriſdictio.* Cum enim ejus gratia contrahatur, & ipſe ſibi obligari nequeat, re taotummodo alteri obligatur : ideoque pro arbitrio, re adhuc integra, ita ut obligatus illa non ſit, mandatum revocari, ſicut & aliàs ſuo ſavori reouneiare poteſt, *l. penultim. C. De pact.* com ſimil. Mandatum à manu danda, quod eſt ſymbolum fidei, dictum videtur. Eſt antem eadem, qua ſuperiores conventiones, ratione cootractus juriſgentium, *d. l. juriſgentium. 7. De pact.* nominatus, *l. 1. §. ult. ff. De rer. permut.* booæ fidei, *l. ſi mandato. 59. §. 1. l. cum ſervus. 54. l. ſi fidejuſſor. 29. §. quadam. 3. ff. Manda.* in quo alter negotium aliquod hooeſtum committit, & mandat gerendum, alter verò gereodum ſuſcipit, atque ita mutua per conſenſum de geſtu conſtituitur obligatio.

39 † Ex his ergo omnibus pactionibus obligationes oriuntur, & ex obligationibus actiones, *l. licet. 42. §. ea. 2. De procurat.* cujuſque contractus propriæ : ut ex mutuo condictio certi : *l. certi. 9. Si cert pet. §. 1. ſupr. quibus mod. re cont. oblig.* ex ſolutione indebiti, condictio indebiti : *§. 2. ſupr. quibus modis re contra. oblig. tot. tit. ff. & C. De condict. indeb.* ex commodato commodati directa, & contraria : *§. 3. ſup. quibus mod. re contra. l. in commodato. 17. §. 1. l. ſeq. §. ult. commod.* ex pignore hypothecaria, *§. item Serviana. 7.* in fin. inſ. *De action.* pignoratitia, & contraria, *§. ult.* ſup. *quib. mod. re contra. oblig.* ex depoſito depoſiti, & contraria ; *§. 4. ſupr. eod. titul.* ex ſtipulatione, actio ex ſtipulatu : *§. 1. ſupr. De verbor. obligat.* ex obligatione literarum, condictio ea lege : vide Bart. & DD. in *l. unic. ff. De cond. ex leg. l. contractus. 17. C. De fide inſtr.* ex emptione, actio empti, & venditi : *§. ult. De empt. tot. tit. ff. & C. De act. empt.* ex locato, locati, & conducti *§. 1. 2. ult. hoc tit. ff. Loca. & cond.* ex ſocietate pro ſocio, *§. ult. hoc tit. De ſocietat.* ex mandato, actio mandati, directa, & contraria : *§. 4. 5. ult. De mand.* atque ita conſequenter.

† Poſt genera porrò contractuum, & 40
obligatiooum, quæ inde naſcuntur, eoumerata, diſpiciamus etiam de jis obligationibus, quæ non propriè quidem naſci ex contractu intelliguotur, ſed tameo quia nec ex maleficio ſubſtantiam capiunt, obligationemque producunt, ideo quaſi ex contracto naſci videntur. 27. Ut cum negotia abſeotis abſque mandato geruntur ; *l. 5. §. ſi quis. De obl. & action.* utilitatis enim gratia ne abſeotium res deſertè pereant, aut miouautur, inter geſtorem, & dominum, cujus negotia geſta ſunt, actio negotiorum geſtorum directa, & contraria, ultrò, citròque, velut ex geſtu, & reipſa naſcitur, *§. 1. hoc tit.* quaſi ex cootractu re conſtituto : cùm tamen nullus verè contractus ioter partes celebratus ſit. Item ex tutela tutor obligatur pupillo directa, *tot. tit. De tutel. & rat. diſtrah.* pupillus cootrà tutori contraria actione, *tot. tit. C. De contra. jud. tut.* quaſi ex contractu, qui re conſtet, quamvis nollus re vera intervenerit : *§. 2. hoc titul.* ex aditione hæreditatis, hæres actionibus obſtringitur hæreditariis, tam crediti, quàm legati nomine : *§. 4. hoc titul.* & is, cui per errorem iodebitum ſolutum eſt, coodictionibus indebiti. *§. 5. hoc tit.* & pater, ac domious ex contractu filii, & ſervi, 28. ſimiliter tenetur, donec ea obligatio certis diſſolvatur modis, 29. puta ſolutiooe, *§. 1. hoc titul.* acceptilatione. *§. 2. hoc titul.* novatione, *§. 3. hoc titul.* expreſſa, *§. 4. hoc titul. l. fin. C. De novation.* vel mutuo cooſenſu, in his, quæ conſenſu conſtaot, *§. ultim. hoc titul.*

XXVII. De oblig. quæ ex quaſ. contract.

XXVIII. Per quas perſonas nob. oblig. acq.

XXIX. Quibus modis tolli obligat.

ISAGOGE

Digitized by Google

ISAGOGE IN LIB. IV. INSTITVTIONVM IVRIS.

SVMMARIA.

1. De obligationibus ex maleficio.
2. Ex omni maleficio duæ oriuntur actiones.
3. Furtum quid ſit, & quotuplex, & quomodo puniatur.
4. De vi bonorum raptorum.
5. De Lege Aquilia.
6. Exiſtimationis jactura damno pecuniario gravior.
7. De injuriis.
8. De obligatione, quæ ex quaſi delict.
9. Actio quid ſit.
10. Diſcrimen actionum, & accuſationum.
11. Actionum diviſiones.
12. Actiones quænam ſint reales, quæ perſonales; prima actionum diviſio.
13. Cauſa harum actionum.
14. Differentia harum actionum.
15. De rei vendicatione, confeſſoria, & negatoria.
16. Subdiviſio actionum, quæ omnes in civiles, aut prætorias diſtribuuntur.
17. De Publiciana actione.
18. Poſſeſſio bonæ fidei, quando non opponitur domino, pro dominio eſt.
19. De actione reſciſſoria.
20. De Serviana, & hypothecaria.
21. De actionibus præjudicialibus.
22. De conſtituta pecunia.
23. De actione peculii, & jurejurandi.
24. De pœnalibus actionibus prætoriis.
25. Secunda actionum diviſio.
26. De actionibus rei perſequendæ cauſa comparatis.
27. De actionibus pœnæ perſequendæ cauſa comparatis.
28. De actionibus miſtis.
29. Actio legis Aquiliæ eſt pœnalis.
30. De alio genere actionum miſtarum.
31. De actione familiæ erciſcundæ.
32. De actione communi dividundo.
33. De actione finium regundorum.
34. Tertia actionum diviſio.
35. Actiones omnes vel in ſimplum, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum ſunt conceptæ.
36. De actionibus, vel in ſimplum, vel in duplum.
37. De actionibus tripli.
38. De actionibus quadrupli.
39. De actionibus pœnalibus arbitrariis.
40. Quarta actionum diviſio.
41. De actionibus bonæ fidei, & ſtricti juris.
42. Judicia omnia ſua natura ſunt ſtricti juris.
43. Quod dicitur de toto genere, prædicatur idem de parte, & ſpecie.
44. Certum in judicio aut petitur, aut probatur.
45. Sententia libello conformis eſſe debet: & num. 39.
46. De ſponſionibus veterum judiciorum.
47. Judex infinitam ſibi poteſtatem permittere non debet.
48. Contractus dicuntur bonæ fidei æquè, ut actiones.
49. Quinam contractus ſint bonæ fidei.
50. Cur contractus Juriſgentium, eorumque actiones bonæ ſint fidei.
51. Fides unde dicta ſit.
52. Contractus, qui re conſtant, ſunt ſimiles iis, qui conſenſu perficiuntur.
53. Quatenus contractus, qui re conſtant, conſenſu etiam conſtituantur.
54. Cur contractus ejuſmodi ſint bonæ fidei.
55. Permutatio eſt juriſgentium, ſimilis emptioni, & bonæ fidei.
56. De actione æſtimatoria, & cur ſit bonæ fidei.
57. Mutuum cur ſit ſtricti juris.
58. Tutelæ, & negotiorum geſtorum actio, cur bonæ ſint fidei.
59. Actio familiæ erciſcundæ, & communi dividundo, cur ſint bonæ fidei.
60. Societas habet jus quoddam fraternitatis.
61. Diviſio eſt ſimilis emptioni, ac permutationi, eoque eſt bonæ fidei.
62. Cur actio finium regundorum non ſit bonæ fidei.
63. Petitio hæreditatis cur bonæ ſit fidei.
64. Arbitraria judicia quæ ſint.
65. Bonæ fidei actiones cujuſmodi ſint.

66. Actio-

Digitized by Google

66. *Actiones arbitrariæ quænam hodie dicuntur.*
67. *Cauſa duplex, propter quam actio ſtricti juris fiat arbitraria.*
68. *De plus petitionibus.*
69. *De actione pura.*
70. *Quinta actionum diviſio.*
71. *Perſonæ, quæ non in ſolidum, ſed quatenus facere poſſunt, conveniantur.*
72. *Compenſatio quid ſit.*
73. *Pater nomine filii, dominus nomine ſervi convenitur de peculio, exercitoria, inſtitoria, & actionibus ſimilibus.*
74. *Quinam alieno nomine agere poſſint.*
75. *De ſatiſdationibus.*
76. *De exceptionibus.*
77. *Exceptiones ultra 30. annos durant.*
78. *Exceptiones aliæ ſunt reales, aliæ perſonales.*
79. *Quid ſit exceptio, quid replicatio.*
80. *Interdicta quid ſint.*
81. *Prima interdictorum diviſio.*
82. *Interdicta unde dicta, & ſecunda interdictorum diviſio.*
83. *Tertia interdictorum diviſio.*
84. *De pœnis temerè litigantium.*
85. *Victus victori damnatur in expenſas, & calumniator infamia notatur.*
86. *Ordo, & forma judicandi.*
87. *Judex aut abſolvere reum debet, aut condemnare.*
88. *De tempore condemnatis indulto, & executione.*
89. *Exitus judiciorum.*
90. *De publicis judiciis.*
91. *Diviſio, ſeu genera publicorum judiciorum.*
92. *De capitalibus judiciis.*
93. *Species publicorum judiciorum.*

1 HIs igitur expoſitis, quæ ex contractu, vel quaſi naſcuntur obligationibus † ſequens eſt, ut diſpiciamus de obligatione, quæ ex maleficio, vel quaſi trahitur. *l. omnem.* 20. ubi DD. *De judic. l.* 1. *l.* 4. *l. plura.* 53. *De obli-*
2 *I. De obligat. quæ ex delict. naſcuntur.* *gat.* 1. † Ex maleficio obligationes auctorem maleficii conſtringunt, *§. omnis.* 4. inf. *De nox. act. l. ſancimus.* 22. *C. De pœn.* tàm ad rei reſtitutionem, quàm ad pœnæ perſolutionem. Quæ duæ obligationes, earumque actiones, ex omnis generis delictis enaſcuntur. *l. ult.* ubi Bart. *De priva. delic.* & in primis ex furto: *§.* 1. *hoc tit. De oblig. quæ ex delict. naſcun.*
3 † quod eſt contrectatio rei alienæ frauduloſa, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus, poſſeſſioniſque, quod lege naturali prohibitum eſt, admittere. §. 2. *hoc tit.* Unde datur actio merè pœnalis: *§. ultim. hoc tit.* privata tamen, furti manifeſti in quadruplum. §. 3. cum ſequent. non manifeſti in duplum. *§. pœna.* 5. (præter actionem criminalem extraordinariam. *l. ult. De fur.* & condictionem furtivam, *tot. tit. ff.* & *C. De cond. furt.* vide *§. ex maleficiis.* 18. infr. *De actionibus.* vel rei vendicationem. *l. ſi pignore.* 54. *De fur.*) ei, cujus intereſt. *§. furti.* 12. *hoc tit.* adverſus furem, dum tamen puberem. *§. in ſumma.* 16. *hoc tit.*
4 † Item ex violentia,
II. De vi bon. raptor. 2. (quod furtum eſt improbius. in princ. *hoc tit. De vi bon. rapt.*) unde actio in quadruplum, cui tamen rei perſecutio ineſt, contra raptorem competit: ſive res in bonis fuerit agentis, ſive non fuerit. *§.* 3. *hoc tit.* dum tamen non fuerit rapientis. Nam ſi ejus ſit, vel ſuam eſſe exiſtimaverit, hac quidem actione, quæ in dolum à quo is, qui ſuum uſurpat, abeſt, *l. meritò.* 51. *Pro ſoc.*) directa eſt, non tenetur: *§.* 2. *hoc tit.* ſed ex conſtitutionibus, aut rem, ſi ſua ſit, aut ejus æſtimationem, ſi aliena condictione ex lege; amittit. *l. ſi quis.* 7. *C. Unde vi. l. extat.* 13. *Quod met. cauſ.*
† Quòd ſi porrò non rapta, ablataque per vim res perhibeatur, ſed alias dolo, vel culpa damnum ſit datum alienæ 3. rei, puta pecudi. 5
III. De l. Aquil. *§.* 1. *hoc tit.* ſervo, §. 1. 2. & 3. *hoc titul.* obligatur civiliter is, qui damnum dedit, actione legis Aquiliæ directa: & ſi quidem pecudem, vel ſervum occiderit, quanti ea res eo anno plurimi fuerit, *§. his autem.* 4. *hoc tit.* quantumque ratione perempti corporis damnum factum eſt, præſtare cogitur, *§. illud.* 5. *hoc tit.* Dico civiliter: nam qui ſervum occidit, dolo tamen malo. *l. in lege.* 7. *De ſicar.* aut vulneravit, etiam criminaliter pœna legis Corneliæ, de qua ſuo loco dicemus, infr. *De pub. judic.* obligatur. *§. liberum.* 6. *hoc tit.* Sin autem vel pecus læſum, vel ſervus vulneratus, vel fera, quæ numero pecudum non aggregetur, perempta ſit, aut in rebus, quæ animo carent, damnum datum intendatur, quanti ea res erit, *l. ult. C. De leg. Aquil.* æſtimatione facta, reddere ex hac actione compellitur: *§. illud.* 8. *hoc tit. l. ſi ſervus.* 27. *Ad leg. Aquil.* quæ quidem etiam in duplum ex inficiatione creſcere poteſt. *l. Contra.* 4. *C. eod.* Porrò ſi non directè proprio corpore, ſed per accidens damnum datum ſit, actioni non quidem directæ, ſed utili tamen legis Aquiliæ is, qui hoc modo damnum intulit, obligatur. *§. fin. hoc tit.* Item cùm non damnum datum rei, ſed injuria exiſtimationi facta eſt, 4. † (quæ quolibet 6
IV. De injur. damno pecuniario gravior eſt, *l. ſi in duabus.* 104. *De reg. jur.*) aut verbis, aut verberibus, aut ſcriptis, *§.* 2. *hoc tit.* aut facti alicujus atrocitate: *§. atrox.* 8. *hoc tit.* obligatur is, qui injuriam fecit, vel fieri curavit, *§. ult. hoc tit.* ei, qui vel cujus fami-

milia injuriam accepit, *§. 3. 4. 5. hoc tit.*
† actione injuriarum tàm civili, *§. in ſumma. 9. hoc tit.* ad tantam pœnam pecuniariam, quanta actor injuriam æſtimaverit.
§. pœna. 6. hoc tit. quam criminali, *l. fin. ff. eod.* ad pœnam extraordinariam, judicis officio irrogandam. *d. §. in ſumma. 9. hoc tit. l. fin. De injur.* Et hæ quidem obligationes pecuniariæ, & civiles, qua quis alteri ſit obnoxius, ex delictis oriuntur: nam de criminalibus publicis, & capitalibus judiciis, ex quibus nocens non alteri, ſed Reipub. pœnam debet, poſteà commodiore loco dicetur, infr. *De pub. jud.* Non enim hæ ſunt obligationes, de re aliqua actori præſtanda, quarum tractatio hic eſt inſtituta, in princ. infr. *De act.* & ſup. *De oblig.* ſed publica quædam perſonarum privilegia, de pœna capitis Reipubl. perſolvenda, quæ olim ſingulariter irrogari ſingulis nocentibus ſolet. *l. 1. De offic. ejus cui mand.* Aſcon.
8 in *orat. pro Milo.* Vide *Parat. De accuſat.* † Ex quaſi autem delicto obligationes naſcuntur

V. De obligat. quæ ex quaſ. de lict.

5. ſi judex imperitè judicando litem ſuam fecerit. Dico imperitè: nam dolo malo perperam judicans, ut *l. filiusfamilias. 15. De judic.* ex delicto litigatori ob injuriam factam verè, non quaſi obligatur. *tot. tit. C. De pœn. judic. §. ſi filiusfamilias. 2. De jud. l. ult. De var. & extr. cognit.* Sed eum per errorem injuſtè judicat, quia neque ex maleficio, nec ex contractu obligatus eſt, at utique peccaſſe aliquid intelligitur, licet per imprudentiam (quæ culpa eſt, quando in officio committitur. *§. præterea. 3.* ſup. *Ad leg. Aquil.*) ideò videtur ex quaſi maleficio teneri. *§. 1. hoc tit. d. l. ult.* Item is, ex cujus cœnaculo proprio, vel conducto, aliquid effuſum, dejectumque ſit, ita ut alicui noceretur: quaſi ex maleficio obligatus eſſe intelligitur. *§. 2. hoc tit.* Ideò autem non propriè ex maleficio, quia plerunque ob alterius, qui dejecit, culpam, puta familiæ, ſervi, filii, ſecum habitantis (nam ſi is habitet ſeorſim, in ipſum datur actio, quemadmodum eum litem malè judicando ſuam fecit, *d. §. ſi filiusfam. 2. hoc tit. l. filiusfam. ff. De jud.*) ipſe paterfam. qui non dejecit, tenetur: in quem in duplum damni hac occaſione dati eſt actio: ob hominem verò liberum (qui nullam in ſimplum, eoque nec in duplum æſtimationem recipit *l. libertas. 106. De reg. jur. l. liber. 13. Ad leg. Aquil. l. 3. ſi quadrup. paup. fec. dic. l. 1. §. de his qui dejec. l. ult.* in fin. *hoc tit.*) occiſum, quinquaginta aureorum pœna conſtituta: ſi verò vivat, nocitumque ei eſſe dicatur, quantum ob eam rem æquum eſſe judici videbitur. Judex autem computare debet etiam mercedes medicis præſtitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta ſunt: præterea æſtimationem operarum, quibus caruit, aut cariturus eſt ob id, quòd inutilis eſt factus. *d. §. 2.* Eadem ratione quaſi ex delicto tenetur is, qui ea parte, qua vulgò iter fieri ſolet, id poſitum, aut ſuſpenſum habet, quod poteſt, ſi ceciderit (etiamſi nondum cecidit) alicui nocere. Quæ imprudentia publicè periculoſa, decem aureorum mulcta coercetur. *§. 2. hoc tit. l. 1. & 5. ff. De his qui dejec. vel effud.* Item navis, aut cauponæ, aut ſtabuli, exercitor hoc eſt, ad quem obventiones, & reditus navis, cauponæ, ſtabuli perveniunt, ſive dominus ſit, ſive à domino conduxerit, *l. 1. §. exercitorem. 7. De exercit. actio.* de damno, vel furto, quod in navi, caupona, aut ſtabulo factum eſt, *l. 5. ff. naut. cau. ſtab.* quaſi ex maleficio, in duplum teneri videtur. *l. 6. 7. naut. caup. l. unic. ff. Furt.* ad verſ. *naut.* ſi modo ipſius nullum eſt maleficium (alioqui ex ſuo delicto verè obligatur, & directa actione conſtringitur, *l. 3. naut. caup. ſtab.*) ſed dolo alicujus, non hoſpitum, *l. 6. §. in factum. 2. naut. caup. ſtab.* verùm eorum, quorum opera, navem, ſtabulum, cauponam exercet, res ſint interverſæ, aut corruptæ. *§ ultim. hoc tit.* Expedito hunc ad modum perſonarum, & rerum jure, ſupereſt, ut de actio-

VI. De actionibus.

nibus, 6. quod tertium, ultimumque juris objectum poſitum fuit, in *§. ult.* ſup. *De jur. nat. gent. & civil.* loquamur. in princip.
9 *hoc tit.* † Actio autem nihil aliud eſt, quàm jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur. in princ. *hoc tit. l. nihil. 50. ff. De oblig. & actio.*

10 † Differentia eſt in verbis, quod ſibi debetur: nam accuſationibus non pecunias, quæ nobis debeantur, ſed pœnas à reo debitas, & Reipub. perſolvendas poſtulamus. Vide *Parat. tit. De privat. delict.* & *De accuſ. l. locatio. 9. §. quod illicitè. 5. De public.* Gloſſ. in *l. 3.* in princ. verb. *aureorum. §. adverſus. 7.* & *§. pen.* verb. *nolet. De ſepul. viola* Bart. in *l. ſi quis. ult. mom. 4. De privat. delict.*

11 † Actionum autem diviſiones quinque cum una ſubdiviſione, à Juſtiniano hìc proponuntur: quarum prima ſumpta eſt à materia, ſeu objecto. In omni enim judicio, atque actu primò de materia quæritur, quænam videlicet res petenda ſit.
12 † ſumma itaque, & prima diviſio actionum eſt, quòd aliæ in rem ſint, aliæ in perſonam. *§. 1. hoc tit. l. actionum. 25. De obligat.* Appellamus autem in rem quidem actiones, quod his noſtra vindicamus, vindicationes: in perſonam verò actiones, quibus dare facere oportere intendimus, condictiones, *§. appellamus. 15. hoc tit.*

13 † Harum cauſa efficiens propinqua eſt obligatio, eoque his agitur tantùm contra illum, qui obligatus eſt. *§. 1.* verb. *cum eo qui ei obligat. eſt.* remota verò, contractus, vel maleficium.

14 † Illarum cauſa eſt dominium, aut aliud jus reale, à parte agentis: *l. in rem. 23. De rei vendic.* poſſeſſio verò rei, vel detentio à par-

parte rei conventi, *l. unic. C. De alien. judic.*
mutan. cauſa. In perſonalibus dari aliquid,
vel fieri petitor: in realibus aliquid reſti-
tui, aut declarari, non etiam dari. §. *ſic*
itaque. 14. iof. *eod. l. ſervus*. 43. §. *incorpo-*
15 *rales*. 1. *De acqu. rer. dom.* ut † in rei ven-
dicatione. §. 1. *hoc titul.* qua res petuntur
corporales, *l.* 1. *De rei vendic.* item confeſ-
ſoria, & negatoria, quibus rerum incor-
poralium dominia vendicantur. Vide *Parat.*
ſi ſerv. vendic. ſi uſusfructus pet. §. *æquè*. 2.
eum ſequent. *hoc tit.* Nam per confeſſoriam
ſervitus prædialis, vel perſonalis, per-
tinere ad agentem intenditur, *tot. tit. ff. Si*
ſerv. vendic. & *tot. tit. ſi uſusfructus petat.* per
negatoriam ſervitus competere reo uſur-
16 panti negatur. † Sed iſtæ quidem actiones,
videlicet reales, & perſonales, rurſum à
cauſa efficiente ſubdividuntur in civiles, &
prætorias. Conſtituto enim eo, quod peti
debeat, conſeqoenter videndum eſt, ex quo
jure, quave auctoritate peti poſſit. Actio-
num igitur harum aliæ trabuntur ex lege
aliqua civili, onde civiles dicuntur. §. *ſed*
iſta. 2. *hoc tit.* tàm reales, ut rei vendica-
tio: quàm perſonales, ut quæ ex contra-
ctibus competunt: aliæ dantur à prætore,
quas ideò honorarias appellamus: *l. actio-*
num. 25. in fin. *De oblig. & act.* quæ peræquè
atque civiles, tàm in rem ſunt comparatę,
quàm in perſonam.

17 † In rem, ut actio Publiciana, quæ à
Publicio prætore, unde nomen habet, pri-
mùm eſt propoſita, §. *namque*. 4. *hoc titul.*
qua is, qui juſta ex cauſa poſſeſſionem na-
ctus, uſucapere rem cœpit, quam rurſus
aliquo caſu amiſit, agit adverſus poſſiden-
tem, non tamen dominum, cujus cauſa po-
tior eſt, *l. pen.* & *l. fin. De Public.* ut ſibi quaſi
domino rem reſtituat, §. *ſed iſta*. 3. cum
ſequent. *hoc tit.*

18 † Poſſeſſio enim juſto titulo quæſita quan-
do non opponitur domino, *d. l. pen.* & *ultim.*
De public. in rem actio. pro dominio eſt, *l. bo-*
na fides. 136. *De reg. jur. l. qui ſcit*. 25. *De*
uſur. l. bona, 48. *De acq. rer. dom. l.* 1. & 2.
19 *C. De probat.* † Item actio reſciſſoria, quæ
reſciſſa uſucapione, in rem datur, intra
annum, ex juſta cauſa. *l. in honorariis*. 34.
§. *ſed cum reſciſſa*. *De oblig. & act.* ut cum is,
qui conveniendi ſui poteſtatem nullam fe-
cit, vel abſens fuit, rem præſentis uſucepit:
eademque actio reſciſſa traditione rem revo-
cat, in fraudem creditorum à debitore
alienatam. Ex quo videtur eſſe realis: vi-
de Salic. in *l.* 2. *C. De revocan. his quæ in frau.*
cum illo in genere hic collocetur: aut cer-
tè in rem eſſe ſcriptam. Jaſon in §. *item ſi*
quis. 6. *num.* 104. *hoc tit.* non obſcurè po-
teſt intelligi. §. *item*. 6. *hoc tit. tot. tit. ff. Quæ*
in fraud. cred. & *C. De revoc. &c.*

20 † Item & actio Serviana, *l. ſi cum vendi-*
tor. 66. *De evic.* vel quaſi Serviana, quæ
& hypothecaria vocatur, §. *item*. 7. &
proculdubio realis eſt. *l. pignoris*. 57. *De*
pignor. Serviana perſequitur locator res co-
loni pignoris jure pro mercede ſibi obliga-
tas. Vide in *Paratit. tit. in quib. cauſ. pign.*
tac. cont. l. 3. & *l.* 4. *De pact. l. certi*. 5. *C. De*
locato. & conduc. item *ff. De Salv. interdict.* &
De pignor. in *Paratit.* Quaſi Serviana, ſeu
Hypothecaria, creditores perſequuntur
pignora, ſive hypothecas, *l. pignoris*. 17. *De*
pigno. ex aliis cauſis ſibi obligatas, *d.* §. *item.*
7. in fin. quaſi vindicando ſcilicet, jus in re
quæſitum. *d. l. pignoris*. *l.* 3. *Ad exhibend.*
l. 3. 4. 11. *l. ſi fundus*. 16. §. 3. *De pignor.*
† Item & actiones præjudiciales, quibus 21
de ſtatu cujuſquam quæritur §. *præjudiciales.*
13. *hoc tit.* puta an ſit ingenuus, libertus,
ſervus, filius juſtus, an injuſtus: ideò ſic
dictæ, quòd cæteris quæſtionibus præjudi-
cium faciant: quæ & ipſæ in rem magis,
quàm in perſonam eſſe videntur.

† In perſonam propoſuit prætor actio- 22
nes, tàm rei perſecutorias, veluti de con-
ſtituta (citra tamen ſtipulationem. §. *de*
conſtituta. 9.) pecunia ſolvenda. §. *in per-*
ſonam. 8. cum §. ſequ. 17. Vide *Parat. De*
conſtit. pecun. † de peculio adverſus patrem, 23
vel dominum. *d.* §. *in perſonam*. 8. §. *actio-*
nes. 10. ex jurejurando. §. *item*. 11. *hoc*
tit. l. nam poſteaquam. 9. *l. qui juraſſe*. 26. *De*
jurejur. † quàm pœnales: velut popularem 24
adverſus eum, qui album prætoris corru-
pit, §. *pœnales*. 11. Vide *Parat. De juriſdict.*
in aureos quingentos. *l. ſi quis id quod*. 7.
cum leg ſequent. *De juriſdict.* item adverſus
eum, qui ſine venia à prætore impetrata
parentem, patronumve in jus vocavit, *l.* 4.
& ſequent. ſupr. *De in jus vocan.* & *d.* §. *pœ-*
nales. *hoc tit.* in aureos quinquaginta. *l. pen.*
De in jus vocan. ubi vide *Parat.* & in illum,
qui in jus vocatum exemit, & dolo eximi
curavit, in factum actionem. *d.* §. *pœnales*:
qua non petitur id, quod in veritate dam-
num datum eſt, ſed quanti ea res erit ab
actore æſtimata. *l.* 1. *l. pen.* & *tot. tit. Ne quis*
eum qui in jus voc. & denique alias benè mul-
tas, generis ejuſdem, *d.* §. *pœnales*. quas
longum eſſet, & ab hoc ſanè inſtituto alie-
num, nunc omnes enumerare.

† Sequens & Juſtiniano ſecunda, ut vi- 25
detur, diviſio actionum, ſumitur à cauſa
finali. Quædam enim licet omnino reales
non ſint actiones, tamen rei, hoc eſt, pe-
cuniæ perſequendæ cauſa comparatæ ſunt.
§. *ſequens*. 16. quædam pœnæ perſequendæ
cauſa: quædam miſtæ.

† Rei perſequendæ cauſa comparatæ 26
ſunt, cum actiones omnes indiſtinctè rea-
les, tùm perſonales illæ, quæ ex contra-
ctibus oriuntur. *l. ex depoſiti*. 12. *l. ex con-*
tractibus. 49. *ff. De oblig. & act.* ut commo-
dati, depoſiti: niſi cum in duplum agitur
ob depoſitum, tumultus, incendii, rui-
næ, naufragii cauſa concreditum. *d.* §. *ſe-*
quens. 16. in fin. *l.* 1. §. 1. *Depoſ.* ubi vide
Parat.

Digitized by Google

Parat. quo caſu miſta eſt actio: quæ partim
ad rem, partim ad pœnam tum concludit.
Dico autem actiones duntaxat perſonales
ex contractibus ortas eſſe perſequendæ rei
cauſa comparatas.
27 † Illæ enim perſonales, quæ ex malefi-
ciis produntur, plerunque merè ſunt pœ-
nales, hoc eſt, ſolius pœnæ perſequendæ
cauſa comparatæ: ut actio furti, &c. per-
paucæ cauſa rei, ut condictio furtiva: aliç
28 miſtæ: † hoc eſt, tàm pœnæ, quàm rei
perſequendæ cauſa inventæ: ut vi bono-
rum raptorum, cui ſimplæ rei perſecutio
ineſt. *d. §. ſequens.* 16. Vide ſup. *De vi bon.
rapt.* & *ff. eod.* in *Parat.*
29 † Actio legis Aquiliæ non ſolùm quan-
do contra inficiantem in duplum creſcit, *d.
§. ſequens. d. l. 4. C. Ad leg. Aquil.* ſed inter-
dum etiam quando in ſimplum proponitur:
cùm ſcilicet petitur hominis, vel pecudis
æſtimatio, quanti eo anno plurimi fuit:
cujus pretium tempore mortis minimum,
intra annum verò paulò ante mortem im-
menſum fuit. Vide *Parat. Ad leg. Aquil. §.
his autem verb.* 4. ſup. *De l. Aquil.* Item mi-
ſta eſt actio contra eos, qui relicta Sacro-
ſanctis Eccleſiis, vel aliis venerabilibus lo-
cis, legati, vel fideicommiſſi nomine, da-
re diſtulerunt. Per hanc enim actionem, &
ipſam rem, quæ relicta eſt, dare compellun-
tur: & aliud tantundem pro pœna: ideò-
que in duplum fit condemnatio, cui ſimplæ
rei perſecutio ineſt. *d. §. ex maleficiis.* 17.
in fin. *hoc tit.*
30 † Sanè & alio reſpectu actiones quædam
miſtæ perhibentur: videlicet non reſpectu
finis, ſeu rei, pecuniæve, vel pœnæ, quam
exigant, ſed ratione materiæ, ſeu objecti:
quod partim in rem intendantur, partim
31 in perſonam. *§. quædam.* 18. *hoc tit.* † cu-
juſmodi eſt actio familiæ erciſcundæ, quæ
competit cohæredibus ad diviſionem hære-
ditatis impetrandam. *d. §. quædam.* 18. Vi-
de *ff. Fam. erciſc. Parat.* Hoc enim judicium
conſtat tàm rebus hæreditariis, quæ pe-
tuntur dividi, & proportione hæreditaria
adjudicari. Vide *ff. Fam. erciſc. §. ſi familia.*
4. inf. *De off. jud.* qua parte realis eſt actio,
quam præſtationibus perſonalibus, quo
reſpectu eſt perſonalis. *l. item Labeo.* 22. *ff.
fam. erciſc.*
32 † Item communi dividundo, quæ actio
inter eos redditur, inter quos extra cauſam
hæreditatis (unde familiæ erciſcundæ actio-
nem fluere diximus) conventionemque ſo-
cietatis (nam ex illa pro ſocio datur actio.
Vide *Parat. ff. Pro ſoc.*) aliquid commune
eſt, ut id dividatur *d. § quædam.* 18. *tot. tit.
ff. Com. divid.* ubi vide *Parat. d. §. ſi familia.*
4. *§. eadem.* 5. inf. *De off. jud.* Nam & rei
diviſio, quo reſpectu realis eſt actio (petit
enim hactenus quiſque ſuum) & præſta-
tiones perſonales in hoc judicium veniunt.
33 *l. 1. & l. 4. Commu. divid. ff. eod. tit.* † Item
actio finium regundorum, qua inter eos
agitur, qui confines agros habent, ut re-
ctè diſterminentur. Nam ea in rem eſt, qua-
tenus quiſque rem ſui domini eſſe aſſerit:
in perſonam verò, quatenus, quod ſuum
non eſt, alteri adjudicatur. *l. 1. 2. 3. 4.
ff. Finium regund.* ubi vide *§. ſi finium.* 6. inf.
De off. jud. In his enim tribus judiciis, ut di-
viſio rerum, quę commodè dividi nequeunt,
nihilò tamen minus fiat, permittitur judici
rem totam alicui ex litigatoribus, ex bo-
no, & æquo adjudicare, & ſi uni pars ad-
judicata juſto major eſſe videatur, eum in-
vicem certa pecunia alteri condemnare. *§.
quædam.* 18. *hoc tit. §.* 4. 5. inf. *De off. jud.*
† Ex hac autem diviſione actionum ſequi- 34
tur tertia, quæ quaſi taxat, & determi-
nat ſuperiorem: eſt enim à quantitate rei
petendæ deſumpta. Nam quia complures
actiones ſunt pœnales, taxatio quædam ad-
hibenda fuit, ne æſtimatio pœnarum in in-
finitum avaritia, & libidine, vel agentis, 35
vel judicantis extendatur. † Omnes igitur
actiones vel in ſimplum conceptæ ſunt,
vel in duplum, vel in triplum, vel in
quadruplum. *§. omnes autem.* 19. *hoc titul.*
† In ſimplum conceptæ ſunt actiones rei 36
perſecutoriæ, quibus dari, fieri, reſtitui
quid debitum petitur. In duplum actiones
ſunt, quædam pœnales, puta actio furti
non manifeſti, damni injuria dati ex lege
Aquilia, depoſiti, ex quibuſdam ſcilicet
cauſis. *§. ſequens.* 16. ſervi corrupti, vi-
de *ff. De ſervo corrupt.* item ex legato, quod
venerabilibus locis relictum, neque debito
tempore ſolutum eſt. *d. §. ex maleficiis.* 17.
in fin. ſupr. In quibus tamen hæc differentia
eſt, quòd furti nec manifeſti, & ſervi cor-
rupti actiones indiſtinctè ſint in duplum.
Actio verò Legis Aquiliæ, & de depoſito,
non generaliter in duplum concipiantur,
ſed tantùm adverſus inficiantem: ut & actio
de legato venerabilibus locis relicto: quæ
tamen non ſolùm inficiatione duplicatur,
ſed etiam ſi hæres diſtulerit relicti ſolutio-
nem, uſquedum juſſu magiſtratuum exi-
gatur. *§. ſed furti.* 22. *hoc tit.* † Tripli 37
agimus condictione ex lege in eum, qui
majorem, quàm par erat, rei debitæ æſti-
mationem in libello conventionis, dolo ma-
lo, ſciens otique minus deberi, inſeruit:
ſcilicet ut ex hac cauſa viatores, ideſt, exe-
cutores, & apparitores litium, qui litiga-
tores in jus vocant, ampliorem exigerent
ſummam ſportularum nomine, *§. tripli.* 20.
hoc tit. hoc eſt, pro mercede, quæ nomine
citationis, & aliorum actuum judicialium
apparitoribus debetur: *l. omnes.* 32. *§. exe-
cutor.* 5. *C. De Epiſ. & Cle. l. in ſacris.* 12. *C.
De prox. ſacrorum ſcrin. lib.* 12. *l. ult. C. De
furt.* in libellis quidem, & judiciis majorum
quantitatum major, in minoribus verò mi-
nor: ut apparet ex hoc *§. tripli.* 20. *§. ſed
hæc.* 32. inf. *eod. d. l. omnes.* 32. *C. De E-*
piſ.

piſ. §. ſit tibi quoque. 3. in Authen. *De mand.*
prin. l. ult. C. De prin. agent. in reb. lib. 12. nam
ſumptus litium, & miniſteria iis præſtita,
proportione Geometrica ex ipſius cauſæ,
quantitate pendi olim, & æſtimari ſole-
38 bant. † Quadrupli autem agitur, *§. qua-*
drupli. 21. *hoc tit.* actione furti manifeſti, vi-
de in *tit. De furt.* & *§. pœna.* 5. ſup. *De obl.*
quæ ex delict. vi bonorom raptorum. *ff. eod.*
§. 1. *De vi bon. rapt.* & *De oblig. quæ ex delict.*
item de eo, quod metus cauſa factum eſt,
vide *ff. De eo, quod met. cauſ.* in *Parat.* deque
ea pecunia, quæ in hoc data eſt, ut is, cui
datur, calumniæ cauſa (furti enim hæc
manifeſti, & rapinæ improbioris, quæ de-
licta quadruplo puoiri ſolent, ſpecies eſt)
negotium alicui faceret, vel non faceret.
Vide *Parat. tit. De calumn.* Item condictitia
ex lege, quadrupli condemnatiooem io-
tentans iis litium executoribus, qui contra
conſtitutionis (quæ deſideratur) normam,
à reis quicquam exegerint, *d. §. quadrupli.*
21. *hoc tit.* concuſſioois enim illud crimen
eſt: quæ cum ſit ſpecies violentiæ, & ra-
pinæ publicæ, *l.* 1. *De calumn. tot. titul. De*
concuſſ. jure pœna quadrupli civiliter coer-
cetur. *d. l.* 1. *De calumn.* differunt tamen
hæ actiones duplici inter ſe diſcrimioe. Nam
primò in aliis totum quadruplum eſt pœ-
na, ut in actione furti: *§. ult.* ſup. *De obl.*
quæ ex delict. & §. 1. *De vi bon. rapt.* in aliis
quadruplo ſimplum ineſt, ut io actiooe,
quod metus cauſa, *l. item.* 14. *§. quatenus. ff. De*
eo, quod met. cauſ. ubi vide *Parat.* vi bono-
rum raptorum. *§.* 1. ſup. *De vi bon. rapt.* &
ff. eod. de calumniatoribus. *l.* 5. in fin. *De*
calum. † Deiode quædam purè ſunt io
39 quadruplum conceptæ, ut furti, vi bono-
rum raptorum, de calumniatoribus: quæ-
dam prætoriæ, quaſi beoigniores non pu-
rè, ſed conditionaliter io quadruplum pro-
poountur, ſub hac ſcilicet conditione: Ni
arbitrio judicis reſtituat: *l. item.* 14. *§.* 1.
& *§. hac autem.* 4. *De eo, quod met. cauſ.* §.
item. 23. *hoc tit.* ut quod metus cauſa actio.
Voluit enim prætor indulgere pœnitentiæ
ſpatium: ut aote ſenteotiam rem arbitrio
judicis reſtituendò, condemnationem qua-
drupli evitare reus poſſit. *d. l. item.* 14. §.
1. cum ſequent. ubi vide *Parat. De eo, quod*
met. cauſ. † Quarta diviſio ſumitur à qua-
40 litate, & natura actionum. † Quædam
41 enim ſunt bonæ fidei, quædam ſtricti juris.
§. actionum. 24. *hoc tit.* Stricti † juris ge-
42 nere, & natura ſua cum omnia ſint judi-
cia. Bal. in *c. Cum Eccleſ.* 3. *num.* 15. *De*
cauſſ. poſſ. & prop. facit *l. ædiles.* 25. *§. item.*
4. *De ædil. edict. l. non poteſt.* 23. *De jud.* ut
actiones quoque, quæ inibi verſantur,
ejuſdem generatim naturæ ſint, neceſſe
eſt. † Quod enim juris eſt in genere, eſt
43 & in ſpecie: & quod de toto dicitur, idem
de parte rectè dici, conſentaneum eſt: *l.*
quæ de tota. 76. *De rei vend.* vide Everbar. *in*
Topic. leg. à genere ad ſpeciem, & à toto ad par-
tem: ac quomodo loquuntur noſtri, qualis
eſt cauſa, tale & cauſatum, *l.* 4. *De juſt. &*
jur. Cujuſmodi antecedens, tale conſequens,
l. ad rem mobilem. 56. *De procur.* & acceſſo-
rium ſequitur naturam principalis. *c. Ac-*
ceſſorium. 42. *De reg. jur.* in 6. *l. cum princi-*
palis. 178. *ff. eod.* Idqoe certè litigatoribus
etiam eſt utilius. Melior enim, ut ait Se-
neca *lib.* 3. *De benefic. cap.* 7. videtur condi-
tio cauſæ bonæ, ſi ad judicem, quàm ad ar-
bitrum mittatur: quia in illum formula in-
cludit, & certos, quos non excedat, termioos
ponit: hujus libera, & nullis aſtricta vin-
culis religio eſt. Io ſtrictis fraudem per-
æquè judex facere litigatoribus non poteſt,
atque in bonæ fidei judiciis: io quibus liber-
rima eſt ejus poteſtas. *§. in bonæ.* 26. infr.
eod. Cic. *lib.* 3. *Offic.* Ac plerumque ipſa res,
& materia facit ſtrictum judicium. † Ferè 44
enim petit actor certum aliquid, etiamſi
necdum appareat, quale illud, quantumque
ſit: *l. ubi.* 75. *De verb. oblig.* id quod proba-
tione dilucidatur. *l. ult. De prato. ſtipul.* Ita-
que ad petitionem ejuſmodi aſtringeoda eſt
judicantis poteſtas (ſicut dicitur † ſenteo- 45
tiam conformem eſſe libello oportere, *l. ult.*
C. De fideicomm. liber. l. ut fundus. 18. *Comm.*
dividun.) ut actioni, & quantitati petitæ
deſerviat, *l.* 3. §. *nunc. De officio. De eo,*
quod cert. loc. & ſit addicta. *l. quod ſi Epheſi.* 5.
eod. inf. *eod. tit.* † Ideòque olim hoc ipſum, 46
quod petitum erat, in ſtipulationem deduce-
batur, ac ſponſione (quæ ſtricta eſt, *l. quod*
dicitur. 86. *l. quicquid.* 99. ubi Bart. & DD.
ff. De verb. oblig.) certæ pecuniæ actor reum
provocabat, ni id, quod peteretur, jure
poſtularet: & prætor in ea ipſa verba, qui-
bus concepta erat ſponſio, judicium conci-
piebat: ut ſi pateret ita eſſe uti ſponſio fa-
cta eſſet, tum reus damnaretur. Quo pa-
cto io anguſtiſſimam formolam ſponſionis,
& judicis poteſtas concludebatur. Cic. *pro*
Qu. Roſcio Comœdo. ne de alio, aliterve, quàm
ſponſione comprehenſum eſſet, judicium
facere poſſet: & ſtrictæ illæ ſtipulationum
anguſtiæ, *d. l. quicquid.* 99. *De verb. oblig.*
ipſos quoque litigatores ſic aſtringebant, ut
ſi teruncio plus quàm ſtipulatione ſponſio-
nis comprehenſum erat, petere deprehen-
ſus eſſet actor, cauſa caderet. Boet. *in*
Top. Cic. *lib.* 1. *De Orat.* & *pro Qu. Roſcio.*
Quanquam autem ejuſmodi ſponſionis for-
mulæ in uſu eſſe deſierunt. *l.* 1. & 2. *C. De*
form. ſubla. eadem tamen nihilomious ſtricti
juris natura io judiciis durat: *c. Cum venera-*
bilis. 6. *De except.* ut judex officium ſuum,
atque ſenteotiam ad libellum, remque pe-
titam, quoties certa eſt aſtringere, *d. l. fin.*
C. De fide. libert. † nec ſibi permittere infi- 47
nitam poteſtatem, neque de eo, quod in
judicium non eſt deductum, velut ad offi-
cium ſuum oihil pertinente, judicare de-
beat. *l. ædiles.* 25. *§. item.* 4. *De ædil. edict.*
l. non

Digitized by Google

l. non poteſt. 23. *De jud.* Excipiuotur ab hac
regula booæ fidei actiones, quæ orinntur
ex bonæ fidei contractibus. *l. eum, qui*. 22.
in verb. *in bonæ fidei contr. ff. De donat.* ex quo
apparet, Duarenum *non rectè opinari, con-
tractus non dici æquè bonæ fidei, atque ipſa juditia.*
Qualis enim quæque cauſa eſt, talis eſt effe-
48 ctus. † Quare obi contractus bonæ fidei
ſubeſt, ibi obligationem, & actionem, quæ
indidem oriuntur, *l.* 1. in fin. *De cont. empt.*
l. ex empto. 11. *De act. empt.* ejuſdem exiſte-
49 re qualitatis, cooſeotaoeum eſt. † Sunt
autem bonæ fidei contractus, qui ex jure gen-
tium proficiſeuotur, & conſenſu conſtant.
d. l. 1. *l. ex empto.* 11. *De act. empt. l. cum
venderem.* 21. *ff. L. o. l. præſes.* 17. *C. eod. tit.*
l. cum duobus. 52. §. 1. *ff. Pro ſoc. l.* 1. 2. 3.
50 & 5. *ff. De oblig. & act.* † Quoniam enim
ex jure gentium, quod apud omnes gentes
frequentatur, ſolo hæ conventiones conſen-
ſn peraguntur, *l.* 1. §. *ult. De pact.* ideò in
his valet, & obligationem inducit, quic-
quid conſenſumeſt, hoc eſt, quicquid inter
partes eſt actum, *l.* 2. in princ. *De oblig. &
act.* Nihil enim magis bonæ fidei congruit,
quàm id valere, & præſtari, quod inter
contrahentes actum, placitumque eſt. *l. ex
empto.* 11. *De act. empt. l. cum venderem.* 21.
ff. Loc. Ex quo fit, ut horum qnoque con-
tractuum actiones bonæ ſint, & nominen-
tur fidei: quòd his non eertum quid ſtrictè,
præciſèque petatur, ſed io genere, ut quan-
tnm probabitur judici, ex eo, quod actum
eſt inter partes, deberi, tantum pręſtetur,
51 fiat, atque ita fides bona ſervetur: † quàm
inde etiam vult dictam Cicero *lib.* 1. *Offic.*
nempè quòd fiat, quod dictum, conven-
tumque eſt. Itaque actiones ex empto, ven-
dito, locato, conducto, maodato, pro ſo-
cio, pręſcriptis verbis, quę de ęſtimato
proponitur, bonæ fidei ſunt. *l.* 1. *De æſti-
ma. act.* conſenſu enim ex more gentium,
contractus, unde illæ oriuntur, conſtant.
l. 2. *De oblig.* De actione commodati, depo-
ſiti pignoratia, præſcriptis verbis, permu-
tationis negotiorum geſtorum, tutelæ, fa-
miliæ erciſcundæ communi dividundo, ma-
gis dubitari poterat: quia oriuntur ex con-
tractibus, vel quaſi, qui non conſenſu, ſed
rebus conſtant: ſup. *Quibus mod. re contrah.
obl.* iofr. *De obl. quæ ex quaſ. contrac. l.* 1. *hoc tit.*
52 *De obl. & act.* † veruntamen, & hi ſunt
jurisgentium, *l. jurisgentium.* 7. *De pact.* eò-
que ſimiles contractibus iis, qui conſenſu
perficiuntur: nimirnm permutatio emptio-
ni, *l.* 2. *C. De rer. permu.* commodatum lo-
cationi, depoſitum pignoratitio contractui,
53 & mandato. † Et ut maximè re conſtent,
tamen ideò re perficiuntur, quòd hoc inter
partes actnm, conſenſumqne ſit, uti re con-
trahatur, ſeu, nt inquit I. C. *l. in commo-
dato.* 17. §. *ſicut*. 3. *ff. Commod.* ut inter
daodum, accipiendumque ſuſcipiatur obli-
54 gatio. † Cùm itaque harum conventioonm
ioitium, quod potiſſimùm eſt conſideran-
dum, *l.* 2. in princ. *De orig. jur.* cum ſimil.
ibi à Gloſſ. *allegatis*. fluat ex conſenſu, &
jure gentium numinatum contractum indu-
cat, *l. jurisgentium.* 7. in princ. *De pact.* non
eſt mirandum, ſi exemplo mandati, ad quod
congruunt, *l.* 5. *De præſcr. verb.* bonæ quo-
que fidei contractus hi eſſe perhibeantur, *l.
Lucius.* 24. *Depoſ.* & actionem ſibi ſimilem,
ejuſdemque naturæ producant: maximè
cum io his alterius bonam fidem quiſque
ſequatur, & in ea acquieſcat. Nam neque
commodato datur cuiquam, nec deponitur
apud quenquam res, niſi cujus fides bona,
& integritas habetur explorata: ut omoinò
ex eo, quod inter partes actum eſt, bona
hic fides ſit attendenda: *l.* 1. §. *ſi convenit*.
l. Lucius. 24. *l. publ.* 26. *Depoſ.* præſertim
cum ſint cootractns jurisgentium: *d. l. ju-
risgent.* quo in genere non auguſti juris civi-
lis ſcrupuli, ſed ea, quæ placita, actaque
ſunt inter contrahentes, ex æquo, & bono
ponderantur. *l.* 1. in fin. *De cont. empt. l.* 2.
loca. l. ex empto. 11. *De actio. empt.* Incidit
igitur res in genus mandati, aut certè ne-
gotii geſti, *d. l. in commodato.* §. *ſicut*. in quo
cum inſpiciatur, quod actum eſt, actnm au-
tem ſit de bona fide, *d. l. Lucius.* 24. *l.* 5.
Depoſ. ut etiam actio ſimilis hinc oriatur,
conſentaneum eſt. Eademqne ratio eſt per-
mutationis, & cum res æſtimata venonda-
tur. † Nam permutatio licet rebus con- 55
trahatur. *l.* 1. in fin. *De rer. permu. l. antep.*
& *l. pen. C. eod. tit.* tameo jurisgentium eſt,
l. 1. *De contrah. empt.* ſimilis emptioni: *l.* 1.
De contrah. empt. l. 2. *C. De rer. permu. l.* 1. *ff.
eod.* eòque & in illa inſpicitur, quod actum
eſt, *l.* 1. & *l.* 4. *C. De rer. permu.* & de bona
fide agitur. *l.* 2. *C. eod. tit.* ut actionem bo-
næ fidei hinc exiſtere non ſit mirandum.
§. *act.* 24. *hoc tit.* *cùm venerabilis.* 6. *De except.*
† & cùm res æſtimata vendenda datnr, fi- 56
dem alienam ſequimur: ac res incidit, vel
in mandatum, vel in emptionem, vel io
locatum. *l.* 5. §. *ult. De præſ. verb.* tantum-
que ideò datur præſcriptis verbis actio non
quod non ſit contractus bonæ fidei conſen-
ſu conſtans, ſed quia dubitatur, quis ſit,
& quænam bonæ fidei actio danda ſit: *l.*
1. & *tot. tit. De æſti. actio.* ubi dixi in *Parat.*
ut æqniſſimum fuerit non aliam hoc nomi-
ne, quàm bonæ fidei actionem dari. In mo-
tuò alia res eſt. † Etſi enim is, qui dat, 57
fidem alterius ſequitur: tamen non utriuſ-
que hic negotium agitur, id quod ponde-
rat I. C. *d. l. in commodato.* §. *ſicut*. nec prę-
ſtationes invicem neceſſarię ſunt, ot in iis,
de quibus dictnm eſt: tantumque hoc con-
venit, ut idem genus, quod datum eſt, ęqua-
li pondere, nnmero, & meoſura reddatnr:
l. 3. *Si cert. pet.* quod eum certnm exiſtat,
& appareat, quale, quantumque ſit, id quod
ex ejnſmodi contractu debetur, *l. ubi.* 75.
De verb. oblig. nihil hie opns fuit laxiorem,

quàm ipſa negotii natura patitur, indulgere
58 judici poteſtatem. † In quaſi contractibus
eorumque actionibus, puta negotiorum ge-
ſtorum, tutelæ, &c. eadem, quæ in ſupe-
rioribus eſt ratio, & cauſa. Nam primò
hi geſtus mandati formam habent, *d. l. in*
commodato. 17. *§. ſicut*. 3. *Commo. l.* 5. *De*
obl. & act. & tacito conſenſu bonæ fidei ni-
tuntur: neque enim geruntur non amici
hominis negotia, nec geri ſua quiſpiam niſi
à probatæ fidei, virtutiſque adminiſtrato-
re poſtulat: *d. l.* 5. *De oblig.* tutela quoque
pupillorum, & curatio minorum probatiſ-
ſimis duntaxat, optimiſque ſolet deman-
dari, *d. l. Divus*. 24. verb. *honeſtiſſimum*
quemque. *l. ſcire*. 13. in fin. *ff. De excuſ. tut.*
& cur. tit. ſupr. *De Attilia. tut.* & *De curat.*
Quare cum in his fides bona, atque virtus
ſpectentur, non eſt abſurdum, fide quoque
bonæ actiones ex his geſtibus exiſtere: ma-
ximè cum ſint multiplices, & plerumque
varia ultrò, citròque complectantur ratio-
num, ac præſtationum capita: ut quid,
quale, quantumque ſit, quod debeatur,
niſi auditis ex adverſo exceptionibus, &
compenſationibus admiſſis, & rationibus
hinc inde bona fide putatis, conſtare initio
59 actionis præcisè, & liquidu non poſſit. † In
familiæ quoque erciſcundæ, communi di-
vidundo judicio, eadem bonæ fidei clauſu-
la jure additur. Nam quamvis non ex geſtu
aliquo, ſed ex quaſi contractu, *§. heres*. 4.
ſup. *De oblig. quæ ex quaſ. contr.* tàm actiones
hæredum, quàm eorum, qui pro commu-
ni poſſident, oriantur. *§. item ſi inter*. 3.
eod. tit. l. 2. *comm. divid.* tamen cum res com-
munes ſint, tàm inter cohæredes, quàm
alios ſocios: res ipſa rationem habet ſocie-
60 tatis: † in qua bonam fidem inſpici, & quod-
dam quaſi jus fraternitatis coli, alterum-
que alterius fidei credere palàm eſt. *l. ve-*
rum. 63. in princ. *ff. Pro ſoc.* Neque enim
rem quiſquam velit ſibi eſſe communem,
niſi cum eo, quem bonæ fidei putat eſſe: †
61 & denique ipſa diviſio, quæ his judiciis po-
ſtulatur, bonæ fidei eſt, quia ſpecies eſt,
vel emptionis, *l.* 1. *C. Com. utriuſ. jud.* vel
permutationis, *l. cum pater*. 77. *§. heredi-*
tatem. 18. *De legat.* certiſque formulis aſtrin-
gi hæc judicia non poſſunt propter adjudi-
cationes, & præſtationes, quæ fieri hinc
inde, ac reputari, quaſi ex negotio utrin-
que geſto, peræquè, atque in actione tu-
telæ, vel ſocietatis, in diviſoriis iſtis pe-
titionibus debet: ut quomodo diviſio fa-
cienda ſit, præſcribi commodè judici hic
nequeat: ſed idipſum ex qualitate rerum,
quæ dividendæ ſunt, illi debeat relinqui
62 arbitrandum, *l.* 1. 3. *C. Com. divin.* † Alia
ratio eſt judicii finium regundorum: hoc
enim nihil petitur dividi, quia nec eſſe
commune quicquam intenditur: nec repu-
tationes, aut præſtationes quaſi ex negotio
utrinque geſto fiunt: ſed petuntur diſter-
minari tantum fines, & plerunque de deli-
cto alterutrius, qui fines violavit, agi-
tur, *l.* 4. *C. Fin. regund.* & actio magis ra-
tione poſſeſſionis, quàm alicujus obligatio-
nis datur: *l.* 3. ver. *prior poſſeſſionis*. *C. Fin.*
regund. eòque potius realis eſt, quàm per-
ſonalis, *l.* 1. *l.* 4. *§. ſi alter*. 5. *Fin. regund.*
ubi vide *Parat.* Quamobrem ut ſtricta ſunt
cætera judicia pœnalia. *l. libellorum*. 5. *De*
acc. l. item. 10. *ff. De dol. mal. l. prætor*. 7.
§ quod autem. 4. *De injur.* item realia: *l. vi-*
deamus. 19. *De uſur.* ſic ipſis finium limiti-
bus, ac regionibus dirigendorum finium
judicium jure fuit conſtringendum. † De 63
petitione hæreditatis utrum bonæ fidei an
ſtricti juris eſſet, olim fuit dubitatum. *§.*
actio. 24. in fin. *hoc tit. l. ult. C. De hær. pet.*
propterea quod ex nullo contractu, vel
quaſi negotium hic geſtum proponatur unde
in rem magis quàm in perſonam, & ratio-
ne poſſeſſionis, ac dominii potius (quod ge-
nus actionum ſtrictum eſt, *l. videamus*. 38.
De uſur. cum ſim.) quam contractus, atque ob-
ligationis deſcendere videbatur. Quia tamen
oritur reſpectu agentis ex quaſi geſtu, *§.*
heres. 4. ſup. *De oblig. quæ ex quaſ. contr.* quo
hæreditatem adiit. *l. pro herede*. 20. *l. ge-*
rit. 88. *De acqu. hered.* & præparatoria eſt
actio ad familiæ erciſcundæ judicium, quod
bonæ fidei eſſe diximus: (cum quo velut
ſuo fine principium, atque medium con-
gruere par eſt, *l. oratio*. 16. *De poſ.*) variæ
item præſtationes, ac reputationes in hoc
judicio utpotè univerſali, faciendæ ſunt:
nec parum morientium intereſt, laxiorè
arbitrio, & ex bono, & æquo eorum ſuc-
ceſſionem ad hæredes pervenire, *c. Cum di-*
lecti. 6. *De donat.* cum ibi nota. ideò placuit
Juſtiniano hanc quoque bonæ fidei judiciis
aggregare. *l. ult.* in fin. *C. De pet. hered. d. §.*
actionum. Quemadmodum ex iiſdem ratio-
nibus, & favore dotis, ac quoniam utrin-
que in dotibus negotium ſic geritur, ut al-
ter alterius fidem ſequatur, rationeſque
variæ invicem putandæ, compenſandæque
ſunt, *tot. tit. De impenſis in reb. dot. fac.* olim
rei uxoriæ actio generalis. Gloſſ. *l. quod di-*
citur. 5. verb. *impenſis*. *De impenſ.* Gloſſ. in
l. 1. *De edend.* & *in rub. ac. l.* 1. *ſolut. matr.*
bonæ fuit fidei, *§. fuerat*. 25. *hoc tit.* & ho-
die etiam actio ex ſtipulatu, quæ illi ſuc-
ceſſit, & hoc nomine competit. *l. unica*. *§.*
ſed et ſi. *C. De rei uxo. act.* eodem in numero
habetur, *d. §. fuerat*. *d. l. unic. §. ſed et ſi*.
Et hæc quidem ſunt bonæ fidei judicia, qui-
bus olim præſcripto à prætore judicio, hæc
clauſula addebatur, ut judex datus ex bo-
na fide judicaret, qua infinita. Cic. *pro Qu.*
Roſcio. (cogitationes enim, rationeſque ar-
bitrii humani infinitæ ſunt) hoc eſt, libe-
ra, & arbitraria de re ſtatuendi poteſtas
judici credebatur permitti. Cic. *lib.* 3. *offic.*
Boet. *in Topic.* † unde & arbitraria judicia 64
dicta ſunt, Cic. *lib.* 3. *offic. in arbitriis*, in

qui-

quibus ageretur ex bona fide, *&c.* & judex ar-
biter : quod, ut ait Feſtus, in his totius rei
arbitrium, ac poteſtatem baberet, nec ad
certam normam, deque præſcriptis juriſ-
dictionum regulis, judicium facere com-
pelleretur : ſed ex bono, & æquo velut
arbiter, ac vir bonus, totam rem æſtima-
ro, ac diſceptare poſſet, *d. §. in bone*. 16.
hoc tit. Senec. *lib.* 2. *De Clem.* Cic. *pro Qu.
Roſc.* Judicium, inquit, eſt pecuniæ certæ,
arbitrium incertæ. Ad judicium hoc modo
venimus, ut totam litem aut obtineamus,
aut amittamus : ad arbitrium hoc animo
adimus, ut neque nihil, neque tantum,
quantum poſtulavimus, conſequamur.
Ejus rei ipſa verba formulæ teſtimonio
ſunt. Quid eſt in judicio? directum, aſpe-
rum, ſimplex. Si paret H-S IↃↃↃ dari
oportere: hic niſi planum facit H-S IↃↃↃ
ad libellam ſibi deberi, cauſam perdidit.
Quid eſt in arbitrio? mite, moderatum,
quantum æquius, & melius eſt dari. Ille
confitetur plus ſe petere, quàm debeatur, &
ſatis, ſuperque habere dicit, quod ſibi ab
arbitro tribuatur. Itaque alter cauſę con-
fidit, alter diffidit, &c. Et paulò pòſt:
quis unquam ab arbitro quantum petiit,
tantum abſtulit? nemo : quantum enim
æquius eſſet ſibi dari, petiit. Ex quibus
Cic. verbis facilè intelligi poteſt judicia bo-
næ fidei, & arbitria apud veteres non
admodum effectu diſſimilia fuiſſe, & for-
mulis tantum variaſſe. In illis enim adde-
bátur ex bona fide : in his, ex arbitrio.
Quantum æquius, & melius, &c. In utriſ-
que idem effectu poſtulabatur, videlicet
non certum quid, ſed quantum ex æquo,
& bono judici videretur, qui ſecundum
hanc petitionem pro arbitrio ſuo liberè cau-
ſam diſceptabat. Nam & arbitrium ſignifi-
cat ejuſmodi ſententiam, qualis à bono vi-
ro expectatur. *l.* 1. *De leg.* 2. *l. in perſonam*.
22. *§. generaliter*. *De reg. jur.* Porrò hodie
licet formulæ illæ agendi, & impetrandi
ſint ſublatæ: *l.* 12. *C. De for. & im. ſub.* ta-
men manet diſcrimen inter judicia arbitra-
ria, & bonæ fidei: non quòd effectu va-
rient, in omnibus enim ex bono, & æquo
65 judicatur: ſed quòd natura. † Bonæ fidei
namque actiones eæ dicuntur, quæ natura
ſua tales ſunt, ut etiamſi certum quid
(nam illa vetus in incertum agendi forma
eſt obſoleta, *l. item*. 10. *De dol. mal. l. præ-
tor edixit*. 7. *§. quod autem*. *De injur.* Gloſſ.
in *l. inter*. 83. *§. ſi Stichum*. 1. ad verb.
actori. *De verb. oblig.* Specul. *De libel. concept.
§. iuxtà*. *num.* 10. 11. Ferrar. *in for. lib. reſ-
pon. rei*, verb. *generalis*. *l.* 3. *l. cum Stichus*.
29. *De ſolut.* cum ſimil. *l.* 1. 2. 3. cum ſimil.
hoc tit.) petitum ſit: tamen fiat ex bono,
& æquo æſtimatio, & ſententia, prout æ-
quius, & melius viſum fuerit, feratur.
66 † Arbitrariæ verò illæ hodie nominantur,
quæ licet natura ſua non ſint bonæ fidei,
ſed ſtricti juris, tamen non ſtricti juris for-
mula, aut regula, ſed ex arbitrio judicis
ex bono, & æquo propter probabiles cau-
ſas expenduntur, *§. præterea*. 27. *hoc titul.*
Quod genus differre ab actionibus bonæ fi-
dei ex eo licet intelligi, quòd Paulus, *l.
in bona*. 7. *De eo, quod certo.* arbitrariæ
actioni locum eſſe negat, ubi competit
actio bonæ fidei : liquido nimirum indicans,
actiones bonæ fidei natura eſſe arbitrarias,
ſeu arbitrandi liberam in his poteſtatem ju-
dici ex natura earum eſſe: arbitrarias verò
natura eſſe ſtricti juris, in quibus per accidens
judici arbitrium ſolutum relinquatur. Ita-
que in his olim prætor ita formam judici
dato præſcribebat, ut ex arbitrio eum judi-
care juberet. † Cauſa autem, propter quam 67
actio ſtricti juris fiat arbitraria, duplex in
jure traditur : una, dolus, & contumacia
non reſtituentis : nimirum, quum actiones
lege, vel edicto ita ſunt conceptæ, ut in-
dulgeatur ſpatium reo ad reſtitutionem,
quo condemnationem effugiat, *l. item* 14.
§. 1. *quod met. cauſ.* permittiturque judici re
probata jubere reo, ut reſtituat ante con-
demnationem, *d. l. item*. *§.* 5. verſ. *Pedius*.
verb. *jubeat reſtituere*. qui juſſus arbitrium
nominatur, *l. item*. 14. *§.* 5. verſ. *Pedius*.
in verb. *arbitrium judicis in reſtituenda re tale
eſſe, ut jubeat reſtituere*. *Quod met. cau. l. ar-
bitrio*. 18. In princ. & *§.* 1. *De dol. mal.* in
ver. *arbitrium*, *item*, *arbitrium judicis dan-
dum eſt*, cui niſi reus obtemperet, actor con-
tra eum velut contumacem poteſt in litem
jurare, *l. tutor*. 8. *De milit. jur. l. ſi cum dos*.
8. *§. fin.* cum leg. ſequent. *ff. Rerum amota-
rum*. cum ſimil. & rem ſuam ſuo jurejuran-
do æſtimare, *d. l. arbitrio*. 18. in princ. in
verb. *ut poſſit per contumaciam*. & ſecundum
illud ſententia condemnatoria in reum fer-
tur : id quod uſuvenire poteſt tàm in actio-
nibus realibus, quàm perſonalibus. In rea-
libus, ut in rei vendicationibus *l. qui reſti-
tuere*. 68. *De rei ven.* Publiciana, *§. præte-
reà*. 27. *hoc tit.* Serviana, & quaſi Servia-
na, *d. §. prætereà*. *l. ſi fundus*. 16. *§. in ven-
dicatione*. 3. *De pign.* Neque tamen hę actio-
nes natura ſua ſunt arbitrariæ, ſed illo dun-
taxat caſu, quando de dolo poſſeſſoris quæ-
ſitum eſt, & probatum, *d. l. qui reſtituere*.
d. l. ſi fundus. Eo enim probato, ne dolus
impunitus maneat, *l. ſi procurator*. 11. *De
dol. except.* jubere poteſt judex reſtitutionem
talem fieri, non qualis inſpecta debitionis
veritate debetur, ſed qualem ipſe pro cir-
cumſtantia facti, & doli qualitate, atque
pœna æſtimaverit: quam ſi facere detre-
ctet reus, malitque potiùs eventum judicii
ſuſtinere, permittitur actori, ut contra
doloſum, & contumacem in litem juret, *d.
l. qui reſtituere*. *d. l. ſi fundus*. *l.* 5. *De in lit.
jur.* In perſonalibus, ut in actione, quod
metus cauſa, *d. l. item*. 14. *§.* 1. cum ſe-
quent. *quod met. cauſ.* in qua ſemper de dolo

quæritur, *d. l. item. §. cum.* 13. & niſi re-
ſtitutio arbitrio judicis fiat, reus in qua-
drnplum condemnatur, *d. l. item.* quod in
hoc judicio propter violentię crimen eſt ſin-
gulare. Item in actione doli mali, *d. l. ar-
bitrio.* 18. *De dol.* adque exhibendnm, *l.* 3.
§. 2. *Ad exhibend. l.* 5. *De in lit. jur.* & ſimi-
libus rei perſequendæ cauſa comparatis, *d.
§ prætereà.* 27. *l. harum.* 7. *ſi ſervit. vend.*
quando ſcilicet in his de dolo poſſeſſoris, &
rei cooventi, ut paulò antè poſuimus,
probatio facta eſt, *d. l.* 3. §. 2. *Ad exhib.*
cum ſimil. Ideò autem tunc arbitrium inter-
ponitur, quia de vi, vel dolo conſtat: eſt
autem hæc doli pœoa, ut poſtquam judici
approbatus eſt, actor ab onere deinceps
damni probandi liberetur, cujus probatio
difficilis eſt, *l. fin. De prætor. ſtipul.* & detri-
mentum ſibi alterius dolo illatum, ſuo ju-
rejurando per arbitrium judicis moderan-
do, taxare poſſit, *l.* 3. *§. jurare.* 3. *De in
lit. jur. l. ſancimus.* 23. *C. De judic. l. ſi cum
dos.* 8. *§. ult* cum leg. ſeqnent. *ff. Rer. amot.
l. ſi quando.* 9. *C. Unde vi.* Itaque dolo pateſa-
cto judex in his talem æſtimationem facit,
qualem putat actori à doloſo reo deberi, &
hanc quandoque intendit ſuprà, quàm pe-
titum eſt, ut dolus omninò puniatur. *d. l.
ſi procurator.* 11. *De dol. except.* quam taxa-
tionem reo ſolvere detrectante religioni
actoris judex permittit, ut is quantum ſi-
bi deberi arbitratus fuerit, jurejurando
confirmet, *l.* 4. 5. & *tot. tit. De in lit. jur.*
idque ex formula prætoris, qui quæſtione
doli propoſita judicem ei rei cognoſcendæ
dabat, præſcripto cum hac clauſula judi-
cio: ni reſtitutio arbitrio judicis fiat, &c.
quæ hanc habebat vim, & ſententiam, ut
probato dolo, iſtiuſmodi facere arbitrium,
& æſtimationem, quam pro intereſſe actoris
reus redderet, perſonarum, rerumque
complexui convenientem inire judex poſ-
68 ſet. † Altera circumſtantia, propter quam
actio, quæ natura ſtricti ſit juris, fiat ar-
bitraria, ſumitur à loco, cum ſcilicet ali-
quid certo loco promiſſum eſt, neque eo lo-
co ſolutio, ſicut fieri oportebat, inſecuta
eſt, *d. §. prætereà. l.* 1. & *tot. tit. De eo quod
cert. loc.* Non enim poteſt alio loco id, quod
promiſſum eſt, peti: plus enim loco pete-
retur, adempta ſcilicet debitori loci utili-
tate, *§. loco.* 30. *hoc tit.* atqui plns petens,
vel re, vel tempore, vel loco, vel cauſa,
§. plus autem. 29. *hoc tit.* olim lite cadebat,
§. ſi quis agens. 28. *hoc tit.* etiamſi poſtea rigor
hic mitigatus ſit, ſtatutumqne, ne noceat
petiiſſe, *§. ſed hæc.* 32. *hoc tit.* plus, minnſ-
ve, *§. ſi minus.* 33. *hoc tit.* ant aliud pro
alio, *d. §. ſi minus.* ſed ut damnum, qnod
inde adverſario acciderit, refundatur, *d.
§. ſed hæc.* 32. aut ſi tempore plns petitum
ſit, induciæ dupliceotur, *d. §. ſed hæc.* 32.
hoc tit. §. ult. verſ. hodie. inſr. *De except.*
69 † Cùm igitur pura actione alio, qoàm de
quo conventum eſt, loco agi alibi abſque
fraude nequeat, *§. loco.* 30. *hoc tit.* & ta-
men iniqnum ſit, hoc caſu deficere actio-
nem, proviſnm eſt, ut alio loco arbitraria
agi poſſit, *l.* 1. *De eo, quod cert. loc.* qua non
petitur totum id, qood ſtipulatione com-
prehenſum eſt, ſed quantum deberi habita
loci utilitate judex arbitrabitur, prout hanc
arbitraodi poteſtatem prætor olim, vel prę-
ſes formulæ actionis hoc caſu adjiciebat: vi-
de *tit. ff. De eo, quod cert. loc.* & ibi *Parat.*
† Quinta, & poſtrema actionum diviſio 70
ſumitur à modo executionis. Aliæ eoim
actiones, & quidem pleræque in ſolidum,
quod debetur, exigunt, aliæ verò minus
conſequuntur: non actioois vitio, ſed pro
conditione perſonarum, & rerum, exce-
ptionumque, quæ actioni objiciuntur: † ut 71
ſi eum patre de peculio actum ſit, nec tan-
tum inveniatur io peculio, quantum debe-
tur, *§. ſunt prætereà.* 34. *hoc tit.* item ſi de
dote conventus ſit maritus, nec ſolidum
præſtare queat: condemnantur enim eate-
nus, quatenus facere poſſunt, & faculta-
tes patiuntur, *§. item.* 35. *hoc tit. l. mari-
tum.* 12. cum leg. ſequent. *ſol. matr. l. ſunt
qui in id. l. non tantum.* 20. *De re jud.* ratio-
ne ita ſcilicet ioita, ut ne egere cogaotur,
l. in condemnatione. 173. *De reg. jur.* idem-
que ſervandum eſt, ſi eum alio quovis actum
ſit, parente, patrono, ſocio, donatore,
§. idem. verſ. ſed etſi. hoc tit. eo, qui bonis
ceſſit, *§. ult. hoc tit.* & aliis quibuſdam per-
ſonis, quibus jure pietas, & miſericordia
debetur, *d. l. ſunt qui in id.* 16. *De re judic.*
Compenſationes quoque actioni oppoſitæ
efficiunt, ut minus qniſque cooſequatur,
quàm fuerat petitum, *§. pen. hoc tit.* † Eſt 72
autem compenſatio debiti, & crediti inter
ſe contributio, *l.* 1. *ff. De compenſat.* qua
uouſquiſque creditorem ſunm, eundemque
debitorem, petentem ſummovet, paratus
compenſare, *l.* 2. *eod titul.* Et hæ quidem
ſunt actionum ſpecies à Joſtiniano ordine
propoſitæ, quibus quiſque, aut ſuo nomi-
ne agit, & conveoitur, aut alieno. 7. Nam
VII. Quod cum eo, qui in alie. po.
ſæpè uſuvenit, ut quis non modò ſuo, ſed
etiam alieno nomine, & agat, & convenia-
tur: verbi gratia, † pater nomine liberorum, 73
§. quæ diximus. 9. *hoc tit. quod cum eo.* dominus
nomine ſervorum, actione quod juſſu, *§.* 1.
hoc tit. exercitoria. *§.* 3. *hoc tit.* vide *ff. De exer-
cit. act.* inſtitoria, *d. §.* 3. vide *ff. De inſtit. act.*
tributoria, *§.* 4. *hoc tit. ff. De trib. actio.* de io
rem verſo, *§.* 5. *hoc tit.* de peeulio, *§. cum
autem.* 6. *hoc tit.* actione noxali, quæ 8. da-
VIII. De nox. action.
tur in dominum ſervi ob ejus noxam, &
quadrupedis ob pauperiem ab illa datam, 9.
IX. Si quadru. pau. fec.
ut aut damoum præſtet, aut noxam de-
dat. † E contrario agi poteſt noo taotùm 74
X. De his per quos agere poſſ.
ſuo nomine, ſed etiam alieno, 10. velu-
ti procuratorio, tutorio, &c. *§.* 1. & 2.
hoc titul. † ita tamen, nt & ſatiſdationes 75
idoneæ, 11. puta judicatum ſolvi, & rem
XI. De ſatiſd.

ratam

ratam haberi, ab his, qui alieno nomine
agunt, præſtentur, §. 1. 2. 3. cum ſeq. *hoc*
tit. De ſatiſd. & intra tempora, quibus a-
XII. De ctiones concluſæ ſunt, agatur. 12. cæte-
76 *perpet. & temp. act.* roqui actionibus propoſitis opponi poteri, †
exceptio præſcriptionis: vide *ff. De diver.*
& tempor. præſc. & *Paratit. ad tit. De uſucap.*
quemadmodum & aliæ exceptiones, quæ
XIII. De defendendorum reorum cauſa ſunt compa-
except. ratæ, 13. puta doli, metus erroris, §. 1.
hoc tit. vide *ff. De dol. ma. exc.* non nume-
ratæ pecuniæ, §. 2. *hoc tit.* vide *C. De non*
num. pec. pacti §. 3. *hoc tit.* jurisjurandi, §.
æquè. 4. *hoc tit. ff. De jurejur.* rei judicatæ,
§. *item.* 5. *hoc tit. ff. De exc. rei jud.* & ſi-
miles: quarum aliæ ſunt temporales, & di-
latoriæ, §. 6. & 7. *hoc tit.* ut procurato-
riæ, §. *ult. hoc tit.* aliæ perpetuæ, & per-
emptoriæ, §. *appellatur*. 6. *hoc tit. l.* 3. *ff.*
77 *eo.* † quæ ſcilicet ſemper obſtant, & rem
perimunt, & perpetuò, hoc eſt, non tan-
tum 30. annis quemadmodum actiones,
ſup. *De perpet. & tempor. act.* ſed ſeculis in-
numerabilibus ſua natura durare intelli-
guntur, *l. ſi pactum*. 6. *C. De exce. l. pu-*
rè. 5. in fin. *De dol. except.* Gloſſ. in *l.* 3.
verb. *perſecutione*. *C. De præſcript.* 30. *anno. c.*
Si autem. 9. ubi Panorm. & Felin. *De re-*
ſcript. cum non ſit in poteſtate rei, oppone-
re, cum velit, exceptionem, ſed agentem
expectare debet, atque ita non valenti exci-
pere, merito nec currere incipiat præſcri-
78 ptio, *l. 1. §. ult. C. De annal. except.* † Item
aliæ perſonales, quæ perſonis cohærent,
l. exceptiones. 7. *ff. eo.* aliæ reales, quæ rei:
eoque in fidejuſſorem tranſeunt, §. 2. *De*
replic. d. l. exceptiones. §. 1. Exceptionibus au-
XIV. De tem opponitur replicatio, 14. & huic du-
replica- plicatio, atque ita conſequenter, §. 1. *hoc*
tion. *tit. l.* 2. §. 1. & 2. *De except.* ubi vide *Para-*
79 *tit.* † Exceptio eſt conditio (ſub conditione
enim olim concipiebatur in formulis, hoc
modo: Niſi, aut ſi non pactum, tranſactum-
ve ſit, *l. ſi quis.* 24. *De except. rei jud.*) quæ
modò eximit reum damnatione, modò mi-
nuit damnationem, *l. exceptio.* 22. *De except.*
Replicatio eſt contraria exceptio, quaſi
exceptionis exceptio, *d. l. exceptio.* Exce-
ptio eſt actionis excluſio, *l. 2. ff. eod. tit.* re-
plicatio exceptionis, *d. l.* 2. §. 2. Et hæc qui-
dem ſunt genera, & ſpecies actionum, &
judiciorum ordinariorum. Extraordinaria
XV. De autem ſunt interdicta, 15. de poſſeſſionibus
80 *interd.* prodita, §. *ult. hoc tit. De interd.* † quæ ſunt
formæ, & conceptiones verborum, quibus
prætor aut jubebat aliquid fieri, aut fieri
prohibebat: quod tum maximè faciebat, cum
de poſſeſſione, aut quaſi poſſeſſione inter ali-
quos contendebatur, §. 1. *hoc tit.* quorum ſum-
81 ma diviſio hæc eſt à forma deſumpta: † quod
aut prohibitoria ſunt, aut reſtitutoria,
aut exhibitoria. Prohibitoria ſunt, quibus
prætor vetat aliquid fieri, puta vim fieri
ei qui ſinę vitio poſſidet. Reſtitutoria,

quibus reſtitui aliquid jubet, puta poſſeſ-
ſionem vi ablatam. Exhibitoria, per quæ
jubet exhiberi, §. 2. *hoc tit.* verbi gratia,
hominem injuria detentum: vide *ff. De lib.*
hom. exhib. tabulas teſtamenti, vide *ff. De*
tab. exhib. &c. † Sunt, qui putent propriè in- 82
terdicta ea vocari, quæ prohibitoria ſunt,
quia interdicere eſt denunciare, & prohi-
bere: reſtitutoria autem, & exhibitoria pro-
priè decreta vocari. Sed tamen obtinuit
omnia interdicta appellari, quia inter duos
dicuntur, §. *hoc tit.* Altera diviſio interdi-
ctorum à fine ſumitur, §. 3. *hoc tit.* quædam
enim adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa compa-
rata ſunt, ut quorum bonorum, vide *ff*
Quorum bonor. & ibi *Parat.* Salvianum, §.
3. in fin. *hoc tit.* &c. quędam retinendę, pu-
ta, uti poſſidetis & utrubi, §. *rei retinendæ.* 4.
hoc tit. vide *ff. uti poſſid. in Paratit.* quæ poſ-
ſeſſori competunt, §. *ſed interdicta.* 5. §. *quo-*
rum bonorum. cum §. ſeq. hoc titul. quædam re-
cuperandæ, §. *recuperandæ*. 7. *hoc tit.* ut un-
de vi, quo violentus poſſeſſor convenitur:
quanquam eundem & conſtitutiones pro-
pter vim conſtringunt, *l. extat.* 13. *De eo quod*
met. cauſ. l. ſi quis in tantam. 7. *l. pen. C. Unde*
vi, cum ſimil. *d.* §. 7. §. *ſed ext.* 9. *hoc tit.* † 83
Tertia diviſio interdictorum ſumitur à for-
mulis, & conceptionibus eorundem. Sunt
enim aut ſimplicia, aut duplicia, §. *tertia.*
8. *hoc titul.* Simplicia ſunt, in quibus alter-
utrum duntaxat litigatorum prætor allo-
quitur: verbi gratia. Unde tu vi illum de-
jeciſti, &c. eoque in his alter litigatorum
actor, alter reus eſt: qualia ſunt omnia
reſtitutoria, & exhibitoria. Duplicia au-
tem ſunt ubi, & utrubi. In his enim u-
trunque litigatorem prætor eodem modo
alloquitur, hac formula: uti poſſidetis, ita
poſſideatis, &c. eoque par eſt utriuſque
cauſa, nec quiſquam præcipuè reus, vel
actor eſſe intelligitur, ſed unuſquiſque du-
plicem perſonam, tam actoris ſcilicet, quàm
rei ſuſtinet, *d. §. tertia.* 8. in fin. *hoc tit. l.* 2.
in fin. *ff. eod.* quod etiamnum hodie ex na-
tura rerum obtinet, quamvis formæ illæ,
& conceptiones ſint ſublatæ, nec reddan-
tur à magiſtratu amplius interdicta, ſed
extra ſolemne priſcorum judiciorum ordi-
nem, de his jus dicatur, §. *fin. hoc tit.* † 84
Ne quis autem temerè ejuſmodi actiones
exſuſcitet, neu facilè homines ad litigan-
dum temerario impetu aliquo impellantur,
ſtudio habuit Imp. temeritatem tam agen-
tium, quàm eorum, cum quibus agitur, 16. *XVI. De*
modo pecuniaria pœna, quę ex inficiatio- *pœna*
ne creſcit, §. 2. *hoc tit.* ac damno expen- *tem. li-*
ſarum, §. 3. *hoc tit. l. properandum*. 13. §. *tigant.*
ſive autem. *C. De jud.* † quas victus victo- 85
ri pręſtare cogitur: modò jurejurando, quod
de calumnia datur: §. 2. *hoc tit. tot. tit. C.*
De jurejurand. propter cal. dat. modò infamię
metu, quæ ex famoſis actionibus condem-
natum notat, §. 4. *hoc tit. tot. tit. De his*

qui not. infa. & calumniatorem damnatum
ſequitur, coercere l. athletas. 4. §. calum-
niator. 2. De his qui notant. infam. l. 1. Ad
86 Senatuſ. Turpilia. † Ordo autem inſtituen-
darum actionum, & judicii exercendi hic
eſt §. 1. in fin. hoc tit. ut primum vocetur
in judicium adverſarius, §. ultim. hoc tit.
eique libellus actionis offeratur: Authent.
Offeratur. C. De lit. conteſt. tum lis reſpon-
ſione rei conteſtetur: Auth. Offeratur &
tot. tit. C. De lit. conteſt. exinde recipiantur
probationes, l. ſi quidem. 9. C. De exceptio.
tot. tit. extra. ut lite non conteſt. & exceptio-
nes: d. l. ſiquidem. & tot. tit. C. De except. l.
exceptionem. 19. C. De probat. atque ita cau-
ſam utrinque legitimè auditam, diſcuſſam-
que judex ex officio ſuo diſceptet: l. ju-
XVII. De dices. 9. ubi Jaſon & DD. C. De jud. & 17.
offic. jud. prout legibus & moribus proditum eſt, l.
rem non novam. 12. in fin. cum Auth. ſeq.
C. De jud. dijudicet: §. 1. hoc titul. conci-
piens aut alternativè ſententiam in alter-
nativis actionibus, puta noxali judicio: d.
§. 1. aut una ſimplici, & categorica oratio-
ne, in reliquis judiciis ſimplicibus. tot. tit.
C. De ſentent. quæ ſine cert. quan. l. 1. De re
jud. Sententia enim ſemper actionis formæ
congruere debet. l. ut fundum. 18. Commun.
87 divid. l. fin. C. De fidei liber. † Quare ſi in
rem actum ſit, aut abſolvere poſſeſſorem
actore non probante debet. §. 2. hoc tit. l.
2. C. De pro. l. qui accuſare. 4. C. De eden.
l. ult. C. De rei vend. aut intentione proba-
ta poſſeſſorem ad rei petitæ reſtitutionem
unà cum fructibus vel ſtatim, vel ſi in
præſenti fieri nequit, intra idoneum tem-
pus faciendam, condemnare. §. 2. hoc tit.
l. ſi fundum. 17. l. certum. 22. C. De rei
vend. l. qui reſtituere. 68. De rei vend. idem-
que in miſtis etiam actionibus ſervare de-
bet, puta petitione hæreditatis, §. 2. verſ.
etſi. hoc tit. l. hæreditatis. 7. C. De pet. her.
actione ad exhibendum, §. 3. hoc tit. fami-
liæ erciſcundæ, §. 4. hoc tit. communi di-
vidundo, §. 5. hoc tit. finium regundorum,
non neglectis etiam adjudicationibus, §. 6.
& ult. hoc tit. Denique etiam in perſonali-
bus eadem obſervanda ſunt: ut ſcilicet aut
abſolvat reum judex, actore non proban-
te, l. qui accuſare. 4. C. De eden. aut jux-
ta formam libelli condemnet: l. ut fundus.
18. Communi dividun. l. ultim. C. De fidei li-
88 ber. † dato tamen in his quadrimeſtri tem-
poris ſpatio, ad explicandum in perſonali-
bus ſolutionem, hodie condemnatis indul-
to: l. ultim. §. ultim C. De execut. rei judic.
l. ultim. C. De uſur. & fruct. rei jud. quòd ſi
verò poſt illud tempus in ſolutione ceſſe-
tur, executione juxta ordinem juris facta,
l. à divo Pio. 15. De rei jud.
† Et hic quidem eſt curſus, progreſſus, 89
ac exitus actionum omnium civilium, tam
ordinariarum, quàm extraordinariarum,
tam pecuniariarum, quàm pœnalium.
† Quia verò quibuſdam non actionibus, 90
ſed accuſationibus, & judiciis publicis, non
id, quod debetur actori, ſed pœna Reipu-
bl. debita poſtulatur, ideo de his quoque
nihil ut prætermittatur, nonnihil ultimo
loco fuit aſpergendum.
18. † Publica porrò judicia dicuntur, XVIII. 91
quorum exercitium, & pœnæ exactio ad De publ.
Rempubl. & unumquemque ex populo per- jud.
tinet. §. 1. hoc tit. Horum quædam capi-
talia ſunt, quædam non capitalia.
† Capitalia ſunt, quæ ultimo ſupplicio 92
ſontes afficiunt, hoc eſt, morte vel natu-
rali, vel civili: l. 4. ubi Gloſſ. & DD.
qui ſatisd. cogan. puta aquæ, & ignis inter-
dictione (in cujus locum hodie ſucceſſit de-
portatio) l. 2. §. 1. De pœn. vel in metallum
damnatione. §. 1. hoc tit. l. 2. De publ. jud.
† Ex hoc genere ſunt, quæ legibus Juliis 93
ab Auguſto latis conſtituta ſunt in læſæ
Majeſtatis reos, §. 2. hoc tit. adulteros, §.
3. hoc tit. violentiæ publicæ, privatæve reos,
§. item. 7. hoc tit. Reipubl. depeculatores:
§. item. 8. hoc tit. item de ambitu, repe-
tundarum, de annona, de reſiduis, §. ul-
tim. hoc tit. item lege Pompeja in parrici-
das. §. alia. 5. lege Cornelia L. Syllæ
dictatoris, in ſicarios, §. item. 4. & fal-
ſarios, §. item. 6. Fabia in plagiarios: §.
ultim. hoc tit. & ſi qua ſunt ſimilia. Non
capitalia rurſum varia ſunt, nec brevi ſer-
monis complexu poſſunt exponi. Quare
plenior harum rerum doctrina, cognitio-
que latioribus ex Pandectarum libris, in
quibus tractatio de his fuſiùs eſt inſtituta,
peti & poteſt, & debet. Hæc enim obi-
ter his in elementis indicari duntaxat ſa-
tis eſt: præſertim cum initio propoſitum
ſit Juſtinianum certis de cauſis, tractatio-
nem publici juris (quo hæc judicia perti-
nent, in prin. hoc tit. l. 1. & tot. tit. eod.)
in Inſtitutionibus prætermiſiſſe.

PROPO-

PROPOSITIONES
EX TITVLO
DE IVSTITIA, ET IVRE.

1 *IVSTITIA virtus eſt ſuum cuique tribuens.*

2. *Ea perhibetur aut univerſalis, aut particularis: & hæc partim diſtributiva, partim commutativa.*

3 *Cauſam ex natura habet, quam auget doctrina juris, & exercitatio.*

4 *Diſtributiva verſatur circa publica munera, præmia, pœnas, honores. commutativa in commerciis, rerumque privatorum permutatione potiſſimum habet uſum.*

5 *Illa diſtribuit analogia Geometrica, hæc commutat proportione Arithmetica.*

6 *Vtriuſque finis æqualitatis conſervatio, qua ſuum etiam cuique tribuatur.*

7 *Proximum illi jus eſt, ars boni, & æqui, quæ ſub nomine Iuriſprudentiæ definitur eſſe rerum divinarum, ac humanarum ſcientia, juſti, & injuſti notitia.*

8 *Jus aliud divinum, aliud humanum: publicum, privatum: naturale, gentium, civile, prætorium: commune, ſingulare: vetus, novum: ſcriptum, non ſcriptum: ordinarium, extraordinarium, ſummum, ſtrictum, æquum, bonum, vulgatum, &c.*

9 *Omne jus, inquit Modeſtin. l. pen. de legib. aut conſenſus fecit, aut neceſſitas conſtituit, aut firmavit conſuetudo.*

10 *In Repub. Rom. populus & princeps legem, ſenatus, magiſtratus jus conſtituit.*

11 *Quod Vlp. ait l. ult. de legibus, totum jus conſiſtere aut in acquirendo, aut in conſervando, aut imminuendo: de jure ad res duntaxat pertinente, ſecundum inibi propoſitam Vlpia. materiam accipiendum eſt.*

12 *Nam alioquin jus patere latius catholica ejus præcepta demonſtrant: Honeſtè vivere, alterum non lædere, jus ſuum cuique tribuere.*

13 *Iura non in ſingulis perſonas, ſed generaliter conſtituuntur in iis, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, non ἐκ παραλόγου.*

14 *Forma juris in æquitate, ſcriptura, moribus conſiſtit.*

15 *Iuriſprudentia vera, non ſimulata philoſophia eſt, quæ licitum ab illicito, æquum ab iniquo diſcernit, bonos non ſolum metu pœnarum, verùm & præmiorum exhortatione facit.*

16 *Jus nemini violare, vel ignorare licet.*

EX TITVL. DE LEGIBVS.

1 *DEfinitio legis à Papiniano tradita, l. 1. & ſubjecta deſcriptiones oratoria in l. 2. pertinent ad legem in genere ſumptam.*

2 *Romano foro magis convenit illa, quòd lex ſit jus, quod rogante ſenatorio magiſtratu populus Rom. vel hujus poteſtate princeps conſtituit.*

3 *Eſſe debet lex honeſta, juſta, poſſibilis, ſecundum naturam, & conſuetudinem, loco, & tempori conveniens, neceſſaria, vel utilis, manifeſta, brevis, non obſcura.*

4 *In jure noſtro licet dividere leges in populares, & principales, antiquas, & novas.*

5 *Nam aut conſenſu populi ſuffragantis ſanciuntur, aut à principe populi jure conſtituuntur: ob publicam utilitatem.*

6 *Quæ ſemel aut bis accidunt, legiſlatores contemnunt: & ſufficit ea, quæ plerunque accidunt, legibus contineri: nec ita ſcribi leges poſſunt, ut omnes caſus comprehendantur, nec in ſingulos perſonas, ſed generaliter conſtituuntur.*

7 *Formam legis in ratione magis, quàm ſcriptione locamus.*

8 *Lex nullo privato commodo, ſed pro communi civium utilitate conſcribi debet.*

9 *Legis virtus eſt imperare, vetare, permittere, punire.*

10 *Item obligare ad ſcientiam, ad obedientiam, aut pœnam.*

11 *Princeps etſi legibus civilibus ſolutus eſt, ſecundum leges tamen vivit.*

12 *Scire leges non eſt verba earum tenere, ſed vim, ac poteſtatem.*

13 *Adjacet benigna interpretatio, quo voluntas earum conſervetur.*

14 *Alia eſt interpretatio principis conſtituendo, alia magiſtratus jus dicendo, alia Iuriſconſ. interpretando: eſt & conſuetudo optima legum interpres.*

15 *Affinia ſunt ſtatuta, privilegia, ſenatuſconſulta, conſuetudines, & alia juris ſpecies.*

16 *Contraria ſunt contra legem, vel in fraudem ejus facere, de lege lata judicare, aut non tota perſpecta, ſed tantum una particula propoſita reſpondere. Item deſuetudo, correctio, contrarietas, &c.*

EX l. 1. 3. DE ACQVIRENDO RERVM DOMINIVM.

1 *IVs venandi eſt jus capiendi, & occupandi feras animantes, jure gentium, & civili, ad uſum vitæ, dominiique publicè omnibus conceſſum.*

2 *Ejus tres poni poſſunt ſpecies: venatio propriè ſic dicta, aucupium, piſcatio: pro triplici genere animantium, quorum alia in aere, alia in terra, alia in aquis degunt, & liberè vagantur, ac capiuntur.*

3 *Erſi autem omnibus, ut dictum eſt, hominibus, jure gentium, & civili hujuſcemodi venandi jus indifferenter permittitur, non modò in ſuo, ſed etiam in publico, atque*

adeo

adeo in alieno loco; tamen ab eo eccleſiaſtica perſonæ Canonibus, mulieres verò natura arcentur.

4 *Deinceps etiam conſtitutione Friderici vetitum eſt in publicis locis atque ſaltibus, retia, laqueos, aliaque inſtrumenta venandi cauſa tendere, niſi ad urſos, lupos, & alias noxias animantes capiendas.*

5 *Poſtea quoque generali quadam uſurpatione principes, & nobiles domini terrarum omne venandi jus, ſibi vendicarunt, & ſubditis præſertim ruſticis, per ſtatuta atque ordinationes ſuas ademerunt: quam ademptionem fieri poſſe, & non omnino injuſtam eſſe defendemus.*

6 *Maximè cum acceſſerit longi temporis præſcriptio, qua jura venationum etiam in privatis ſubditorum agris atque locis domini terrarum paſſim his temporibus atque moribus uſurpant, & præſcribunt: quemadmodum ejuſmodi jura, exemplo juriſdictionis, longo tempore præſcribi poſſe conſentaneum eſt.*

7 *Etſi autem jus venandi iſtjuſmodi præſcriptione in alieno quæſitum, dominum eodem jure regulariter non prohibet: tamen idipſum quoque, ſcilicet ut domino facultas ejuſmodi in ſuo adimatur, præſcribi poteſt: quemadmodum paſſim videre licet, dominos terrarum per prohibitionem ita jus venandi in ſubditorum agris, atque ſaltibus præſcripſiſſe, ut ne domini quidem ipſi, ullum amplius habeant ejus rei uſum.*

8 *Qua in prohibitione cùm ſubditi acquieverint, non ſatis eſt, ſi nunc allegent metu ſe acquieviſſe, eoque nomine reſtitutionem in integrum petant.*

9 *Piſcationes & aucupia, non omnimodo, neque eadem ratione prohibita eſſe apparet.*

10 *Nam aucupari nedum in ſuo, ſed etiam in publico, aut fundo alieno, niſi dominus prohibeat, etiam hodie conceditur. Piſcari verò in ſuo, aut publico licet: in alieno non licet.*

11 *Venandi porrò modus legitimus hic eſt: ut inſtituatur abſque privatorum agrorum, ſaltuum, & viarum incommodo: & citra deſtructionem, aut vaſtationem ſpecierum in animantibus, ac ſine neglectione, & prætermiſſione neceſſarii muneris, quod cuique ſua vocatio imponit.*

12 *Finis venationis eſt, ut acquirantur ferarum dominia, ad uſum victus & veſtitus: & ut hoc genus honeſti exercitii reficiat animos, & corporum valetudinem, ac vires duret, atque roboret. Itaque non abſurde illi, qui finem venationis in neceſſitate, & recreatione collocant.*

13 *Effectus eſt, quod captæ animantes cedant dominio capientium, quamvis alius perſecutus fuerit: quamvis etiam in fundo alieno, contra domini prohibitionem, ſint captæ.*

EX TIT. DE TRANSACTIONIB.

1 T*Ranſigere etſi in genere cujuſque negotii abſolutionem, definitionemque ſignificat: tamen, ut actio, ita ejus compoſitum Tranſactio, potiſſimum ad judiciales actiones conventione deciſas, atque compoſitas refertur.*

2 *Quanquam autem non inſubtiliter Tranſactio partim diſtractus, reſpectu litis, quam diſtrahit, partim contractus, ratione conventionis & obligationis, quæ inde oritur, dici poteſt: tamen verius eſt tranſactionem potius diſtractum eſſe, quàm contractum ratione finis principalis, unde res æſtimantur.*

3 *Tranſactio igitur eſt conventio juriſgentium innominata ſtricti juris, qua inter litigatores res dubia, & litigioſa aliquo pro ea re promiſſo aut dato, remittitur & finitur. Nullam ſola conventionis vi pariens actionem, ſed ad exceptionem duntaxat, excluſionemque pœnitentiæ, jure civili proficiens.*

4 *Tranſactionum aliæ ſimplices ſunt, aliæ Aquiliana ſtipulatione compoſitæ: quædam ſpeciales, quædam generales: Aliæ juratæ, Aliæ injuratæ.*

5 *Cauſa efficiens tranſactionis eſt litigatorum conſenſus: utrinque dubius litis eventus.*

6 *Poſſunt autem tranſigere omnes, qui non prohibentur: mares, fœminæ majores, & minores: quamvis his per tranſactionem læſis, beneficio in integrum reſtitutionis ſuccurratur.*

7 *Qui verò conſentire nequeunt, ut qui parum ſana ſunt mente; hi non rectè tranſigunt.*

8 *Ut nec procuratores alienæ rei, niſi aut in rem ſuam, aut cum ſpeciali ad id mandato, dati, aut univerſorum bonorum cum libera procuratores ſint. Nam hi perinquè atque magiſtratus publici eorum nomine, quorum negotia gerunt, tranſigere poſſunt.*

9 *Tutoribus, prælatis, vaſſallis etſi tranſigendi poteſtas non eſt prorſus adempta: tamen quia res pupillares, Eccleſiæ, feudales invitis dominis alienari magna ex parte prohibentur, ideo nec tranſigendo interdictam alienationem facere iſti poſſunt.*

10 *Materia tranſactionis ſunt res dubiæ & incertæ, hoc eſt, de quibus lis eſt, vel timeri poteſt.*

11 *Nam ſuper rebus certis, & finitis, puta judicatis, & tranſactis, pacta tantùm rectè fiunt, non etiam tranſactiones.*

12 *Quæ tamen certa duntaxat ſunt, non etiam finita, de his ob qualem litis timorem, aut odium dominus tranſigere poteſt: adminiſtrator rei alienæ non item.*

13 *Sed nec de rebus ſpiritualibus, neque de controverſiis teſtamenti, eo non inſpecto, nec de alimentis in ultima voluntate relictis rectè tranſigitur.*

14 *Super delictis, quæ pœna ſanguinis coercentur, tranſactiones fieri poſſunt, adulterio, ſtupro & raptu exceptis: quæ verò judicia criminalia pœnam ſanguinis non irrogant, de his tranſigi nequit, citra falſi accuſationem.*

15 *Forma tranſactionis conficitur aut nudo pacto, aut Aquiliana ſtipulatione, aut jurejurando: item aut ſcripto, aut ſine ſcripto: quæ etiam diem, conditionem, pœnam, pactaque omnis generis ſimilia recipit.*

16 *Præcipua autem & ſpecifica ejus forma in eo eſt, ut pro remiſſione litis aliquid contrà promittatur, præſtetur, aut fiat.*

17 *Finis Tranſactionum eſt, ut aliquo dato, vel retento lites finiantur.*

18 *In Tranſactione contrahentes id agunt, non ut alteri, ſed ſibi quiſque conſulat. Quare cum donationis cauſa tranſigitur, non eſt propriè tranſactio, ſed donatio, ſeu pactum gratuitum.*

19 *Effectus Tranſactionis non eſt minor, quàm rei judicatæ: quocirca primam obligationem aut ipſo jure tollit ac deſtruit, aut ope exceptionis: ſed nec pœnitentia alterutrius, neque reſcripto principis, nec prætextu ſpecierum, inſtrumentorumque poſt repertorum, retractari poteſt.*

20 *Qui contra juratam Tranſactionem venit, etiam ignominia & amiſſione ſui juris plectitur.*

21 *Tranſactio tamen vi conventionis propriæ exceptionem tantum producit, non etiam actionem: niſi quatenus aut res, aut ſtipulatio, aut jusjurandum intervenit, aut alii contractui nominato ineſt.*

22 *Affinia maximè Tranſactionis ſunt, pactum nudum, contractus innominati, diviſio, res judicata, compromiſſum.*

23 *Contraria ſunt: Error, metus, dolus, falſitas, donatio, deceptio ultra dimidiam partem juſtæ æſtimationis, ad dubium litis eventum referendæ.*

EX TIT. COD. DE IN INTEG. Reſtitut. minor. & de minoribus, ff.

1 R*Eſtitutio in integrum minorum eſt auxilium juris prætorii, extraordinarium, quo minor ob detrimentum, ætatis imprudentia ex geſtu acceptum, adverſus id quod damnosè geſſit, vel non geſſit implorato nobili judicis officio, & cauſa cognita, in integrum jus ſuum, quod ante detrimento ſuum contractum habuit, reponitur.*

2 *Etſi autem jure quoque ordinario interdum minori ſubvenitur, aut ipſo jure, aut per conditionem, aliamve actionem ordinariam, aut alio quovis modo, tamen hujus extraordinariæ reſtitutionis duæ tantum videntur eſſe ſpecies, quarum altera officio judicis nobili & prætoria cognitione integrè determinatur; altera verò reſciſſa oliſnationis, accepti.*

acceptilatione, aliave cauſa, quæ agenti obſtare poteſt, priſtinam actionem, dato in rem, vel perſonam judicio, minori reddit.

3 Porrò auctor hujus auxilii eſt prætor, qui de hac minorum reſtitutione hunc ad modum edixit: QVOD CVM MINORE QVAM XXV. ANNORVM NATV GESTVM ESSE DICETVR, VTI QVAEQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM.

4 Non enim ea utique, quæ cum minoribus geruntur, ſemper, & promiſcuè reſcindenda ſunt, ſed cauſa cognita res ad æquum & bonum eſt exigenda, ne magno incommodo hujus ætatis homines afficiantur, & nemine cum his ob metum reſtitutionis contrahente, quodammodo commercium eis interdicatur. Itaque niſi manifeſta circumſcriptio, vel negligentia ſit, prætor interponere ſe neutiquam debet: eoque in edicto non indiſtinctè reſtitutionem pollicetur, ſed VTI QVAEQVE RES ERIT, inquit, ANIMADVERTAM.

5 Cauſa reſtitutionis impulſiva duplex: videlicet minor ætas, & damnum ætatis lapſu factum: quo nomine lucrum etiam ceſſans, & quodlibet intereſſe complectimur, quarum utraque concurrente, apparet reſtitutionis æquitas, alterutra verò deficiente, deſinit. Cauſa ſine qua non, eſt vis & exiſtentia actus per minorem geſti: nam quando actus nullus eſt, cum minor ipſo jure defenditur, non debet petere reſtitutionem contra id, quod ipſe jure nullius eſſe efficacia & momenti invenitur.

6 Poteſt igitur ex hoc edicto & ex his cauſis minor viginti quinque annis, aut ejus nomine pater, tutor, curator, procurator, ſucceſſor, & interdum dominus non etiam ſocius, aut fidejuſſor, ab ordinario magiſtratu petere, ut contra damnoſum contractum in integrum reſtituatur.

7 Sed & majori vigintiquinque annis eadem reſtitutionis petitio, in iis, quæ durante minore ætate geſta ſunt, intra definitum legibus tempus conceditur, quod tempus à completa 25. annorum ætate, annus olim fuit utilis, hodie continuum eſt quadriennium.

8 Quin & Eccleſiæ, civitatibus, furioſis, prodigis & cæteris qui propterea quod in curatione ſunt aliena, jure etiam minorum utuntur, eadem reſtitutionis æquitas non eſt denegada.

9 Etſi autem hæc reſtitutio, veluti petitio perſonalis regulariter adverſus eum, quicum contractum eſt, proponi & decerni debet, tamen interdum etiam in rem, & contra tertium quoque poſſeſſorem, in ſubſidium porrigitur.

10 Non tamen minori contra minorem, aut eos, qui jure minorum utuntur, aut adverſus parentes & patronos, mulieres item utentes beneficio Vellejani, eſtjuſmodi reſtitutio facilè eſt indulgenda.

11 Ut nec in doloſis contractibus, delictiſque per minorem commiſſis, neque contra libertatem aut ſtatum, nec in rebus ſpiritualibus, puta ut adverſus juſjurandum, aut promiſſionem conjugii in integrum minor reſtituatur.

12 In reliquis autem contractibus omnibus & diſtractibus, judiciis geſtis, non geſtis, etiamſi tutoris vel curatoris auctoritas, atque adeò decretum judicis intervenerit, nihilominus reſtitutio in integrum regulariter impetrari poteſt.

13 Hanc porrò reſtitutionis petitionem, apud judicem ordinarium fieri competentis, non ipſius minoris, ſed illius, contra quem reſtitutio impetratur, eſſe proponendam verius exiſtimamus.

14 Proponitur autem non jure actionis, ſed imploratio nobili judicis officio: quæ tamen imploratio ſolemni actionum more, hoc eſt, citatis partibus & oblato libello, proponenda eſt, ac per litis conteſtationem, plenamque non ſummariam cauſæ cognitionem diſceptanda.

15 Ut autem duo præcipuè hac in cauſa allleganda ſunt, videlicet minor ætas, in qua quid geſtum fuit, & damnum ex eodem geſtu conſecutum: ita eadem hæc duo liquidò ut probentur, neceſſe eſt.

16 His verò probatis non opus eſſe, ut ſe ætatis vitio captum, aut adhuc intra tempora reſtitutionis conſtitutum minor oſtendat, arbitramur: hæc enim ex illis conſequuntur, ac ideo præſumuntur, niſi adverſarius contrarium edocere ſit paratus.

17 Impleta porrò intentione, reſtitutio officio judicis ita decernenda eſt, ut unuſquiſque integrè jus ſuum recuperet: hoc eſt ut res per reſtitutionis auxilium repetita, minori cum omni cauſa, & fructibus, etiam qui percipi potuerunt, perinde atque ſi nihil contractum alienatumve, eſſet, reddantur: & contrà creditoribus, adverſus quos impetratur reſtitutio, omnes jus priſtinum, quod ante contractum habuerunt, utilitaſque omnis, quam ab his minor accepit, reſtituatur.

18 Qui enim reſtituitur in integrum, ſicut in damno hærere non debet, ita nec in lucro. Et ideò quicquid ad eum pervenit, vel ex emptione, vel ex venditione, vel ex alio contractu, hoc reſtituere debet.

19 Qua tamen in parte plerumque minoris melior eſt conditio, quàm creditoris, quod ratione tantum, quatenus factus eſt locupletior, reſtituere compellatur.

20 Hoc autem reſtitutionis in integrum remedium, præter naturalem æquitatem ſcimus propoſuit, quæ tutelam minorum ſuſcepit. Nam cum inter omnes conſtet fragile eſſe, & infirmum hujuſmodi ætatis conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum, multorumque inſidiis expoſitum, auxilium hoc eis prætor edicto pollicitus eſt, & adverſus captiones opitulationem.

21 Itaque extra cauſam hujus æquitatis, hoc eſt, à perſona contractibuſque minoris, ad alias perſonas aut res id genus remedii non eſt extendendum.

22 Affinia huic reſtitutioni in integrum beneficio ſunt, dicere contractum nullum, aut in rem agere, vel in perſonam adverſus tutores & curatores, quorum auctoritate contractum fuit, aliiſque actionibus ordinariis experiri. Item aliæ reſtitutionum ſpecies, quæ ex variis cauſarum figuris, tam minoribus, quàm majoribus conceduntur.

23 Contraria ſunt, ſi juſjurandum de obſervando contractu à minore ſit adjectum, ſi dolus ejus intervenerit, ſi res deſierit eſſe integra, ut reſtitui non poſſit: ſi ſæpius in integrum reſtitutio poſtulata, nec admiſſa ſit. Item ratificatio contractus in majore ætate aut expreſſim facta, aut ex taciturnitate diuturna definitique lege temporis præſumpta, ac præſcripta. Et renunciatio hujus remedii, quæ à minore non rectè fit abſque jurejurando, niſi ſponte ab hoc remedio deſiſtat. à majore fieri poteſt, ſi tamen ſpecialiter, non generaliter fiat.

PROPOSITIONES
Ex l. 2. & toto titulo C. De reſcind. vend.

1 EMptio eſt contractus juris gentium, nominatus, bonæ fidei: in quo per conſenſum merx pretio commutatur, hoc pacto, ut venditor quidem obligetur ad tradendam vacuam mercis poſſeſſionem, ſuſcepto evictionis periculo, emptor contrà ad pretium venditori dandum.

2 Species hujus contractus duæ ſunt: Quarum altera in ſcriptis facta emptio vocatur, altera conſenſu conſtans, aut abſolutè emptio nominari poteſt.

3 Cauſa igitur efficiens præcipua hujus contractus eſt conſenſus.

4 Materia, quæ vendi, & emi poteſt, ſunt omnes res tam mobiles, quàm ſoli, tam corporales, quàm incorporales: exceptis iis, quas vel natura, ut inquit Paulus, vel gentium jus, vel mores civitatis, commercio hominum exemerunt.

5 Forma hujus contractus præcipuè in eo eſt, ut per conſenſum obligetur venditor, ad mercem cum vacua poſſeſſione, ſeu cauſa bonorum tradendam; emptor contrà, ad pretium venditori dandum.

6 Finis eſt, ut res neceſſariæ, juſta æſtimatione, ſeu ut Paulus loquitur, æqualitate quantitatis, inter homines, communicentur.

7 Effectus idem eſt, qui reliquorum contractuum nominatorum: nempè quòd emptione abſoluta pœnitere non liceat, & periculum rei venditæ ſtatim in emptorem derivetur, denique certis actionibus, ex ipſo contractu ortis, ad implementum ejus agatur.

8 Interdum tamen ex probabili cauſa venditionem, quamvis perfectam, etiam invita altera parte, licet retractare.

9 Ut

Digitized by Google

9 *Ut cum dolus alterutrius, vel etiam utriuſque, in contrahendo intervenit.*

10 *Qua in facti ſpecie, pro qualitate fraudis, aut ad nihilum venit ipſo jure contractus, aut per judicem reſcinditur, aut certè actione exceptioneve dolus purgatur.*

11 *Sed & cum res ipſa fraudem habet, æquum eſt ſubveniri.*

12 *Ut cum alteruter ſe ultrà dimidiam partem juſtæ æſtimationis deceptum dicit.*

13 *Nam ejuſmodi in facto agi poſſe, ut vel habeatur contractus, vel quod deeſt juſtæ æſtimationi, ſuppleatur, Impp. voluerunt.*

14 *Hæc autem æſtimatio non ex contrahentium affectu, ſed communi hominum judicio ineunda eſt.*

15 *Quare etiamſi duplum pretium offerat venditor, non tamen emptorem ad reſcindendam venditionem invitum compelli poſſe reſcriptum eſt.*

16 *Porrò Doctores, qui indiſtinctè hoc remedium l. 2. ad alios omnes contractus traduxerunt, non ſatis exactè rem perpendiſſe videntur.*

17 *Nos idem juris eſſe credimus in iis contractibus, qui emptioni ſimiles ſunt, & in quibus æſtimatio rerum intervenit, cujuſmodi ſunt permutatio, locatio, diviſio, & id genus alii.*

18 *In quibus autem ſimilis ratio non eſt, in his ceſſare hoc remedium, verius putamus.*

19 *Quare in mutuo, commodato, depoſito, mandato, feudo, emphyteuſi, atque adeo etiam donatione, vix eſt, ut locus eſſe poſſit.*

20 *Sed & qui ex Ulpiani reſponſo colligunt ſtipulationem ex eadem cauſa reduci ad æquitatem poſſe, parum rectè ejus verba intellexerunt.*

21 *In tranſactione quoque non magis huic remedio locum eſſe, quàm in emptione alea defendimus.*

EX TIT. DE LOC. ET CONDVCT.

1 L*ocatio & conductio eſt contractus, quo convenitur de fruendo, faciendove aliquo pro certa mercede.*

2 *Propria, quod ſit conventio Juriſgentium, nominata, bonæ fidei.*

3 *Partes ejus locatio, & conductio, quarum in altera rei uſus factum, in altera merces.*

4 *Diſtribui poteſt in publicam, & privatam, expreſſam, & tacitam.*

5 *Cauſa proxima utriuſque partis conſenſus: niſi conventum ſit, ut ſcriptura contrahatur, quo caſu hæc proximæ, illa remotioris cauſæ rationem habet.*

6 *Materia ſunt res, operæ, facta, quæ locantur, & merces, qua illa conducuntur, quæ propriè in nummis conſiſtit, impropriè rebus in aliis.*

7 *Locatio tempus, & conditionem recipit, etiam inter abſentes per epiſtolam, vel nuncium contrahitur, variiſque pactis pro contrahentium arbitrio informari poteſt.*

8 *Finis eſt uſus rei & mercedis commutatio.*

9 *Effectus excludere pœnitentiam, gignere obligationem, & actionem utrinque directam, & civilem, bonæ fidei, qua ad implendum id, quod convenit, agatur.*

10 *Ad effectum pertinet, quòd durante locationis tempore conductorem pactis ſtantem locator turbare, vel expellere non poſſit.*

11 *Item quòd ob ſterilitatem remiſſio penſionis fiat.*

12 *Adjuncta eſt hypotheca etiam tacita in fructibus ruſticorum, & in invectis urbanorum prædiorum, quæ conducuntur.*

13 *Affinis potiſſimum emptio, emphyteuſis, commodatum, precarium.*

14 *Contraria, nimia inæqualitas, dolus, metus, pacta, quæ formam contractus deſtruunt.*

EX TITVL. COD. DE IVRE EMPHYT. PROPOSITIONES.

1 E*mphyteuticus contractus eſt civilis, nominatus, ſtricti juris, quo dominus quidem obligatur, ut utile prædii dominium in Emphyteutam transferat: hic verò contra, ut & prædium colat, & in recognitionem dominii directi, quod à domino retinetur, certam penſionem quotannis præſtet.*

2 *Species Emphyteuſeos duæ ſunt: Eccleſiaſtica & civilis ſeu privata. Quarum hæc perpetua, illa temporalis eſſe conſuevit.*

3 *Cauſa efficiens eſt Lex & voluntas contrahentium juxta formam à lege præſcriptam in ejuſmodi conventionem conſentiens.*

4 *Quanquam & longiſſimi temporis præſcriptione induci jus Emphyteuticum poſſe, non infitiamur.*

5 *Materiam dicimus eſſe res ſoli, vel quæ immobilibus annumerantur. Nam in rebus mobilibus Emphyteuſis conſtitui facile nequit.*

6 *Ad formam Emphyteuſeos eccleſiaſticæ ſcripturam in aliis tantum obligationem de ſolvendo Canone in recognitionem directi dominii, non etiam pecuniæ ab initio dationem requirimus.*

7 *Finalem cauſam hujus contractus eſſe, ut cultura fundi reddantur meliores, nomen ipſum judicat.*

8 *Effectus idem eſt, qui reliquorum contractuum nominatorum. Nam in alterius injuriam pœnitere hic non licet, & actiones ad implendum contractum utrinque dantur, & evictionis ratio habetur.*

9 *Sed & traditione facta commodum, atque incommodum prædii in Emphyteuſin conceſſi, omniaque onera in Emphyteutam unà cum utili dominio & poſſeſſione tranſeunt. Ita ut propter ſterilitatem aliamve calamitatem à penſione non excuſetur, quoad ſubſtantia prædii aliqua in parte incolumis perdurat.*

10 *Affines huic contractui præcipuè ſunt: perpetuarius, cenſualis, libellarius, colonarius, precaria, ſuperficiarius, feudus, uſusfructus, locatio, conductio, emptio & venditio.*

11 *Extinguitur & interit emphyteuſis interitu rei, præſcriptione longiſſimi temporis, finita generatione, vel tempore, de quo initio convenit.*

12 *Sed & facto emphyteutæ nonnunquam finitur, ut ſi pactis non ſtet, ſi dolo malo fundum inſigniter reddat deteriorem: ſi domino directo auferre & intervertere jus ſuum conetur.*

13 *Qua ratione etiam conſtitutum eſt, ut ſi Canonem Eccleſiæ intra biennium, privato verò domino per triennium non ſolvat, ipſo jure privetur emphyteuſi, dominoque poteſtas ejiciendi emphyteutam, citra illam judicis cognitionem fiat, niſi videlicet mora & ceſſatio ſolutionis, antequàm dominus voluntatem declaret ſuam, purgetur.*

14 *Sed etſi irrequiſito domino & aliter quàm in l. fin. hoc tit. ordinatum eſt, prædium emphyteuticum alienet, vendat, permutet, donet inter vivos, (nam in ultimis voluntatibus diverſum eſſe exiſtimamus) perinde jure ſuo emphyteuta cadit.*

P R O P O S I T I O N E S
Ex materia l. Clodius Clodianus. 97. ff. de acquir. hæred. deſumptæ.

1 H*Æreditas ab hærede, hæres ab hero, & heredio, hoc eſt dominio, potius quàm aliunde deducitur, etiamſi Grammatici certent & adhuc ſub judice lis ſit.*

2 *Ea Ciceroni definitur pecunia, quæ morte alicujus ad quempiam pervenit jure: non legata teſtamento aut poſſeſſione retenta.*

3 *Iuliano eſt ſucceſſio in univerſum jus, quod defunctus habuit.*

4 *Quæ cum juris civilis, & ſolemnis ſit, prætoria bonorum poſſeſſione, etiam legatis ac fideicommiſſis multum diſtat.*

5 *Eſt autem vel teſtamentaria, vel legitima: quamquam & illa ſuo quodam modo obvenire lege dicatur.*

6 *Nam illius cauſa remota lex propinqua teſtamentum.*

7 *Sed hujus proxima cauſa lex, unde magis propriè legitima dicitur.*

8 *Illius*

8 *Illius impulſivæ variæ pro affectu, voluntate teſtatoris, hujus proximitas ſanguinis, non affinitatis, aliaque cauſæ, quæ proximitatis rationem habent.*

9 *Cauſa teſtamentaria legitimæ præponderat: nam quamdiu ex illa ſpes ſucceſſionis ſupereſt, ab inteſtato nihil juris præſto eſt.*

10 *Sed una tantùm cauſa eſt teſtamentaria, etiamſi plura teſtamenta facta ſint: ſemper enim poſtremum præcedentibus derogat: ſi quidem jure factum ſit.*

11 *Quod ſi poſterius non jure factum deprehendatur, interdum ex priore teſtamento, nonnunquam ab inteſtato pro varietate circumſtantiarum, hæreditas debetur.*

12 *Hinc quæſitum in auditorio Papiniani Impp. Severi, & Antonini prætorio præfecti, ſuper hæreditate Clodii Clodiani, cujus in utroque teſtamento priore jure facto, poſteriore invalido, ſcriptus hæres, ex ſecundo quod valere perperam opinabatur hæreditatem adierat, utrum cauſa prioris teſtamenti ſupereſſet, an ad legitimam ab inteſtato ſucceſſionem res rediiſſet.*

13 *Papinianus putabat hæredem ex priore teſtamento hæreditatem repudiaſſe, ex poſteriore autem non poſſe adire: ideoque Clodianum inteſtatum deceſſiſſe, ipſius, ut prætorio præfectus, pronunciavit.*

14 *Movit Papinianum, quod error juris ei qui teſtamentum injuſtum pro utili habuiſſet, & ex eo adiiſſet, in acquirendo ex communibus juris regulis, obſtet.*

15 *Contrà dicebat Paulus aſſeſſor ejus, non repudiare eum, qui putaret poſterius teſtamentum valere.*

16 *Nam ab errante non modò in facto, ſed etiam in jure abeſſe voluntatem, ex qua aditiones, & repudiationes hæreditatum æſtimandæ ſunt.*

17 *Id Paulus in notis decretorum Papiniani, Juſtinianus ex Paulo in Pandectas retulit, & Papiniani ſententiæ, et communiter quidem receptum eſt, prætulit.*

P R O P O S I T I O N E S
Ex materia appellationum deſumptæ.

1 A*ppellatio eſt legitima provocatio eorum, qui ſe læſos conqueruntur à qualibet ſententia, decretove inferioris judicis ad immediatè ſuperiorem ſolemniter facta, ut is cauſam ad ſe traductam, devolutamque recognoſcat, & quod antea pronunciatum eſt, corrigat, atque in melius reformet.*

2 *Appellatio quædam judicialis, quædam extrajudicialis: alia à ſententiis definitivis, alia ab interlocutoriis interponitur.*

3 *Porrò hoc provocandi beneficium conſuetudine initio introductum eſt, poſtea formatum legibus & certa quadam ratione ordinatum: conceditur autem ei qui ſe ſententia decretove judicis læſum putat.*

4 *Non tamen omnium appellatio recipitur: nam aut propter atrox ſcelus probatum confeſſumque, aut ob contumaciam damnati, item ii quorum nihil intereſt, hi provocantes non audiuntur.*

5 *Interponuntur autem appellationes à ſententiis minorum judicum, tàm judicialibus quàm extra judicialibus, tàm interlocutoriis quàm definitivis: paucis exceptis, quæ publica utilitas, aut ſingularis aliqua ratio ſuſpendi provocationibus non patitur.*

6 *Materialia appellationis in foro hodie nominant merita cauſæ, ſeu cauſas appellationis: quæ niſi juſtæ probentur, atque idoneæ, confirmata priore ſententia, res ad judicem, à quo remitti, & temerarius provocator arbitraria pœna mulctari ſolet.*

7 *Forma, vel, ut pragmatici loquuntur, formalia appellationis hæc ſunt: ut coram judice qui pronunciavit, intra decem dies à tempore latæ ſententiæ, is cui ea injuſta viſa eſt, declaret ſe appellare, idque aut viva ſtatim voce apud acta, aut poſtmodum in ſcriptis, quæ tamen ſcriptura indiſtinctè cum deſignatione gravaminum opus eſt, quoties ab interlocutoria appellatur: deinceps ab eodem judice intra 30. dies apoſtolos petat, atque hos ſimul & appellationem exinde apud judicem immediatè ſuperiorem, ad quem provocaſſe intelligitur, præſtituto tempore præſentet, approbet, & ordine legitimo proſequatur.*

8 *Finis appellationis eſt, auctore Ulp. ut judicantium, vel iniquitas, vel imperitia corrigatur, vel, quod verius dici poteſt, ut ſententiæ priores in melius reformentur, & corrigantur.*

9 *Appellatio à definitiva reducit cauſam in eum ſtatum, quo fuit tempore litis conteſtatæ, ita ut non allegata allegare, non probata probare, in ſecunda inſtantia ſit conceſſum.*

10 *Sed & priorem ſententiam appellatio quævis ſuſpendit, auferetque poteſtatem judici à quo, amplius in ea cauſa quid decernendi, novandi, exequendi.*

11 *Itaque ſi quid pendente appellatione attentatum, innovatumque fuerit, erit judicis, ad quem eſt appellatum, poſt ſuſceptam appellationem, atque admiſſam, aut ſtatim, aut in ſententia ſaltem retractare.*

12 *Vicina appellationi ſunt: ſupplicatio, relatio, reductio ad arbitrium boni viri, recuſatio, in integrum reſtitutio: item petere ſententiæ declarationem, aut dicere eam eſſe nullam.*

13 *Extinguitur appellatio, renunciatione, deſertione, morte, revocato gravamine. item ſententia, præcipuè ſi bis in eadem cauſa fuerit provocatum.*

14 *Maximè contrarium eſt appellationis beneficio, ſi judex eam non admittit, quod circa juſtam cauſam impanè magiſtratibus jura non permittunt.*

EX TIT. DE CESSIONE
Bonorum propoſitiones

1 C*Eſſio bonorum eſt actus legitimus, per quem Legis* JULIAE *conceſſu, atque munere, debitor, qui ſolvendo non eſt, ſe bonis, bona fide, omnibus, in jure, vel extra jus, coram idoneo tamen magiſtratu, cedere profitetur: eademque relinquit diſtrahenda creditoribus, quorum æs ſolemniter agnovit: ut his quidem, quatenus fieri poteſt, inde ſatisfiat, ille verò ejuſmodi ceſſione, moleſtiis conventionum, item carcere, aliiſque injuriis, quibus alioquin ad ſolutionem urgeri obærati ſoleat, hoc legis beneficio liberetur: nec inquietari, ne quidem ab aliis, quibus debet, poſſit, niſi ſi quid poſteà acquirat.*

2 *Ceſſio vocatur, & eſt beneficium legis, auxilium miſerabile, ſubſidiarium, perſonale, ſummarium, non famoſum.*

3 *Quod Accurſius ceſſionem dividit in ſolemnem, & ſimplicem, improbamus: ac unum, eundemque eſſe ceſſionis actum, ſive in jure, ſive extra jus fiat, opinamur.*

4 *Induxit hoc beneficium Lex* JULIA *propter creditorum crudelem inhumanitatem, & injurias, quibus ſævire in debitores minus idoneos, vetuſto more, jureque poterant, & ſolebant.*

5 *Cauſam efficientem proximam exiſtimamus eſſe voluntariam debitoris profeſſionem: inſtrumentalem, officium judicis: cauſam ſine qua non, idoneam eris debiti demonſtrationem: cauſas finales, & impulſivas, debitoris inopiam, & quæ hic formidantur, carceres, aliarumque injuriarum timorem: creditorum verò non opulentiam, ſed interpellationem.*

6 *Cedere porrò poſſunt omnes, qui non prohibentur: Eccleſiæ communitates: Patres, filiifamilias: mares, fœminæ: majores, minores, qui quidem profeſſionem ejuſmodi rectè facere queant, & in ea cauſa ſint, ut facere debeant.*

7 *Excluduntur hoc beneficio, qui ſuo ſe delicto, factove reddunt eo indignos: vel quos alia ratione jus hinc excludit.*

8 *Cedenda verò ſunt omnia bona ad extremum uſque terruncium: niſi quid miſericordia, aut alia ex cauſa, debitori à creditoribus relinquatur.*

9 *Qui cedit bonis, antequàm debitum ſolemniter agnoſcat, hoc eſt, vel judicio condemnetur, vel in jure confiteatur, & conſtet eum non eſſe ſolvendo, audiri non debet.*

10 *Cæterùm eo perpurgato, bonis cedi non tantùm in jure: ſed etiam extra jus poteſt: & ſatis eſt, vel per epiſtolam,*

lam,

Digitized by Google

lam, vel per nuncium apud magiſtratum id declarari.

11 *Eſt tamen editio omnium bonorum, bona fide, etiam cum juramento, facienda: & præſtanda, cautio ſi meliorem ad fortunam perveniat cedens, ut in quantum facere poteſt, exactionem patiatur.*

12 *Prodeſt eò ceſſionis beneficium, ut creditoribus, quatenus fieri poteſt, de facultatibus cedentis, publica venditionis remedio, non autem privata auctoritatis diviſione ſatisfiat: hic verò ne judicatus, confeſſuſque trahatur in carcerem, vinciatur, verberetur, excommunicetur, in ſervitutem operarum dedatur: non aliis creditorum interpellationibus, injuriis, & importunitatibus infeſtetur.*

13 *Defenditur enim ceſſionis exceptione: quæ tamen ad hæredes, & fidejuſſores ejus non eſt porrigenda.*

14 *Neque verò etiam, qui bonis ceſſit, niſi ſolidum creditores receperint, liberatus eſt, quin potius, ſi quid pinguius poſt acceſſerit, hoc iterum uſque ad debiti modum, & in quantum facere debitor poteſt, rectè exigetur.*

15 *Debitores qui ceſſerunt, licet ex ea cauſa bona eorum venierint, infames non ſunt.*

16 *Sed nec ante rerum venditionem, qui proprium eſt ceſſionis eventus, bonis carent: quare ſi parati ſint ſe defendere, bona non veniunt.*

17 *Affinis remedia ſunt, quinquennales induciæ: pactio de quota æris alieni remittenda: Novellæ beneficium, quo licet iis, qui fortuna, non ſuo vitio decoxerunt, bonam ejurare copiam, eandemque, quantula eſt reliqua, ſine quadam ceſſionis ignominia, poteſtati relinquere creditorum. Item in poſſeſſionem miſſio, præcluſio, incarceratio debitoris: aut ut ſerviat etiam creditoribus operando: vel interdum ſi non habet in ære, ut luat in corpore.*

18 *Contraria ſunt, dolus cedentis; renunciatio hujus beneficii, electio ſpacii ad ſolvendum quinquennalis, aut ſimilis remedii: conſuetudines item, & ſtatuta contraria.*

INSTI-

INSTITVTIONVM,
SEV
ELEMENTORVM IVRIS
D. IVSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS
LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM DE CONFIRMATIONE INSTITVTIONVM *.

* *Theoph. Conſtitutio confirmans Inſtituta: quod his ſcilicet vim legis attribuat.*

DUas habet partes.
1 Nomina Imperatoris. ab Imperio, à Familia, & à Fortuna.
2. Perſonas quibus dicantur Inſtitutiones. ibi *cupidæ*.

INSCRIPTIO.

IMPERATOR *a*, CÆSAR *b*, FLAVIUS *c*, JUSTINIANUS, ALEMANICUS *d*, GOTHICUS, FRANCICUS, GERMANICUS, ANTICUS, ALANICUS, VANDALICUS, AFRICANUS *e*, PIUS, FELIX, INCLYTUS, VICTOR, AC TRIUMPHATOR *f*, SEMPER AUGUSTUS *g*: CUPIDÆ *h* LEGUM *i* JUVENTUTI *k* S. D.

1 *Imperatorum nomen unde, eorundemque cognomina explicata*:

1 *a* IMPERATOR. † Acclamari ab exercitu Ducibus victoribus, & deinceps ab iiſdem uſurpari in literis hoc nomen olim ſolitum fuit. Cicero *lib.* 5. *ad Attic. Epiſt.* 20. & *ad famil. lib.* 2. *Epiſt.* 9. & *Philip.* 14. & *de provinc. Coſs.* Appia. *de bello civil. libr.* 2. Tacit. *libro* 3. Cæſar *de bello civil. lib.* 3. Sveton. *in Tito capite quinto*: poſt occupatam verò Rempublicam, perpetuum principis nomen ex S. C. eſſe cœpit. Sveton. *in Cajo Caeſ. capite* 76. Dion *lib.* 43. poſt coronationem, & ſuſceptas infulas; de quibus *gloſs. clement.* 1. *verb. reges*, & *verb. veſtigiis. de jurejur.* quanquam & ante, poſt electionem tamen; non minus poteſt in imperio, quàm coronatus: unde & nomen idem tum habet, etiamſi à ſe, & ab aliis præſertim externis, rex Romanus, non Imperator, niſi addito epitheto, electus, nominetur, *gloſſ. communiter approbata c. legimus*, 93. *diſtinct.* Ang. dicit communiter ita teneri poſt Bald. *num.* 1. 2. Salic. & DD. *l. bene. C. de quad. præſcript.* Curt. Jun. *conſil.* 1. *n.* 27. quomodo etiam rex vel natus, vel electus ſtatim jus, & poteſtatem habet in vaſallos, & ſubditos ante coronationem. Boſſ. *de princ. numer.* 232.

loſſ. clement. 1. *verb. reges* . *de jurejurand.* Sed & Impp. electis caſtra militum ingredientibus eadem acclamari ſolita, & fauſtis nominibus, acclamationibus, atque ominibus ſalutatos eos eſſe à præſectis, & tribunis, & acclamatum inde à turba ſuffragante, docet exemplnm Gordiani *l.* 1. *C. de veteran. lib.* 12. ubi additur ratio, *veſtra ſalus, noſtra ſalus*.

b Caesar. Ut Auguſti nomen, ita Cæſaris, quod à Julio jure adoptionis aſſumpſerat Auguſtus, Impp. deinceps uſurparunt. Poſtea verò dici cœperunt Cæſares, non qui rerum potirentnr, ſed qui ſuceeſſores Auguſto deſignati eſſent. *l. etſi* 7. *C. de mal. & math.* Sveton. *in Veſpaſian.* Lampr. *in Alex.* Spar. *in Ælio Vero*: qui hodie in Imperio Reges Romanorum, in Gallia Delphini vocantur, in Heb. Repub. Duces. 2. *paral.* 11. 22.

c Flavius. Cognomen gentilitium familiæ Veſpaſiani. Svet. *in ejus vita*. Quod Flavins Claudius XXXII. Rom. Imperator, & ab hoc ortus Conſtantinus, ac ſubſequuti Impp. Græci ſubinde, & Reges Longobardorum poſt uſurparunt.

d Alemanicos, &c. Non eſt conſentaneum in bac Inſtitutionnm brevitate eandem gentem bis poni. Ego Alemanos ex ipſa voce opinor Teutonas eſſe ſuperiores, qui etiam nunc hac lingua utuntur: qua hæc vox omnes viros, ſeu viriles ſignificat. Cæterùm Germanos, eadem conjectura ductus exiſtimo, Saxones, Cimbros, & Rhenanos, Belgas eſſe: quod & Goropius oſtendit. Porrò nomina devictarum gentium in triumpho acclamari Impp. à milite, & populo ſolent, quæ illi poſtmodum in inſcriptionibus literarum uſurpabant. Porrò cum Alemanis, Gothis, Franeis, Germanis, Antis, Alanis, Vandalis, qui Africam oceuparant, belligeraſſe per ſuos Duces Juſtinianum Hiſtoriæ docent.

e Africanus. Cognomen Scipionibus ab Africa devicta tributum, Juſtinianus poſt eandem à Vandalis recuperatam ſibi arrogavit.

f Pios, Felix, &c. Hæ appellationes Auguſtis pro bono omine, inaugurationis tempore acclamabantur, & tribuebantur à S. P. Q. R. quas poſtea ipſi in literarum inſcript. uſurparunt; ut vitæ Impp. & *Novell.* 78. oſtendunt.

g Aoooſtus. Cognomen hoc primùm Octavio eſt impoſitum, authore Dione *lib.* 43. & Svet. in *Octavio Auguſt. ca.* 7. inde ſucceſſoribus uſurpatum: ductum ab augurio, quòd auſpicatò, ac divinitùs eligerentur, eodem & Ovidio teſte: cui eonſonat Feſtus *lib.* 1. deducens ab avium geſtu, vel guſtatu, quod aves paſtæ id ratum feciſſent: quanquam Egeſippo, & Eutropio placet, ab augendo imperio ſumptum eſſe: ſicut & *gloſſ. in proœm. Digeſt.* Auguſtus, quòd augeat, inqnit, Imperium: ut ſic ipſo nomine, velut aliis hìc adjectis *Pius &c.* ſui officii admoneantur, quod vulgaris interpretatio ſequitur: *Zu allen zeiten mehrer des Reichs*. Græci reddiderunt *ōnov*, *σέβαςον*, venerandum, reverendum, homine majorem, divinum: quod & Latinis ſignificat. Nam loca religioſa, auguſta dicuntur. Hinc Ennianum illud:

Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.

Hocque ſenſu cognominatum ita eſſe Octavium, Dion præallegato loco oſtendit, ut prior etymologia, & ſignificatio videatur magis conſentanea.

h Cupidae. Studioſi animum vocat in §. 1. *Inſtr. de juſt. & jur.*

i Leoon. Leges hìc omne jus ſignificant; ut in *l.* 1. 2. 3. 4. *& tot. tit. ff. de legib.* & genus ſignificant, non ſpeciem, ut in ſingulari numero lex, in *§. lex eſt. Inſtr. de jur. nat. gent. & civil.*

k Juventuti. In Digeſtis alloquitur DD. & præſcribit iis rationem docendi, hìc, quod prius eſt, diſcipulos, indicans iis rationem diſcendi; ac juventuti jus à ſe conditum commendat, & inſcribit, ut ſummo & alacri ſtudio diſcat illud, §. *ult. h. t.* ſicut hæc ætas ad id maximè creditur idonea *l.* 1. *C. de his, qui ætat. ſe excuſ. lib.* 10. *l. unic. C. de ſtud. urb. Rom. lib.* 11.

Dividitur in tres partes:
1. De Officio boni *Imperatoris*, *princ. Text.*
2. De Juſtiniano breviter exponitur; ut ille in utroque officio ſe geſſerit §. 2.
3. Cauſa Inſtitutionum.
    - Impulſiva §. 3. 4. & 5.
    - finali. §. *ult.*

Imperatoriam majeſtatem *a* non ſolùm armis decoratam, ſed etiam legibus oportet *b* eſſe armatam *c*: ut utrumque *d* tempus & bellorum, & pacis rectè poſſit gubernari *e*, & princeps Romanus *f*, non ſolùm in hoſtilibus præliis victor exiſtat, ſed etiam per legitimos tramites *g* calumniantium iniquitates expellat *h*: & fiat tàm juris religioſiſſimus *i*, quàm victis hoſtibus triumphator magnificus k.

Digitized by Google

1 *Legislationis tres partes ſecundum Platonem.*

2 *Majeſtas quid, & princeps quis dicatur.*

1 VT Plato † legislationis tres vult eſſe partes, Procemium, Legem, & Sanctionem: ita hujus Conſt. eadem deprehenduntur membra: 1. Procemium, quo ſuum legislationis ſtudium Imperator commendat uſque ad 3. §: 2. Legislatio, uſque ad §. *penult*: 3. Sanctio.

a Majestatem. Majeſtas eſt dignitas, † amplitudo pop. Romani. Cicer. pro *Corne. Balb. &* *de invent. lib* 2. quam à magnitudine Feſtus derivat. Quò alludit Cicero *in part. Orat.* cùm definit eſſe magnitudinem quandam populi Romani in ejus poteſtate, ac jure retinendo. Ea libera Repub., commuoicabatur magiſtratibus, *l. ſi familia.* 9. *de juriſd. l. quod Reipub.* 33. *de injur.* Cic. *pro S. Roſcio*, ut aliud jus populi. *l.* 2. *§. noviſſimè.* 6. *de orig. jur.* Occupata Repub. ut aliud jus populi, lege Regia in Principem translatum eſt. *l.* 1. *de conſtit. princ.* ſic & Majeſtas. *tot. tit. ad l. Jul. majeſt. l. ult. C. de legib.*

b Oportet. Neceſſitas legum, quæ principem, & Rempub. magis, quàm arma muniunt.

c Armatam. γνώμη. Major propoſitio, theſis, ut in *leg. ſi quando.* 35. *in princ. C. de inoff. teſt.* Et ſanè vis ipſa vocis *armatam &c.* oſtendit, principem noo minus legibus, quàm armis neceſſariò armari, tàm ad vindicandum, quàm ad defendendum, *Rom.* 13. Nam apud Græcos ὅπλων δύο γένη φυλακτήρια καὶ ἀμυντήρια.

d Ut Utrumque. Ratio à cauſa finali: de qua plura *Conſt. Cod. de Juſtin. Cod. confir.* Quam etiam hinc orditur *verſic.* 1. 2. 3. quod utrumque in procemio Digeſtorum copulat: quia jura tueri debet *l. ſi quando.* 35. *in princ. C. de inoff. teſtament.* & paterna affectione complecti ſubditos. *l. ſi quis.* 34. *eod. tit.*

e Gubernari. Ab hac theſi ſolemne eſt legislationem ordiri. *l.* 1. *de concept. Digeſt. l.* 1. *C. de vet. jur. enucl.*

f Romanus. Officia boni principis. Imperatores autem Rom. principes, quaſi rerum primos eſſe dictos, Tac. *lib.* 1. oſtendit, facit *c. cupientes* 16. *de elect. in* 6. Dicitur autem in diſciplina noſtra propriè † princeps, non recognoſcens ſuperiorem. DD. *cap.* 1. *quis dicatur dux*, Jacobin. *in inveſt. in princ. verb. princeps*, Chaſſan. *in Conſ. Burg. in princ. verb. eo.* qualis procul dubio eſt Imperator Rom. *l.* 1. *C. de ſum. Trinit. l. bene à Zenone.* 3. *C. de quad. præſcript. l. deprecatio.* 9. *ad l. Rhod. de jact. §. quia igitur. in auth. de fid. inſtrument.* & ubiqoe DD. Felio. *c. cùm non liceat.* 12. *de præſcription.* De quo tamen diſputant Canoniſtæ, *Clem. paſtoral. de ſent. & re judic. c. ſolitæ.* 16. *de major. & obed. c. novit.* 13. *de judic. & noſtri*, *l.* 4. *C. de ſum. Trinit.* Quæ ſuot ita diſtinguenda, nt in politicis neminem recognoſcat ſuperiorem: divinis, & Eccleſiaſticis peræque, ut alii, ſubjiciatur. *diſt.* 9. *&* 10. Quod etiam inſcriptionibus, & titulis ſuis præfatur, *Nos Dei gratia, &c. Von Gottes gnaden*, &c. 2

g Legitimos Tramites. Non via regia, ſic volo, ſic jubeo, &c.

h Expellat. In quo ineſt uterque togatæ militiæ, & civilium armorum uſus, ac finis. Nam hoc & innocentes defenduntur ab injuriis calumniatorum, & hi cum ſua iniquitate exterminantur.

i Religiosissimos. Sic appellat Marcum Imp. Papinianus in *l. unum.* 67. *§. ultim. de legat.* 2. Eſt autem Græciſmus, quaſi dicat, *obſervantiſſimos*.

k Magnificos. Triumphus victoriæ apud Roman. brabium. Vult igitur in ſumma Imperatorem Romanum eſſe: quod Homerus *Iliad.* 3. Agamemnoni Græcorum Imperatori tribuit: unde hic locus videri poteſt deſumptus.

Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.

§. 2. Quorum utramque.

QVorum utramque viam cum ſummis vigiliis, ſummaque providentia *a*, annuente Deo, perfecimus. Et bellicos quidem ſudores noſtros barbaricæ gentes *b* ſub juga noſtra redactæ cognoſcunt: & tàm Africa, quàm aliæ numeroſæ *c* provinciæ, poſt tanta temporum ſpacia *d*, noſtris victoriis, à cœleſti numine præſtitis, iterum ditioni Romanæ, noſtroque additæ imperio, proteſtantur. Omnes verò populi legibus tàm à nobis promulgatis *e*, quàm compoſitis *f*, reguntur. Et cùm ſacratiſſimas conſtitutiones anteà confuſas in luculentam ereximus conſonantiam *g*: tùm noſtram extendimus curam ad immenſa *h* veteris prudentiæ *i* volumina k: & opus deſperatum *l*, quaſi per medium profundum euntes *m*, cœleſti favore jam adimplevimus.

1 *Barbaricæ gentes quæ.*
2 *Iuſtinianei Codicis prioris, quo anno prima facta editio.*
3 *Iuriſprudentiam in certam formam quinam redigere ſint conati.*

Minor, ſeu conſequens, & accommodatio theſis ad hypotheſin: qua, ut uſitatum eſt in exordiis, commendatione ſui officii benevolentiam captat.

a Providentia. Aliàs diligentia: ſed ut paullò antè, & hic digitum intendere videtur ad *d. l. unum.* 67. *§. ult. de leg.* 2. ubi Papinian. Marcum appellat etiam providentiſſimum.

1 *b* Barbaricae Gentes. † Quæ à ſatrapis reguntur, nec in formam provinciæ redactæ, aut planè devictæ ſunt. Nam ſignificantur hac voce ii, qui Rom. imperio non parent, *l. nulli.* 28. *C. de Epiſc. & Cler. l. divus.* 6. *de bon. dam.* Alciat. *l. ſcriniis.* 7. *C. de palat. ſac. larg. lib.* 12.

c Numerosae. Aliàs innumeræ: ſed ſic locuti ſunt Oroſius, Eutropius, & alii σύγχρονοι ſcriptores.

d Temporum Spacia. Annos 95. quibus Vandali Africam tenuerant, *l.* 1. *C. de offic. præfect. præt. Afric.* & 60. quibus Gothi in Italia dominati ſunt.

e A Nobis Promulgatis. In Codice ſcilicet.

f Compositis. In Digeſtis, ut ſequitur: promulgari enim principum conſtit. dicuntur, ut *Codic. de legibus*. Reſponſa I. C. non item. Alii malunt promulgari noſtra, componi aliena.

g Consonantiam. † Intelligit priorem Cod. à ſe compoſitum, cujus prima editio facta eſt anno 529. ſecundo Imperii Juſtin. anno. Et hæc una pars eſt juris civilis, junctis ejus Novell. conſtit. Vide conſt. *Δέδωκεν*. 2

h Immensa. Duo millia. *l. omnem.* 2. *de concept. Digeſt.*

i Veteris Prudentiae. Veterum Juriſconſ.

k Volumina. Altera juris pars.

l Desperatum. † Nam Cic. Cæſar, Ser. Sulpit. & alii innumerabiles inſtituerant juriſprudentiam in certum ejuſmodi corpus contrahere; ſed deſperatione, ut videtur, quadam id perficere deſtiterunt. 3

m Euntes. Metaphoricè, per medias difficultates, & impedimenta: quomodo Afflict. *in proœm. feud.* diſtinguit DD. qui per profundum vadunt, à ſciolis, qui ad littus tantùm ſatagunt.

§. 3. Cumque hoc.

Cumque hoc, Deo propitio, peractum eſt *a*, Triboniano viro magnifico *b*, magiſtro *c*, & exquæſtore *d* ſacri palatii noſtri, nec non Theophilo, & Dorotheo viris illuſtribus, anteceſſoribus *e*, (quorum omnium ſolertiam, & legum ſcientiam, & circa noſtras juſſiones fidem *f* jam ex multis rerum argumentis *g* accepimus) convocatis ſpecialiter mandavimus, ut noſtra auctoritate, noſtriſque ſuaſionibus Inſtitutiones componerent *h*: ut liceat *i* vobis prima legum cunabula, non ab antiquis fabulis k diſcere, ſed ab Imperiali ſplendore appetere *l*; & tàm aures, quàm animi veſtri, nihil inutile *m*, nihil perperam poſitum *n*, ſed quod in ipſis rerum obtinet argumentis *o*, accipiant. Et quod priori tempore vix poſt quadriennium prioribus *p* contingebat, ut tunc conſtitutiones Imperatorias *q* legerent, hoc vos à primordio *r* ingrediamini: digni tanto honore, tantaque reperti felicitate, ut & initium vobis, & finis legum *ſ*, eruditionis, à voce principali procedat.

1 *Exconſules, & exquæſtores qui, item anteceſſores qui dicti.*
2 *Ratio rectè inſtituendi ſtudii juris.*

Secunda hujus conſtit. pars, quæ legiſlationem, & ejus commendationem ab utilitate, & erudita brevitate, aliiſque circumſtantiis ſumptam complectitur. Oſtendit enim, à quibus quanta induſtria, compendio, & ordine, quanto cum ipſorum ſtudioſorũ fructu, & uſu Inſtit. ſint concinnatę.

a Peractum Est. Ut abſolutæ jam eſſent Pandectæ, quamvis necdum editæ.

b Magnifico. Plus eſt, quàm ſi dixiſſet *illuſtri*. Contius.

c Magistro. Officiorum ſcilicet. *l.* 2. *C. de veter. jur. enucl.* puta agentium in rebus, Fabricenſium &c. Vide *C. de offic. mag. offic.* ubi dixi.

d Ex-

1 *d* Exquæstores. † Excoſſ. & exquæſtores dici his temporibos cœperunt, ſeneſceote jam unà cum imperio linguæ Rom. caſtitate, qui olim procoſſ. & proquæſtores: hoc eſt, qui magiſtratu quidem abjiſſent, ejus tamen vice, ac nomine in aliqua Reipob. parte, puta provincia, adminiſtrarent. Cæterùm Quæſtor hìc, principis, ſeu palatii quæſtorem, hoc eſt, ut nunc loquimur, Cancellarium ſignificat. *l.* 1. & *tot. tit. C. de off. quæſt.* Exquæſtor eſt, qui hoc munere ſunctus eſt, vel etiam, qui in muneris aliqua parte hæret adhuc, & eſt ex quæſtorib. ſeu, qui his annomeratur. *l.* 1. *C. de no. Cod. fac. l.* 2. *C. de vet. jur. enucl.*

e Antecessoribus. Hoc eſt, Doctoribus, & Interpretibus, qui docendo jus, joventuti præeunt. Ex Juriſconſ. enim, qui forum ſequebantur, togati: qui ſcholas, anteceſſores oominabantur. *l.* 1. *de concept. Digeſtorum*. Turnebus *lib.* 8. *adverſ. cap.* 19. vult ab honore anteceſſores dici in quolibet doctrinæ genere. Ut apud Tertol. *lib.* 5. contra Marcionem, Anteceſſores Apoſtoli, hoc eſt, principes, primi, primates, reliquis antecedentes. Cæterùm videntur græculi compoſitores imitatione græca didaſcalos ſic vocaſſe, prout ſua lingua à præeundo nominant *καθηγητὰς*, & *ὁδηγὸς* eos, qui à docendo *διδάσκαλοι* perhibentur, à præceptis tradendis (id enim ſignificat præcipere) ſeu à præceptione. Cic. *lib.* 3. *offic.* præceptorès Latinis, ut à monſtrando magiſtri *l. quibus*. 57. *de verb. ſignificat. extra de magiſt.* Alii Codic. habent hìc Anteſeſſores: ſedere enim & quidem ante reliquos, eſt Doctorum proprium.

f Fidem. Tria *προτερήματα* compoſitorum juris; Solertia, Legum ſcieotia, Fides: à quibus velut cauſa efficiente commendationem operi aucupatur. Utinam verò hæc tanta in illis fuiſſent, quanta eſſe oportebat.

g Argumentis. Argumeotum eſt ratio, quæ rei dubiæ facit fidem, Cic. *in Top.* ſeu eſt ratio probationem præſtans, Quint. *lib.* 5. *cap.* 10. quod ideò addo, ut intelligatur, eodem, quo hìc, ſenſu, argumentum in ſubſequente tex. accipiendum eſſe.

h Componerent. Tertia juris civilis pars, Inſtitotiones, poſtremo quidem compoſitæ (ut fit in elementariis, & Iſagogicis libellis, qui ex univerſo doctrinæ corpore contrahuntur, & velot. breviarium, atque epitome, ex magna librorum multitudine contrahi debeot) ſed primo loco diſcendæ.

i Legeat. Finis hujus compoſiti operis.

k Fabulis. Hoc eſt, obſoleto jure: puta frag. Ulp. & Caji Inſt. ut ioterpretatur Theoph. Moris autem fuit Juriſconſ. à prima origine urbis, & legibus Romuli, doctrinam juris ordiri. *l.* 1. *& l.* 2. *de orig. jur.* Am. Marcel. *lib.* 10. qua in antiquitatis repetitione neceſſe fuit multa fabuloſa aſpergi, ob vetuſtarum rerùm ignorationem.

l Appetere. Commendatio à cauſa efficiente.

m Nihil Inutile. Commendatio à cauſa finali, ſeu ab utilitate argumenti, addita antitheſi eorum, & quæ in veterum Inſtit. tradebantur, & quæ in his Juſtinianæis ſunt explicata.

n Perparam Positum. Commendatio à forma, & ordine diſpoſitionis.

o Argumentis. Alii hoc de ipſis facti ſpeciebus accipiendum putaot. Ego eodem propriè ſeoſu (prout verba in dobio ſuot accipienda) quo paullò antè, rerum hìc argumenta poni arbitror: quòd ſcilicet in rerum controverſarum argumentis inducendis, & probationibus faciendis (juris ſcilicet, noo facti, de jure enim hic agitur) uſum, viamque moltiplicem hæ Inſtitutiones ſuppediteot. *l. uni. §. nec in judicio. in ver. niſi ex iiſdem Inſtitutionibus. de confirm. Digeſtor.* Argumentom enim pro probatione rei in jure plerumque capitur, ut paullò antè dixi, *& infr. de emp. & ven. §.* 5. *verb. argumentum emptionis*. Significat etiam materiam ſubjectam: ut videatur de iis, quæ in rebus uſum habeant qootidiaoom, loqui, eaqoe opponere inotilibus veterum commentis, de quibus dixerat, ut *§. ult. inf. de ſatiſda l. ult. C. de jur. dom. impetr.*

p Prioribus. Juris ſtodioſis.

q Imperatorias. Extantes in Cod. Theodoſ. & deinceps in Juſtinianæo.

r A Primordio. Ab ipſis Inſtitutionibus, quæ ſunt Couſtitutio Juſtiniani, *§. penult. h. t.*

ſ Finis Legum. † Nota rationem inſtitueodi rectè juris ſtudii. Ut initiom fiat ab Inſtitutionibus, mediom detur Pandectis, ultimum lectioni Cod. & Novellarum, quæ ſunt velut cenſura, & paralipomena Pandect. In has eoim tres partes corpus Juris Juſtinian. diſtribuit. De qua re plurà in Proœmio Digeſt. in quo vult Juſtinian. ſtudioſos primo anno diſcere Inſtitutiooes juris, & quatuor priores Pandectarum libros, qui *τὰ πρῶτα* vocantur, ac appellari Juſtinianæos novos. Sed in *πρώτοις*, multa difficilia, præſertim in materia pactorum, & tranſactionum occurrunt, & quidem primæ inſtitutioni parùm accommodata: circa quæ noo minos ſit laborandum, quàm ad quamlibet juris partem, vel maximè ſalebroſam. Quare malim primum ſtudiorum annum, ſolis Inſtitutionibus, & iis, quę à me initio hujus operis in Iſagogicis expoſita ſunt, addictum eſſe. 2

§. 4. Igitur poſt.

Igitur poſt libros *a* quinquaginta Digeſtorum, ſeu Pandectarum, in quibus omne jus antiquum collatum eſt, quos per eundem virum excelſum Tribonianum, nec non cæteros viros illuſtres, & facundiſſimos, confecimus, in hos quatuor libros *b* eaſdem inſtitutiones partiri

juſſimus, ut ſint *c* totius legitimæ ſcientiæ prima elementa: in quibus breviter expoſitum eſt *d*, & quod anteà obtinebat *e*, & quod poſteà deſuetudine inumbratum *f* àb Imperiali remedio illuminatum *g* eſt.

1 *Argumentum §.*

2 *De diviſione quatuor librorum Inſtitutionum.*

1 DE † partitione, fine, & materia Inſt.

a LIBROS. Confectos, nondum tamen editos.

2 *b* QUATUOR LIBROS. † Diviſio Inſtit. in quatuor libros, quorum tertium quidam à *tit. de obl.* quartum à *tit. de actionibus* ordiuntur. Quæ diviſio proculdubio concinnior eſt, naturæque rerum congruentior: qualis & illa, qua Pandectæ in ſeptem partes principales diſtribuuntur. Sed quia exemplaria in eam, quæ vulgò habetur, diviſionem conſentiunt, & eandem præ ſe ſert *tit. 1. lib. 4. de oblig. quæ ex deli. naſcun.* nec libri artificiali partitione, ſed æquali materiarum diſtributione artis experte dividi ſolent (quemadmodum in Digeſt. & Cod. factum videmus) ideò non ſatis cauſæ eſt, quare uſitatam hanc partitionem repudiemus. Ac ſanè ſi *lib. Inſtitut.* 2. uſque *ad tit. de oblig.* extendas, facilè apparebit, quanta inæqualitas librorum extitura ſit, quàmque hic præ cæteris juſto major ſit futurus.

c UT SINT. Finis Inſtitutionum. Et ſanè ex proœmiis cauſa finalis cujuſque ſcripti ſolet eliei. Lanfra. *cap. quoniam.* 1. *num.* 2. *de probat.* Socin. *conſ.* 165. *viſis. num.* 7. *vol.* 2. Cacberan. *dec.* 23. *num.* 1. Dec. *conſ.* 683. *in caſu. num.* 7.

d EXPOSITUM EST. Materia inſtit.

e OBTINEBAT. Jus vetus, ut *infr. in tit. de libert. de teſt. de exher. lib. de ſuc. ſubl. &c.*

f INUMBRATUM. Obſoletum.

g ILLUMINATUM. Interpolatum, & in uſum revocatum eſt, cujuſmodi in materia uſucap. ſucceſſ. &c. multa deprehenduntur. Commendat igitur rurſum ab utilitate materiæ Inſtitutionum. Et vel hoc nomine debetur gratia Juſtiniano, quòd veterem Juriſprudentiam Latinam, à translato in Thraciam imperio, Græcorum moribus magna ex parte antiquatam, & obſoletam, eoque paullatim intereuntem, ad vitam, & lucem, uſumque fori revocarit. In magnis & voluiſſe ſat eſt. Vide *Pandect. conſt. 1. 2. 3. 4. l. 1. 2. 3. C. de vet. jur. enucl.*

§. 5. Quas ex omnibus.

QVas ex omnibus antiquorum Inſtitutionibus *a*, & præcipuè ex commentariis Caji noſtri *b* tàm Inſtitutionum, quàm rerum quotidianarum, aliiſque multis commentariis, compoſitas, cùm tres prædicti viri prudentes nobis obtulerunt, & legimus, & recognovimus, & pleniſſimum noſtrarum conſtitutionum robur eis accommodavimus.

1 *Argumentum §.*

2 *Cajus I. C. ſub quo vixerit.*

1 TErtia † pars, Sanctio, qua Inſtitutiones confirmantur, & pro conſtitutione, ac lege Imp. haberi jubentur. *Conſt. 4. pand. §. ſed cum. 12. l. 3. C. de vet. jur. enucl.*

a ANTIQUORUM INSTITUTIONIBUS. Materia ex qua.

b NOSTRI. Benevolentiæ ſignificatio: ac ſic plerunque prædeceſſores, qui noſtræ fuerunt profeſſionis, appellamus: non autem inde ratiocinandum eſt, † Cajum familiariter cum Juſtin. vixiſſe, cùm multis ante ſeculis floruerit ſub Adriano, *l. utrum 7. de reb. dub. uſque ad Marcum, l. pen. ad S. C. Tertyll.* 2

§. 6. Summa itaque.

SVmma itaque ope, & alacri ſtudio *a*, has leges noſtras accipite, & voſmetipſos ſic eruditos oſtendite *b*, ut ſpes vos pulcherrima foveat, toto legitimo opere perfecto, poſſe etiam noſtram Rempublicam *c* in partibus ejus vobis credendis gubernari *d* D. C. P. XI. Kal. Dec. D. IVSTIN. PP. A. III. Coſ.

1 *Argu-*

1 *Argumentum* §.

3 EPilogus † exhortatorios, ut in ſuaſoriis uſitatum eſt, à ſpe, & expectatione præmiorum, ac dignitatis.

a STUDIO. Quod definit Cicer. *de invent.* Boet. *in Top.* Bald. *in l.* 1. §. 1. *n.* 4. *de juſt. & jur. omnes adhuc diſcere poſſunt, & humanæ naturæ congruit proficere, l. legatis.* 63. §. *ornatricibus. de legat.* 3.

b ERUDITOS OSTENDITE. Finis ſtudiorum, & effectus primus theoricus, & ſcholaſticus.

c REMPUB. Finis noſtrorum ſtudiorum alter, nempe politicus, de qoo Ariſt. 1. *Ethic. cap.* 3. circa fin. τὸ τέλος οὐ γνῶσις ἀλλὰ πρᾶξις. Quapropter & Bal. ſtudium noſtrum dividit in theoricum, & practicum, *l. AEmilius. num.* 11. *de minoribus.*

d D. C. P. XI. &c. Hoc eſt, Data Conſtantinopoli XI. Kal. Decem. Domino Juſtiniano perpetuo Auguſto (ut ex Flor. Pao. præfationibus intelligi poteſt) tertiùm Conſule: qui annus eſt Juſtiniani ſeptimus.

DE IUSTITIA ET IURE

Titulus Primus.

DIviditur in tres partes.
1. Definitiones juſtitiæ, & juriſprudentiæ. *Princ. Text.*
2. Species. §. 3. *verſ. hujus ſtudii.*
3. Præcepta. §. 3. *in princ.*

Corollarium de duplici docendi juris ratione { levi, & facili; exquiſita, & difficili. §. 2.

IVſtitia *a* eſt conſtans, & perpetua *b* voluntas *c*, jus ſuum *d* cuique *e* tribuendi *f*. Iuriſprudentia *g* eſt divinarum, atque humanarum rerum *h* notitia *i*, juſti, atque injuſti k ſcientia *l*.

1 *Cur de juſtitia hic agatur.*
2 *Quid hic jus ſignificet.*
3 *Lapſus compoſitorum juris in primo limine.*
4 *De definitione juſtitiæ.*
5 *De definitione juriſprudentiæ.*

1 IUſtitiæ † fit hoc in loco mentio propter jus, de quo agitur, cujus illa finis, atque cauſa eſt, *Novell.* 31. & 163. Nam artifices à ſubjecta materia, & ab objectis primis ordiuntur artis inſtitutionem: grammaticus à literis, arithmeticus à numeris, medicus à phyſiologia, theologus à Dei deſcriptione. Sic juris magiſter à juſtitia, & jure, circa quas res explicandas verſatur. Juris expoſitio rectè à defi-
2 nitione incipit: † in qua ſubjectum juriſprudentia, ſignificat ipſum jus, quod in inſcriptione Tituli
3 ponitur, & hic definitur. † Cæterùm in his initiis non deſunt, quæ ingenia poſſint exercere: ad quæ velut crepundia redeant ii, quæſo, qui ſe jam arcem juriſprudentiæ tenere putant, & iſta velut elementa ex alto deſpiciunt. Hæc enim definitio juris, ſeu juriſprudentiæ, cuilibet juris doctrinæ congruens, latiùs patet, quàm argumentum, & ſubjecta diviſio: quæ ad ſtatum rei duntaxat Romanæ ſpectant, & referuntur: paſſimque in toto hoc tractatu nimis confusè aliàs in abſtracto de jure, aliàs in concreto de jure Rom. diſputatur: modò jura naturæ, gentium, & civilia, per ſe conſideranda proponuntur: modò velut ſpecies quædam diviſionibus juris Rom. intexuntur. Itaque commendent artificium, & methodum, diligentiam, & ſtudium architecti noſtri ſuum, quàmlibet velint, ac poſſint: res ipſa loquitur aliud, & leonina detracta germen Arcadicum nonnunquam oſtendit.

a JUSTITIA. † Tàm univerſalis, quàm particularis: quod quidem ad hoc argumentum attinet. 4
Alciat. *lib.* 1. *parerg. cap.* 31. Alb. Bolog. *de lege, & æquit. cap.* 9. *num.* 9. Nam quamvis omnes virtutes complectatur, non per ſe tamen conſideratus, ſed quatenus ad alium referantur.

b CONSTANS, ET PERPETUA. Juſtus non ab una actione æſtimatur, ſed ab habitu, ideſt, perpetua, & conſtanti voluntate rectè faciendi. Nec enim Cambyſes juſtus eſt ab una actione puniti judicis corrupti, ſed Ariſtides, Cato, Cic. Papin. & in Eccleſia juſtus ille cumprimis. *Eſa.* 45. 8. 51. 5. & 53. 11. 62. 2. *Jerem.* 23. 6. *Mat.* 27. 19. 24. *Luc.* 23. 47. *Actor.* 3. 14. & 7. 52. & 22.

22. 14. quique hunc, quoad poſſunt, imitantur perpetua, & conſtanti voluntate juſti faciendi, etiamſi non ſemper faciant, & operentur. Sic juſtitia non actu, ſed rectiùs ab habitu ſumitur, penditur, & definitur. Cic. *lib.* 1. *de Legib.* conſtans, & perpetua quædam benè vivendi ratio; unde poteſt hæc locutio videri ſumpta. Idem Juſtitiam *lib.* 2. *de inven.* vocat habitum animi: *lib.* 5. *de fini. Heb.* 5. 14. affectionem: Græci ſignificantiùs ἕξιν προαιρετικὴν. *Perpetuum* Bologn. hìc vult ſignificare *continuum*, *tractat. de lege, & æquit. cap.* 9. *nu.* 22. ut *l. via* §. 1. *de ſervit. l. cum hereditas ad Trebell.* ut *in illo Ovidiano Metamor.* 1. *in princip.*

Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

Sigoificat igitur hìc voluntatem minimè ambulatoriam, ut *l.* 4. *de adimend. legat.* ſed obfirmatam, & quæ in habitum tranſierit. Cæterùm Bart. in *l. juſt.* 10. *eod.* non abſurdè ait hanc definitionem accipiendam, prout in hominem cadere poteſt. Et ſanè habitus, non tantùm perfectos habitus, ſed & imperfectos, ſeu diſpoſitiones complectitur. Ariſt. *Ethic.* 7. Verùm enimverò in definitiooibus virtutum, velut in abſtracto perfectum exemplum, ſeu idea proponitur: etiamſi in concreto, & quatenus ioſunt homini, dilutæ, & imperfectæ ſint. Ariſt. *lib. Ethic.* 1. *cap.* 5. *&* 6. In definitionibus integritas, & perfectio quærenda eſt. Itaque rectiſſimè Cicer. *de Orat.* in re, quod optimum ſit, quæritur, io homine dicitur quod eſt. Definitiones virtutum veræ ſunt de idea; ut dilectio eſt impletio legis, eloquentia eſt facultas de rebus omnibus rectè, & ornatè dicendi. Hæ propoſitiones veræ ſunt de idea, & ſpecie: etiamſi in individuo in hac imbecilli natura nullius dilectio, vel eloquentia par ſit huic ideæ; ut traditur io parvis Logicalib. Melanth. *dialect. li.* 4. *fol.* 418. 419.

c Voluntas. Complexa habitum, & actum: Juſtitia enim eſt virtus πρακτικὴ, non θεωρητικὴ.

d Suum. Proprium, vel debitum.

e Cuique. Speciei, & individuo, tàm ſibi, quàm aliis.

f Tribuendi. Virtutes ſunt habitus: & definitiones earum rectiùs ſanè ab interno habitu ſumuntur, qui durabilior eſt; quàm ab actione externa, quæ perpetua (ut habet hæc definitio) non eſt: quæque tantùm eſt habitus effectio, & nota. Sed ut cauſæ cum effectibus, ita habitus cum actionibus ſuis confunduotur. Hoc igitur verbum *Tribuendi*, notans habitum, hìc & in *l. juſtitia.* 10. *eod. in l. bona.* 31. *depoſ.* item à Theoph. hìc, & Cicerone paſſim, enunciatur per participium ſignans actum, nempe *tribuens*.

g Jurisprudentia. ex *l. juſtitia.* 10. *in fi. de juſt. & jur.* † Si talia ſunt ſubjecta, qualia permittuntur eſſe à prædicatis, *gl. ult. verb. prohibemus. c. dudum.* 31. *de decim.* certè juriſprudentia hìc indefinitè quamlibet juris doctrinam ſignificat: cujuſmodi ſubjuncta deſcriptione definitur; idque indicant verba ſequentia, *His ita generaliter cognitis*: ſed & juris præcepta, quæ paullò pòſt ſequuotur, non tantùm juris Romani ſunt, verùm cujuslibet populi. Neque enim jus fuerit, quod non ejuſmodi præceptis conſtet. At quæ ſequitur diviſio publici, & privati juris, propria eſt juris Rom. Rursùm huic ſubjecta ſubdiviſio juris naturalis, gentium, & civilis, extra fines juris Rom. nonnunquam evagatur: ut hìc, ſicut & alibi deeſſe juſtam methodum facilè conjicere liceat: niſi dicamus per excellentiam hæc abſolutè tribui juri Romano, cùm nullius alterius populi jus tam ſit perfectum, nec integram æquè doctrinam, artemque complectatur. Nos porrò, quoad licet, omnia ad jus Rom. cujus cauſa traduntur, referamus: hujus partem, quæ ſequuta eſt leges 12. tabb. mediam juriſprudentiam vocat Imperator §. *media. inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.*

h Divinarum, Atque Humanarum Rerum. Quatenus de jure earum in foro Romano quæritur, aut ad hoc jus, ut principia, & cauſæ pertinent: verba enim ſecundum ſubjectam materiam ſunt accipienda. *l. inſulam. de præſcript. verb. l. ſi olei. C. de locat. DD. l. ſi uno. ff. eod.* Ac ſanè quicquid ſacris monumentis eſt comprebenſum, ad jus pertinet, & alteram juris partem potiùs, quàm ſpeciem conſtituit, nempe jus divinum: quod etiam naturale vocatur *c.* 1. *diſtinct.* 2. Hoc quidem, ut caput, fontem, & animam totius juris juſtitiæ, ac vitæ civilis, qui non rectè didicit, germanam ounquam juriſprudentiam, qualis hìc definitur, addiſcet. Cæterùm nomen juris hoc loco definitum κατ' ἐξοχὴν juri Rom. tribuitur, §. 3. *infr. tit.* 1. Minimè autem quis mirabitur Chriſtianum Imper. requirere in I. C. rerum divinarum notitiam, qui norit, vel Hippocratem illum medicorum principem non alios ad ſcholam ſuam, & jusjurandum admittere, quàm viros pios, & rerum divinarum peritos: quique meminerit catholicæ regulæ divinitùs traditæ: *Timor Domini principium ſapientiæ.*

i Notitia. Quę noo tantùm certarum, ſed etiam incooſtantium propoſitiooum, atque ita etiam opinionum cognitionem, qua jus noſtrum ex parte conſtat, complectitur; & ſic artem notare videtur, hoc eſt, doctrinam juris, ac informationem, quomodo definit Ulp. *l.* 1. *ff. eod.*

k Justi, Atque Injusti. Juſta ſunt, quę congruunt juri naturali, & poſitivo: injuſta, quę cum his pugnant. Ariſt. *lib.* 5. *Ethic.*

l Scientia. Scientia enim juſti, & injuſti, quę velut norma hujus perhibetur, Juriſprudentiæ, eſt ex parte notitia verarum cooclusionum, & certarum, quæ ex principiis naturæ practicis, firmiſſimis utique demonſtrationibus, ſumuntur. Cùm igitur conveoiat illi definitio ſcientiæ, convenit & definitum: quanquam poteſt ἐν πλάτει, ſcientia pro Rom. juris arte, & doctrina hìc ſumi, ut in *l. ſi ſervum.* 91. §. 2. *de verb. obl. l.* 2. §. 18. 20. *de orig. jur.* Etiamſi Juriſc. ſcientiæ nomen, quod ſimulatæ, hoc eſt, inutili, & ſpecietenus philoſophiæ, derogant, ſuæ veræ, quæ uſum in vita habeat maximum, libenter arrogent, *l.* 1. *&* 10. *de juſt. & jur.* Itaque conſentaneum eſt, hanc ipſam definitionem, quæ in ſcholis tribuitur philoſophiæ, ut ſcilicet ſit divinarum, atque humanarum rerum notitia, huic veræ, ut volunt, philoſophiæ, ideſt utili moribus, & communi vitæ, à noſtris accommodatam eſſe. Ariſt. ἡ φιλοσοφία ἐστὶ θείων τε, καὶ ἀνθρωπίνων γνῶσις. Ea eſt ſtudium ſapientiæ,

tiæ, Cic. 2. *Off. & de legib. &* 5. *Tuſcul.* qui hanc definitionem ſapientiæ ſubjicit, *lib.* 2. *Offic.* Sapientia eſt rerum humanarum, & divinarum, cauſarumque, quibus hæ continentur, ſcientia: ut non aliené noſtri, civili ſapientiæ eandem attribuant, *ex l.* 1. *in princip. de juſt. & jur. l.* 2. *de legib.* Vide Alber. Bolognet. *de lege, & æquit. cap.* 9. Hæc ipſa igitur definitio partitur ſimul juriſprudentiam in artem, ſeu notitiam opinionum probabilium, nec omninò certarum, cujuſmodi in hac naturæ caligine multas uſurpare pro certis in rerum divinarum, ac humanarum inquiſitione, ac hinc ducta juris uſitati definitione cogimur: & in ſcientiam juſti, atque injuſti, quæ certior eſt, non extra nos, ut res divinæ, & pleræque humanæ, poſita, ſed intus in mente, ratione, primiſque intelligentiis, innata, dum, quid juſtum, quid contra ſit, intellectus certo rationis diſcrimine, dividit, ac diſcernit ratiocinando, unde ſcientia extruitur, & eſt verior, quàm pars illa prior, ex probabilibus opinionibus, & vitæ accommodis, duntaxat ducta. *l.* 6. *eod.*

§. 2. His igitur.

His igitur generaliter cognitis, & incipientibus nobis exponere jura populi Romani *a*: ita maximè videntur poſſe tradi commodiſſimè, ſi primò levi, ac ſimplici via *b*, poſt deinde diligentiſſima, atque exactiſſima interpretatione *c*, ſingula tradantur. Alioqui *d* ſi ſtatim ab initio rudem adhuc, & infirmum animum ſtudioſi, multitudine, ac varietate rerum oneraverimus, duorum alterum, aut deſertorem ſtudiorum efficiemus, aut cum magno labore ejus, ſæpè etiam cum diffidentia (quæ plerunque juvenes avertit) ſeriùs ad id perducemus, ad quod leviore via ductus, ſine magno labore, & ſine ulla diffidentia, maturiùs perduci potuiſſet.

1 *Argumentum* §.
2 *Ariſtotelis in tradendis artibus, & diſciplinis methodus.*

1 Definitionem † præmiſſam, quia totum deinceps opus explicabit, & verè explicare, & ad eam congruere debet: ideo, quæ ſit illius architectatio, & futura ſeries, præmonſtrat.

a Jura Pop. Rom. Pertinent igitur ſequentes diviſiones ad jus Rom. de quo ſolo tractari hìc diximus: quamvis ex his multa aliis quoque Rebuſpub. congruere poſſint: maximè quæ ſunt ducta ex natura communi, vel hominis propria: quæ & ipſa eſt omnium hominum communis, *l. hos accuſare.* 12. *de accuſ.* Quomodo videmus hoc jus, quaſi commune quoddam gentium, propter æquitatem etiam ab illis obſervari, qui Rom. Imp. non ſubjiciuntur.

b Simplici Via. *ὡς ἐν τύπῳ*, ut ait Ariſtot. Via rationem, & methodum ſignificat, qua velut manuductione ducuntur ſtudioſi ad doctrinarum metam, ut pedetentim progreſſus in his faciant majores, *in fin. verſ. ſeriùs ad id perducemus, ad quod leviore via ductus maturiùs perduci potuiſſet*: ſumpta, ac retenta ſignificatione ex lingua Hebræa omnium matrice, in qua viæ nomen pro certa vitæ, vel doctrinæ ratione, & forma ſolet uſurpari. *Pſalm.* 39. 1. *Act.* 19. 8. *&* 22.

c Interpretatione. Definitiva methodo, qualem hoc populare argumentum patitur, quæque ad primæ inſtitutionis elementa maximè quadrat.

d Alioqui. Ratio inſtitutioni primæ accommodata, & conveniens naturæ. † Itaque & Ariſtot. in quaque doctrina tradenda, à primis principiis vult eam repeti, & ab his ad principiata, à notioribus ad minùs nota, ab univerſalibus ad particularia, à ſimplicibus ad compoſita paullatim fieri progreſſum. Quæ ratio docendi cùm potiſſimùm valeat, & utilis ſit in elementis, meritò præfatur Juſtinianus, ea deinceps in digeſtione harum Inſtitut. ſe uſurum eſſe: in quo locus eſt attentionis, ac docilitatis, & commendatio operis. Vid. *conſt.* 4. *pand.* §. *ſed cum.* 12. *l.* 1. 2. 3. *C. de vet. jur. enucleand.* 2

§. 3. Ju-

§. 3. Iuris præcepta.

IVris præcepta *a* ſunt hæc: honeſtè vivere *b*, alterum non lædere *c*, ſuum cuique tribuere *d*. Hujus ſtudii *e* duæ ſunt poſitiones *f*, publicum, & privatum. Publicum jus eſt, quod ad ſtatum *g* rei Romanæ *h* ſpectat: privatum, quod ad ſingulorum *i* utilitatem. Dicendum eſt igitur de jure privato k, quod tripartitum eſt. Collectum eſt enim ex naturalibus præceptis aut gentium, aut civilibus.

1 *Summa §.*
2 *Iuris præcepta qualia hic intelligantur.*
3 *Honeſtum quomodo hoc loco ſumatur.*
4 *Iuſtitiæ duo ſumma genera, eorumque differentia à primo juris præcepto.*
5 *Ius per ſe unum, ſed quatenus arte comprehenditur, bipartitum.*
6 *Poſitionis vocabulum quid denotet.*
7 *Diviſiones iſtæ, & ſequentes quò pertineant.*

1 DEfinitionem † Juris, ejuſdemque expoſitionem ſubſequitur diviſio duplex: prior ex *l. juſtitia.* 10. *eod.* à fine univerſali, & effectis ſumpta. Nam omnia juris hujus præcepta ad catholicas juſtitiæ normas collimant; nempè ut honeſtè, & ſecundum naturam incorruptè, inculpatèque vivatur, quod eſt naturæ: nemo lædatur, quod eſt potiſſimum rationis humanæ, ac juriſgentium: jus cuique ſuum tribuatur, quod præcipuè ſcitis, & inſtitutis civilibus perficitur: hoc particularis, ſuperiora univerſalis juſtitiæ regula ſunt, & præſcriptio: quam edit, & moderatur philoſophia *πρακτικὴ*, ideſt, *ἠθικὴ*, *οἰκονομικὴ*, *πολιτικὴ*: ad quas tres ſpecies, hæc quoque tria præcepta ordine congruunt, & accommodari poſſunt: quoniam ethice docet honeſtè vivere; œconomica diſciplina neminem lædere præcipit; civilis, jus ſuum cuique tribuendum cenſet, atque monſtrat. Hæc autem præcepta potiſſimùm exhibet, & integrè proponit lex, & jus divinum *c.* 1. 2. *diſtinct.* 1. *Tit.* 2. 12. ut, qui hoc à reliquo jure velut animam à corpore dividunt, cadaver potiùs, quàm verum juris corpus ſtudioſis obtrudere videantur. Eſt enim prima, & præcipua ejus pars jus publicum, quod ſpectat ad ſacra, ſacerdotes, & magiſtratus. De ſacris Chriſtianorum, uno nempè Deo, *Tit.* 1. *C. de ſumm. Trinit.* De vero, & legitimo ejus cultu publico (nam privatus eſt fidei, de quo *tit. priore de ſumm. Trinit. & fid. cathol.*) *tit. ſeq. de SS. Eccleſ.* De miniſtris ſacri cultus ad id peculiariter electis, & vocatis publicè externa vocatione. *C. de Epiſc., & Cler.* Nam ſpiritualiter, & internè omnes Chriſtiani, ſacerdotes, ideſt, cultores Dei privatim ſunt, 1. *Pet.* 1. De magiſtratibus, qui & ipſi miniſtri Dei, cultuſque divini ſunt, *Rom.* 13. *authen. habita. verb. nobis ejus miniſtris. C. Ne fil. pro patre.* Altera diviſio à materia, circa quam, & fine magis populari, particulari, & Reipub. Rom. proprio, ex *l.* 1. §. 1. *eod.*

2 *a* PRÆCEPTA. † Prima, architectonica, catholica, & univerſalia principia juris, natura nota, præceptaque · ex quibus reliqua omnia gignuntur, ac fluunt, & quò rurſum referuntur, ac abeunt, & quibus etiam concluduntur, ac continentur: quæ ſunt regulæ, & normæ juſtitiæ. Quam rationem omnium cauſarum juris obtinere, & explere, alibi diximus, ex *Nov.* 163. *No.* 30. 69. Quibus ſimilia notat Albert. Bologn. *de leg. jur. & æquit. cap.* 7. *num.* 1. & 2. Præcepta autem ejuſmodi etiam officium, & effecta Juriſprudentiæ complectuntur. Nam officia, & actiones præceptis traduntur. Cicero *lib.* 1. *Offic.* Hæc igitur præceptorum juris diſtributio ita ad diviſionem pertinet, ut etiam effectum, & officium ejuſdem oſtendat, & ſunt regulæ, ac normæ totius Juriſprudentiæ, quibus metimur, & examinamus, quid jus, quid injuria ſit: nam, quæ his congruunt, jus ſunt; quæ ab his diſcrepant, non item.

b HONESTE VIVERE. Pertinet hoc ad univerſalem juſtitiam, & privatim vitam humanam, civilem ſcilicet, abſolvit, adque juſtitiæ normam accommodat. † Quanquam autem honeſtum aliàs univerſum virtutum chorum, totumque diſcrimen honeſtorum, atque turpium complectitur; 3
tamen in hac diviſione pro juſtitia, ſeu virtute abſoluta, non relativa ponitur: cæteroquin & præcepta ea, quæ ſequuntur, ut diverſa contineret. Hoc ad jus naturæ referri poteſt, ut pudor, reverentia, honeſtas ipſa, *l. adoptivus.* 14. *l. ſemper.* 42. *l. ult. de ritu nup. l. ſemper.* 158. *de reg. jur.* §. *ſi uxor.* 9. *inf. de nup.*

c ALTERUM NON LÆDERE. Abſtinere injuriis: nemini nocere, ut quiſque ſuo contentus alieno abſtineat *l. ſi irruptione.* 8. *fin. regund. l.* 4. *C. eod. l. non debet. de reg. jur.* quod eſt juriſgentium, hoc eſt, humanæ naturæ, & rationis proprium naturalis, humanæ ſcilicet. *l. jure naturæ.* 206. *de reg. jur.* ex ratiocinatione ſocietatis, & commodorum vitæ humanæ ductum, *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *eodem*: quam alteram velut juſtitiæ partem, & functionem facit Cicero *lib.* 1. *Officiorum.* Cæterùm prodeſſe aliis hìc omittitur. Nam magis eſt juris divini, quàm humani civilis. *leg.* 2. §. *item.* 4. *verſ.*

4. *verſ. Nam hac actione neminem cogi poſſe , ut vicino proſit , ſed ne noceat , aut interpellet facientem , quod jure facere poſſit , de aq. plu. arcend.* Quia tamen jus civile ex divino eſt interpretandum, putetur & hoc generali huic præcepto ineſſe, ut quiſque ſit in hoc intentus , quo alii nou tantùm non noceat, verùm etiam ut proſit. *l. 3. ubi gloſſ. ult. de ſer. exportand.*

d Suum Cuique Tribuere. Ut injuſtitiæ duo genera ponit Cicero *libr. 1. Offic.* primum , alteri nocere ; ſecundum , alterum deſerere : ita
4 juſtitiæ contrà, † ſeu juris , quod illius velut executor eſt , hæc duo ſumma ſunt officia (contrariurum enim eadem eſt doctrina) primum , non nocere alteri : deinde tribuere cuique , quod ſecundum ratiouem tribuendum eſt. Hæc duo præcepta relativa ſunt , & extra ſe agunt, adque particularem magis juſtitiam pertinent : illud ſuperius ad univerſalem : hæc in πολιτείᾳ vitam huminis externam, quo ad alios: illud privatam potiùs moderatur , & ad finem juſtitiæ deducit : hæc bonum civem efficiunt, illud bonum virum. Cæterùm quod in civili demùm vita ſuum cuique tribuatur , poteſt hoc præceptum referri ad civile inſtitutum : ut pro triplici juris differeutia , primum perhibeatur naturæ, alterum ratiocinatiunis, ſeu jurisgentium , tertium inſtituti civilis. De his præceptiunibus catholicis vide etiam Alb. Bolog. *de leg. jur. & æquit. cap. 8. n. 5. 6. cap. 23. n. 1.*

5 *e* Hujus Studii. † Ut ratiu, ita jus, quod eſt rationis, per ſe unum & ſemper æquum , & bonum eſt, *l. 9. l. penult. ff. eod.* Sed de hoc non hìc agimus , verùm de jure , quod arte quadam cumpoſitum ex illu naturali , & velut de principiu iſtiuſmodi, tanquam ſundamento , exædificatnm eſt : hoc eſt, de jure Roman. quod uec per omnia recedit à natura , nec in umnibus ei conſurme eſt , *l. 6. ff. eodem* . Eſt enim prudentium inventum, *l. 1. de legibus*. eaque re , ut reliquæ ſcieutiæ , quamvis ex principiis naturalibus ductæ , diſcitur , ac docetur . Quamobrem etiam ſtudii potius, quàm juris poſitiunes appellat.

6 *f* Positiones. † Vocabulum ſorenſe denotans cujuſque rei partes , articulus , membra , ſpecies. *c. 1. de confeſſ. in 6.* Significat autem , in hoc ſtudio , duo ſumma juris objecta , tanquam genera propoui, ad quæ , tota ejus methodus, & tractatio accummodatur.

g Statum. Qui in ſacris, ſacerdutibus , magiſtratibus conſiſtit , *l. 1. verſ. publicum . eodem c. penult. diſt. 1.* Quare ſacrum jus, quod à publico Fabius diſtiuguit, *lib. 2. cap. 4.* rectè hoc comprehendere poteſt: item quæcunque ad magiſtratus pertinent : ut leges , edicta, *l. ſi quis id quod. 7. de juriſdict.* judicia, *l. qui dolo. 10. ad L. Jul. de vi publ.* dignitates, *l. 6. de Sena.* munera publica civilia, *de quib. l. 2. de reg. jur.* res ſanctæ, *l. 2. 3. ne quid in loc. ſac. §. ſancta. infr. de rer. diviſ. l. ult. l. ſanctum. 8. eod. tit. D.* regales , *l. comperit. 6. C. de præſcript. 30. anno. l. præſcriptio. 45. de uſucap.* pœnæ , *tot. tit. de publ. jud.* Eodem referri , ſecundum quid , poſſunt religioſæ , *l. ſunt. 43. de relig. & ſumpt. fun. l. ult. de mort. inferen.* communes , *de quibus §. 2. infr. de rer. diviſ.* publicæ, *de quibus §. publica. §. flumina. infr. eod. tit.* univerſitatis , *de quibus ibidem §. univerſitatis*. ut viæ publicæ, *l. 2. 3. de locis, & itineribus publ.* cauſæ ſtatus ,& libertatis, *l. ſi quis. 53 de fideicom. liber.* Dec. *l. quoties. 20. n. 4. de reg. jur.* Denique , ut uuu verbo concludam , publicum jus ad primam Decalogi tabulam referri poteſt ; quæ principium , anima , fundamentum umnis juris eſt : privatum ad tabulam ſecundam.

h Rei Romanae. Evidentiſſimè hinc liquet, haſce diviſiunes referri non ad jus in genere ſumptum , ſed ad Rumanum , quod ſtatum Reip. Romanæ publicum , privatumque complectatur, & gubernet. Talia enim ſunt ſubjecta , qualia permittuntur eſſe à prædicatis. Prædicatur autem hìc de jure iſtu , quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat. Quare uec altera diviſionis ſpecies , privatum nimirum jus , alio ſenſu capi poteſt. Subjectum igitur harum definitiunum , diviſiouum , denique totius uperis , omniumque librorum noſtrorum , uun eſt jus univerſale , natnræ , gentium , aut cujuſvis populi , ſed Roman. Falsò itaque creditur ſequens diviſio patore latiùs , & jus Romanum illius ſpeciem eſſe: cùm hoc potiùs primò dividatur in publicum , & privatum , deinceps à cauſa iſtud efficiente ſubdividatur in naturale , geutium, & civile: alioqui conſequeretur abſurdiſſimum, aliam & qnidem lungè patentiorem eſſe ſubdiviſionem, quàm ſuerit diviſiu , cujus altera hìc ſpecies ſubdividatur.

i Singulorum. Civium videlicet Rumanorum: ut unius diviſiunis utraque ſpecies ad unum genus , & objectum, ut par eſt, referatur.

k Privato. Nam publicum ad ſacra , ſacerdotes, magiſtratus politiæ Roman. adhuc paganiſmo demerſæ ſpectans, quod extabat in libris Juriſc. unde Inſtitution. deſumptæ ſunt, jam ſub Imperatoribus Chriſtianis obſoleverat : ut illud diſcere incipientibus proponi , nou eſſet opus ; nec elementis, formæque à Principe in proœmiu ſuprà præſcriptæ cuuveniens : at ex Conſt. Impp. Chriſtianorum præcipuè ex ſacris Bibliorum libris Catecheſis juris hujus publici proponi hìc poterat , & debebat.

l Aut civilibus. Diviſio à cauſa efficiente, & primis hujuſce juris principiis ſumpta : quanquam hìc non tàm jus dividere , quàm privati juris Rum. principia indicare, & ſecernere videtur : ut verb. *Collectum eſt* , oſtendit . De jure publico, quod ad ſtatum rei Rum. ſpectat, idem dici nequit : cullectum eſt enim ex ſulis inſtitutis, upportunitatibuſque civilibus. Cieeru *pro leg. Manil. & in Topic.* & ad ſupremam accummodatum legem : Salus Populi Suprema Lex Esto. Cic. *lib. 2. de Legib.* Quo in genere nulli fit injuria, etiamſi à natura recedatur. *l. 6. eod.* cùm de jure uullius , ſed publico agatur. At privatum privatas ſingulurum civium Rom. res attingit , & moderatur : æquabile igitur , & juſtum eſſe debet : alioqui non jus , ſed injuria ſuerit. Hujuſmodi autem ut eſſet , arceſſendum ſuit ex præceptionibus , & regulis partim naturæ , partim geutium , partim inſtitutis huneſtis, cùm populi Roman. tùm aliarum benè conſtitutarum Rerumpublic. Nec verò jus omne naturæ , gentium, aut quorumlibet populorum, huc pertinere

tinere putetur : alioqui ſerobes tranſilimus : ſed quatenus civitate Roman. donatum, librifque noſtris comprehenſum eſt, ut cauſa, genus, pars, ſpecies joris Rom. quo de ſolo hìc agi diximus: & quòd extra genus hìc ſummum ſubjectæ ſpecies extendi aliò nec poſſunt, nec debent.

DE IVRE NATVRALI, GENTIVM, ET CIVILI,

Titulus Secundus.

SVMMARIA TITVLI EXPLICATIO.

FOntes juris privati Rom. modò indicati jam aperiuntur latiùs. Declaratur enim hìc primò, quid ſit jus naturæ, in §. 1. ſecundò, quid jus gentium, quid civile, & quomodo inter ſe diſcernantur, in §. 2. 3. & 4. tertiò, quæ ſint partes, & ſpecies juris civilis. Ex quibus tribus jus omne Romanum compoſitum eſt : quod cauſam habet partim ex communi natura, partim ex ratione, uſuque hominum, partim ex ratiocinatione, uſu, & opportunitate civili. Nam harum ſemper aliqua, aut plures, ſunt τὸ ἴδιον juris Roman. privati : quod ea propter eſt æquabiliſſimum.

DIVISIO TITVLI.

De Iure.

Naturali.	{	definitio, & effectus. *princ. Tit.*, *ſive* §. 1.
Gentium.	{	definitio *§. 2. verſ. quod verò.* diviſio, & effectus §. 4.
Civili.	{	definitio §. 2. diviſio cum ſpeciebus utriuſque poſitionis §. 5. 6. 7. 8. 9. 10. effectus §. 11.
Corollarium §. *ult.*		

IVs *a* naturale eſt *b*, quod natura omnia animalia docuit *c*. Nam jus iſtud non humani generis proprium eſt *d*, ſed omnium animalium, quæ in cœlo *e*, quæ in terra, quæ in mari naſcuntur. Hinc deſcendit *f* maris, atque fœminæ conjunctio *g*, quam nos *h* Matrimonium *i* appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus enim cætera quoque animalia iſtius juris peritia k cenſeri.

1 *Ius naturale quatenus jus dicatur.*
2 *Iuris naturalis principia duo.*
3 *Matrimonium cujus juris.*

a IUs. In naturali omnium animantium inclinatione poſitum, & natum: † quod ratione cauſæ jus dicitur : quia hinc jus hominibus præſcribitur: & ab hoc veluti fonte, bona jurisprudentiæ Romanæ pars derivatur: quæ quatenus in natura iſta conſiſtit, jus naturale eſt, denominatione à prima, & principaliore, ſeu digniore ſui parte ſumpta, ex nota. *in l. 2. de verb. oblig. ubi* Jaſ. *& in l. 3. de juriſd.* Felin. *in Rub. de off. de leg.* Tiraquel. *de retr. lig. §. 30. gl. 1. n. 2.*

b NATURALE EST. Subintellige genus, jus ſcilicet.

c DOCUIT. Definitio à cauſa efficiente, adjecta ejoſdem ratione, & expoſitione. Docet autem non præmonſtratione rationis, ſed inſtinctu appetitus, qui in hominibus deinceps, quorum jus propriè eſt, ratione juris gubernatur : breviùs *c. 2. diſtinct. 1.* Jus quod natura conſtat: ſanctiùs *c. 1. diſtinct. 1.* Jus naturale eſt, quod in lege, & Evangelio continetur.

d Pro-

d PROPRIUM. Quarto modo.

e COELO. Hoc eſt, aere, ut aves, *l.* 1. *§. pen. ff de juſt. & jur.*

f HINC DESCENDIT. In *§. ult. ſup. tit.* 1. dixit, jus ex his præceptis collectum eſſe: hìc ait, juris ſcilicet Romani quoſdam articulos hinc deſcendere. Potiùs igitur principia juris, quàm ipſum jus, quod ſolius eſt hominis, in hæc genera
2 diſtribuere videtur. † Nam hoc omne abſolutè aut naturale, aut poſitivum eſt, *§. pen. hoc tit. l.* 6. 9. *l. pen. ff. de juſt. & jur.* Jus verò Rom. tantummodò unum eſt, uniuſque Reip. At principia naturæ, unde hoc derivatur, duo ſunt diverſa: quoddam enim jus Romanum ex natura, ſeu inclinatione naturali omnium animantium communi: quoddam ex natura humana, ſeu ex ratione, quæ hominis eſt propria, deducitur. Itaque temerè iſta culpatur diviſio: quando in hæc genera non jus ipſum abſolutè, aut jus Romanum, ſed hujus juris principia diſtribuantur, aut ſaltem relativè, & reſpectu principiorum hæc diviſio ponatur: quæ nihil aliud docet, quàm jus Romanum à ſua cauſa, principioque vocari vel naturale, cùm ſcilicet principiis naturæ communis conſtat; vel juris gentium, quando de ratione, aut uſurpatione omnium gentium ſumptum eſt; vel civile, quoties ex diſciplina, & ratiocinatione aliqua, civili præcipuè (nam à principaliori hìc fit denominatio) ortum habet. Etenim quæ beſtiæ naturali concitatione; ea homines ex eodem ſenſu, ac affectione, cum moderatione tamen rationis ſi faciant, jure naturæ faciunt. Quæ bruta non faciunt, ſed ſola ratione hominis propria, non affectione communis naturæ omnes homines faciunt, fierique oportere intelligunt, hoc fit jure gentium. Quæ non omnes homines, ſed quidam in unam communitatem congregati pro jure faciunt, & habent, jus civile ſunt. Eademque ratione etiam apud Romanos idem obtinet.

g CONJUNCTIO. Quæ raro, immutabilique ordine eſt in omni animantium genere. Ideo & Paulus vocat *φυσικὴν χρῆσιν*, maris, & fœminæ, Roman. 1. 16.

h NOS. Romani in jure noſtro civili, ductum, admonitumque naturæ communis noſtris legibus inſequentes. Et hinc vides, jus Roman. civile dici, & eſſe naturale, quando in natura fundatum eſt.

i MATRIMONIUM. Nomen juris civilis, ſicut mater familias. Cic. *in Top.* eoque non eſſe hoc juris naturæ ſolius, ſed ex illo ortum ducere putandum eſt. Nam conjunctio naturalis promiſcua eſt, nec perpetua: matrimonium perpetua unius tantùm maris, ac fœminæ ſocietas certis legibus ordinata. Idem de liberorum procreatione, & educatione judicandum eſt: ut ſcilicet principium ortus ſui, & *τὸ εἶναι* à communi naturæ inclinatione habeant: formam verò, & juris ordinem (cæteroqui jus non eſſent) à ratione, vel juris gentium, vel civili. † Ergo reſpectu ortus, cenſentur hæc 3
juris naturæ: ratione formæ, & effectus, partim juris gentium, partim civilis. Eòdem referatur (quanquam & ad jus gentium, ob rationem moderationis homini propriam, referri poteſt) defenſio, *l.* 3. *de juſt. & jur.* quodque lege naturæ extra nuptias, partus ventrem, ideſt, matrem (ut videre licet etiam in animantibus) ſequatur: *l. cum legitimæ.* 19. *l. lex naturæ.* 24. *de ſtatu hom.* libertas naturalis, *l. ſi quod.* 64. *verb. libertas naturali jure continetur. de condict. indeb. §. feræ.* 10. *infr. de rer. diviſ.* facultas, *§.* 1. *infr. de jur. perſon. l.* 4 *de ſtat. hom. l. item.* 17. *§. principaliter.* 4. *de recept. arbit. l. viam.* 2. *de via public.* Communio rerum, communitas vitæ, *§.* 1. 2. *infr. de rer. diviſ. c. jus. diſt.* 1. æqualitas, *l. hos accuſare.* 12. *§. ultim. de accuſat.* item quòd inferiora ſerviunt ſuperioribus, *l.* 1. *§ ult. de aq. plu. arcen.*

k PERITIA. Cujac. *perita*: ſcilicet non intellectu. Nam nec jus, nec injuriam intelligunt, aut diſcriminare norunt. *l.* 1. *ſi quadr. paup.* ſed affectu, ſenſu, & inclinatione naturali hujuſmodi percipiunt, intelligunt quodammodo, & pro norma vitæ ſequuntur. Sunt igitur perita hactenus pro modo ſuæ naturæ, hujus, quam tractamus, juriſprudentiæ, quæ de bonis, & malis, honeſtis, turpibuſque, utili, atque inutili conſultat, eademque diſcernit: illa quidem, ut ſibi naturalia amplectuntur; hæc fugiunt, atque reformidant, ut noxia, naturæque minimè conſentanea. Quam propter *δύναμιν προνοητικὴν*, & pervidendi, perſpiciendiq; iſta vim, etiam bruta cenſentur prudentia quodammodo: & conſequenter hujus etiam juriſprudentiæ, quatenus in communi natura cauſam habeat, participantia. Huc pertinent, quæ veniunt ex inſtinctu naturali; ut obligatio ad *ἀντίδωρα*, Dec. *l. cum amplius.* 84. *§.* 1. *num.* 3. *de reg. jur.* At cùm opponitur juri civili, & ſic ad hominem refertur, non diſtinguitur jus naturale à gentium, ut *§. ſeq. l. omnes. l. pen. de juſt. & jur.* ſed tantùm cùm in ſe diſtribuitur, & à cauſis diſcriminatur.

§. 2. Ius autem.

IUs autem civile à jure gentium ita diſtinguitur. Omnes populi *a*, qui legibus, & moribus *b* reguntur, partim pro ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur. Nam quod quiſque populus ipſe ſibi jus conſtituit *c*, id ipſius proprium civitatis eſt: vocaturque jus civile, quaſi jus proprium ipſius civitatis. Quod verò naturalis ratio *d*, inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peræquè

cuſtoditur, vocaturque jus gentium, quaſi quo jure omnes gentes utantur. Et populus itaque Romanus *e*, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure utitur. Quæ ſingula qualia ſint, ſuis locis proponemus.

1 *Differentia juris civilis, & gentium.*

2 *Ius gentium propriè quod.*

DIſtinctio, & differentia juris gentium, & civilis, ſumpta ex *l. omnes 9. ff. de juſt. & jur.* Civile autem hìc pro cauſa, & parte juris Romani ponitur: quod tum civile dicitur, cùm non à natura, hoc eſt, appetitione animantium communi, nec ab hominis propria, hoc eſt, ratione, ſed inſtituto civili, aut Rom. aut alterius civitatis ortum, & τὸ διότι mutuatur, & in forum, juſque Romanum inde receptum eſt. Ut ergo expediam uno verbo: τὸ ὅτι unum hìc eſt, nempe jus privatum Romanum: τὸ διότι triplex, naturale, gentium, civile: in quas velut tres ſpecies, jus privatum Romanum reſpectu cauſæ deducitur.

a Omnes Populi. Loquitur enim de jure humano ſecunda diviſio juris, nempe humani in naturale, ſeu gentium, & poſitivum, in qua parte non diſtinguitur naturale à jure gentium. *gloſs. in princ. & habet Caſtrenſ. in num. 2. l. 1. de pact.* Sic jus, & natura junguntur, *l. ſi is. 14. de interrogat. act.* quod jus naturale ratione inductum, & à gentibus conſtitutum, primævum dicitur; ſicut eſt ſecundarium, quod contra naturam, Dec. *l. cum amplius. 84. §. 1. num. 4. de reg. jur.*

b Legibus, Et Moribus. Hoc eſt, jure aliquo populari, cujus ſpecies ſunt leges, & mores. *§. conſtat. 3. infr. eod.*

1 *c* Constituit. † Prima differentia à cauſa efficiente: jus gentium naturalis ratio, jus civile populus quiſque conſtituit. Altera ab effectu, & uſu: jus civile certo populo conſtituitur, & in uſu eſt; jus gentium omnes homines obligat, & ab omnibus, qui recta utuntur ratione, uſurpatur. Itaque duæ ſunt notæ juris gentium. I. quòd naturali, hoc eſt, ex communi, & nota omnibus hominibus ratione recta ſit inter omnes conſtitutum. II. quòd eadem ratione monſtrante, & præcipiente ab omnibus obſervetur. Sic *Geneſ. 19. verſ. 31.* definitur eſſe mos univerſæ terræ.

d Naturalis Ratio. † Iſtud propriè jus 2
eſt homini naturale: itaque in toto jure extra hujus diviſionis terminos appellatur: *l. 1. in princip. ubi* Caſt. *de pact. §. ſingulor. infr. de rer. diviſ.* quia eſt naturalis ratio, quæ ſoli homini innata, & propria eſt, ideoque ab omnibus ex ipſa ratione colitur, & ſervatur. Hoc modo non loquitur Juſtinianus de ſuperiore jure, quod ex inclinatione naturali exiſtit, ſed oſtendit illud fontem potiùs, & cauſam eſſe juris, quàm jus ipſum.

e Romanos. Quod reliquis populis, idem & Rom. in uſurpatione juris uſuvenire declarat: ut aut utatur jure communi omnium hominum, hoc eſt, naturali, tàm inclinationis, quàm rationis, aut jure ſuo proprio civili. Itaque non fuerit ineptum, quoties in abſtracto de jure quæritur, retinere diviſionem juris in ſcholis uſitatam, & tribuere illud in naturale, & poſitivum: naturale verò rurſum diſtribuere in jus naturæ communis, & jus rationis, ac communis uſurpationis. Cæterùm hìc, ut dixi, tantùm de jure Rom. privato agitur: quod nõ incõmodè ad tria cap. de quib. hìc, revocatur.

§. 3. Sed jus.

SEd jus quidem civile ex unaquaque civitate appellatur, veluti Athenienſium. Nam ſi quis velit Solonis, vel Draconis leges appellare jus civile Athenienſium, non erraverit: ſic enim & jus, quo Romanus populus utitur *a*, jus civile Romanorum appellamus: vel jus Quiritum *b*, quo Quirites utuntur. Romani enim à Quirino *c* Quirites appellantur. Sed quoties non addimus nomen, cujus ſit civitatis, noſtrum jus *d* ſignificamus. Sicuti, cùm poetam dicimus, nec addimus nomen, ſubauditur *e* apud Græcos, egregius Homerus, apud nos *f* Virgilius.

POſt definitionem rei, ſequitur definitio nominis, quid ſcilicet deſignetur appellatione juris civilis.

a Utitur. Quoad nomen, & uſum in genere jus Rom. dicitur, quo pop. Rom. utitur: & proinde etiam jus naturale, vel gentium in civitate Roman. frequentatum, hac ratione Rom. eſt. Cæterùm civile Romanorum jus, eſt quidem Romanum, ſed non ſolum: utpote cùm ſit hujus juris ſpecies, cauſa, & origine à reliquis,

quis, puta naturali, & gentium jure diſtincta.

b Jus Quiritum. Quod videtur fuiſſe jus magis peculiare populi Rom. *l.* 1. *§.* 1. *de rei vindic.* § 1. *infr. de patr. poteſt.* Attamen *in c. ult. diſtinct.* 1. ut hìc, omne jus Romanum complectitur. Nam mox *diſtinct.* 2. *in princip.* ſubdividitur jus Quiritum in legem S. C. conſtitutiones, & ſpecies hìc ſubjectas.

c Quirino. Romulo. Dionyſ. *lib.* 2. Ovid. *lib.* 2. *Faſt.*

Proxima lux vacua eſt, at tertia dicta Quirino:
Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit.
Sive quòd haſta quiris priſcis eſt dicta Latinis, &c.

d Nostrum Jus. Noſtræ urbis Romæ, præſertim in diſciplina juris, in qua ſolùm jus hoc explicatur: in foro verò, & contractibus noſtræ civitatis, hoc eſt, ubi quiſque agit, vel contrahit, jura municipalia, hac indefinita locutione exaudiuntur, Jaſ. *in l. omnes. num.* 20. *de juſt. & jur.* & latè *l.* 2. *num.* 18. *cum multis ſequent. C. ſi contra jus, vel utilit. publ.* Panor. *in rubr. de conſue. nu.* 2. Bal. & Alex. *in l. conſtitutionis. C. de bon. quæ lib.* Mara. *diſp.* 2. *nu.* 18. Et hoc ipſo ſanè loco non tàm veteris Romæ jus, quàm novæ, hoc eſt, Conſtantinopolis, quò ſedes imperii translata jam erat, vult Imperator ſubintelligi. *§. ult. inf. de ſatiſda.*

e Subauditur. Per excellentiam, κατ' ἐξοχὴν. Cic. *in Top.* ut Homerus propter excellentiam, commune poetarum nomen effecit apud Græcos ſuum.

f Apud Nos. Romanos, Latinos, quos Græcis opponit: cùm tamen tum temporis politia Roman. Græca facta eſſet, & Imperatoris aula, publicaque tribunalia, Græco idiomate uterentur. Videtur ergo hoc totum ex libro veteris alicujus Juriſc. Rom. ac fortaſſis Caji inſtit. eſſe deſumptum. Nam, quæ nunc circumferuntur Caji nomine inſtitutiones, tantùm eſſe collectanea, Gothicis temporibus malè conſarcinata, ſummaſque rerum inde deſumptas, lectio ipſa coarguit.

§. 4. Ius autem.

IVs autem gentium omni humano generi commune eſt *a*. Nam *b* uſu exigente, & humanis neceſſitatibus *c*, gentes humanæ jura quædam ſibi conſtituerunt. Bella etenim orta ſunt, & captivitates ſecutæ, & ſervitutes *d*, quæ ſunt naturali juri *e* contrariæ *f*. Iure enim naturali omnes homines ab initio liberi naſcebantur *g*. Et ex hoc jure gentium omnes penè *h* contractus *i* introducti ſunt: ut Emptio, & Venditio k, Locatio *l*, Conductio, Societas, Depoſitum *m*, Mutuum *n*, & alii innumerabiles.

1 *Notitia mentis humanæ duplex.*

2 *Cauſa juriſgentium προκαταρκτικαί.*

ABſoluta definitione nominis, & rei, ſubjicit diviſiones: ac primùm jus gentium in exempla diſtribuit: potuiſſet autem commodiùs dividere illud, in jus rationis, & jus ratiocinationis, & utriuſque dein-
1 ceps exempla ſubjicere. † Nam ut duplex eſt notitia mentis humanæ, alia ſimplex, alia compoſita; ſic duplex inde jus exiſtit: quorum alterum innatum eſt rationi, & abſque magiſtro cognitum habetur: ut diſcrimen honeſtorum, & turpium, religio, *l.* 2. *de juſt. & jur. c.* 1. 2. *diſtinct.* 1. vitæ ſocietas, *l.* 5. *de juſt. & jur.* dignitas, *c. de famulis.* 3. *de ſer. non ordin.* Tiraq. *de nobil. cap.* 14. *num.* 4 reverentia cognati ſanguinis, *l ult. de ritu nup.* pudor, *l. adoptivus* 14. *l. ſemper* 42. *de rit. nupt. §. ſi uxor.* 9. *infr. de nupt. l. ſemper* 158. *de reg. jur.* lex talionis, *l.* 1. *quod quiſq. jur. c.* 1. *diſtinct.* 1. alterum verò componitur ex primo, de plurium propoſitionum collatione, & concluſione: ac pro neceſſitatibus, uſuque vitæ humanæ, ratiocinando invenitur, aut ſaltem expromitur, deducitur, explicatur, & ad omnes vitæ humanæ partes, atque uſus accommodatur. *l.* 4. 5. *de juſt. & jur.* & ob evidentem utilitatem ab omnibus gentibus uſurpatur. *l. penult. eod. tit.* Sic *in l. bona fides. depoſit.* jus alterum in æquitate ſcilicet naturali, alterum in utilitate ſcilicet civili, & rationibus collocatur.

a Commune Est. Uſus hujus juris, & effectus.

b Nam. Origo juriſgentium.

c Necessitatibus † Duæ cauſæ hujus ju- 2
ris προκαταρκτικαί: 1. neceſſitas vitæ. 2. utilitas: ex quo apparet, hìc agi non de jure rationis, ſed ratiocinationis: id quod exempla ſubjecta declarant.

d Et Servitutes. *l.* 4. *de Juſtit. & jur.* ac conſequenter dominationes. *l. ſi quod.* 64. *ver. dominatio ex jur. gent. introd. eſt. de condict. indeb.*

e Naturali juri. Hoc eſt, libertati: &

Digitized by Google

hinc apparet, libertatem juris eſſe. *l. ſi quod.* 64. *de cond. indeb.* Etſi enim facultas eſt quædam, tamen juribus eſt ordinata: quo reſpectu ſicut poſſeſſio, defenſio, & ſimilia facta juris eſſe perhibetur.

f CONTRARIAE. Sumpta ſunt hæc ex *l.* 4. & 5. *ff. de juſt. & jur.* & accipienda ſunt non de facto tantùm, ſed etiam de jure: ſicut contractus, pacti, poſſeſſionis, &c. nomine, non tantùm ipſum, ut paulò antè poſui, factum, ſed jus quoque, quod inde exiſtit, complectimur. Bella igitur, & inde jura bellorum, item captivitates, & ſervitutes, earumque jura, hinc orta eſſe interpretandum eſt: quomodo è contrario (contrariorum enim eadem eſt doctrina, & ratio) quoties libertas juris eſſe naturalis perhibetur, toties ſuo ſignificatu non ipſam modò facultatem agendi, ut libet, ſed jus quoque ipſum libertati adjacens, & attributum, comprehendit, & deſignat. Nec verò putentur hæc cum ratione pugnare: quoniam non tantùm regula, ſed & exceptio hujus eſt, quæ ex omni generali regula propter juſtam cauſam ſubintelligitur. Tiraq. *de pœn. in princ.* & regulæ in ſuo caſu derogat *l. omnis.* 202. *l. in toto.* 81. *de reg. jur.* Nec ſunt hæc contraria: ſed dulcis potiùs harmonia, qua corpora quoque cœleſtia ſibi mutuò cedunt anfractibus: ut pœnæ non pugnant cum præcepto, Non occides, Geneſ. *cap.* 9. *verſ.* 6. ſic nec ſervitutes, quæ ſunt pœna malitiæ peccatorum. Aug. *de Civ. Dei, lib.* 19. *c.* 15. cujuſmodi nunc etiam ſunt pub. imperiorum. Subtiliùs Covar. *in c. peccatum. par.* 2. §. 1. *de reg. jur. in* 6. ait hæc non eſſe contra jus naturæ poſitivum, ſed negativum: ego permiſſivum potiùs dixerim. *c. omnis. diſt.* 3. permittit enim natura uti libertate, rebus ut communibus, ut adiaphoris, ad uſum vitæ ex lege creationis. Geneſ. 2. 3. Converſis igitur utilitatibus iſta convertuntur, aut ob bonum publicum reſtringuntur vel jure gentium, *l.* 4. *ff. de juſt. & jur.* vel jure civili, ut libertas coquendi cervisiam intra miliare civitatis jure Saxon.

g NASCEBANTUR. *l. quod attinet.* 33. *de reg. jur.*

h PENE. Particula reſtrictiva rectè additur. Excipiuntur enim contractus civiles, ut ſtipulatio, donatio propter nuptias, ſeu ſponſalitia largitas, aliæque pactiones legitimæ. *l.* 6. *de pact.* de quib. *DD. in d. l.* 6. *de juſt. & jur.*

i CONTRACTUS. Obligationes. *l.* 5. *eod.*

k VENDITIO. *l.* 1. *in fin. de contr. empt. l.* 7. *de pact.*

l LOCATIO. *l.* 1 *ff. locat.*

m DEPOSITUM. *d. l. juriſgentium.* 7. *de pact.*

n MUTUUM. Nota, mutuum contractum eſſe juriſgentium.

§. 5. Conſtat autem.

Conſtat autem jus noſtrum *a* aut ex ſcripto, aut ſine ſcripto *b*: ut apud Græcos, τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. Scriptum jus *c* eſt, Lex *d*, Plebiſcita, Senatusconſulta, Principum placita, Magiſtratuum edicta, Reſponſa prudentum.

1 *Summa* §.

2 *Juris civilis ſpecies duæ à forma ſumptæ.*

1 Poſt † diviſionem juris Roman. à cauſis ſumptam, ſubjicitur alia à formæ diſcrimine ſumpta.

a JUS NOSTRUM. Romanum ſcilicet ſive naturale, ſive gentium, ſive civile. Etenim apertè profitetur, ſe de jure tantummodò Rom. agere. Nec dubium eſt, his ſpeciebus etiam jus naturale, ac gentium comprehendi, quatenus in foro Rom. uſum habet: ut exempla toto jure paſſim occurrentia declarant. *l.* 1. *in fin. l.* 2. 3. 4. 5. *de juſt. & jur. l.* 4. 5. *ad leg. Aquil. l.* 1. *cum ſeq. de acq. rer. dom. l.* 2. *de his qui ſunt ſui, vel alieni jur.* Ac quia jus ſcriptum eſt certius, & nobilius, ideò præmittitur *gloſ. in rub. de conſt. ext.*

2 *b* AUT SINE SCRIPTO. † Species juris civilis à forma ſumpta: aliud ſcriptum, aliud non ſcriptum.

c SCRIPTUM JUS EST. Subdiviſio juris ſcripti in ſex ſpecies, quæ ſunt, ut definitiones ſingularum commonſtrant, propriæ juris Rom. Quare licet ſuperior diviſio juris ſcripti, & non ſcripti, aliorum quoque populorum juribus congruit, ut Græcorum: tamen hic ad ſubjectam materiam rectè coarctatur, nempè ad jus Rom. quemadmodum & diviſiones juris ſupra generatim propoſitæ. Eodem referri debet jus divinum ſcriptum. Pſal. 149. 9. c. 1. *cum ſeq. diſtinct.* 1. poſtquam ab Impp. Rom. civitate donatum eſt, *l.* 1. *& tot. tit. C. de ſumm. Trin.*

d LEX. In diſtribuendis antem ſpeciebus ſequitur ordinem, & ſeriem hiſtoricam, quæ traditur, *l.* 2. *de orig. jur.*

Digitized by Google

§. 6. Lex eſt.

LEx *a* eſt *b*, quod populus Romanus *c* Senatorio *d* magiſtratu rogante *e*, veluti conſule *f*, conſtituebat. Plebiſcitum *g* eſt, quod plebs plebejo magiſtratu rogante *h*, veluti Tribuno *i*, conſtituebat. Plebs autem à populo eo differt, quo ſpecies à genere *k*: Nam appellatione populi univerſi cives ſignificantur, connumeratis etiam patriciis *l*, & ſenatoribus *m*. Plebis autem appellatione ſine patriciis, & ſenatoribus, cæteri cives ſignificantur *n*. Sed & plebiſcita lege Hortenſia *o* non minus valere *p*, quàm leges cœperunt *q*. Senatuſconſultum *r* eſt, quod Senatus jubet, atque conſtituit. Nam cùm auctus eſſet populus Romanus in eum modum, ut difficile eſſet in unum eum convocari legis ſanciendæ cauſa, æquum viſum eſt, Senatum vice populi conſuli *ſ*.

1 *Legis Etymon.*
2 *Sciſcere quid.*
3 *Patricii unde dicti.*
4 *Cur plebis nomine in materia plebiſciti, Equites comprehendantur.*

DEfinitiones ſex ſpecierum juris ſcripti Romani cauſales, hoc eſt, à cauſa efficiente, & formali deſumptæ.

1 *a* Lex. † Prima ſpecies juris ſcripti. Eſt autem lex à legendo dicta. Cic. *lib.* 1. *de legib.* ſeu delectu honeſtarum rerum, & rejectione turpium. Cùm autem talia ſint ſubjecta, qualia permittuntur eſſe à prædicatis: apparet ex hac ipſa definitione cauſali, ad pop. magiſtratumque Rom. velut autorem relata, nomen legis hìc propriè ſtrictèque, ſecundum ſubjectam ſolius Rom. juris materiam accipi, non eo modo, quo in *l.* 1. *&* 2. *cum ſeq. ff. de legib.* Eſt autem lex jus ſcriptum Romanis: quia in tabulas referenda erat. *c. lex eſt. c. conſuetudo. diſtinct.* 1. *l.* 2. *C. de frumen. urb. Conſtant. lib.* 11. de qua dictum eſt *ff. eod. tit.*

b Est. Subaudi genus, jus ſcriptum. I. C. enim brevitatis cauſa genus, cùm intelligi poteſt, omittere ſolent. Hìc autem intelligi poteſt ex §. *præced.*

c Pop. Romanos. Nota, de jure tantùm, legeque pop. Rom. hìc agi.

d Senatorio. Curuli, puta dictatore, conſule, prætore, interrege. Nullus igitur magiſtratus jus Rom. condidit, ſed ſuaſit. Prætorum edicta non erant jus perpetuum, ſed annuum, donec ab Imperatoribus pro jure perpetuo ſunt confirmata.

e Rogante. Comitiis centuriatis: & in eo forma legis ferendæ eſt. Tria utique ſibi pop. Rom. reſervavit, nec magiſtratibus permiſit: jus creandorum magiſtratuum, pacis, & belli, & legis ferendæ. Halicarn. *lib.* 6. Ideò Rom. magiſtratus non ferebant leges, ſed populo proponebant, ſuadentes, ut reciperet, & rogantes à ſuaſione, an legem ejuſmodi eſſe, ac ferre vellet.

f Veluti Consule. Quæ leges dicebantur Conſulares. Dictator enim non rogabat, ſed conſenſu populi conſtituebat, cùm populi jure in ſe translato uteretur.

g Plebiscitum. † Sciſcere, decernere, vel ſuffragari ſignificat: unde plebiſcitum altera, vel ſecunda eſt juris ſcripti ſpecies. 2

h Rogante. Comitiis tributis. Forma plebiſc.

i Tribuno. Quæ leges Tribunitiæ à rogatore dictæ velut autore, ſicut & illæ: ſed tùm demùm, poſtquam illarum inſtar, totum populum obligare cœperunt ex lege Hortenſia, ut ſequitur.

k A Genere. Rectiùs, quo pars à toto: ſed hæc ſæpè confunduntor.

l Patriciis. Nobiliſſimis illis, † qui à centum patribus, quos Romulus in Senatum allegarat, erant oriundi. 3

m Senatoribus. Reliqui Senatores dicti, qui à Senatoribus, vel populi ſuffragio in ordinem eſſent allecti.

n Significantur. Equites, & vulgus plebejum. *l. plebs.* 238. *de verb. ſignific.* † quod potiſſimùm in hac materia verum eſt: neque enim dubitatur, quin in illis pop. Rom. diſſenſionibus, in quibus plebiſcita rogata ſont. *l.* 2. *§. deinde.* 4. *de orig. jur.* ſeceſſionem à patribus unà cum plebe equites fecerint: quare cùm peræquè, atque vulgus, ut plebiſcita fierent, authores io ſeceſſione fuerint, manifeſtum eſt, cur plebis nomine in materia plebiſciti, equites quoque comprehendantur. 4

o Lege Hortensia. A Q. Hortenſio dictatore, ut videtur, lata, poſt tertiam in Janiculum ſeceſſionem. Florus *lib.* 11. hujus Dictatoris meminit. Unde pòſt leges Tribunitiæ peræquè, ac

Conſulares, dictæ: quòd harum inſtar, plebiſcita totum pop. Rom. obligarent.

p Valere. Effectus plebiſciti: de quo ſigillatim agit, quòd de illo magis dubitari poterat, quàm de lege. Lex enim ſuffragio omnium fertur: & proinde omnes obligat. Plebiſcitum fit à parte tantùm populi, ideo non eadem ratione univerſis imperat: ſed lege à dictatore populo approbante lata, hæc illi authoritas eſt attributa.

q Coeperunt. Videntur igitur, non tàm authoritate illius legis, quàm uſu plebiſcita quædam pro communi jure recepta, ut Scribonia lex, *l. ſervitutes*. 14. *in princ. verb. obſervatur de ſervitut. l.* 4. *§. ult. ubi* Cujac. *de uſucap.* Aquilia, *l.* 1. *& tot. tit. ad l. Aquil.* Falcidia, *infr. ad l. Falcid. &c.*

r Senatus Consultum. Statutum ordinis Senatorii pro jure, & ſtatuto totius Reipub. habetur, ac valet *l. illa decreta. ubi* Bart. *& l. ambitioſa. num.* 8. *de decret. ab ord. fac. l.* 1. 2. *de albo ſcribend.* Cravet. *conſil.* 195. *univerſitas. num.* 8. Nam repræſentat univerſitatem, quatenus poteſtatem per ſtatuta, & conſuetudinem habet, Cravet. *ibid. ex* Bart. *l. aut facta. §. final. de pœn.* Cor. *conſ.* 224. 241. *lib.* 4. Eſt igitur hæc juris ſcripti tertia ſpecies: de qua *tit. Cod. de Senatuſconſ.* Subintelligitur enim genus S. C. jus eſt. *l. non ambigitur*. 9. *de legib.* ubi rectè traditur, Senatum jus facere poſſe, non legem, cujus ferendæ poteſtas apud ſolum erat populum. Dion. Halicar. *lib.* 6. & hujus jure tranſlato, penes principem. *l.* 1. *de Conſtit. Princ. l.* 1. *C. de legib.* Ejus rei exemplum infrà propoſuimus, *de perpet. & temporal. action. in prin. num.* 3. Ordinem autem totum repræſentare hìc poteſt major pars, *l.* 2. *de decret. ab ord. fac. l. nominationum*. 46. *C. de decur. lib.* 10. *l.* 3. 4. *Quod cujuſq. univerſ.* Singuli porrò magiſtratus jus perpetuum conſtituere non poterant: quod ſolius erat populi, aut qui populum repræſentat, Senatus. *l.* 2. *§. deinde*. 4. *de orig. jur. gloſſ. & DD. in rub. C. quæ ſit long. conſuet.* Alex. *conſ.* 101. *viſis. num.* 1. *lib.* 1. Socin. *conſ.* 83. *in princ. lib.* 4. Corn. *conſil.* 293. *num.* 3. *lib.* 1. Dec. *conſil.* 403. *in princ. conſil.* 580. *num.* 3. Imò ipſum principem, Cravet. *conſ.* 195. *univerſitas num.* 8. ubi notat ſtatutum Senatus pro civitatis ſtatuto haberi.

ſ Consult. Ex *l.* 2. *§. deinde*. 4. *de orig. jur. l. non ambigitur*. 9. *de legib. l. item*. 20. *§. prætor*. 6. *de pet. her.* Dionyſ. *lib.* 11.

§. 7. Sed & quod.

Sed & quod principi placuit, legis habet vigorem *a*, cum lege Regia *b*, quæ de imperio ejus lata eſt, populus ei, & in eum *c* omne imperium ſuum, & poteſtatem conceſſerit. Quodcunque ergo Imperator per epiſtolam *d* conſtituit *e*, vel cognoſcens decrevit *f*, vel edicto *g* præcepit, legem eſſe conſtat: hæc ſunt, quæ Conſtitutiones *h* appellantur. Planè ex his quædam ſunt perſonales, quæ nec ad exemplum *i* trahuntur: quoniam non hoc princeps vult *k*. Nam quod *l* alicui ob meritum indulſit *m*, vel ſi quam pœnam *n* irrogavit, vel ſi cui ſine exemplo *o* ſubvenit *p*, perſonam non tranſgreditur *q*. Aliæ autem, cùm generales ſint, omnes procul dubio tenent *r*.

1 *Lex Regia.*
2 *Formula legis Regiæ explicata.*
3 *In generali conceſſione excipi perſonam concedentis.*
4 *Conſtitutionis prima ſpecies per Epiſtolam.*
5 *Decreti (quæ ſecunda ſpecies eſt Conſt.) & ſententiæ differentia remiſſivè.*
6 *Decreta Principum quando jus faciant.*
7 *Tertia Conſtit. ſpecies Edictum: quid edicere, Edictum, ibid.*
8 *Perſonalia perſonas non egredi.*
9 *Pœnam variari ratione circumſtantiarum.*

Quarta ſpecies juris Roman. ſcripti ſunt conſtitutiones, quarum definitio, & diviſio ſubjicitur.

a Viooaem. Effectum, authoritatem. *l.* 1. *de conſtit. princ.* quæ viridis obſervantia dicitur in *l.* 5. *C. de hæreticis*. ex jure populi, ut ſequitur: at Senatus non legem, ſed jus facit *l. non ambigitur*. 9. *de legib.* Nam in principem ſolum, non in Senatum eſt jus populi tranſlatum lege Regia, qui populus Rom. ſolus condendæ, jubendæque legis poteſtatem in foro, comitiiſque Roman. habuit §. *Lex*. 3. *hoc tit.*

b Laoe Reoia. Quæ † initio urbis lata eſt. 1
Livius *l.* 34. poſtea ſub Coſſ. cum aliis ll. regiis antiquata, *l.* 2. *§. exactis. de orig. jur.* Iterum verò renovata, poſt occupatam ab Auguſtis Rempub. ſicut hujus legis interpolatæ capita in monumentis antiquitat. Roman. extant: ex quo, ut olim à regno regia, ita pòſt ab imperio lex Imperii dicta eſt. *l. ex imperfecto*. 3. *C. de teſtament.* Meminit ejus *l.* 2. *de mor. infer. l.* 1. *de conſt. princ.* Sed elegantiſſimè. *l.* 1. *§. cum enim antiqua lege, quæ regia nuncupabatur omne jus omniſque poteſtas pop. Roman. in imperatoriam trans-*

tranſlata ſit poteſtatem. *Cod. de veter. jur. enucleand.*

2 *c* In Eum. † Videtur formula legis Regiæ fuiſſe: ac poſitum eſſe relativum, *eum*, pro reciproco, *ſe*, ut & Theophil. interpretatur, quaſi dicat non modò populus; hac lege poteſtatem contulit principi, generaliter in alios: puta mili-
3 tes, hoſpites, ſocios, &c. ſed in ſe quoque. † Nam aliàs in generali conceſſione excipitur perſona concedentis. *l. inquiſitio*. 18. *C. de ſolut.* Vide de hac interpretatione Duarenum *Diſputat. libro* 2. *cap.* 19.

d Epistolam. §. 4. *inf. de fidejuſſ. l. inter*. 26. *ff. eod. in verb. Epiſt. Adriani*.

4 *e* Constituit. † Prima conſtitutionis ſpecies per Epiſtolam: quando princeps vel ſubſcribit libellis ſupplicantium: §. 1. *verb. ſubſcriptione*, *infr. quib. non eſt perm. fac. teſtam. l.* 9. *ad l. Rhod.* vel magiſtratui, conſulentibuſque reſcribit, quid pro jure ſervari velit: unde reſcripta dicuntur. *l. ſed addes*. 19. §. *ult. ff. loca. l. divi*. 17. *de jur. patro. l.* 3. *de teſtib.* cum ſimil.

f Cognoscens Decrevit. Cauſa cognita decrevit: vel lata judicialiter ſententia, vel interpoſito extra judicium ex nobili officio, & pro ju-
5 re poteſtatis decreto. † De differentia ſententiæ, & decreti, vide DD. in *l. nec quicquam*. 9. §. *ubi decretum*. 1. *de off. proconſ.* & *in Rub. ac l.* 1. *de re judic.* & hæc altera ſpecies eſt conſtitutionis, videlicet decretum. *l.* 3. *de his quæ in teſta. delen. l. Æmi-
6 lius*. 38. *de minor*. *l. ult. de her. inſt.* † Hæ autem ſententiæ non ſemper jus faciunt, *l.* 2. *l. ult. C. de legib.* ex regula *l. ſæpe*. 63. *de re judic.* ſed cùm princeps hoc addit, vel pro lege illas publicat, aut ad Senatum mittit. *l.* 3. *C. eo. tit.* ubi dixi. Theoph. hìc & §. *ſeq.* ait, principis ſententiam, & decretum, jus facere inter omnes, & in ſimilibus valere inſtar legis. Magiſtratus decretum, & ſententiam non item: de qua *d. l. ſæpè*, eſt accipienda. Nam hic multis relinquitur ſuſpicionibus: princeps non æquè. De quo plura Theoph.

7 *g* Edicto. † Tertia ſpecies conſtitutionis, edictum. Edicere, prædicere aliquid in genere ſignificat, abſque complexu rerum, & perſonarum: unde edicta prætoria. Quæ igitur in futura negotia, generaliter citra circumſtantias rerum præſentium, ex proprio, ut dicitur, motu princeps conſtituit, edicta, ſeu leges edictales vocantur. *l. hac edictali*. 6. *C. de ſec. nup.* Vide Theoph. hìc.

h Esse Constat. Generali nomine.

i Exemplum. Rerum, aut perſonarum ſimilium.

k Vult. Nec voluntas ſola ratio eſt, ſed ea ratione movetur, † quòd perſonalia perſonas egre- 8
di non debeant. *l. in omnib.* 68. *l. privilegia*. 157. *de reg. jur. l. exceptiones*. 7. *de except.*

l Quod. Exemplis rem declarat: tunc enim princeps intelligitur hoc velle, quando & *προκαταρκτικὴν*, & finalem cauſam concedendi, habuit perſonalem, & ſingularem propoſitam. Noſtri jus ſingulare vocant, *l. jus ſingulare*. 16. *de legib.* De quo tamen aliter Cujac. *l. ſi is qui pro empt.* 15. *de uſucap.* Latiniores privilegium. Cic. *lib.* 2. *de Legib.* pro Domo ſua, pro Seſtio, & aliis locis.

m Indulsit. Cauſa perſonalis. *l. nec adjecit*. 9. *ff. pro ſoc.*

n Vel Si Quam Poenam. † Illa enim va- 9
riat ob circumſtantias cauſarum, perſonarum, &c. *l. aut facta*. 16 *de pœn.* Eoque non ſequitur; Ille hoc modo à principe punitus eſt: ergo in hunc in ſimili delicto, eadem ratione debet animadverti. Hoc enim argumentum tantùm in theſi, & abſtracto valet, non in concreto, & applicatione pœnarum ad ſingulas perſonas: quia cauſæ, & circumſtantiæ perſonarum, ac delictorum, non ſunt ſemper eædem, aut ſimiles, *d. l. aut facta*.

o Sine Exemplo. Rerum ſimiliter judicatarum. *l. nemo*. 13. *C. de ſenten. l. nam Imperator*. 38. *de legib.*

p Subvenit. Ignoſcens delicto, aut reſtituens, ut *tit. de ſenten. paſſ. & reſtit.*

q Transgreditur. Ad conſequentias non producitur. *l. quod verò*. 14. *de legib. l.* 2. *C. eod.* perſonalia enim ad alios non tranſeunt. *l. exceptiones*. 7. *de except.* Idemque erit, ſi ratione rei ſingulare quid indultum ſit. Unde nota, ex ratione legem ampliari, vel reſtringi. *l. non poſſunt*. 12. *cum ll. ſeqq. de legib. l. illud*. 32. *ad leg. Aquil.* Jaſon *l. licet*. 19. *num.* 9. *C. de Pact.* Panorm. *c. propoſuit*. 24. *num.* 4. *de appellat.* Item privilegia, quia ſunt contra jus commune, ſtrictè accipienda: beneficia principum, quæ ſunt præter jus, non item. *l. pen.* ubi Jaſ. & DD. *de conſtit. princ.*

r Tenent. *l.* 3. *C. eod.*

§. 8. Prætorum quoque.

Prætorum quoque edicta *a* non modicam *b* obtinent juris authoritatem. Hoc etiam jus honorarium *c* ſolemus appellare *d*, quòd qui honores gerunt, id eſt Magiſtratus *e*, authoritatem huic juri dederunt. Proponebant & Ædiles Curules edictum de quibuſdam cauſis *f*, quod edictum juris honorarii portio eſt *g*.

1 *Quin-*

1 *Quinta juris ſpecies.*
2 *Pratores unde dicti.*
3 *Edicta Pratorum cujus authoritate valeant, & quid à legibus differant, num. 4. 5. & quam hodie vim obtineant, num. 6.*

1 QUinta † ſpecies prætorum edicta: quorum definitionem, ac diviſionem ſubjicit ex *l. 7. ff. de juſt. & jur. l. 2. §. eod. temp. 5. ff. de orig.* 2 *jur.* † Prætores autem à præeundo dicti ſunt, quòd jure, & exercitu præirent, authore Varrone: unde & Duces belli initiu prætores dicti. Edicta unde nomen trahaot, ſuprà eſt poſitum.

3 *a* EDICTA. † Prætore interrogante, populus legem condere poteſt. *ſup. §. lex eſt.* 6. Cæterùm edicta non conduntur ſuffragio populi, ſed pro juriſdictione à ſolo prætore proponuntur. Non igitur valent authoritate populi, ut lex: ſed quomodo ſequitur, authoritate tantùm Magiſtratus. *l. 2. §. eodem. 5. de orig. jur.*

4 *b* MODICAM. † Non tamen eandem, quam leges: nam prætor nec dominos facit, nec hæredes. §. 2. *inf. de bon. poſſ.* & edicta olim erant annua. §. 1. *inf. de perp. & temp. act.* Magiſtratus enim jus perpetuum non condebat, ſed reddebat, ut de prætore traditur. *l. 2. §. eod. 5. de orig. jur.* donec Julianus horum edicta juſta, & jam pro conſuetudine diuturnis moribus recepta in unum collegit, ex quibus perpetuum jus authoritate Cæſarea dici cœpit. *l. penult. C. de cond. indeb.* ut inſtar reſponſorum magis ex principis authoritate, quàm authorum ſuorum ſpecies perpetui juris nunc ſint.

c HONORARIUM. *l. 5. C. de cond. indeb.* quod Julianus pòſt in perpetuum edictum retulit, *d. l. pen. C. de cond. indeb.*

d APPELLARE. Definitio nominis, & rei.

e MAGISTRATUS. † Non populus. Non igitur vim habebant ex juſſu populi, ut lex: aut jure 5 populi, ut conſtitutio principis, cui populus jus ſuum tribuit, l. 1. *de conſtit. princ.* §. *ſed & quod.* 7. *ſup. eod.* † Hodie quatenus edicta in Pandectas relata ſunt, leges quidem ſunt: non tamen jore edicti, ſed jure conſtitotionis, qua pro lege haberi jubentur: ſic tamen, ut naturam juris prætorii in præſcriptione actionum, & aliis partibus retineant, quatenus conſtit. non eſt alterata. 6

f QUIBUSDAM CAUSIS. Pertinentibus ad eorum juriſdictionem: de annona, contractibus, locis, & itineribus publicis, &c. quarum rerum cura ad Ædiles ſpectabat: *tot. tit. de Ædil. edict. l. unic. de via pub.* de horum officio etiam Cic. *Orat. 5. Verrin.*

g PORTIO EST. Altera juris prætorii pars, de qua Cujac. *Obſer. lib. 8. cap. 38.* Rectiùs autem honorarii juris, quàm prætorii, pars dicitur. *l. jus autem 7. de juſt. & jur.* quia ex illius magiſtratus juriſdictione venit, qui prætor non eſt. Cæterùm ἐν πλάτει, & uſu, prætorium quoque dicitur, cujuſque portio perhibetur: nam honorarium etiam prætorium ſignificat: & alioqui non ejus portio, ſed jus per ſe ſeparatum eſſet.

§. 9. Reſponſa prudentum.

REſponſa prudentum, ſunt *a* ſententiæ, & opiniones eorum, quibus permiſſum erat *b* jura condere *c*. Nam antiquitùs inſtitutum erat, ut eſſent, qui jura publicè interpretarentur *d*: quibus *e* à Cæſare *f* jus reſpondendi datum eſt *g*, qui Iuriſconſulti *h* appellabantur. Quorum omnium *i* ſententiæ, & opiniones, eam authoritatem tenebant, ut judici recedere à reſponſo eorum non liceret *k*: ut eſt conſtitutum *l*.

1 *Reſponſa prudentum vim legis habent.*
2 *Conſultatio quid ſignificet.*
3 *Prudentum reſponſa, quam vim hodie habeant: & quatenus judicem obligent. nu. 4.*

1 SExta ſpecies, † Reſponſa prudentum: quæ nunc in Pandectas relata vim legis ex conſtitutione habent, non ex ſeſe.

a RESPONSA PRUDENTUM, SUNT. Definitio cauſalis.

b PERMISSUM ERAT. Primùm conſuetudine. *l. 2. §. his legib. 2 de orig. jur. inf. de acq. per arrog.* deinde ſub Auguſtis à Principe *d. l. 2. in fin. de orig. jur.*

c CONDERE. Nempe interpretando: ut ſequitur *l. 2. §. 2. de orig. jur.* Theoph. hìc: *Per conſultationem, inquit, & reſponſionem jura condebant.* Conſultatio † eſt inquiſitio, conjectio, examinatio cauſæ, ſeu quæſtionis, *l. 11. §. ex facto, 2. de minor. l. 1. §. 1. de appell. No. 62. de conſult.* Ac ut in 2 judiciis prima pars eſt cognitio, altera definitio, ſeu ſententia, ut in *tit. de Judic. ff. & C.* poſteà dicetur: ſic in reſponſis I. C. prior pars eſt conſultatio, tanquam cognitio, altera reſponſum, velut ſententia deciſiva. Sed hæc in judiciis ſemper eſt certa, & eſſe debet. *l. 1. C. de ſent. quæ ſine certa quant.* In reſponſo I. C. non item. Etenim I. C. diſputat de re, ut philoſophus, & orator, ac opinionem ſuam ratione judici probare conatur, ſi non neceſſaria, ſaltem probabili: & prudentis eſt certè, pru-

Digitized by Google

prudentiſque, in valdè ambiguis ſuſpendere aſſeverationem, & quod ſibi videatur probabile, dubitanter indicare. Itaque rectè hìc in contextu ejuſmodi reſponſio dividitur in ſententiam, quæ eſt eerta; & opinionem, quæ incerta.

d INTERPRETARENTUR. More, inſtitutoque civitatis, & permiſſu populi, abſque tamen authoritate aliqoa ſpeciali. *d. l.* 2. *§.* 2. *de orig. jur.* Sed & poſt adultis jam eom imperio juriſprudentiæ ſtudiis, qui fiduciam ſuorum ſtudiorum habebant, publicè de jure reſpondebant. *l.* 2. *§. ult. de orig. jur.* quorum ſenteotiæ uſu, pro jure uſurpari, ac haberi cœperont. *d. l.* 2. *§. his legib.* §. 1. *inf. de acq. per arrog.* Cic. de *orat. lib.* 1. præſertim communes: quod & nunc quoque translativum eſt, ut paulò pòſt oſtendam.

e QUIBUS. Poſt occupatam tandem Rempublicam.

f A CAESARE. Ab Auguſto primùm, demum à Tiberio, &c. *d. l.* 2. §. *ult.*

g DATUM EST. Ex authoritate principis, ut major eſſet juris authoritas. *d. l.* 2. §. *ult.* quaſi cum approbatione principis, & velut illius ſuffragio, ac ſubſcriptione reſponſis datis.

h JURISCONSULTI. *Conſulere* non ſolùm dare conſilium, & prodeſſe, ſed etiam judicare ſignificat. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 10.

i OMNIUM. Qui hoc à principe eſſent conſequuti.

k NON LICERET. Privata authoritate, & inconſulto priocipe.

l UT EST CONSTITUTUM. In *C. Theod.*
3 *lib.* 1. *tit.* 3. *de reſp. prudent.* † Erant igitur horum reſponſa velut præjudicia quædam, quæ valerent in ſingulis cauſis, de quarum jure reſpondebatur, non quæ univerſaliter inſtar legis obligarent omnes, niſi quæ interpretationes pro jure civili receptæ ſunt. *d. l.* 2. §. 2. *de orig. jur. §. media. inf. de leg. agn. ſucceſſ. l. ult. in fin. C. de legib.* ut nunc reſponſa prudentum in pandectas relata. *l.* 1. 2. 3. *C. de vet. jur. enucl.* Eandem ferè authoritatem noſtri eircumdederunt ſuis nunc ſententiis, quas vocant communes. Barto. Ang. & DD. in *l. ult. C. de pœn. jud.* Panor. *in c. prudentiam.* 21. *in prin. de off. deleg. & c. ult. in fi. de ſecund. nup.* Heonin. God. latè *conſ. ult. de praeſ. pig. nu.*253. pro quo fac. *conſt.*2. *C. de Juſt. Cod. confir.* niſi repugnet textibus Abb. Felin. *c.* 1. *de conſtit. c. capellanus, de fer. c.* 1. *de cenſib.* Mont. *fin. reg. c.* 58. *num.* 14. oec judex de conſuetudine teſtantibus, contra jus commuoe fidem adhibere cogitur. Bald. *l. ſi is qui.* §. 1. *de pignorib.* Bald. *l. conſentaneum. col. pen. C. quomod. & quand. jud.* Dec. *conſ.* 42. *in fin.* Bertrand. *conſ.* 144. *lib.* 3. Gratus *conſ.* 12. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 25. *lib.* 1. Gozadin. *conſ.* 59. *nu.* 18. Porrò reſponſa prudentum in Pandectas relata, nunc majorem vim habent ex authoritate Imperatoris: quia redacta io corpus juris, pro conſtitutionis generalis jure ſunt, & eſſe debent. *l.* 1. *C. de vet. jur. enucl.* Eoque nec ignorari poteſt, quod propoſitum eſt conſtitutionibus *l. pen. C. de jur. & fac. ignorant.* Sed hæc ſub Auguſtis introducta. † Etenim in li- 4
bera Republ. reſponſa prudentum judicem non obligabaut, oiſi quatenus juſta, & ſequenda videbantur, ut ex multis Cic. Orationibus intelligi poteſt, & *lib.* 1. *de Orat.* aut quatenus uſu pro jure eſſent recepta, *d. l.* 2. *§. his legib. & inf. de acqui. per arrog.* Quamobrem neque plus nunc aut communibus ſententiis, aut DD. reſponſis, & conſiliis authoritatis deberi exiſtimemus. Jaſ. *l. properandum.* 11. *§. ſive autem.* 3. *num.* 8. *C. de jud.* Pano. *c. ad hæc. num.* 23. *de poſtula. prælat.* præſertim cùm Juſtiniaous etiam unius ſententiam veriorem, congruentibus plurium opinionibus anteferri voluerit *l.* 1. *C. de vet. jur. enucl.* Qund & ratio dictat, quæ optima lex eſt. *c. ego ubi gl. ver. quantalibet* & paſſim *diſt.* 9. Nam intelligentia dictorum ex cauſis aſſumenda. *c. intelligentia.* 6. *de verb. ſign.* Nec tàm, quis, aut quot dicaot, ſed quid dicatur, ponderandum. *c. ſecundum.* 19. *diſt. glo. d. c. ego.* tantumque credendum Doctoribus, quantum probant. Bar. *l. non ſolum.* 8. §. *ſi liberationis. num.* 7. *de lib. leg.* non quatenus nihil, aut malè probant, & allegant. Everar. in *præamb. loco leg. in fin. per c. qualiter.* 24. *de accuſ.* Quamobrem non eſt habendum religioni, ne judici quidem, à communi ſententia evidenter falſa diſcedere. Panor. poſt *gloſſ. in c. ſcientes.* 3. *de cenſib.* Non vis nec numeros, ſemper bona cauſa triumphet. Vide eopioſè apud Anton. Corat. *tract. commun. opin.* Joan. And. & Canooiſt. *c.* 1. *de conſtit.* quædam tamen velut arcſta ferè pro lege recepta ſunt: ut Deciſiones Rotæ, Gratianopolitanæ Guidonis Papæ, Neapolitanæ Matth. de Afflict. quod tamen accipiendum, in ſuo territorio, non extra. Afflict. *deciſ.* 169. *num.* 9. Guid. Pap. *deciſ.* 50. *in fin.* Gemin. *conſ.* 34. *num.* 3. Vant. *de Nullitat. ex defect. juriſd. jud. deleg. num.* 20. Menoch. *conſ.* 53. *num.* 28.

§. 10. Ex non.

EX non ſcripto jus venit, quod uſus comprobavit *a*. Nam diuturni *b* mores conſenſu *c* utentium *d* comprobati, legem imitantur *e*. Et non ineleganter in duas ſpecies *f* jus civile diſtributum videtur. Nam origo ejus, ab inſtitutis duarum civitatum, Athenarum ſcilicet, & Lacedæmonis, fluxiſſe videtur. In his enim civitatibus ita agi ſolitum erat, ut Lacedæmonii quidem magis ea, quæ pro legibus obſervarunt, memoriæ mandarent: Athenienſes verò ea, quæ in legibus ſcripta comprehendiſſent, cuſtodirent.

1 *Alte-*

1 *Altera juris Rom. ſpecies.*
2 *Tempus, & modus inducendæ conſuetudinis: & num. 3. & 4.*

1 ALtera ſpecies juris Rom. † videlicet jus oon ſcriptum, in Rom. civitatem receptum, vel ex aliarum Rerumpub. inſtitutis, ut hìc innuit, vel ex uſu ioveterato ipſius populi Rom. *l.* 2. §. 1. *de orig. jur.* de quo plura in *l. de quib.* 32. *cum ll. ſeqq. ff. de legib. l.* 2. *C. quæ ſit long. conſ.*

a COMPROBAVIT. Diviſio conſuetudinis.

2 *b* DIUTURNI. † Decem annis nſurpati, nt interpretantur DD. in *d. l. de quibus*. ubi Ang. Bald. Jaſ. *num.* 43.

c CONSENSU. † Tacito. *d. l. de quib. in fin. l. ſed &.* 35. *in verb. tacita civium conventio. de legib.* vel potiùs factis, & rebus ipſis, quàm ſuffragio aliquo expreſſo. *d. l. quibus. verſ. nam quid intereſt*. 3

d UTENTIUM. † Uſus enim certorum actuum requiritur, quorum numerus àrbitrio judicis definiendus eſt. Bar. *nu.* 12. Jaſ. *nu.* 51. *in d. l. de quib.* 4

e IMITANTUR. Reſpectu cauſæ efficieotis, materialis, finalis, & effectus.

f DUAS SPECIES. Has videlicet jam poſitas, jus ſcriptum, & *ἄγραφον*, quod ſubjecta originis, & cauſæ effectricis exempla docent.

§. 11. Sed naturalia.

SEd naturalia quidem jura *a*, quæ apud omnes gentes *b* peræquè obſervantur *c*, divina quadam providentia *d* conſtituta *e*, ſemper firma, atque immutabilia permanent *f*: ea verò, quæ ipſa ſibi quæque *g* civitas conſtituit *h*, ſæpè mutari ſolent; vel tacito conſenſu populi *i*, vel alia lege poſtea lata *k*.

1 *Argumentum §.*
2 *Jura naturalia quomodo ſemper firma, & immutabilia dicantur.*

1 EFfectus † juris quatenns mutationi ſit obnoxium: unde differentia inter jus naturale, & poſitivum elncet.

a JURA. Quæ ſunt in natura, & ratione poſita. Rerum naturam vocat in §. *ſingulorum*. 9. *inf. de rer. diviſ.* Hoc autem nomine complectimur non taotùm in natura creatioois jus ſcriptum Rom. 1. 32. & 2. 14. 15. ſed etiam verbo, & ſacris tabulis editum, ac promulgatum *c.* 1 *diſt.* 1. congruit enim & deſinitio hìc ſubjecta, quòd ſit divina providentia conſtitutum, ergo & definitum ei congruit, & ſubjectum ſicut prædicatum, & conſequenter attributum, atque effectum, quod ſit ſemper firmum, & immobile, magis etiam, quàm reliquum jus naturæ, cui aliquid addere, vel detrahere conſtitutio humana poteſt. *l. jus* 6. *ff. de juſt. & jur. Num.* 20. 17. & 22. 26. Deot. 2. 27.

b OMNES GENTES. Non tantùm apud pop. Rom. de cujus jure hactenus egit, & ad cujus fontem naturalem primumque hìc digitum intendit. Quo in argumento tantùm duas poni juris ſpecies, nempe naturale, ac poſitivum, quod hìc appellat civile, vel hìc locus oſtendit, & *l. omnes.* 9. *l. pen de juſt. & jur.* unde hic §. eſt deſumptus: qno & ipſo I. C. in abſtracto de principiis juris Roman. diſputat, eoque duo tantùm principia ponit. Nam in hoc ſubjecto complectitur naturale etiam jns gentium: ut hìc plures, quàm duæ ſpecies poni non queant. Jus gentium enim quatenus habet rationes naturales h. e. immutabiles, ſit immutabile; quateous non naturales ex externis cauſis utilitatis civilis, eatenus ſit mntabile. Hinc ſervitutum, & manumiſſionum jura apud Chriſtianos pleroſque exoleverunt. Alb. Bolog. *de leg. & æquit. cap.* 16. *num.* 9. quod videtur ipſe Dominos probare, Jerem. 34. 15.

c OBSERVANTUR. Hoc commune habet cum jure geotium §. *jus autem.* 2. *ſupr. h. t.* ſed ex alia ratione, quia jus naturale ratio interna ſervare monet, at jus gentium externa cauſa, videlicet neceſſitas etiam contra rationem, ut ſervitutum jura.

d PROVIDENTIA. In creatione, vel etiam in lege, & Evangelio. *c.* 1. 2 *diſtinct.* 1. Vocat autem hìc divinam providentiam, quod in *l. omnes.* 9. *de juſt. & jur.* naturalis ratio dicitur conſtituiſſe: nam quod naturæ forſitan ereatæ tribuunt I. C. meritò refert Chriſtianus Imperator ad naturam primam, & ereantem *gloſ. l. reſpiciendum.* 38. *ff. ſi cert. petat.*

e CONSTITUTA. Arg. à cauſa effic. ut Deus author non mutatur, ita nec hic radius ſapientiæ divinæ mentibus inditus.

f PERMANENT. † Cùm per ſe conſiderantur 2
in abſtracto, prout exiſtunt in judicio rationis, non ut in hominum actionibus habentur. Etenim ut judicium rationis contrariis, & vitioſis actionibus voluntatis depravatæ non evertitnr; ita nec jus ejuſ-

Digitized by Google

ejuſmodi, quod rationis eſt proprium. Hoc autem accipiendum eſt juxta regulam: ut ſi contrarietas legum naturæ incidat, ſemper lex inferior cedat ſuperiori: leges ſecundæ tabulæ Decalogi cedant primæ. Lex, *Non occides*, cedat legi defenſionis, & conſervationi hominum ſocietatis univerſali, inſontibus è medio tollendis, &c. Nam & hic ordo rationis eſt, ac juris naturæ. Hinc princeps ſtatuens aliquid contra jus naturæ, vel gentium, non præſumitur habere juſtam cauſam: magis receptam ſcribit Mynſing. *obſer.* 8. *cent.* 4. ſecus ſi contra jus poſitivum aliquid ſtatuat: quia tunc præſumitur juſtam cauſam tueri, ſed ita ſi motu proprio, non ad inſtantiam partis id faciat; ut ibidem Mynſing. & Fichar. ad Villalob. *verb. princeps*. *numero* 292.

g QUÆQUE. Non tantùm Rom. Loquitur igitur hìc generatim, & abſolutè, ac in abſtracto de jure, propoſita regula de perpetuitate juris naturæ, & mutabilitate juris poſitivi. Quæ regula tamen à ſubjecta materia non recedit: quia ut apud alias gentes, ſic etiam valet in foro Rom. cujus cauſa hìc recitatur. Vide Dec. *l. jura ſanguinis*. 8. *de reg. jur.*

h CONSTITUIT. Etiamſi rationem habeant ex natura non neceſſariam, ſed probabilem. Quare & idem judicandum eſt de illo jure gentium, quod ex ratiocinatione opportunitatum vitæ eſt inductum; ut jura ſervitutum, quæ videmus inter verè Chriſtianos prorſus obſolevisſe.

i TACITO CONSENSO POPULI. Deſuetudine, *l. de quibus*. 32. *de legib.*

k ALIA LEGE POSTEA LATA. *L. ult. de conſt. prin. l.* 1, *ad l. Aquil.*

§. 12. Omne autem.

OMne *a* autem jus, quo utimur *b*, vel ad perſonas pertinet *c*, vel ad res, vel ad actiones. Ac priùs *d* de perſonis *e* videamus. Nam parum eſt jus noſſe, ſi perſonæ, quarum cauſa conſtitutum eſt, ignorentur *f*.

1 *Summa* §.

2 *Malè hic* §. *in ſequentem tit. tranſlatus.*

1 IUris † Romani principiis, definitionibus, ac diviſionibus explicatis, jam ad ejus tractationem particularem progreditur, ejuſque methodum pro varietate materiæ in tres partes diſtribuit, & informat.

2 *a* OMNE. † Hunc §. Theoph. & Haloan. in Tit. ſequentem rejecerunt, contra exempl. omnium fidem: nec ſanè novum, ne quidem in his Inſtitut. eſt, in fine Tit. præcedentis proponi ſeriem, & diſpoſitionem tit. ſequentium: ut in §. *ult. inſ. per quas perſon.* §. *ult. de oblig. &c.* Neque profectò magis hic §. ad tit. ſeq. pertinet, quàm ad reliquos omnes. Proponit enim ex Cajo materiam juris, circa quam methodica deinceps Inſtit. tractatio tota verſatur, & decurrit.

b UTIMUR. Nos ſcilicet Romani. Ita ſtatim à digreſſiuncula redit in viam juris Rom.

c PERTINET. Diviſio objectorum juris ex Cajo, *l.* 1. 2. *de ſtat. ho.* ſumpta. Nam omne jus perſonis redditur, quarum cauſa conſtitutum eſt, *d. l.* 1. 2. & de rebus redditur, de quibus conſtitutum eſt. *l. ult. de legib.* & per actiones, ac judicia redditur, quæ hoc nomine conſtituta ſunt, *l. nullus* 14. *C. de Juda. in princ. inſ. de act.*

d AC PRIUS. Digniora enim præmittenda ſunt, *l.* 2. *de ſtat. hom.* Vide Everar. *loc. ab ordine*. Jehova ipſe incipit judicia à jure perſonarum. Non enim ante juris ratio, quàm perſona quærenda *l. quidam*. 14. *de jur. Codicill.*

e DE PERSONIS. De jure perſonarum, ut habet inſcriptio tit. ſequentis. *Perſona* hìc ſignificat non individuum, ſed ſpeciem, hoc eſt hominem, ut *ff. de ſtat. hom.* civili perſona in Repub. Rom. indutum: quo ſenſu dicitur ſervus capite, perſona carere, eamque à domino ſumere. Vide §. *ſeq. num.* 1.

f IGNORENTUR. Quo ſcilicet ſtatu, & circa ſtatum jure ſint.

DE

DE IVRE PERSONARVM,

Titulus Tertius.

1 *Methodica Tituli deſcriptio.*

1 ABſolutis † juris Romani principiis, illiuſque partibus, ac ſpeciebus definitis, tranſgreditur Juſtinianus ad Methodicam ejuſdem juris explicationem. Hujus autem methodum inſtituit, pro diverſitate materiæ, ſeu ſubjectorum, circa quæ jus hoc omne verſatur: ſecutus Cajum, qui ad eandem rationem inſtitutiones ſuas diſtribuit, *l.* 1. 2. *de ſtat. hom.* Omne autem jus pertinet aut ad perſonas, aut ad res, aut ad actiones: nam illis jus dicitur, & de rebus dicitur, & per actiones dicitur. Ac primùm de jure ſtatus perſonarum, tanquam digniore agit, *l.* 1. *&* 2. *de ſtat. hom.* quarum ſummam juris diviſionem, qua in liberos, & ſervos diſtribuuntur, hoc in tit. proponit, & exponit.

HUjus Tit. tres ſunt partes.
1. Summam perſonarum diviſionem exponit *princ. Tit.*
2. Modos conſtituendæ ſervitutis §. 2.
3. Differentias ſervorum, & liberorum hominum complectitur §. 2. *verſiculo in ſervorum.*

§. 1. Summa itaque.

SVmma *a* itaque de jure *b* perſonarum *c* diviſio hæc eſt: quod omnes homines aut liberi ſunt, aut ſervi. Et libertas quidem (ex qua etiam liberi vocantur) eſt naturalis *d* facultas *e* ejus, quod cuique facere libet *f*, niſi quid vi *g*, aut jure *h* prohibetur. Servitus autem eſt conſtitutio *i* juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubjicitur. Servi autem ex eo appellati ſunt, quòd Imperatores *k* captivos vendere, ac per hoc ſervare *l*, nec occidere ſolent *m*: qui etiam mancipia *n* dicti ſunt, eo quòd ab hoſtibus manu capiuntur.

1. *Primaria Juſtiniani perſonarum diviſio quò ſpectet.*
2. *Perſona hìc loci ſignificatio.*
3. *Perſonarum diſtinctio ratione libertatis.*
4. *Libertatis ſpecies. Propria num. 5. Cauſa num. 6. Forma. num. 7. Finis, & effectus, affinia, contraria. num. 8. 9. 10.*
11. *Vi jus libertatis non impediri, ſed actum.*
12. *Leges libertatem non impediunt.*

PRima perſonarum reſpectu juris diviſio, ex jure gentium ſumpta: in qua definitiones libertatis, & ſervitutis, ut quæ ſunt membra hujus partitionis, explicantur.

a SUMMA. Prima, & ultima, qua reliquæ
1 omnes continentur: † quod quidem ad jus, & ſtatum attinet, qua de re hìc quæritur: nam ſi naturam ſpectes, ſumma diviſio & prima erit, qua natura omnes homines in mares, & fœminas diſcrevit. Cæterùm in jure perſonarum (ut hic habet text.) exquirendo, ſtatuque earum declarando, hæc ſumma occurrit diviſio, *l.* 4. *de ſtat. hom. l.* 4. *de juſt. & jur. l. ſi quod.* 64. *de condict. indeb.*

b JURE. Jus videtur hìc ſtatum ſignificare, vel jus ad ſtatum pertinens. In Digeſtis eſt, *De ſtatu*: qui eſt libertatis tantùm. §. 2. *de cap. diminut. l.* 3. *ff. eo. tit.* Jus latiùs patet: quod nomen hìc magis congruit: quia non tantùm de ſtatu hominis hìc agitur, ut *tit. de ſtat. hom.* verùm etiam de aliis juribus, puta nuptiis, poteſtate patria, tutelis, curationibus, &c. Nam hic titulus generalis eſt ad ſequentes.

c PERSONARUM. Rectiùs, quàm hominum. Nam ea, † de quibus dixi, magis pertinent ad 2
perſonam, qua homo in vita civili indutus eſt, quàm ad hominem per ſe, ſecundum naturam conſideratum. Sic Cicero perſonam accipit, *lib.* 2. *Offic.* Sic in *l. fundi.* 17. §. 5. *de act. empt.* perſona imago hominis dicitur, in *l. ne quis eum, qui in jus voca.* & civilis quædam dignitas, ideſt, qualitas honeſta

l. ſi cui.

Digitized by Google

l. ſi cui. 14. de ann. legat. dominica, *l. 4. §. ſi alter. ff. fin. regund.* officii civilis, *l. ſi quis ſine perſ. 11. C. de vectigal.* quam perſonam jure ſervus habere non intelligitur: (nam natura habet, *l. in perſonam. 22. de reg. jur.*) qui tamen homo eſt, *l. hos accuſare. 12. de accuſ. l. 1. §. 1. ad leg. Cor. de ſica.* quia jure civili caput non habet, *l. 3 de cap. minut.* ut ἀκέφαλο. itaq, pro mortuo, & nullo habetur. *l. ſervitutem. 209. de reg. jur.* Plutarch. in Numa dicit, tempore Saturni necdum ſervos fuiſſe, ſed omnes una fuiſſe conditione: ex quo intelligi poteſt ſero hoc jus irrupiſſe. Perſo-
3 na † igitur pro triplici jure triplex eſt: una communis naturæ, quæ in ſervos quoque cadit, *d. l. in perſonam. l. poteſtatis. 215. verſ. in perſona ſervi. de verb. ſign.* Altera juris gentium, libertatis; quæ ſervituti opponitur, libertinitatis, *l. 4. de juſt. & jur. l. unic. C. ad le. Jul. Viſel. l. 3. ne quis eum, qui in jus voc.* Tertia civilis. *d. l. poteſtatis. ver. in perſona liberorum. de verb. ſig. l. unic. C. de ingrat. lib.* & hæc rursùm publica, vel privata, alia ſcholaris perſona, alia alterins. Auth. *Habita. C. Ne fil. pro pat.* alia Secularis, alia Clerici, *l. generaliter. ſancimus. 51. C. de Epiſ. & Cler. c. at ſi. 4. de judic. c. molita. 11. q. 1.* aliud ruſtici jus, aliud urbani *l. 1. C. de edend. l. ſi quis. 7. de juriſdict. l. 2. de jur. fiſc.* aliud pagani, aliud militis. *l. 2. ſi quis in jus vocat. l. 1. C. de jur. & fact. ign.* Tertia perſona dicitur, ut tertius, ad quem res non ſpectat, *l. communi. 7. §. cùm de uſufructu. Comm. divid.* Eſt quædam ficta, ut qualem ſuſtinere dicitur hæreditas. *l. cum hereditas. 9. C. depoſ.* Eccleſia, Fiſcus.

d Naturalis. In hac definitione proponitur cauſa efficiens, hoc eſt, à natura prodita facultas, *l. quod attinet. 33. de reg. jur.* Jure enim naturali libertas continetur *l. ſi quod. 64. de condict. indeb.* unde naturam communem vocat, *l. hos accuſare. 12.*
4 *§. ſed cùm de accuſ.* Alia † eſt libertas igitur naturæ communis. *§. fera. cum ſeq.* infr. *de rer. diviſ.* quæ rerum quoque eſt inanimatarum, *l. altius. 8. C. de ſervit.* ut ingenuitatis, *§. 1.* infr. *de ingen. l. 1. C. de jur. aur. anul. l. unic. C. ad leg. Viſel. l. 2. de natal reſtit.* nativitatis, *l. 2. de natal. reſtit. §. 1.* inf. *de ingen.* Alia Juriſgentium ex manumiſſione, *l. 4. de juſt. & jur. l. 4. 5. de ſtat. hom.* Alia civilis, ſeu legitima, de qua *l. unic. verſ. legitimam libertatem. C. de com. ſer. manumiſs.* emancipationis, *l. unic. C. de ingrat. lib.* aureorum anulorum, *l. 1. 2 C. de jur aur. anul. & ff. eod. tit.* natalium reſtitutionis, *l. 1. C. de nat. reſtit. l. 2. ff. eod.* legitimationis, *§ ult.* infr. *de nupt. §. 2.* inf. *de here. que ab inteſt. defer.* præſcriptionis, *l. 2. C. de long. temp. preſcript. que pro libert.* Diviſiones alias libertatis tradit Bald. in *l. libertas. 4. de ſtat. hom. & in tract. de ſchiſmat.* qui ſub'ectus eſt *l. ult. C.*
5 *de edict. D. Adrian. toll.* Proprium libertatis, † nulli ſervire. Bald. in *d. tract. de ſchiſmat. n. 6.* facere, quod lubet: ut hìc in definitione. item quod communis, *c. jus naturale. diſt. 1.* publica, *l. ſi quis 53. de fid. libert.* favorabilis, *l. quoties. 20. l. in obſcura. 139. l. libertas. 164. de Reg. Jur. l. 2. C. de long. temp. preſcript. que pro lib.* Cau-
6 ſa † igitur libertatis jus triplex, nativitas ex natura, manumiſſio ex jure gentium, emancipatio, reſtitutio, jus anulorum ex legibus, & reſcriptis.
7 Forma † qualitas ipſa naturalis ſui juris nulli ob-
8 noxia. Finis † & effectus facultas vivendi, ut velis. Item ſibi acquirere, non aliis. Affinis † præ- 9
ſumptio libertatis, *l. ſi prius. 14.* ubi Jaſ. *num. 40. de oper. no. nunciat. l. altius. 8.* ubi Doct. *C. de ſervit.* Contraria, † ſervitus, *l. 4. de juſt. & jur.* & omnia 10
ex quibus illa ſequi poteſt, ut captivitas *l. cum loca. 36. de religioſ. & ſumpt. fun. d. l. 4 de juſt. & jur.* & hujus effectus dominatio, quæ libertati naturali opponitur, *l. ſi quod 64. de cond. indeb.*

e Facultas. Rectius, quàm *jus*. Cæterùm quoties jus, aut juris, puta naturalis dicitur, id reſpectu juris, quo libertas regitur, eſt accipiendum.

f Facere Libet. Definitio à cauſa efficiente, fine, & effectu: quomodo & Cic. in *Parad. & lib. 1. Offic.* Libertas eſt poteſtas vivendi, ut velis. Bald. *de ſchiſm.* eſt nulli ſervire: κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου.

g Quid Vi. † Etſi quid vi prohibeatur fieri, 11
non tamen id officit libertati: cùm hæc juris ſit, vis autem facti, & quidem factum imprubum, quod lex pro infecto & nullo habet, *l. non videtur. 22. de acq poſſ. l. hoſtes. 24. de capt. & poſtl. reverſ.* Potentia igitur, & jus libertatis, vi non impeditur, ſed actus, ſeu actio illius, vel ipſum facere quodlibet, quod hìc in definitione ponitur: eoque rectè vis illi opponitur.

h Aut Jure. † Juris executio non officit li- 12
bertati. Nam ut inquit Cic. *pro Cluent.* ideò legum ſervi libenter ſumus, ut liberi eſſe poſſimus, *l. Nepos. 125. de verb. ſign.* & quæ contra bonos mores ſiunt, ea nec facere nos poſſe credendum eſt, *l. filius. 15. de condic. inſt.* Præterea lex non imperat βιαστικῶς, ex coactiune, ſed πειστικῶς ex perſuaſione: quare hæc ubedientia, quæ ſpontè legibus præſtatur, ut omnibus libertas ſit incolumis, non pugnat cum libertatis jure, ſed potiùs eam tuetur: actionem tamen ejus liberam coercet, ac in gyrum rationis ducit, ne licentiùs evagetur: cui hìc in definitione, ut ſuperiùs opponitur. Huc pertinet illud Perſii, *Sat. 5.* prope finem.

Vindicta poſtquam meus à prætore receſſi:
Cur mihi non liceat, juſſit quodcunque voluntas?
Excepto ſi quid Maſuri rubrica vetavit.

i Constitutio. Jus moribus, & uſurpatione quadam gentium inductum, *l. 4. de juſt. & jur. l. 4. de ſtat. hom.* quod poſteà, ut fit, in legem abiit.

k Imperatores. Duces belli: qui ſic olim vocati ſunt, non αὐτοκράτορες. Theoph.

l Servare. Prorſus ut in lingua Hebræa. Nos ſic ſervos Chriſti Paulus vocat, *Coloſſ. 3.* in fin. nempe quoniam ab eo ſervati. Sic Cic. *pro Flacco*, quòd capta, quod ſervata. Hinc autem apparet, hoc jus quadam in captivos humanitatis uſurpatione primo introductum eſſe, *l. pupillus. 239. §. 1. de verb. ſign.* Ex quo ſumitur, in captivos non eſſe ſæviendum jure belli, ſed tantùm jure judiciorum forenſi, togato, ordinario, cujuſmodi in reliquis rebellibus, contumacibus, ſontibus plectendis uſurpatur. Unde infamis Galatarum immanitas, quòd captivos hoſtes Diis immolarent. Athen. *lib. 4.* Vide

Aleiat. *l. hoſtes.* 118. *de verb. ſign. & d. l. pupillus.* Covar. *reg. peccatum. par.* 2. §. 11.

m SOLENT. Vel etiam debeat. Grammat. *voto* 10. *num.* 38. niſi periculum immineat conſervatione ipſis capientibus. Covar. in *d. loc.*

n MANCIPIA. Etiam emuntur mancipio, quod eſt certum genus alienationis. Cont. *lib.* 1. *diſputat. cap.* 12. apud Ciceronem, *ſervus eſt mancipio, vel nexu*. Exod. 21. 21. dicitur *eſſe pecunia Domini*.

§. 2. Servi autem.

SErvi autem aut naſcuntur, aut fiunt: naſcuntur ex ancillis noſtris *a*: fiunt aut jure gentium *b*, ideſt, ex captivitate: aut jure Civili *c*, cùm liber homo *d* major viginti annis ad pretium participandum, ſeſe venundari paſſus eſt. In ſervorum conditione *e* nulla eſt differentia *f*: in liberis autem multæ: aut enim ſunt ingenui, aut libertini *g*.

1. *Argumentum §.*
2. *Ex ancilla natus matris conditionem ſequitur.*
3. *Liberorum hominum diviſio.*

1 EXplicatio † membrorum diviſionis propoſitæ: & primùm de cauſa efficiente ſervitutis. Nam quidam natura naſcuntur ſervi, quidam fiunt jure gentium, quidam jure civili.

a ANCILLIS NOSTRIS. Vernas vocant, *l. cum ſuper.* 10. *C. de rei vindic. l. Titia.* 36. *de legat.* 1. Feſtus *lib.* 19. qui vult ab eo dici, quia in villis naſcantur verno tempore, quod ſœturæ eſt. Conſtat & aliàs vernaculum accipi pro domeſtico, & opponi adventitiis. Hebræa lingua pueros, filios domus vocat. Gen. 14. 14. & 15. 3. etiam apud Saxones viguit talis ſervitus, cùm horum jure maritus det pro *Morgengabe* ſervum, & ſervam *Lehenrecht art.* 31. *in gloſs. & art.* 21. *Landr. lib.* 1. ubi mulier privatur dotalitio, ſi aſcriptitios

2 expellat. † Cæterùm partus ex ancilla natus ventrem ſequitur, *l. partum.* 7. *C. de rei vin.* quando patrem jure civili, quem ſequatur, non habeat: nec enim conſtat cum ancilla matrimonium, *l. cum ancillis.* 3. *C. de inceſt. nupt.* Quare ut vulgò concepti, ita ex ancilla nati ventrem, hoc eſt matrem, lege naturæ communis, cujus ſimulacra etiam in animantium genere conſpici poſſunt, ſequuntur, *l. cum legitimæ.* 19. *l. lex naturæ.* 24. *de ſtat. hom.* Cæterùm ex legitimis nuptiis nati patrem ſequuntur, *l. liberos.* 10. *de ſenat.* In veteri Eccleſia ex ancilla nati patrem ſequebantur; ut liberi, & ingenui; non matrem: ut patet in filiis Abrahæ, & Jacobi ex ancilla natis.

b FIUNT AUT JURE GENTIUM. Tam nativitate, de qua diximus, *l.* 5. *verſ. jure gentium de ſtat. hom.* quàm captivitate, *d. l.* 5. etiam ex delicto: ut Geneſ. 43. 18. & 44.

c JURE CIVILI. *l.* 5. *eod.* etiam atrocitate ſententiæ, *l. quod ad ſtatum.* 12. in fin. *de pœn.* § 1. infr. *de cap. minut.* quæ porrigitur ad eos etiam, qui pòſt ex damnato ventre concipiuntur, non ſi antè, *l.* 4. *C. de pœn.*

d LIBER HOMO. Vide in *tit. Quib. ad liber. proclam.* Cæterùm miles, qui ſe ſic venire paſſus eſt, capite punitur. *l. quædam.* 14. *de pœnis.* Nota verò cauſam finalem, ſine qua non ſic amittitur libertas, videlicet ad pretium participandum. Sed & lex Moyſis vendi permittit eum, qui pœnam furti pecuniariam præſtare nequit. Exod. 22. 3. quò videtur pertinere locus ex Geneſ. 44. *verſ.* 10. cujus ſervitutis apud Hebræos ſignum fuit perforatio auris. Deuter. 15. *verſ.* 17. De aliis modis amittendæ libertatis, vide gloſſ. hìc. Ulpia. *tit.* 9. *l.* 2. *C. Quib. ad liber. proclam.* & *C. de ingrat. li.* Nam jure civili etiam ex pœnis inducitur ſervitus, libertate amiſſa, *l. quod ad ſtatum.* 12. *l. qui ultimo* 29. *de pœnis*, ut libertis ingratis erga patronos condemnatis, in princ. infr. *de cap. diminut. l.* 2. *C. de libert. & eor. lib.* quam ſuſpicari licet hodie correctam. Auth. *ſed hodie. C. de don. int. vir. & uxor.* §. *quod autem.* in Auth. *de nupt.* non etiam *l. unicam, C. de ingr. lib.* quia non de vera ſervitute loquitur: famulatu autem quamvis longiſſimo non inducitur, *l. ſcientis.* 6. *C. de ing. manum.* quia contra libertatem non currit præſcriptio, *l. ult. & tot. tit. C. de præſcript. quæ ad lib.*

e CONDITIONE. Rectiùs, quàm *ſtatu*: quia ſervi nec caput, nec ſtatum civilem propriè habent, *l.* 3. *de cap. minut.* §. *ſervus.* infr. *eod. l.* 3. *ne quis eum.* Nihil autem in his refert, utrum ſervi nati, an facti ſint: omnes enim eandem ſervitutem ſerviunt: niſi quòd publici ſervi melior eſt conditio: quia factionem teſtamenti habet, &c. Ulpian. *de teſtam.* Verùm de jure publico hìc non agitur, ſed de jure privatorum. Atque ita de ſervis privatis: in quibus nullum eſt conditionis diſcrimen. In liberis intereſt, utrum ita nati, an facti ſint: ut ſequitur.

f NULLA EST DIFFERENTIA. Poſt definitionem ſequitur diviſio, quatenus haberi poteſt: ſervorum autem, tempore I. C. quorum de libris hæc ſumpta ſunt, conditio fuit una: omnes enim in

do-

domini pariter ſunt poteſtate: officia varia eſſe poſſunt, & gradus. Geneſ. 24. 2. de quib. Pith. *lib. 2. ſubſect. cap.* 9. Quidam etiam ſervi ſervorum, ut peculiares vicarii: *l. de pecul.* 38. §. *Stichus. de peculio*. de qoibus Cujac. *tract. ad Afric.* 8. quidam præpoſiti omnibus, ut Joſep. Geneſ. 39. 4. 5. 9. & alii. Geneſ. 15. 2. 24. 2. Sed ab officiis, ſtatus non penditur; cùm etiam ægroti perhibeantur ſervire, *l.* 4. § 5. *de ſtatu lib.* Itaque hic non de officiis, ſed de ſtatu diſputatur. Quare nec Stoica diviſio huc pertinet, de qua Cujac. *in princ. de feud.* cùm in eam omnes homines referri queant, quorum alii aliis certas operas debent. Diviſio itaqoe hæc ſecundum ſubjectam materiam eſt accipienda. Miniſteria tamen viliora etiam jure noſtro pro ſervis habentur. *l. quæ adulterium*. 29. *C. de adulter.*

g Aut Libertini. Expoſito primo diviſioois
membro, quod ad ſervos pertinet, ſequitur alte-
rum de liberis: quorum geocra ex cauſa itidem
3 efficiente per diviſionem proponuotur. † Libero-
rum eoim, quod ad ſtatum attinet, non una eſt
conditio: cùm alii à natura libertatem habeant,
quæ vocatur ingenuitas: alii à facto hominis, quæ
eſt libertinitas: cujus ſtatus ingenuitate inferior habetur, *tot. tit. C. ad l. Viſcell. l unic. C. de Lat. lib.* Vide Novellam 78. Horum ſimiles videntur, reſpectu tameo operarum magis, quàm ſtatus, hodie vaſalli: Ever. *loc. à lib. ad vaſ.* Item coloni, & aſcriptitii, quos eſſe liberos, noo ſervos, vult Ang. hic, & Bar. *l.* 3. *de ſtat. hom.* aſcriptitios tamen ſervos fuiſſe veriùs cenſet Cujac. *ad rub. C. de agric. & cenſ. lib.* 11. *l. ne diutiùs*. 20. *eo. tit.* Sed & coloni quamvis liberi, *l.* 1. *C. de præd. tamiacis lib.* 12. terræ tamen cui qoærebantur, & ſerviebant, ſervi fueruot, *l. litibus*. 19. *C. de agric. & cenſ. lib.* 11. Præcedens igitur verſiculus de una ſervorum conditione ſumptus eſt ex Cajo, aut aliquo veteri I. C. ſine judicio: nam Juſtiniani tempore triplex erat potiùs ſervitus: dominii, *l. poteſtatis, de verb. ſign.* aſcriptitia, & colonaria; ſicut diſtinguuntur, *l.* 3. *C. de infan. exp.* Poſſumus eandem diſtinguere in naturalem. *l.* 1. *in fin. de aq. pluv. arc.* Jurisgentium, de qua hìc, & civilem, cui libertas emancipationis opponitur. *l. uni. C. de ingrat. lib.* ſunt ejuſdem etiam aliæ diſtioctiones in Epiſtol. Ciceron. ad Curium, & hujus ad Illum.

DE INGENVIS,

Titulus Quartus.

Titulus in duas partes ſegregatur.
In prima de ingenuitate nativa exponitur §. 1.
In altera de ingenuitate detecta, ejuſque effectu §. 2.

§. 1. Ingenuus eſt.

Ingenuus *a* eſt is, qui ſtatim ut natus eſt, liber eſt, ſive ex duobus ingenuis matrimonio editus eſt, ſive ex libertinis duobus, ſive ex altero libertino, & altero ingenuo. Sed & ſi quis ex matre naſcitur libera, patre verò ſervo; nihilominus ingenuus naſcitur *b*: quemadmodum *c*, qui ex matre libera, & incerto patre natus eſt, quoniam vulgò conceptus eſt. *d*. Sufficit autem, liberam fuiſſe matrem eo tempore, quo naſcitur *e*, licet ancilla conceperit. Et è contrario, ſi libera conceperit, deinde ancilla facta pariat: placuit, eum, qui naſcitur, liberum naſci *f*: quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in utero eſt *g*. Ex his illud quæſitum eſt, ſi ancilla prægnans manumiſſa ſit, deinde ancilla poſtea facta pepererit, liberum, an ſervum pariat? Et Marcianus *h* probat liberum naſci. Sufficit enim ei, qui in utero eſt, liberam matrem vel medio tempore habuiſſe: quod & verum eſt *i*.

1. *Ingenuum unde dictum.*
2. *Partus extra juſtas nuptias conceptus, ſemper ſequitur ventrem.*
3. *Exiſtens in utero, quoties de ipſius commodo agitur, pro nato habetur.*

SEquitur diviſionis paulò antè poſitæ per definitionem ſingularium partium explicatio: ac primò quinam ſint, & dicantur ingenui. Hi enim libertinis præferuntur *l. ult. de fid. inſtrum.*

1 *a* INGENUUS. † *l. 5. de ſtat. hom.* Ulp. *tit.* 5. Cajus *tit.* 3. Paul. *lib.* 2. *cap.* 24. Ingenuum dictum eſt ab ingenio, hoc eſt, naturali indole, atque inſita rei proprietate, ut Terent. *Rursùs ad ingenium redit*. Hinc iogenuum vocant Latini, quod nativum eſt: quomodo Lucretius ingenoos footes, Juvenalis ingenuos tophos appellat. Eodem ſenſu & ingenuus, qui nativam habet libertatem, & ingenuitas, hoc eſt, naturalis libertas dicitur. *l. 1. de natal. reſtituend.*

2 *b* INGENUUS NASCITUR. † Semper enim partus extra juſtas ouptias conceptus veotrem ſequitur, ut ſupra dictum eſt, ex *l. lex natura*. 24. *de ſtat. hom. l. ejus*. 9. *ad municipal.* Ut autem libero cum ancilla, ſic liberæ cum ſervo noo conſtat juſtum matrimonium. *l. 3. C. de inceſt. nupt. l. ſervi*. 23. ubi gl. *C. de adult.* glo. *l. inter.* 6. *ff. eo. tit. & inf. de nupt. in princ.* per illum text. in *verb. cives Rom.* Ex libero igitur ventre natus, quamvis patre ſervo, ingenuus tamen naſcitur: quia cùm patrem juſtum oon habeat, matrem jure naturæ ſequitur, *d. l. lex natura*. Etiam fit ingenuus manumiſſione ex jure ooviſſimo. Cojac. *obſ.* 14. *c.* 27.

c QUEMADMODUM. Not. quoad ſtatum comparari vulgò conceptos, & eos, qui ex contubernio ſervi naſcuntur.

d VULGO CONCEPTUS EST. Vide *d. l. cùm legitima*. 19. *l. vulgò*. 23. *cum l. ſeq. de ſtat. homin.*

e NASCITUR. Infans ſcilicet, *l. emancipatum*. 7. *in fin. de ſenator.*

f NASCI. *l. 5. l. Arethuſa*. 15. *de ſtat. hom. l. ſi ante. C. de pœn.* Paul. *lib.* 2. *Sent. cap.* 24. Ratio: † 3
quia is, qui in utero eſt, toties pro nato habetur, quoties bono illi futurum eſt, natum aliquo à conceptione temporis articulo fuiſſe, *l. qui in utero* 7. & 26. *de ſtat. hom.* Sic *l. intelligendus*. 153. *de verb. ſignific. intelligendus eſt*, inquit, *mortis tempore fuiſſe, qui in utero relictus eſt*: quodam ſcilicet interpretationis civilis modo *l. vel ſi vivo*. 7. *de ſuis, & legit. hered.*

g IN UTERO EST. Tales regulæ, quæ in Inſtitut. occurrunt, & τὸ ὅτι tradunt, in primis memoriæ ſunt commendandæ.

h MARCIANOS. Quidam Cod. *Marcellus* habent.

i ET VERUM EST. Ex ratione, *d. l. qui in utero*.

§. 2. Cùm autem.

CUm autem ingenuus aliquis natus ſit, non officit ei, in ſervitute *a* fuiſſe, & poſtea manumiſſum eſſe: ſæpiſſimè enim conſtitutum eſt *b*, natalibus *c* non officere *d* manumiſſionem.

EFfectus ingenuitatis.

a IN SERVITUTE. Facti, noo joris: hoc eſt, injuſtam ſervitutem ſerviiſſe noo nocet: pota violentam, vel putativam, *l. homo*. 21. *de ſtat. hom. l. cum pacto*. 40. *de lib. cauſ.* Aliud eſt, in ſervitote: aliud, ſervum eſſe: hoc proprietatem, illud poſſeſſiooem notat. Sic & paupertas ingenuitati non officit. *l. humilem*. 7. *C. de inceſt. nupt.*

b CONSTITUTUM EST. *l. 2. l. 6. & tot. tit. C. de ingen. manum.* Vide Paul. *Sent. lib.* 5.

c NATALIBUS. Ingenuitatis. *de natal. reſtit. tot. tit.*

d OFFICERE. Non mutare ingenuitatem in libertioitatem.

DE

DE LIBERTINIS,

Titulus Quintus.

1. *Altera libertatis ſpecies libertinitas.*
2. *Libertini, & liberti quomodo differant.*

1 SEquitur † altera libertatis ſpecies, quam libertini habent, ſeu altera ſubdiviſionis ſuperioris pars, quæ ad libertinos pertinet. De quorum origine, definitione, cauſis, diviſione, hoc in titulo
2 ordine Juſtinianus diſputat. † Libertini porrò dicuntur abſolutè, cùm de ſtatu eorum quæritur: liberti relativè, cùm ad patronum habetur, & fit relatio. Valla *Elegan. lib.* 4. *cap.* 1. *ff. de oper. lib. de bon. lib.* Quanquam hæc confunduntur ſæpiùs: nam in hac diviſione quos Juſtinian. libertinos, eos Ulpian. *tit.* 1. libertos appellat. Vide eundem, *l. ultim. ſi liber. ingen. dica.* Cujac. *l. obſervat.* 3. *capite* 37. Athenæ. *libro* 3. *capite* 17.

DIviditur Titulus in tres partes.
1. Definitionem Libertinorum, & manumiſſionis continet §. 1.
2. Libertinorum ſpecies ex variis manumittendi formis §. 3. *in princ.* juncto §. 2.
3. Eorundem differentias hodie ſublatas *d.* §. 3. *verſic. ſed quoniam.*

§. 1. Libertini ſunt.

LIbertini ſunt, qui ex juſta *a* ſervitute manumiſſi ſunt. Manumiſſio autem eſt de manu miſſio *b*: ideſt, datio libertatis. Nam quamdiu quis in ſervitute eſt, manui, & poteſtati ſuppoſitus eſt: manumiſſus liberatur poteſtate. Quæ res à jure gentium *c* originem ſumpſit *d*: utpotè cùm jure naturali omnes liberi naſcerentur *e*, nec eſſet nota manumiſſio, cùm ſervitus eſſet incognita *f*. Sed poſteaquam jure gentium, ſervitus invaſit, ſequutum eſt beneficium manumiſſionis *g*: & cùm uno naturali nomine homines appellarentur *h*, jure gentium, tria hominum genera eſſe *i* cœperunt: liberi k, & his contrarium *l*, ſervi: & tertium genus, liberti, ideſt, hi, qui deſierant eſſe ſervi.

1. *Servitus juſta qua.*
2. *Cujus juris eſt actus, ejuſdem & diſtractus.*
3. *Appellare, verbum, in jure etiam ipſum eſſe ſignificat. & num.* 4.

LIbertini qui dicantur, quid manumiſſio, quæ eſt cauſa libertinitatis, & quo jure introducta, ex *l.* 6. *de ſtat. hom. l.* 4. *de juſt. & jur.*

1 *a* Ex Justa. † Vera, & legitima. *l.* 2. *de adopt.* quæ re ipſa, & jure ſervitus ſit, non opinione, & errore tantùm; ut in §. *ult. ſup. tit.* 1. quo ſenſu contrà juſta libertas appellatur, in §. *libertinorum.* 3. *infr. eo.*

b De Manu Missio. Hoc eſt, de poteſtate dominica, ut ſequitur in tex. *manui, & poteſtati ſuppoſitus*: quomodo & manus regia dicitur, *l.* 2. *in prin. de orig. jur.* & Geneſ. 9. *Omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt.* Ita brevi hîc ſermonis compendio definitio nominis, ac rei notatur.

c A Jura Gantium. *l.* 4. *de juſt. & jur. l.* 4. 5. *de ſtat. hom.* Non à natura, ut evincere vult *in Polit.* Ariſt. *lib.* 1. *cap.* 3.

d Sumpsit. Cauſa efficiens. Vide *l.* 4. *de juſt. & jur. l.* 5. *de ſtat. hom.*

e Naiceerentur. *l. quod attinet.* 33. *de reg. jur. l.* 1. *de natal. reſtituen.*

f Esset Incoonita. Contrariorum eadem eſt doctrina, ac ratio. *l.* 1. 2. *de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* & privatio præſupponit habitum. *l. de-*

Digitized by Google

decem. de verborum obligation.

2 *g* MANUMISSIONIS. † Nota: cujus juris eſt actus, ejuſdem eſt diſtractus. *l. ab emptione. de pact. l. 4. de juſt. & jur.* Schurff. *conſil. 17. cent. 1.* gl. & Doct. in *l. de tutela, C. de in integ. reſt.* & quod eſt cauſa cauſæ, eſt caoſa cauſati. Doct. in *d. l. 4. de juſt. & jur.*

3 *h* HOMINES APPELLARENTUR. † *l. hominis. 152. de verb. ſignif.* appellatione autem in jure etiam ipſum eſſe ſignificatur: ut indicant verba ſequentia, *eſſe cœperunt*: & ſup. *de jur. perſon. in prin. ex qua liberi vocantur*: hoc eſt, ſunt. ac inf. §. 3. *Latinorum nomen*, hoc eſt, jus. In jure enim conveniunt rebus nomina ſæpè ſuis. §. *eſt & aliud. inſ. de don.*

i ESSE. Ergo † appellare, ut dixi, eſſe vo- 4
cat: alioqui non conſtaret hæc collatio.

k LIBERI. Hoc eſt ingenui. ut in *l. cum pacto. 40. de lib. cauſ.*

l CONTRARIUM. Genus ſcilicet, ut mox ſequitur.

§. 2. Multis autem.

MUltis autem modis manumiſſio procedit: aut ex ſacris conſtitutionibus *a* in ſacroſanctis Eccleſiis *b*, aut vindicta *c*, aut inter amicos *d*, aut per Epiſtolam *e*, aut per Teſtamentum, aut per aliam quamlibet ultimam voluntatem *f*. Sed & aliis multis modis *g* libertas ſervo competere poteſt, qui tàm ex veteribus, quàm ex noſtris conſtitutionibus introducti ſunt. Servi verò à dominis ſemper manumitti ſolent, adeò ut vel in tranſitu *h* manumittantur: veluti cùm prætor *i*, aut præſes, aut proconſul in balneum, vel in theatrum eunt.

1. *Summa §.*
2. *Servi in Eccleſiis olim manumiſſi.*
3. *Vindicta quid.*
4. *Modi manumittendi alii publici, alii privati.*
5. *Manumiſſio cujuſmodi actus.*

1 VAriæ † ſpecies manumiſſionum à forma ſumptæ: de quibus ideo hic exponitur, quia ſunt cauſæ libertinitatis: & quibus modis quis liber, vel potiùs libertinus fiat, cùm ſervus eſſet, oſtendunt.

a SACRIS CONSTITUTIONIBUS. *Tot. tit. C. de his, qui in Eccle. manu.* ut ancilla per nuptias. *Novell.* 78. Olim ſerva nuptiis domini non liberabatur, ut Agar ſerva Saræ. Geneſ. 16.

2 *b* SACROSANCTIS ECCLESIIS. † Ut olim per cenſum in comitiis ſervi manumittebantur, honoratiore quodam modo relati in cenſum, numerumque civium. Ulpian. *titul. 1. de libert.* ita poſtea ſub Chriſtianis Imperatoribus jure cenſus jam obſoleto, in Eccleſiis ſervi manumitti coram multitudine piorum, & velut in Comitiis Eccleſiaſticis recipi in numerum civium cœperunt, *l. 1. & 2. C. de his, qui in Eccleſ. ma.* ubi dixi, *l. 1. C. de Latin. libert. l. actus. 8. C. de fer.* Hiſt. tripart. *lib. 1. cap. 9.*

3 *c* VINDICTA. † Hoc eſt, virga prætoris, quam lictor præferebat, dicta à Vindicio, Bruti ſervo, qui primus hoc modo manumiſſus traditur. Plutarch. in *lib. de his, qui tard. à Deo puniun.* Vide *tit. de manu. vind.* Tacit. *lib.* 13. Politia in *Miſcell. cap.* 98.

4 *d* INTER AMICOS. † Superiores duo modi publici ſunt, & digniores, per quos manumiſſus civis Roman. efficiebatur: ſequuntur nunc privati, tàm inter vivos, quàm in ultima voluntate: qui non omnes civitatem olim Romanam conferebant: dico *non omnes*: nam teſtamento (quod ipſum quoque publici juris eſt, *l. 3. de teſta.*) manumiſſi cives efficiebantur. Ulpian. *tit.* 1. de his modis vide omninò Theoph. hic in § *ult.*

e EPISTOLAM. Inter abſentes, ſemper tamen quinque teſtibus adhibitis. *l. 1. § ſed etſi. C. de Lat. lib. tollen.*

f VOLUNTATEM. Puta codicillos, legatum, fideicommiſſum, &c.

g MULTIS MODIS. Ut ex lege, veluti ſi Judæus, vel hæreticus Chriſtianum mancipium habeat, *l. Deo nobis. 55. §. his ita diſpoſitis. C. de Epiſc. & Cler.* Vide in *l. unic. C. de Lat. lib. tollen. l. nemini. 24. C. de Epiſc. aud. l. 4. C. de prapoſ. ſacr. cub. lib.* 12.

h IN TRANSITO. Procedente, & aliud agente
magiſtratu. Theoph. † Eſt enim actus volunta- 5
riæ, non contentioſæ juriſdictionis, qui fit abſque figura, & ſtrepitu judicii, ſineque ullo partium conflictu. *l. 2. de offic. proconſ.* quare ubivis expediri poteſt, *l. 1. de offic conſul. l. ult. C. de emanc.* ut hic diſertè eſt expreſſum. & *l. non eſt. 7. cum l. ſeq. de manum. vind.* ubi gl. per hunc tex. notat, actus voluntariæ juriſdictionis ubivis expediri, neceſſariæ non item.

i CUM PRÆTOR. Agitur ergo hic de manumiſſione, quæ fit vindicta.

§. 3. Li-

Digitized by Google

§. 3. Libertinorum autem.

Libertinorum autem ſtatus tripartitus antea fuerat *a*. Nam qui manumittebantur, modò majorem, & juſtam libertatem conſequebantur, & fiebant cives Romani *b*: modò minorem *c*, & Latini ex lege Iunia Norbana fiebant; modò inferiorem, & fiebant ex Lege Ælia Sentia, dedititii. Sed quoniam dedititiorum quidem peſſima conditio, jam ex multis temporibus in deſuetudinem abierat, Latinorum verò nomen *e* non frequentabatur: ideo noſtra pietas omnia augere, & in meliorem ſtatum perducere deſiderans, duabus conſtitutionibus hoc emendavit, & in priſtinum ſtatum *f* reduxit: quia & à primis urbis Romæ cunabulis una, atque ſimplex libertas competebat, ideſt, eadem, quam habebat manumiſſor: niſi quòd ſcilicet libertinus ſit *g*, qui manumittitur, licet manumiſſor ingenuus ſit *h*. Et dedititios quidem per conſtitutionem *i* noſtram expulimus, quam promulgavimus inter noſtras deciſiones: per quas k, ſuggerente nobis Triboniano, viro excelſo Quæſtore, antiqui juris altercationes placavimus. Latinos autem Iunianos, & omnem, quæ circa eos fuerat, obſervantiam, alia conſtitutione *l* per ejuſdem Quæſtoris *m* ſuggeſtionem correximus, quæ inter Imperiales radiat ſanctiones. Et omnes *n* libertos *o* (nullo nec ætatis manumiſſi, nec domini manumittentis, nec in manumiſſionis modo diſcrimine habito, ſicuti antea obſervabatur *p*) civitate *q* Romana donavimus: multis modis additis, per quos poſſit libertas ſervis cum civitate Romana, quæ ſola eſt in præſenti *r*, præſtari.

1. *Ratio, cur non omnes manumiſſi cives Romani ſtatim effecti ſint.*
2. *Libertini dedititii.*
3. *Effectus liber, ingenui quoque jura conſequitur.*
4. *Inſtitutiones Triboniano Quæſtore compoſita.*
5. *Libertinorum eadem conditio, qua civium Romanorum.*

Diviſio & genera libertinorum, quæ hodie ſunt ſublata.

1 *a* Antea fuerat. † Ne ſervilibus, & libertinis hominibus repleretur Rom. civitas: ideò noluerunt olim omnes, qui quovis modo manumitterentur, indiſtinctè cives Rom. effici. Halicar. *lib.* 4. Videturque hæc manumiſſionum diſparitas ex Repub. Laced. ſumpta eſſe. Athenæ. *lib.* 6. *de ordinib. libertorum, & gradibus ſervorum*. Pith. *ſubſec. lib.* 2. *cap.* 9.

b Cives Romani. Ut manumiſſi cenſu, vindicta, teſtamento. Ulp. *Inſt. cap.* 1. & 2. Juſtam hanc libertatem Paulus vocat, *lib.* 4. *Sent. cap.* 12. Vide Theoph. hìc.

c Minorem. Ut privatim inter amicos manumiſſi: hi enim eodem erant jure, quo Latini Coloni Theoph. hìc. Ulp. *Inſt. cap.* 19. qui ante ſociale bellum, prinſquam recepti eſſent in numerum civium, & civitate donati, non erant participes teſtamentorum, conjugiorum, patriæ poteſtatis, bonorum, ac ſuffragiorum, quæ propria erant civium Romanorum. Boet. *in Top.*

d Dedititii. † *Dedititiorum numero*, legit Cujac. ad Ulp. *tit.* 1. Ut qui, in ſervitute torti vincti fuiſſent: quos nulla ratione civium Romanorum numero aggregari, juſve commerciorum, aut inſtitutionis, hæreditatumve uſurpare leges permittebant: quamvis contrà eſſet in Latinis. Ulpian. *d. c.* 1. Vide Paul. *lib.* 4. *Sent. tit.* 12. de dedititiis verò Theoph. hìc, Livium *lib.* 8. Alciat. *lib.* 1. *parerg. cap.* 16. Quorum nomen pòſt eſt traductum ad eos, qui ſe in defenſionem, protectionem, & tutelam potentiorum dedunt, quod in futurum permittitur, non in præteritum, *l.* 1. *C. Ut nemo ad ſuum patro. ruſtic. ſuſc. lib.* 11. & *Novell.* 17. & nunc quidem (in Imperio præſertim) quotidie fieri ſolet. *c. recepimus.* ubi Panorm. in *ult. nota. de privil. c. ex parte.* 2. *eod. tit.* etiam in protectionem alterius, cujus recognoſcitur juriſdictio, & ſuperioritas: hujus tamen jure ſemper ſalvo. Latè 2

Schurff.

Schurff. *conſ.* 24. *quod veritas. num.* 1. *cum ſeq. cent.* 3. allegans *l. deſertorem* . *§. fin. de re milit. l.* 3. *C. de excuſ. mun. lib.* 10. gloſſ. & Ang. *rub. C. de domeſt. & protectorib. lib.* 12.

e Nomen. Hoc eſt jus : nam nomine res ipſas in jure ſignificari, paulò antè dixi.

f Statum. Juris, quod ſervatum eſt initio conditæ urbis, ut ſequitur.

g Libertinus Sit. Semper.

3 *h* Ingenuus Sit. † Plerumque. Nam poteſt etiam eſſe libertinus, & in ſervitute fuiſſe, poſtea liber factus poſſidere ſervos, & manumittere.

i Constitutionem. *L. unic. C. de dedit. lib. tollen.*

k Per Quas. Quinquaginta Deciſiones Juſtiniani, quæ in Cod. extant.

l Alia Constitutione. *l. unic. Cod. de Lat. lib. tollen.*

4 *m* Quaestoris. † Bis hìc nominat quæſtorem, quem ſuprà in Proœmio appellavit exquæſtorem. Nam durante quæſtur, Inſtitutiones compoſitæ ſunt; ea verò finita, publicatæ, addita illa Proœmii conſtitutione. Moris enim eſt, & ſemper fuit, operis demum abſolutis, & exeuntibus præfationes addere.

n Omnes. Etiam fœminas, quæ & ipſæ cives Romanæ manumiſſione fiunt *l. ſi ancillam*. 11. *C. de act. empt.*

o Libertos. Sicut & provinciales. *in princ. infr. de uſucap. l. in orbe*. 17. *de ſtat. hom.* qui ſucceſſerunt in locum dedititiorum facti tributarii, ut 1. *Reg.* 9. 21. 22. ubi etiam ſervi vocantur: eſt igitur ſpecies ſervitutis, qualis nunc vaſallorum.

p Antea Observabatur. Olim ex Romuli, ut dictum eſt, inſtituto.

q Civitate. Urbs abſolutè ſolet appellari. *l. urbis*. 2. *de verb. ſign.* civitas, reſpectu civium, & juris civilis, ut hìc.

r In Praesenti. Quod igitur Antoninus, non prior ille, ſed ut ſuſpicari licet, Baſſianus, Severi (ad cujus uſque ætatem diſcrimina illa perduraſſe deprehenduntur) filius in orbe Rom. omnes voluit eſſe cives Romanos, *l. in orbe*. 17. *de ſtat. hom.* hoc ante Juſtinianum tantùm de ingenuis acceptum fuiſſe videtur, non de libertinis. Cujac. Obſervat. *lib.* 4. *tit.* 5. † Sed Juſtiniano placuit, vi- 5
ſumque eſt æquius, cùm libertini ejuſdem eſſent imperii ſubditi, eos quoque communis patriæ Romanæ civitate donati. *l. Roman.* 31. *ad municipal.*

QVI, ET QVIBVS EX CAVSIS MANVMITTERE NON POSSINT,

Titulus Sextus.

1. *Continuatio, & Argumentum Tituli.*

1 SIcut † uſitatum eſt I. C. poſt definitionem tradere diviſiones, & poſt regulas, exceptiones : ita hic Juſtinian. cùm ſuperiore titulo poſuiſſet, libertinos eſſe, qui à Domino manumiſſi eſſent, & variis eos modis manumitti poſſe, oſtendiſſet : jam exceptiones illius regulæ ſubjicit, & quinam manumittere nequeant, qui manumiſſi liberi non fiant, declarat.

DUæ ſunt partes.
1. Exponit perſonas ex defectu patrimonii prohibitas, atque fraudis odio §. 1. & 2.
2. Perſonas ex defectu ætatis, amoris ratione §. 3.

§. 1. Non tamen.

NOn tamen cuique volenti manumittere licet. Nam is, qui in fraudem creditorum manumittit *a*, nihil agit *b* : quia lex *c* Ælia Sentia *d*. impedit libertatem *e*. Licet autem *f* domino, qui ſolvendo non eſt *g*, teſtamento ſervum *h* ſuum *i*, cum libertate hæredem inſtituere, ut

fiat

fiat liber, hæreſque ei ſolus, & neceſſarius *k*, ſi modò ei nemo alius ex eo teſtamento hæres extiterit : aut quia nemo hæres ſcriptus ſit, aut quia is, qui ſcriptus eſt, qualibet ex cauſa hæres non extiterit. Idque eadem lege Ælia Sentia proviſum eſt : & rectè. Valdè enim proſpiciendum erat, ut egentes homines, quibus alius hæres extiturus non eſſet *l*, vel *m* ſervum ſuum neceſſarium hæredem haberent, qui ſatisfacturus eſſet creditoribus : aut hoc eo non faciente, creditores res hæreditarias ſervi nomine *n* vendant, ne injuria *o* defunctus afficiatur. Idemque juris eſt, etſi ſine libertate ſervus hæres inſtitutus eſt. Quod noſtra conſtitutio *p* non ſolùm in domino, qui ſolvendo non eſt, ſed generaliter conſtituit, nova humanitatis ratione : ut ex ipſa ſcriptura inſtitutionis etiam libertas ei competere videatur *q* : quum non ſit veriſimile *r*, eum, quem hæredem ſibi elegit, ſi prætermiſerit libertatis dationem, ſervum remanere voluiſſe, & neminem ſibi hæredem *ſ* fore *t*.

1. *Verba hac*, Nihil agit, *quomodo intelligenda*.
2. *Manumiſſio facta in fraudem creditorum, eſt ipſo jure nulla: & ejus ratio. num. 3.*
4. *Æliorum familia. Et quomodo Lex Ælia Sentia libertatem impediat. num. 5.*
6. *Defunctorum intereſt, hæredes habere: & num. 7.*
8. *Qui vult conſequens, cenſetur etiam voluiſſe antecedens.*

a MANUMITTIT. *l. qui in fraudem. Qui & à quib. ma.*

b NIHIL AGIT. † Hoc eſt, non dat libertatem: reſpectu enim creditorum (quorum cauſa hoc inductum eſt) actus eſt nullus, itaut non ſit opus actione revocatoria, ſicut in cæteris, quæ creditorum in fraudem alienantur. *t. t. ff. quæ in fraud. cre. §. item ſi quis in fraudem 6. infr. de act.* Nam aliarum rerum alienatio non eſt diſertè lege prohibita : ideo valet ipſo jure, quamvis Pauliana actione retractetur, *l. ſi ſciens. 26. cum l. ſeq. de con. emp.* †
2 Manumiſſio verò talis, lege prohibetur, ex ratione, quæ paulò pòſt indicabitur: eſt igitur, ut contra legem facta, ipſo jure nulla, *l. non dubium. 5. C. de legib.* quòd hac locutione, nihil agi, vel fieri indicatur, *§. ult. inf. de uſufruct. l. 1. §. ult. quando dies lega. vel uſufru. ced.*

3 *c* QUIA LEX. † Ratio: quia quod contra legem fit, id ipſo jure eſt nullum. *d. l. non dubium. C. de legib.*

4 *d* ÆLIA SENTIA. † Æliorum familiam Juriſprudentiæ ſtudio floruiſſe teſtatur, *l. 2. de orig. jur.*

e IMPEDIT LIBERTATEM. Et ideo impedit potiùs, quàm revocat, quia triſte futurum erat, ſemel datam libertatem retractari. *l. liberos. 10. C. de lib. cauſ. l. ait. 7. §. ſed quod. de minor. §. ſi is. inf. de eo cui lib. cauſ. tot. tit. C. ſi ad lib. l. in-*
5 *ter. 83. §. ſacram. 3. de verb. obliga.* † Sed hoc accipiendum, ut impediat, reſpectu creditorum, non etiam manumittentis. Is enim ex cauſa impedire libertatem nequit, cùm propria ex fraude juvari non debeat, *l. ſi creditoribus. 5. C. de ſer. pign. da.*

f LICET AUTEM. *Tamen*, potiùs legendum, quàm *autem*, putat Contius, ut ſit adverſativa, & exceptio à generalitate propoſita. Theophilus tamen, & omnia exempla habent *autem*, quod & ipſum ſenſum gignit convenientem.

g QUI SOLVENDO NON EST. Qui non tantum habet in bonis, unde creditoribus ſolvere poſſit, *l. ſolvendo. 114. de verb. ſig.* aliàs ſecus. *l. primo. 23. quæ in fraud. cred.*

h SERVUM. Unum, non plures, *l. qui ſolvendo. 42. de her. inſt.*

i SUUM. Non alienum, *l. ſi alienum. 49. de her. inſt.*

k NECESSARIUS. Neceſſe enim habet adire. *§. 1. infr. de her. qual.*

l EXTITURUS NON ESSET. Intereſt enim defunctorum, habere hæredem, *l. 6. de int. act.*

m VEL. Saltem.

n SERVI NOMINE. Non nomine defuncti : ut fit nullo hærede relicto, *l. 4. de reb. auth. jud. poſſid.* id quod maximè ejus intereſt. † Nam deforme, 6
& calamitoſum eſt, bona defuncti auctioni, & haſtæ ſubjici : quod ignominioſum ſemper eſt habitum. Cicero in *orat. pro Publ. Quintio*. Plinius *lib. 2. Epiſt. l. paterf. 12. ff. de privilegiis Cred.* Hoc autem caſu non defuncti bona vendebantur, ſed ſervi hæredis : quod eſt honeſtius, *l. 5. de cur. furioſ.* qui per aditionem dominus, & debitor factus eſſet. *l. cum heredes. 23. de acquir. poſſeſſ. l. ſed ſi. 10. §. 2. de vulg. ſub.* Dec. in *l. hæreditas. 67. num. 5. de reg. jur.* quod ipſi hæredi, non defuncto erat ignominioſum : creditoribus verò haudquaquam detrimentoſum : qui etiamſi ſervus non adiiſſet, ipſi tamen ultra defuncti hæreditatem nihil conſequi potuiſſent. Hoc autem caſu ipſum prætereà ſervum

vnm hæredem habent obligatum, ut, ſi is ad meliorem fortunam perveniat, exigi poſſit. *§. ult. inſ. de action.*

o Injuria. Infamia, quæ injuriæ ſpecies eſt. *l. 1. & tot. tit. de injur. l. 5. §. 1. ad leg. Aquil.* & qua deſunctos affici inhumanum eſt. Ac quidem videntur olim infamia fuiſſe notati, quorum bona à creditoribus poſſiderentur, vel venderentur: ut hìc, & *d. l. paterfa. 12.* quemadmodum & ex lege talionis, contra creditores, qui per calumniam ejuſmodi poſtulaſſent. *tot. tit. Si mul. ventr. nom. l. 1. §. proinde ff. Ne vis fiat ei*: ſecus fuiſſe, ſi curator bona diſtraheret: ut *l. 5. l. cujus. 9. de curat. furioſ.* quorum alterum eligendi in creditorum erat poteſtate. *d. l. cujus.* longè verò ſecus, ſi hæres venderet: ut hìc. Poſtea quamvis infamia juris in deſuetudinem abiit. *l. debitores. 11. C. Ex quib. cauſis infam.* manſit tamen infamia facti, quod hìc text. innuit.

p Nostra Constitutio. *L. pen. Cod. de neceſſ. hæredit. inſtit.*

q Videatur. Ex præſumpta deſuncti voluntate: quemadmodum cùm ſervum tutorem ſine libertate liberis relinquit. *l. etſi. 9. C. de fideicommiſſ. lib.* † Cùm enim nec hæres, nec tutor eſſe 8
poſſit, niſi liber, eo videtur, qui voluit conſequens, voluiſſe omne neceſſarium antecedens, *l. ad rem mobilem. 56. de procura. l. illud. 77. de acquir. hæred.* Jaſ. latè in *l. ſi cauſa. 32. C. de tranſact. l. 2. de juriſdict.* Nam ad poſitionem conſequentis, ſequitur poſitio antecedentis. *l. pro hærede. 20. §. 2. l. illud. 77. de acquir. hæred.* Bart. *l. unic. n. 3. cum ſeq. C. de lit. conteſt.*

r Verisimile. Not. argumentationem à veriſimili, quam latè proſequitur Everar. in locis legalibus, quos ſtudioſis cupio eſſe familiares.

ſ Hæredem. Quia nemo præterea inſtitutus eſt: de hoc enim caſu loquitur *l. ſi is. 55. de here. inſtit.*

t Fore. Repete Voluisse.

§. 2. In fraudem.

IN fraudem autem creditorum manumittere videtur, qui vel jam eo tempore, quo manumittit, ſolvendo non eſt *a*: vel datis libertatibus, deſiturus eſt ſolvendo eſſe *b*. Prævaluiſſe tamen videtur *c*, niſi animum quoque fraudandi manumiſſor habuerit, non impediri libertatem *d*, quamvis bona ejus creditoribus non ſufficiant: ſæpè enim de facultatibus ſuis, amplius quàm in his eſt, ſperant homines *e*. Itaque tunc intelligimus impediri libertatem, cùm utroque modo fraudantur creditores: ideſt, & ex conſilio manumittentis, & ex ipſa re *f*, eo quòd ejus bona non ſunt ſuffectura *g* creditoribus.

1. Solvendo non eſſe, *quis dicatur.*
2. *Ad impediendam libertatem, & eventum, & animum fraudandi creditores debent probare.*
3. *Fraus duplex.*

EXpoſitio ſuperioris §. *quiſnam videlicet in fraudem manumittere videatur*: de quo in *l. in fraudem. 10. ff. Qui & à quibus manumiſ.*

a Solvendo Non Est. Hoc eſt † omnibus ſuis bonis non po-
1 teſt ſolidum æs ſuum alienum diſſolvere. *l. ſolvendo. 114. de verb. ſign.* Æs alienum eſt, quod nos aliis debemus: æs proprium, ſeu ſuum, quod alii nobis debent. *l. cedere. 213. in fin. de verb. ſign.*

b Solvendo Esse. Detractis nimirum per manumiſſionem ſervorum pretiis.

c Prævaluisse Tamen. *l. 1. C. qui manu. d. l. in fraudem. Qui & à quibus.*

d Libertatem. Speciale eſt favore libertatis: nam hac excepta ad revocationem ſufficit creditores eventu, etiam abſque conſilio, fraudari in cauſa lucrativa: cujuſmodi eſt libertatis donatio. *l. 2. ſi quid in fraud. patr. l. 5. C. quæ in fraud. cred.* Vide latiſſimè Jaſ. in *§. item ſi quis in fraud.* inſ. *de action.* † Probare igitur hoc caſu non modò eventum, ſed 2
etiam dolum, & fraudem animi decipere volentis, creditores debent.

e Sperant Homines. Ut negotiatores ex mercibus, & commerciis, coloni ex ubere annona: alii ex alio vaſculo mellis, *l. in fraudem. 10. Qui & à quibus.*

f Ipsa Re. Nota † duplicem fraudem, 3
videlicet & conſilii, & rei; de qua Jaſ. & DD. in *l. ſi quis cum aliter. 36. de verbor. obligat.*

g Non Sunt Suffectura. Imò ne quidem in bonis habere videtur ea, quæ poſſunt auferri. *l. omnes. 139. §. 1. de reg. jur.* vel evinci. *l. quod evincitur. 190. de reg. jur.*

§. 3. Eu-

§. 3. Eadem lege.

EAdem lege Ælia Sentia *a* domino minori viginti annis, non aliter manumittere permittitur, quàm ſi vindicta apud conſilium *b* juſta cauſa manumiſſionis approbata *c*, fuerint manumiſſi. Iuſtæ autem manumiſſionis cauſæ hæ ſunt: veluti ſi quis patrem, aut matrem, filium, filiamve, aut fratres, ſororeſve naturales, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum, alumnamve, aut collactaneum manumittat: aut ſervum procuratoris habendi gratia *d*, aut ancillam matrimonii cauſa *e*: dum tamen intra ſex menſes in uxorem ducatur, niſi juſta cauſa impediat: & ſervus, qui manumittitur procuratoris habendi gratia, non minor decem, & octo annis manumittatur *f*. Semel autem cauſa approbata, ſive vera ſit, ſive falſa, non retractetur *g*.

1. *Alterum caput Legis Æliæ Sentiæ, & num. 2.*
3. *Servus in judicio agere prohibetur.*
4. *Manumiſſio procuratoris habendi gratia, cur introducta.*
5. *Matrimonium contractum cum ſerva non conſtat.*
6. *Minor 18. annis poſtulare in judicio poteſt, procurare non.*
7. *Decreta ex injuſtis cauſis lata retractantur: ſecus in libertate.*

1 DUo † ſunt capita legis Æliæ Sentiæ. De primo hactenus dictum eſt: ſequitur ounc alterum: quo minor 20. annis, niſi ex juſta cauſa manumittere prohibetur.

a ÆLIA SENTIA. Superius caput manumiſſionem prohibet ob
2 fraudem domini, cujuſcunqoe ille ſit ætatis: † hoc alterum ob imbecillam, infirmamque, & captioni obooxiam domini minoris ætatem, *l. 1. de minor.* An autem tutor manumittere poſſit, videndus Cujac. *obſer.* 14. *cap.* 33. Epiſcopi manumittere ſervos Eccleſiæ poſſunt, ſi de ſuo conferant; non aliter. *c.* 4. *de reb. Eccleſ. alien. vel non.*

b APUD CONSILIUM. Peritorum, aſſeſſorum: quod genus in audiendis, probandiſque ejuſmodi cauſis exercere, cogereque præſides, & prætores conſueverunt, *l. 2. de off. ejus, cui mand. eſt juriſdict.* Quidam legunt, *concilium*: nam hoc ſignificat propriè *συνέδριον*: ſed Pandectæ habent, *conſilium*, in *l. unic.* in prin. & fin. *de off. conſul. d. l.* 2.

c APPROBATA. Idcirco cauſæ cognitione eſt opus, & decreto. *l. unic.* in fin. *de off. conſul.* ubi gloſſ.

3 *d* HABENDI GRATIA. Etſi enim † extra judicium procurare negotia ſervus poteſt *l. ſervum.* 33. *de procur.* tameo in judicio nec agere, nec defendere poteſt. *l. non idcirco.* 44. *§. ult. de jud. l. 1. C. de prec. Imper. offer.* Terent. *in Phormio: act. 2. ſcena 1. Servum hominem cauſam orare leges non ſi-*
4 *nunt*. Cùm autem † minus idonei ſint procuratores, qui negotium judicio proſequi nequeant; ideo arbitror in genere hanc manumiſſionis cauſam juſtam fuiſſe, etiamſi non ſpecialiter ad judicium procuratore opus minor haberet: ſcilicet ut liber factus ſervus, tantò commodiùs officium procuratoris pro patrono ſuo, cùm uſus eſſet, exercere tàm in judicio, quàm extra judicium poſſet.

e MATRIMONII CAOSA. Nam cum † ſerva 5
matrimonium non conſtat. *l. 3. C. de inceſt. nup.* infr. *de nup.* in prin.

f MANUMITTATUR. Nam ne minori quidem domino utile fuerit, procuratorem minoris ætatis dari: † nec tamen ex hoc ſequitur, hac ætate 6
quem in judicio procuratorem eſſe poſſe; cùm de eo præcisè, ut dixi, Imperator hìc non agat: quanquam cum hac ætate quis in judicio poſtulare poſſit, *l. 1. §. 1. de poſtulan.* cur non etiam procurare? Doctor. tamen contendunt, minorem 25. aonis procuratorem non eſſe in judicio legitimum. *l. exigendo. 12. C. de procurat.* extra judicium minorem decem, & ſeptem annis: quod & Jus Cano. probat in *c. qui generaliter. 5. §. 1. de procurat. lib. 6.* Tiraq. *de ll. connub.* gloſſ 3. *numero* 168.

g NON RETRACTATUR. Hoc eſt, ne in diſquiſitionem rurſùs vocetur. Quia † libertas ſe- 7
mel data revocari nequit. *l. liberos. 10. C. de lib. cauſ. tot. tit. C. ſi adver. liber.* Quamvis aliàs decreta ex injuſtis cauſis lata retracteotur. *l. cum hi. 8. §. ſi prætor. de tranſact. l. 5. de reb. cor.*

Digitized by Google

§. 4. Cùm ergo.

CVm ergo certus modus manumittendi minoribus viginti annis dominis per legem Æliam Sentiam conſtitutus eſſet: eveniebat, ut qui quatuordecim annos ætatis expleverat, licet teſtamentum facere *a*, & in eo ſibi hæredem inſtituere, legataque relinquere poſſet: tamen ſi adhuc minor eſſet viginti annis, libertatem ſervo dare non poſſet *b*. Quod non erat ferendum, ſi is, cui totorum bonorum in teſtamento diſpoſitio data erat, uni ſervo dare libertatem non permittebatur *c*. Quare nos ſimiliter, ei, quemadmodum alias res, ita & de ſervis ſuis in ultima voluntate diſponere, quemadmodum voluerit, permittimus, ut & libertatem eis poſſit præſtare *d*. Sed cùm libertas inæſtimabilis res ſit *e*, & propter hoc ante viceſimum ætatis annum, antiquitas libertatem ſervo dare prohibebat: ideo nos mediam quodammodo viam eligentes, non aliter minori viginti annis libertatem in teſtamento dare ſervo ſuo conceſſimus, niſi decimum ſeptimum annum impleverit, & decimum octavum attigerit *f*. Cùm enim antiquitas hujuſmodi ætati, & pro aliis poſtulare conceſſerit; cur non etiam ſui judicii ſtabilitas ita eos adjuvare credatur, ut ad libertates dandas ſervis ſuis poſſint pervenire?

1. *Prohibitionis legis effectus.*

2. *Tempus plenæ pubertatis quod.*

SEquitur emendatio legis Æliæ Sentiæ.

a TESTAMENTUM FACERE. *l. qua ætate. 5. de teſtam.* Vide infr. §. 2. *quibus non eſt permiſs. fac. teſtam.*

1 *b* NON POSSET. Prohibitio † enim legis non modò actum manumiſſionis inter vivos, ſed etiam ultimæ voluntatis ſua generalitate impediebat, ex ratione *l. nemo. 55. de legat.* 1.

c PERMITTEBATUR. Sic legitur in manuſcriptis & Theoph. vulg. habet, quod non erat ferendum: nam cui totorum ſuorum bonorum in teſtamento diſpoſitio data erat, quare non ſimiliter ei quemadmodum alias res, ita de ſervis ſuis in ultima voluntate diſponere, quemadmodum voluerit, permittimus, ut & libertatem eis poſſit præſtare? Eſt autem argumentum à toto ad partem, ſeu à majori ad minus. Everar. *in Top.*

d PRAESTARE. Hæc ratio movit Juſtinian. ut poſtea ſuæ hujus ſanctionis pœnitens, ab anno 14. libertatem, ut reliqua, poſſe relinqui permiſerit. *Novell.* 119. *ut ſponſal. largit. §. Et hoc quoque.* 2

e INAESTIMABILIS SIT. *l. libertas. 106. de reg. jur.*

f ET DECIMOOCTA. ATTIGERIT. Hæc eſt enim † plena pubertas, ut volunt DD. præſertim Jaſ. in Auth. *ſacramenta puberum. C. ſi adverſ. vend.* neque diſcordant in eo ll. dum annum aliæ 17. aliæ 18. ponunt. Nam, ut ex hoc loco apparet, aliæ de 17. completo, aliæ de 18. incipiente loquuntur: quorum utrumque in idem tempus deſinit: nam quod tempus eſt completi 17. anni, idem eſt initium 18. *l. quidam. 57. de re judica. l. Mela. 14. de alimen. lega. l. arrogato. 40. de adopt. l. 1. § 1. de poſtulan. & Cod. Theod. lib. 3. tit. 4. l. 19.* Sed hodie, ut dixi, favore libertatis à 14. anno hoc manumittendi jus Juſtinianus indulſit, *d. Novell.* 119. 2

DE

DE LEGE FVSIA CANINIA TOLLENDA,

Titulus Septimus.

Argumentum §.

NE libertis, & ſordidis hominibus repleretur civitas, P. Furio Camillo, & C. Caninio Gallo Conſſ. lex lata eſt Furia, ſeu Fuſia, ut habet inſcript. *l. ſi quis*. 37. *de cond. & demonſtrat. l. poteſtatis*. 215. *de verb. ſignific.* (ab ipſo Coſ. ſic dicta) ut in teſtamento à duobus ſervis uſqoe ad decem liceret dimidiam eorum partem duntaxat manumittere: à decem uſque ad 30. partem tertiam: à 30. uſque ad 100. partem quartam: à 100. uſque ad 500. partem quintam, nec deinceps, quantocunqoe in nomero amplius quàm 100. ſervos manumittendi poteſtas eſſet, Paul. *lib. Sent.* 4. *tit.* 14. Ulp. *Inſt. cap.* 1. Theoph. hic, Vopiſcus *in Tacito*. Sic Saxonum jus *Meichb. art.* 65. meritò obſolevit, quo non permittitur ægroto plus donare, quàm manu ultra lectum porrigere poſſit: etſi valeret, tamen non eſſet ad donationem mortis cauſa extendendum, niſi dicas talem pro mortis cauſa donatione haberi oportere. Reinh. *diff.* 2.

DUas continet partes.
1 Hujus legis diſpoſitionem continet *princ. Textus*.
2 Correctionem ejuſdem *verſiculo quam quaſi*.

§. 1. Lege Fuſia.

LEge Fuſia Caninia certus modus *a* conſtitutus erat in ſervis teſtamento *b* manumittendis: quam quaſi libertates impedientem, & quodammodo invidam, tollendam eſſe cenſuimus: cum ſatis fuerat inhumanum, vivos quidem licentiam habere, totam familiam libertate donare, niſi alia cauſa *c* impediat libertatem: morientibus autem hujuſmodi licentiam adimere *d*.

1. *Faciliùs in teſtamentis, quàm inter vivos manumitti.*
2. *Argumentum à contractibus ad ultimas voluntates affirmativè.*

a CERTUS MODUS. De qoo paulò antè dictum eſt.

1 *b* TASTAMENTO. Nam in teſtamentis † faciliùs, quàm inter vivos ſolent domini manumittere ſervos, poſtquàm iis amplius uti non poſſent.

c ALIA CAUSA. De qua *in tit. præced.*

2 *d* ADIMARE. Not. argumentum † à contractibus ad ultimas voluntates, affirmativè: ad quod hic text. quotidie allegatur. Vide *l. fin. C. de lega. l. ſervum filii*. 44. §. *cum qui chirographum*. *l. quæ de legato*. 46. *de legat.* 1. Everar. *in Top.* à contractibus ad ultimas voluntates *loc.* 36. Jaſ. *l. ſi non ſortem*. 26. § *ſi centum*. *num.* 5. *de condict. indeb.* Non tamen ſemper obtinet, ut in *l. ult. com. præd.* Sic & alienatio feudi inter vivos conceſſa non permittitur in ultima voluntate, Bal. *c.* 1. *in princ. num.* 18. *de prob. feud. alien.* Cur. *de feud. parte* 4. *num.* 125. *cum ſeqq.* Cautio uſufructuaria inter vivos remitti poteſt. Glo. & DD. *l.* 4. *C. de uſufr.* in ultima voluntate non item. *l.* 1. *C. eod.* Anto. Gab. Ro. *lib.* 5. *concluſ.* 1. *num.* 34. Jure Saxonico Gerada inter vivos abalienari poteſt, per teſtamentum non æquè. *Land. lib.* 1. *art.* 31. *glo. art.* 15. 23. 27. *eo. lib. Lehenr. cap.* 56. *conſt.* 14. 15. *parte* 2. Contrà prohibitio alienationis, magis actus inter vivos impedit, quàm ultimas voluntates. *l. pater* §. *Julius*. *de leg.* 3. Didac. Covar. in *c. Raynaldus*. *num.* 4. *de teſtam.*

DE IIS QVI SVI, VEL ALIENI IVRIS SVNT,

Titulus Octavus.

Continuatio, & diſpoſitio tituli: & cujus juris ſit poſterior hæc diviſio.

EXpoſita perſonarum prima juris diviſione, quæ eſt juriſgentium: ſequitur altera, quæ videri poteſt juris civilis: qua alii perhibentur ſui juris, alii in jure, & familia eſſe alterius. Qui ſui ſint juris, ex his, qui alieni juris cenſentur, poteſt intelligi. Alieni juris ſunt, qui dominica, aut patria poteſtate continentur, quam hic jus ſignificat §.1. in fin. §. *in poteſt. h. tit.* inf. *in tit. Quod cum eo, qui in alien. poteſt. & C. ac ff. eod. tit.* & hoc ſenſu jus, & poteſtas ponuntur, *l. ſi ex alio. 9. C. Quod cum eo, qui in alien. poteſt. l. 2. C. ad S. C. Maced.* Etſi autem etiam jure naturæ quædam eſt patria poteſtas. *l. 2. de inſt. & jur.* & jure gentium dominica. §. 2. *h. t.* tamen quia utraque tantùm ad jus familiarum (quæ ſunt juris civilis) pertinet, ac legibus Rom. eſt temperata, & aliter apud Romanos, quàm alios populos habetur, ideo ad jus civile poteſt hæc diviſio referri. inf. *de pat. pot. in princ.*

TItulus tripartitur.
1. Diviſionem, & ſubdiviſionem perſonarum juris Civilis continet §. 1.
2. Effectus poteſtatis dominicæ ſecundum antiquum jus §. 2. *in princip.*
3. Ejuſdem effectus ſecundum jus novum *d.* §. 2. *verſi. ſed hoc tempore.*

§. 1. Sequitur de jure.

SEquitur de jure perſonarum alia *a* diviſio. Nam quædam perſonæ ſui juris ſunt, quædam alieno juri *b* ſubjectæ: rurſus *c* earum, quæ alieno juri ſubjectæ ſunt, aliæ ſunt in poteſtate parentum *d*, aliæ in poteſtate dominorum *e*. Videamus itaque de his, quæ alieno juri ſubjectæ ſunt. Nam, ſi cognoverimus, quæ iſtæ perſonæ ſunt, ſimul intelligemus, quæ ſui juris ſunt *f*: ac prius diſpiciamus de his, quæ in poteſtate *g* dominorum ſunt.

1. *Ingenuorum, & ſervorum diverſum jus.*
2. *Contrariorum, & correlativorum eadẽ doctrina.*

a ALIA. *δευτέρα* Theoph. hoc eſt ſecunda.

b ALIENO JURI. Hoc eſt poteſtati: cujus verbi vim vide in *l. poteſtatis. 215. de verb. ſign.*

c RURSUS. Subdiviſio.

d PARENTUM. Atque ita ingenui cives Romani. *l. 3. 4. 5. l. filium. 6. & tot. tit. de his qui ſunt ſui, vel alien. jur.*

e DOMINORUM. Atque ita ſervi, nullius ca-
1 pitis, neque ſtatus. *l. 3. de cap. diminut.* † Ut igitur ipſa ſubjecta utriuſque poteſtatis variant; ita & jura: nam aliter ingenui cives habendi ſunt, aliter ſervi: aliud jus debetur liberis ſuis hæredibus, aliud iis, qui non modò nobis ſunt extranei, ſed etiam ſervitute ſubjiciuntur.

f SUI JURIS SUNT. Nempe liberi, *l. ei. 7.* in fin. *C. quod cum eo, qui in alie. poteſt.* ſcilicet à poteſtate
aliena. † Contrariorum, & correlativorum ea- 2
dem eſt doctrina. *l. ult. C. de indic. vid. toll. l. 1. 2. ff. eod.* unde hic locus ſumptus eſt.

g DOMINORUM. Nam hæc ſumma eſt, & major patria, auctore Theoph. atque adeò antiquiſſima.

§. 2. In poteſtate.

IN poteſtate *a* itaque dominorum ſunt ſervi: quæ quidem poteſtas juriſgentium eſt *b*. Nam apud omnes peræquè *c* gentes animadvertere poſſumus, dominis in ſervos vitæ, neciſque poteſtatem fuiſſe: & quodcunque per ſervum acquiritur, id domino acquiri *d*. Sed hoc tempore *e* nullis hominibus, qui ſub imperio noſtro ſunt, licet ſupra modum *f*, ſine cauſa legibus cognita, in ſervos ſuos ſævire. Nam ex conſtitutione D. Pii Antonini, qui ſine cauſa ſervum ſuum occiderit *g*, non minus puniri jubetur, quàm ſi alienum ſervum occiderit *h*. Sed & major aſperitas dominorum ejuſdem Principis conſtitutione coercetur: nam Antoninus conſultus à quibuſdam præſidibus provinciarum, de his ſervis, qui ad ædem ſacram, vel ad ſtatuam principum *i* confugiunt: præcepit, ut ſi intolerabilis videatur ſævitia dominorum, cogantur ſervos ſuos bonis conditionibus *k* vendere, ut pretium dominis daretur: & rectè: expedit enim Reipubl. ne ſua re quis malè utatur *l*. Cujus reſcripti ad Ælium Marcianum *m* emiſſi, verba ſunt hæc: Dominorum quidem poteſtatem in ſervos ſuos illibatam eſſe oportet, nec cuiquam hominum jus ſuum detrahi *n*: ſed & *o* dominorum intereſt *p*, ne auxilium contra ſævitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis, qui juſtè deprecantur. Ideoque cognoſce *q* de querelis eorum, qui ex familia Iulii Sabini ad ſtatuam confugerunt. Et ſi vel duriùs habitos, quàm æquum eſt, vel infami injuria *r* affectos cognoveris: venire jube, ita *ſ* ut in poteſtatem domini non revertantur. Quod ſi meæ conſtitutioni fraudem fecerit, ſciet me hoc admiſſum ſeveriùs executurum.

1. *Methodus de dominica poteſtate.*
2. *Ius ſervitutis antiquiſſimum.*
3. *Poteſtatis dominicæ duo effectus.*
4. *Dominica poteſtas à Romanis immutata: & cujus ea juris ſit.*
5. *Paria eſſe, pudori vim, aut vitæ inferre.*
6. *Occidens ſervum alienum qua lege teneatur: & an arbitrariè, an verò ordinariè puniendus ſit: num. 7.*
8. *Dominus rem ſuam vendere non cogitur: fallit, ut hic.*
9. *Publicè utilia privatis anteferri.*
10. *Non omnes rationes decidendi reſcriptis inſeri, ut nec hodie ſententiis.*
11. *Pœna arbitraria eſt, quando lege nulla exprimitur.*

DE poteſtate dominica & quomodo paulatim legibus temperari cœperit.

1 *a* IN POTESTATE. Quæ eſt † dominium in ſervos. *l. poteſtatis* 215. *de verb. ſignific.* cujus proprium, habere jus vitæ & necis in ſervos. *l.* 2. *eo.* Exod. 21. & iis uti poſſe ſuo arbitratu. *d. l.* 2. Geneſ. 16. rerum aliarum quæ dominii ſunt exemplo, *l. in re. C. mand.* Species ita diſtinguere liceat, ut alia perhibeatur juriſgentium, de qua *l.* 1. *cum ſeq. eod.* & hic in princ. alia civilis & temperata, *d. l.* 2. *eo.* & hic in *verſic. ſed hoc tempore*. Cauſa prima jus gentium, *l.* 4. *de juſt. & jure*, §. 2. 3. ſupr. *de iur. nat.* proxima, ex jure gentium ſervorum captivitas. *d. l.* 4. & nativitas. *l.* 5. *verſ. jure gentium. de ſtat. hom.* Ex jure civili, atrocitas ſententiæ, §. 1. *inf. de cap. diminut.* ob delictum in poteſtatem dominicam nocentes redigentis, §. *ult. hoc tit. l. quod ad ſtatum* 12. *l. qui ultimo* 29. *de pœn.* puta ob ingratitudinem. *l.* 1. 2. *C. de lib. & eorum lib.* fraudulentam ſui venditionem, *l.* 5. *verſ. ſerv. eod. &c.* Materia circa quam, eſt caput ſervi, *l.* 3. *de cap. diminut. l. non minus.* 31. *de her. inſt.* hoc eſt corpus *l.* 2. *eod.* animus, *l. velle. de regul. iur. l.* 6. §. *ultim. de acquir. hered.* bona, infr. *per quas perſo. s. t. de pecul.* Forma, modus & temperamentum hujus poteſtatis diſci poteſt ex hoc textu, & *l.* 2. *eod. l. unic. C. de emend. ſer.* cum ſimil. Finis & effectus, idem qui dominii, *d. l. poteſtatis. de verb. ſignific.* de quo D. *de acquir. rer. domin.*

Vertitur autem potiſſimum in uſu & fructu ſervi. *l. locum.* 17. *l. ſi ſerui.* 21. *cum multis ſequent. de uſufruct.* pleniſſima coercione, *d. l. locum.* 17. *verſic. pleniſſimam coercionem habere. de uſufruct. l. unic. C. de emend. ſervo.* bonorum acquiſitione, inſr. *per quas perſon.* noxæ deditione, *d. l. locum.* §. *proprietarius*, 2 *&c.* Adijciunt peculiom ſervorum, *toto titul. de pecul. &* inſr. *per quas perſon. opera*, *tot. titul. de oper. ſeru. l. uſufruct.* 9. *C. de uſufruct.* cum ſimil. curatio, defenſio, *l. ſeruus.* 13. ubi DD. *de ſtat. hom. l.* 2. *l.* 3. *de infan. expoſ. aliment. l.* 2. *verb. vel famem. de his qui ſunt ſui*, *l. actione.* 23. *verb. cibariorum. depoſ.* Affinis poteſtas patria, *de qua titul. ſequent. & C. eod. titul. l. unic. C. de ingra. lib.* jus ſuperioris in ſubditos, Bald. & Salicet. *l. unic. C. de emendat. ſeruo.* domini in vaſallos, Bald. *d. l. unic. num.* 4. & Auth. *ad hoc C. de Lat. liber.* Socin. *conſil.* 165. *num.* 23. *volum.* 2. Neviza. *conſil. feud.* 12. *patres*, *num.* 101. Contraria, libertas omniaque quibus illa conficitur: ut manumiſſio; &c. *lib.* 4. *de juſt. & jure.* Item ſenteotia qua jus proprictatis, quod in capot nocentis dominus habebat, ei auſertur, *l. ſervo.* 13. *C. de pœn.*

2 *b* Juris Gentium Est. Hoc † jus fuiſſe antiquiſſimum, & à cæteris gentibus uſurpatum, intelligi poteſt ex Geneſ. *cap.* 16. ubi de ancilla, Abraham ad Saram inquit; *Ancilla tua in manu tua eſt, utere illa, ut lubet.* Item Exod. 21. Plaut. *in Bacchid. act.* 4. *ſcen.* 9. *Juſtum eſt, ut tuus tibi ſervus tuo arbitratu ſerviat.*

c Peræque Gentes. *l.* 4. *ff. de juſt. & jur.* & oota hinc, cur quæque dicantur juris eſſe gentium.

d Domino Acquiri. Nam cum ipſe ſervus poſſideatur, ipſe poſſidere aliqnid non poteſt,
3 *l.* 1. §. *ſed & per eum. de acquir. poſſ.* Sunt † igitur duo potiſſimum hujus poteſtatis effectus: ſcilicet poteſtas vitæ & necis, & acquiſitio bonorum.

4 *e* Sed Hoc Tempore. Etiamſi † aliarum quoque gentium legibus, huic quandoque dominorum imperio modus fuit præſtitutus, Exod. 21. Athenæus *lib.* 6. *cap.* 7. tamen ſingulariter Rom. legibus poteſtas hæc eſt coercita, & ad moderationem rationemque humanitatis traducta: nec apud Roman. talis amplius poteſtas dominis eſt in ſeruos, qualem apud omnes animadverti gentes paulò antè dixit: ex quo ſequens eſt, ut maximè origine ſit juriſgentium hæc poteſtas, hodie tamen apud Roman. civilem eſſe: quemadmodum & patria poteſtas hac ratione civilis eſſe judicatur: quòd aliam Romani quàm aliæ gentes in liberos habeant poteſtatem. in *princ. de patr. pot.* inſ.

f Supra Modum. Nam modica caſtigatio permittitur, *l. unic. C. de emend. ſer.*

g Sine Causa Occiderit. Idem ſi ſtu-
5 praverit, *l. fin. Cod. de ſpecta. lib.* 11. † Nec enim minus crimen eſt, pudori vim inferre, quàm vitæ, *l. iſti.* 8. *de eo quod met. cauſ.*

h Alienum Servum Occiderit. Hoc-
6 eſt, † ex lege Cornelia publica de ſicariis: nam privata Aquilia quæ ad damnum datur, teneri hoc caſu nequit, cum ipſe ſibi damnum in ſuo ſervo occidendo inferat, non alii: cæterùm in lege Cornelia non diſtinguitur, quis homo interfectus ſit, *l. inde.* 23. §. 1. *ad l. Aquil. l.* 1. §. 1. *l. cir-*
cumcidere. de ſicar. Exiſtimo † tamen mitiùs: hoc 7
caſu dominum & arbitrariè punitum fuiſſe, vt exempla hiſtoriarum oſtendunt, & probat tex. ſequens in *verb. ſciet me admiſſum ſeverius executurum.* quæ verba non ordinarium certamque legis publicæ, ſed arbitrariam pœnam denotant, Gloſ. & DD. *in l.* 3. *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Porrò quod hìc jus dominis in ſervos tribuitur, idem fere à dominis hodie io ſubditos uſurpatur. Bal. io *l. unic. num.* 4. *C. de emen. propinq. &* io auth. *ad hoc num.* 3. *C. de Lat. lib. toll.* DD. præſertim Salic. *in l. unic. C. de emen. propinq.*

i Statuam Principum. Aſyla ſervorum, de quibus io ti. *C. de his qui ad Eccleſ. confug. & tit. de his qui ad ſtat. princ.* ubi dixi.

k Bonis Conditionibus. Juſto pretio, quo vendi communiter res poteſt, *l. pretia.* 63. *ad l. Falcid. l. ſi ſervus.* 27. *ad l. Aquil. cap.* 1. *de empt.*
qood hìc ſpeciale eſt: † aliàs dominos non cogi- 8
tur rem ſuam vendere, *l. nec emere*, 16. *C. de jur. delib. l. ſicut.* 5. *C. de oblig. & act.* ne juſto quidem pretio, *l. non enim.* 9. *rer. amot.*

l Male Utator. Nota regulam, & ratio-
nem decidendi. † nam publicæ diſciplinæ & ſa- 9
lutis, quàm rei privatorum major habenda eſt ratio Auth. *res que. C. commun. de leg.* An ex eadem cauſa ſubditi eximantur à juriſdictione, videndus Crauett. *conſil.* 6. *nu.* 108. *cum ſeqq.* Guid. Pap. *quaſt.* 62. Andr. Gail. *lib.* 1. *obſer. cap.* 17.

m Ælium Marcianum. Beticæ in Hiſpania provinciæ procoſ.

n Detrahi. Ne à principe quidem, *l. meminerint.* 6. *C. unde vi*, *l.* 2. §. *ſi quis. ne quid in loc. pub.* Et eſt hæc ratio dubitandi in hoc reſcripto.

o Sed Et. Adverſativa: altera ratio deci-
dendi. † Ex quo planum fit, non omnes deci- 10
dendi rationes reſcriptis inſeri, ut nec hodie ſenteotiis: de quo DD. *in c. ſicut.* 16. *de ſenten. & re iudica.*

p Interest. Nam furor fit, læſa ſæpius patientia: & ſervi nimiis injuriis oppreſſi, ſæpius vindictam à dominis ipſis, eorumqoe liberis exegerunt: ut tragica harum rerum exempla io hiſtoriis extant.

q Ideoque Cognosce. Hinc notant juſtè deprecantibus non eſſe denegandum aſſeoſum, Chaſſ. *in conſ. Burg. in princ. verb. nous avoir.*

r Infami Injuria. Ut pudoris violati.

ſ Ita. Cum hac ſcilicet conditione, Vendi jube, ſicut ejuſmodi conditiones veoditionibus ſervorum apponi ſolent, *tot. t. ff. de ſer. exportan.*

t Exacturum. † Hoc eſt ulturum, pu- 11
niturum pœna arbitraria: cujuſmodi ſemper ſubintelligitur, ubi nulla eſt diſertè à lege expreſſa, Glo. in. *l.* 3. *C. de Sacr. Eccleſ.*

DE

DE PATRIA POTESTATE,

Titulus Nonus.

Continuatio tituli: & quæ ſit dominicæ, & patriæ poteſtatis differentia.

ALieni juris ſunt, ut dictum eſt, non modò ſervi, ſed etiam filiiſam. quia & hi familiæ appellatione continentur, *l. pronuntiatio.* 195. *de verb. ſign.* qui ſunt in poteſtate patria, *l. deteſtatio* 40. *de verb. ſignif.* quæ tamen aliquantò moderatior eſt & eſſe debet, quàm dominica. Dominus enim δεσποτικῶς, pater vel βασιλικῶς, vel πολιτικῶς filii, ut ingenuis civibus imperat, cum patria poteſtas in pietate conſiſtat, non atrocitate *l. divus*, 5. *de parricid.* & antiquitùs etiam diſcrimen apud cæteras etiam gentes fuiſſe oſtendit Ioſeph. *Geneſ.* 45. 8. dum ſe confirmat poſitum Pharaoni in patrem: familiæ verò ipſius in dominum: at regno Miſraim indominatorem, quo politica poteſtas ſuperioribus valde ſimilis ſignificatur, *l. poteſtatis.* 215. *de verb. ſignifi.* At jure gentium patria poteſtas par erat dominicæ *l.* 1. §. 1. *de rei vind.* quemadmodum & in aureo ſeculo fuiſſe ſimilem dominicæ poteſtati teſtatur appellatio domini, *Geneſ.* 31. *verſ.* 35. Ne iraſcatur dominus meus. Affinis & ſimilis poteſtas eſt mariti in uxorem, de qua *Geneſ.* 3. 16 præceptoris in diſcipulos, *l. ſed etſi.* 5. §. *final.* ubi gloſſ. *ad L. Aquil. per l. ſi conſtante.* 24. §. *ſi maritus*. *Solut. matrim.* gloſſ. §. *ſed hoc. Inſt. de his qui ſunt ſui, vel alien. jur. verb. cognata.* gloſſ. *c. quemadmodum.* §. *final. de jurejur.* Felin. *c. illud. num.* 11. *de præſumpt.* item manus regia, quam patres in liberos, domini in ſervos exercent. Bart. *l. frater à fratre* 38. *n.* 12. *de cond. indeb.* Alb. Bolog. *de leg. & jur. cap.* 10. *n.* 16. poteſtas Epiſcopi in Eccleſia *c.* 1. *de reb. Eccleſ. alienandis vel non* poteſtas civitatis in civem. Bart. *de repræſal. quæſt.* 5. *n.* 5. Adjicit quòd inæſtimabilis eſt. *l. filiusfam.* 114. §. *ſed ſi liberos. de legat.* 1. Sic quòd eſt indiviſibilis, nec poteſt quis eſſe in duplici ſtatu pro parte emancipatus, pro parte in poteſtate *l. unic.* §. 1. *C. de latin. libert. l. ſi pariter.* 9. *de lib. cauſ. l.* 1. §. *hoc aut. ad Treb.* ubi Jaſ. *n.* 13. *per l. final. C. de ſent. paſſ.* Adiacet ſubiectio cum omni honeſtate. 1. Timoth. 3 4. niſi mavis ad effectum referre. Contrarium patriæ poteſtati eſt, filiis ſe ſubjicere, & iis obſequi, ut Syrach. 33. *verſ.* 31. *& ſeq.* Nec filio, nec uxori, nec fratri, nec amico permittas in te poteſtatem in vita tua. Erubeſcit enim lex, filios fieri caſtigatores parentum *l. cum oportet.* 6. §. *penult.* ubi gloſſ. *verb. patria poteſtas. C. de bon. quæ lib.* Filii autem non modo in poteſtate patris eſſe poſſunt, ſed etiam in avi, & reliquorum in linea paterna aſcendentium. Patris enim appellatione hos omnes complectimur, *l. appellatione.* 51. *ff. de verb. ſignif. c.* 2. *eo tit.* non etiam eos, qui veniunt ex linea materna: nam hi (velut & ipſa mater) in poteſtate non habent alienæ familiæ liberos, §. *ult.* inſ. *de ex hered. lib* quia patris ſui, non matris familiam ſequuntur. *l. familiæ.* 196. *de verb. ſign. l. filiam.* 9. *l. liberos.* 10. *de ſenatorib. l. eos.* 22. *l. exemplo.* 36. *C. de decur. lib.* 10. Hoc igitur in tit. ordine exponitur, quid ſit patria poteſtas, & ex quo jure ſit, ac quinam quos in poteſtate habeant. Poteſtatem hic accipimus ſecundum materiam ſubjectam, de ea, quæ ad ſtatum pertineat & caput, *l. qui teſtamento.* 20. §. 1. *de teſtam.* eoque ſumma rectè à Theoph. definitur, quod accipiendum eſt de ſtatu, & capite familiæ, non verò de capite, & ſtatu libertatis, vel ingenuitatis, quod genus non comprehenditur patria poteſtate *l.* 1. *C. de pat. qui lib. diſtrax. l. fin. C. de pat. pot.* Aliter extra hoc jus familiæ, poteſtatis nomen in juriſdictione, & publico fori jure capitur, *l. poteſtatis.* 215. *de verb. ſign.*

TItulus trifariam dividitur.

1. De cauſa patriam poteſtatem inducente §. 1.
2. Quibus jus poteſtatis patriæ competat *d.* §. 1. *verſic. jus autem.*
3. Quæ perſonæ ſub hac poteſtate habeantur §. 2.

§. 1. In poteſtate.

IN poteſtate noſtra ſunt liberi noſtri, quos ex juſtis nuptijs *a* procreavimus. Nuptiæ autem, ſive matrimonium, eſt viri, & mulieris conjunctio *b*, individuam *c* vitæ *d* conſuetudinem *e* continens. Ius autem poteſtatis, quod in liberos habemus, proprium eſt *f* civium Romanorum. Nulli enim alii ſunt homines, qui talem in liberos habeant poteſtatem, qualem nos habemus *g*.

1. *Nati ex injuſtis nuptiis non ſunt in poteſtate.*
2. *Conjunctio cujuſmodi hic requiratur.*
3. *Individuum eſſe proprium conjunctionis matrimonialis.*
4. *Materia conjunctionis matrimonialis.*
5. *Forma hujus conjunctionis.*
6. *Poteſtatis patriæ cauſa efficiens, & inſtrumentalis.*

a Iustis Nuptiis. Quænam autem ſint juſtæ, mox ſubjecta definitione oſtendit.
1 † Ex injuſtia nuptiis nati non ſunt in poteſtate, *l. Paulus.* 11. *de ſtat. hom.* §. *penul.* inf. *de nupt.* ut nec vulgò concepti. *l. vulgò.* 23. *de ſtat. hom. l.* 3. *cum ll. ſeqq. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* hi enim matrem ſequuntur lege naturæ. *l. lex natura.* 24. *de ſtatu hom.* non tamen ſunt in matris poteſtate, §. *fœminæ.* inf. *de adopt.*

2 *b* Conjunctio. Non † modò corporum, ſed etiam voluntatum, & animorum, *l. nuptias.* 30. *de regul. jur. l. pen. C. de inceſt. nupt.* Eſt autem generis loco poſita conjunctio, ſimulque cauſam etiam efficientem denotat, videlicet conſenſum, per quem hæc conjunctio contrahitur, *d. l. nuptias.* 30. velut alia quælibet ſocietas, inf. *de ſocieta.*

3 *c* Individuam. Ut conjunctio, † de qua dixit, genus perhibetur conjugii; ita proprium eſt individua, & perpetua neceſſariò ſocietas, & communitas domeſtica: quæ tantùm morte finitur, *l.* 4. *locat.* Ea verò perpetuitas non eſt, nec eſſe poteſt in aliis ſocietatibus, & communitate rerum, *l. fin. C. com. divi. l. nulla.* 70. *ff. pro ſoc.* at hic contractus eſt indiſſolubilis. *c. Martinus.* 4. *de cognat. ſpiritual.* tex. junct. gloſſ. *l. ſi. cum dotem.* 22. §. *ſi maritus. verb. participem. ſolut. matrim.*

4 *d* Vitæ. Sequitur materia † hujus conjunctionis, videlicet ſocietas totius vitæ, & omnium, quæ ad vitam pertinent, fortunarum, familiæ, domicilii, rerum, caſuum, &c. *l.* 1. & 2. *de rit. nupt. l. adverſus.* 4. *C. de crim. exp. hered. l. ſi cum dotem.* 22. §. *ſi maritus. ſolut. matr.* Latiùs igitur patet conjugii, quàm univerſalis rerum ſocietas, *Landr. lib.* 1. *art.* 31.

e Consuetudinem. Hoc eſt, † ſocietatem domeſticam. *l. ſi rerum.* 52. *de re judica. l.* 4. 5
C. de crim. exp. her. conjunctionem, conſortium, communicationem, *l.* 1. *de rit. nup.* participationem omnis fortunæ, *d. l. ſi cum dotem.* 22. *ſolut. matrim.* communitatem: in qua eſt forma hujus conjunctionis. Theologi in Geneſ. *cap.* 24. ajunt hanc definitionem eſſe tantùm materialem, carere partibus, & differentiis propriis, ac veris: quod in Theologica ſchola rectè poteſt dici. In Politica, ubi hìc verſamur, videtur hæc definitio idonea ſatis eſſe; ut *l.* 1. *de rit. nupt.* quo loco amplius diximus: ſimilis definitio in *c. Beata Maria.* 27. *quæſt.* 2. *c. illud.* 11. *de præſumpt.*

f Proprium Est. Cauſa † efficiens hujus 6
poteſtatis, jus civile: *l. nam civium.* 4. *de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* inſtrumentalis, nuptiæ.

g Qualem Nos Habemus. Quare ἀπόλιδες peregrini, quique civitatem Romanam amittunt, hoc jus non habent, §. *cum autem* inf. *quibus mod. jus patr. poteſt. ſolvit.* Ulpia. *cap.* 10. *Inſt.* etiamſi naturalis iis reverentia, & pietas à liberis debeatur, *l.* 2. *de juſt. & jur. l.* 2. *C. de in jus vocan. l.* 1. 2. 3. 4. 5. *de obſeq. à lib. præſtan.* Videtur igitur hic locus deſumptus ex jure veteri, proprioque Quiritum jure, *l.* 1. §. 1. *de rei vind.* quo par dominicæ patria erat poteſtas, *l. in ſuis.* 11. *de lib. & poſth.* in princ. *Inſtit. per quas perſonas,* item *tit. quod cum eo:* & tranſlatum hoc caput apparet ex lib. veteris I. C. quo illud jus vigebat. Nam Juſtin. tempore fuerunt hæc omnia temperata in Rep. Rom. ferè ad morem aliarum gentium, quo humaniùs liberi habentur, *tot. tit. C. de pat. pot.*

§. 2. Qui igitur.

Qui igitur ex te, & uxore tua naſcitur, in tua poteſtate eſt. Item, qui ex filio tuo, & uxore ejus naſcitur, ideſt, nepos tuus, & neptis, æquè in tua ſunt poteſtate, & pronepos, & proneptis, & deinceps cæteri. Qui autem ex filia tua naſcuntur, in poteſtate tua non ſunt, ſed in patris eorum *a*.

1. *Quamnam poteſtatem hic Imp. intelligat: & quæ ſint differentiæ inter civilem, & naturalem patriam poteſtatem.* num. 2. 3. & 4.

Quinam in poteſtate ſint, vel non ſint.

1 *a* Sed Patris Eorum. Non † enim loquitur de paterno Imperio, quod ex veneratione, & lege naturæ parentes in liberos omnes utriuſque ſexus, ſuæ, & alienæ familiæ, apud omnes gentes, ſimiliter habent. Ariſtot. *lib.* 1. πολιτικῶν *cap.* 8. in princ. *l.* 2. *de juſt. & jur.* aut paterna reverentia, *l. Imperator.* 50. in fin. *ad Trebell. l.* 4. & paſſim *de in jus vocan. l.* 1. 2. 3. 4. & *tot. tit. de obſ. à lib. præſtan.* ſed de poteſtate peculiari, & propria Romanorum, quam parentibus in liberos ſtatim ab urbe condita Rex primus Romulus conſtituit. Dionyſ. Halicar. *lib.* 2.
† Hæc multùm à naturali differt: quæ verè eſt 2

πολι-

πολιτικὴ: at hæc civilis, planè olim erat δεσποτικὴ, continens jus vitæ, & necis: *l. in ſuis*. 11. *de lib. & poſth.* item vendendi, oppignorandi, &c. *l. fin. C. eo. l. 2. & tot. tit. C. de pat. qui fil. diſtrax.* Etſi autem quodam legis temperamento mitigata eſt in multis: tamen etiamnum juſſum habet, tot. tit. *quod juſſu, l. qui juſſu*. 12. *de his qui notan. infam. l. velle non creditur*. 4. *de reg. jur. l. 6. de acqu. hær.* & coactionem. *l. 2. C. de patr. poteſt.* denique & acquiſitionem inducit bonorum. Vide inſ. *per quas perſ. nob. acq.* quæ adverſaria eſt legi naturæ, qua non liberi parentibus, ſed parentes theſaurizant filiis *c. cum Apoſtolus*. 6. §. 1. ubi gloſſ. *verb. filiis. de cenſibus c. prædicator*. 16. *quæſt.* 1. Alb. *l. explicito*. 1. *num.* 18. *Ad Trebell.* 13. *l. de emancipatis. C. de legit. hær.* aliaque multa, quæ à jure naturæ longè recedunt, etiamſi ab hoc fonte primùm hæc poteſtas, ut & reliquum jus civile, defluxerit, *l. 2. de juſt. & jur.* † Deinde civilis poteſtas tantùm eſt familiæ, 3
& patri duntaxat, non matri, maternisque parentibus, ut hìc dicitur, competit: naturalis eſt naturæ, & utrinſque ſexus parentibus debetur, *l. 2. C. de in jus vocan. l. 2. 3. 4. 5. de obſeq. à lib. præſtan.* Illa diſſolvi multis modis poteſt, inſ. *quib. mod. jus patr. pot.* hæc nullo modo, *l. 2. C. de in jus vocan.* ut nec reliqua jura naturæ, *§. pen.* ſop. *de jur. nat. gent. & civ.* Et certè illa jura vitæ, & necis, vendendi, alienandi, mancipandi, longiſſimè à pietate naturali recedunt. † Ac denique quantum in- 4
tereſt inter jus naturæ, & familiæ, tantum intereſt inter reverentiam naturalem, quæ parentibus debetur, *l. 2. 3. cum ll. ſeqq. de obſeq. à lib. præſtan.* & inter poteſtatem hanc civilem.

DE NVPTIIS,*

Titulus Decimus.

* ADvertas rubricam de NUPTIIS delineari: aliàs tamen de JUSTIS NUPTIIS: ſed abſolutè meliùs, duplici ratione, quarum una ea eſſe poteſt, quia hoc in Titulo non modò proponitur, quænam ſint juſtæ nuptiæ; verùm etiam quæ inter quos injuſtæ: ut contraria invicem oppoſita magis eloceſcant *l. qui accuſare*. 4. *ff. de accuſationib. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni juris*. Altera porrò colligi poteſt ex eo, quia nuptiæ conſiſtere non poſſunt niſi ſint juſtæ, hoc eſt ſecundum legum præcepta contractæ *l. nuptiæ*. 2. *ff. de ritu nuptiar.* ideo ſuperfluum jure meritò eſſe videtur addere illam particulam de JUSTIS, & hæc pro rubricæ expoſitione.

AD jus perſonarum vel præcipuè nuptiæ pertinent: quæ & perſonas indiſſolubili ſocietate conſtringunt, & de quarum jure optimè cujuſque ſtatus poteſt exiſtimari. De his igitur tractatio ſubjicitur, eo convenientiore loco, quòd paulò antè in poteſtate eſſe dictum eſt liberos ex juſtis nuptiis conceptos: quare, ut id meliùs intelligi poſſit, hoc in titulo ordine exponitur, quænam ſint juſtæ nuptiæ, quæ injuſtæ: de quibus uſque ad §. *pen.* diſputatur permiſtim: exinde de effectu earundem uſque ad finem nonnulla ſubjunguntur. Quidnam porrò ſint nuptiæ, ſuperiore titulo eſt expoſitum. Species earum hìc duæ potiſſimùm recenſentur: videlicet juſtæ, & injuſtæ. Illæ unius ſunt generis, hæ variant: aliæ enim ſunt inceſtæ, & nefariæ, quæ omni jure prohibentur: aliæ interdictæ tantùm jure civili, non naturali. ut *tot. t. C. de inter. matri* aliæ vulgares illegitimæ, & tamen ratæ. *c. ult* 28. *q.* 1. *&c.* de quib. dixi ad *tit. de rit. nupt.* unde copioſior declaratio peti poteſt.

HUjus tituli duo ſunt membra.

1. Præcepta ad juſtas nuptias contrahendas continet, quorum alia ſunt.
- merè Civilia, & ſunt tria.
  - Civitas §. 1. *in princ.*
  - Pubertas *d.* §. 1. *verſ. maſculi.*
  - Conſenſus *d.* §. 1. *verſ. dum tamen.* & §. 2.
- Naturalia, & Civilia, & ſunt quoq; tria.
  - Cognatio §. 3. 4. 5. 6. & 10.
  - Affinitas §. 7. ejuſque exceptio §. 8.
  - Honeſtas §. 9.

2. Nuptiarum pœnas contra præcepta legum contractarum §. 11.
Corollarium de limitatione unius pœnæ per legitimationem §. *ult.*

§. 1. Iuſtas autem.

JVſtas *a* autem nuptias *b* inter ſe cives Romani *c* contrahunt, qui ſecundum præcepta legum *d* coeunt *e*: maſculi quidem puberes, fœminæ autem viripotentes *f*, ſive patresfamiliarum ſint, ſive fi-

liifa-

liifamiliarum : dum tamen , ſi filiifamiliarum ſint , conſenſum *g* habeant parentum *h* , quorum in poteſtate ſunt *i* . Nam hoc fieri debere & civilis k , & naturalis ratio *l* ſuadet : in tantum , ut juſſus parentis præcedere debeat *m* .

1. *Nuptiæ unde dictæ , & quòd ea Roman. propria . num. 2.*
3. *Pubertatis tempus quod in maſculis, & fœminis.*
4. *In nuptiis contrahendis quis conſenſus , quorumve requiratur . num. 5. & quare . num 6. 7. 8.*

a IUſtas. Legitimas jure Quiritum : quæ opponuotur vulgaribus injuſtis , &c. *l. ſi uxor* . 13. *de adulter.*

1 *b* Nuptias. † Civile nomeo ductum ab obnubendi ceremonia quadam , Rom. uſitata : nam duceodæ in domum viri matronæ , certo velaminis genere obnubebantur , & faciem in ſymbolum pudoris , ae ſubjectiunis velabant : qnem ritum antiquiſſimum , & à natura ſumptum eſſe , oſtendit Hiſtoria Rebeccæ , Gen. 24.

c Cives Romani. Non peregrini, Cic. *in Top. l. ex facto* . 17. §. 3. *ad Trebell.* nec ſervi , *l.* 3. *C. de*
2 *inceſt. nupt.* † Connubium namque habent ſoli eives Romani , Ulp. *Inſtit. cap.* 5. Ut enim poteſtas patria Romaoorum alia eſt , quàm illa naturalis omnium gentium : ita & nuptiæ eorundem , unde illa poteſtas fluit , alia jura , aliamque formam legibus Rom. habet , quàm vel illa conjunctio maris , & fœminæ naturalis , de qua in *l.* 1. §. *fin. de juſt. & jur.* vel conjugia peregrinorum , ſervorum , &c. qui ſunt juris Rom. & ideo juris nuptiarum , quod illius pars eſt , expertes . Matrimonium autem, an eontrahat nobilis cum ancilla, videri poteſt Fichard. ad Villalob. *verb. matrimonium* . *num.* 47.

d Praecepta Leoon. *l. unic.* §. *oportet , ut quicunque uxorem ducere voluerit ſecundum noſtras leges , & antiquam conſuetudinem* : &c. *Cod. de rapt. virg.* Quæ boc in titulo ſubjiciuntur : explicantur autem uberius in *tit. de rit. nupt. ff.* ubi dixi , & *C. de nupt.*

e Coeunt. Conjuges tamen appellantur à prima deſponſationis fide , quamvis inter eos adhuc ignoretur conjugalis concubitus . *c. conjuges* . 7. *& c. conjux*. 27. *q.* 2.

3 *f* Viripotentes. Quæ † ætas in maribus incipit anno 14. completo , in fœminis anno 12. *l.* 4. *de rit. nupt. l. penult. quan. dies leg. l. dotis* . 68. *de jur. dot. l. hæc conditio* . 10. *de condit. & demonſtra.* Cæterùm jura caoonica non tàm exactè numerum annorum , quàm potentiam animi , & corporis hìc conſiderant . *cap puberes*. 3. *cap. de illis*. 7. *de deſponſ. impub.*

4 *g* Consensum. Aut † expreſſum , aut tacitum , *l. ſi , ut proponis* . 5. *C. de nup. l. in ſponſalibus*. 7. §. 1. *de ſponſal.*

5 *h* Parentum. † *l.* 2. *l. nuptiæ* . 18. *de rit. nup. l. nec filium*. 12. *C. de nupt.* patris , avi , quorum ſunt in poteſtate . *c. noſtrates* . 30. *q.* 5. *c. non omnis* . *c. honorantur* . 32. *q.* 2. *l. ſic eveniet* . 21. *de adult. l. ult. C. de leg. tut. l. Paulus*. 11. *de ſtat. hom.* Pariſ. *conſ.* 39. *num.* 1, 2. 4. *parte* 3. Cur. jun. *conſ.* 136. *num.* 4. Villalup. *in com. opin. verb. filius opin.* 112. *d. l. unic. verſ. qui ducere uxorem voluerit , parentes , vel alios quos, decet , petat & cum eorum voluntate legitimum fiat conjugium* . *C. de rapt. virg.* Nam intelliguotur optimè proviſuri liberis. *l. fin. C. de cur. furioſ.*

i In Potestate Sunt. Reſtrictiva : unde matris, & cognatorum conſenſus ratiooe eivili non requiritur , *l.* 1. *C. eo. l. nuptiæ* . 18. *de rit. nuptiar.* nec patris in filio emancipato, *l. filius* . 25. *de rit. nuptiar.*

k Et Civilis. Quæ † filii voluntatem in his 6
quæ juris civilis ſunt , adque perſonam ejus pertinent , pro imperfecta habet , *l. velle* . 4. *de reg. jur.* Nam ratione poteſtatis , jure civili pater , & filius pro eadem ſunt perſona , vel potius pater pro capite filii habetur , *l. fin. C. de impub. ſub.* & dicam infrà *de inutil. ſtipulat.* Eſt & illa ratio , quòd patri invito ſuus hæres per nuptias filii agnaſcatur : id quod admitti non debet , §. *ſed ſi quis* . inf. *de adopt.* Hæ rationes ceſſant in matre , & his , qui non habent liberos in poteſtate , *l.* 1. *l.* 8. *Cod. de nupt. l.* 9. 10. 11. 20. cum ſimil. *ff. eo.*

l Et Naturalis Ratio. Ob † reveren- 7
tiam , & obedientiam , quam lege naturæ liberi parentibus debent : *l.* 2. *de juſt. & jur. l.* 1. & 2. *de obſeq. à parent. & patron. præſtand. l.* 2. *C. de in jus vocan.* quæ etiam in matre , & parentibus maternis obtinet : Sic utriqoe parentum dieit Simſon : accipite eam mihi in uxorem . Judic. 14. 2. una eſt enim omnibus parentibus ſervaoda reverentia , *l. parentes* . 6. *de in jus vocan. d. l.* 2. *C. de in jus vocan. l. furioſæ* . 4. *de curat. furioſ. dand. l.* 1. 2. *cum ſeq. de obſ. à lib. præſtand.* Quare lege naturæ horum quoque conſenſus requiritur etiam in filiofam. milite . *l. filiusfam.* in fin *de rit. nupt.* At verò , quia non concurrit cum hac ratio civilis , ideo lex noo neceſſitate id concluſit , ſed reverentiæ , & pudori cujuſque reliquit : *l.* 1. *C. de nupt.* ut jure civili maneat aliquod inter patriam poteſtatem , & reverentiam naturalem diſcrimen . Cæterùm lex divina ad jus naturæ nos revocat : vultque eundem honorem matri juxta , ac patri exhiberi . Si tamen rem preſsè conſideres , videri poterit nec poteſtatem civilem , oeque naturalem reverentiam neceſſariò hoc concludere . Ut enim hęc vitam liberorum non attingunt , *tot. tit. C. de patr. pot. & de pat. qui fil.* neque libertatem horum ſtatumque ſibi obnoxium habent : *l. ult. C. de patr. pot. l.* 1. §. 1. *de rei vin. l.* 1. *& l. ult. de lib. exhib.* ſic nec videntur hic neceſſariò attendenda : cum lex creationis , & inſtituti conjugii . Geneſ. 2. 24. quam Chriſtus probat Mat. 19. 5. patrem , & matrem , multò magis horum conſenſum uxori nedum poſtponi vult , ſed etiam

propte-

Digitized by Google

propterea relinqui. Cum qua opinione jus Canonicum congruit. Pariſ. *conſ.* 29. *num.* 1. 2. 4. *p.* 3. plura Curt. Jun. *conſ.* 136. *num.* 4. Villalob. *in com. opinionib. num.* 112. *verb. filius*. & jus Pontificium hodie in his cauſis attenditur. *c. final. de ſecund. nupt. c. final. de præſcript. c.* 1. *de oper. nov. nunciat.* glo. *c.* 2. *de arbit. in* 6. Angel. hic. Deinde quia cauſa matrimonii, ſtatus cauſæ æquiparatur, & ad libertatem vitamque, vel in primis ſpectat: *c. penult. de reſtit. in integr.* gl. *c. mulieri, de jurejur.* in quibus nihil juris eſt parentibus *d. l.* 1. in fin. *de lib. exhib.* maximè poſtquam liberi ad majorem ætatem pervenerunt, *l. viduæ*. 18. *C. de nupt.* Attamen Menoch. *conſ.* 69. *num.* 33. dicit jus patriæ poteſtatis hac ratione lædi, per *l. unicam C. de rap. virg.* quæ injuriam potiùs ſic fieri parentibus oſtendit. Vide Petrum Lomb. 4. *ſent. diſt.* 28. *q.* 2. *artic.* 1.

8 *m* Præcedere Debeat. Juſſus † quoties intervenit, ſemper præcedere debet, *l. ſi quis.* 25. §. *juſſu, de acq. hær.* Ceterùm etiam abſque juſſu tacitus nihilominus conſenſus ſufficit, *l.* 5. *C. de nupt.* quia paria ſunt, conſentire, vel non contradicere, in eo, qui contradicendo impedimentum ereare poſſit, *l. in adoptionibus*. 5. in fin. *de adopt.* non ratihabitio, ut quidem vult Cont. ex *l. Paulus* 11. *de ſtat. hom. Diſput. l.* 1. *ca.* 7. Sed cur ratihabitio minus operetur, quàm tacitus conſenſus, præſertim cum retrotrahatur *c. ratihabitionem.* 10. *de reg. jur. in* 6. nec ſanè *d. l. Paulus* quicquam *de ratihabitione*. & contra habetur *l. nec filium.* 12. in fin. *C. de nupt.* Cæterùm apparet hæc eſſe propria quædam patriæ poteſtatis, & ſuitatis jura: nam emancipati ſine parentum conſenſu rectè nuptias contrahunt *l.* 3. §. *final. de bon. poſſ. contra tab. l. filiusfam. emancipatus.* 25. *de rit. nupt. l. viduæ* 18. *C. de nupt.* Quapropter hodie adæquato ſuitatis, & emancipationis jure per No. Conſt. hæc ita non ſunt acerbè urgenda, præſertim in ſpiritualibus, ubi non attenditur ita poteſtas patria, quemadmodum nec in publicis.

§. 2. Vnde quæſitum.

VNde quæſitum eſt, an furioſi filia nubere, aut furioſi filius uxorem ducere poſſit? Cùmque ſuper filio variabatur *a*, noſtra proceſſit deciſio: qua permiſſum eſt ad exemplum filiæ furioſi, filium quoque furioſi poſſe, & ſine patris interventu matrimonium ſibi copulare, ſecundum datum ex noſtra conſtitutione modum.

QUinam contrahere nuptias poſſint.

a Variabatur. In filio furioſi meritò olim dubitabatur: nam is ducebat uxorem in domum patris eique ſuos hæredes procreabat: atqui nemini invito, vel ignoranti (cui furioſus ſimilis eſt, §. *ſui*. 5. infr. *de hær. quæ ab inteſt. l. ſi à furioſo*. 24. *de obligat. & act.*) hæres ſuus obtrudi poſſe videbatur, §. *& tam filium*. infr. *de adopt.* In filia minus res habebat dubitationis, quia extra familiam patris nubebat. Sed Juſtin. omnem dubitationem ſuſtulit *l. ſi furioſi*. 25. *C. de nupt.*

§. 3. Ergo non.

ERgo non omnes nobis uxores ducere licet *a*. Nam à quarundam nuptiis abſtinendum eſt. Inter eas enim perſonas, quæ parentum, liberorumve locum inter ſe obtinent, contrahi nuptiæ non poſſunt *b*: veluti inter patrem, & filiam, vel avum, & neptem, vel matrem, & filium, vel aviam, & nepotem, & uſque in infinitum *c*. Et ſi tales perſonæ inter ſe coierint, nefarias *d*, atque inceſtas *e* nuptias contraxiſſe dicuntur. Et hæc adeò ita ſunt, ut quamvis per adoptionem *f*, parentum, liberorumve loco ſibi eſſe cœperint, non poſſint inter ſe matrimonio jungi *g*: in tantum ut etiam diſſoluta adoptione idem juris maneat. Itaque eam, quæ tibi per adoptionem filia, vel neptis eſſe cœperit, non poteris uxorem ducere, quamvis eam emancipaveris.

1. Ge-

1. *Generalis regula, inter quas perſonas nuptiæ contrahi poſſint, vel non.*
2. *Infinitas in contrahendo matrim. mortalitate terminatur.*
3. *Fas, & nefas quid.*
4. *Κέϛος quid, & quid inceſta nuptiæ*
5. *Emancipatione adoptionum cætera jura tolli, excepta matrimonii prohibitione, quæ manet.*

SEquitur antitheſis, ſeu exceptio, oſtendens, qui cum quibus juſtas contrahere nuptias non poſſint.

a Ducere Licet. Quia non promiſcuè, ſed ſecundum præcepta legum contrahi nuptias oportere, poſitum aoteà eſt.

1 *b* Non Possunt. Notanda † regula generalis, qua diſcerni poteſt, inter quas perſonas nuptiæ prohibeantur: quod ubi conſtat, facilè ſciri licet, quibus non interdicitur hæc conjunctio, jiſdem eam permiſſam eſſe. Eſt autem ſumpta hæc regula ex lege divina: *Relinquet homo patrem, & matrem, & adherebit vxori*. Gen. 2. Relinquendi ſunt igitur in hac conjunctione pater, & mater, hoc eſt, omnes qui parentum locum obtineot, & per conſequens liberorum: quia parentibus hi abſtinere jubentur, atque ita parentes illis, Levir. 18. Nec hoc judicium civile eſt, ſed naturale, & omnium gentium: ut & Xenophon. In *lib. ἀπομν.* & Plato *lib.* 8. de Legib. & *lib.*8. de Repub. aſſerunt. Unde & Paulus *l. fin. de rit. nupt.* ait, nuptias cum ejuſmodi perſonis contractas, etiam jure gentium, & natura, quæ illas abhorret, inceſtas eſſe.

c Usque In Infinitum. Nam omoes parentum, liberorumque loco ſunt, *l. nemini* 17. *C. eo.*

2 † Sed hæc tamen infinitas mortalitate terminatur: loquitur ergo de jure, non de facto, aut poſſibilitate: quare ridiculum eſt quærere, an Adam reſurgens ducere vxorem poſſit. & alioqui in reſurrectione neque ducent, neque nubent, ſed erunt *ἰσάγγελοι*, in quibus non eſt carnalis conjunctio, aut propagatio, Matth. 22. Marc. 12.

3 *d* Nefarias. Fas † jus ſignificat, & præcipuè divinum, vel, quod ei par eſt, naturale, Cicer. pro Milone. Quod aut natura fas eſſet, aut per leges liceret: nefas contrarium: nefariæ nuptię, quæ ſunt contra jus divinum, & humanum: cujuſmodi propriè ſunt cum parentibus contractæ, *Novell. de inceſt. nupt.* Boſſ. *in pract. crim. cap. de dam. coit.* Nonius ex Varrone à farre deducit nefarium, quo uti ſceleribus cjuſmodi obliti non debeant: utpotè pane, & cibo indigni.

e Incestas. † Κέϛος cingulum pudoris, quo 4
ornabantur ſponſæ: *μεταφορικῶς* pro pudore, ſolemnitatibus, & legibus conjugii accipitur. Quare *ἀϊνυσον* vocant Græci turpe facinus. Inceſtum noſtri, impudicum, pollutum: Nonio, ex Cic. pro Dom. ſua: & propriè turpitudinis flagitium, in propinquos commiſſum. Inceſtæ igitur ſunt nuptiæ, à quibus abeſt pudor, honeſtas, reverentia ſanguinis, forma, ordo, & ſolemnitas conjugalis, *l. ult. ff. eo.* ut quæ inter aſcendentes, & deſcendeotes cootrahuntur, *l. ult. de rit. nup.* Paulus in *l. ſororis.* 39. *de rit. nupt.* ait, cum iis inceſtas nuptias contrahi, quas moribus (ſcilicet juriſq. naturalibus) ducere psohibemur.

f Adoptionem. Tantum uon naturalem conſanguinitatem.

g Jungi. Propter pudorem & vinculum civile, quo pro parentibus, & liberis habentur, *de adop.* inſ.

h Emancipaverais. *l quin etiam.* 55. *de rit. nupt.* Intellige † autem, quoad prohibitionem ma- 5
trimonij: nam emancipatione cætera adoptionum jura civilia ſolvuntur, inſ. *de adopt. l. pen. C. eo.* & inſ. *quibus mod. ius patr. poteſt. l. adoptivum.* 8. *de in jus vocand.* In matrimoniis autem, quia non modo vinculum civile inſpicitur, ſed etiam honeſtas tàm naturalis, quàm civilis, in princ. & §. 6. & 7. *hoc tit. l.* 4. *C. eod.* vide inſ. §. *ſi uxor.* 9. *verb. debere ait.* quæ diſſoluta adoptione, erga eum qui ſemel lege & jure pater fuit, manere debet, ideo manet & prohibitio.

§. 4. Inter eas.

INter eas quoque perſonas, quæ ex tranſverſo gradu cognationis junguntur, eſt quædam ſimilis obſervatio, ſed non tanta *a*. Sanè enim inter fratrem ſororemque nuptiæ prohibitæ ſunt *b*: ſive ab eodem patre eademque matre nati fuerint *c*, ſive ex alterutro eorum *d*. Sed ſi qua per adoptionem ſoror tibi eſſe cœperit: quamdiu quidem conſtat adoptio, ſanè inter te, & eam nuptiæ conſiſtere non poſſunt *e*. Cum verò per emancipationem adoptio fuerit diſſoluta, poteris eam uxorem ducere *f*. Sed & ſi tu emancipatus fueris, nihil eſt impedimento nuptiis. Et ideo conſtat, ſi quis generum adoptare velit, debere eum antea filiam ſuam emancipare: & ſi quis velit nurum adoptare, debere eum antea filium ſuum emancipare *g*.

1. *Colla-*

1. *Collaterales quomodo jure Canonico, & quomodo Civili conjungi poſſint.*
2. *Fratrum & ſororum ex uno vinculo, in matrimonialibus par ratio.*
3. *Conſanguinei, & uterini qui.*
4. *Inter ſororem, & fratrem adoptivos, quare nuptiæ conſtare non poſſint: & cur adoptione ſoluta poſſint conjungi. num. 5. & 6.*

DIxit de prohibitione inter aſcendentes: nunc de prohibitione inter collaterales.

1 *a* Non Tanta. † Nec enim in infinitum porrigitur, ut in linea recta: neque invicem ſibi ſunt parentum, liberorumque loco, ſed pares: quare jure civili coercetur finibus propinqui ſanguinis & pudoris hæc inter collaterales prohibitio: nec contra hanc propriè inceſtæ nuptiæ contrahuntur, *d. l. ult. de rit. nupt.* nec pœna inceſtus ordinaria, *l. ſi adulterium cum inceſt.* 38. *de adulter.* ſed arbitraria incurritur. *l. ult. de rit. nupt.* Iure Canon. quod certius eſt, ad quartum gradum incluſivè eſt prohibitio, *c. penul. & c. fin. de conſang.* vide *l. ſi quis* 6. *C. de ritu nupt.*

b Prohibitae Sunt. *l. nemini.* 17. *C. de nupt.* Non dicit, *Inceſtæ ſunt*, ut in ſuperiore §. Nec ſanè quidem id facilè dixero, præſertim ſi de ordinaria inceſtus pœna tractetur: ubi verba propriè ſunt accipienda. Et illud ſanè dari neceſſe eſt, initio generis humani, inter Adami filios & filias conjugia non inceſta, ſed vera, legitima, Deo placentia, fuiſſe contracta. Malim ergo prohibitas potiùs dicere has nuptias, quàm inceſtas. Prohibitas autem non ſolùm jure humano, ſed etiam divino, inter eas perſonas, quæ nominantur, Levit. 18. Nam quia prohibitio illic facta, rationem in reverentia naturali fundatam habet, ideo non eſt noſtrum, nominiſq; Chriſtiani dubitare, quin ſit perennis, divina & naturalis, non pars legis cæremonialis, quæ cum politeumate Moſe conciderit, neque nos amplius vinciat. Sic enim Ruben ante legem damnatur inceſtus, Geneſ. 49. *verſ.* 4. & Cananitæ Levit. 18. Et hujus ſanè reſpectu, in materia præſertim civili, licet has inceſtas nuptias appellare, cum turpes, vetitæque ſint, & ab iis reverentia ſanguinis abſit, *l. ult. C. de inceſt. nup.* eoque nomen inceſtus congruat: quomodo etiam extra conjugium per concubinatum in his perſonis inceſtum committi, dicit Ulpian. *l. etiam* 56. *de rit. nupt.*

2 *c* Nati Fuerint. Etſi † aliàs conjunctio utrinque arctior eſt, quàm ex alterutro tantùm parente, Auth. *itaque C. comm. de ſucceſſ.* tamen in materia nuptiarum, æquè ſunt propinqui, qui ab uno latere conjunguntur, atque qui ex duobus: id quod eſt notatu dignum.

3 *d* Ex Alterutro Eorum. Puta, † conſanguinei eodem patre, ſed diverſis ex matrib. procreati: quos Solon ὁμοπατρίους vocabat: vel uterini, eadem ſcilicet matre, eodemque utero nati, ſed alio, atque alio patre geniti: quos ὁμομητρίους Græci appellabant, iiſdemque conjugium permittebant.

4 *e* Non Possunt. Quia † ratione patriæ poteſtatis omnes pro uno habentur, nec invicem obligari, multò minus nuptias contrahere civiliter poſſunt, *d. l. ſi. C. de imp. ſubſt. l. frater à fratre.* 38. *de condic. indeb.* Deinde quia jure civili per adoptionem ſoror eſt, cum qua legibus conſtare matrimonium nequit: ut paulò antè eſt dictum, *d. l. nemini.* ejus tamen filiam rectè potes in uxorem ducere, etiam durante poteſtate: nec enim in poteſtate & familia tui, ſed ſui eſt patris, *l. ſi qua.* 12. §. 3. *de rit. nupt.* Vide infr. §. *ſequen.*

5 *f* Ducere. Alia enim ratio † eſt in his nuptiis, quàm ſi quæratur de nuptiis adoptivi patris, & filiæ emancipatæ. Inter has enim perſonas durat reverentia, qualis eſt inter patrem & filiam: ideo manet ex honeſtate prohibitio, ut ſupra §. ſuperiore dictum eſt: porrò inter fratrem, & ſororem non eadem manet reverentia, quia æquales ſunt, eodemque in gradu. Extra igitur conjunctionem ſanguinis naturalem, vel civilem adoptionis, rectè conjungi poſſunt.

6 *g* Emancipare. Non † enim conſtabunt jure civili nuptiæ, inter eos, qui ſunt in eadem poteſtate, ut nec reliqui contractus. *d. l. frater à fratre.* deinde ſunt inter ſe fratres, & ſorores, quoad durat poteſtas, quos inter inceſtæ nuptiæ contrahuntur, ut dictum eſt.

§. 5. Fratris verò.

FRatris verò, vel ſororis filiam uxorem ducere non licet *a*. Sed nec neptem *b* fratris, vel ſororis uxorem quis ducere poteſt, quamvis quarto gradu ſint *c*. Cujus enim filiam uxorem ducere non licet, ejus neque neptem permittitur *d*. Ejus verò mulieris, quam pater tuus adoptavit, filiam non videris impediri uxorem ducere: quia neque naturali, neque civili jure *e* tibi conjungitur.

1. Regulæ

1. *Regulæ duæ in matrimonialibus conjunctionibus obſervandæ.*

2. *Computatio graduum jure Civili, & Canonico.*

PRohibitio in ulterioribos gradibus.

a Non Licet *l. ſororis. 39. de rit. nupt.* quia filiæ loco eſt, *l. nemini. 17. C. de nupt.* Itaque inceſtum in hac committi dicit, *l. etiam. 56. de rit. nupt.* Et contrarium Heraclii Imp. exemplum, funeſtos habuit exitus, nec toleratur in *l. qui in. 57. §. 1. de rit. nupt.* Cujac. *lib. 13. cap. 16.* ſed ob iguorantiam liberi pronunciantur legitimi, & juſti, ut in *cap. 2. qui fil. ſint legit.*

b Nec Neptem. Neque proneptem eadem ratione, *l. ſororis. 39. de rit. nupt.* etiam ex alio marito ſuſceptam: ut enim relictam à fratre ducere non licet, ita nec ejus filiam. Nec obſtat, quòd ſit ex alio nata: nam per unum latus, ut conſanguinitas contrahitur, oec conſideratur, utrum utrinque conjunctus fuerit frater, an uterinus, uel conſanguineus, ſic etiam in affinitate. Noo obſtat, quòd duobus fratribus liceat duas ſorores, oel matrem & filiam ducere: quia affinitas demum incipit ibi, & altera perſona conjungitur alterius propinquis, non propinqui propinquis, ſecus quando aliqua affinitate contracta ſuſcipitur.

c Quarto Grado Sint. *l. per adoptionem.*
1 17. §. 1. *de rit. nupt.* Et hinc duo † ſunt ootanda: primùm jure civili, quod in Corpus joris redactum eſt, quartum gradum regulariter non habere prohibitionem, cum hic caſus excipiatur, qui in cæteris non exceptis regulam confirmat. Dec. *l. 1. nu. 20. de reg. jur.* Secundò, jure civili novo (nam olim ſecus fuit. Ulpia. *tit. 5.*) in hac prohibitione non haberi gradoum ratiooem, ſed honeſtatis duntaxat, & reverentiæ.

d Permittitur. Eſt enim eadem utrobique ratio: quia tu illi loco parentis, ipſa tibi vice filiæ eſt, ut poſtea ſequitur in §. *duorum. cum ſeq.*
Hæc † autem ſola ratio & hic reſpectus prohibet 2
jure civili, nunc uſitato, inter collaterales nuptias, ſicut & inter aſcendentes: non verò ulla gradus proximitas aut diſtantia: ut exempla hìc propoſita indicant. Id jure Pontificio, quod potiſsimum in his attenditur, *c. ult. de ſecun. nupt. c. Euphemium. §. hinc colligitur. 2. q. 3.* Angel. hic, aliter ſervatur: quo jure prohibitio ad quartum inter collaterales gradum incluſivè porrigitur, *d. c. pen. d. c. fin.* Gl. in *d. l. nemini. 17. C. de nupt.* Gradus autem eodem jure in hac conjugiorum materia, non ita computantur, ut jure civili: quo quot ſunt perſonæ, tot ſunt gradu, *inſ. de grad. cog.* Nam cùm nuptiæ duarum ſint perſonarum, ideoque utraque jure Canonico perſona uno gradu conjungitur, fitque in linea æquali ejuſmodi computatio, nt quoto utraque perſona gradu à ſtipite diſtat, eodem ioter ſe diſtent, & jungantur. In linea porrò inæquali, ut quoto gradu remotior abeſt à ſtipite, eodem ſibi invicem conjunguntur in linea collaterali. Nam in aſcendentibus & deſcendentibus tot ſunt gradus, quot perſonæ, una dempta. De quo quærere hìc non eſt neceſſe, cum inter bos in infinitum nuptiæ prohibeantur: vt paulò ante oſtenſum eſt.

e Civili Iure. Nota utriuſque honeſtatis & juris tàm naturæ, quàm civilis in conjugiorum prohibitione, haberi rationem.

§. 6. Duorum autem.

DVorum autem fratrum vel ſororum liberi, vel fratris & ſororis, conjungi poſſunt *a*. Item amitam, licet adoptivam, ducere uxorem non licet, item nec materteram: quia parentum loco habentur *b*. Qua ratione verum eſt, magnam quoque amitam, & materteram magnam, prohiberi uxorem ducere *c*.

1. *Varia hujus §. lectio.*

2. *Duorum fratrum liberos jure Canonico non conjungi.*

DE fratrum liberis & materteris, an duci poſſint.

1 *a* Conjungi Possunt. Quidam † Cod. habent lectionem negatiuam: *non poſſunt*. Ac fuit ſanè tempus, cùm inter hos jure civili non conſtarent nuptiæ, vt oſtendit Cajus *in Inſtit. lib. 1.* quanquam à Gothis depravatus, & extant fragmenta ejuſdem juris in *in Cod. Theod. tit. de duorum fratrum liberis & materteris, an duci poſſint* & apud Tacit. *lib. 12.* Sed lectio affirmativa, cum jure recepto, quod ſolom in Ioſtit. referri voluit Juſtinia. congruit. *l. celebrandis. 19 C. de nupt. l. 3. de rit. nupt. l. Lucius. 78. §. filiam. 8. ad S.C. Trebellia.* Suot enim hæ perſonæ in pari gradu: quare parentum, liberorumque reſpectum invicem non
habent: † quam ſolam rationem lex civilis in pro- 2
hibitione collateraliom attendit, ut ſequitur in verſ. *quia parentum loco habentur*; ideoque nuptiæ horum admittuntur jure civili. Ceterùm jus Pontificium grados, ut diximus, numerat, prohibetque matrimonium ad quartum uſque incluſiuè,

ſive, *d. c. pen. de conſan.* quare & nuptlæ inter has perſonas illo jure ſunt interdictæ.

b Parentum Loco Habentur. Nota rationem prohibitionis inter collaterales, quæ & in ſeq. §. repetitur.

c Uxorem Ducere. Quia matris loco eſt, ut ſequitur in §. *ſeq.* & ſanè ratio, ac ſenſus naturalis docet, talibus perſonis, ut majoribus reverentiã deberi.

§. 7. Affinitatis quoque.

Affinitatis *a* quoque veneratione à quarundam nuptiis abſtinere neceſſe eſt : ut ecce privignam, aut nurum uxorem ducere non licet, quia utræque filiæ loco ſunt *b*. Quod ita ſcilicet accipi debet, ſi fuit nurus, aut privigna tua. Nam ſi adhuc nurus tua eſt, ideſt, ſi adhuc nupta eſt filio tuo alia ratione *c*. uxorem eam ducere non poteris: quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt *d*. Item ſi adhuc privigna tua eſt, id eſt, ſi mater ejus tibi nupta eſt : ideo eam uxorem ducere non poteris, quia duas uxores eodem tempore habere non licet. Socrum quoque & novercam, prohibitum eſt uxorem ducere: quia matris loco ſunt *e*. Quod & ipſum diſſoluta *f* demum affinitate procedit. Alioquin ſi adhuc noverca eſt, ideſt, ſi adhuc patri tuo nupta eſt, communi jure *g* impeditur tibi nubere : quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt. Item ſi adhuc ſocrus eſt, ideſt, ſi adhuc filia ejus tibi nupta eſt: ideo impediuntur nuptiæ, quia duas uxores habere non potes.

1. *Affinitas unde dicta, & quid.*
2. *Ratio prohibitionis in affinitate jure Civili.*
3. *Quoties ejuſdem diſpoſitionis duo ſunt rationes, ſublata è duabus altera, non ob id ceſſat diſpoſitio, altera remanente.*
4. *Inter perſonas, quæ parentum, liberorumve loco ſunt, nuptia conſiſtere non poſſunt: & declarata regula.*

Hactenus de prohibitis nuptiis ob conſanguinitatem: nunc de prohibitis propter affinitatem, cujus nulli ſunt gradus, quia non gignuntur affines ab affinibus. Bez. *de divort. fol* 48. ſunt tamen quaſi gradus, ut ibi & *l. 4. §. 4. de grad.*

1 *a* Affinitatis. Affinitas † dicta eſt, quòd per matrimonium altera cognatio ad alterius fines accedat, *l. non facilè 4. §. affines. 3. de gradib.* Eſt enim quaſi jus ſanguinis & cognationis, quod inter alterum conjugem, & alterius conjugis cognatos, ex ipſo matrimonio exiſtit.

b Quia Utraque Filiae Loco Sunt. *l. 4. §. hos itaque. 5. de grad. cog.* Sic Judas corruptam errore nurum amplius non attigit, ſentiens vetitum eſſe inceſtum, Geneſ. 38. *verſ* 26. & ibi oſtenditur etiam, eam loco filiæ habitam, quia Judas utitur in eam patria poteſtate, dum jubet produci,
2 ac comburi. Eadem eſt † ratio prohibitionis jure civili, in affinitate, quæ eſt in conſanguinitate: videlicet reſpectus reverentiæ, quæ aſcendentibus, ac deſcendentibus, deinde propinquitati in collateralibus, debetur. Jus Pontificium ut in conſanguinitate, ita & in affinitate gradus prohibet totidem, *d. c. pen. de conſang.* Affinitas tamen duntaxat propinquos alterutrius conjugis alteri jungit, non etiam illis conjunctos. Unde perſona addita, conſtituit ſecundum genus affinitatis, quod non habet prohibitionem, Gemin. *in c. 1. §. quare. num. 3. de ſponſal. lib. 6.*

c Alia Ratione. Nota, quoties † ejuſdem 3
diſpoſitionis duæ ſunt rationes, toties quamvis ſublata altera, non tamen ceſſare diſpoſitionem altera remanente. Bart. *in l. ita ſtipulatus. 115. n. 15. de verb. obl.* Jaſ. *in l. exigend. 12. num. 21. C. de procura.* Gloſ. hìc Doct. *in l. tranſigere. 18. C. de tranſact.*

d Non Potest. *l. 1. in fin. de his qui not. infam. l. eum 18 C. de adulter.* Tulit quidem Valentinianus de duabus uxoribus legem. *Hiſto. tripar. lib. 8. cap. 11.* ſed nunquam invaluit, ut nec debuit, contra primam & divinam, Geneſ. 2. *erunt duo.* Matth. 19. *&c.* Cùm autem prohibeantur omnia, per quæ ad probibita itur, *l. orat. 16. de ſponſal.* ſequens eſt, nec duas ſponſas, nec alteram ſponſam, alteram uxorem, uno tempore haberi poſſe, *l. 5. C. de donat. ante nupt. l. 1. l. liberorum. 11. de his qui not. infam. l. eum. 18. C. de adulter.*

e Matris Loco Sunt. Etiam in pœnalibus, §. *item lex Pompeia.* ubi Gloſſ. *Inſt. de publ. jud.* & inceſtus cum his committitur, 1. Cor. 5. ubi docet etiam Paulus ab ejuſmodi nuptiis gentes etiam abhorrere, nimirum ex naturali reverentia, quæ thoro paterno debetur, licet ſolummodò ſit patris concubina. §. *aliud verſ. ſi noverca, aut concubina patris.* in Auth. *ut cum de appellat. cognoſc.* Sicut maledictus fuit Ruben vitians concubinam patris. Geneſ. 49. 4. Nota porrò hanc rationem ſæpiùs repetitam. Nam † generaliter inter omnes perſo- 4
nas, quæ liberorum, parentumve loco ſunt, nuptiæ

Digitized by Google

non conſiſtunt, *l. 4. §. 5. de grad.* Et hæc quidem ratio valet in gradibus inæqualibus: in æqualibus verò, nunquam obtinet. Ut enim par in parem non habet imperium, *l. 4. de recept. arb.* ita nec debet pari reverentiam, qualem liberi parentibus, ant è contrario. Unde in æquali gradu poſiti non ſunt ſibi invicem parentum, ac liberorum loco, ſed alia ratione contrahere prohibentur: videlicet fraternitatis, ſeu propinquitatis, qualis eſt inter fratrem, & ſororem, reſpectu: eaque ratio non tantùm in conſanguinitate, ſed etiam in affinitate valet. Verbi gratia: Fratris ſponſa, vel uxor, non eſt tibi loco filiæ, vel matris; quia in gradu æquali eſt: ſed quia tibi fratria eſt, ac loco ſororis, cui quoque reverentia debetur, prohibens nuptias, ut ſupra eſt expoſitum; ideo non potes eam uxorem ducere: *l. 5. Cod. de inceſt. nupt.* quamvis ſponſa tantùm, non uxor fuerit, *l. penult. Cod. eodem tit.*

f Dissolvta. Per nuptias ſcilicet.

g Communi Jura. Quod in omnium conjugiis valet: quo communiter omnes in orbe Romano viventes utuntur, nedum cognati, & affines.

§. 8. Mariti verò.

MAriti verò filius ex alia uxore, & uxoris filia ex alio marito, vel contrà matrimonium rectè contrahunt: licet habeant fratrem, ſororemve, ex matrimonio poſtea contracto natos *a*.

SEquitur exceptio ab hac prohibitione.

a Natos. *l. generali. 34. §. 2. de rit. nupt. l. Titia. 134. de verb. obl.* Nam affinitas ultra perſonas junctas non extenditur. Itaque liberi, cognatique viri, liberis, & propinquis mulieris ex alio viro, nulla affinitate conjunguntur. Hæc ratio efficit, ut duo fratres duas ſorores, pater, & filius matrem, & filiam ducere uxores poſſint.

§. 9. Si uxor tua.

SI uxor tua poſt divortium *a* ex alio filiam procreaverit: hæc non eſt privigna tua *b*, ſed Iulianus *c* ab hujuſmodi nuptiis abſtineri debere ait *d*. Nam conſtat, nec ſponſam filii nurum eſſe *e*: neque ſponſam patris, novercam eſſe: rectiùs tamen, & jure facturos eos, qui ab hujuſmodi nuptiis ſe abſtinuerint.

1. *Privignus quis.*
2. *Honeſtatem imprimis in nuptiis attendendam.*
3. *Sponſam propriè uxorem non eſſe.*

ALtera exceptio.

a Post Divortium. Quod ex juſtis cauſis jure civili conceditur. vide *C. de repud. & ff. de divort.* ubi dixi in *parat.*

b Privigna Tua. Privignus † eſt, authore Feſto, qui, priuſquàm mater ſecundo nuberet, eſt genitus, quaſi priùs genitus. Hæc igitur non eſt privigna tua, cùm non priùs, ſed poſt tuum cum matre ejus conjugium, ſit genita.

1

c Julianus. *l. ſi qua mihi. 12. §. ſi uxor. de rit. nupt.*

d Abstineri Debere Ait. Ob honeſtatem, quæ † maximè in nuptiis eſt attendenda, *l. adoptivus. 14. l. ſemper. 42. de ritu nupt. l. ſemper. 158. de reg. jur.* Nam non modò obligatio, ſed etiam verecundia nos obligat, ut dicit Bart. *in l. pecuniæ. 8. num. 5. de alimen. lega.* Itaque ſi uſpiam aliàs, certè hîc valent regulæ, *l. ſemper. 42. de rit. nuptia.* Paria eſſe non poſſe, vel non honeſtè poſſe fieri, *l. Nepos 125. in fin. de verb. ſignif.* & quod honeſtè non liceat, id intelligi prohibitum eſſe, *l. vulgo. 23.* ubi Gloſſ. *de ſtat. hom.* Item, quod contra receptam reverentiam fit, id contra bonos mores eſſe, *l. alia. 14. ſolut. matr.*

2

e Nurum Esse. Nota, † ſponſam propriè uxorem non eſſe. Vide Jaſ. in *l. quod ſervus. de condict. ob cauſ.* Bart. & Doct. in *l. 1. C. unde vi*, Salic. *in l. cum in te. 6. C. de donat. ante nupt.* Panorm. *in c. ex publico. 7. de conver. conjug.* Hip. *in l. lege nu. 8. de ſicar. & ſing. 106.* latè Tiraq. in *ll. connub. leg. 15.* Nam aliud ſunt ſponſalia, aliud nuptiæ: ſicuti aliud contractus, aliud pactum de contrahendo, *l. ab emptione. 6. in fin. de pact.* Gloſſ. in *l. in bonæ. 7. de eo quod cert. loc.* Quare affinitas quidem non contrahitur propriè per ſponſalia, *l. 6. & 8. de gradib.* ſed tamen honeſtas quædam inducitur impediens matrimonium. 3

monium. *d. l. ſi qua.* 12. *cum ll. ſeqq. de rit. nupt. l. pen. C. de inceſt. nupt.* Ergn nec ſponſæ demortuæ ſororem ducere licebit. Bez. de *divort. pag.* 70. *& ſeq.* diſtinguit quidem inter ſponſalia de futuro & præſenti, quod tamen poſtea rejicit, quaſi non conſtituatur affinitas, niſi per copulam. Sed non tantùm, quod licet, ſed &, quod expedit, perpendendum, Rom. 14. unde qunad matrimonii impedimentum, per ſponſalia patatur affinitas contrahi, Gl. Ang. & Doct. hìc. non verò quoad alia, puta denunciandum, dicendum teſtimonium, lucrandum ex ſtatuto, &c. nt oſtendi *ff. de ſponſal.* in fine.

§. 10. Illud certum.

Illud certum eſt, ſerviles quoque cognationes impedimento nuptiis eſſe *a*: ſi fortè pater, & filia, aut frater, & ſoror manumiſſi fuerint *b*. Sunt & aliæ perſonæ, quæ propter diverſas rationes, nuptias contrahere prohibentur *c*, quas in libris Digeſtorum, ſeu Pandectarum ex vetere jure collectarum enumerari permiſimus.

1. *Vt ſervorum nuptiæ, ita & contubernium eorundem prohibetur. & num.* 2.

3. *Cauſæ vetitarum nuptiarum.*

De prohibitione propter ſervilem cognationem.

a Impedimento Nuptiis
1 Esse. Quia licet † jure civili nullæ ſunt, §. *illud*. 7. infr. *de grad. cognat. l.* 3. *C. de inceſt. nupt.* tamen jus ſanguinis, & naturæ in his idem eſt, *l. quod attinet*. 33. *de reg. jur.* Cùm autem non modò civilis, ſed multò magis naturalis ratin in nuptiis conſideretur, certè propinquitas ſanguinis, quamvis in ſervitute contracta jure nuptiis eſt impedimento, *l. adoptivus*. 14. §. *ſerviles*. 2. *de rit. nupt.*

b Manumissi Fuerint. Quamdiu enim ſer-
2 vi ſunt, nnptias inire non poſſunt: & tamen † verum eſt, ſervile etiam contuberninm inter has perſonas prohiberi, quia in inceſtnm natura vetitum res incidit, *l. ult. de rit. nupt.* & qui per nuptias prohibentur conjungi, multò minns per concubinatum, aut alin modo conſuetudinem habere poſſunt, *d. l. ult. c. pen. c. diſcretionem.* 6. *& tot. tit. de eo, qui cog. conſang. uxor. d. l. etiam. de ritu nupt.*

c Prohibentur. Vel † propter honeſtatem, 3
ut in *l.* 1. *l. pen. & l. ult. C. de inceſt. nupt. c. qui deſponſatam.* 27. *q.* 2 vel ob ſuſpicionem, violentiam, fraudem præſumptam, &c. ut inter tutorem, & pupillam, præſidem, & provincialem, &c. Vide *l. ſenatus conſult.* 59. *de rit. nupt.* & ibi *Paratit. tot. tit. CC. de interd. matr. de inceſt. nupt. ſi quacunque præd. pot. cum tit. ſeq.* Gl. Ang. & DD. hìc.

§. 11. Si adverſus.

Si adverſus ea *a*, quæ diximus, aliqui *b* coierint: nec vir, nec uxor *c*, nec nuptiæ, nec matrimonium *d*, nec dos *e* intelligitur. Itaque ii, qui ex eo coitu naſcuntur, in poteſtate patris non ſunt *f*: ſed tales ſunt (quantum ad patriam poteſtatem pertinet *g*) quales ſunt ii, quos mater vulgò concepit *h*. Nam nec hi *i* patrem habere intelliguntur, cùm & his pater incertus k ſit: unde ſolent ſpurii appellari, vel à Græca voce quaſi σποράδην *l* concepti, vel quaſi S. P. *m* ideſt ſine patre filii. Sequitur ergò, ut diſſoluto tali coitu *n*, nec dotis, nec donationis exactioni locus ſit *o*. Qui autem prohibitas nuptias *p* coeunt, & alias pœnas patiuntur, quæ ſacris conſtitutionibus *q* continentur.

1. *Differentia inter conjugia contra jus civile, & contra jus naturale contracta.*
2. *Contrahens ignoranter vetitas nuptias, excuſatur, quoad legitimationem liberorum.*
3. *Nuptiæ quid propriè, & quid matrimonium.*
4. *Nuptiæ abſque parentum conſenſu contractæ, ſi conſentur injuſtæ.*
5. *Vulgò concepti qui.*
6. *Paria ſunt, non eſſe, vel non apparere.*
7. *Actioni de dote, non niſi diſſoluta copula locum eſſe, & cur hic fallat. num. 8.*
9. *Injuſtæ nuptiæ, & prohibitæ differunt.*

EFfectus nuptiarum juſtarum, vel injuſtarum: de quo Ulpian. *tit.* 5.

a Si Adversus Ea. Hæc
1 autem ſunt diſſimilia : nam † quædam conjugia prohibentur ratione tantùm civili; quædam etiam naturali. Hæc ſimpliciter nulla ſunt, ut inceſtus, &c. *l.* 6. *C. eod.* in quo genere hæc regula obtinet *l. ult. C. de inceſt. nupt.* illa jure civili quidem nulla ſunt, jure naturæ, & gentium tenent, & hodie jure Pontificio, ut extra de *conjug. ſer.* Panorm. & Doct. extra de *conjug. lepro. ad Rub.* Gl. & Doct. in *l.* 1. *C. de inter. matri.* Panorm. in *c. fin. num.* 2. *de ſecund. nupt. & tot. tit. extra de cogna. legal.* Joan. de Pla. in §. *ſi uxor h. tit.*

b Aliqui. Scientes, vel ignorantia juris, *l. ſi adulterium cum inceſtu.* 38. *de adulter. l. ult. de rit. nupt.* quæ non excuſat, *l. penult. & tot. tit de jur. & fact. ignor.* quia paria ſunt, ſcire, vel ſcire debere, *l. quod te.* 5 *ſi cert. pet.* quanquam pœnam error juris mitiget, *d. l. ſi adulterium.* 38. De quo Gl. & Doct. *l. ult. de condict. ſine cauſa.* Cæterùm
2 † ignorantia facti excuſationem, ſaltem quoad legitimationem liberorum, habet, *c. ex tenore.* 14. *qui fil. ſint legit. d. l. ult.*

c Nec Vir, Nec Uxor. Etenim hæc perſonarum ſunt nomina, quæ juſtis nuptiis conveniunt, ut & pater, materfamilias.

d Nec Matrimonium. Nam & hæc civilia
3 nomina ſunt. Cic. & Boet. *in Top.* Nuptiæ † tamen propriè ſignificant cæremonias, & ritus nuptiarum, *tot. tit. de rit. nupt.* Matrimonium id genus conjugii, quo in manum, poteſtatemque viri mulier tranſibat. Boet. *in Top.* Dionyſ. *lib.* 2. Gell. *lib.* 3. *cap.* 2. *lib.* 18. *cap.* 6. Ulpian. *Inſtit. cap.* 22. 29.

e Nec Dos. Quia ſine matrimonio eſſe non poteſt, *l. fin. C. de donat. ante nupt. l.* 3. *de jur. dot.* & proinde nec fructus dotis maritus lucrabitur, *l. inceſta.* 52. *de rit. nupt.*

f Non Sunt. *l. lex naturæ.* 24. *de ſtat. hom.* ne legitimi quidem. *l. fin. C. de inceſt. nupt.*

g Patriam Potestatem Pertinet. Nam
4 injuſtæ † quædam ſunt nuptiæ, & vulgares, quibus, excepta patria poteſtate (quæ civilis eſt) jura conjugii, ſaltem quæ ſunt juris gentium & peregrinorum, conſtant: ut contractis abſque conſenſu patris nuptiis, *l. Paulus.* 51. *de ſtat. hom. l. ſi uxor.* 13. *de adult.* cum ſimil. Eoque etiam talibus ex conjugiis, liberi jure ſaltem gentium, & Pontificio, legitimi naſcuntur, *l. qui in provincia.* 57. § *final. de rit. nupt.* De quo vide Gloſſ. & DD. in *l.* 4. *C. de inceſt. nupt. c. cum inter.* 2. *d. c. ex tenore. qui fil. ſint leg. l. ſi uxor.* 13. *de adulter.*

5 *h* Vulgo Concepit. Qui † nec in patris, neque in matris ſunt poteſtate, etiamſi familiam matris ſequantur. *l. lex naturæ.* 24. *de ſtat. hom.* Fœmina enim in poteſtate filios habere nequit. §. *fœminæ.* infr. *de adoptionib.*

i Nec Hi. Ex tali conjunctione concepti: nec pater eos habere liberos intelligitur *l.* 6. *C. de inceſt. nupt. l.* 6. *C. de inter. matrim.* quia honeſtè non habet, *d. l. Nepos.* 525. *de verb. ſign.*

k Incertus. Paria † ſunt non eſſe, vel non 6
apparere, *l. in lege.* 77. *de con. empt.* aut non certò, nec jure apparere, *l. duo* 30. *de teſtam. tutel.* Cujac. ita legit: *Quum is etiam incertus eſt.*

l Σποράδην, Sparſim, vulgò, promiſcuè.

m Vel Quasi S. P. Tali Nota S. P. utrumque ſcribebatur, & ſpurius, & ſine patre: unde hi ſpurii dicti. Plut. *in probl.*

n Dissoluto Tali Coitu. Hoc eſt, conjunctione, *l. in teſtamento.* 31. *de condit. & demonſtr.* quæ etiam abſque concubitu perficitur conſenſu, *l. pen. C. de inceſt. nupt. l. nuptias.* 30. *de reg. jur.* antequam verò perficiatur, dos data condici poſſet, *l. fin. de cond. ſine cauſ.* Sed cur † addit *diſſoluto*? 7
Quod enim nullum eſt, id ut diſſolvatur, expectari non debet, *l.* 5. *de injuſt. teſtam.* Reſpondeas hoc accipiendum reſpectu actionis dotalis, de qua agit: huic enim non niſi diſſoluta copula locus eſt, *tot. tit. ſolu. matr.* quaſi dicat, etiamſi aliàs ſoluto coitu locus ſit dotis exactioni. *t. tit. ſolu. matr.* tamen hoc caſu non eſſe.

o Locus Sit. Quia fiſcus illam vindicat, & aufert. *l.* 4. *C. de inceſt. nupt. l. cum hic ſtatus.* 32. §. *ult. de donat. int. vir.* gloſſ. *l. ult. de cond. ſine cauſ.* non modò diſſoluta hac conjunctione, ſed etiam durante, *d. l.* 4. *d.* §. *ult.* Quamvis † in actione dotis, aliàs 8
contrà ſit, ubi ſcilicet conſtat matrimonium: quod hìc cum nullum ſit, ut diſſolvatur, neceſſe non eſt, *l.* 6. cum Auth. ſeq. *C. de inceſt. nupt.* Parci tamen hac in parte ſolet deceptis errore, vel ætate, *l. ult.* in fin. *de leg.* 1. prout hæc exponuntur à gloſſ. & DD. in *d. l.* 4. & in *l. ult. ff. de cond. ſine cauſ.* Sed nec propria iſtis bona auferri conſueverunt. *d. l.* 6. *C. de inceſt. nupt.*

p Prohibitas Nuptias. Aliud ſunt injuſtæ
nuptiæ, aliud prohibitæ. Injuſtæ, † quibus deeſt 9
ſolemnitas civilis, quas lex magis repudiat, quàm punit: prohibitæ ſunt, quas contrahi diſertè lex prohibet: quæ ſæpè in adulterium, aut inceſtum, aut aliud crimen incidunt: eoque non modò annullantur, ut contractæ contra prohibitionem legis, *l. non dubium.* 5. *C. de legibus.* ſed etiam puniuntur, ut delicta conſummata, *d. l. ſi quis adulterium. de adult. l.* 6. *cum ſequentib. C. de inceſt. nupt.*

q Sacris Constitutionibus. *l.* 6. cum Auth. ſeq. *C. de inceſt nupt. d. l. ſi adulterium cum inceſtu. de adulter. l. eum.* 18. *C. eo. tit. l. ſi inter.* 7. *C. de int. matr.* Inceſtus etiam pœnis adulterii vindicari, communius receptum eſt, *d. l. ſi adulterium.* 38. *de adul-*

adulter. Clarus, Boſſ. Grilland. & alii pragmat. *tit. de inceſt. & pœn. nefar. coit.* Quod ego in vero inceſtu, qui inter aſcendentes, & deſcendentes committitur, non gravatè receperim: in collateralibus non æquè, ut antè dixi. Et ſanè illud Levit. 18. *Eradicabis*: non ex vita, ſed ex Repub. exterminationem videtur ſignificare: ut paulò pòſt *c.* 19. Sed hæc copioſiùs perſequi, noſtri nunc non eſt inſtituti.

§. 12. Aliquando autem.

ALiquando autem evenit, ut liberi, qui ſtatim ut nati ſunt, in poteſtate parentum non ſunt *a*, poſteà in poteſtatem parentum redigantur. Qualis eſt is, qui dum naturalis *b* fuerat, poſteà curiæ *c* datus, poteſtati patris ſubjicitur *d*: nec non is, qui à muliere libera procreatus, cujus matrimonium minimè legibus interdictum fuerat *e*, ſed ad quam pater conſuetudinem habuerat, poſteà ex noſtra conſtitutione *f* dotalibus inſtrumentis *g* compoſitis, in poteſtate patris efficitur *h*. Quod etſi alii liberi nulli ex eodem matrimonio poſtea fuerint procreati, ſimiliter noſtra præbuit conſtitutio *i*.

1. *Nati ex prohibitis nuptiis, legitimi non ſunt, neque in poteſtate parentum.*
2. *Curia quæ hic ſit intelligenda.*
3. *Ad effectum legitimationis non requiri dotalia inſtrumenta.*
4. *Legitimatio quid, ejus ſpecies.*

DE legitimatione liberorum. Augeri enim vult Rempub. multis hominibus legitimè progenitis *l.* 2. in fin. *C. de ind. vid. tollend.*

a NON SUNT. Utpotè ex
1 injuſtis, † vel prohibitis nuptiis, vel ex naturali conjunctione extra copulam, & ſchema conjugii concepti: qui legitimi non ſunt, & conſequenter nec in poteſtate. Jure civili, qui legitimus naſcitur, in poteſtate naſcitur: & contrà, qui in poteſtate eſt, legitimus eſt, *l.* 3. *cum l. ſeq. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* Atqui poſſunt aliqui eſſe legitimi jure gentium, vel Pontificio, non tamen eſſe in poteſtate, quæ eſt juris civilis.

b NATURALIS. Natura, non jure filius, ut extra conjugium ex concubina ſuſceptus, *l.* 4. *de grad. affi. t. ti. C. de natur. lib.*

2 *c* CURIAE. Alii de † curia principis intelligunt, alii de curia decurionum in municipiis, ad quam etiam ſpurii allegi poſſunt, *l.* 3. § 1. *de decur.* quam poſteriorem interpretationem ſubindicant. *l.* 3. *in verb. curia civitatis.* *l.* 4. *l. divi.* 5. *l. communium.* 9. §. *Et quoniam omnino favendum eſt curiis civitatum. l. cum quis.* 10. *C. de natural. lib.* & confirmat. § *quibus.* 3. *in verb. curiis civitatum.* infr. *de hered. quæ ab inteſt.* Sed hodie legitimatio hæc, tantùm eſt principis ſummi diſpenſatio, *l.* 1. ubi Bal. *C. de jur. aur. an.*

d SUBJICITUR. Ut hoc beneficio invitentur multi, qui liberos curiarum muneribus offerant: qui quidem, ſi hoc loco digni inveniantur, meritò in honorem Reipub. cui ſerviunt, legitimi eſſe incipiunt. Et honeſtius eſt, rem ſuam potiùs à legitimis, quàm ſpuriis adminiſtrari, *l.* 3. §. 1. *de decur.*

e INTERDICTUM FUERAT. Nam ſecus in liberis, ex prohibita, vel damnata conjunctione ſuſceptis. *l.* 6. 10. cum ſim. *C. de nat. lib. c. tanta.* 6. in fin. *qui fil. ſint. legit.*

f NOSTRA CONSTITUTIONE. In Auth. *quib. mod. nat. eff. legit.*

g DOTALIBUS INSTRUMENTIS. Hoc eſt publicis literis, *l. laudabile.* 4. *C. de advoca. diverſ. jud.* quæ in illuſtrium nuptiis maximè deſiderantur. *Novell.* 117. hodie tamen † inſtrumentorum hujuſ- 3
modi non requiri tenent Bald. in Authen. *licet. C. de natur. lib.* Angel. hìc *num.* 7. Canon in *d. cap. tanta. qui fil. ſint legit.* Cujac. *Obſer.* 13. *cap.* 4. ſed ſolo conſenſu tale matrimonium perfici poteſt, juxta *l. nuptias.* 31. *de reg. jur. l. pen. C. de inceſt. nupt.* Et quia matrimonia etiam uſque ad extremum vitæ ſpiritum rectè contrahuntur, *l. hoc genus.* 105. *de condic. & demonſtr.* ideo etiam in articulo mortis, hoc modo nuptiis ſola voluntate, & profeſſione confectis, legitimari liberi poſſunt. Jaſ. latè in *l. ſed eſt quæſitum. num.* 4. 5. 6. 7. *ff. de lib. & poſth.*

h EFFICITUR. Imò etiam fingitur ex jure Canonico ſemper in poteſtate fuiſſe, & retrotrahitur favore liberorum legitimatio in tempus conceptionis. *d. c. tanta, qui fil. ſint legit.* Quamobrem ſtatuta officiorum mechanicorum, aut aliorum corporum, de non recipiendis in ordinem ſpuriis, aut illegitimè natis, aut qui ante nuptias rem habuerint cum fœmina, cujuſmodi Magdeburgi, & aliis honeſtis in civitatibus extant, non pertinent ad ejuſmodi conjuges, liberoſve ex iis natos: imò non valent contra matrimonii favorem, & jus, ſi ejuſmodi caſum diſertè comprehendant. Vide Schurff. *conſ.* 1. *centur.* 1. Eſt igitur † legitimatio natalium 4
reſtitutio. Bald. in *l.* 1. *C. de jur. aureor. an.* actus civilis arrogationi ſimilis, *l. jubemus.* 6. *C. de natur.*

lib. Bald. *l.* 1. *C. de jur. aur. an.* quo filium facimus legitimum, qui natura talis non eſt, cujus cauſa favorabilis, & amplianda, Auth. *ſi quis. C. de natur. lib.* Bald. *l. ſervis.* 4. *C. de leg.* Jaſ. *conſ.* 183. *nu.* 1. *vol.* 2. Species aut naturalis per conjugium, ut hic, & *d. cap. tanta*, qui modus præſtantior eſt reliquis, Dec. *c. cum in cunctis.* 7. *num.* 9. *de elect.* & *conſ.* 155. *diligenter. num.* 4. 5. Schurff. *d. conſ.* 1. *num.* 19. *centur.* 1. aut civilis, qui fit per Principem, *l.* 1. *C. de jur. aur. an.* aut oblationem curiæ. *l.* 3. 4. 5. *C. de nat. lib.* aut per teſtamentum patris, non matris, Auth. *ſi quis.* ubi DD. *C. de nat. lib.* §. *illud. in* Auth. *quib. mod. nat. eff. ſui.* Jaſ. *l. neque.* 5. *num.* 4. *C. de teſta.* quem modum legitimandi ſingularem nominat Salicet. in dic. Auth. *item ſi quis* Bald. *conſ.* 195. *in hac. num.* 2. *vol.* 2.

i Constitutio. *l. nuper.* 11. *C. de nat. lib.*

DE ADOPTIONIBVS,

Titulus Decimus Primus.

TRifariam ſecatur Titulus.

1. Adoptionis Species continet { adoptionem §. 1. & 2. & arrogationem §. 3.
2. Cauſam efficientem §. 4.
3. Effectus §. 5. 6. 7. & 8.

§. 1. Non ſolùm.

NOn ſolùm autem naturales liberi *a*, ſecundum ea, quæ diximus, in poteſtate noſtra ſunt, verùm etiam ii, quos adoptamus. Adoptio autem duobus modis fit: aut principali reſcripto *b*, aut imperio magiſtratus *c*. Imperatoris authoritate adoptare quis poteſt eos, eaſve, qui, quæve ſui juris ſunt *d*: quæ ſpecies adoptionis dicitur adrogatio. Imperio magiſtratus adoptare licet eos, eaſve, qui, quæve in poteſtate parentum ſunt *e*: ſive primum gradum liberorum obtinent, qualis eſt filius, filia: ſive inferiorem, qualis eſt nepos, neptis, pronepos, proneptis,

1. *Continuatio, & argumentum Tituli.*
2. *Naturales liberi qui.*
3. *Arrogari olim neminem, niſi ſuffragante populo potuiſſe.*
4. *Legem non tantam poteſtatem ſibi ſumere in filiumfamilias, quantam in civem: & quæ ſit ratio.*

1 QUia † non modò in poteſtate ſunt patris liberi, ex juſtis nuptiis concepti, ſed etiam in familiam loco liberorum adoptati (nam & hi filii juſti ſunt, *l.* 1. *ff. eod. l. non nudis.* 14. *C. de probat.*) ideò conſequenter de Adoptionibus tractatio ſubſequitur. Primùm autem agit Juſtin. de utraque adoptionis ſpecie uſque ad §. *minorem*: inde de iis, qui adoptare, adoptarive poſſunt, uſque ad §. *antepenult.* Poſtremò de effectu utriuſque adoptionis.

2 *a* Naturales Liberi. Cum † de juſtis tantùm liberis quæſtio eſt (ut hìc) tum ad differentiam adoptivorum, liberi ex juſto matrimonio concepti, dicuntur etiam naturales, §. 1. infr. *de leg. ag. ſucceſſ. l. fin. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* §. *minus.* 11. infr. *de her. quæ ab inteſt.* quemadmodum & naturales parentes, *l. adoptivum.* 5. *de in jus vocan.* §. *admonendi.* 12. *cum* §. *ſeq.* infr. *de her. quæ ab inteſt. l.* 2. *ad S. C. Tertyll.* Aliter naturales dicuntur: hoc eſt natura tantùm, non lege filii, quando non de juſtis, ſed de injuſtis liberis quæritur, ut in *t. C. de nat. lib.*

b Principali Rescripto. Principis conceſſu, & authoritate. *l.* 2. *ff. eo.*

c Imperio Magistratus. Officio judicis nobili: unde duæ conſtituuntur adoptionis ſpecies, *l.* 1. & 2. *ff. eo.*

3 *d* Sui Juris Sunt. Nam hi olim † non poterant, niſi in Comitiis ſuffragante populo, arrogari: ne ſcilicet abſq; cauſæ cognitione, quis poteſtatem ſui juris amitteret, & quaſi in ſervitutem ſe daret: quod eùm omnium intereſſe videretur,

tur, *t. t. de lib. hom. exhi.* totius quoq; populi conſenſus ad id viſus fuit neceſſarius. *l. fin. C. de author. præſtand.* Et ſanè nemo tantum juris in ſe habet, quantum lex ipſa. Unde dicitur, neminem ſuorum membrorum eſſe dominum. *l. liber homo.* 13. *ad l. Aquil.* Noluit autem lex, poſt ejectos reges, à Val. Publicola lata, quippiam de capite civis Roman. minuendo agi, inconſulta Repub. cujus locum, vicemque Princeps hodie repræſentat, traducto ad ſe populi, & comitiorum iure, *l. 1. de conſtit. prin.*

e PARENTUM SUNT. Lex non tantum † ſibi poteſtatis ſumit in filiosfam. quantum in reliquos cives, qui ſui juris ſunt. Argumento eſt, quòd his tutores dat, & curatores: filiisfam. non item: vt paulò poſt dicemus. Idque cùm ne decerpat de jure, quod habet pater in liberos: tum quia non æquè hìc opus eſt cognitione Reipub. quando pater optimè ſuis liberis proviſurus præſumatur, *l. nec in ea.* 22. *ad l. Iul. de adulter. l. ult. C. de curat. fur.* Alciat. in *tracta. præſumpt. reg. 1. præſumpt.* 2. Obtinet ergo hìc regula *l. ult. C. de pac. conuen.* Proviſio hominis tollit proviſionem legis. Præterea is, qui in poteſtate patris eſt, conditionem & caput ſtatumque non mutat, minuitve, in aliam familiam adoptione translatus: ſed æquè alieni juris ſit, atque antea fuit: ut de civis capite minuendo hìc non agatur, velut in arrogatione. Vult tamen lex intervenire in adoptione authoritatem magiſtratus, *l. ult. C. eod.* qui legis executor eſt, imò lex loquens: *l. nam & ipſum.* 8. *de juſt. & jur.* ſicut in reliquis actibus legitimis. *l. fin. C. de emanc. lib. l. donationes* 25. *C. de dona. in. vir. & uxor. l. pen. C. de donat.* §. 1. *de Atti. tut.* inf.

§. 2. Sed hodie.

SEd hodie ex noſtra conſtitutione *a*, cùm filiusfamilias à patre naturali extraneæ perſonæ in adoptionem datur, jura poteſtatis naturalis patris minimè diſſolvuntur: nec quicquam *b* ad patrem adoptivum tranſit, nec in poteſtate ejus eſt, licet ab inteſtato jura ſucceſſionis ei *c* à nobis tributa ſint. Si verò pater naturalis non extraneo, ſed avo filii ſui materno, vel ſi ipſe pater naturalis fuerit emancipatus, etiam avo paterno, vel proavo ſimili modo paterno filium ſuum dederit in adoptionem: in hoc caſu, quia concurrunt in unam perſonam & naturalia, & adoptionis jura *d*, manet ſtabile jus patris adoptivi, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis nodo conſtrictum, ut & in familia, & in poteſtate hujuſmodi patris adoptivi ſit.

EMendatio juris veteris circa adoptionem.

a NOSTRA CONSTITUTIONE. *l. pen. C. eod.*

b NEC QVICQVAM. Juris ſcilicet, & poteſtatis patriæ, de qua hoc loco agit.

c EI. Adoptivo ſcilicet filio, in bonis patris adoptivi inteſtato mortui, *d. l. pen. §. ſed ne. C. eod. §. ſed ea omnia.* 13. infra de *hered. quæ ab inteſt. defer.*

d ET NATURALIA, ET ADOPTIONIS JVRA. Nota arctiùs ligare, & fortiora eſſe duo vincula, quàm unum. Auth. *itaque C. com. de ſucceſſ. c. 1. de treg. & pac.*

§. 3. Cùm autem.

CVm autem impubes *a* per principale reſcriptum adrogatur, cauſa cognita, adrogatio permittitur *b*: & exquiritur cauſa adrogationis, an honeſta ſit, expediatque pupillo *c*: & cum quibuſdam conditionibus adrogatio fit, id eſt, ut caveat *d* adrogator perſonæ publicæ, hoc eſt tabulario *e*: ſi intra pubertatem pupillus deceſſerit, reſtituturum tum ſe bona illis, qui, ſi adoptio facta non eſſet, ad ſucceſſionem ejus venturi eſſent *f*. Item non aliter emancipare eum poteſt adrogator, niſi cauſa cognita dignus emancipatione fuerit, & tum ſua bona ei reddat *g*. Sed ſi decedens pater eum exhæredaverit, vel vivus ſine juſta cauſa emancipaverit: jubetur quartam

partem

partem ei bonorum ſuorum *h* relinquere *i*, videlicet præter bona, quæ ad patrem adoptivum tranſtulit, & quorum commodum *k* ei poſtea acquiſivit.

1. *Impuberis arrogationem, exactiorem cauſæ cognitionem requirere, quàm puberis.*
2. *Quare cautio ab arrogante requiratur.*
3. *Arrogans impuberem, hæres ejus non ſit, ſi intra tempus pubertatis moriatur.*

DIxit de prima adoptionis ſpecie: nunc de altera, videlicet de Arrogatione.

a Impubei. Sui ſcilicet juris
1 & paterfamilias. Ideò autem † impuberis facit mentionem: quia licet arrogatio etiam puberis per reſcriptum principale conficiatur; tamen non requirit tantam, tàmque exactam cauſæ cognitionem: ſapiunt enim puberes, nec peræquè falli facile poſſunt, atque impuberes. *l. nec ei.* 17. *ff. eo.* Deinde & teſtamentum ſibi facere poſſunt, *l.* 5. *de teſtam.* ut hac cautione non ſit opus.

b Permittitur. Ex reſcripto D. Pii, ut vult Ulp. *tit.* 8. nam antea nullo caſu permittebatur, Gell. *lib.* 5. *cap.* 19. Ulpian. *d. t.* 8.

c Expediatque Pupillo. *l. ſi pater familias.* 15. *cum l. ſeq. ff. eod.*

d Ut Caveat. Datis fidejuſſoribus, *l. non aliter.* 18. *ff. eod.*

e Tabulario. Scribæ publico, quem nunc Ab actis vocant. *l. orphanotrophos.* 32. *C. de Epiſc. & Cler.*
2 De quo vide *C. de tabular.* Hac † autem cautione opus eſt: nam alioqui jure poteſtatis & peculii bona defuncti impuberis, pater arrogans, excluſis propinquis hæredibus, occuparet, infr. de *acq. per arrogat. & per quas perſon. nob. acq.*

f Venturi Essent. † Etenim ne ſpe bonorum aliquid in vitam pupilli arrogati, pater arrogans moliretur: noluit lex eum impuberis fieri hæredem, ſed potiùs conſuli proximis agnatis, quibus facto tutorum, per arrogationem, ſpes ſucceſſionis auferri non debet.

g Ei Reddat. Ne ſcilicet cum injuria illum poſſit emancipare, retentis bonis, vel ex toto, vel in parte: ut in emancipationibus fieri ſolet. *tot. tit. ſi quis à paren. ma.* §. *ult.* infr. de *leg. agnat. ſucceſſ.*

h Suorum. Ipſius videlicet patris.

i Relinquere. Hæc erat enim ejus legitima, *l. ſi arrogat.* 22. *ff. eod. l. Papinianus.* 8. §. *ſi quis impubes* 15. *de inoff. teſtam. l.* 1. §. *ſi impubere.* 19. *de collat. bon.*

k Commodum. Hoc eſt, fructus, quos lucratus eſt pater, & quos ideò ſoluta poteſtate reddere, aut imputare non tenetur. *l.* 6. *l. ſi filiusfamilias.* 50. *C. de pet. hæred. l.* 1. *C. de bon. mater. in verb. utendi, fruendi habeant poteſtatem*. Quare cùm hoc lucri capiat ex bonis arrogati, non iniquum eſt, ut ei contrà, ſuorum quartam bonorum præſtet, quam in poteſtate alioqui retentus, ab inteſtato arrogatus erat conſecuturus.

§. 4. Minorem natu.

MInorem natu, majorem non poſſe adoptare placet *a*. Adoptio enim naturam imitatur *b*: & pro monſtro eſt *c*, ut major ſit filius, quàm pater. Debet itaque is, qui ſibi filium per adoptionem, vel arrogationem facit *d*, plena pubertate *e*, id eſt, decem & octo annis præcedere: licet autem & in locum nepotis, vel neptis, pronepotis, vel proneptis, vel deinceps adoptare, quamvis filium quis non habeat *f*. Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare poteſt, quàm nepotem in locum filii. Sed ſi quis nepotis loco adoptet, vel quaſi ex eo filio, quem habet jam adoptatum, vel quaſi ex illo, quem naturalem in ſua poteſtate habet: eo caſu & filius conſentire debet, ne ei invito ſuus hæres adgnaſcatur *g*. Sed ex contrario, ſi avus ex filio nepotem det in adoptionem, non eſt neceſſe filium conſentire.

1. *Ubi generatio naturalis locum non habet, ibi nec civilis obtinet: & num.* 4.
2. *Adoptare quid.*
3. *Plena pubertas quæ.*

POſt diviſionem ſequitur juſto ordine cauſa efficiens: & qui quos adoptare poſſint, vel non poſſint, exponitur.

a Placet. *l. ſi paterfamilias.* 15. § *final. ff. eod. cum l. ſeq.*

b Naturam Imitatur. *l. quæſitum.* 34. *l. adoptio.* 16. *de adopt. l. filio.* 23. *de lib. & poſth.* unde imago naturæ dicitur. *d. l. filio.* Quare
ubi † naturalis generatio non poteſt locum habere, ibi nec generatio civilis obtinet. *d. l. adoptio. &* §. *in plurimis.* 7. infr. *eod.* Eandem hujus definitionis rationem tradit I. C. in *d. l. adoptio*. 1

c Pro Monstro Est. Contra naturæ ordinem.

d Facit. Nota: † adoptare nihil aliud eſt, a 2
quàm

quàm ſibi filium actu legitimo facere.

3 *e* PLENA PUBERTATE. † Nota 18. annos dici plenam pubertatem. Vide Jaſ. in Auth. *ſacramenta. C. ſi aduerſ. vendit.*

f NON HABEAT. *l. ſi quis.* 10. *l. adoptare.* 37. *l.*
4 *adoptiones.* 43. *hoc tit.* Nam † & natura nepos, proneposve haberi in familia, etiam defuncto, vel emancipato filio poteſt: in fratrem autem nemo rectè adoptatur, quia impoſſibile eſt natura, ut quis fratrem ſibi gignat, *l. nec apud.* 7. *C. de hered. inſtit.* Qui autem natura gigni nequit, is nec jure civili adoptari poteſt. Hæc enim civilis generatio naturam imitatur. *d. l. nec apud.* 7. *C. de her. inſtituen.* juncto *§. in plurimis.* 7. *cum ſeq.* inf. *eod.*

g ADGNASCATUR. Notanda hæc eſt ratio, quæ latè patet. *l. cum nepos.* 6. *l. ſi is, qui filium.* 11. *hoc tit.*

§. 5. In plurimis.

IN plurimis autem cauſis *a* adſimilatur is, qui adoptatus, vel adrogatus eſt ei, qui ex legitimo matrimonio natus eſt: & ideo ſi quis per Imperatorem, vel apud Prætorem, vel Præſidem prouinciæ non extraneum *b* adoptaverit: poteſt eundem in adoptionem alii dare *c*.

EFfectus adoptionis, & an adoptatus in adoptionem dari ulteriùs poſſit.

a CAUSIS. Hujus argumenti ſubjecti, cùm ſcilicet de patria poteſtate, & familia, & iis, quæ hinc conſequuntur, eſt quæſtio: in Auth. *quib. mod. nat.* Schurff. *conſ.* 1. *cent.* 1. non in feudis. *§. adoptivus. ſi de feud. def. content. ſit*, &c.

b NON EXTRANEUM. Hoc addit ob *l. penult. C. eod.* qua Juſt. conſtituit, extraneo adoptato nihil tranſire juris in adoptantem: quare nec in adoptionem is extraneum dare poterit, quia jura parentis non habet.

c ALII DARE. Velut pater naturalis filium adoptandum dare poteſt.

§. 6. Sed & illud.

SEd & illud utriuſque adoptionis commune eſt, quòd & ii, qui generare non poſſunt (quales ſunt ſpadones *a*) adoptare poſſunt, caſtrati autem non poſſunt *b*. Fœminæ quoque adoptare non poſſunt, quia nec naturales liberos *c* in ſua poteſtate habent *d*. Sed ex indulgentia Principis ad ſolatium liberorum amiſſorum *e* adoptare poſſunt.

1. *Spadones adoptare, & nuptias contrahere poſſe: caſtratos neutrum poſſe, & numero* 2.
3. *Fœminas, liberos cujuſcunque generis ſint, non habere in poteſtate.*
4. *Ius trium liberorum.*

COmmunia jura utriuſque adoptionis.

1 *a* SPADONES. Quorum † vitium generationi officiens, potentia eſt ſanabile: & qui nuptias contrahere poſſunt, *l. ſi ſerua.* 39. *de jur. dot. l.* 6. *de lib. & poſth.*

2 *b* NON POSSUNT. Quia † nec revera, nec ſpe ulla parentes eſſe poſſunt. *l.* 2. *ff. eod.* eoq; nec pro conjugibus habentur. *d. l. ſi ſerua. d. l* 6.

c NEC NATURALES LIBEROS. Nota, quòd
3 † fœminæ ne naturales quidem liberos, & vulgò conceptos, habeant in poteſtate: nam etſi hi matrem ſequantur, tamen hoc fit lege quadam naturæ, non poteſtate aliqua juris civilis, *l. lex naturæ.* 24. *de ſta. hom.* qualis eſt patria. ſup. *de pat. pot.*

d POTESTATE HABENT. *l.* 5. *C. eod.* Gloſſ. *in l. nam & fœminæ.* 21. *ff. eod. l. familiæ.* 196. *de verb. ſig. l. filiam.* 9. *l. liberos.* 10. *de ſenator. l. eos.* 22. *l. exemplo.* 36. *C. de decurionibus lib.* 10. Deinde quia non habent jus comitiorum, in quibus olim fiebat adoptio. Gell. *lib.* 5. *cap.* 19. Hoc reſpectu dicitur parentum poteſtas inæqualis eſſe. *l.* 4. *de cur. furioſ. dand.*

e LIBERORUM AMISSORUM. Trium videlicet, *d. l.* 5. *C. eod.* Jus † enim trium liberorum 4
multis prærogativis fuit honoratum. Sed hoc nunc translatitium, & commune factum eſt, *l. vnic. C. de jure libero.*

§. 7. Illud

Digitized by Google

§. 7. Illud proprium.

Illud proprium eſt adoptionis illius, quæ per ſacrum oraculum *a* fit, quòd is, qui liberos in poteſtate habet, ſi ſe adrogandum dederit, non ſolùm ipſe poteſtati adrogatoris ſubjicitur, ſed etiam liberi ejus in ejuſdem fiunt poteſtate, tanquam nepotes. Sic enim D. Auguſtus non antea Tiberium adoptavit, quàm is Germanicum *b* adoptaſſet: ut protinus adoptione facta, inciperet Germanicus Auguſti nepos eſſe.

Propria jura arrogationis.

a Sacrum Oraculum. Authoritate, & conceſſu Principis.

b Germanicum. Druſi fratris filium. Sueton. *in Auguſtum capite* 65, in Tiber. *capite* 15.

§. 8. Apud Catonem.

Apud Catonem *a* bene ſcriptum refert antiquitas: ſeruos, ſi à domino adoptati ſint, ex hoc ipſo poſſe liberari. Vnde & nos eruditi, in noſtra conſtitutione *b* etiam eum ſervum, quem dominus actis intervenientibus *c* filium ſuum nominaverat, liberum eſſe conſtituimus *d*, licet hoc ad jus filii accipiendum non ſufficiat *e*.

1. *Qui vult conſequens, vult omne neceſſarium antecedens.*
2. *Sola domini voluntate ſervum liberum effici.*
3. *Ius filiationis privata voluntate & authoritate dari non poſſe.*

De adoptione ſervorum.

a Catonem. Filium Majoris, I.C. noſtris cognitum. *l.* 4. §. *Cato. de verb. obligat. tot. tit. de reg. Cato.*

b Nostra Constitutione. *l. unic.* §. *ſimilique modo. C. de Latin. lib. toll.*

c Actis Intervenientibus. Apud acta, teſtato coram magiſtratu. *l.* 1. *Cod. de his qui in Ecc. ma. l. ult. C. de mag. munic.* Vide DD. in *l.* 2. *C. de eden.*

1 *d* Constituimus. Quia † qui vult conſequens, vult omne neceſſarium antecedens, *l. ad rem mobilem.* 56. *de procurat.* quatenus ſcilicet ſua vo-
2 luntate efficere quid poteſt; voluntate autem † propria & ſola poteſt dominus ſervo dare libertatem, ideo ex præſumpta hujus voluntate eam ſervus conſequitur.

e Non Sufficiat. Non enim † ut libertas pri- 3
vata domini voluntate dari ſervo poteſt, ita & jus filiorumfam. nec enim nuda voluntate, ſed aut natura, aut ſolemni adoptione filiiſam. efficiuntur, *l. non epiſtolis.* 13. *cum l. ſeq. C. de probat. l. neque.* 5. *C. de teſtam.* Deinde filiiſam. ingenui eſſe debent, & cives Romani. *l.* 3. *tot. tit. de his qui ſunt ſui vel alie. jur.* atqui ingenuitas, nedum ſervis, ſed ne libertis quidem adoptione conferri poteſt, *l. ult. de ſta. hom.* cùm hoc non ſit privati juris, ſed ad ſummum Principis axioma pertineat, natalibus aliquem reſtituere, *tot. tit. de natalib. reſtituend.*

QVIBVS

QVIBVS MODIS IVS PATRIÆ * POTESTATIS SOLVITVR.

Titulus Decimus Secundus.

* PATRIÆ] Deeſt in quibuſdam libris Patriæ: unde Titulus inſcribitur, *Quibus modis jus poteſtatis ſolvitur*, & ita delineandum eſſe cenſuit Hubertus Giphanius princ. hujus tit. adinſtar Veterum librorum, eam ſubdens ordinis rationem, quia, cùm hactenus de modis conſtituendæ utriuſque poteſtatis explicatum ſit, proximum erat, ut de modis ſolvendæ, aut tollendæ diceretur, quemadmodum & infra priùs de modis conſtituendæ tutelæ, poſtea de modis ejus finiendæ: & certè initium ſic ſonat, quaſi in genere inſcriptio ſit facta: exempla tamen deinceps ſubjecta ad diſſolutionem patriæ poteſtati congruunt: de qua præcipuè agere compoſitores voluiſſe res oſtendit. Vide Paul. *lib. 2. tit. 25.*

COntraria juxta ſe poſita magis, ut dicitur, eluceſcunt: quare poſtquam de jure patriæ poteſtatis multa dixit Juſtinianus, jam quibus modis ea poteſtas diſſolvatur, exponit. Tradit autem hìc modos diſſolvendi ſex. 1. mortem naturalem. 2. mortem civilem. 3. dignitatem. 4. captivitatem. 5. emancipationem. 6. adoptionem. His addi poſſunt tres alii ſolvendæ poteſtatis modi. Infantes enim, & languidi expoſiti, liberantur à poteſtate domini, patris, patroni, nec tamen incidunt in poteſtatem eorum, à quibus ſuſcipiuntur, *c. unic. de infan. & lang. expoſ.* Sic filiæ, vel ancillæ proſtitutæ. *l. ult. C. de ſpect. lib. 11. l. ſi lenones. 13. C. de Epiſcop. aud.* Similiter dominus amittit poteſtatem ob nimiam ſeveritatem. *l. 1. & 2. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* Non tollitur per matrimonium. Lup. *rubr. de donat. inter vir.* §. 43. Alex. *conſ.* 133. *vol.* 4. Tira. *de LL. Connub.* in princip. per *l. inter. 6. §. filiusfamil. l. marito. 24. §. cæterum. l. filiumfam. 37. de adulter.* quemadmodum, & jure Saxonum non tranſit ex poteſtate patris in mariti mulier, etſi ſit in ejus curatione *lib. 1. Landr. art. 31. & lib. 3. art. 45. §. Der Man iſt auch Vormunde.* Limitat autem hoc Jaſ. *l. ſi emancipati. 15. num. 2. C. de collat.* ex Baldo, niſi filius per decennium ſeorſim habitaſſet à patre. *l. 1. verb. diù paſſus. C. de poteſt. patr.* quos ſequitur Chaſſ *in conſuetud. Burgund. rub. 6. bes enfans. §. 3. in verb. Eſt reputè emancipè.* Fichard. ad Villalob. *verb. patria. n. 52.* & hinc jus Saxonum, de quo *Conſt. 11. par. 2.*

HOs modos breviùs complexus videtur Pomponius in *l. Pupillus. 239. ff. de verb. ſignific.* inquiens, Pupillum eum dici, qui cùm impubes ſit, deſiit in patris poteſtate eſſe vel morte, vel emancipatione, vel lege lata, ideo in tres partes divido Titulum.

1. Qualiter jus patriæ poteſtatis ſolvatur morte
   - Naturali, §. 1.
   - & Civili, quæ contingit, vel ea
     - pœna §. 2.
     - infortunio §. 4.
2. Lege
   - dignitate patriciatus §. 3.
   - adoptione §. 7.
3. Emancipatione §. 5. 6. & §. ult.

§. 1. Videamus nunc.

VIdeamus nunc, quibus modis ii, qui alieno juri ſunt ſubjecti, eo jure liberentur. Et quidem ſervi quemadmodum à poteſtate liberentur, ex iis intelligere poſſumus, quæ de ſervis manumittendis ſuperiùs expoſuimus. Hi verò, qui in poteſtate parentis ſunt, mortuo eo, ſui juris fiunt *a*. Sed hoc diſtinctionem recipit. Nam mortuo patre, ſanè omnimodo filii, filiæve ſui juris efficiuntur. Mortuo verò avo, non omnimodo nepotes, neptesque ſui juris fiunt *b*: ſed ita, ſi poſt mortem avi, in poteſtatem patris ſui recaſuri non ſunt *c*. Itaque ſi moriente avo pater eorum

Digitized by Google

rum vivit, & in poteſtate patris ſui eſt: tum poſt obitum avi in poteſtate patris ſui fiunt. Si verò is, quo tempore avus moritur, aut jam mortuus eſt, aut exiit de poteſtate patris: tum ii, qui in poteſtatem ejus cadere non poſſunt, ſui juris fiunt *d*.

PRimus modus, mors naturalis.

a SUI JURIS FIUNT. *l. ſi ita eſſet*, 15. *quand. die. lega. ced.* Poteſtas enim patria perſonalis eſt, quia ex generatione exiſtit, eoque ad hæredem non tranſit.

b SUI JURIS FIUNT. Ulpian. *titul.* 10. *eodem*.

c RECASORI NON SUNT. *l.* 4. 5. 6. *ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.*

d SUI JURIS FIUNT. *l. ſi pater filium*. 41. *de adopt.*

§. 2. Cùm autem.

CVm autem is, qui ob aliquod maleficium in inſulam deportatur *a*, civitatem amittat: ſequitur *b*, ut eo, qui eo modo ex numero civium Romanorum tollitur, perinde quaſi mortuo *c*, deſinant ejus liberi in poteſtate eſſe. Pari ratione, & ſi is, qui in poteſtate parentis eſt, in inſulam deportatus fuerit, deſinit in poteſtate parentis eſſe *d*. Sed ſi ex indulgentia principali reſtituti fuerint *e*, per omnia priſtinum ſtatum recipiunt *f*. Relegati autem patres in inſulam, in poteſtate ſuos liberos retinent *g*. Et ex contrario liberi relegati, in poteſtate parentum remanent *h*. Pœnæ ſervus effectus, filios in poteſtate habere deſinit *i*. Servi autem pœnæ efficiuntur k, qui in metallum damnantur *l*, & qui beſtiis ſubjiciuntur *m*.

1. *Servus pœna effectus, liberos non retinet in poteſtate: & quæ ſit ratio.*

2. *Damnati in metallum qui.*

SEcundus modus, mors civilis.

a DEPORTATUR. *l.* 1. *C. de hær. inſtituen.* in princ. inſt. *de cap. diminut.* Etiam relegatos noſtri temporis in eodem ferè loco habemus, cùm fiant infames, & vagabundi, nec facilè alicubi recipiantur, ideo dantur liberis tutores tum, quaſi mortuo patre, nec coguntur eum in exilium ſequi, & ita partem ſuſtinere pœnæ: quamvis mulier non quidem cogitur, ſed tamen honeſtè facit, cum debeat omnis fortunæ particeps eſſe, & maritum ſequi, à quo nulla pœna, vel delicto, niſi adulterii, ſeparatur: quod ſi non ſequatur, poſſet is agere ad deſertionem.

b SEQUITUR. Nam patria poteſtas eſt pars juris civitatis, ſupr. *de pat pot.* in princ. Qui igitur totum jus civium amittit, certè ut hanc quoque partem amittat, conſequens eſt. *l. quæ de tota.* 76. *de rei vind.*

c QUASI MORTUO. Nota argumentum à morte naturali ad civilem. *l.* 4. *qui ſatiſd. cogan. l. verum* 63. §. *ult. ff. pro ſoc.* quod non obtinet, niſi in caſibus jure expreſſis, vel quando ad eundem effectum tendant. Æmil. *conſil* 155. *num.* 1. Seb. Med. *tract. Mors omnia ſolvit. part.* 1. *num* 23. *& ſeqq. & part.* 2. *num.* 60.

d IN POTESTATE PARENTIS ESSE. Fit enim peregrinus. *l. ſunt quidam*. 17. *de pœn.* qui nec eſſe in poteſtate civis Rom. nec habere in poteſtate civem Roman. poteſt. *l.* 1. §. *his quibus*. *de legat.* 3. Ulpian. *titul.* 10.

e RESTITUTI FUERINT. *tot. tit. ff. & C. de ſent. paſſ. & reſtit.*

f RECIPIUNT. *L.* 1. 6. 9. *fin. C. de ſent. paſſ. & reſtit.*

g RETINENT. Diſcrimen deportationis, & relegationis: de quo dictum eſt ad *tit. de interdic. & relegat.*

h REMANENT. Retinent enim utrique civitatem, bona, & jura civium. *l.* 4. *&* 7. *de interd. & releg.* quæ omnia deportati amittunt. *l.* 3. 4. *& tot tit. de interd. & releg.* Unde & Ovidius ſe non eſſe exulem, & peregrinum, ſed manſiſſe civem Rom. quamvis eſſet relegatus, ſcribit: *namque relegatus, non exul dicor &c.*

i DESINIT. *L. qui ultimo.* 29. *de pœn.* † Nam 1 cùm ipſi nedum civitatem, ſed etiam libertatem ſtatim amittant, non poſſunt quenquam retinere in poteſtate, qui ipſi ſui juris eſſe deſierunt, *l. ſi ſervus*. 16. *de inter. act.*

k EFFICIUNTUR. *L.* 8. *l.* 29. *de pœn. l.* 8. *C. de ſent.*

ſent. paſſ. l. 24. §. 5. *de fideicom. lib.*

2 *l* Damnantur. Puta † ad effodiendum, parandumque metallum in fodinis omnis generis. *l. aut damnum.* 8. §. *eſt pœna. De pœn.* quibus comparari hodie poſſunt, qui ad remos, aut opus publicum aliquod faciendum damnantur.

m Subjiciuntur. Ut damnati cædis humiliores, *l.* 3. §. *ult. de ſicar.* de quo vide Budæ. ad *tit. de pœn.* Idem in his, qui ad ludum venatorium damnantur. *l. aut damnum.* 8. §. *quicunque. De pœn.*

§. 3. Filiusfamilias ſi militaverit.

Filiusfamilias ſi militaverit, vel ſi Senator, vel Conſul factus fuerit, remanet in poteſtate patris. Militia enim, vel Conſularis dignitas, de patris poteſtate filium non liberat *a*. Sed ex conſtitutione noſtra, ſumma *b* Patriciatus dignitas *c* illicò imperialibus codicillis *d* præſtitis, filium à patria poteſtate liberat. Quis enim patiatur, patrem quidem poſſe per emancipationis modum poteſtatis ſuæ nexibus filium relaxare: Imperatoriam autem celſitudinem non valere eum, quem ſibi patrem elegit, ab aliena eximere poteſtate *e*.

1. *Publica munera à poteſtate patria non liberare: & quæ ſit ratio.*
2. *Ex ſeparatis non ſit illatio.*
3. *Differentia inter Conſulatum, & Patriciatum.*
4. *Patriciatus qualis olim: & quid hodie in ejus locum ſucceſſerit.*

Tertius modus, dignitas patricia.

a Non Liberat. *L.* 3. *C. de adopt. l. filiusfam.* 35. in fin. *de rit. nupt.* Militantibus comparantur advocati, *l. advocati.* 14. *C. de advoc. div. Jud.* & Doct. Unde doctoratus poteſtate non liberat, Port. hic Bald. *l. ſi maritus.* 7. *C. de pat. poteſt.* Jaſ. *l. patre furioſo.* 8. *n. ult. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* Cauſa publi-
1 ca † & privata ſunt ſeparatæ, & in publicis poteſtas patria non attenditur, *l. nam quod.* 14. *ad S. C. Trebell. l. filiusfamilias.* 9. *de his, qui ſunt ſui jur. l. quippe.* 78. *de jud.* Non igitur pugnant, foris principem Reipub. domi verò eſſe in poteſtate
2 patris: quia † ex ſeparatis nihil rectè infertur, *l. Papinianus.* 20. *de minorib. l. ult. de calumn.* Novo tamen jure Epiſcopalis dignitas poteſtate liberat, *Novell.* 23. Item conſularis dignitas, & aliæ dignitates enumeratæ in *l. ult. C. de decur. lib.* 10. *ex Novell.* 18. *de dignitatib.* facilè ut appareat hunc locum, ut alios pleroſque ex veterum I. C. libris ſine reſpectu novi juris ſumptum eſſe. Jure Saxonico *vvo er em Firſtgeneſſe, oder des Reichs rath vvird,* gloſſ. *ſing. art.* 13. *lib.* 1. *Landrecht* ubi nota principi comparari conſiliarios Cæſaris, *l. quiſquis.* 5. in princ. *C. ad L. Jul. majeſt.*

3 *b* Summa. Non gradu, † ut inquit Contius (conſulatus enim major eſt) ſed duratione, quia perpetua. Mihi videtur alia quoque ratione à conſulatu patriciatus differre: quia ille magiſtratus, & functio publica eſt, & quidem annua: patriciatus autem, non eſt officium, munuſve publicum, ſed ordo, atque dignitas, ſimilis Senatoriæ quondam, ſecundum principem ſumma: etiamſi alii magiſtratus, ut præfecturæ prætoriç, Conſ. & ſimiles, non ordine, ſed ratione functionis, durante ſcilicet magiſtratu, ſint honoratiores.

c Dignitas. Sicut in libera † Rep. patri- 4
ciatus non officium, vel magiſtratus fuit, ſed nomen ordinis, & nobiliſſimæ dignitatis, antiquiſſimæque ſtirpis Senatoriæ: ita ſub Auguſtis eadem appellatio præcipuo ordini fuit attributa. *l.* 3. *C. de conſul lib.* 10. in quem allecti, velut parentes cenſebantur principis. *d. l. quiſquis.* 5. *C. ad L. Jul. majeſt. l. ult. C. de emancipat.* Hodie talem ordinem nuſquam eſſe puto: ſed in ejus locum videtur ſucceſſiſſe fraternitas regia, & equeſtris: ut ordo Aurei velleris, S. Michaelis, &c. In hunc enim electi, velut fratres principis habentur.

d Codicillis. De his vide infr. *lib.* 2. *tit. ult. & in Paratit. de codicill.*

e Poteſtate. *D. l. fin. C. de emancip.* Caſſiodorus *in formula patriciatus.*

§. 4. Si ab hoſtibus.

Si ab hoſtibus captus fuerit parens, quamvis ſervus hoſtium fiat, tamen pendet jus liberorum *a* propter jus poſtliminii: quia hi, qui ab hoſtibus capti ſunt, ſi reverſi fuerint, omnia priſtina jura

b recipiunt. Idcirco reverſus parens etiam liberos habebit in poteſtate : quia poſtliminium fingit *c* eum, qui captus eſt, in civitate ſemper fuiſſe *d*. Si verò ibi deceſſerit , exinde ex quo captus eſt pater *e* , filius ſui juris fuiſſe videtur . Ipſe quoque filius, nepoſve , ſi ab hoſtibus captus fuerit : ſimiliter dicimus propter jus poſtliminii , jus quoque poteſtatis parentis , in ſuſpenſo eſſe *f* . Dictum eſt autem poſtliminium à limine, & pòſt *g* . Vnde eum, qui ab hoſtibus captus eſt , & in fines noſtros poſteà pervenit, poſtliminio reverſum rectè dicimus . Nam limina *h* , ſicut in domibus finem quendam faciunt : ſic & imperii finem eſſe limen veteres voluerunt . Hinc & limen dictum eſt , quaſi finis quidam, & terminus *i*. Ab eo poſtliminium dictum eſt: quia ad idem limen revertebatur , quod amiſerat . Sed & qui captus victis hoſtibus recuperatur k , poſtliminio rediiſſe exiſtimatur *l* .

1. *Patre ab hoſtibus capto, liberi verè ſui juris ſunt : ſed tamen propter jus poſtliminii , ipſorum jus in ſuſpenſo eſt.*
2. *Cauſa finalis poſtliminii.*
3. *Limites & limina unde dicantur. & nu. 4.*
5. *Ius poſtliminii non locus , ſed captivitas facit.*

QUartus modus , captivitas , qui tamen non tam ſolvit , quàm ſuſpendit poteſtatem , *l. pen. de ſuis, & legit.* Ulpian. *tit.* 10.

1 *a* Jus Liberorum. Verè † ſui juris ſunt, quamdiu pater captivus eſt : quia is ſervus eſt, eòque liberos in poteſtate habere non poteſt , *l. ſi ſervus . 16. de inter. act. l. ſic eveniet . 21. de adulter.* Sed quia pater redire poteſt , quo caſu poſtliminii jure non videtur abſuiſſe , eòque liberi manſiſſe in poteſtate finguntur : ideò pendere dicitur jus liberorum . *l. 5. l. bona. 22. de capt. & poſtlim. rever.*

b Pristina Jura. Rectè *jura* dixit , non *facta* , *l. non ut . 7. de capt. & poſtlim. rever.*

2 *c* Postliminium Fingit. Ob † utilitatem publicam , ut militiam metu captivitatis cives minus detrectent .

d Semper Fuisse. Vide Cic. & Boet. *in Top. & Paratitla noſtra ad tit. de capt. & poſtlim. rever.*

e Captos Est Pater. Quia hoc caſu, ex l. Cornelia à momento captivitatis mortuus eſſe fingitur. *l. in omnibus. 18. de capt. & poſtlim. reverſ. l. pen. de ſuis , & legit. l. 1. §. 1. ad S. C. Macedo.*

f In Suspenso Esse. *L. in bello . 12. §. 1. l. bona . 22. §. 1. de capt. & poſtlim. rever.*

g A Limine Et Post. Vide Cic. & Boet. *in Top.*

h Limina. Hyginius in *lib. de limit.* ait: *Limites † & limina dicta à Limo , quod tranſverſum ſignificat* : ut apud Terent. *in Eunucho: Ego limis oculis proſpecto* . Unde limina oſtiorum dicta , quòd tranſverſim ſint collocata . 3

i Et Terminus. Sicuti † & limes ædium eſt ingreſſus , atque exitus ; ita cujuſque rei finis, terminus, ingreſſus, atque exitus per metaphoram limes dicitur . Unde limitrophi , limitanei , &c. Vide *C. de fund. limitrophis , lib.* 11. 4

k Recuperatur. Aut etiam redimitur, *l. ſi captivus . 20. l. mulier. 6. de capt. & poſtlim. rever.* vel qui effugit hoſtium manus , *l. 5. C. eo. l. nihil. 26. ff. de capt. & poſtlim. rever.*

l Existimatur. Etiamſi fines non exceſſerit . Non enim † locus , ſed captivitas jus poſtliminii efficit : neque verò ita captus cedit rurſum capienti , ut nec redemptus redimenti : cùm jura captivitatis in hoſtes , non in cives exerceantur , & conſtent . Liberatus igitur potiùs , quàm captus debet perhiberi , *l. ab hoſtibus. 15. l. ſi captivus. 20. l. nihil . 26. de capt. & poſtlim. rever.* 5

§. 5. Præterea emancipatione .

PRæterea emancipatione *a* quoque deſinunt liberi in poteſtate parentum eſſe : ſed emancipatio antea quidem , vel per antiquam legis obſervationem procedebat , quæ per imaginarias venditiones *b* , & intercedentes manumiſſiones celebrabatur , vel ex Imperiali reſcripto . Noſtra autem providentia etiam hoc in melius per conſtitutionem *c* reformavit , ut fictione priſtina exploſa , recta via ad competentes judices, vel magiſtra-

giſtratus ; parentes intrent *d* : & filios ſuos , vel filias , nepotes , vel neptes , ac deinceps, à ſua manu dimittant . Et tunc ex edicto prætoris in bonis hujuſmodi filii , vel filiæ , nepotis , vel neptis , qui, quæve à parente manumiſſus , vel manumiſſa fuerit , eadem jura præſtantur parenti , quæ tribuuntur patrono in bonis liberti *e* . Et præterea ſi impubes ſit filius , vel filia , vel cæteri : ipſe parens ex manumiſſione tutelam ejus nanciſcitur *f* .

1. *Mancipare , & res mancipi quid.* 2. *Imaginariæ venditiones quomodo olim factæ ſint.*

QUintus modus , emancipatio, quæ nec caſu fit , ut §. 1. ſupr. nec ſententia , ut §. 2. nec ex lege, ut §. 3. ſed mera patris voluntate, *l. non poteſt*. 31. *de adopt.* §. *ult.* in fin. *hoc tit.*

a EMANCIPATIONE. Man-
1 cipare † ſignificat aliquid ſolemni modo civili transferre, & alienare. Eſt enim mancipatio propria ſpecies alienationis , cujus formam deſcribit Ulpian. *tit.* 19. Unde res mancipi dictæ. Ennius:

Vitaque mancipio nulli datur , omnibus uſu .

Hoc ſenſu filii , qui alienantur extra familiam, emancipari dicuntur ; nam & olim ea conſtabat vera mancipatiooe, hoc eſt, ſolemni venditiooe, *l. fin. C. de emancip.* ut tex. ipſe hic declarat , io verb. *imaginarias venditiones*, *&c.* Ulp. *d. tit.* 19.

b IMAGINARIAS VENDITIONES. Subſtitue-
batur † enim emptor , qui nummo uno emeret à 2
patre , & rurſum eidem venderet , atque ita manumittebatur tandem filius . Vide *l. fin. Cod. de emancip.* Cajum in *Inſtit.* & Ulp. *tit.* 10. & doctiſſ. Cont. *diſp. lib.* 1. *cap.* 12.

c CONSTITUTIONEM. *l. fin. Cod. de emancipa.*

d PARENTES INTRENT. Non modò apud acta , ſed ubicunque locorum , *l. emancipatione.* 11. *C. de fid. inſtru. l. fin. C. de emancip.* Angel. & DD. hic. Et procedente magiſtratu , ut dicitur in §. 2. ſup. *de libertin.*

e LIBERTI. *l.* 1. *ſi à paren. manu.*

f NANCISCITUR. Vide infr. *de leg. parent. tut.* Eandem ratiooem habet , ſi pater liberis alios tutores dederit. Bart. *l.* 1. *C. de pat. poteſt.* Dec. *l. bonorum* . 2. *n.* 12. 13. *C. Qui adm.* Jaſ. *l. more* . 8. *n.* 46. *de acq. heredit.*

§. 6. Admonendi autem .

ADmonendi autem ſumus , liberum arbitrium eſſe ei , qui filium , & ex eo nepotem , vel neptem in poteſtate habebit: filium quidem de poteſtate dimittere , nepotem verò , vel neptem retinere *a* : & è converſo filium quidem in poteſtate retinere , nepotem verò , vel neptem manumittere , vel omnes ſui juris efficere . Eadem & de pronepote , & pronepte dicta eſſe intelligantur .

FOrma , & ordo emancipandi.

a RETINERE. *l. liberum* . 28. *de adoption. l. ſi me* . 13. *de capt. & poſtlim. reverſ.*

§. 7. Sed & ſi .

SEd & ſi pater filium , quem in poteſtate habet , avo , vel proavo naturali *a* ſecundum noſtras conſtitutiones *b* ſuper his habitas , in adoptionem dederit : ideſt , ſi hoc ipſum actis *c* intervenientibus apud competentem judicem manifeſtaverit , præſente eo, qui adoptatur , & non contradicente , necnon præſente eo , qui adoptat : ſolvitur quidem jus poteſtatis patris naturalis : tranſit autem in hujuſmodi parentem adoptivum, in cujus perſona & adoptionem eſſe pleniſſimam , antea diximus .

SExtus modus, Adoptio.

a NATURALI. Nam in extranei poteſtatem hodie adoptione non tranſit, ſicut olim infr. *§. ſed ea. de hæred. quæ ab inteſt. l. penult. de adopt.* ut dictum eſt ad *tit. de adopt.* ſupr. in *princ. num. 1.*

b CONSTITUTIONES. *d. l. penult. C. de adopt.*

c ACTIS. Judiciorum, de quibus DD. præcipuè Bald. in *l. 2. C. de eden.*

§. 8. Illud autem.

ILlud autem ſcire oportet, quòd ſi nurus tua ex filio tuo conceperit, & filium poſtea emancipaveris, vel in adoptionem dederis, prægnante nuru tua: nihilominus, quod ex ea naſcitur, in poteſtate tua naſcitur *a*. Quòd ſi poſt emancipationem, vel adoptionem conceptus fuerit: patris ſui emancipati, vel avi adoptivi poteſtati ſubjicitur. Et quidem neq; naturales liberi *b*, neque adoptivi *c* ullo penè modo *d* poſſunt cogere parentes de poteſtate ſua eos dimittere.

IN emancipatio patris, nepotem conceptum avi poteſtate liberet: & an quis invitus emancipare cogatur.

a IN POTESTATA TUA NASCITUR. Inſpicitur enim tempus conceptionis. *l. ſed etiam. 14. de adopt.* Nam agitur de commodo fœtus, ſcilicet ut ſuus hæres avo exiſtat: ideo à conceptinne natus fingitur, *l. qui in utero. 7. & 26. de ſtat. hom.*

b NATURALES LIBERI. Nullo modo hi cogere poſſunt, *l. 4. C. de emancipat.* niſi ex cauſa lege definita: ut ſi proſtituat pater, aliamve peccandi neceſſitatem imponat, *l. ult. C. de ſpecta. lib. 11. l. ſi lenones. 13. C. de Epiſc. aud.* ſi malè nimiùm tractet, *l. ultim. ſi à parent. quis ma.* cujuſmodi unà cum aliis cauſis proponit Gloſſ. *l. non poteſt. 31.* verb. *ullo modo, de Adopt.*

c ADOPTIVI. Hi leviore ex cauſa cogere poſſunt; puta non ſolùm ob nimiam aſperitatem, verùm etiam ſi probent ſibi inutilem poteſtatem, poſtquam puberes facti ſunt, *l. nonnunquam. 32. cum l. ſeq. de adopt.*

d ULLO PENE MODO. *l. non poteſt. 31. de adopt.*

DE TUTELIS,

Titulus Decimus Tertius.

1. *Continuatio, & Tituli diviſio.*

1 EXpoſito eorum † jure, qui in aliena ſunt poteſtate, ſequens eſt de illis dicere, qui ſunt ſui juris. Horum autem alii prorſus ſibi relicti ſunt, alii in tutela, curatione ve aliena. Quibus porrò cognitis, quia è diverſo ſciri poteſt, quinam prorſus ſibi relinquantur, ideò hìc duntaxat de illis, qui in tutela, curave ſunt, tractatur. Qua in parte primò exponitur, quid ſit tutela, deinde de ſingulis ſpeciebus; teſtamentaria, legitima, & dativa: pòſt de effectu & authoritate tutelæ: deinceps de contrariis, & quibus modis finiatur: tum de cura & curatoribus: ultimò de communibus tutelæ & curationis juribus, videlicet de ſatiſdationibus, excuſationibus, & ſuſpicionibus. Methodicam porrò tutelæ expoſitionem ex noſtris *Paratitlis*, qui volet, petat.

TItulus ad tria redigitur capita.
1. Definitio tutelæ tum nominis, tum rei ponitur §. 1.
2. Ejuſdem diviſio. §. 2.
3. Quibus teſtamento tutor dari poſſit §. *ult.*

§. 1. Tranſeamus nunc.

TRanſeamus nunc ad aliam diviſionem *a* perſonarum. Nam ex his perſonis, quæ in poteſtate non ſunt *b*, quædam vel in tutela ſunt, vel in curatione: quædam neutro jure tenentur. Videamus ergò de his,

his, quæ in tutela, vel in curatione ſunt. Ita enim intelligemus cæteras perſonas, quæ neutro jure tenentur. Ac prius diſpiciamus de his, quæ in tutela ſunt. Eſt autem tutela (ut Servius definivit) vis, ac poteſtas *c* in capite libero *d*, ad tuendum eum *e*, qui per ætatem ſua ſponte *f* ſe defendere *g* nequit *h*, jure civili *i* data *k*, ac permiſſa *l*. Tutores autem ſunt, qui eam vim, ac poteſtatem habent: exq; ipſa re nomen acceperunt. Itaque appellantur tuitores, quaſi tutores, atque defenſores: ſicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur.

1. *Pupillos non eſſe in poteſtate, quomodo intelligendum.*
2. *Diverſa hujus §. lectio.*
3. *Verba hæc*, In capite libero, *quid denotent.*
4. *Tutela quando magis permittatur à lege, quàm detur.*
5. *Nomina, genera, ſpecies tutelarum ex definitione.*

DEfinitio nominis & rei: unde cujuſque argumenti explicationem ordiri conſentaneum eſt, *l. 1. ſi certum petat.* in princ. infr. *de teſtamen. de act. de oblig.* & Cicer. *lib. 1. Offic.*

a Aliam Divisionem. Quæ eſt pars altera ſuperioris diviſionis.

1 *b* Potestate Non Sunt. Nota, † pupillos non eſſe in poteſtate tutorum, §. 1. infr. *de pupil. ſubſtit.* videlicet tali, qualis eſt dominica, vel patria, & quæ ad ſtatum, ac caput pertineat. Nam nec in familia tutorum ſunt, nec illis acquirunt, ſed ſibi. Quod igitur tutela dicitur *eſſe poteſtas in caput liberum*, de gubernatione perſonæ, & adminiſtratione bonorum, non de jure capitis (cùm illud hìc definiatur eſſe liberum) vel ſtatus intelligendnm eſt.

c Vis, Ac Potestas. Effectum denotat, 2 *l. poteſtatis. 215. de verb. ſign.* Theo. † & Harmenopulus habent *δίκαιον*, *Jus ac poteſtas*. Sed uſitatam lectionem confirmant ſequentia. *Tutores ſunt, qui eam vim ac poteſtatem habent*: hoceſt, poteſtatem vi magis & efficientia atque authoritate, quàm jure vel natura patriam. Dantur enim pupillis loco patris, quare & patriam quadantenus poteſtatem conſequuntur, cùm loco patris dentur. Harm. *lib. 5. tit. 11.* Dubitare tamen licet, an non utique ſcriptum initio fuerit *juſta poteſtas*, in quo facile fuerit labi ſcriptores in illis literarum apud antiquos abbreviationibus, notis, & aliis intricatis obſcuritatibus. Facilis eſſe potuit in illa veterum ſcribendi obſcuritate error, *vis ac* pro *juſta* Bart. & Fulgos. in *l. 1. ff. eod.*

d In Capite Libero. Pupilli, *l. 4. de teſt. tut.* qui cnm impubes ſit, in patris poteſtate eſſe deſiit: nomine à pupis ducto. *l. pupillus. 239. de verb. ſign.* Nec enimverò tutoris caput neceſſe eſt omnino ſui juris eſſe (de tali enim libero capite, reſpectu ſcilicet familiæ, eum loqui, ſubjecta familiaris juris materia docet, §. 2. infr. *eod. tit.* ubi dixi *in fin.*) cùm filiusfam. tutor eſſe poſſit, §. 1. infr. *qui teſt. tut. &c. l. filiusfam. 9. de his qui ſunt ſui vel* 3 *alien. jur.* Ea † igitur verba, In Capite Libero, materiam tutelæ, & ſubjectum ſignificant. Liberum interpretamur caput, quod ſui ſit juris, ut dictum eſt: nam filiisfam. tutor non datur, eoque reſpectu liber homo dicitur, ita ut filiusfam. nõ liber dicatur, *l. paterfam. 182. de verb. ſignifi.* Filiofam. tamen tutor dari poteſt, quando pater non vult adminiſtrare. Dec. *l. bonorum. 7. lect. 2. nu. 12. C. Qui admitt.* Iaſ. *l. more. 8. n. 46. de acq. hered.* Liberum caput impubes ſeu pupillus, rectiùs dicitur, quàm civis: quia necdum municeps, neque publici juris, ut teſtamentorum, nuptiarum, &c. capax eſt. Inchoatus potiùs civis, quàm perfectus, potentia magis, quàm actu: at liberum nihilominus caput eſt, quia libertas natalibus adhæret, *tot. tit. de natal. reſt.* ſup. *de ingen.* Bart. & Fulgos. in *l. 1. ff. eod.* hæc verba *liberum caput* refert ad tutorem. Cæterùm inter pupillos non eſt, qui adhuc in utero eſt: neque dum enim tutela opus habet, *l. non eſt. 161. de verb. ſignif.*

e Ad Tuendum Eum. Cauſa finalis, & præcipuum officium, *l. tutoris. 30. de adminiſt. tutor.*

f Sua Sponte. Captu ſuo, ingenio & conſilio: quam *προαίρεσιν* dicere poſſnmus.

g Defendere. Significantius hoc eſt, magiſque proprinm, reſpectu tutelæ, quæ à tuendo dicitur: quàm regere, gubernare, adminiſtrare: nam & tutela ad defenſionem perſonæ, non bonorum diſpenſationem præcipuè pertinet, *l. quia. 14. de teſt. tut.* §. *ad certum.* infr. *qui teſt. tut. da.*

h Nequit. *l. 2. l. 5. de reg. jur. l. 1. cum ſeq. de min.* Vide infr. *& ff. de aut. tut. de inut. ſtip. l. 1. de novat. &c.*

i Iure Civili. Legibus 12. tab. novis S. C. conſtitutionibus, &c. Cauſa efficiens.

k Data. Propinquis: nam legitima propriè à lege datur.

l Permissa. Parentibus & magiſtratibus ut dent. Itaque † ſicuti hæreditas, quæ ex teſtamen- 4 to datur, ita & tutela ejuſmodi magis confirmari, & permitti lege putatur, quàm dari. *l. 130. de verb. ſignifi.* Lex enim hìc non proxima cauſa, ut in legitima, ſed remota eſt: propinqua teſtator, magiſtratus. † Sunt igitur duę principes tutelæ ſpe- 5 cies: Data, Permiſſa. Utraque legitima, ſed non pari gradu, vel cauſa. Illa quia à lege immediatè datur, ideò à cauſa proxima vocatur legitima: cujus rurſum duæ olim ſpecies, Agnatorum ſcilicet, & Patronorum: nam parentum non erat ſpecies legitimæ, etiamſi abuſivè ſic vocaretur maximè juris Cæſarei & novi reſpectu, infr. *de legit. parent. tut.* ſed huic magis affinis: unde vicem legi-

Digitized by Google

timæ ſuſtinere hanc fiduciariam tutelam Ulp. ait *l. 3. §. ult. de legit. tutorib.* Nam exemplo tantùm inducta eſt: eoque ex lege propriè non eſt. Sed hodie hæc quoque legitima e..., quemadmodum & fratrum, & cognatorum, ex conſtit. ut ſuo loco dicetur, infr. *de leg. agn. tut.* Permiſſa rurſum legitima eſt, ſed mediatè, *d. l.* 130. interveniente propinquiore ſcilicet cauſa, velut inſtrumentali: quæ quia duplex, teſtator, magiſtratus; ideo hinc duplex ejus exiſtit ſpecies, pro duplici cauſa: alia quidem teſtamentaria, alia verò honoraria, dativa, Attiliana, de qua infrà.

§. 2. Permiſſum eſt.

PErmiſſum eſt itaque parentibus, liberis impuberibus *a*, quos in poteſtate habent *b*, teſtamento *c* tutores dare. Et hoc in filios, filiaſque procedit omnimodo. Nepotibus verò, neptibuſq; ita demum parentes poſſunt teſtamento tutores dare, ſi poſt mortem eorum in poteſtatem patris ſui non ſunt recaſuri. Itaque ſi filius tuus mortis tuæ tempore in poteſtate tua ſit *d*, nepotes ex eo non poterunt ex teſtamento tuo tutores habere, quamvis in poteſtate tua fuerint: ſcilicet quia, mortuo te, in poteſtatem patris ſui recaſuri ſunt *e*.

1. *Poteſtatem patriam etiam poſt mortem durare.*
2. *Ubi non eſt hæreditas, ibi nec tutor.*
3. *Lege 12. tab. legata tutelis æquiparari.*
4. *Nepotibus in poteſtatem avi recaſuris, avus teſtamento tutorem dare nequit.*

POſt definitionem, juſto ordine ſequitur diviſio tutelæ: cujus tres recenſentur ſpecies, Teſtamentaria, Legitima, & Dativa: ac primò de teſtamentaria, quæ reliquis præfertur, & anteit.

1 *a* Impuberibus. Nam vis † patriæ poteſtatis etiam poſt mortem in impuberibus liberis durat, *l. 1. de teſta. tutel. l. 2. de vulg. & pup. ſubſt.* idque ex *l.* 12. *tab. Uti quiſque legaſſit ſuper pecunia, tutelave rei ſuæ, ita jus eſto*, *l. verbis.* 120. *de verb. ſignifi.* Ulp. *tit.* 11. Id ea ratione introductum eſt, quòd liberi impuberes nec teſtamentum condere, neq; ſibi in vita rectè degenda conſulere commodè poſſunt: ut in §. ſuperiore, in verb. *ſe defendere nequit.* Quare permiſſum eſt patri, liberis etiam poſt mortem in ea ætate proſpicere: quibus optimè proviſurus ex paterna affectione præſumitur, *l. ultim. C. de curato. furioſ. l. penultim. § ſi verò pater. C. de adoptio. l. non ſolum. 67. de rit. nuptiar. l. nec in ea. 22. in fin. de adulter.* inſr. *de pup. ſubſt.* præſertim concurrente patria poteſtate, quæ patrem cum liberis ita unit, *l. ult. C. de impub ſubſt.* ut pater liberis hiſce, velut ſibi ipſi, ſeu parti ſui & teſtamentum, & tutelam condere poſſit, *l. 2. de vulg. ſubſt.* Cum enim ſint in familia, ideo de his, velut parte ſuæ familiæ rectè teſtator diſponit, *d. l. verbis*, quod ſecus eſt in emancipatis, *l 1. l. ſi hereditas. 10. de teſtam. tutel. l. ſæpè. 53. de verb. ſignificat.* Cic. *Ver.* 1. *Habemus enim liberos parvos: incertum eſt, quàm longa noſtrum cujuſque vita futura ſit: conſulere vivi, ac proſpicere debemus, ut illorum ſolitudo, & pueritia quàm firmiſſimo præſidio munita ſit.*

b In Poteſtate Habent. Et inſtituunt, vel exhæredant *l. 4. eod.* Nam † ſine pecunia, hoc- 2
eſt, hæreditate tutor dari nequit, *d. l. ſæpè. 53. de verb. ſignif. l. quo tutela. 13. §. 1. de reg. jur.* Nemo poteſt tutorem dare, niſi ei quem inter ſuos hæredes habet, vel tempore mortis habiturus eſt.

c Teſtamento. Vel etiam codicillis, *l. 3. de*
teſta. tutel. Nam † legata, & tutelæ in *l. 12. tab.* pa- 3
rificantur. *d. l. verbis.* 120. Ut igitur legata, ita & tutelæ codicillis relinqui poſſunt. In teſtamento inter liberos extraneus tutor dari non poteſt: Salic. *num.* 3. Curt. Jun. *num* 26. Corneus *num.* 15. in *l. hac conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto. C. de teſtam.*

d In Poteſtate Tua Sit. Secus, ſi ſit emancipatus: quia tunc nepotes ſui hæredes ſunt, nec poſt mortem avi recidunt in patris poteſtatem, ſed ſui juris efficiuntur, §. *fin.* infr. *eod.* quare illo caſu rectè iis de tutela proſpiceretur.

e Recaſuri Sunt. Cùm quia † nemo niſi 4
ſuis hæredibus tutorem dare poteſt, *l. 1. l. ſi hereditas. 10. §. 1. de teſtam. tutel.* nepos autem non eſt ſuus hæres avo, quamdiu in familia pater eum præcedit, §. *ſui.* 2. infr. *de hered. qual. & diff.* § *ita demum.* 4. infr. *de hered. quæ ab inteſt.* tum quia tutor dari ei nequit, qui eſt in poteſtate patris: atqui mortuo avo, nepotes iſti in patris ſui poteſtatem recidunt: non igitur poteſt iis tutela præſtitui, cùm non habeant caput liberum. Nam cui non convenit definitio, ei nec definitum congruit, *l. cum filiusfam. 28. de teſtam. milita.* Hinc autem puto ſatis conſtare, quod antea poſui, *caput liberum* hìc non de libertate naturali, ſed de civili, hoceſt, eo quòd ſui ſit juris, accipi.

§. 3. Cùm

§. 3. Cùm autem.

CVm autem in compluribus aliis cauſis *a* poſthumi *b* pro jam natis habentur, tum in hac cauſa placuit, non minus poſthumis, quàm jam natis, teſtamento tutores dari poſſe: ſi modò in ea cauſa ſint, ut ſi vivis parentibus naſcerentur, ſui *c*, & in poteſtate eorum fierent: Sed ſi emancipato filio tutor à patre *d* datus fuerit teſtamento, confirmandus eſt *e* ex ſententia præſidis omnimodo *f*: ideſt, ſine inquiſitione *g*.

1. *Poſthumi qui dicantur.*
2. *Tutor à matre datus, ex inquiſitione confirmatur; ſecus, ſi à patre detur. & rationum. 3.*

QUibus teſtamento tutor dari poſſit.

a Aliis Causis. In quibus de eorum commodo agitur, *l. quod dicimus.* 231. *de verb. ſign. l. qui in utero.* 7. & 26. *de ſtat. hom.*

1 *b* Posthumi. Qui † poſt humatum patrem, hoceſt, poſt ejus mortem, vel conditum teſtamentum, naſcuntur. *l.* 3. *de injuſt. rup. teſta.* Vide infr. *de exhær. lib.*

c Sui. His enim duntaxat tutores teſtamento rectè dantur.

2 *d* A Patre. Nam † à matre datus ex inquiſitione confirmatur, *l.* 2. *de confir. tut.* ob lubricum mulieris conſilium, *l.* 5. §. *Julianus*, *de admin. tut.* §. 1. in Auth. *ut im. ant. nupt.* latè Tiraq. in *ll. connub. in* 1. *lege*, *num.* 68. 71. 72. quo ſæpè contra propria commoda laborat, *l.* 4. *C. de ſponſal.* nedum aliorum.

e Confirmandus Est. Quia ipſo jure non valet tutelæ datio. Lege namque permittitur duntaxat tutela ſuæ rei, hoceſt ſuorum hæredum: emancipatus autem non eſt ſua res patris, ſed ſui juris.

f Omnimodo. Quia † pater præſumitur filio 3 rectè proſpexiſſe, & ſalubrius pro eo cepiſſe conſilium, *l. nec in ea.* 22. *de adulter. l.* 2. *l. cum ex filio.* 39. *de vulg. l. ult. C. de cur. fur. l. cum quidam.* 24. *C. de lega.* Vide Alciat. *reg.* 1. *præſumpt.* 2. ut nullus ſcrupulus reſtare, nulla amplius inquiſitio fieri debeat: cùm paternum teſtimonium pro ſatiſdatione ſufficiat, *l. ult.* §. *& ſi quidem. C. de cura. fur.* Hæc ratio non valet in matribus, ut dixi.

g Inquisitione. Utrum idoneus ſit, an non. *l. ſi filio.* 6. *de confir. tut.* Si mater dedit, opus eſt inquiſitione. *l.* 1. *C. de confir. tut. l.* 2. *ff. eod.*

DE IIS QVI TESTAMENTO
TVTORES DARI POSSVNT.
Titulus Decimus Quartus.

TItulus duas habet partes.
1. Quinam tutores teſtamento dentur. §. 1. & 2.
2. Qua forma. quæ concernit { tempus §. 3. *in princ.* / bona *d.* §. 3. *verſ. certè autem rei.* / & perſonam pupilli §. *ult.* }

§. 1. Dari autem.

DAri autem tutor poteſt teſtamento non ſolùm paterfamilias, ſed etiam filiusfamilias *a*. Sed & ſervus proprius, teſtamento cum libertate rectè tutor dari poteſt *b*. Sed ſciendum eſt, eum & ſine liber-

libertate tutorem datum, tacitè *c*, & libertatem directam *d* accepiſſe videri, & per hoc rectè tutorem eſſe. Planè ſi per errorem quaſi liber, tutor datus ſit: aliud dicendum eſt *e*. Servus autem alienus purè *f* inutiliter teſtamento datur tutor: ſed ita, CVM LIBER ERIT, utiliter datur: proprius autem ſervus inutiliter eo modo tutor datur *g*.

1. *Filiusfamilias rectè tutor eſſe poteſt, non obſtante patria poteſtate: & num. 2.*
3. *Tutelam non dignitatem, ſed onus eſſe.*
4. *Servum proprium etiam tacite libertatem directam conſequi: alienum, nonniſi fideicommiſſariam.*

DIxit de iis, qui teſtamento, & quibus tutores dare poſſint: nunc, ut nulla pars hujus relationis maneat inexplicata, ſubdit, quinam tutores dari teſtamento, & quomodo dari poſſint.

1 *a* FILIUSFAM. Quia † reſpectu tutorum, munus eſt publicum, *l. filiusfam.* 9. *de his qui ſunt ſui juris*, in prin. infr. *de exc. tut.* unde & iovitis im-
2 ponitur, *l.* 1. *de adm. tutor.* Nec obſtat, † quod dicitur, cum, qui eſt in aliena poteſtate, habere aliquem in poteſtate non poſſe, *l. ſic eveniet.* 21. *de adulter. l. ſi ſervus.* 16. *de inter. act.* Nam hoc in iiſdem terminis accipiendum eſt, videlicet de privata, & patria poteſtate: cæterùm poteſtas publica, activè, cum poteſtate patria privata, paſſivè concurrere in eadem perſona poteſt: quia ſunt jura ſeparata, *d. l.* 9. *de iis, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* ut ſup. ad §. 3. *quib. mod. jus patr. pot. ſolv.* dictum eſt: eoque in publicis, privata poteſtas non cooſideratur, *l. nam quod.* 14. *ad S. C. Trebell. l. quippe.* 78. *de judic.*

b TUTOR DARI POTEST. *L. qui tutelam.* 28. §. 1. *l. quæro.* 32. *de teſtam. tutel.* Non † enim di- 3
gnitas eſt, ſed oous, ſeu munus, cujus participes ſunt etiam libertini, atque adeò viles, & infames, *l.* 3. *de poſtulan.*

c TACITA. Ut in §. 1. ſupr. *qui, & ex quib cauſ.*

d DIRECTAM. Noo miniſterio hæredis, ſed directò ab ipſo teſtatore: niſi in caſu *l. etſi.* 9. *C. de fideicom. lib.*

e DICENDUM EST. *L. ſi quis.* 22. *de teſt. tut. l. generaliter.* 24. *de fideicom. lib.*

f PURE. Abſque adjectione conditionis, quæ ſequitur: CUM LIBER ERIT. &c. Nam † pro- 4
prio ſervo tacita voluntate libertas dari poteſt, alicoo noo item: ex benigna tamen interpretatione fideicommiſſaria libertas illi data videtur, ut hæres eum à domino redimere, & manomittere habeat neceſſe, *l. ſi hæreditas.* 10. §. *fin. de teſtam. tutel.*

g TUTOR DATOR. Quia cùm poſſet illi libertatem dare, non dat, ſed magis adimit adjecta conditiooe, quæ & libertati impedimento eſt, & conſequenter etiam tutelæ.

§. 2. Furioſus, vel minor.

FVrioſus, vel minor vigintiquinque annis tutor teſtamento datus, tutor tunc erit *a*, cùm compos mentis *b*, aut major vigintiquinque annis fuerit factus *c*.

FUrioſus, vel minor, tutor teſtamento dari poteſt: ſed tacita ſubintelligitur conditio eſſe adjecta.

a TUTOR TUNC ERIT. In *l. ſi hæreditas.* 10. §. 2. *verſ. ſi furioſus*, dicitur fore tutorem, & in *l. quæro.* 32. in. fin. *eo. tit.* ait I. C. *demum poſt legitimam ætatem onerari eum tutela*, in *l. non ſolùm.* 12. § *pen. de excuſ. tut.* Modeſt. inquit, *illos intereà non moleſtari*. Hæc omnia arguunt, cos ipſo jure tutores non fuiſſe ioterim: quaſi non purè dati eſſent, ſed ſub tacita quidem conditione furioſi, quam præſupponi, & intelligi neceſſe eſt, & quidem ad conſervandam voluotatem humaniùs, ut conſtare poſſit datio, *d. l. ſi hæreditas.* 10. §. 2. Ex die verò tacito minores, ut §. 2. *hoc tit.* cui etiam conditio tacitè implicata eſt: videlicet, ſi ad juſtam tutor ætatem, durante pupilli impuberi ætate venerit, nec interea quid alterutri humanitùs contigerit. Cùm autem conditio, & dies incerta, quæ pro conditione eſt, *l.* 1. *de condit. & demonſtr.* in fin. oihil ponaot, juriſque inducant: *l. ſi quis.* 8. *ff. ſi quis omiſs. cauſ. teſt.* ſequens erat, ut interea temporis alius daretur tutor, §. 2. infr. *tit. prox.* ut probat Cujac. ſupr. *de fiduc. tut.* & *l. non ſolùm.* 10. in fin. *de excuſ. tut.* Quo loco rectè notat, κηδέμων ambiguum eſſe, quia tàm tutorem, quàm curatorem ſigoificat, *l.* 2. *qui petan. tuto.* priore tameo loco ibi tutorem ſignificare, propter adjectionem ἑτέρου: ſecundo loco ſumi pro curatore, quia oullo adjecto abſolutè ponitur. Legitimo enim tutori minori, quo de ibi ſecundo loco agitur, interea ſurrogatur curator, non tutor:

quia

Digitized by Google

quia verè tutor eſt, ut excuſatione habeat opus, *d. l. non ſolum l. quo tutela*. 73. *de reg. jur.* ubi mulier tantùm, non minor, à legitima tutela excipitur: ut & apud Harmenop. *lib.* 5. *cap.* 11. *l. ult. C. de leg. tut.* Qua quidem conſtitutiooe Juſtiniani nova, arcetur à legitima tutela minor, & eadem fortaſſis ratione furioſus, etiamſi ſe non excuſet: ut addit §. *item major*. 13. infr. *de excuſ. tuto.* Erat ergò antea verè tutor, cæteroqui jure iſto novo nequaquam fuiſſet opus. Itaque quod in *l. tutela*. 16. *de tut. l. quo defuncto*. 4. *l. ſi reliquero*. 8. *de legit. tuto.* additũ eſt de perfecta ætate, à Triboniano, non ab ipſis auctoribus ſcriptũ eſſe putatur. Qua ratiooe ſuſpicari licet etiam à magiſtratu tutorem dari potuiſſe mioorem, præſertim eum, qui careret curatore, & res ſuas ſobriè adminiſtraret, *argum. l. his qui*. 12. *de tut. da. l. ſpurii*. 6. §. 1. *de decur.* & maximè anno 25. cœpto, *l. ad Rempub.* 8. *de muner.* Nec huic dationi tacitam adhæſiſſe conditionem, aut diem, quam decreta Magiſtratuum non æquè, ut teſtatorum voluotates recipiunt. Nam *d. l. ult.* etiam ab honoraria minorem removet: ut hoc ipſum argumento ſit, antè non fuiſſe remotum, ſed potuiſſe ſe ad tempus excuſare, *l. nec ille*. 16. *de tutor. dat.* Tutelæ teſtamentariæ non meminit Juſtinian. quia nec opus fuit, ut dixi, cùm ea minor non oneraretur. In pari cauſa erat furioſus, ut hic sext. oſtendit, & *d. l. ſi hereditas*. quare quod dicitur in *l. idem*. 12. *de excuſ. tut.* furore tutoris durante, curatorem dari: accipio non de teſtamentario (nam hujus vice alium tutorem dari monuimus, cùm tutor non ſit, ſed demum ſi furore fiat: ut hic dicitur, & *dict. leg. ſi hereditas*. §. 2.) ſed ſecundum præcedentia de legitimo, & eus (ut antè in minore expoſuimus) excuſatione opus eſſet: de quo diſcrtè text. ibi loquitur.

b Compos Mentis. Dato interea à magiſtratu tutore, *d. l. ſi hereditas*. 10. §. 2. in prin. infr. *de Attil. tutor.* niſi legitimus tutor fuerit, qui furere cœpit. *l. non ſolum*. 10. in fin. *l. idem*. 12. *de excuſ. tut.* quo caſu curator ſubſtituitur, *d. l.* 12. extra quam ſi deſperata ſit valetudo, *l. poſt ſuſceptam*. 40. *de excuſ.*

c Fuerit Factus. Dato interea ſimiliter tutore, infr. *de Attilia tut.* in prin. niſi ſit legitimus, *d. l. non ſolum*. 11. in fin. *de excuſ. tut.* ex ratione, quam antè poſuimus.

§. 3. Ad certum tempus.

AD certum tempus *a*, vel ex certo tempore *b*, vel ſub conditione *c*, vel ante *d* hæredis inſtitutionem *e* poſſe dari tutorem non dubitatur *f*. Certæ autem rei, vel cauſæ *g* tutor dari non poteſt *h*: quia perſonæ *i*, non cauſæ, vel rei, tutor datur k.

1. *Teſtamentaria tutela unde vires habeat.*
2. *Tutelã teſtamentariã nõ eſſe actũ mere legitimũ.*
3. *Inter tutelam, & curam præcipuum diſcrimen.*

FOrma dandi tutorem in teſtamento.

a Ad Certum Tempus. Puta ad quinquennium, *l. ſi quis*. 11. *de teſtam. tutel.*

b Ex Certo Tempore. Puta poſt quinquennium.

c Sub Conditione. Exemplum in §§. *præcedentibus*.

d Vel Ante. Dubitationem faciebat olim, quòd ante inſtitutionem in teſtamento factam legata relinqui non poterant. §. *ante*. 30. infr. *de legat.*

1 *e* Hæredis Institutionem. Inſtitui † tamen hæredem in teſtamento, quo tutor datur, & ex illo adiri hæreditatem opus eſt: alioqui tutela, exemplo reliquorum in teſtamento relictorum, non ſubſiſtet, *l. ſi nemo*. 9. *de teſta. tutel.* §. 2. infr. *de Attilia. tutor. l. Papin.* 8. §. *ult. de inoff. teſtam.* niſi data, vel repetita ſit in codicillis, ab inteſtato valituris, *l.* 3. *de teſtam. tut.*

2 *f* Non Dubitatur. Ex quo liquet, † tutelam teſtamentariam non eſſe actum legitimum, neque à lege certa forma ordinari, vel dari, ſed tantùm permiſſivè concedi, ut teſtator pro ſuo arbitrio tutorem liberis ordinet, *l. lege*. 130. *de verb. ſignif.* in prin. ſup. *de tutel.* verb. *permiſſa*. Nam ſi eſſet actus merè legitimus, non reciperet diem, nec conditionem, *l. actus*. 77. *de reg. jur.* ut tutela dativa, ac legitima: quæ hoc modo non conſtituuntur. *l.* 6. §. 1. *de tut.*

g Rei, Vel Causæ. Tantùm.

h Non Potest. *l. certarum*. 12. *cum ll. ſequ. de teſtam. tut.*

i Personæ. Eſt enim poteſtas in perſonam, *l.* 4. *de teſtam. tut.* ſeu caput liberum. in princ. ſup. *de tutel.*

k Tutor Datur. Principaliter ſcilicet, etiã & rerum & quidem omnium (ut enim in principali, ita nec in acceſſorio diviſionem tutela recipit) adminiſtratio in conſequentiam veniat: & † hoc præcipuum eſt diſcrimen inter tutelam, & curationem, 3 quòd hæc rebus, illa perſonæ detur, *l. in copulandis*. 8. *C. de nupt.* Vide infr. *de curator.*

§. 4. Si

Digitized by Google

§. 4. Si quis.

SI quis filiabus ſuis, vel filiis tutores dederit, etiam poſthumæ, vel poſthumo dediſſe videtur *a*: quia filii, vel filiæ appellatione, & poſthumus, & poſthuma continentur. Quòd ſi nepotes ſint, an appellatione filiorum, & ipſis tutores dati ſint? Dicendum eſt, ut & ipſis quoque dati videantur, ſi modò liberos dixerit *b*. Cæterùm ſi filios, non continebuntur *c*. Aliter enim filii, aliter nepotes appellantur. Planè ſi poſthumis dederit, tàm filii poſthumi, quàm cæteri liberi continebuntur *d*.

INterpretatio, an ejuſmodi tutelæ datio ad poſthumos, & nepotes extendatur.

a DEDISSE VIDETUR. *l. ſi quis*. 5. *de teſtam. tut.* Nam in favorabilibus pro natis habentur, *§. pen.* ſup. *tit.* 1. *l. quod dicimus*. 231. *de verb. ſign. l. qui in utero*. 7. & 26. *de ſtat. hom.*

b DIXERIT. *l.* 6. *de teſtam. tut.* nam liberorum appellatione nepotes comprehenduntur, *l. liberorum*. 220. *de verb. ſignificat. l. moris*. 9. *§ ultimo. verſic. liberos non tantum filios accipere debemus*, *de pœn.*

c NON CONTINEBUNTUR. Ubi enim diverſa ſunt nomina, ibi res eſſe intelliguntur diverſæ, *l. ſi idem*. 7. *C. de Codicil.* Quid in inſtitutione, præſertim in linea collaterali, ut ſi fratrum, & ſororum filios inſtituerit, an veniant etiam nepotes ex filia, ſi contingat hanc ante teſtatorem mori? pronunciavimus, quòd non, per hunc tex. cum tutela eorum æquè ſit ſavorabilis, ac ſucceſſio: maximè jure Saxon. quo frater excludit filios fratris: de jure communi poſſet dubitari propter præſumptionem, *l. cum acutiſſimi*. 30. *C. De fideicommiſſ.* Sic prohibitio facta filio non cenſetur facta nepoti, communem dicit Covar. *reſol. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. Fichar. ad Villalob. verb. *prohibitio. num.* 345. Sæpè tamen etiam nepotes filiorum nomine appellantur, ut Geneſ. 31. 28. qua de re copiosè ſcribie Anton. Gab. Roman. *lib.* 6. *de verb. ſignificat. concluſ.* 1.

d CONTINEBUNTUR. Nam poſthumorum nomen generale eſt, tàm pertinens ad poſthumos ſecundi gradus, quàm primi, §. 2. & 3. inſr. *de exh. lib l.* 6. *de teſtam. tut.* In aliis codicibus legitur, *Poſteris*.

DE LEGITIMA AGNATORUM TUTELA.

Titulus Decimus Quintus.

ABſoluta prima tutelæ ſpecie, quæ teſtamentaria appellatur, ſequitur alterius, quæ eſt Legitima, expoſitio: in qua hoc *tit.* 1. traditur, quinam ſint agnati, quibus tutelam lex defert. 2. quando, quo ordine, & quibus deferat. 3. de contrariis, quibus ea tutela extinguitur, & finitur.

Divi-

DIviditur Titulus in duas partes.
1. Quando locum habeat tutela legitima Agnatorum §. 1. & quo ordine §. 3.
2. Quando ceſſat §. *ult.*

§. 1. Quibus autem.

QVibus autem teſtamento tutor datus non eſt *a*, his ex lege duodecim Tabularum *b* agnati *c* ſunt tutores, qui vocantur legitimi *d*. Sunt autem agnati, cognati per virilis ſexus cognationem conjuncti *e*, quaſi à patre cognati: veluti frater ex eodem patre natus, fratris filius, nepoſve ex eo; item patruus, & patrui filius, nepoſve ex eo. At qui per fœminini ſexus perſonas cognatione junguntur, agnati non ſunt, ſed aliàs naturali jure cognati. Itaque amitæ tuæ filius non eſt tibi agnatus; ſed cognatus: & invicem tu illi eodem jure conjungeris: quia qui ex ea naſcuntur, patris, non matris familiam *f* ſequuntur *g*.

1. *Spes teſtamentaria tutela facit ceſſare legitimam.*
2. *Vt ſucceſſio olim ad ſolos agnatos, ita & tutela pertinebat: hodie ſecus.*
3. *Agnationis nomine in hac materia fœminas non comprehendi.*
4. *Legitimi tutores qui, & qui agnati: & num. 5.*

a DATUS NON EST. Quamdiu † teſtamentariæ tutelæ locus eſſe poteſt, ceſſat legitima: ut dicitur in §. *ſequ.* & in *l. ſi quis. 11. de teſtam. tutel.* Nam proviſio hominis tollit proviſionem legis, *l. 1. de legit. tut. l. fin. C. de pact. conven.* 1

b DUODECIM TABULARUM. *L. 1. de legit. tut.* Ulp. *Inſtit. cap. 11.*

2 *c* AGNATI. Nam † ad ſolos agnatos redibat olim ſucceſſio, excluſis cognatis, inſr. *de hered. que ab inteſt. & de leg. agn. ſuc.* quare & ad hos ſolos pertinebat ex l. 12. Tabul. tutela, *l. quo tutela. 73. de reg jur.* infr. *de legit. patro. tut.* in princ. Hodie, ſicut unà cum agnatis ſuccedunt cognati, ita jure Novellarum civili, tutelæ quoque ſimul curam partiuntur, §. *ex his. 5.* in Auth. *de her. ab inteſt. venien. Novel.* 118.

d LEGITIMI. Sicuti legitima hæreditas dicitur, quæ à lege immediatè datur, *l. legitimam. 8. de petit. her. l. lege. 130. de verb. ſignific.* ita & legitima tutela, & legitimi tutores eadem ratione dicuntur.

e CONJUNCTI. *L. ſunt autem. 7. de legit. tut. l. 4. l. fin. de gradibus cognat.* Etſi † autem fœminæ quoque per virilis ſexus cognationem conjunctæ, agnatæ ſunt, tamen quia virile officium tutela eſt, *l. ult. de tutel.* ideo hac in materia tantùm agnatos intelligimus eos, qui ſunt virilis ſexus, *l. 1. l. pen. ff. eod.* Ulpian. *tit.* 11. Legitimi, † inquit, tutores ſunt, qui ex lege aliqua deſcendunt. Per eminentiam autem legitimi dicuntur, qui ex l. 12. Tabularum introducuntur, ſeu propalam, quales ſunt agnati, ſeu per conſequentiam, quales ſunt patroni. Agnati † ſunt à patre cognati virilis ſexus, per virilem ſexum deſcendentes, ejuſdem familiæ: veluti patrui fratres, &c. 3 4 5

f FAMILIAM. Sive agnationem.

g SEQUUNTUR. *L. familiæ. 196. de verb. ſign.*

§. 2. Quòd autem.

QVòd autem lex 12. Tab. ab inteſtato vocat ad tutelam agnatos, non hanc habet ſignificationem, ſi omnino non fecerit teſtamentum is, qui poterat tutores dare: ſed ſi quantum ad tutelam pertinet, inteſtatus deceſſerit *a*. Quod tunc quoque accidere intelligitur, cùm is, qui datus eſt tutor, vivo teſtatore deceſſerit *b*.

1

Quan-

QUando habeat locum tutela legitima.

a INTESTATUS DECESSERIT. *L.* 6. *de legit. tut.* Veluti ſi in teſtamento nihil de tutela caverit, aut tutor datus, ut hic dicitur, mortuus fuerit.

b VIVO TESTATORE DECESSERIT. *L. inteſtato.* 6. *de legit. tutor.* Idem videtur, ſi illo mortuo decedat, ante tamen ſuſceptam tutelam. Vide *l. ſi quis.* 11. *de teſtam. tut.* & Ang. hic. §. 1. inf. *de Attilia. tutor.*

§. 3. Cùm autem.

CVm autem *a* ad agnatos tutela pertineat, non ſimul ad omnes pertinet *b*, ſed ad eos tantùm, qui proximiores gradu ſunt *c*, vel ſi plures ejuſdem gradus ſunt, ad omnes pertinet: veluti ſi plures fratres ſunt, qui unum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur *d*.

AD quos legitima tutela pertineat.

a CUM AUTEM. Hic §. legitur in vul. exemplar. in *tit. ſeq.* in fin. ſed huc rectiùs quadrat, & refertur ab Hottomanno.

b AD OMNES PERTINET. Quotquot videlicet agnatione junguntur.

c PROXIMIORES GRADO SONT. Nam & ad hos ſolos ſucceſſio pertinet, remotioribus excluſis, §. 1. infr. *de ſucceſs. agn.* verſ. *non tamen.*

d PARITER AD TUTELAM VOCANTUR. Quia pariter, & ex æquo omnes ad ſucceſſionem vocantur, *d.* verſ. *non tamen.* Jure tamen Saxonum major natu prefertur. Vide *Paratitla de leg. tutor.*

§. 4. Sed agnationis.

SEd agnationis quidem jus *a* omnibus modis capitis diminutione *b* plerunque *c* perimitur. Nam agnatio, juris civilis nomen *d* eſt *e*, cognationis verò jus non omnibus modis *f* commutatur: quia civilis ratio civilia quidem jura corrumpere poteſt, naturalia verò non utique *g*.

1. *Capitis diminutione etiam minima, tutelas veteri jure tolli: ſecus jure novo: & nu. 2.*

3. *Agnatio quid.*

QUomodo finiatur.

a AGNATIONIS QUIDEM JUS. Et
1 per † conſequens, jus tutelæ, *l. tutelas.* 7. *de cap. diminut.* quæ quidem defertur ex lege 12. Tab. non quæ ex novis legibus. Nam novæ leges & ſucceſſiones, & tutelas deferunt, non ut agnatis jure duntaxat civili junctis, ſed ut conjunctis natura, *d. l. tutelas*, quæ conjunctio non tollitur capitis diminutione, *l. jura ſanguinis.* 8. *de reg. jur.* ut & poſtea ſequitur in textu.

b CAPITIS DIMINUTIONE. Sive maxima, ſive media, ſive minima capitis minutione.

2 *c* PLERUNQUE. Hoc ideo addit, quia † interdum minima capitis minutio, videlicet emancipatio, legitimam tutelam non aufert; ut quando ex novis legibus defertur, *d. l. tutelas.* 7. *de cap. diminut.* Exemplum in *l.* 4. *Cod. de legit. tut.* & inſr. *de fiduc. tutel.*

d NOMEN. Et jus: nam paſſim in Inſtit. licet obſervare, crebrò Nomen, pro ipſo jure poni.

e EST. Et ideo minutione juris civilis tollitur, ut familia. Eſt enim † agnatio jus, & appendix 3
familiæ: ut igitur familia, ita & agnatio hac minutione extinguitur, juxta regul. Acceſſorium ſequitur principale, *l. cum principalis.* 139. *de reg. jur.* Et hinc rurſus nota, Nomen ſignificare in jure ipſum Eſſe.

f OMNIBUS MODIS. Videlicet capitis diminutionis: non enim minima diminutione tollitur, nec ſemper media, ut ad tit. ſeq. dicetur.

g NATURALIA VERO NON UTIQUE. Ratio civilis, qua capita minuuntur, tollere poteſt jus civile, puta agnationis, familiæ, &c. non etiam tollit jus naturæ; ut eſt jus cognationis, ſanguinis, juxta reg. *l. jura ſanguinis.* 8. *l. nihil.* 35. *de reg. jur. l. eas.* 8. *de cap. minut.*

DE

DE CAPITIS DIMINVTIONE,

Titulus Decimus Sextus.

Continuatio Tituli, & diviſio.

QUia dixit tutelam capitis minutione aliqua tolli, aliqua non tolli: ideo, ut res tota pleniùs intelligatur, ſubjicit, quid ſit, & quotuplex capitis diminutio, & de effectu cujuſque, nempè quæ capitis diminutio agnationem tantùm, quæ etiam cognationem diſſolvat.

TRes complectitur partes Titulus præſens.
1. Quid ſit capitis diminutio. princip. *Textus.*
2. Quotuplex §. 1. verſiculo *eaque tribus.*
3. Effectus §. 3. *juncto* §. 2.

§. 1. Eſt autem.

ESt autem capitis diminutio, prioris ſtatus commutatio *a*: eaque tribus modis accidit *b*. Nam aut maxima eſt capitis diminutio: aut minor, quam quidam mediam vocant: aut minima. Maxima capitis diminutio eſt, cùm aliquis ſimul & civitatem, & libertatem amittit *c*: quod accidit his, qui ſervi pœnæ efficiuntur, atrocitate ſententiæ *d*: vel libertis ut ingratis *e* erga patronos condemnatis *f*: vel his, qui ſe ad pretium participandum venundari paſſi ſunt *g*. Minor, ſive media capitis diminutio eſt, cùm civitas quidem amittitur, libertas *h* verò retinetur. Quod accidit ei, cui aqua, & igni interdictum fuerit: vel ei, qui in inſulam deportatus eſt. Minima capitis diminutio eſt, cùm civitas retinetur, & libertas, ſed ſtatus hominis commutatur. Quod accidit his, qui cùm ſui juris fuerint, cœperunt alieno juri ſubjecti eſſe: vel contrà, veluti ſi filiusfamilias à patre emancipatus fuerit, eſt capite diminutus *i*.

1. *Capitis diminutio quid.*
2. *Hominis ſtatum in tribus potiſſimùm verſari.*
3. *Maxima capitis diminutionis effectus, & in quibus pœnis hodie locum habeat: & num. 4.*
5. *Emancipatus quare capite minuatur, & quid hodie juris. num. 6.*
7. *Effectus emancipationis, remiſſivè.*

a STATUS COMMUTATIO. Caput pro ſtatu ponitur, §. 2. hoc tit. *l. capitalium*. 28. *De pœn. l.* 2. *De interd. & releg.* Minuere, alienare, transferre, amittere, mutare ſignificat, *l. ult. De legib. l.* 1. verb. *diminutum*. *ex quib. cauſ. majo. l.* 5. *l. deperditum*. 21. *De pet. hæred.*
1 Hinc † capitis minutio, dicitur prioris ſtatus amiſſio, ſeu mutatio. *l.* 1. *ff. eo.* Vide *l.* 5. *De var. & extraord. cogni.*

b TRIBUS MODIS ACCIDIT. Statum enim
2 capitis, I.C. definiunt † libertate, civitate, & familia. *l.* 3. *De interd & relegat.* quod & Terent. indicat *in Eunucho*: *Principio dico eſſe liberam, civem Atticam, meam ſororem.* Ut igitur ſunt tria ſtatus capita, ita & tres diminutiones, ſeu mutationes.

c AMITTIT. Hæc aufert † omnem ſtatum, & 3
caput. *l. fin. ff. eod.* quia adimit libertatem, & ſervum efficit: qui nullum caput habere poteſt. *l.* 3. in fin. *ff. eo. tit.* §. *ſervus*. *hoc tit.*

d ATROCITATE SENTENTIAE. Quibus adimitur vita, vel libertas: ut accidit his, qui in metallum, vel ad beſtias damnantur. *l. aut damnum.* 8. §. 2. *De pœnis.* Hodie † tamen hæc minu- 4
tio non habet locum in pœnis, quæ vitam non adimunt. Auth. *ſed hodie. C. De donat. int. vir. & ux.* ſed tantùm in his, qui per ſententiam ad ultimum ſupplicium, puta pœnam gladii, damnantur. *l. qui ultimo*. 29. *De pœn.* gloſſ. in d. Auth. *ſed hodie* §. *quod autem.* in Auth. *De nupt.*

e INGRATIS CONDEMNATIS. Subintellige actione, vel crimine: quomodo dicitur damnatus injuriarum, furti, &c.

f Condemnatis. Rediguntur enim in ſervitutem, *l. 2. C. de lib. & eor. lib.*

g Venundari Passi Sunt. Nam & hi libertatem amittunt, & conſequenter omnia jura gentium, & civilia, *tot. tit. ff. quib. ad lib. procla. non lic.* & ſup. *De jur. perſon.* Hi capite plectuntur, ſi milites ſint. *l. quædam.* 14. *De pœn.*

h Libertas. Juriſgentium, non etiam juris Quiritum, *l. 5. §. fin. De var. & extraord. cognit. l. 4. §. ult. De grad. affin.* Nam hæc amittitur, ut reliqua jura civilia. Boet. *in Top.* Cic. *pro Cæcinna:* & collige ex ratione *d. l. nihil.* 35. *de reg. jur.*

5 *i* Diminutus. Mutat † enim familiam utroque hoc modo, & per conſequens ſtatum familiæ. Aliud eſt in eo, qui per acceſſionem dignitatis, aut mortem patris, patria liberatur poteſtate: quia nihil patitur, ex quo caput ejus minui poſſit dici, & familiam non mutat, aut egreditur. Nam & acceſſio dignitatis, caput non minuit, ſed auget. *l. 3. §. fin.* ubi gloſſ. ad verb. *vel aliàs. ad S. C. Macedon.* & mors patris non aufert ex familia filium, qui jam familiæ caput eſſe incipit, ſed patrem potiùs. Sed † nec hodie emancipatio caput omnino minuit, antiquata emancipatione ſolemni, *l. ult. Cod. De emanc. lib.* per quam caput minuebatur. Ulpian. *tit.* 10. ubi vide Cujac. Et oſtendunt id exempla ſublati diſcriminis inter ſuos, & emancipatos. infr. *De exh. lib. De her. quæ ab inteſt. & Novell,* 118. *De hered. ab inteſt.* §. 1. Quanquam † non eſſe nullum emancipationis hodie effectum, etiamſi caput non minuat, minimè putandum eſt: ut dicetur ad *tit. De hered. qual. & differ.* atque aliis locis, ſicubi incidet opportunitas: longæ enim ſunt ea in re ambages, ac diſputationes, quibus in hoc ſtudiorum exorſu, ingenia diſcentium onerari nolim. 6 7

§. 2. Servus autem.

SErvus autem manumiſſus *a*, capite non minuitur; quia nullum caput *b* habuit. Quibus autem dignitas magis, quàm ſtatus permutatur, capite non minuuntur; & ideò à Senatu motos, capite non minui conſtat *c*.

1. *Caput pro ſtatu accipi.*
2. *Dignitatis acceſſionem, aut deceſſionem ſtatum non minuere.*

QUinam capite non minuantur.

a Manumissus. Qua manumiſſione conditio ejus mutatur, & ſtatum habere incipit.

1 *b* Nullum Caput. Nota † caput pro ſtatu accipi, & quidem pro capite juris, non pro capite corporis, *l. 3. ff. eodem.*

c Non Minui Constat. Ideo † filiusfam. qui per dignitatem liberatur poteſtate, non poteſt dici capite minui, ut ſuprà dictum eſt: nam dignitas alia res eſt, quàm ſtatus: quare dignitatis, vel acceſſio, vel amiſſio, ſtatum, & caput non minuit, cùm ex ſeparatis nihil inferatur. 2

§. 3. Quod autem.

QVod autem dictum eſt *a*, manere cognationis jus etiam poſt capitis diminutionem, hoc ita eſt, ſi minima capitis diminutio interveniat: manet enim cognatio. Nam ſi maxima capitis diminutio interveniat, jus quoque cognationis perit *b*: ut puta ſervitute alicujus cognati: & ne quidem ſi manumiſſus fuerit, recipit cognationem *c*: ſed etſi in inſulam quis deportatus ſit, cognatio ſolvitur *d*.

1. Maxi-

Digitized by Google

1. *Maxima capitis diminutio morti par eſt.*
2. *Deportatus in inſulam, cognationem civilem, non autem naturalem amittit.*

EFfectus, & quæ capitis minutio tollat agnationem, quæ etiam cognationem.

a DICTUM EST. §. *ult.* ſupr. *tit.* 1.

b PERIT. *L.* 2. *ad Tertyll. l.*
1 *is qui.* 7. *unde cog.* † Nam hæc minutio morti par eſt. *l.* 4. *qui ſatiſd. cogan.* & omnia jura etiam naturalia, puta libertatem, tollit: ac conſequenter quoque cognationem.

c COGNATIONEM. Niſi à principe ad omnia ſit reſtitutus, *l. ult. C. de ſent. paſſ.*

d COGNATIO SOLVITUR. Quoad materiam hanc ſubjectam, videlicet † ſucceſſiones, & 2
tutelas, & reliqua jura civilia, *l.* 1. *C. de hære. inſt. l.* 1. in fin. *ad Tertyll.* nam aliàs naturalis cognatio quoad naturam, & jus gentium tandiu durat, quandiu ipſa libertas.

DE LEGITIMA PATRONORUM TUTELA,

Titulus Decimus Septimus.

1. *Legitima tutelæ ſpecies quæ olim fuerint, & quæ hodie ſint.*

1 SEquuntur † aliæ legitimæ tutelæ ſpecies. ſunt enim plures. Ac Bart. quidem in *l. frater. num.* 2. *C. de legit. tut.* 4. quinq; ſpecies hujus tutelæ ponit: unam Agnatorum, quæ eſt ex l. 12. Tab. alterã Patronorum, quæ venit ex mente, & ratione legis: tertiam Parentum, quæ ad exemplum illius eſt introducta: quartam Fratrum, quæ Fiduciaria dicitur: quintam Cognatorum, quæ eſt ex nova conſtitutione. §. *ex his.* in Auth. *de hered. ab inteſt.* Sed hæc hodie obtinent: olim autem duas tantùm fuiſſe legitimæ tutelæ ſpecies, unam Agnatorum, alteram Patronorum, oſtendit. *l.* 1. *de leg. tuto.*

DIvido Titulum in duas partes.
1. Ex quo jure perſonarum tutela deſcendat. princip. *Text.*
2. Quando locum habere poſſit. verſ. *ideo.*

§. 1. Ex eadem.

EX eadem lege *a* duodecim Tabularum, libertorum, & libertarum tutela ad patronos, liberoſque eorum pertinet, quæ & ipſa legitima tutela vocatur *b*: non quia nominatim in ea lege de hac tutela caveatur, ſed quia perinde accepta eſt per interpretationem *c*, ac ſi verbis legis *d* introducta eſſet. Eo enim ipſo, quòd hæreditates libertorum, libertarumque, ſi inteſtati deceſſiſſent, juſſerat lex ad patronos, liberoſve eorum pertinere *e*, crediderunt veteres, voluiſſe legem etiam tutelas ad eos pertinere: cùm & agnatos, quos ad hæreditatem lex vocat, eoſdem & tutores eſſe juſſerit *f*: quia plerunque VBI SVCCESSIONIS EST EMOLUMENTUM, IBI TUTELÆ ONUS ESSE DEBET *g*. Ideo autem diximus *Plerunque*: quia ſi à fœmina impubes manumittatur, ipſa ad hæreditatem vocatur, cùm alius ſit tutor *h*.

1. *Legitima patronorum tutela unde deſcendat.*
2. *Reſponſa prudentum partem juris civilis eſſe.*
3. *Interpretatio legis pro lege eſt. & num. 4.*

a EX Eadem Lege. Non propalàm,
1 † ut loquitur Ulpia. *tit.* 11. hoceſt, diſertis legis verbis, ſeu, ut ait in *l.* 3. in princ. *de leg. tut.* non ſpecialiter, vel nominatim delata, l. 12. tab. hæc tutela eſt: ſed per conſequentias hæreditatum, quæ ex ipſa lege patronis datæ ſunt.

b Vocatur. *L.* 3. *de leg. tut.*

2 c Interpretationem. Antiquorum † I. C. interpretum *l.* 12. quorum interpretatio uſu recepta, pars juris civilis poſterioribus temporibus eſſe cœpit. *l.* 2. *§. his legibus latis. ff. de orig. jur.*
3 Unde † notant, pro ſcripto quoque jure haberi, quod venit ex interpretatione, *l. & ideo.* 11. cum ll. ſeqq. *de legib.* Menoch. *conſ.* 5. *n.*30.

d Verbis Legis. Tàm enim † ex lege eſt, 4
quod venit ex mente ejus, quàm quod ex verbis. *l. nominis.* 6. *de verb. ſign.*

e Pertinere. *De ſucceſſ. libert.* inf.

f Juſſerit. *L.* 1. *de legit. tut.*

g Onus Esse Debet. *L. ſecundum naturam.* 10. *de reg. jur.* Ubi periculum, ibi lucrum. *l. ult. C. de furt.* Unde verſus:

Commoda qui ſentis, jungas onus emolumentis.

Gloſſ. *c. cum ſecundum.* 16. *de præben.* & iniquum eſt, damnum ad aliquem pertinere, ad quem emolumentum non pertineat, *l. ſcribit.* 33. *ad S. C. Trebellian.*

h Alius Sit tutor. Quam patrona ſcilicet: virile enim eſt officium tutela: nec fœminis (excepta matre, atque avia) defertur. *l. fin. de tut. l.* 2. *de reg. jur.* Vide *tit. C. quand. mul. tut. off.*

DE LEGITIMA PARENTUM TUTELA,

Titulus Decimus Octavus:

1. *Legitima parentum tutela ex quo jure deſcendat.*
2. *Parentes ad liberorum emancipatorum ſucceſſionem non vocari.*
3. *Emancipatio contracta fiducia: & infrà num. 1.*

1 HÆc neq; † ex verbis l. 12. tab. nec ſententia venit. Non ex verbis, quia lex propalàm de agnatis tantùm agit: pater autem filio emancipato non eſt agnatus, cùm non ſint ejuſdem ampliùs familiæ. Non ex ſententia, ut patronorum tute-
2 la: neque enim † ut his libertorum, ita parentibus liberorum emancipatorum ſucceſſionem lex defert: quippe quæ agnatos tantùm vocet, inf. *de leg.*
3 *agn. ſucceſſ. & de S.C. Tertyll.* in princ. Sed † à Juriſcon. inventæ ſubinde ſunt emancipationum venditiones: quibus ſi pater contracta cum emptore fiducia, filium vendidiſſet, emiſiſſetque, atque ita tertia emptione ſervum ſuum veluti factum, manumiſiſſet: pro patrono ejus haberetur, *l.* 1. in prin. & §. *patrem.* 4. *ſi à parent. manu.* Cajus *lib.* 1. *Inſtit. tit.* 6. Ulp. *tit.* 11. atque ita exemplo patroni legitimus ei fieret hæres ex I. C. interpretatione. *l. ſi ad patrem.* 10. *de ſuis, & leg.* §. *ult.* inf. *de leg. agn. ſuc. l.* 2. §. *objicitur.* 11. *ad S. C. Tertyll.* cùm is, qui non manumiſiſſet, tantùm ut natura pater, ex jure Prętorio ad poſſeſſionē admitteretur, *d. l. ſi ad patrem.* 10. *d. l.* 1. § *patrem.* 4. atq; hoc jus vetus civile appellatur, *l.* 2. *C. ad S. C. Tertyll. d. l.* 2. §. *objicitur.* 11. *eod.* junc. *l.* 2. §. *his legibus. de orig. jur.* Quare, ut in hęreditate, ita & in tutela vicem legitimi tutoris, hoceſt, patroni, pater fiduciarius ſuſtinet, *l.* 3. § *ult. ff. eod.*

TItulus hic propter brevitatem non dividitur, ſed in eo agitur, quando parens ſit tutor legitimus emancipati.
Vide pro intellectu hujus Tituli Cajum *lib. 1. Inſtitutionum tit. 6.* Ulp. *in Fragm. tit.* 10. ubi utiliſſima pro antiquitate delibabis.

§. 1. Exemplo patronorum.

EXemplo patronorum *a* recepta eſt & alia tutela, quæ & ipſa legitima vocatur *b*. Nam ſi quis filium, aut filiam, nepotem, aut neptem ex filio, & deinceps impuberes *c* emancipaverit *d*, legitimus eorum tutor erit *e*.

1. Tutela parentum potiùs fiduciaria eſt, quàm legitima.

a EXEMPLO PATRONORUM. Quia patronus efficiebatur, qui manumiſiſſet, ſive pater is eſſet, ſive alius. Ulp. *d. tit.* 11.
1 Plerunque † tamen pater contracta fiducia emptum filium, quem vendiderat coemptori, manumittebat. Cajus *d. tit.* 6. atque ita patronus filio efficiebatur, & velut patronus hæreditatem ejus capiebat: itaque & tutelam ſuſcipere eadem, qua patronus, ratione cogebatur: niſi ſit diſſipator. Mynſ. *obſ.* 93. *cent.* 2. Arius Pinell. *l.* 1. *part.* 2. *num.* 33. *C. de bon. mater.*

b VOCATUR. Vocari potiùs dicit, quàm Eſſe: ac Ulp. in *l.* 3. §. *ult. ff. eod.* ait: parentum vicem legitimi tutoris, hoceſt patroni ſuſtinere. Nam revera tutela potiùs eſt fiduciaria, quàm legitima. Ulp. *d. tit.* 11. Oritur enim potiùs ex fiducia emancipationis, quàm ex lege 12 tab. Quia tamen interpretationes Iuriſ. qui legũ 12. tab. interpretes, & ſolemnium illorum Authores extiterunt, pro jure civili more majorum ſunt habitæ, infr. *de acq. per arrog.* ideo hoc reſpectu legitima dici cœpit, non quòd ex lege ſit, ſed illo jure veteri I. C. *l.* 2. *C. ad S. C. Tertyll.* ad exemplum legitimæ patroni tutelæ, inducta.

c IMPUBERES. Nam puberibus tutor non datur.

d EMANCIPAVERIT. Solemni illa manumiſſione. *l.* 1. *& tot. tit. ſi à paren. manu.* nam ſi alius manumiſiſſet, pater nec hæres erat, neque tutor. *d. l. ſi ad patrem.*

e TUTOR ERIT. Exemplo patroni, ſeu ex ea, qua patronus, ratione: quia jus patroni in ſuccedendo habet.

DE FIDUCIARIA TUTELA,

Titulus Decimus Nonus.

1. Manumittens ſervum jus patronatus filiis ſuis acquirit: ſecus eſt in manumittente caput liberum: & qua ſit ratio diverſitatis.

1 MAnnmiſſor † liberi capitis, jus habuit patroni: liberi ejus non item; qnamvis patronorum liberi in libertum idem habeant. *l.* 1. §. *liberos.* 3. *ſi à paren. ma.* Diſcriminis ratio fuit: quòd ſervus niſi manumiſſus eſſet, in poteſtatem liberorum patroni perveniſſet: quare commune horum quoqne, quibus jus illud ademptum eſt, beneficium manumiſſionis eſſe: à quibus ſi ſervus manſiſſet, manumitti potuiſſet, jure ſuit putatum. Cæterùm liberum filiifam. caput etiamſi manumiſſum, hoceſt emancipatum à patre non fuiſſet, non tamen eo mortuo recidiſſet in poteſtatem liberorum, qui eſſent in familia, ſed ſui juris factum eſset: ut nullius ex juris ſpe illis quicquam debeatur, & proinde nec ſucceſſores ſint emancipati fratris, jure patroni, nec etiam tutores: ex fiducia tamen ad tutelam vocantur.

Titulum bipartitum conſtituo.
1. Quinam ſint fiduciarij tutores, princ. textus.
2. De Horum ætate, verſiculo *ita tamen*.

§. 1. Eſt & alia tutela.

Eſt & alia tutela, quæ fiduciaria appellatur *a*. Nam ſi parens filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel deinceps impuberes manumiſerit, legitimam nanciſcitur eorum tutelam. Quo defuncto, ſi liberi ejus virilis ſexus extant: fiduciarii tutores *b* filiorum ſuorum, vel fratris, vel ſororis, & cæterorum *c* efficiuntur. Atqui *d* patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque ejus legitimi ſunt tutores *e*: quoniam filius quidem defuncti, ſi non eſſet à vivo patre emancipatus, poſt obitum ejus ſui juris efficeretur, nec in fratrum poteſtatem recideret, ideòque nec in tutelam: libertus autem ſi ſervus manſiſſet, utique eodem jure apud liberos domini poſt mortem ejus futurus eſſet *f*. Ita tamen hi ad tutelam vocantur, ſi perfectæ ſint ætatis: quod noſtra conſtitutio *g* generaliter in omnibus tutelis, & curationibus obſervari præcepit.

1. *Fiduciaria tutela proprie qua: & cur non legitima, ut jure veteri, appelletur.*
2. *Fiduciariam tutelam tranſire ad hæredes.*
3. *Patronorum liberos, & ad ſucceſſionem liberti vocari, & jus patronatus mortuo patre conſequi.*
4. *Ius manumiſſionis cur ad patroni, non ad parentis liberos tranſeat.*

a Fiduciaria Appellatur. *L. 4. de leg. tut.* ſic fiduciarius hæres, *l. Sejus. 46. in fin. ad Trebell.* fiduciaria hæreditas, Tiraq. *de retract. convent. in præfat. num. 39. l. certi. 9. §. 1. verſ. cui fiduciaria hæreditas reſtituta eſt. ſi cert. pet.*
1 † Parentis aut alterius, qui filium manumiſiſſet, & emancipaſſet, tutela, dicebatur propriè Fiduciaria. Ulp. *d. tit.* 11. Sed quia ex jure veteri ſuccedebat ut patronus filio emancipato, *d. l. 1. ſi à paren. l. 2. C. ad S. C. Tertyll.* ideo receptum fuit, ut ejus tutela legitima vocaretur, quòd vicem legitimi tutoris, nempe patroni, ſuſtineret. *l. 3. §. ult. eod.* Hoc verò jus patronatus, & conſequenter ſucceſſionis, cùm non tranſiret ad liberos patris manumiſſoris, *d. l. 1. §. liberos.* ex ratione ad Rubricam adducta, & quæ paulò pòſt in textu exponitur: ideo nec legitimi tutores poterant eſſe, aut appellari. Manſit igitur fiduciariæ tutelæ appellatio, quam pater ad hæredes tranſmittebat: ſicut reliquorum contractuum, & emptionum jura. *l. ſi pactum. 9. De prob.* cum ſimil.

b Fiduciarii Tutores. Quaſi dicas, Tutores fiduciæ, ſive emancipationis, quæ, fiducia revenditionis, conſtabat. Ulp *d. tit.* 11. Paul. *lib. 2. c. 13. §. præterea.* ſup. *quib. mod. jus pat. pot. §. ult.* infr.
2 *de leg. agnat. ſucceſſ.* ubi dictum: & † tranſibat ad hæredes, ut reliqua fiduciæ, & revenditionis pacta, *l. 2. C. de pact. int. empt.* Mater, & parentes materni in poteſtate non habent: proinde nec emancipant, nec fiduciam in bonis liberorum habent. §. 1. in Authen. *de non eligen. ſecun. nuben.*

c Caetarorum. Puta nepotum ex fratre, *l. 4. C. de legit. tut.*

d Atqui. Objectio oſtendens hac in parte differentiam, inter liberos patroni, & parentis manumiſſoris: cur ad illos, non ad hos jus patronatus tranſeat.

e Legitimi Sunt Tutores. Nam † lege 3
12. tab. non modò patroni, ſed etiã eorum liberi ad ſucceſſionem liberti vocantur: & poſt mortem paternam, ejus fiunt patroni: quare & tutores meritò legitimi. Quod enim docitur ex ſententia legis, non minus eſt ex lege, quàm quod ex verbis. *l. nominis 6. §. 1. de verb. ſignif.* Neq; verò his minus, quàm eorum parentibus, beneficium manumiſſionis debetur: cùm domini futuri fuiſſent, niſi manumiſſione libertas data eſſet: imò propter poteſtatem, ſuitatem, ac idem jus familiæ, etiam vivente patre domini ſint rerum paternarum: & ea propter libertorum quoque fuerint, *l. in ſuis. 11. de lib. & poſth. §. quod ſi. 4. §. poſt mortem. 10. de inutil. ſtipulat.*

f Futorus esset. Vult indicare † diſcri- 4
minis rationem, cur jus manumiſſionis, ac per conſequens ſucceſſionis, & tutelæ, tranſeat ad liberos patroni, & non eadem ratione ad liberos parentis.

Liber-

Libertus ſi à domioo emancipatus non eſſet, in liberorum ejus manum perveniſſet : his , ut ſervus , omnia quæreret ,& ab his libertatem eorum arbitratu eſſet accepturus. Non igitor mirum , ſi hos pro patronis agnoſcere , & colere debeat , quos dominos habiturus eſſet, niſi pater eorum manumiſiſſet : quorumque jus , quod habent filij in bonis paternis, patre vivente, *d. l. in ſuis.* 11. *de lib. & poſth.* manumiſſione eſt diminutum. Diverſa eſt liberorum unius patris conditio. Nam neque filii ante emancipationem ſunt in bonis patris , *l.* 1. §. 1. *de rei vend. l.* 1. *de lib. exh.* ut ſervi aote manumiſſionem: nec filius emancipatus mortuo patre recaſurus eſt io poteſtatem fratrum, etiamſi à patre non manumittatur, ſed ſui juris efficietur. Nibil igitur debet fratribus, ex eo quòd eſt emancipatus. Poſt mortem enim patris nequicquam huic confert emancipatio: cùm etiam abſque hac ſi eſſet , nihilò tamen minùs ſui juris eſſet effectus. Quare nec lex voluit fratres in jure hujus quaſi patronatus, patri ſuccedere, & per conſequeos nec ſucceſſionis tutelæ legitimæ jus habere. Ioter fratres enim ſoos, & emancipatum, oulla jure veteri eſt legitima ſucceſſio, ſed tantùm prætoria, *l.* 1. *unde legit. l.* 5. *unde cogna.* Ubi autem oon eſt legitima ſucceſſio, ibi oec tutela. Ut enim prætor hæredes non facit. §. 1. infr. *de bon. poſſ.* ita nec totores : cùm tutela, ut hæreditas , juris ſit civilis, noo prætorii. Atqui hæc ratio non obtinet io oepote, ab avo manumiſſo. Is enim niſi emancipatus ſit, poſt mortem avi recidit in poteſtatem patris. Verùm ob uoum exemplum diſſimile non fuit regula mutanda. Et cùm patria poteſtas non ſit in bonis, oeque traoſmiſſibilis, ſed cuique ex ſuo jure competat, §. 1. ſupr. *de patr. poteſt.* cur tranſeat ad hæredem , eidemque debeatur emancipatio à defuncto præſtita, præſertim cùm factum hoc ſit perſonale? Prætereà aliud, & longè majus beneficiũ eſt libertatis, *l. libertas* 164. *de reg. jur.* quod accipit ſervus à domino per manumiſſionem, quàm quod filius jam antè liber ab emancipatore: denique legis illud jus eſt , quod datur patrono, eòq; meritò tranſit ad libertos: perſonale eſt emancipationis ex I.C. ioterpretatione. Cujac. ad Ulp. *cap.* 12. de his hunc ad modũ differit: Agnatus eſt tutor ex l. 12. tab. patroous, ex interpretatione legis: parens ex contractu fiduciæ. Cur non & parens ex interpretatione legis? Quia nolla talis in lege interpretatio adhiberi potuit. Nec eoim ut patronis, ſic parentibus nominatim lege defertur hæreditas. Igitur duæ tantùm ſunt ſpecies legitimæ tutelæ: Agnatorum, & patronorum : id quod Ulp. tradit in *l.* 1. *de legit. tut.* Verùm in *l.* 3. §. *ultim. eod. tit.* parentem emaocipatorem noo legitimum, ſed vicem ait legitimi tutoris obtinere ; ideſt , fiduciarium tutorem eſſe. Non nego , moribus inde receptum, ut nominetur legitima, quæ propriè eſt fiduciaria. *Inſtit. tit. de leg. parent. tut.* fiduciariæ totelæ nomen ad liberos tranſmitti, legitimæ non traoſmitti: denique hoc liberos patronorum diſtare à liberis parentum. Cæterùm ratio differeotiæ tradita à Juſtiniano in *t. de fiduc. tutel.* falſa eſt io patre, & avo: certè ſubtilior , quàm verior. Ao igitor quia noo ut liberis patroni, ita liberis emancipatoris lege debetur hæreditas? *l.* 1. §. *liberos. ſi quis à paren-manu.*

g CONSTITOTIO. *L. ult. C. de leg. tut.*

DE ATTILIANO TVTORE, ET EO, QVI EX LEGE IVLIA, ET TITIA DABATVR,

Titulus Vigeſimus.

TRifariam ſecatur præſens Titulus.

1. Exponit caſus, in quibus tutor dativus detur; & ſunt duo ſummi.
   1. Si nullus planè ſit Tutor, vel ex teſtamento, vel ex lege. princ. *text.*
   2. Si ſit aliquis ſed impeditus vel conditione, die, aditione hæreditatis, & captivitate, §. 2.
2. A quibus Magiſtratibus detur, vel
   - Lege Attilia, Julia, & Titia. §. 1.
   - Jure Claudii Imperatoris. §. 3.
   - Jure à poſterioribus Jur. Conſultis condito. *d.* §. 3. verſ. *ſed hoc jure utimur.*
   - Jure noviſſimo Juſtiniani. §. 4.
3. Finem, & officium tutorum continet. §. *ult.*

§. 1. Si

§. 1. Si cui nullus.

SI cui nullus omnino tutor *a* fuerat; ei dabatur *b* in urbe quidem Roma à Prætore urbano, & majore parte Tribunorum plebis *c* tutor ex lege Attilia *d*: in provinciis verò *e*, à præſidibus provinciarum *f*, ex lege Iulia, & Titia *g*.

1. *Continuatio Tituli.*
2. *Tutor datus à majore parte Tribunorum per aliorum diſſidia non poterat impediri.*
3. *Lex Attilia à quo, & quando lata.*
4. *Lex Iulia, & Titia à quo lata.*

1 TRaoſgreditur † ad tertiam tutelæ ſpeciem, videlicet dativam: ac quibus ex legibus, à quo magiſtratu, quando, & quare tutores ejuſmodi dentur, exponit.

a TVTOR. Nec teſtamentarius, nec legitimus, neque fiduciarius.

b DABATVR. Jure vetuſtiſſimo.

c MAJORE PARTE TRIBUNORVM PLEBIS. 2 Etſi aliàs unius † Tribunorum plebis intercesſio, reliquorum collegarum decreta impedire poterat: tamen favore pupillorum, ne horum res per factiones, & diſſidia illorum damnum paterentur, cautum lege Attilia fuit, ut, qui tutor à Prætore, & majore parte Tribunorum, hoceſt ſex (decem enim creabantur) datus eſſet, ejus datio, unius, vel paucorum interceſſione, non poſſet in controverſiam adduci: ſicut & decurionum major pars hodie dat eodem exemplo, atque jure, *l. ubi 19. de tuto. dat.*

d EX LEGE ATTILIA. Non enim Prætor ex ſua juriſdictione, ſed ex lege dat tutores. † Hanc 3 autem legem volunt, aut ab A. Attilio Calatino, aut à C. Attilio Regulo temporibus primi belli Punici, cum multis militibus adverſo prælio cæſis, complures domi pupilli relicti eſſent, latam eſſe.

e IN PROVINCIIS VERO. Ad has enim leges urbanæ non pertinebant, nec extendebantur: præſertim hæc, quæ ante occupatas provincias fuit lata.

f PRÆSIDIBVS PROVINCIARVM. Qui omnium magiſtratuum urbanorum vice funguntur, *l. omnia. 11. de off. præſ.*

g JVLIA, ET TITIA. † Fortè à Julio, vel Au- 4 guſto lata: nam ante ea tempora videntur Magiſtratus municipales in provinciis tutores dediſſe, ut intelligi licet ex Cicerone *in Verrinis*.

§. 2. Sed & ſi in teſtamento.

SEd & ſi in teſtamento tutor ſub conditione, aut ex die certo datus fuerat *a*, quandiu conditio, aut dies pendebat, ex eiſdem legibus tutor dari poterat *b*. Item ſi purè *c* datus fuerat, quandiu ex teſtamento nemo hæres exiſtebat *d*, tandiu ex eiſdem legibus tutor petendus erat *e*, qui deſinebat eſſe tutor, ſi conditio exiſteret, aut dies veniret *f*, aut hæres exiſteret *g*. Ab hoſtibus quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur *h*, qui deſinebat eſſe tutor, ſi is, qui captus erat, in civitatem reverſus fuerat. Nam reverſus recipiebat tutelam *i* jure poſtliminii.

1. *Quandiu ſpes eſt tutela teſtamentaria, tandiu ceſſat legitima.*
2. *Tutela abſque aditione non valet.*

QUando, & quibus caſibus ex his legibus tutor dari ſit ſolitus. Recitat autem quatuor caſus 1. ſi tutor non ſit alius, 2. ſi teſtamentarius ſub conditione, vel ex die datus ſit. 3 ſi hæreditas necdum adita. 4. ſi teſtamentarius tutor ab hoſtibus captus.

a DATVS FVERAT. Sicut dari poteſt, ut ſuprà dictum eſt, *tit. qui teſt. tut.*

b DARI POTERAT. Quandiu † enim teſta- 1 mentariæ tutelæ ſpes eſt, non datur locus legitimæ, *l. ſi quis ſub conditione 11. de teſt. tutel.* Ideoque tutor interea conſtituitur dativus.

c PVRE. Abſque die, & conditione: utrique enim

enim purum opponitur, §. 1. inſ. *de verb. oblig.* §. *hæres.* inſ. *de hær. inſtit.*

d Haeres Existerat. Fortè, quòd inſtitutus eſſet ſub conditione, aut diebus cretionom, jureque deliberandi uteretur.

e Petendus Erat. *L. ſi hæreditas.* 10. *de teſt. tut.*

f Veniret. Conditio, vel dies tutelæ adjecta.

g Haeres Existerst. Nam † abſque aditione, ut legata oon valeot, ita nec tutelæ. *l. ſi nemo.* 9. §. *ult. de teſt. tut. l. Papinianus.* 8. §. *ult. de inoff. teſtam.* Unum tamen adire ſufficit, nec expectandum, dum omnes adeant. *d. l. ſi nemo.*

h Petebatur. Pendet enim teſtamentaria tutela, eòqoe legitimæ necdum locus eſſe poteſt, *l. 1. de leg. tut.*

i Totelam. Ut & reliqua jora civitatis, *d. l. 1.* §. *ſi ab hoſtibus.* ſup. *quib. mod. jus. patr. poteſt.*

§. 3. Sed ex his.

Sed ex his legibus tutores pupillis deſierunt dari *a*, poſteaquàm primò conſules pupillis utriuſque ſexus tutores ex inquiſitione *b* dare cœperunt *c*, deinde Prætor ex conſtitutionibus *d*. Nam ſuprà dictis legibus neque de cautione à tutoribus exigenda *e*, rem ſalvam pupillis fore, neque de compellendis *f* tutoribus ad tutelæ adminiſtrationem, quicquam cavebatur *g*. Sed hoc jure utimur *h*, ut Romæ quidem præfectus urbi, vel Prætores, ſecundum ſuam juriſdictionem *i*, in provinciis autem præſides ex inquiſitione k tutores creent, vel Magiſtratus juſſu *l* præſidum, ſi non ſint magnæ *m* pupilli facultates.

1. *Antiquitùs tutores ſine inquiſitione, & ſatiſdatione datos.*
2. *Tutelarem quis primus conſtituerit.*
3. *Quatuor requiſita in inquiſitione.*
4. *Datio tutoris cujus ſit juris.*

Seqoitur ſecondum jus, qood priori, de quo hactenus dictum eſt, in dandis tutoribus ſucceſſit.

a Dari. Ideo magis deſuetudine, quàm certa lege illæ leges antiquæ obſoleverunt; ut *l. de quibus.* 32. *De legib.*

1 *b* Ex inqoisitione. Fortè † enim antiquis legibus non dabaotur ex inquiſitione, qoia nec ſatiſdationes exigebaotur, ut in textu ſequitur: cùm autem hæc dandi ratio nova, pupillis ſit utilior, jure prævaluit.

c Coeperunt. Ex authoritate Claudii Imperatoris. Sveto. *in ejus vita. cap.* 23.

2 *d* Constitutioniros. Antonini † Philoſophi, qui primus Tutelarem prætorem conſtituit: ut in ejus vita teſtatur Capitol.

e Exiornda. Scilicet cùm minus idonei eſſe videntur. *l. final. C. de cura. fur. l. pen. rem pupil. ſal. for.*

f Compellendis. Cùm Magiſtratus, quos dediſſet, ex officio cogeret, *l. 1. de adm. tut.*

g Cavesatur. Ideo hæc ratio dandi, magis commoda eſt, meliùſqoe proſpicit pupillis. Eſt tamen & alia ejus rei cauſa: nam ex veteribus illis legibus, Prætor dabat cum majore parte Tribunorum plebis, ut initiò dictum eſt: atqui ſub Impp. poteſtas Tribunitia translata fuit ad Auguſtos, ut ex illis legibus ampliùs totores dari non potuerint.

h Utimor. Jus dandi tutoris, Juſtiniani tempore receptum.

i Suam Jorisdictionem. Nam qoibuſdam, ut illoſtribus, oon dat Prætor, ſed Præfectus, *l. 1. C. de tutor. illuſtr.* atque ita Theoph. hunc locum interpretatur. Deinde alius prætor urbanis, alius peregrinis jus dicebat: & tutelarem fuiſſe prætorem ſubinde creatum diximus: quare unuſquiſque magiſtratuum, ſecundum ſuam juriſdictionem, & ſuæ juriſdictioni ſubjectis dabat tutores.

k Ex Inquisitione. Hoc refer ad omnia præcedentia: ut ſcilicet non modò Præſides foris, ſed etiam præfecti, & prætores domi, ex inquiſitione dare debeant. Inquiſitione † autem cùm 3
alia, tùm quatuor potiſſimùm veſtigabantur. 1. An tutor moribus eſſet honeſtis, & integris: 2. an locuples: 3. an ſe iogeſſiſſet: nam qui ſe ultrò rei alienæ ingerit, ſuſpectus eſt, *l. quæ omnia.* 25. §. 1. *De procur.* 4. an pecunia tutelam ambiiſſet: hic enim longè magis ſuſpectus eſt, *l. ſcire oportet.* 21. in fio. *de tut. dat. ab his.* De inquiſitione plura in *l. 2. & 7. de confir. tut.* ubi alia capita recenſet Hermogen. unde cognoſci poſſit, an ex inquiſitione rectè tutor datus ſit: nimirum, an dederit, qui dare potuerit, & ille acceperit, cui fuerat dandus, & is datus, cujus dandi facultas erat, & pro tribonali decretum interpoſitum: quod ultimum confirmat, quod dixi, eos, qui pro tribunali jus dicerent, ſolos ex inquiſitione dediſſe. Harmenop. *lib. 5. tit. 11.* Cùm ex præſidum, aut magiſtratuum in-

Digitized by Google

inquiſitione tutor datur, hæc, inqoit, ſolent inquiri: ſitne locuples, an frugi, & probus vita; an vitæ pignora, hoceſt, liberos habeat. Qui enim liberos habet, novit ſaoè, qualem ſe in pupillos gerere debeat, qoibos loco patris datur.

4 *l* Magistratos Jussu. Tutoris † datio neque imperii eſt, nec juriſdictionis, ſed à lege, vel principe ſpecialiter datur. *l. mutuò.* 6. §. 2. *de tut.* Moribus debet habere juriſdictionem pleniſſimam. *Landr.* Gloſſ. litera C. *art.* 21. *lib.* 1. Datum autem id ſpecialiter fuit magiſtratibus municipalibus, favore pupillorum, ut paratior copia eſſet; idque olim quoque obtinuiſſe Cic. *in Verrinis* oſtendit. *l.* 3. *l. ubi.* 19. § 1. *de tut. & cur. l.* 1. *de mag. conven.* Poſtea quo major eſſet authoritas, & diligeotia, joſſu præſidum dare cœperunt, poteſtate tamen legis noo à præſide delegata. Hos autem dediſſe ſine inquiſitione conſeotaneum eſt: cùm hæc ſit imperii, ut quæ in conſilio expediator, *l.* 2. *ff. de off. ejus. cui man. eſt juriſd. l.* 2. 3. *de off. præf.*

m Si Non Sint Maonae. Itaque obi majoris ceoſus ſunt, præſes ipſe dat: puta ſi 500. aureos facultates exceſſeriot: ſed io §. ſequeoti hoc aliter ordinatur.

§. 4. Nos autem.

NOs autem per conſtitutionem noſtram hujuſmodi difficultates omninò reſecantes, nec expectata juſſione præſidum, diſpoſuimus, ſi facultates pupilli, vel adulti uſque ad quingentos *a* ſolidos *b* valeant: defenſores civitatum *c* unà cum ejuſdem civitatis religioſiſſimo Antiſtite, vel alias publicas perſonas, ideſt Magiſtratus *d*, vel juridicum Alexandrinæ civitatis *e*, tutores, vel curatores creare, legitima cautela *f* ſecundum ejuſdem conſtitutionis normam præſtanda, videlicet eorum periculo, qui eam accipiunt *g*.

IUs dandorum tutorum tertiom, & noviſſimum, conſtitotione quadam Juſtiniani Græcè ſcripta, quæ iotereidit, inductum.

a Quingentos. Et infrà eujuſmodi pauper eſſe perhibetur. *l. nonnulli.* 10. *de accuſat.* quòd ſi pluris valeant, cùm majus vertatur momentom, erit utique præſidis juſſus expectandus, ut ſuprà § *præced. & Novell.* 15.

b Solidos. Aureos, ioſr. *de pæn. tem. litig.* in fin.

c Defensores Civitatum. Quinam ſint civitatum defenſores, vide in Auth. *de civit defenſor. & Cod. eod. titul.*

d Magistratus. Municipales ordinarios; Duumviros, *l.* 3. *de tut. & cur. da.* qoia ſunt loco prætoris, præſidiſve in ſingulis municipiis. *l. municipes.* 14. verb. *ſumma Reipub. commiſſa. Ad municipal. l.* 3. *de tut. dat.*

e Joridicom Alexandrinae Civitatis. Qui erat ordinarius. Vide *ff. de off. jurid. Alexandr.*

f Caotela. Hoceſt, cautione, ſatiſdatione: Qua de re vide Cujac. hìc, & ioſr. *de ſatiſd.*

g Accipiunt. Ut ſi minus idoneam cautionem exegerint, ipſi in ſubſidium teneantur. Vide *tit. de magiſtra. convenien.*

§. 5. Impuberes autem.

IMpuberes autem in tutela eſſe naturali juri *a* conveniens eſt: ut is, qui perfectæ ætatis non eſt, alterius tutela regatur. Cùm ergo pupillorum, pupillarumque tutores negotia gerant, poſt pubertatem tutelæ judicio rationem reddunt *b*.

GAoſa finalis tutelarum.

a Natorali Juri. Eſt enim jus naturæ, ut quod ſe per imbecillitatem ſui regere nequit, id alterius præſtantioris arbitrio gubernetur. Ariſtoteles *lib.* 1. *πολιτικῶν*.

b Rationem Reddont. *Tot. tit. de tut. & rat. diſtr.* hoc enim commune omnibus, qui aliena negotia adminiſtrant. Bart. in *l.* 1. §. *officio. num.* 2. *eo. tit.* Hoſt. *de oblig. ad rat. num.* 2. *per l. Si remunerandi.* 5. *l. ſi procur. mandat.* 8. elemen. 2. §. *ut autem. de relig. dom.* §. *œconomos* in Auth. *de ſanct. Epiſc.* Socin. *conſ.* 73. *circa primam. num.* 1. *vol.* 1. *per c. qualiter.*

Digitized by Google

tor. 24. *de accuſat. & conſ.* 213. *Cum præſenti. num.* 1. *vol.* 2. In eo diſcrimen, quòd tutores demum finito officio rationes putant: nam nec antè conveniri poſſunt. *leg.* 1. 2. 3. *de tut. & rat.* reliqui adminiſtratores quotannis. *dict. clement.* 2.

DE AVCTORITATE TVTORVM *.

Titulus Vigeſimus Primus.

* TUTORUM. Rectè poſuit TUTORUM, non CURATORUM: nam curatores conſenſum interponunt, non auctoritatem. *l. cum in una.* 17. §. 1. *De appellat. & in rubr. ff. eo. De auctorita. tuto. & conſen. cura.* Auctorare enim eſt legitimare quodammodo perſonam, ad actum aliquem integrè perficiendum. Ea auctoritate minori opus non eſt extra judicium, cùm perſona ejus rebus gerendis ſit idonea, ad nuptias, teſtamentum, ſtipulationem, &c. eòque extra judicium curatorem accipere non cogatur. §. 1. inſ. *De curator.* Communiter tamen tradunt DD. quia curatoris conſenſus tantùm ad commodum minoris, non etiam bono curatoris requiritur, ideo ad integrandam perſonam, inſtar auctoritatis, neceſſario in ipſo actu eum requiri. Bart. & DD. in *l. ſi quis*. 25. §. *juſſum. De acq. her.* quod à re, atque veritate diſtare, oſtendit primùm, quod dicitur in §. 1. inſ. *De pub. ſub.* puberes in tutelam ſuam venire. Deinde *l. puberes*. 101. *De verb. obl.* ubi diſertè ſcribitur, ſine curatoribus ſuis puberes obligari: facilè ut appareat, eorum perſonam integram eſſe, nec auctoritate curatoris ad contrahendum opus habere: etiamſi verum ſit, vendere eum, & alienare, aut obligare bona non poſſe. *l.* 3. *C. De minor.* Curator enim bonis datur: eòque bona, quæ illius officio ſunt commiſſa, minor abſque illius conſenſu alienare non poteſt: perſonæ verò, quia curator non datur. *l. in copulandis*. 8. *C. De nupt.* ideo reſpectu perſonæ contrahere, & ſe obligare, quemadmodum & uxorem ducere abſque auctoritate ejus, minor velut ſui juris poteſt. *d. l. puberes*. *l. ſciendum.* 20. *De rit. nupt.* quamvis beneficium reſtitutionis læſo paratum ſit. *ff. De minor. C. De in integ. reſtit. minor.* ubi dixi. Pro hoc facit & doctrina Bal. *d. l. in copulandis*, in fin. *C. De nupt.* ubi tradit, ſtatuta, quæ prohibent minores contrahere ſine conſenſu propinquorum, debere intelligi circa bona, non circa perſonam,

POſtquam, quid ſit, & quotuplex tutela, & de cauſis ejus, atque fine expoſitum eſt, commodùm ſequitur tractatio de illius effectu, qui potiſſimùm in auctoritate præſtanda vertitur. Ac primùm exponit Juſtin. quibus in negotiis auctoritate opus ſit, vel non ſit: deinde, quomodo ea ſit interponenda.

DIviditur Titulus in duas partes.

1. De materia §. 1. & 2.
2. De forma interpretandæ auctoritatis, quæ reſpicit vel { tempus §. 3. / perſonam d. §. 3. / cauſam §. 4. }

§. 1. Auctoritas autem.

AVctoritas autem tutoris in quibuſdam cauſis neceſſaria pupillis eſt, in 1
quibuſdam non eſt neceſſaria: ut ecce, ſi quid dari ſibi ſtipulentur, non eſt neceſſaria *a* tutoris auctoritas: quod ſi aliis promittant pupilli *b*, neceſſaria eſt *c* tutoris auctoritas. Namque placuit, meliorem quidem ſuam conditionem licere eis facere, etiam ſine tutoris auctoritate: deteriorem *d* verò non aliter, quàm tutore auctore. Vnde in his cauſis *e*, ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur, ut in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depoſitis, ſi tutoris auctoritas non interve-

niat:

Digitized by Google

niat: ipſi quidem, qui cum his contrahunt, obligantur; at invicem pupilli non obligantur *f*.

1. Stipulatio cur pupillo non ſit damnoſa. 2. Pupillos ſine tutore alienare nihil poſſe.

MAteria: quibus in cauſis opus ſit auctoritate, vel non ſit.

a Non Est Necessaria. *L. contra.* 29. in princ. *De pact.* Nam
1 † ſtipulatio cùm ſtipulantem non obliget, nunquam poteſt illi eſſe damnoſa: ut apud Plautum *in Pſeud. ſcen.* 6. *act.* 4. *Nullum periculum eſt, quòd ſciam, ſtipularier*: & conſequenter pupillo eſt permiſſa, §. *pupillus*. infr. *De inut. ſtipul. l. obligari*. 9. *De auctor tutor.* Ratio, quoniam in actibus concernentibus favorem pupilli, dicitur perſonam habere legitimam. Bald. & Jaſ. *l. contra juris.* 28. in princ. *ff. De pact.* Poteſt ergo donationem acceptare abſque curatore ſimiliter & mulier, cùm hoc bono ejus cedat, & alius hoc nomine contractum, & donationem ei factam impugnare nequit, ne retorqueatur in ejus odium, quod eſt in illius favorem inventum. Eademque ratione minori, & hodie fœminæ, quæ ſit in cura mariti, vel propinquorum, ex ſtatutis: de quibus Tiraq. in *legib. connub.* in fin. item prodigo, Jaſ. *l. is cui bonis*. 6. *De verb. oblig.* item cui bonis interdictum, *l.* 3. *De novat.* An idem in infante, in furioſo? non videtur, cùm conſentire nequeant, ut prodigus.

b Pupilli. Atque ita ſe alteri obligent, & obligando ſuam rem facere incipiant deteriorem.

c Necessaria Est. *L. pupillus.* 9. *De acq. hær. l. obligari.* 9. *ff. eo.*

d Deteriorem. Sive actu, ſive potentia, puta obligando, hæreditatem adeundo. Hæc enim tàm bono, quàm damno eſſe poſſunt.

e In His Causis. In quibus eſt ſynallagma contractus. *l. Labeo* 19. *De verb. ſign.* ſive principaliter, ut in actione, & ſimilibus: ſive in conſequentiam, ut in depoſito, &c. Utriuſque enim generis hic exempla proponuntur: quæ regulam non arctant, ſed declarant, *l. pen.* §. *ult. De jur. & fac. ignor.* Idem eſt in iis, in quibus non quidem obligantur, ſed tamen ſua alienant: nam † nec alienare pupilli 2
poſſunt abſque tutore, quia rem ſuam alienando imminuunt: ut in donatione, credito, &c. *d. l. obligari.* 9. *ff. eod. tit.* §. *nunc admonendi*. inf. *quib. alien. lic. vel non*. nec jusjurandum deferre, quia rerum adminiſtrandarum jus ei non competit. *l. jusjurandum*. 17. §. 1. *De jurejur.*

f Non Obligantur. *L. ſi id quod.* 7. §. 1. *De reſcind. vend. l. Julianus*. 13. §. *ſi quis à pupillo*. 24. *De act. empt. l.* 1. *De reſcind. vend.*

§. 2. Neque tamen.

NEque tamen hæreditatem adire, neque bonorum poſſeſſionem petere, neque hæreditatem ex fideicommiſſo ſuſcipere aliter poſſunt, niſi tutoris auctoritate; quamvis illis lucroſa ſit, nec ullum damnum habeant *a*.

1. Ratio, cur pupillus ſe abſque auctoritate tutoris obligare nequeat.

AMpliatio ſuperioris regulæ, ut etiam habeat locum in quaſi contractibus.

a Ullum Damnum Habeant. Nam ex hiſce cauſis quaſi ex contractu obligantur. *l.* 5. §. *heres*. *De obligat. & act.* §. *heres*.
1 inf. *De ob. quæ ex quaſ. contract.* Obligare † autem pupillus abſque tutore ſe nullo modo poteſt: cùm quia judicio caret, nec abſque tutore idoneè conſentit. *d. l. pupillus*. *l. obligari*. 9. *ff. de auct. tut. l. pupillus*. 189. *De reg. jur.* §. *pupillus*. inf. *De inutil. ſtipulat.* tum quoniam ejuſmodi obligationes licet initiò utiles appareant, damnoſæ tamen eſſe ſubinde poſſunt, §. *in extraneis*. infr. *De hære. qual. & differ.* eòque conditionem pupilli faciunt deteriorem. §. 1. ſup. *hoc tit.* tum quoniam pupilli perſona abſque tutore eſt imperfecta, ut perſonalem contrahere ſolus obligationem jure ſibi non poſſit.

§. 3. Tu-

§. 3. Tutor autem.

TVtor autem ſtatim in ipſo negotio præſens *a* debet auctor fieri *b*, ſi hoc pupillo prodeſſe exiſtimaverit *c*. Poſt tempus verò, vel per Epiſtolam, aut nuncium interpoſita tutoris auctoritas, nihil agit *d*.

1. *Tutor rerum tantùm utilium pupillo auctorem eſſe debere.*
2. *Donare eſt perdere.*
3. *Paria ſunt, non interponi auctoritatem, & non ritè interponi.*

FOrma interponendæ auctoritatis.

a Praesens. Nun tantùm corpore, ſed etiam animo, *l. 1. in fin. l. non multum. 14. ff. eodem tit.*

b Auctur Fieri. *L. obligari 9. §. pen. ff. eod. l. ſi id quod. 7 in fin. de reſcind. vend. l. nunquam. 31. de uſucap. l. ſi quis mihi. 25. §. juſſum. de acq. her.*

1 *c* Existimaverit. Nuu euim † niſi rerum utilium pupillu auctor eſſe debet. *l. 1. ff. eo.* Quod ſi non fit, valet quidem aucturitas, ſed pupillu datur reſtitutio, & tutor geſtus nomine tenetur, *l. ult. & tot. tit. C. ſi tut.* Donatiunem omnem exeipiu, in qua tutur auctor eſſe uequit. *l. 1. 9. eo. l. ab agna-*
2 *to. 12. l. ult. de cur. fur.* Donare † enim eſt perdere, *l. filiusfam 7. de donat.* quod in adminiſtratiouem venire non debet, *l. qui fundum. 7. §. ſi tutor. 3. pro emp. l. interdum. 56. §. 3. de furt. l. ult. C. ſi major fac.* Vide DD. in *l. pactum curatoris. 17. C. de pact. in l. præſes. 12. C. de tranſact.* Bal. in *l. 1. C. ſi adverſ. tranſact.* Vide, quæ dixi *in Paratit. tit. de pact.*

d Nihil Auit. Quia paria † ſunt non in- 3
terponi auctoritatem, vel non ritè interpoui, *l. nulla. 2. de auct. tut.* Non autem ritè interponitur ex intervallu: quia pertinet ad integrandam pupilli perſunam, qui per ſe contrahere nequit. *d. l. pupillus. de reg. jur.* contractus itaq; uullus eſt ex defectu perſunæ, quod autem nullum eſt ab initio, deinceps aucturitate ſubſequente nequit cuufirmari, *l. quod initio. 29. de reg. jur. l. 1. de reg. Cat.* cum ſimil. maximè hoc caſu: cùm quæ pertinent ad ſolemnitatem coutractus, iutegrandamque perſunam, ut eſt aucturitas, ea dividi à contractu non poſſunt. *l. 1. §. 1. l. continuus* cum ſimil. *de verb. oblig.* DD. in *dict. l. ſi quis. 25. §. juſſum. de acquir. hered.* Vide latè Tiraq. in *ll. connub.* in fin. ad verb. *conſentement.*

§. 4. Si inter tutorem.

SI inter tutorem, & pupillum judicium *a* agendum ſit: quia ipſe tutor in rem ſuam auctor eſſe non poteſt *b*: non prætorius tutor (ut olim *c*) conſtituitur, ſed curator *d* in locum ejus datur: quo curatore interveniente, judicium peragitur: & eo peracto, curator eſſe deſinit.

1. *Tutor quare in rem ſuam auctor eſſe non poſſit.*
2. *Pupillo agenti contra tutorem, curator, non alius tutor dandus.*

FOrma auctorandi in re tutoris propria.

a Iudicium. Aliud, quã tutelæ: nam hue finita demum tutela locum habet, *l. 4. de tut. & rat. diſtrah.*

b Auctor Esse Nun Po-
1 test. Propter † affectionem, ut uec judex, aut arbiter *l. qui juriſdictioni. 10. de juriſd.* Vide *l. 1. & 7. ff. eod.* dixi *C. ne quis in ſua cauſ.*

c Ut Olim. Ulpian. *cap. 11.*

d Curator. Potiùs † quàm tutur: cùm quia 2
tutorem habenti tutur dandus non eſt, *§. fin.* infr. *de curat.* tum quoniam huc tantùm perſonæ, & umnibus bonis; curator autem ad certum negutium, atque litem rectè datur. infr. *de curat.* & *§. datus.* infr. *de excuſ. tuto.* & *§. ad certum* ſup. *qui teſtamen. tuto.* Quanquam etiam tutor dicitur. *l. 3. 4.* & *rubr. C. de in lit. dand. tut.* quo tamen opus nou eſt, cùm plures ſunt contutores ab initio. *l. 1. C. eod. tit. de tut. in lit. dand.* ſicut communiter jure quidem duo dari ſolent, interdum & tres. *l. ſi plures. 3. ff. de admin. tut.*

Digitized by Google

QVIBVS MODIS TVTELA FINITVR,

Titulus Vigeſimus Secundus.

QVia contraria collata, magis, ut dicitur, eluceſcunt, & intelliguntur; ideo, poſtquam dixit Imperator, quomodo tutela introducatur, conſequenter ſubjicit, quibus rurſum modis finiatur: quos numero decem ordine proponit.

MOdi, quibus tutela finitur, ſunt in triplici differentia.

Communes duo.	Pubertas §. 1. Mors §. 2. verſ. *ſimili modo*.
Publici duo.	Capitis diminutio §. 2. princ. Remotio §. 2. verſ. *deſinunt*.
Priuati duo.	Adventas diei, vel conditionis *d.* §. 2. verſ. *præterea*. Excuſatio *d.* §. 2. in fine.

§. 1. Pupilli, pupillæque.

PVpilli, pupillæque cùm puberes eſſe cœperint *a*, à tutela liberantur. Pubertatem autem veteres quidem non ſolùm ex annis, ſed etiam ex habitu corporis in maſculis æſtimari volebant *b*. Noſtra autem majeſtas dignum eſſe caſtitate noſtrorum temporum benè putavit: quod in fœminis etiam antiquis impudicum eſſe viſum eſt, ideſt, inſpectionem habitudinis corporis *c*, hoc etiam in maſculos extendere. Et ideo ſancta conſtitutione *d* promulgata, pubertatem in maſculis poſt decimumquartum completum annum illicò initium accipere diſpoſuimus: antiquitatis normam in fœminis benè poſitam, ſuo ordine relinquentes, ut poſt duodecimum annum completum viripotentes *e* eſſe credantur *f*.

a COEPERINT. Primus igitur modus eſt pubertas. *l.* 1. *& ult. C. quan. tut, l. Seia.* 26. *de tut. dat. ab his.* Vide Macrob. *lib.* 1. *Satur. cap.* 6. poſt quam in ſuam tutelam venire dicuntur §. 1. infr. *de pup. ſubſt.* Nec hoc jure Saxonũ immutatũ eſt, etiamſi minor ætas, & tutela ad 21. annum durare vulgò dicatur. Nam revera poſt pubertatem tranſit ipſo jure in curationem, etiamſi perſonæ adminiſtratorum non mutentur: ut Mauſerus in praxi annotavit: quod tamen non ſatis congruit *art.* 23. & 42. *lib.* 1. Regiam tamen tutelam pupilli regis, durare longiùs, voluit Oldrad. *conſi.* 52. *Per tot.* at feudalem 13. anno Saxones terminant, *Lehenrecht cap.* 26. Gloſ. *d. art.* 23. & 42. *lib.* 1. Liberantur itaq; tutores pupilli pubertate à tutela quidem ipſo jure, non tamen ab actione, donec rationes reddiderint, & publicè per magiſtratum & ab adulto liberati fuerint, *bis ſie der Vormunde ſchafft loſgezelt*; *l. ita autem.* 5. §. *ſi tutor.* 3. *de adm. tutor. l.* 1. *C. Quand. tut. eſſe deſ. l. curatorem.* 25. *de tutor. & curat. dat.* ut enim publica auctoritate imponitur tutela ut ſup. diximus, ſic publica auctoritate videtur etiam finienda, & deponenda ex doctrina contrariorum.

b VOLEBANT. Vide Ulp. *Inſt. cap.* 11. quod jus Sax. retinet *art.* 44. *lib.* 1.

c HABITUDINIS CORPORIS. Pubes eſſet, an non: nam honeſta inſpectio non eſt improbata, ne nunc quidem. *l. minor.* 32. *de minor.* ut ex habitu corporis, & faciei, conſtitutionequе externa æſtimare aliquem puberem: puta, ſi circa os lanugo barbæ eminere incipiat, aut tota conſtitutio plures pupillaribus annos annumeret. Sic contra in *cap. atteſtationes* 10. *de deſponſ. imp.* dicitur, inſpectis pueris innotuiſſe, eos nondum duodecim fuiſſe annorum.

d CONSTITVTIONE. *L. fin. C. quand. tut. vel cur. eſſe deſ.*

e VIRIPOTENTES. Sic in *l. mulieris.* 13. *de verb. ſign.*

ſign. non quæ dominaretur viro, quod aliàs ſignificat, ſed quæ virum pati poteſt. *l. penult. Quand. dies legat.* Cicero nubiles vocat *pro Quintio* in fin. Verecundius eſt viripotentes appellare, quàm puberes. Ulp. *cit.* 11. potentes ſimpliciter appellat, quod magis etiam verecundum. Vide eundem *tit.* 20. Quanquam hoc patet latiùs pro ſubjecta materia *l. volumus.* 20. *in fin.* verb. *potentium C. de teſtam.* quoad pubertatem mas differt fœmina duobus annis, ſicut & in venia ætatis impetranda: quoad virilitatem, & infantiam pares ſunt uſque ad 7. & 25. Caſtrens. *l.* 2. *num.* 5. *C. de his qui ven. ætat. In l.* 5. *§. ait prætor. quib. ex cauſ. in poſſ. ea.* & inf. §. 1. *de pupill. ſubſt.* dicuutur etiam in ſuam tum tutelam venire propriè, ut in *l. ſi filiaf.* 51. *de leg.* 3. quòd more majorum in perpetua tutela eſſet: quemadmodum & uunc ferè jure Sax. ut dixi ad *tit. de cura. fur. num.* 5. & moribus aliarum quoque nationum. Tiraq. in princ. & fine *legum connubial.* Puberum etiam nomen juris eſt, quamvis pubertas naturæ ſit. Quamobrem ad cives, actuſque civiles refertur, quorum fœminæ uon ſunt participes. infr. *de teſt. ordin.* §. 2. verb. *civib. Romanis puperibus*, *&c.* quare nec nominis participes eſſe debent. *l.* 4. *C. de feriis.*

f CREDANTUR. *L.* 4. *de rit. nupt. l. qua ætate.* 5. *de teſt.*

§. 2. Item finitur tutela.

ITem finitur tutela, ſi adrogati ſint *a* adhuc impuberes, vel deportati *b*: item ſi in ſervitutem pupillus redigatur, vel ſi ab hoſtibus captus fuerit *c*. Sed & ſi uſque ad certam conditionem datus ſit tutor teſtamento: æquè evenit, ut deſinat eſſe tutor exiſtente conditione *d*. Simili modo finitur tutela morte vel pupillorum, vel tutorum *e*. Sed & capitis diminutione tutoris, per quam libertas, vel civitas amittitur, omnis tutela perit *f*. Minima autem capitis diminutione tutoris, veluti ſi ſe in adoptionem dederit, legitima tantùm *g* tutela perit *h*: cæteræ non pereunt *i*. Sed pupilli, pupillæve capitis diminutio *k*, licet minima ſit, omnes tutelas tollit. Præterea qui ad certum tempus teſtamento *l* dantur tutores, finito eo deponunt tutelam *m*. Deſinunt etiam tutores eſſe, qui vel removentur à tutela ob id, quòd ſuſpecti viſi ſunt *n*: vel qui ex juſta cauſa ſeſe excuſant *o*, & onus adminiſtrandæ tutelæ deponunt *p*, ſecundum ea, quæ inferiùs proponemus.

1. *Reliqui modi finiendæ tutelæ: & num.* 2. 4. 6. 7. 8.
3. *Impuberes rarò ultimo ſupplicio affici.*
5. *An vaſallus impubes feloniam poſſit committere, ut feudo privetur.*
9. *Excuſatio quando proponi poſſit.*

REliqui novem modi, quibus tutelæ finitur.

1 *a* ADROGATI SINT. Secundus † modus, arrogatio, *l. ſi arrogati.* 14. *de tutel.* nam tranſeunt arrogati in poteſtatem, & familiam arrogantis, nec remanent ſui juris, unde nec tutores habere poſſunt, ſup. *de tutel* in princ.

2 *b* DEPORTATI. Tertius modus eſt † deportatio tam pupilli, quàm tutoris, ut ſequitur paulò poſt: quæ cùm civitatem adimat, etiam jus tutelæ, quæ eſt jus civium, & actus legitimus, aufert, *l. actus.* 77. *de reg. jur.* Et nota hic interim pupillos, & impuberes ob delictum deportari, & (quia in deportationis locum id hodie ſucceſſit)
3 noſtris moribus poſſe fuſtigari: nou † tamen facilè, vel potiùs uunquam impuberes capitali pœna, & ultimo ſupplicio afficiendi ſunt: etiamſi quandoque id olim receptum fuit iu ſervis, quorum alia erat cauſa, & vilior habebatur vita, *l.* 1. *§. impubes.* 16. & *§. impuberi.* 17. *l. excipiuntur.* 14. ubi D.D. *de S. C. Syllan. l.* 1. in fin. *C. de falſ. mon. cap.* 1. *&* 2. *de delict. puer. clem.* 1. *de homicid.* Dec. iu *l. ferè* 153. *n.* 2. *de reg. jur.* Iaſ. in Auth. *ſacramenta. nu.* 15. *C. ſi adver. ven.* Gandin. *in tract. malefic. de pœn. reo. num* 30.

c CAPTUS FUERIT. Quartus † modus, ſervitus: quia ſervo, qui non habet liberum caput, ſed eſt in poteſtate domini, tutor eſſe nequit: & nota, pupillum ingratitudinem committere tantam poſſe, ex qua iu ſeruitutem redigatur. † 4
Hinc quærunt, an vaſallus impubes feloniam committere queat, unde feudo privetur? Aug. & Fab. hìc. Feudiſtæ *in c.* 1. *§. præterea. de prob. feud. alien.* per Feder. qui concludunt, committere poſſe faciendo, non etiam omittendo, vel negligendo. 5

d EXISTENTE CONDITIONE. Quintus, † ſi conditio extiterit, ſub qua datus erat: quomodo teſtamento dari tutor poteſt, non etiam à judice, *l. actus.* 77. *de reg. jur.* ut ſupra dictum eſt ad *tit. qui teſta. tut.* 6

e VEL TUTORUM. Sextus † modus, mors tàm tutoris, quàm pupilli. *l. niſi finita. de tutel. & rat. diſtra.* quia deſinit eſſe caput, & ſolvitur relatio, 7

Digitized by Google

quæ eſt inter pupillum, & tutorem: illius morte
omnis tollitur hujus tutela, quam ſuſtinet. *l. 1. C.*
ſi quis ignor. rem minor. eſs. nam alius nihilominus tu-
tor pupillo dandus eſt. *l. 4. C. in quibus cauſ. tut. hab.*
§. 2. ſup. *de Attilia. tut.*
8 *f* Tutela Perit. Septimus † capitis dimi-
nutio, mors civilis. *l. Deo. 56. C. de Epiſc. & Cler.*
de qua ſup. ad *tit. quibus mod. jus patr. poteſt.*
g Legitima Tantum. Ex l. 12. tab. §. *ult.*
ſup. *de leg. ag. tut.* agnatorum, non patronorum.
Cujac. ad Ulpia.
h Tutela Perit. Quoniam perit agnatio,
ob quam legitima tutela datur. Vide *l. tutelas. 7. ff.*
de cap. diminut.
i Non Pereunt. Quòd non dentur ob agna-
tionem, & imponantur tàm patribus, quàm filiisfa.
l. 9. de his, qui ſunt ſui, vel alien. Nihil igitur obeſt,
hoc modo tutorem eſſe capite minutum.
k Diminutio. Qua ſcilicet tranſit in alienam
familiam: nam ei, qui ſui juris amplius non eſt,
neutiquam poteſt eſſe tutor, ut ſupra eſt expoſi-
tum.
l Testamento. Nam aliter hoc modo dari
non poteſt, *§. ad certum.* ſupr. *de his qui teſt. tut. l. actus.*
77. de reg. jur.
m Deponunt Tutelam. Octavus modus.
n Visi Sunt. Nonus modus.
o Excusant. Decimus modus.
p Deponunt. Nam † excuſatio pro varie- 9
tate rerum proponi poteſt, vel initiò delata tute-
la, vel etiam poſt eam ſuſceptam. Vide infr. *de ex-*
cuſ. tutor. Officium tutoris finem etiam accipit cu-
ratoribus conſtitutis. *l. à tutoribus. 33. §. officium. de*
adm. tutor.

DE CURATORIBUS,

Titulus Vigeſimus Tertius.

1. *Continuatio Tituli.*
2. *Curator unde dicatur, & quis.*
3. *Curatorum duo genera.*
4. *Cauſa, & num. 5. 6. 7. 8.*
9. *Effectus curæ.*
10. *Differentia tutelæ, & curæ.*

1 Sicuti † in poteſtate tutorum ſunt
impuberes ſui juris, ita puberes
in curatione curatorum uſque ad
annum 25. in prio. ſupr. *de tutel.*
l. 3. C. de in integ. reſt. l. 1. de minor.
quare de his nunc ordine agit: ac
promiſcuè exponit, quibus, & à
2 quibus, quando, & quomodo curator detur. Ut †
autem tutor dicitur à tuendo, ita curator, & cu-
ratio (ſic enim Juſtin. in §. 2. infr. eod. appellat) à
curando: tueri ad perſonas, curare ad bona reſpe-
ctum habet, *l. ſciendum. 20. de rit. nupt.* Curatio eſt
poteſtas, non vi patria, ut tutela, ſed ſimilis po-
teſtati politicæ magiſtratuum, & adminiſtratorum.
l. 2. 3. de admin. rer. ad civi pertinent. ad bona mino-
ris, vel alterius, qui ejuſmodi cura indiget, præ-
cipuè adminiſtranda, curandamque ſecundo loco
3 perſonam, jure civili conſtituta. Qui hanc † po-
teſtatem habent, curatores dicuntur: quorum ge-
nera duo ſunt: alii namque curatores legitimi, alii
dativi. Ulpian. *cap. 12. de curato.* Legitimi dantur
à lege proximis agnatis, prodigis, aut furioſis,
etiam natu majoribus. §. *in hac.* in Auth. *ut qui ſe*
oblig. §. 2. *hoc tit. l. 1. ff. de cur. fur.* Dativi minori-
bus 25. annis præficiuntur à magiſtratibus. Nam
teſtamento curator non datur, §. 1. *hoc tit.* Eorum
quoque vice quos lex dat furioſis, magiſtratus ho-
die dare ſolent ex inquiſitione, §. 2. *hoc tit.* ut om-
nis curatio ſaltem jure recentiore videri poſſit da-
tiva. A materia alius generalis, alius ſpecialis. *l.*
penul. C. Qui dar. tutor. vel curat. poſs. item alius cu-
rator in litem. *Kriegiſch Vormunde*, cujus offi-
cium finitur lite finita. *Landr. lib. 1. art. 47.* Ne
curatorem quidem habenti alius adjungitur, niſi
ex cauſa. *l. curatorem. 10. C. Qui dar. tutor. §. ad cer-*
tum. ſupr. *Qui teſt. tutor.* Etiam filius patri datur,
qui ſolummodò adminiſtrat. *l. his qui. 12. de tutor. dat.*
Ad officium curatoris non pertinet, nubat pupilla,
an non. *l. ſciendum. 20. de rit. nupt.* Cauſa † igitur 4
efficiens eſt lex, & magiſtratus. Cauſa † προκαταρκτικὴ, 5
tum indigentia minoris, aut ſimilis perſonæ, tum
voluntas. Nam invito minori curator non datur,
niſi ad litem, §. 1. *hoc tit.* Eſt facti, ergo non præſu-
mitur habere. Jaſ. *l. de die. 8. §. 1. Qui ſatiſd. cogan.*
Materia, † bona minoris aut omnia, aut ſingula, 6
§. 1. *hoc tit. l. non tantum 7. de tut. & cur.* Curator per-
ſonam non negligit, imò perſonæ datur, quando
opus, & ſe regere nequit. *l. 2. de curat. furioſ. l. 2. de*
poſtuland. l. conſilio. 7. de curat. furioſ. l. dabimus. de
privileg. creditor. Eandem fidem, & diligentiam
debet, quam tutor, ut patet ex *tit. ſequ. & de*
adminiſt. tutor. vel curator. tex. l. penult. de eo, qui pro
tutor. l. pro officio. 20. C. de adminiſt. tutor. l. fin. In quib.
cauſ. pign. Forma † dandi eadem eſt, quæ in tu- 7
tela, §. 1. *hoc tit. l. fin. C. de admin. tut. tot. tit. de*
ſatiſd. tut. † Finis, ut bona curentur: nam cura- 8
tor bonis præcipuè datur, *l. in copulandis. 8. C. de*
nupt. etiamſi perſonam quoque curare debeat, *l.*
conſilio. 7. in princ. de cur. fur. † Effectus idem, 9
qui ferè tutelæ: nam curatorem habens pupillo
penè comparatur, *l. ſcire. 13. de excuſ. tutor. l. 3.*
C. de in integr. reſtit. l. 1. de tut. & cur. furioſ. dan.
Diſtat † tamen in paucis. Primò cauſa efficien- 10
te: tutor teſtamento datur, curator non item:

§. 1.

§. 1. *hoc tit.* tutor iovitis datur, curator voleotibus. Secundò materia: tutor datur omnibus bonis, §. *datus*. 17. iofr. *de excuſ. tut.* curator etiam rebus ſingulis, §. 1. *hoc tit.* Tertiò fine: tutor perſonæ datur, curator rebus, *l.* 8. *C. de nupt. l. ſciendum.* 20. *de rit. nupt. l. cum plures.* 12. §. 3. *de adminiſt. tut.* Quartò effectu: tutor enim majorem poteſtatem habet, quàm curator, *d. l. in copulandis.* 8. *C. de nupt.* abſque tutore pupillus non obligatur, abſque curatore minor, ut ſup. dictum eſt in princip. *de auct. tut.* Affines ſunt curatores bonorum debitoris. Diſcrepant tamen in multis, *l. inter bonorum*. 48. *de adminiſt. tut. l. idem privilegium*. 6. *de privil. cred.* prout multas differentias ponit gloſſ. *l.* 2. verb. *rata*. *de curator. bon. dand.* Finitur majore ætate minoris ipſo jore. Specul. *de cur.* §. *fin. n.* 3.

CVm duplex ſit cura, alia legitima, & alia dativa, & de otraque in hoc Titulo agatur; ideo Titulum in duas ſegrego partes.

1. De dativa cura, quæ vel eſt { Regularis, & datur minoribus §. 1. / Irregularis, & datur pupillis §. 3.

2. De legitima, quę datur vel { Morbo intrinſeco laborantibus cum inquiſitione §. 2. princ. / Morbo extrinſeco gravatis citra inquiſitiouem d. §. 2. verſ. *ſed & mente captis*.

§. 1. Maſculi quidem.

MAſculi quidem puberes, & fœminæ viripotentes, uſq; ad viceſimum quintum annum *a* completum *b* curatores accipiunt *c*: quia licet puberes ſint, adhuc tamen ejus ætatis ſunt, ut ſua negotia tueri non poſſint *d*. Dantur autem curatores ab eiſdem Magiſtratibus, à quibus & tutores *e*. Sed curator teſtamento non datur *f*: datus tamen confirmatur decreto prætoris, vel præſidis *g*. Item inviti adoleſcentes, curatores non accipiunt *h*, præterquàm in litem *i*. Curator enim & ad certam cauſam dari poteſt k.

1. *Ratio diverſitatis inter mares, & fœminas, quoad liberationem tutelæ, aut curæ.*
2. *Cauſa impulſiva tutelæ.*
3. *Minor ab anno 14. jus faciendi teſtamenti conſequitur.*
4. *Accipiens curatorē olim præſumebatur prodigus.*
5. *Minoribus liberam rerum adminiſtrationem non permitti.*
6. *Minores perſonam legitimam ſtandi in judicio non habere.*
7. *Differentia inter tutorem, & curatorem.*

1 *a* VIceſimum Quintum Annum. Eſt igitur † diſcrimen ætatis inter mares, & fœminas, quoad totelam: nam hæ uſque ad 12. illi uſque ad 14. annum in tutela exiſtont: quo ad curam non item: nam uterque ſexus ex æquo uſque ad 25. annom curatorum aoctoritate regitur, etſi eoim corpore citiùs adoleſcunt fœminæ, non tamen animo, judicio, & prudentia antevertunt: quare nec beneficio reſtitutionis citiùs, quàm mares erant privandæ; & cùm non ſint maribos ad eam uſque ætatem prudentiores, certè nec bonorum adminiſtratio temerè illis eſt committeoda.

b Completum. *L.* 3. §. *minorem. de minor.*

c Accipiont. Olim ex l. Lectoria, & ob joſtam cauſam, puta prodigalitatis timorem: hodie indiſtinctè, etiam citra cauſæ cognitiooem, ex conſtitotione Antonini Philoſophi, ut tradit Capitol. *in ejus vita.* & facit *l.* 1. *de minor.*

2 *d* Non Possint. Ratio † & cauſa impulſiva: de qua in *l.* 1. *de minorib.*

e Tutores. A municipalibos. *L.* 3. *de tut. dat. ab his &c.*

f Non Dator. *L. curatorem.* 6. *C. de nego. geſt.* Nam minor † à 14. ætatis anno conſequitur jus faciendi teſtamenti, *l. qua ætate*. 5. *de teſt.* 3
& venit in ſuam tutelam. §. 1. inf. *de pupill. ſubſt.* quod illi jus publicum pater ampliùs auferre nequit, nec ei teſtamentum circa coram, aut aliax vitæ partes condere io illam ætatem, qua ipſe jam ſibi facere illud poteſt, *l.* 2. *de vulg. & pup.*

g Vel Praesidis. Quaſi is ſit maximè idoneus, quem pater (qui præſumitur optimè proſpicere liberis, *l. fin. C. de cura. fur. l. nec in ea.* 22. *de adulter.*) approbarit, & elegerit, *l.* 2. *C. de confirm. tut. l. tutela.* 7. *C. de teſta. tut.* Quò pertinet ooſtrorum regula, ubi lege poteſt dari curator, ibi & teſtamento. Bald. & Caſt. *l. curatorem*. 6. *C. de neg. geſt.*

h Non Accipiont. Etenim † olim exiſti- 4
matio accipientium curatores ſuggillabatur, quaſi prodigorum, & rebus ſuis non rectè conſulentium. Ulp. *cap.* 12. Capitol. *in vita Antonini*. Noluit igitur invitos lex cogi, & conſuluit pudori

5 ætatis. Quanquam † autem invitis non detur curator, tamen propter ætatem libera rerum adminiſtratio, & alienandi bona poteſtas, abſque curatore illis non permittitur, quamvis rem ſuam benè gerentibus, *l. 1. de minor.* ne ante juſtam ſcilicet ętatem beneficio reſtitutionis excludantur. Poteſt etiam judex invitis ex juſta cauſa, ut quòd ipſi gobernationi non ſufficiant, & timeatur prodigalitas, curatorem præficere, *d. l. 1. de minor. l. 1. C. qui pet. tutor.* ut ſequitur in *§. ſequ. & l. fin. C. de legit. tut.* Ulp. *tit.* 12.

6 *i* IN LITEM. Nam † ſolus non habet legitimam perſonam ſtandi in judicio, *l. 2. C. qui leg. perſ. l. 1. §. 1. de poſtu. minor. l. ult. §. neceſſitate. C. de bon. quæ. lib. l. 2. C. qui leg. perſon. l. contra. 54. de re judic.* itaque ſive agere velit, ſive conveniendus eſt, à creditoribus fortè, dandus ei tutor eſt. *tot. tit. de cura. bon. dan.* Bald. *conſ.* 25. *Tres ſunt caſus, num. 2. vol.* 4. ſicut & in mulieribus ſervatur. Sax. *conſt.* 15. in princ. *par.* 2. Ex quo intelligi poteſt, in majoris momenti negotiis, præſertim publicis, non habere minores liberam rerum ſuarum adminiſtrationem: quomodo nec apud nos Sax. mulieres, quamvis adultæ, in alienationibus, & judiciis habent, *d. conſt.* 15. excipe fortè cauſas matrimoniales *c. fin. de judic. in* 6. ubi vidi abſque tutore agere, nec hìc obtinere, *l. contra. 24. de re judic.*

k DARI POTEST. *L. non tantùm. 7. de tut. & cur. dat.* & nota † hinc differentiam inter tutelam, 7
& curam. Tutor perſonæ datur, curator bonis, *l. in copulandis. 8. C. de nupt.* Tutor univerſis bonis datur, curator etiam ad certam rem, puta litem: ut hìc & *§. ad certum.* ſup. *qui teſta. tut. §. datus.* inf. *de excuſat. tut.*

§ 2. Furioſi quoque.

FVrioſi *a* quoque, & prodigi *b*, licet majores viginti quinque annis ſint *c*: tamen in curatione ſunt agnatorum, *d* ex lege duodecim Tabularum *e*. Sed ſolent *f* Romæ præfectus urbi, vel prætores, & in provinciis præſides, ex inquiſitione *g* eis curatores dare. Sed & mente captis *h*, & ſurdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant, quia rebus ſuis ſupereſſe *i* non poſſunt, curatores *k* dandi ſunt *l*.

1. *Furioſi qui, remiſſivè.*
2. *Prodigi qui, remiſſivè.*
3. *Differentia inter mente captos, & furioſos.*
4. *Furioſis à magiſtratu curatores dari.*

QUomodo furioſis, prodigis, & mente captis, atque aliis id genus, & à quibus curatores dentur.

a FURIOSI. Quoniam loco abſeotis ſoot. *l. 1.* ubi Gloſſ. verb. *furioſi.* cum ibi alleg. *C. de curat. furioſ.*
1 Quinam † ſint furioſi, vide in *l. 5. de regul. jur.* Doct. in *l. pen. C. qui teſtamen. fac. c. fin. de ſucceſ. ab inteſt.* Alexand. *conſ.* 54. *volum.* 1. & in *l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ſolu. matrim.*

2 *b* PRODIGI. Quinam † ſint prodigi, vide in *l. 1. de cura. fur. l. is cui bonis. 6.* ubi Doct. *de verb. obl. §. præterea.* infr. *quibus non eſt permiſſ. l. 1.* ubi Gloſſ. verb. *prodigi. de curat. furioſ.*

c ANNIS SINT. Nam minoribus datur curator, ut aliis ætate necdum adultis non ut vitioſis, ot vitium tegatur, ubi alia cauſa dandi honeſtior, & naturalis præſtò eſt. Gloſſ. 1. *l. 1. C. de curat. fur.*

d AGNATORUM. *L. 2. C. de cur. fur.* ubi Gloſſ. verb. *ad Agnatum.*

e DUODECIM TABULARUM. *L. 1. de cur. fur.* Cicer. *in 3. Tuſcul. & ad Heren. lib.* 2. Ulpian. *cap.* 12. quanquam ex l. 12. Tab. videtur fuiſſe quædā tutelæ potiùs ſpecies: cùm, auctore Cicer. *de Inven.* l. 12. Tab. voluerit, ut in iis (quod eſt tutelæ) eorumque pecunia, agnatorum, gentiliumque poteſtas ſit. Cæterùm I. C. qui legem 12. Tab. interpretati ſunt, *l. 2. §. 2. de orig. jur.* potiùs ſententiam, quàm verba ponderantes, hoc de curatione interpretati ſunt, *l. 1. de cur. fur.* Ulpian. *cap.* 12. quæ certè majori ætati rectiùs congruit, quàm tutela. Itaque ubi convenit materia, tutelæ nomen curationem ſignat, *l. 9. de tut. dat. l. 5. de curat. fur. l. 12. de tut.* Quòd ſi pater his dederit curatorem, confirmari debet, & ex patris datione, ac decreto præſumitur furioſus. Joſeph Ludovic. *deciſ. Peruſ. 1. num. 4. 16. cum ſeq.*

f SOLENT. Notat hoc verbum conſuetudine magis, quàm certa perlata lege hoc invaluiſſe: quę cùm derogarit legi 12. Tab. *l. de quibus. 31. de legib.* eſt hodie ona tantùm curationis ſpecies, videlicet dativa: nam ſæpè legitimi ſunt inhabiles, ut prætorem dare neceſſe ſit, ut alius ſit ex lege, alius ex datione *l. ſæpè. 13. de curat. furioſ.* ubi hæ duæ ſpecies diſtinguuntur.

g EX INQUISITIONE. De hac inquiſitione vide inf. *de ſatiſd. tut.*

h MENTE CAPTIS. Qui † à furioſis dif- 3
ferunt: nam in his eſt rabies, illi ſunt ſine rabie. Vide Bald. in *l. humanitatis. 9. C. de imp. ſub.* in *l. 2. C. de cur. fur. l. ſi furioſi. 25. C. de nupt.*

i SUPERESSE. Hoceſt, præeſſe, proſpicere, phraſi Græca, ut in *l. 2. de cur. fur. l. his qui. 12. de tut. & curat.*

k Cu-

k CURATORES. Ex agnatis, ſi ſint aliqui idonei: aliàs etiam extranei, *l. 3. §. 1. de tut. dat. ab his*, *l. 5. C. de cur. fur.* Ulp. *cap.* 12.

l DANDI SUNT. Lege 12. furioſi, & prodigi ſunt in curatione Agnatorum: ut dictum eſt, &
4 probat *l. 1. de cur. fur.* Sed † quia cognitione, & declaratione opus eſt magiſtratus, ut cognoſcat, decernatque, an quis furioſus ſit, & prodigus, item utrum legitimus ſit habilis, an non, *d. l. ſæpè. de cur. fur.* velut & in ſimilibus factis, de quibus jus diſponit, facti tamen cognitionem, & declarationem præſupponit, *c. cum ſecundum.* 19. *§. fin. de heret. in* 6. Jaſ. *nu.* 3. 4. & Doct. *l. 3. §. pen. quod quiſque jur.* ideo receptum eſt, ut illis à magiſtratu, ex lege tamen curator detur. Horum autem ad exemplum amentibus, & aliis, qui ſuis rebus ſupereſſe non poſſunt, curator à magiſtratu datur, quamvis de his nihil in lege cautum fuerit: ex rationis paritate, *l. non poſſunt.* 12. cum ll. ſeqq. *de legib.* Hæc igitur curatio opus habet cognitione cauſæ, ut (quemadmodum poeta ait)

—— adimat jus

Prætor, & ad ſanos redeat tutela propinquos.

Quia ex cauſa datur accidentali, nec perpetua: quanquam non præſumatur, niſi probetur, *l.* 2. ubi Doct. *C. qui teſtam. fac. poſs. c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* Probatio autem cauſæ cognitionem requirit, *l. minor.* 18. *l. in cauſa.* 16. *de minor.* Minorum curatio ea cognitione non opus habet, quia datur ex cauſa naturali, & perpetua ætatis minoris: quæ vel ex aſpectu probatur, & conſtat, *l. minor.* 32. *de minorib.*

§. 3. Interdum autem.

INterdum autem & pupilli curatores accipiunt, utpotè ſi legitimus *a* tutor non ſit idoneus *b*: quoniam habenti tutorem *c* tutor dari non poteſt *d*. Item ſi teſtamento datus tutor, vel à prætore, aut præſide *e* idoneus non ſit ad adminiſtrationem, nec tamen fraudulenter negotia adminiſtret *f*, ſolet ei curator adjungi. Item loco tutorum, qui non in perpetuum *g*, ſed ad tempus à tutela excuſantur *h*, ſolent curatores dari. Quòd ſi tutor adverſa valetudine, vel alia neceſſitate impediatur, quòminus negotia pupilli adminiſtrare poſſit, & pupillus vel abſit, vel infans ſit *i*: quem velit *k* actorem *l*, periculo ipſius tutoris *m*, prætor, vel qui provinciæ præerit, decreto conſtituet *n*.

1. *Regula*, Tutorē habenti tutorem non eſſe dandum, *ubi ſit locus: & ratio. num.* 2.
3. *Legitimo tutori ob fraudem tantùm, curatorem adjungi.*
4. *Tutor ante litem conteſtatam non conſtituit curatorem, ſed actorem: & quæ ſit ratio.*
5. *Nominans aliquem pro tutore, cenſetur idoneum velle præſtare.*

CUrator quando detur pupillis.

a LEGITIMUS. In hoc potiſ-
1 ſimùm eſt vera † regula, tutorem habenti tutorem non eſſe dandum: nam cùm ipſe legitimus ſit proximus hæres, non debet ei invito in bonis adminiſtrandis, ad quæ ſpem ſucceſſionis habet, alius tutor ſurrogari, ne per remotionem contumelia propinquo, & proximo, atque ideo rebus his gerendis digniſſimo, fiat. *l. ſi tutor.* 9. *de ſuſpec. tutor.*

b IDONEUS.. Ob egeſtatem, & dignitatem, aut valetudinem, aut diffuſum pupilli patrimonium, *l. fin. C. in quib. cauſ. l. quoties.* 9. in fin. *de admin. tut. l. pietatis.* 6. *C. de ſuſpect. tut. l. teſtam.* 11. *C. de excuſ. tut. l. ſolet.* 13. *de tutel.*

c TUTOREM. Secus, ſi aut ſe excuſet, *l. cum in una.* 17. *§.* 1. *de appellat. l. ſi quis tutor.* 15. *de tutel.* aut aliquo caſu eò redigatur, ut tutor amplius eſſe non poſſit: propter furorem fortè, aut aliam cauſam: tunc enim non curator, ſed alius tutor dandus eſt, *l. 4. C. in quib. cauſ.*

d NON POTEST. *L. ſi ſororis.* 9. *C. qui dar. tut. poſs. l. cum jure.* 9. *C. qui pet. tut. l. 4. C. in quib. cauſ. tut.* Nam † cùm tutor perſonæ, & univerſis bonis de- 2
tur, *§. datus.* infr. *de excuſ. tut.* non poteſt hoc jus altero tutore appoſito, illi auferri, vel minui, quandiu tutor eſt: eo tamen volente id fieri poſſe videtur, *l. tutores qui.* 39. *§. patruus.* 8. *de adm. tut. l. propter.* 21. in fin. *de excuſ. tut.* Nam volenti non fit injuria, *l. venditor.* 11. *C. de reſcin. ven.*

e AUT PRAESIDE. Loquitur † de teſtamen- 3
tario tutore, & dativo: nam legitimo ob propinquitatem ſanguinis, & affectionem, non tàm facilè ex hac cauſa, ſed tantùm ob fraudem curator adjungitur, *l. ſi tutor.* 9. *de ſuſpect. tutor.*

f ADMINISTRET. Etenim ſi fraus appareat, hi ut ſuſpecti removentur, *l. pietatis.* 6. *C. de ſuſp. tut. l. 1. §. 3. de ſuſp. tut.* legitimo verò curator, ut dixi, adjungitur, *d. l. ſi tutor.*

g NON IN PERPETUUM. Nam ſi in perpetuum excuſarentur, alius dandus tutor eſſet, *l. quæſitum.* 12. *de tutel. l. in omnem.* 15. *de tut. & cur. dat. ab his*, *l. 2. C. in quib. cauſ. tut. hab.*

h Ex-

Digitized by Google

h Excusantur. Puta ob legationem, aut aliam juſtam abſentiam. Vide *l.* 1. & 2. *C. in quib. cauſ. tut. hab.*

i Infans Sit. Quia ſi præſens ſit, & rem intelligat, poteſt velut dominus procuratorem auctore tutore conſtituere, *l. neque.* 11. *C. de procur.*

k Quem Velit. Ipſe videlicet tutor.

4 *l* Actorem. † Tutor non conſtituit procuratorem ante litem conteſtatam, quia dominus nondum eſt, ſed tantùm actorem: ut latiùs exponitur in *d. l. neque.* 11. *C. de procurat. &c.* dixi in *Paratitlis ad tit. ff. de procur.* Sed quare non potiùs adjungitur illis curator? nempè quòd curator detur invito tutore, qui non ſit idoneus: at tutor impeditus valetudine, aut alia juſta cauſa, non eo minùs officio eſt aptus. Quare cùm petit ſibi ſocium adjungi, potiùs illi actor adjungitur, ejus periculo, quàm curator, qui illius periculo non adminiſtraret. Vide *l. decreto.* 24. *de admin. tut. l.* 1. *C. de act. à tuto. dan.* Cæterùm de diſcrimine actoris, curatoris, adjutoris, qui variè tutori ſurrogantur, vide Cujac. hìc.

m Ipsius Tutoris. † Quoniam ejus velut 5
procurator eſt futurus, qui periculo mandantis ſemper adminiſtrat.

n Constituet. Favore pupillorum, auctoritas, & quædam cognitio judicis intervenit, ut diſpiciat, an idoneus actor nominatus.

DE SATISDATIONE TVTORVM, VEL CVRATORVM,

Titulus Vigeſimus Quartus.

Hactenus dixit ſigillatim de tutoribus, & curatoribus: nunc communia quædam utriſque jura, ſatiſdationum, excuſationum, ſuſpicionum, conſequenter exponit: quod minimè in jure novum eſt, ut *ff. com. præ. C. com. utriuſ. jud. & com. de legat. & fideicom.* ac primò de ſatiſdationibus. Satiſdatio autem non eſt de ſubſtantia tutelæ, & ideò in alio judicio diſceptari poteſt, *l. univerſa.* 4. *C. de precib. imp. offer. l. de die.* 8. *§. ſi neceſſe. Qui ſatiſd. cogan.* nec requiritur ad inchoationem naſcentis officii, ſed executionem officii in eſſe producti, *l.* 1. *de uſufruct.* Specul. *de tutor. §. generaliter*: ideo tutor, qui non ſatiſdedit, nihilominus tenetur, *l. ſi tutor.* 4. *C. in quib. cauſ. in integ. reſt.* & ideò conditio, ſi ſatiſdetur, non ſuſpendit. Dec. *l. in omnibus.* 14. *num.* 7. *de reg. jur.* Gloſſ. *Landr. lib.* 1. *art.* 23.

Diviſio Tituli duo complectitur capita:
1. Qui ſatiſdare teneantur §. 1. & 2.
2. De effectibus ſatiſdationis §. 3.

§. 1. Ne tamen.

Ne tamen *a* pupillorum, pupillarumve, & eorum, qui, quæve in curatione ſunt, negotia à tutoribus, curatoribuſve conſumantur, vel diminuantur: curet prætor *b*, ut & tutores, & curatores eo nomine ſatiſdent *c*. Sed hoc non eſt perpetuum. Nam tutores teſtamento dati *d*, ſatiſdare non coguntur *e*: quia fides eorum, & diligentia ab ipſo teſtatore *f* approbata eſt. Item ex inquiſitione tutores, vel curatores dati *g*, ſatiſdatione non onerantur *h*, quia idonei electi ſunt *i*.

1. Cau-

1. Cauſa finalis ſatiſdationum.
2. Satiſdatio quomodo fiat, & remiſſivè.
3. Tutores, & curatores teſtamentarios ſatiſdare non cogi. & num. 4.
5. Tutores ex inquiſitione à quibus magiſtratibus dari conſueverint.

1 *a* NE TAMEN. Ratio, † & cauſa finalis, cur ſatiſdationes ſint introductæ, *l. cum pupillus*. 9. *& tot. tit. rem pupil. ſal. for.*

b PRAETOR. Ad quem, velut honorarium tutorem, & inſpectorem præcipuum hæc cura meritò pertinere debet, *l.* 1. *&* 2. *ff. rem pup. ſal. for.*

2 *c* SATISDENT. † Datis ſcilicet fidejuſſoribus caveant, *l.* 1. *ff. qui ſatiſd. cogan.* qui tutorum nomine promittant rem pupilli ſalvam fore, *d. l. cum pupillus*. 9. *ff. rem pup. ſal. for.* hoc enim eſt ſatiſdare, Vide *tit. qui ſatiſd. cog. & ff. rem pup. ſal. for.*

3 *d* DATI. Item † curatores ex teſtamento confirmati, *l. ſi filio*. 6. *de confirm. tuto.*

e NON COGUNTUR. *L.* 4. *l. teſtamento*. 17.
4 *de teſtam. tutel. l. pen. C. qui tut. non ſatiſd.* niſi † ex inſigni calamitate, vel alia cauſa ſuſpecti fiant, *l. in confirmando*. 8. cum ll. ſeq. *de confirm. tut. l.* 4. *de teſtam. tutel.*

f IPSO TESTATORE. Qui præſumitur rectè proſpexiſſe liberis, & idoneos elegiſſe, & de cujus judicio prætor judicium ſiniſtrum facere non facilè debet, *l. ult. C. de cur. fur. l. de creationib.* 27. *C. de Epiſc. aud. l. amiciſſimos*. 36. *de excuſ. tut.*

g DATI. Puto, ut indicatum eſt ſup. ad *tit. de Attil. tut.* solùm † prætores, & præſides, ac ſupe- 5
riores magiſtratus, ex inquiſitione tutores dediſſe. Harmenop. *lib.* 5. *tit.* 11. non inferiores magiſtratus, ut municipales, *l.* 1. *de magiſtra. conven. l. Seja* 26. *de tut. dat. ab his, &c.* quia ſolius eſt imperii, & ſuperiorum magiſtratuum, cogere conſilium, in quo inquiſitio fiebat, *l.* 2. *de off. ejus, cui mand. eſt juriſd.* reliquos verò inferiores, qui conſilium cogere non poterant, & tamen jus habebant dandi tutores, *l.* 3. *de tutor. dat. ab his*, non ex inquiſitione, ſed cum ſatiſdatione tutores dediſſe, *§. ult.* infr. *tit.* 1. *§. pen.* ſup. *de Attilia. tut. l.* 1. *§. ſi curatores*. 5. *de magiſt. conven. l. fin. C. de auct. præſtan. l.* 3. *§. ſi tutor. judic. ſol.*

h NON ONERANTUR. *L.* 3. *C. de tut. qui non ſatiſd. l. bonorum*. 8. *de cur. fur.* niſi ante, vel poſt inquiſitionem abſque cautione ſatis non videantur idonei, *l. fin. C. de cur. fur. l.* 1. *§. ſi curatores*. 5. *de mag. conven. l.* 6. *§.* 1. *de tutel.*

i ELECTI SUNT. Et quidem periculo non prætoris, *§. ultim.* infr. *tit.* 1. ſed eligentium, hoceſt magiſtratuum, qui eos elegerunt, & præſidi, vel prætori tanquam idoneos nominarunt, & detulerunt, *l.* 1. 2. 4. *de mag. conven.*

§. 2. Sed ſi ex teſtamento.

SEd ſi ex teſtamento, vel inquiſitione duo, pluresve dati fuerint, poteſt unus offerre ſatiſdationem de indemnitate pupilli, vel adoleſcentis, & contutori ſuo, vel concuratori præferri, ut ſolus adminiſtret *a*: vel ut contutor, aut concurator ſatis offerens, præponatur ei, ut & ipſe ſolus adminiſtret. Itaque per ſe non poteſt petere ſatiſdationem à contutore ſuo, vel concuratore: ſed offerre debet, ut electionem *b* det contutori, vel concuratori ſuo, utrum velit ſatis accipere *c*, an ſatiſdare *d*. Quòd ſi nemo eorum ſatis offerat: ſi quidem adſcriptum fuerit à teſtatore, quis gerat, ille gerere debet *e*. Quòd ſi non fuerit adſcriptum, quem major pars elegerit, ipſe gerere debet, ut edicto prætoris cavetur *f*. Sin autem ipſi tutores diſſenſerint circa eligendum eum, vel eos, qui gerere debent, prætor partes ſuas interponere debet *g*. Idem & in pluribus ex inquiſitione datis probandum eſt: ideſt, ut major pars eligere poſſit, per quem adminiſtratio fiat *h*.

1. *In alternativis electio ei permittitur, qui convenitur.*

2. *De diviſione tutelæ.*

EXceptio à ſuperiore regula, quando videlicet teſtamentarii, vel dativi cavere debeant.

a SOLOS ADMINISTRET. Vide in *l. teſtamento*. 17. cum ll. ſeq. *de teſtam. tut. l.* 3. *de adminiſtrat. tut.*

1 *b* ELECTIONEM. Quæ † in alternativis permittitur ei, qui convenitur, *l. plerunque* 10. *de jur. dot. c. in alternativis*. 70. *de reg. jur. in* 6.

c SATIS ACCIPERE. Ab offerente.

d SATISDARE. Ei, qui offert.

e GERERE DEBET. Quia teſtator præſumitur maximè elegiſſe idoneum, *leg.* 3. §. 1. *de adminiſtrat. tutor.*

f CAVETUR. *L.* 3. *de admin. tut. l. quòd ſi fortè*. 14. §. 1. *de ſolut.*

g INTERPONERE DEBET. Hoceſt, ipſe maximè idoneum deligere debet, *d. l.* 3. *d. l. teſtamento*. 17. *de teſt. tutel.*

h ADMINISTRATIO FIAT. Aut, † ſi ipſi pa- 2
riter diſſentiant, prætor eligat, ut in *l. fi. C. com. de lega. l. & ſuum*. 8. cum ll. ſeq. *de pact.* Nam commodius eſt per unum res adminiſtrari, quàm per plures, *l.* 3. §. *apparet*. & §. *fi. de adminiſt. tut.* niſi bona ſint per regiones diviſa, *l.* 1. & 2. *C. de dividend. tutel. l. tutores*. 39. §. *patruus*. 8. *de adminiſtrat. tutor.*

§. 3. Sciendum eſt.

SCiendum eſt autem, non ſolùm tutores, vel curatores *a* pupillis, vel adultis, cæteriſque perſonis *b* ex adminiſtratione rerum teneri *c*, ſed etiam in eos, qui ſatiſdationem accipiunt *d*, ſubſidiariam actionem *e* eſſe: quæ ultimum eis præſidium poſſit afferre. Subſidiaria autem actio in eos datur, qui aut omninò à tutoribus, vel curatoribus ſatiſdari non curaverunt, aut non idoneè paſſi ſunt *f* caveri *g*. Quæ quidem tàm ex prudentum reſponſis, quàm ex conſtitutionibus imperialibus *h*, etiam in hæredes eorum extenditur *i*. Quibus conſtitutionibus & illud exprimitur, ut, niſi caveant tutores, & curatores, pignoribus captis, coerceantur *k*. Neque autem præfectus urbi, neque prætor, neque præſes provinciæ, neque quiſquam alius *l*, cui tutores dandi jus eſt *m*, hac actione tenebitur; ſed hi tantummodò, qui ſatiſdationem exigere ſolent *n*.

1. *Magiſtratus tutores dare cum ſatiſdatione, præſides cum inquiſitione: & num.* 3.

2. *Paria eſſe, utrum quid non fiat, aut non debito modo fiat.*

DE effectu, & actionibus ſatiſdationum.

a CURATORES. Et horum fidejuſſores.

b CAETERISQUE PERSONIS. Puta prodigis, valetudinariis, & denique omnibus, quorum tutelam, curamve geſſerunt. §. *œconomos*. in Auth. *de Sanctiſſ. Epiſc. clem.* 2. §. *ut autem præmiſſa. de religio. domibus.* Vide Hoſtien. in *tit. de oblig. ad ratiocin.*

c TENERI. *L.* 1. *& tot. tit. de tut. & rat. diſt. l. quicquid*. 7. *& tot. tit. C. arb. tut. l. pro officio*. 20. *C. de adm. tut.*

d ACCIPIUNT. Quaſi non probè officio magiſtratus functi ſint, qui, ut idoneè caveretur, non dederunt operam, *l. ſi pupillorum*. 7. §. *pen. de reb.*
1 *cor.* Vide *tit. de mag. conven.* & nota † hinc, magiſtratus dare tutores cum ſatiſdatione, præſides ex inquiſitione.

e ACTIONEM. Cùm neque tutores, nec eorum fidejuſſores ſunt ſolvendo, & poſt excuſſionem bonorum ſcilicet, quæ iſti poſſident, *l.* 1. *l.* 4. *de mag. conven. l.* 1. §. 2. *de tut. & rat. diſtrah.* Nam ſunt velut fidejuſſores, *tot. tit. de fid. & no. & peric. tut.* qui hoc modo in ſubſidium conveniuntur. Auth. *præſente*. *C. de fidejuſſ.*

f PASSI SUNT. Hoceſt, operam dederunt.

g CAVERI. Nota paria † eſſe, utrum quid 2
non fiat, aut non debito modo fiat, *l.* 2. *de auct. tut. l. quoties*. 6. *qui ſatiſdar. cogan. l.* 1. §. *& quidem. quod cujuſ. univer. l. hæc conditio*. 10. §. 1. *de cond. & demon.* ubi glo. verb. *conjunctiones. l. nihil intereſt*. 112. *de reg. jur. c. pen. de decim* de quo infr. §. 1. *de exhær. lib.*

lib. ubi vide, quia forma non ſervata redditur actus nullus. Menoch. *conſil.* 100. *Quæ nunc. n.*177. Seb. Vant. *in tract. nullita. tit. de null. ex defect. cita. num.* 131.

b IMPERIALIBUS. Nam ex edicto in ſolos magiſtratus datur.

i EXTENDITUR. Ita tamen, ut hæres tantùm de dolo, & lata culpa teneatur, *l.* 2. *C. de mag. conven. l.* 4. *&* 6. *ff. eod.*

k CORREANTUR. *L.* 1. §. 2. *de mag. conven.*

l QUISQUAM ALIOS. Similis ſcilicet magiſtratus, puta Conſul &c. §. 3. ſup. *de Attil. tut.*

m DANDI JUS EST. Videlicet pro jure ſui imperii, & ordinariæ juriſdictionis, §. 1. ſup. *de Attil. tut.*

n EXIGERE SOLENT. Ut † magiſtratus municipalis, deſenſores civitatum, & alii, qui 3
imperium non habent, nec conſilium exercere poſſunt, §. 2. ſup. *de Attil. tut.* & juſſu præſidum dant tutores, non ex inquiſitione (quod eſſe ſuperiorum tantùm magiſtratuum etiam hic locus indicat) ſed exacta ſatiſdatione, ut hic dicitur.

DE EXCVSATIONIBVS TVTORVM, VEL CVRATORVM,

Titulus Vigeſimus Quintus.

1. *Continuatio, & argumentum Tituli.*
2. *Excuſare ſe, quid hic denotet.*

1 DIxi † ſuperiore Titulo, Juſtinianum, poſtquam ſeparatim de tutela, & cura expoſuiſſet, inſtituiſſe ultimo loco communia quædam jura, quæ promiſcuè tàm in tutoribus, quàm in curatoribus valerent, tradere: id quod I. C. perquàm eſt familiare, ut *ff. com prædio. & C. com. utr. judic. & com. de legat. &c.* Quare perpurgatis ſatiſdationibus, quæ ex æquo tàm à tutoribus, quàm à curatoribus exiguntur, jam de excuſationibus utrorumque, & ultimo loco de ſuſpectis utriſque amovendis agit: hæc enim peræquè in curatoribus, atque in tutoribus obtinent. Excuſare † autem ſe à 2
tutela eſt deprecari onus tutelæ (quod alioquin neceſſariò ſuſcipiendum eſt, *l.* 1. *de admin. tut.*) ob probabiles, & juſtas aliquas cauſas, quæ ſua æquitate niti debent. *l.* 1. in princip. *de vacat. & excuſat. mun.* quæ hoc in Titulo ad decem, & octo ordine proponuntur: aliæ verò complures. DD. ubi vide Cujac. & *C. eod. tit.* Ac prima cauſa eſt numerus liberorum, de qua in §. 5. agit.

DIviditur in duas partes.

1. Continet juſtas excuſationis cauſas, quæ ad tria genera rediguntur: aliæ enim deſcendunt.
   - A jure naturali, & ſunt quatuor.
     - 1. Liberorũ numerus §. 1.
     - 2. Fortuna, ut
       - Paupertas §. 7.
       - Ruſticitas, ſeu ignorantia §. 9.
     - 3. Valetudo §. 8.
     - 4. Ætas vel minùs tenera, vel nimis provecta §. 13.
   - A jure publico, & ſex enumerantur.
     - 1. Adminiſtratio rei Fiſcalis §. 2.
     - 2. Dignitas magiſtratus §. 3. & 4.
     - 3. Numerus tutelarum §. 6. & 18.
     - 4. Militia §. 14.
     - 5. Profeſſio §. 15.
     - 6. Abſentia, & loci diſtantia §. 17.
   - A jure privato duæ colliguntur.
     - 1. Odium, vel
       - à cauſa Civili §. 5.
       - à cauſa Crim. §. 10. 11. 12.
     - 2. Amor §. 19. princ.
2. Formam proponendæ excuſationis, quæ reſpicit vel
   - Meritum §. 16. princ.
   - Ordinem d. §. 16. verſ. *qui autem.*
   - Tempus d. §. 16. verſ. *ſed intra.*

§. 1. Excuſantur autem.

EXcuſantur autem tutores, & curatores variis ex cauſis *a*: plerunque tamen propter liberos *b*, ſive in poteſtate ſint, ſive emancipati *c*. Si enim tres liberos *d* ſuperſtites Romæ quis habeat, vel in Italia qua-

Digitized by Google

quatuor, vel in provinciis quinque *e*, à tutela, vel cura poteſt excuſari: exemplo cæterorum munerum *f*. Nam & tutelam, & curam placuit publicum munus eſſe *g*. Sed adoptivi liberi non proſunt *h*. In adoptionem autem dati, naturali patri proſunt *i*. Item nepotes ex filio proſunt, ut in locum patris ſui ſuccedant *k*: ex filia non proſunt *l*. Filii autem ſuperſtites tantùm ad tutelæ, vel curæ muneris excuſationem proſunt: defuncti autem non proſunt *m*. Sed ſi in bello amiſſi ſunt: quæſitum eſt, an proſint. Et conſtat eos ſolos prodeſſe, qui in acie amittuntur. Hi enim, qui pro Republica ceciderunt, in perpetuum, per gloriam vivere intelliguntur *n*.

1. *Gignere, & educare liberos, munus Reipub. maximè neceſſarium, eòque ejuſmodi hominibus parcendum: quod nota ſingulariter.*
2. *De jure trium liberorum, remiſſivè: & cur à tutela excuſet. num. 4.*
3. *Diſcrimen inter Latinos ſocios, & cives Romanos, ab Antonino ſublatum.*
4. *Numerus liberorum quis, & à quibus muneribus excuſet.*
5. *Tutelam munus publicum eſſe, & privatum, diverſo reſpectu.*
6. *Adoptivos liberos ad præmia patribus olim non profuiſſe, ut nec hodie in beneficiis feudalibus curantur.*
7. *Adoptionem privilegia non tollere.*
8. *Liberos mortuos à tutela non excuſare: & ratio, ibid.*

a VARIIS EX CAUSIS. Quas hoc in Titulo ad decem, & octo recenſet.

b PROPTER LIBEROS. *L. 1. C. qui muner. lib. ſe excuſ. l. 2. §. 1. l. amiciſſimos. 36. ff. eod.* Nam gignere, †
1 & educare liberos munus eſt Reipub. neceſſarium. *l. 1. ff. ſolut. matrim.* eſt autem tantæ ſolicitudinis, atque laboris, ut hac in parte, qui bonam navat operam Reipub. ei in aliis oneribus meritò ſit parcendum. Sed & pupillorum intereſt, ne ſibi is præficiatur, qui alioqui curis domeſticis ſic diſtrictus eſt, ut rebus pupillaribus commodè vacare non poſſit.

c EMANCIPATI. Nam eadem eſt ratio, idem favor educationis in omnibus, *l. 2. §. 1. de vacat. & excuſ. mun.*

2 *d* TRES LIBEROS. Ex quo † jus trium liberorum: de quo multa apud Martialem, Plinium, & alios mentio.

3 *e* QUINQUE. Olim meliore † jure erant Roman. quàm ſocii Latini, & Latini, quàm provinciales. Hoc diſcrimen etſi Antoninus, Severi filius (quod & Cujac. ſentire videtur *Obſer. lib. 10. cap. 35.* quoad perſonas ſuſtulit, jubens omnes, qui in orbe Romano ingenui viverent, eſſe cives Romanos, *l. in orbe. 17. de ſtat. hom.* tamen apparet, aliquod diſcrimen rerum retentum eſſe: ut hìc, & infr. *de uſucap. & quibus aliena. lic.* Vide Cujac. *dict. cap. 35.*

4 *f* MUNERUM. Nam † quinque liberi excuſant à perſonalibus, *l. 3. §. quamvis. 5. de muner.* A realibus, 16. *l. ſemper. 5. § 2. de jur. immun.* A tutela tamen excuſant etiam pauciores: cùm ne debita cura liberis ſubtrahatur, qui & ipſi impuberes fortè ſint, & quibus potiſſimùm cura paterna proſpici oportet: tum etiam, quia pupillo, cui tutor commodus quæritur, non ſatis idoneè videtur profuturus pater tot liberorum educatione, & cura oneratus.

g PUBLICUM MUNUS ESSE. Eo reſpecto, † de quo hìc agit, videlicet cauſæ efficientis, & 5
ratione neceſſitatis, qua publica auctoritate etiam invitis imponitur: alio reſpectu eſt privatum, videlicet ipſo fine, quia ad privatam pupilli utilitatem directum, & accommodatum eſt, *l. 6. §. tutela. ff. eo. l. munerum 18. de munerib.*

h NON PROSUNT. *L. 2. §. 1 de vac. & excuſ. mun.* quia † S. C. cautum fuit, ne adoptivi li- 6
beri ad præmia patribus prodeſſent: ut auctor eſt Tac. *lib. 15.* Eadem ratione hodie nulla eorum habetur ratio in beneficiis feudalibus, *§. naturales*, & *§. adoptivus ſi de feud. def. cont. ſit int. dom. & agn. in uſib. feud.*

i PATRI PROSUNT. *D. l. 2. §. 1.* quoniam adoptio civilis † non tollit naturale jus genera- 7
tionis, & educationis, & per conſequens nec privilegia, *l. per adoptionem. 35. de adopt.*

k SUCCEDANT. Jure repræſentationis, ita ut etiamſi plures ſint, tamen tantùm unius patris vicem repræſentent, & pro uno filio reputentur, *l. 2. hoc tit.*

l NON PROSUNT. Illi enim ſuo patri, qui genuit, prodeſſe debent, non avo materno: cùm proxima generationis cauſa ſit pater: nec in avi materni ſint poteſtate, & familia, eòque illorum cura non propriè ad hunc nec potiſſimùm ſpectet.

m NON PROSUNT. Ceſſat † enim ratio ex- 8
cuſationis: quia nec liberi mortui ampliùs Reipub. proſunt: peræquè atque ſi nunquam nati eſſent: & horum cura nulla ampliùs impeditur pater, quòminus tutelæ vacare poſſit.

n INTELLIGUNTUR. *L. bello amiſſ. 18. h. t.* Vide Gell. *lib. 2. c. 15.*

§. 2. Item

§. 2. Item Divus Marcus.

ITem Divus Marcus in ſemeſtribus *a* reſcripſit, eum, qui res fiſci *b* adminiſtrat, à tutela, vel cura, quandiu adminiſtrat *c*, excuſari poſſe *d*.

1. *Semeſtria concilia, quæ, & à quibus inſtituta.*

SEcunda excuſationis cauſa, Adminiſtratio rerum fiſcalium.

a SEMESTRIBUS. Semeſtria
1 † concilia, auctore Suetonio, Auguſtus, & deinceps Impp. inſtituerunt, convocatis ſemel per ſemeſtre ſpatium prudentibus Senatoribus, cum quibus de Repub. de jure, & S. C. faciendis deliberarent. In his videtur & iſtud conſtitutum eſſe: quemadmodum ad Eccleſiaſticam diſciplinam tuendam, & quæſtiones, cauſaſque incidentes ritè definiendas in Concilio Antiocheno poſt eodem exemplo ſancitum eſt, ut Epiſcopi per ſingulas provincias bis in anno conveniant, binaſque ſynodos cogant. *c. de conciliis*. 3. *c. propter*. 5. *diſt.* 18.

b RES FISCI. Vel aliud principis negotium, *l. geometra*. 22. *h. t.*

c QUANDIU ADMINISTRAT. Ceſſante enim privilegii cauſa, ceſſat privilegium, ut ſuprà §. 1.

d EXCUSARI POSSE. *L. adminiſtrantes*. 41. *ff. eodem*. *l. exactores*. 10. *C. eod. l. ult. C. qui dar. tutor.*

§. 3. Item qui.

ITem qui Reipubl. cauſa abſunt, à tutela, vel cura excuſantur *a*. Sed & ſi fuerint tutores, vel curatores dati, deinde Reipubl. *b* cauſa abeſſe cœperint; à tutela, vel cura excuſantur *c*, quatenus Reipubl. cauſa abſunt: & intereà curator *d* loco eorum datur, qui ſi reverſi fuerint, recipiunt onus tutelæ *e*. Nam nec anni habent vacationem *f*, ut Papinianus *lib.* 5. *Reſponſorum* ſcripſit. Nam hoc ſpatium *g* habent ad novas tutelas vocati *h*.

1. *Tertia excuſatio à tutela.*
2. *Publica privatis anteponenda.*

TErtia, Abſentia Reipub. cauſa.

1 *a* EXCUSANTUR. Tertia † excuſatio, Abſentia Reipub. cauſa.

b REIPUBLICÆ. Non modò Romanæ, ſed qualiſcunque municipii, *l. non ſolum*. 10. *hoc tit.* & *C. ex quib. cauſ. majo.* Fortè & ex aliis abſentia, arg. à contra. *l. curator*. 11. *de tutor. da.* dummodò juſta: nam injuſta, vel acceſita, velut relegatio, non excuſat, *l. tutor*. 28. in fin. *ff. eod.* nec tutorem liberat, *l. ſive*. 32. §. *ult. de admin. tut.* Datur tamen intereà curator, ne per culpam tutoris res pupilli negligantur. *d. l. tutor.*

2 *c* EXCUSANTUR. Publica † enim privatis ſunt anteponenda. Auth. *res quæ*. *C. com. de legat. l.* 5. *C. de off. rect. l. unic.* §. *ult. C. de cad. toll. l. ſi ita*. 51. in fin. *ad l. Aquil.*

d CURATOR. Quia non deſinit eſſe tutor, *l. nec ille*. 16. *de tuto. dat.* Tutorem autem habenti tutor non datur, ſed curator. *l. in omnem*. 15. *eod. tit.* Quare quod alibi dicitur, tutorem dari, de curatore accipiendum, *l. quæſitum*. 12. *de tut. l.* 3. §. *ſi quis. de ſuſp. tut.* Cujacius hìc. Nam verba ſecundum ſubjectam materiam intelligenda, *l.* 15. §. 3. *loca.* ut de tutelæ appellatione ſuprà diximus §. 2. *de curator.*

e ONUS TUTELÆ. Non igitur in perpetuum excuſantur, ſed tantùm ad tempus, quoad ſcilicet publicum impedimentum durat. Recipiunt autem onus, hoceſt adminiſtrationem, ejuſque periculum, non tutelam: quia nunquam depoſuerunt.

f VACATIONEM. Ut ſcilicet à reditu per annum vacare poſſint: quia hoc ſpatium habent à novis muneribus, non à priſtinis ſemel ſuſceptis, *l. Titius*. 45. *ff. eod.* quæ reſumi ſtatim debent, ut ait Modeſt. in *l. non ſolum*. 10. §. 1. *ff. eod.* Vide

Digitized by Google

Cujacium *de excuſ.* Gloſſ. *l. tempus.* 4. *de vac. muner.*

g Hoc Spatium. Reſpirandi ſcilicet per annum.

h Vocati. *L.* 2. *C. eod. l. non ſolum* 10. *ff. eod.*

§. 4. Et qui poteſtatem.

ET qui poteſtatem *a* aliquam habent, ſe excuſare poſſunt *b*, ut Divus Marcus reſcripſit: ſed ſuſceptam tutelam deſerere non poſſunt *c*.

1. *Quarta excuſatio, Dignitas.*
2. *Non ſuſcepta deprecari poſſe, ſemel ſuſcepta perficienda.*

QUarta, Poteſtas.

a Potestatem. Hoceſt, imperium, *l. poteſtatis*. 215. *de verb. ſign.* Nam minores magiſtratus, qui faſces non habebant imperii, ut Tribuni olim, non excuſabantur, *l. non tantùm*. 17. §. 3. *de excuſ. tut.*

b Excusare Possunt. † Quarta cauſa excuſationis, Dignitas. 1

c Non Possunt. *D. l. non tantùm*. 17. §. 3. *ff. eod.* Multa enim † non ſuſcepta deprecari licet, quæ ſemel ſuſcepta perfici debent. §. *mandatum.* inſ. *mand.* 2

§. 5. Item propter.

ITem propter litem *a*, quam cum pupillo, vel adulto tutor, vel curator habet, excuſari non poteſt: niſi fortè de omnibus bonis *b*, vel hæreditate controverſia ſit *c*.

1. *Quinta excuſationis cauſa.*

QUinta, Lis.

a Propter Litem. Excuſationis † cauſa quinta, Lis. 1

b Omnibus Bonis, Vel majore parte, *l. propter*, 21. *ff. eod. l. ſi, ut allegas*, 16. *C. eod.*

c Controversia Sit. Facit enim ea res ſuſpectam adminiſtrationem, *dict. l. propter*. 21. *ff. eod.* Vide, quæ dixi in *Paratit. de tutel.*

§. 6. Item tria.

ITem tria onera *a* tutelæ *b* non affectatæ *c*, vel curæ *d*, præſtant vacationem *e*, quandiu adminiſtrantur *f*; ut tamen plurium pupillorum tutela, vel cura eorundem bonorum, veluti fratrum, pro una computetur *g*.

1. *Sex-*

Digitized by Google

1. *Sexta excuſationis cauſa.*
2. *Vnum tutorem pluribus fratribus dari poſſe.*
3. *Tutelas diverſas, non numerum liberorum, ſed diverſitatem patrimonii efficere.*

SExta, Tria onera tutelæ.

1 *a* ONERA. †Cauſa ſexta, Onera tutelæ.

b TUTELAE. Ad ſimilitudinem trium liberorum: nam pupilli ſunt tutori, velut liberi, quoad educationem, ſolicitudinem, & curam. Harmenop. *lib.* 5. *tit.* 11. Cæterùm ſi una tutela tam negotioſa, & diffuſa ſit, ut pro ploribus cedat; hæc quoque excuſabit. *l. ſi is qui.* 31. §. *eum.* 2. *ff. eod. titul.*

c NON AFFECTATAE. *L. unic. C. qui mom. tut.* ubi pro *Defunctoriè*, legendum eſt, *Affectatoriè*, *l. ſpadonem.* 15. §. *fin. ff. eod.*

d VEL CURAE. Sive minoris, ſive furioſi. *l.* 2. §. *fin. hoc tit.* eademque ratione duæ tutelæ cum una cura, vel duæ curæ cum una tutela excuſabunt, *l.* 2. §. *fin. l.* 3. *l. ſi is, qui* 31. *l. ſpadonem.* 15. *hoc tit.*

e VACATIONEM. Ut enim tres liberos, ita & tres tutelas in una eſſe domo ſatis eſt, *l. tria.* 5. *ff. eod.* Nec enim oimiùm unus eſt gravandos, & hoc ipſorum pupillorum iotereſt. Pluribus euim intentus, minor eſt ad ſingula ſeoſus.

f ADMINISTRANTUR. Itaque cùm pervenit tutela ad exitum, puta quòd ſemeſtre tantùm ad pubertatem ſuperſit, ea excuſationem non merebitur: quia adminiſtratio in brevi finienda eſt, *l. non tantum* 17. *hoc tit. ex ratione l. pen. de mil. teſtam.*

g COMPUTETUR. Nota, † unum tutorem pluribus fratribus dari poſſe, *l.* 3. *ff. eod.* † Item diverſas tutelas efficere oou numerum pupillorum, ſed diverſitatem patrimoniorum, *d. l.* 3. cum l. ſeq. idemque eſt in cura, *l. ſi is.* 31. *hoc tit.* etiam liberorum propriorum emancipatorum, *l. ſpadonem* 15. §. 2. *hoc tit.* 2 3

§. 7. Sed & propter.

SEd & propter paupertatem *a*, excuſationem tribui *b* tàm Divi fratres, quàm per ſe D. Marcus reſcripſit, ſi quis imparem ſe oneri injuncto poſſit docere *c*.

SEptima, Paupertas.

a PAUPERTATEM. Cauſa ſeptima, Paupertas: quæ magis excuſat, ut hìc, quam removet §. *ult.* infr. *hoc tit.* Noo enim per ſe ſuſpectum facit tutorem, ſed juſtam ei præbet deprecandi munus cauſam. Nec eoim æquum eſt, neque pupillo commodum, alienis negotiis illum præeſſe, qui ſibi ipſi nequeat ſatis ſupereſſe, ac ſuppeditare: cujuſque inopia inanem redditura ſit actionem tutelæ. *l.* 6. *de dol. mal.*

b TRIBUI. *L. paupertas.* 7. *l. poſt ſuſceptam.* 40. *h. tit.*

c POSSIT DOCERE. Neque divitiæ, neque paopertas præſumuntur: quia ſunt mera accidentia: quare qui in utravis fortuna ſe fundat, eam probare debet. Vide Jaſ. *in l. ſi verò.* 5. §. *qui pro rei. nu.* 15. & 16. *ff. qui ſatiſd. cogan.*

§. 8. Item propter.

ITem propter adverſam valetudinem *a*, propter quam ne ſuis quidem negotiis intereſſe poteſt *b*, excuſatio locum habet *c*.

OCtava, Adverſa valetudo.

a ADVERSAM VALETUDINEM. Cauſa octava, Morbus.

b INTERESSE POTEST. Limitatio. Morbum ſooticum intelligit, *l.* 1. *C. qui morb. ſe excu. l. poſt ſuſceptam.* 40. *ff. eod.*

c LOCUM HABET. Ut alius tutor detur, ſi perpetua ſit valetudo, ut furor, *l.* 1. *C. qui morb. l. poſt ſuſceptam.* 40. *de excuſa. tut.* curator, ſi temporalis, *l. idem.* 12. *l. non ſolum.* 10. §. *pen. ff. eod.* Etenim hi in illa caoſa ſunt, ut ipſis curator dari debeat. §. *ſed & mente.* ſupr. *de curato.* tantum abeſt, ut hoc aliis munus præſtare poſſint. De cæcitate dubites, *l. etiam.* 16. *de auct. tut.* Sed hoc etiam ex circumſtaotiis perſonarum, & rerum æſtimandum, an impediat ſcilicet, quominus quis commodè adminiſtrare poſſit, eòque adminiſtrare debeat. Quòd ſi imperiti literarum excuſantur, ut ſequitur § *prox.* mea quidem opinione multò magis cæcus, qui nec literis, nec aliis adminiſtrationis adminiculis neceſſariis commodè uti poteſt: & procul dubio perpetua valetudine laborat. Quare *d. l. etiam.* intelligatur de eo, qui ſe noo excuſat, nec mious commodè negotiis ſupereſt: ut de Appio legitur. *l.* 1. §. 2. *de poſtuland.*

Google

§. 9. Similiter eum.

Similiter eum, qui literas neſcit *a*, eſſe excuſandum *b*, D. Pius reſcripſit: quamvis & imperiti literarum poſſint ad adminiſtrationem negotiorum ſufficere *c*.

1. *Imperitos literarum à negotiorum procuratione non excuſari, ſed à tutela & cura: & quæ ſit ratio.*

Nona, Imperitia literarum.

a Literas Nescit. Pingere ſcilicet, *l.* 6. §. *ultim. eod.* Suet. *in Claudio cap.* 10.

b Esse Excusandum. Cauſa nona, Imperitia.

1 *c* Sufficere. Non † igitur à procuratione negotiorum excuſantur, eòque reliquis tutoribus velut adminiſtri adjungi poſſunt. *l. tàv d̀ìo.* 6. *in fin. ff. eod.* ſed tantùm à cura, & tutela: quia in his confici inventarium, & conſcribi rationem neceſſe eſt. *l. tutor.* 8. *de adminiſt tuto.* quod ab imperitis literarum commodè præſtari non poteſt.

§. 10. Item ſi propter.

Item ſi propter inimicitias *a* aliquem teſtamento tutorem pater dederit *b*, hoc ipſum præſtat ei excuſationem *c*: ſicut per contrarium non excuſantur, qui ſe tutelam adminiſtraturos patri pupillorum promiſerunt *d*. Non eſſe autem admittendam excuſationem ejus, qui hoc ſolo utitur, quòd ignotus patri pupillorum ſit, Divi fratres reſcripſerunt *e*.

1. *Contractus, vel promiſſio, morienti, vel in teſtamento alicujus facta obligat.*

Decima, Injuria.

a Inimicitias. Cauſa decima, Injuria, Vexatio, *l. unic. C. ſi prop. inim. lib.* 11.

b Dederit. Illius odio, ut inimico moleſtiam, & periculum intricata tutela creet.

c Excusationem. *L. Athleta* 8. §. *dat remiſſionem* 17. *ff. hoc tit.*

d Promiserunt. Etiamſi aliàs excuſari poſſent: videntur enim per promiſſionem excuſationibus renunciaſſe, *l. ſcire.* 3. §. 1. *h. t. l. ex ſententia.* 29. *de teſtam. tutel.* idque in ſolatium morientium ita ſervari, æquum eſt: & hinc nota, † contractum, & promiſſionem morienti, vel in teſtamento alicujus factam, obligare. De quo Jaſ. & DD. in *l. cum antiquitas.* 28 *n.* 3 *C. de teſtam. & in l.* 3. §. 1. *de lib. & poſth. & l. nemo poteſt.* 55. *num.* 23. *de leg.* 1. 1

e Rescripserunt. *D. l. ſcire.* 13. §. 1. *hoc titul.* Vide §. 13, *quos nunquam. ultim.* infr. *de her. inſt.*

§. 11. Inimicitiæ, quas.

Inimicitiæ *a*, quas quis cum patre pupillorum, vel adultorum exercuit, ſi capitales fuerunt, nec reconciliatio intervenit, à tutela, vel cura ſolent excuſare. *b*

Undecima, Inimicitiæ.

a Inimicitias. Cauſa undecima, Inimicitiæ.

b Excusare. *L. ſi duo.* 6. §. *dat remiſſionem*, *l. pennlt. hoc titul.* Paul. *lib.* 2. *titul.* 27.

§. 12. Item

§. 12. Item is, qui.

ITem is, qui ſtatus controverſiam à pupillorum patre paſſus eſt, excuſatur à tutela. *a*

DVodecima, Controverſia ſtatus.
a TVTELA. Cauſa duodecima. Habet enim juſtam offenſionis cauſam tutor: & pupilli intereſt, ne talis admittatur: jure namque metuitur fore ut injuriam à patre ſibi factam pupillo filio rependat.

§. 13. Item major.

ITem *a* major *b* ſeptuaginta annis, à tutela, & cura ſe poteſt excuſare. Minores autem vigintiquinque annis, olim quidem excuſabantur *c*: noſtra autem conſtitutione *d* prohibentur ad tutelam, vel curam aſpirare, adeò ut nec excuſatione opus ſit. *e* Qua conſtitutione cavetur, ut nec pupillus ad legitimam tutelam *f* vocetur, nec adultus: cùm ſit incivile *g*, eos, qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis egere noſcuntur, & ab aliis reguntur, aliorum tutelam, vel curam ſubire.

DEcimatertia, Aetas vel major, vel minor.
a ITEM. Cauſa decimatertia, Aetas
b MAJOR. Hoceſt, egreſſus 70. annos, non tantùm ingreſſus, *l. 2. hoc tit. l. 3. de jure immunit.*
c EXCUSABANTOR. A legitima, & dativa, non etiam teſtamentaria: ut ſupra expoſitum. §. 2. *de his, qui teſtam.*
d NOSTRA AUTEM CONSTITUTIONE. *L. fin. C. de leg. tutel.*
e OPUS SIT. Quandiu ſunt minores: nec enim excuſantur perpetuò, ſed uſque ad ætatem legitimam tutores eſſe nequeunt. Quare nunc quidem in omni indiſtinctè tutela, datur alius intereà tutor: ut §. 1. ſupr. *de Atilia tuto. l. non ſolum.* 10. §. *ſi libertus eod. l. quæro.* 51. *de teſta. tutel.* Vide ſupr. *de his, qui teſta. tut.*
f LEGITIMAM TUTELAM. Ad quam olim admittebatur. *d. l. non ſolum.* 10 *in fin. eod.*
g INCIVILE. Hanc rationem pluribus amplificat *d. l. ult.* Quanquam nec illa repudianda, quòd inutile ſit pupillo, ejuſmodi habere tutorem, qui reſtitui poſſit, interdum etiam contra pupillum. De quo *l. ſi minor.* 34. *l. verum.* 11. §. 1. *de minor.*

§. 14. Idem & in milite.

IDem & in milite *a* obſervandum eſt, ut nec volens ad tutelæ onus admittatur. *b*

DEcimaquarta, Militia.
a IN MILITE. Cauſa decimaquarta, Militia.
b ADMITTATOR. Non enim debet his privatis negotiis abduci ab Reipobl. operis militiæ præſtandis, *l. 4. C. qui dar. tut. l. ab adminiſtratione.* 8. *C. de legat. l. milites.* 31. *C. de loca. & conduc.*

§. 15. Item Romæ Grammatici.

ITem Romæ Grammatici *a*, Rhetores, & Medici, & qui in patria ſua has artes exercent, & intra numerum *b* ſunt, à tutela, & cura habent vacationẽ.

DEcimaquinta, Profeſſio.

a GRAMMATICI. Excuſatio decimaquinta, Profeſſio.

b NUMERUM. Legitimum, ac definitum, *l. ſi duas.* 6. §. 1. *cum* §§. *ſeq. hoc tit.*

§. 16. Qui autem vult.

QVi autem vult ſe excuſare, ſi plures habeat excuſationes, & de quibuſdam non probaverit, aliis uti intra tempora conſtituta non prohibetur *a*. Qui autem excuſare ſe volunt, non appellant *b*: ſed intra quinquaginta dies continuos, ex quo cognoverint ſe eſſe tutores, vel curatores datos, ſe excuſare debent *c*, cujuſcunque generis ſint, ideſt, qualitercunq; dati fuerint tutores *d*, ſi intra centeſimum lapidem *e* ſunt ab eo loco, ubi tutores dati ſunt. Si verò ultra centeſimum lapidem habitant: dinumeratione facta viginti millium diurnorum, & amplius triginta dierum *e*. Qui tamen (ut Scævola dicebat) ſic debent computari, ne minus ſint, quàm quinquaginta dies *f*.

MOdus, & tempus excuſandi: poterat autem hic §. in fine tituli collocari.

a NON PROHIBETUR. *L. propter* 21. §. 1. *hoc tit.* ſunt enim quædam exceptiones, quibus pluribus nemo uti prohibetur, *l. nemo* 8. *de except.*

b NON APPELLANT. A decreto nominationis: idque favore pupillorum, *l. tutores.* 18. *C. eod. l. ſcire.* 13. *ff. eod.* ſed bene à ſententia rejectæ excuſationis. *d. l. ſcire*, *d. l. tutores*. à reliquorum porrò munerum decreto eſt provocatio, *l. ſi ad ſcribatum.* 4 *& l. hi qui* 7. *C. de Appellat.* Vide Cujac. *lib. Obſe.* 9. *cap.* 35.

c EXCUSARE DEBENT. Alioqui ſuo periculo ceſſant.

d TUTORES. Sive teſtamento, ſive lege, ſive à magiſtratu, ſive ex inquiſitione, ſive cum ſatiſdatione.

e LAPIDEM. Hoceſt, miliare: nam lapidibus ſingula miliaria notabantur.

f QUINQUAGINTA DIES. Vide *d. l. ſcire.* 13. *hoc tit. Theoph.* hìc. *l.* 3. *de verb. ſig.*

§. 17. Datus autem tutor.

DAtus autem tutor, ad univerſum patrimonium datus eſſe creditur *a*: tamen excuſare ſe poteſt *b*, ne ultra centeſimum lapidem tutelam gerat: niſi in eadem provincia pupilli patrimonium ſit *c*.

DEcimaſexta, Abſentia, & diſtantia locorum, ac bonorum.

a ESSE CREDITUR. *L. propter.* 21. §. *licet. hoc tit.*

b POTEST. Cauſa excuſationis decimaſexta.

c PATRIMONIUM SIT. Vide *l. non ſolum.* 10. §. *& qui in teſtamento. hoc tit.*

§. 18. Qui tutelam alicujus.

QVi tutelam *a* alicujus geſſit, invitus *b* curator ejuſdem fieri non compellitur: in tantum, ut licet paterfamilias, qui teſtamento tutorem dedit, adjecerit, ſe eundem curatorem dare, tamen invitum eum curam ſuſcipere non cogendum, Divi Severus, & Antoninus reſcripſerunt *c*.

Decima-

DEcimaſeptima, Tutelæ geſtio, quæ à curatione excuſat. Jure Saxon. contra eſt: manet enim curator, & manere cogitur, niſi alia ſubſit juſta excuſatio præter hanc, quæ non excuſat.

a Qui Tutelam. Cauſa decimaſeptima, qua tamen uti non poſſunt liberti. *l. libertos*. 5. *C. eod.*

b Invitus. Secùs igitur, ſi volens. *l. Cajus*. 16. *ff. eod.* Angel. hic.

c Rescripserunt. *L. curator*. 20. *C. eodem*. *l. Cajus*. 16. *ff. eodem*. Paul. *lib.* 2. *tit.* 27.

§. 19. Iidem reſcripſerunt.

IIdem reſcripſerunt, maritum uxori ſuæ *a* curatorem datum *b*, excuſare ſe poſſe *c*, licet ſe immiſceat *d*. Si quis autem falſis allegationibus excuſationem tutelæ meruerit, non eſt liberatus onere tutelæ *e*.

1. *Maritus in quibus bonis uxoris, ſe à cura excuſare poſſit: & cur curator eſſe non debeat. num. 2. & 3. & quid hodie obſervetur. num. 4.*
5. *Decreta ex falſis allegationibus lata ſunt ipſo jure nulla.*

DEcimaoctava, Nuptiæ, propter quas à curatione bonorum conjugis maritus excuſatur.

1 *a* Uxori Suæ. Furioſæ, † vel infirmæ, *l. virum*. 14. *de cura. fur.* ejuſque bonis, non quidem dotalibus; nam hæc in ſuo habet dominio. *l. 9. C. de rei vend.* nec paraphernalibus, quia horum legitimus eſt adminiſtrator, *l. fin. C. de pac. conven.* ſed receptitiis, quorum dominium, ac uſum uxor ſibi reſervavit, *l. ſi ego*. 9. §. 2. *de jur. dot.* Gell. *lib.* 17. *c.* 6. nec abſque mandato adminiſtrationem maritus habet. *l. maritus*. 21. *C. de procur. l. pen. ad l. Falcid.*

b Curatorem Datum. De facto, non de jure: ut ſi curator à patre mulieris in teſtamento, aut à magiſtratu, errore juris, vel facti datus ſit: nam alioqui dari non debet, ne uxori quidem mente captæ, *l. virum*. 14. *de cura. fur. l. maritus*. 2. *C. qui dar. tut.*

c Excusari Posse. Decimaoctava excuſationis cauſa.

2 *d* Immisceat. Qui † excuſationem habet, ſi ea neglecta tutelam, curamve ſuſcipiat, & ſe negotiis gerendis immiſceat, poſtea (ſecus enim, ſi ex nova cauſa habere cœperit) excuſatione, cui renunciavit, uti non poteſt. *l.* 2. *C ſi tut. falſ. alleg. l. non tantum*. 17. §. 3. *hoc tit.* de quo vide diſtinct. Cujac. *l.* 7. 8. *de excuſa. tuto.* diverſum, ubi prohibentur tutelam, curamve gerere: hi enim ne volentes quidem admittuntur, ut minores. *l. fin. C. de leg. hered.* §. *item major.* ſup. *eod.* Eadem eſt cauſa mariti: qui etſi ſe immiſcuerit, tamen ſemper ſe poteſt excuſare: quia cura non tenet, & hæc adminiſtratio prohibita eſt, *l.* 4. *C. eod.* Etſi enim oratio Marci, prohibens nuptias tutorum, & curatorum cum puellis, quas tuentur, & curant, loquatur de futuris nuptiis: tamen ſi poſt nuptias curatio ſuſcipiatur, res in ſententiam prohibitionis incidit, & ad eum caſum deducitur, unde incipere non poterat. Ampliùs etiam maritus infamiam incurrit, qui ſe non excuſat. *d. l.* 4. junc. *l. licet*. 17. *C. eod.* quam ut evitet, meritò ei indulgetur, ut etiam ex intervallo reſumere excuſationem poſſit: idq; in honorem conjugii, ne cauſa ſcilicet, curave uxoris domeſtica forſan affectione ſuſcepta, illi ſit ignominiæ. Facit *l. ſi tutor*. 9. *de ſuſpec. tutor.* † Ideò autem hæc cura prohibetur: 3
& quia æqualitatem conjugii ea res tollit, & quoniam uxor omnia, aut per amorem, aut per metum in reddendis rationibus conceſſura marito præſumitur. Qua igitur ratione damnatur conjugium inter tutorem, & pupillam, adultam, & curatorem, *tot. tit. C. de inter. matrim.* & donatio inter conjuges, *tot. tit. de donat. int. vir. ff. & C.* eadem ratione prohibetur inter eoſdem, tutela & cura: cùm eadem ſit correlativorum doctrina, *l. ult. C. de ind. vid.* & utrunq; in idem redeat. Vide *tit. de tut. & tit. de curat. dat. ab his*. Atque hæc quidem jure noſtro ita ſe habent. † Sed ut antiquo Romanorum mo- 4
re, uxores fuerunt in tutela, & poteſtate viri, ac propinquorum, ut Cato ait apud Livium. *lib.* 4. *dec.* 4. in princ. ita & hodie ſunt, moribus omnium ferè gentium, maximè Sax. Tiraq. *in legibus connubialibus*, in princip. quod ſatis congruit legi divinæ, *Gen.* 3. *Sub poteſtate viri eris, &c.*

e Tutelae. *Tot. tit. C. ſi tut. falſ. alleg.* † Decreta enim ex falſis allegationibus lata, 5
ſunt ipſo jure nulla. Vide *l. Sejæ*. 26. ubi Bartol. *de tuto. & curat. dat. ab his*, *l. cum hi*. 8. §. *ſi prætor*. *de tranſact.* *l. magis*. 5. §. 10. *de reb. eor.*

DE

DE SVSPECTIS TVTORIBVS, VEL CVRATORIBVS,

Titulus Vigeſimus Sextus.

QUemadmodum multi ſunt, qui inviti ad tutelam non coguntur: ita ſunt etiam, qui nec volentes admittuntur, vel admiſſi removentur, prout pupillorum deſiderat ſalus, & publica poſtulat utilitas: ideò ante Tituli diviſionem ſcias ſuſpecti crimen è lege 12 Tabularum deſcendere, à qua etiam tutela procedit, princ. *Textus:* dicitur *crimen ſuſpecti*, & intelligatis accuſationem de ſuſpecto tutore, de qua in hoc Titulo agitur, quem in tres partes divido.

1. De Reo poſtulato §. 1. & 3. & 6.
2. De Accuſatore §. 2.
3. De Judice, cujus officium eſt vel
   - Cognitione pendente §. 4. verſ. *ſi quis autem.*
   - Finita pœnam imponendo vel in
     - Fama §. 4. princ.
     - Bonis, unico in caſu §. 5. princ.
     - Corpore, tribus in caſibus, ut in d. §. 5.

§. 1. Sciendum eſt.

SCiendum eſt ſuſpecti crimen è lege Duodecim Tabularum deſcendere *a*. Datum eſt autem jus removendi tutores ſuſpectos Romæ Prætori, & in provinciis Præſidibus earum, & legato Proconſulis *b*. Oſtendimus, qui poſſint de ſuſpecto cognoſcere: nunc videamus, qui ſuſpecti fieri poſſint. Et quidem omnes tutores poſſunt fieri ſuſpecti: ſive ſint teſtamentarii, ſive non ſint, ſed alterius generis tutores *c*. Quare & ſi legitimus fuerit tutor, accuſari poterit. Quid ſi patronus? adhuc idem erit dicendum: dummodò meminerimus, famæ patroni parcendum eſſe, licet ut ſuſpectus remotus fuerit *d*.

CAuſa efficiens, & apud quem, & qui de ſuſpecto poſtulari poſſint, ex *l. 1. ff. eod.*

a DESCENDERE. Cauſa efficiens. *l. 1. ff. eod.* Cicer. *libr. 3. Offic.* Dolus in judicio tutelæ lege 12. Tab. vindicatur.

b PROCONSULIS. Ex Proconſulis mandato. *l. 1. col. pen. de of. ejus, cui mand. eſt juriſ.* quo caſu non legatus, ſed ipſe Proconſul cognoſcere videtur. *l. 3. de off. ejus*. Proconſul igitur, & ejus legatus, de hac cauſa cognoſcunt: item præſes; non verò ejus legatus, cùm ipſe, ut legatus Cæſaris, legatum non habeat. Vide *Paratit. tit. de offic. præſ.*

c TUTORES. *L. 1. l. 3. §. 2. ff. eod. l. 4. C. eod.*

d REMOTUS FUERIT. Idem in parentibus, & propinquis. *l. ſi tutor*. 9. *ff. eod.* pro quo vide *l. non debet*. 11. *de dol. mal l. 5. de obſeq. libert. l. 1. §. interdictum*. 26. *ff. de vi, & vi arma*.

§. 2. Conſequens eſt.

COnſequens eſt, ut videamus, qui poſſint ſuſpectos poſtulare. Et ſciendum eſt, quaſi publicam eſſe hanc accuſationem, hoc eſt, omnibus patere *a*. Quinimmò & mulieres admittuntur ex reſcripto Divorum Severi, & Antonini: ſed eæ ſolæ, quæ pietatis neceſſitudine *b* ductæ, ad hoc procedunt: utputa mater, nutrix quoque, & avia poſſunt:

poteſt

Digitized by Google

poteſt & ſoror. Sed & ſi qua alia mulier fuerit, quam Prætor propenſa pietate *e* intellexerit, ſexus verecundiam non egredientem, ſed pietate productam, non ſuſtinere *d* injuriam pupillorum, admittet eam *e* ad accuſationem *f*. Impuberes non poſſunt tutores ſuos ſuſpectos poſtulare *g*. Puberes autem curatores ſuos ex conſilio neceſſariorum ſuſpectos poſſunt arguere *h*. Et ita Divi Severus, & Antoninus reſcripſerunt.

1. *Actionem ſuſpecti publicam eſſe, propter favorem pupillorum.*
2. *Injuria illata uni in familia, cenſetur ad omnes pertinere.*
3. *In actione ſuſpecti, etiam inhabiles perſonas ad agendum admitti.*
4. *Impuberes, tutores ſuos ſuſpectos accuſare non poſſe: ſecus in puberibus eſt, & quæ ſit ratio diverſitatis. num. 5.*

QUibus ſuſpecti poſtulari poſſint.

1 *a* OMNIBOS PATERE. † Favore pupillorum, *l. 1. ff. eod. l. 1. §. ſuſpecti. ad Turpil.* Nam horum cauſa publica quodammodo eſt, ac eſſe debet: cùm omnium interſit civium, & Reipub. etiam, non negligi hujus ætatis curam: quæ ſeminarium eſt omnium ordinum, & à cujus conſervatione pendet conſervatio, & perpetuitas civitatis. *l. proponebatur. 76. de judic.* Sic adminiſtrator Reipub. per quemlibet ſuſpectus dici poteſt. Gravet. *conſil. 132. numero 9.*

b PIETATIS NECESSITUDINE. Cùm enim
2 injuria, † quæ fit uni de familia, ad omnes conjunctos pertineat. *l. 1. l. 2. de lib. cauſ.* Bart. poſt gloſſ. in *l. lex Cornelia. 5. num. 1. de injur.* videotur hæ parentes ſuam injuriam hac occaſione perſequi: quod mulieribus eſt permiſſum. *l. 4. & 5. C. de his, qui accuſar. non poſſ.*

3 *c* PIETATE. Ex † qua ad agendum etiam inhabiles perſonæ admittuntur. *l. 1. C. qui leg. perſon. ſtan. in judic.*

d SUSTINERA. Non poſſe apud ſe diutiùs celare.

e ADMITTET EAM. Ob bonum publicum: quia intereſt Reipub. & favore pupillorum, & quoniam quaſi publica eſt accuſatio: ut paulò antè dictum eſt.

f ACCUSATIONEM. Nam & ſine accuſatore, magiſtratus per modum ioquiſitionis removere poteſt, *l. 3. §. prætereà. ff. eod.* ut & in alia delicta inquirere, quoties accuſator deeſt. *l. 1. §. ſi publico.* ubi DD. *de adult. c. qualiter. 2. de accuſat. l. congruit. 13. de off. præſ.* maximè cùm ad publicam curam pertineat, pupillis rectè provideri.

g POSTULARE. *L. impuberibus. 7. hoc tit.* quia
† non poſſunt ex ratione adminiſtrationis cum tutore agere, ante finitam tutelam. *l. actus. 19. de adm. tut. l. 4. de tutel. & ratio. diſtrah.* nec habent perſonam ſtandi in judicio legitimam abſque tutore. *l. 1. & 2. C. qui leg. perſon.* 4

h ARGUERE. *L. pietatis. 6. C. eod.* Quia † 5
etiam manente adminiſtratione cum his agere poſſunt. *l. cum curatore. 26. de adm. tutor.* Habent enim legitimam perſonam ſtandi in judicio, *§. ult. ſup. ex. quib. cauſ. manu.* & intelligunt, quid agatur, maximè propinquorum conſilio adhibito, *d. l. pietatis.* Denique hæc actio quædam eſt accuſatio publica, *d. l. 1. §. ſuſpecti. ad Turpil.* atqui accuſare regulariter pupilli, etiam auctore tutore, non poſſunt, *l. 2.* in fin. *l. qui accuſare. 8. ff. de accuſat.* adulti poſſunt, quia non inveniuntur excepti. Gloſſ. in *d. l. 2.* Etſi autem id facere debeant auctore curatore. *l. 2. C. qui legit. perſon. l. clarum. 4. C. de auct. præſt. l. 2. C. de iis, qui accuſa. non poſſ.* tamen quando ipſum curatorem accuſant, quia tum id fieri nequit, eò ſufficit propinquorum quaſi auctoritatem, hoc caſu intervenire, *d. l. pietatis.* cùm non habeat curator adminiſtrationem, poſtquàm ſuſpectus factus eſt: ideò nec auctor, in propria præſertim cauſa, eſſe poſſit, ut in *§. ſeq.* dicitur.

§. 3. Suſpectus autem.

SVſpectus *a* autem eſt, qui non ex fide tutelam gerit, licet ſolvendo ſit, ut Iulianus quoque ſcripſit *b*. Sed & antequàm incipiat tutelam gerere tutor, poſſe eum quaſi ſuſpectum removeri, idem Iulianus ſcripſit: & ſecundum eum conſtitutum eſt *c*.

Quis

Digitized by Google

QUis ſit ſuſpectus, & ex qua cauſa.

a SOSPECTOS. Moribus, non facultatibus. *l. ſuſpectum.* 8. *ff. de ſuſpect. tut.* & *l.* 5. & 6. *C. eod.* at hæres propter ſolas facultates. Cujac. *obſer.* 39. *lib.*18.

b SCRIPSIT. *L. ſuſpectus.* 5. *ff. eod.*

c CONSTITUTUM EST. *L.* 2. 3. 6. *C. eod. l.* 4. *ff. eod.*

§. 4. Suſpectus autem.

SVſpectus autem remotus, ſi quidem ob dolum *a*, famoſus eſt *b*: ſi ob culpam *c*, non æquè. Si quis autem ſuſpectus poſtulatur, quoad cognitio finiatur, interdicitur ei adminiſtratio *d*: ut Papiniano viſum eſt. Sed ſi ſuſpecti cognitio ſuſcepta fuerit, poſteaquàm tutor, vel curator deceſſerit, extinguitur ſuſpecti cognitio *e*.

1. *Damnatus ob dolum infamatur.*
2. *Culpam latam, tametſi ea dolo æquiparatur, tamen hìc non infamare.*
3. *Actioni ſuſpecti morte tutoris, aut curatoris finiri.*

EFfectus hujus accuſationis.

1 *a* OB DOLOM. Ob † quem damnati notantur, *l.* 1. *de his, qui not. infa.* Vide *Paratit. tit. de dol. mal.*

b FAMOSOS EST. *L. fin. C. eod.*

c SI OB CULPAM. Puta ob negligentiam *l. ult. C. eod.* nam & negligens punitur, ac removeri poteſt adminiſtrator, gloſſ. *l. mancipia.* 5. verb. *exigatur. C. de ſerv. fugit.* Etiam ob culpam latam, 2 ut eſt communis ſententia. † Ang. & DD. hic, & in *l. impuberibus.* 7. §. *ſi fraus. ff. eod.* Nam lata culpa æquiparatur dolo, *d. l. impuberibus.* quoad removendum, non quoad infamandum. Ubicunque enim detrahitur doli mentio, ibi non ſequitur infamia, quamvis dolus revera ſubſit. *l. non debet.* 11. *de dol. mal.* Et cùm edictum generatim tantùm dolum notet, non culpam, niſi uno, aut altero caſu, *l. liberorum.* 11. §. *pen. de his, qui notan. infam.* æquius eſt, illud in materia odioſa non extendi: præſertim cùm Juſtin. indefinitè hic culpam excipiat, unde & latam excipi conſentaneum eſt. Quod enim de genere, vel de toto dicitur, id in omnibus partibus, gradibus, & ſpeciebus valere debet, *l. Julianus.* 66. *de leg.* 3. Vide Bart. *l. quod Nerva.* 32. *n.* 23. *depoſ.* Gloſ. Jaſ. & DD. *l. in actionib.* 5. *de in litem jur.*

d ADMINISTRATIO. Ipſo jure, *l. quod ſi fortè.* 14. *de ſolut. l. eum quem* 7. *C. de ſuſp. tuto.* quare curator intereà creandus erit, ſi nullus præterea tutor exiſtat. *d. l. eum quem* 7. *C. eod.*

e SUSPECTI COGNITIO. *L.* 1. *C. eod. l. pen. ff. eod.* Nam † & tutela ejus morte extinguitur: 3 cujus extinctio, ſeu amotio hac actione quærebatur, ut tutelæ rationes repoſci poſſent. Obtento igitur fine actionis, ceſſat actio: ubi finis habetur, non curatur de mediis. Bald. *l.* 3. *C. de inſtit. & ſub.* & mortalitate denique rei, quæſtio criminis meritò aboletur, *l.* 2. & 3. *C. ſi reus, vel accuſ. mor.* Ac licet finita jam tutela adminiſtrationis rationem (quod hac accuſatione quærebatur) etiam abſque hac exigere. *l.* 1. 2. 3. & *tot. tit. de tutel. & rat. diſtrah.*

§. 5. Si quis tutor.

SI quis tutor copiam ſui non faciat *a*, ut alimenta pupillo decernantur, cavetur Epiſtola Divorum Severi, & Antonini, ut in poſſeſſionem bonorum ejus pupillus mittatur, & quæ mora deteriora futura ſunt, dato curatore diſtrahi jubentur *b*. Ergò ut ſuſpectus removeri poterit, qui non præſtat alimenta *c*. Sed ſi quis præſens negat propter inopiam alimenta poſſe decerni, ſi hoc per mendacium dicat, remittendum eum eſſe ad præfectum urbi *d* puniendum *e*, placuit: ſicut ille remittitur, qui data pecunia miniſterium tutelæ acquiſierit *f*. Libertus quoque ſi fraudulenter tutelam filiorum, vel nepotum patroni geſſiſſe probetur, ad præfectum urbi remittitur puniendus *g*.

Cauſæ

CAuſæ ſuſpicionum juſtæ.

a NON FACIAT. Nam eo præſente alimenta decernanda ſunt. *l.* 3. §. *tutor. ff. eod. l.* 2. *C. de alimen. pup. praſt. l.* 3. *ff. ubi pup. educ. deb.*

b DISTRAHI JUBENTUR. Nota miſſum in poſſeſſionem bonorum vendere deberè, quæ ſervando ſervari non poſſunt.

c ALIMENTA. *L. ult. ubi pup. educ. l.* 3. §. *tutor. l. impuberibus ..* 7. *de ſuſpect. tutor.*

d PRÆFECTUM URBI. *L.* 1. §. 2. *de offic. præf. urb.*

e PUNIENDUM. Pœna corporali, quam prætor infligere non poterat, traducto jam ad præfectum, gladii, ac vindicandorum criminum jure. *l.* 1. in princ. & §. *ſolent. de off. præf. urb. l. ult. de in jus vocan.*

f ACQUISIERIT. Qui corruptis judicibus, vel eorum miniſtris, per ſordes tutelam comparavit, *l.* 3. *de off. præfec. urb. l.* 3. §. *tutor. hoc tit.* Cujacius legit: *Qui data pecunia miniſteriis* (ideſt, officialibus, & miniſtris prætoris, per quos fit inquiſitio) *tutelam redemerit*, ut *l.* 3. §. *tutor. eod.*

g PUNIENDUS. *L.* 2. *hoc tit. l.* 4. *l. ſi liberti.* 10. *C. de admin. tut.*

§. 6. Noviſsimè autem.

NOviſſimè autem ſciendum eſt, eos, qui fraudulenter tutelam, vel curam adminiſtrant, etiamſi ſatis offerant, removendos eſſe à tutela *a*: quia ſatiſdatio tutoris, propoſitum malevolum non mutat *b*, ſed diutius graſſandi in re familiari facultatem præſtat. Suſpectum etiam eum putamus, qui moribus talis eſt, ut ſuſpectus ſit *c*. Enimvero tutor, vel curator, quamvis pauper ſit, fidelis tamen, & diligens, removendus non eſt *d* quaſi ſuſpectus *e*.

SUſpectum quæ faciant, quæ non faciant.

a A TUTELA. *L. ſuſpectus.* 5. *ff. eod.* Satius eſt prævenire malum, quàm poſtea agendo remedium quærere, *l.* 1. *C. quand. lic. unic.*

b NON MUTAT. *L.* 6. *hoc tit.*

c SUSPECTUS SIT. *L. ſuſpectum,* 8. *hoc tit.*

d REMOVENDUS NON EST. *L.* 5. & 6. *C. eod. l.* 2. *de tutor. qui ſatis non ded.* Nec enim vilis eſt, & rejiciendus pauper aliàs honeſtus, *l. humilem.* 7. *C. de inceſt. nupt.* Temeraria ſuſpicio non repellit, ſed repellitur, Gloſſ. 1. *c. ſi quis.* 4. *de purgat. cano.* & ex fide non patrimonio quiſque cenſetur idoneus. *l. ſi quis ſtipulatus.* 112. in fin. *de verb. oblig.*

e QUASI SUSPECTUS. Sed bene quaſi minùs idoneus, ſi supereſſe rebus pupillaribus ob egeſtatem nequit.

Digitized by Google

INSTITVTIONVM IVRIS D. IVSTINIANI

LIBER SECVNDVS.

DE RERVM DIVISIONE, ET ACQVIRENDO EARVM DOMINIO.

Titulus Primus.

1. *Continuatio Libri Secundi.*
2. *In rebus, & jure ipſorum, duo potiſſimùm quæri.*
3. *De dominiis primo loco hic tractatis, & ratio.*
4. *Dominia dupliciter quæri.*
5. *Summaria hujus Tituli explicatio.*

1 EXpoſito † perſonarum jure,
diviſionibuſque earum expli-
catis, transgreditur in hoc Se-
cundo Libro Imp. ad alte-
rum juris objectum: videlicet
Res ipſas, de quibus jus per-
2 ſonis dicitur. Rerum autem †
duplex eſt cauſa, de qua quæ-
ri, & jus dici ſolet: videli-
cet dominia, & obligationes, *l. 1. verb. dominium,*
3 *vel obligationem. C. De rei vendic.* † De dominiis
primo loco tractatur: cùm quia natura priora
ſunt, *l. 1. De acq. rer. dom. l. 5. De juſt. & jur.* tum
quoniam à dominiis obligationes, & actiones oriun-
tur, velut effectus ex cauſa. §. 1. infr. *De action.*
Cauſa porrò, effectu & prior eſt, & potior. Po-
tiora autem, quæ natura, ac ratio prima facit,
ſunt præponenda. De dominiis igitur hoc Secundo
4 Libro, deinceps de obligationibus tractatur. † Do-
minium eſt, plenam habere rei poteſtatem, §. *ult.*
infr. *De uſufruct.* quæ in rebus ſubjectis dominium
ſignificat. *l. poteſtatis.* 215. verſ. *in perſona ſervi do-
minium ff. de verb. ſignif.* ſeu eſt jus, quo res no-
ſtra eſt: aut jus de re liberè diſponendi. Bart. *l.
ſi quis.* 17. §. *differentia. De acquir. poſſeſſ.* per *l. in re.*
21. *C. mand.* Quod eſt aut plenum, *d.* §. *ult.* infr.
de uſufruct. aut minus plenum. *l. fœmina.* 3. §. *illud.*
C. De ſecun. nupt. hoc rurſum naturale, vel civile, *l.
in reb.* 30. *C. De jur. dot.* directum, vel utile, Bart.
& DD. *d.* §. *differentia.* Quidam adjiciunt & ſub-
alternum. Afflict. in §. 5. *ſi De feu. fuer. con. num.* 3.
Didac. Covar. in c. *poſſeſſor.* 2. *De reg. jur. in* 6. & alii
aliis locis. Cauſæ ſunt aut naturales, aut civi-
les. De prioribus hoc Titulo: de civilibus pòſt in
tit. De uſucap. donat. &c. quò pertinet etiam *tit. C.
De domin. impetran.* Etenim dominia rerum quæ-
runtur aut jure naturali, aut civili, *l. 1. De acquir.
rer. dom.* qua de re antequàm expoſitio commodè
fiat, intelligi oportet, quænam in cujuſque domi-
nio eſſe poſſint, vel non poſſint: id quod ex divi-
ſionibus rerum eſt dijudicandum. Duo † igitur 5
hoc in Titulo Juſtinianus exequitur: primò diviſio-
nes, & qualitates rerum, uſque ad §. *ſingulo-
rum.* Per diviſionem, genera, & ſpecies rerum
intel-

intelliguntur: per qualitatem, differentiæ, proprietates, accidentia, quibus à ſe invicem diſtinguuntur, aut ordine retrò verſo, diviſio, ut ait Cujac. *ff. eod. De diviſ. rer.* differentiam, differentia qualitatem oſtendit. Deinde à §. *ſingulorum*, uſque ad finem, modos acquirendi res, natura, ſeu jure gentium inductos (hi enim ordine primi ſunt) decem, & octo ferè numero, colligit, & exponit.

DIVISIO TITVLI.

CElebris hęc materia 2. habet partes.

1. Rerum diviſiones continet, tam in patrimonio noſtro, quàm extra; & hæ vel ſunt
   - abſolutè tales §. 5. ut ſunt res
     - Sacræ, §. 6.
     - Sanctæ, §. 8.
     - Religioſæ, §. 7.
   - ſecundum quid, & ſunt res illæ, quæ licet actu non ſint in privatorum bonis, eius tamen ſunt naturæ, ut hominum neceſſitatibus deſerviant, vel
     - uſu, & proprietate, & ſunt res communes, de quibus in §. 2. & 3. verſ. *littorum*.
     - uſu tantùm, vel univerſo populo, & publicæ dicuntur §. 3. princ.
     - vel uni Civitati, & Vniverſitatis vocantur §. 4.
2. Modos, per quos dominium acquiratur complectitur, qui bifariam accipiuntur, vel
   - Civiles, de quibus infra *tit. 6. & ſeqq.*
   - Naturales, ſeu juris gentium §. 9. & ſunt duo
     - Apprehenſio rerum
       - Nullius,
         - Occupatione §. 10. 11. 12. 13. 14. 15.
         - Inventione §. 16. & §. 32.
       - Alicujus,
         - Traditione vera §. 33. 34.
         - Ficta, ſeu quaſi §. 35. 36. 37.
     - Acceſſio
       - Naturalis,
         - Continua §. 18.
         - Diſcreta §. 19. & 20.
       - Induſtrialis,
         - Specificatio §. 21. 22.
         - Confuſio, & commiſtio §. 23.
         - Adjunctio §. 24. 25. 27. & 28.
       - Miſta,
         - Plantatio, Satio §. 26.
         - Fructuum perceptio §. 29. 30. & 31.

§. 1. Superiore Libro.

SVperiore Libro de jure perſonarum expoſuimus: modò videamus de rebus, quæ vel *a* in noſtro patrimonio *b*, vel extra patrimonium noſtrum habentur. Quædam *c* enim naturali jure *d* communia *e* ſunt omnium, quædam publica *f*, quædam univerſitatis *g*, quædam nullius, pleraque ſingulorum: quæ variis ex cauſis *h* cuique acquiruntur, ſicut ex ſubjectis apparebit.

1. *Res alia ſui juris, alia alterius dominio ſubjecta.*
2. *Incorporalia quomodo poſſideantur.*
3. *Patrimonium quid.*
4. *Iuſtiniani præſens rerum diviſio cum Caji, & Martiani diviſionibus conciliata.*
5. *Commune, & publicum in jure ſæpè confundi: & cur hic diſtinguantur, num. 6. & quæ ſint communia, quæ publica num. 7. 8. & 9.*
10. *Publica, & univerſitatis quomodo differant.*
11. *Vniverſitatis, quæ dicantur.*

a DE REBUS, QUÆ VEL. Siculi perſonas eſſe diximus quaſdam ſui juris, quaſdam
1 alieni: ſic † & res quædam ſui veluti juris ſunt, & nullius in dominio poſitæ: quædam juri, & dominio ſubjectæ alieno.

b IN NOSTRO PATRIMONIO. Verè ut ſervi, & reliqua, quæ ſunt in familia. *l. fin.* in fin. *C. De*
2 *verb. ſignificat.* vel fictè, ut etiam † incorporalia complectimur: quæ naturaliter quidem non ſunt in patrimonio, quia natura non poſſidentur, ſed juris tantùm interpretatione, *l. ſervus*. 43. §. *incorporales. De acq. rer. dom. l. 1. De uſufr. lega.* deinde ſuperficiaria, ſtipendiaria, & bona fide poſſeſſa non ſunt in patrimonio, ſed iis comparantur. *l. item.* 10. *fam erciſ.* Patrimonium † autem pro eo accipe, 3
quod eſt in dominio, & ad hæredem tranſit. *l. 1. De bon. poſſ. l. 1. de rer. diviſ.*

c QUÆDAM. Hæc diviſio † quibuſdam impro- 4
batur, quòd aliam à Cajo in *l. 1. ff. eod.* aliam rurſùm à Martiano poſitam arbitrentur in *l. 2. & 4. ff. eod.* Ego ſic ſtatuo, Caji diviſionem cum hac non

K pu-

pugnare : ex Martiani verò quadripartita, certò affirmari non poſſe, eum publica voluiſſe appellatione Communium amplecti. Quinimmò in *l.* 4. *eod. tit.* cùm ſubjicit in fin. *Sed flumina penè omnia,& portus publica &c.* per adverſativam ita de publicis loquitur, ut appareat eum hæc alio in genere, quàm communia, de quibus antè tractaverat, poſuiſſe. Etſi verò promiſcuè quandoque, publica pro communibus ponantur, *l. præſcriptio.* 45. *De uſucap l. quamvis.* 50. *l. quod in littore.* 14. *De acq. dom. l. fluminum.* 24. *De dam. inf.* tamen apparet, diſcrimen rerum retinuiſſe I. C. licet vocabula quandoque confuderint. Quapropter in *l. quod in littore.* 14. *De acq. rer. dom.* ubi littora publica dicuntur, ſtatim additur: non ita ea eſſe publica, ut illa, quæ ſunt in patrimonio populi: & disertè ſubjungitur, ea haberi pro rebus, quæ nullius adhuc in dominium pervenerint; ut ſunt feræ liberæ; eoque occupando acquiri poſſe: quod & in *l. quamvis.* 50. *eod. tit.* confirmatur. Atqui ſecus eſſe in rebus publicis, hoceſt, populi Romani, ſcilicet ut occupando acquiri nequeant, manifeſtum eſt, *l.* 2. *Ne quid in loc. publ.* In populi enim, præſertim Rom. jure, & imperio eſt perpetuitas, *l. proponebatur.* 76. *De jud. l. an uſusfructus.* 56. *De uſufruct.* Unde Virgilius.

Queis ego nec metas rerum, neque tempora pono:
Imperium ſine fine dedi ——

Quod igitur à populo Romano occupatum, & quæſitum eſt, amplius commune non eſt, nec acquiri ab alio poteſt. Itaque littora, etſi natura, & origine ſint communia, *l. quadam.* 2. *De rer. diviſ.* tamen poſtquam, & quatenus occupata ſunt, fiunt vel privatorum, *d. l. quod in littore*, vel populi, qui occupavit. Unde littora, in quæ populus Rom. imperium habet, non nullius ampliùs, ut nondum occupata, & juregentium communia (velut illa ſuperiora) Celſus eſſe vult, ſed disertè ait, eſſe populi Romani, *l.* 3. *Ne quid. in loc. publ.* & ab his paulò pòſt uſum maris, atque aeris (hæc enim naturaliter, propter vaſtitatem, fluxumque vagum, integrè occupari non poſſunt) omnibus hominibus communem diſcernit in *l.* 4. *eod. tit.* Ac meo quidem judicio falluntur, quibus opinio eſt dividi res, relatione ad homines facta, qui eas poſſident: aut ut omnes, juregentium: aut ut aliqui, jure populi: aut ut ſinguli, jure privato. Ex quo volunt effici, res tantùm aut publicas eſſe juregentium, quæ & ſint communes: aut univerſitatis; aut ſingulorum. Nam hac ratione admiſſa, ſequeretur, ne rectè quidem res univerſitatis à publicis, aut privatis ſingulorū ſecerni: cùm tantùm numero, non differentia aliqua ſpecifica homines differant, ſive omnes, ſive aliqui ſive ſinguli, poſſideant. Atqui res publicas, hoceſt Fiſcales, ſeu Imperii, à rebus publicis univerſitatis, noſtri ſæpiſſimè diſcernunt. *l. pacta.* 72. *§. ult De contrah. empt. l. uſucapionem.* 9. in verb. *jure pop. Rom. & civitatum.* ubi Cujac. *De uſucap. l. bona.* 15. cum ll. *ſeq. De verb. ſignſi. l. ſimile.* 10. *ad municipal. l.* 3. *§. ſi in locis fiſcalibus, vel publicis. De jur. fiſc.* § *theſaurus* in fine ubi notavi. *hoc tit.* § *res fiſci.* 6. infr *De uſucap.* Et Ulpian. *in l. inter.* 17. *De verb. ſign.* disertè ait, bona civitatum non eſſe publica, ſed in his haberi. Verjus eſt ergò, res dividi non relatione objectorum, ſed intra ſe ex ſuis qualitatibus, proprietatibus, & differentiis: quibus communia à publicis manifeſtò differunt, cùm hæc ſint occupata jure populi, *d. l.* 3. *l. ergo.* 30. *l.* 7. *§.* 4. *De acquir. dom.* illa verò nullius in bonis exiſtant, & ideo occupando acquirantur, *d. l. quod in littore.* quomodo publica quæri non poſſunt. *l.* 2. *§. ſi quis nemine.* 11. *& tot. tit. Ne quid in loc. publ. d. l. quod in littore.* ſed tantùm conceſſu populi, ut reliqua publica, uſurpantur. *l.* 24. *De dam. inf.* Itaque inventa etiam in mari, littore, locove communi, indiſtinctè cedunt repertori. *§. item lapilli* 14. infr. *eod.* inventa verò in loco publico, non item. *§. theſaurus.* 30. infr. *eod.* Quæ cùm ita ſe habeant, nihil cauſæ eſt, cur non retineamus diviſionem à Juſtiniano traditam: præſertim cùm Caji, & Martiani diviſiones etiam hac aptè (niſi valdè fallor) poſſint componi. Cajus enim in *d. l.* 1. ſumma diviſione diſtribuit res humani juris, in publicas, & privatas: aptè quidem pro materia, quam ſibi ſumpſerat tractandā. Egiſſe enim ibi Cajum tantùm de jure civili Rom. & ex illo ſolo diviſionem ſumere voluiſſe, oſtendit *cap.* 1. *Inſtit. lib.* 2. unde ea diviſio ſumpta eſt. Quo reſpectu non dubitatur, quin, ſicut jus omne civile, vel publicum eſt, vel privatum; ita & res ſint. Martianus porrò altiùs orditur, & rem à primo capite, antequam Rom. Reſpub. conſtituta eſſet, deducit, ac diviſionem non ex jure civili tantùm, ſed ex naturali, gentium, & civili inſtituit. *in l.* 2. *&* 6. *ff. eod.* ut rectè plures ab eo ſpecies pro materia ſubjecta, ſint diſtributæ. Neque tamen communium rerum appellatione eum complexum eſſe publicas, oſtendunt exempla, quæ addit. *Et naturali*, inquit, *jure communia ſunt omnium illa: aer, aqua profluens, mare & littora maris.* Cæterùm *in l.* 4. eùm de littore, tanquam communi re, diſputaſſet, ſubjicit adverſativam de publicis: *Sed flumina*, inquit, *penè omnia, & portus, publica ſunt.* Quo loco eum aliud genus rerum exorſum eſſe, particula, *Sed*, arguit: quæ, ut eruditi norunt, & teſtatur Donatus, contrariæ ſententiæ habet ſignificationem, & tranſitum ſignificat ad mentionem alterius rei. Mihi ſit igitur veriſimile, Martianum quoque, cujus verba mutila recitantur, à communibus publica diſtinxiſſe, & fortaſſis in illa ſuperiore diviſione, ſub genere rerum univerſitatis, publicas quoque eſſe complexum: ac deinceps res univerſitatis ſubdiviſiſſe in eas, quæ univerſitatis eſſent juregentium, ſeu populi, & imperij, quæ propriè dicuntur publicæ, *l. bona.* 15. cum ll. ſeq. *De verb. ſignſi.* & illas, quæ jure civitatis, civilique in univerſitatis rebus numerarentur: eòque Juſtinianum, id quod ſæpe numerò in jure fieri videmus, ex diviſionibus, ac ſubdiviſionibus hiſce confuſis, & multiplicibus, præcipuas ſpecies ſumpſiſſe, ex quibus unam faceret partitionem: id quod huic Inſtitutionum tractationi maximè fuit accommodatum: ne varietate ſcilicet diviſionum, diſcere incipientium animi, primo ſtatim in rerum aditu multipliciter impedirentur.

d Naturali Jure. Jure gentium, *§. ſingulorum.* inſr. *eod.*

e Communia. † Etſi commune, & publicum in 1

jure

jure ſæpè promiſcuè uſurpantur, *l. quod in littore.* 14. *De acq. rer. dom. l. fluminum.* 24. *De dam. infect. l.* 3.
6 *Ne quid in loc. pub.* tamen, quia † in definitionibus,
& diviſionibus propriè loquendum eſt, ideò non
inſcitè Juſtin. communia à publicis hic diſtinguit.
Ut enim aerem rectè communem dixeris, publicum
7 non item: ita & in ſimilibus obtinet. Sunt † au-
tem communia (cujuſmodi & publica jure natu-
rali dici poſſunt, *l. quod in littore.* 14. *De acq. rer. do-
min.*) quæ & uſu, & proprietate communia ſunt,
& nullius in bonis exiſtunt: ita ut jure natura-
li occupanti, quoad occupat, proprietas quoque
uſurpando acquiratur. Ut enim aerem communem
attrahendo proprium facimus, ita & aquam, &
mare occupando, atque utendo, quatenus ſcilicet
utimur, *l. quod in littore.* 14. *l. ergo.* 30. *l. quamvis.* 50. *De*
8 *acq. rer. dom. l.* 1. § *quod ſi quis De oper. no. nunc.* †
Publica verò à populo dicta ſunt, *l. palam.* 43.
§. 4. *De rit. nupt.* in princ. inſr. *De pub. judic.* quare illa
propriè publica ſunt, quæ non naturali jure com-
munia ſunt, ſed in publico jure populi: quod jus
tale eſt, ut uſus quidem communis ſit, proprietas
verò utendo non acquiratur, quia publica eſt, hoc-
eſt populi. §. *quòd ſi* 17. inſr. *eo. l.* 2. *Ne quid in loc. publ.*
9 *f* Publica. † Publica hìc vocantur, quæ pri-
mùm juregentium à vicino aliquo populo ſunt oc-
cupata, & deinceps eodem jure, hoceſt jure belli,
& victoriæ, in jus, & poteſtatem populi Romani
pervenerunt. Nam dominationes ex juregentium
ſunt, *l. ſi quod.* 64. *De cond. indeb.* Unde publica im-
perii, ſicut ipſum imperium populus Roman. ex ju-
regentium, hoceſt belli, & victoriæ, poſſidet, §.
item ea, quæ ex hoſtibus. inſr. *eod l.* 4. *De juſt. & jure.* At-
que hæc jura regalia populi Romani propriè publi-
ca libris in noſtris dicuntur, *l. bona.* 15. cum ll. ſeq.
De verb. ſignifi. l. 3. *Ne quid in loc. pub.* Et tantùm diſtant
† à rebus univerſitatis, quantùm à civitate, & 10
municipio populus Rom. qui ferè totum terrarum
orbem imperio complexus eſt: quantùm bona impe-
rii à bonis civium: quantùm jura fiſci, & regalia
imperii, à jure civitatum, *tot. tit. quæ ſunt regal. in
uſib. feud.* Atque ita Theoph. & Græci commen-
tatores hunc locum intrepretantur: & eòdem fa-
cit § *quòd ſi* 17. infr. §. *flumina.* verſ. *littorum. hoc tit.*
eademque ratione DD. noſtri publica imperii à pu-
blicis civitatum diſtinguunt. Bart. *in l. hoſtes.* 24. *n.*
3. *De cap. & poſtlim. rev.* Bald. *in l. pen. num.* 13. *C. De
cond. inſert.*
g Universitatis. † Quæ non ſunt impe- 11
rii, ſed cujuſque univerſitatis in oppidis, & vicis.
h Variis Ex Causis. Ut in *l.* 3. §. *ultim. De
acq. poſſ.* Titulos nunc noſtri vocant.

§. 2. Et quidem naturali.

ET quidem naturali jure communia ſunt omnium hæc: Aer *a*, aqua profluens *b*, mare, & per hoc littora maris. Eſt autem littus maris, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit *c*. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur, dum tamen à villis, & ædificiis, & monumentis abſtineat: quia non ſunt juriſgentium, ſicut & mare *d*.

1. *Aqua profluens juris publici eſt; ideòque nec uſucapitur: & de jure publicarum rerum.*

DE rebus communibus.
a Aer. Et quicquid in aere ca-
pitur: ut aves, &c. *l. injuriarum.* 13.
De injur. in fin. *l.* 2. & *l.* 3. *ff. eod De acq.
rer. dom. l. Divus.* 16. *De ſer. ruſt.* Fal-
lit in materia ſervitutis quoad cœ-
lum, id eſt, aerem, qui eſt ſupra cujuſque ſolum:
nam is hujus cauſam ſequitur, & ad eum putatur
pertinere, cujus eſt prædium inferius, *l. altius.* 8.
C. De ſervit. unde ſuggrunda in tuas ædes projecta
dicuntur. *l. cum manu* 80. §. *hujus rei. De contr. empt. l.*
1. & 2. *De ſervit. urb. præd.* licet in tuo nuſquam re-
quieſcant, *l. malum.* 242. § *inter. De verbor. ſignifi.*
Verùm de aere ita hìc non agitur, ſed tantùm de
eo, quem quiſque trahit.
1 *b* Aqua Profluens. Flumen publicum †
eſt; ideoque non uſucapitur, *l. præſcriptio.* 45. *De
uſucap.* aqua fluminis publici (nam ſecus in priva-
to, *l. cum eſſent.* 33. §. 1. *De ſerv. ruſt.*) profluens ſine
jure ſervitutis, *l.* 3. *De ſervit. ruſt. præd.* jure natu-
rali communis eſt, hauriendoque fit propria. Piſ-
cari licet etiam in publico flumine, in privato non
item. *d. l. injuriarum.* §. *ult.* aucupari tamen liberum
eſt, niſi dominus prohibeat, *d. l. Divus.* quoniam
aucupium aeris uſus eſt, qui ubivis communis eſt:
at piſcari in alieno flumine, quod privatum ſit,
non item permittitur: ſicut nec theſaurum, me-
tallum, aut aliud quærere in alieno fundo, flu-
mine, &c. Nam piſces aquæ privatæ cauſam ejus
ſequuntur: at aqua profluente uti licet, quia de-
currit, nec eſt privata, quæ fluit, quia non manet;
& hoc ex jure gentium. Mundus etiam velut com-
munis patria eſt. Non igitur prohibentur pere-
grinari, commeare negotiatores, velut in aere com-
muni terræ: prohiberi tamen initio poſſunt, ſicut
& aucupium: atque ita uſum aeris in ſuo domi-
nus prohibere poteſt. *d. l. Divus.* Alvar. *cap.* 1. *num.* 5.
qual. vaſ. jura. deb. Quanquam enim aerem haurire
conceſſum eſt ubivis, non tamen conſiſtere in alie-
no, domino terræ invito, cujus cauſam, ut dixi-
mus, aer, & cœlū ſuperius ſequitur, *l. altius.* 8. *C.
De ſervit.* Eòdem referri poteſt libertas, corpora
libera, quæque jura, & facultates hanc libertatem
conſequuntur, §. 1. inf. *De inutil. ſtip. l. liberos.* 39. *C. De*

lib. cauſ. ſunt enim jure naturæ communia, *l. 4. De juſt. & jur.* etiam animantibus, *§. feræ.* verb. *naturalem libertatem. hoc tit.*

c Excuarit. Ex arbitrio Ciceronis, *l. littus. 96. littus. 112. De verb. ſignifi.*

d Sicut Mare. Sed ſunt ſingulorum qui ædificando occuparunt, *l. quod in littore. 14. l. ergo 30. eod. l. in tantum. 6. De rer. diviſ. l. 3. ne quid in loc. publ.*

§. 3. Flumina autem,

FLumina *a* autem omnia, & portus, publica ſunt *b*: ideòque jus piſcandi omnibus commune *c* eſt in portu, fluminibuſque. Riparum *d* quoque uſus *e* publicus eſt juregentium, ſicut ipſius fluminis. Itaque naves ad eas appellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum eſt, ſicut per ipſum flumen navigare. Sed proprietas earum illorum eſt, quorum prædiis adhærent *f*: qua de cauſa arbores quoque in eiſdem natæ, eorundem ſunt. Littorum quoque uſus publicus eſt juriſgentium, ſicut & ipſius maris *g*. Er ob id *h* quibuslibet liberum eſt caſam ibi ponere, in quam ſe recipiat: ſicuti retia ſiccare, & ex mari deducere. Proprietas autem eorum poteſt intelligi nullius eſſe, ſed ejuſdem juris eſſe, cujus & mare, &, quæ ſubjacet mari, terra, vel arena *i*.

1. *Flumina quid ſint, remiſſivè.*
2. *Publica à privatis quomodo differant.*
3. *Flumina proprietate publica eſſe, uſu communia.*
4. *Ripam fluminis eſſe; littus maris, &c.*
5. *Littus maris pars eſt, non autem ripa fluminis: & ratio.*
6. *In materia interdictorum, quomodo intelligendum, cùm dicitur,* Ripas publicas eſſe.
7. *Littora, & mare cujus juris.*
8. *Publica ſingulorum uſibus patere.*

DE rebus Publicis.

1 *a* Flumina. † Quid ſint, vide in *l. 1. & tot. tit. De fluminibus.*

b Publica Sunt. *L. adeò. 7. §. 4. eod. l. fluminum. 24. De dam. infe.*

2 Publica † flumina à privatis, quæ nihil à cæteris rebus privatis differunt. *l. 1. §. 1. De fluminib.* hac nota diſcernunt DD. quòd illa perpetuò fluant, *l. 1.* in princ. *Ne quid in flumin.* hæc non item. Gloſſ. *in l. nemo. 4.* verb. *flumina. De rer. diviſ. per l. 1. §. fluminum. §. foſſa. De flum.* Bart. *in l. quo minus. 2. num. 2. 22. eod. tit.* Bald. *in l. item. 3. num. 2. & 5. & in rub. num. 5. De rer. diviſ.* Verius tamen eſt illa eſſe publica, quæ ſunt in jure populi, & omnium uſibus patent; ut quæ oriuntur in publicis locis, & per publica fluunt, patentque commodis omnium: quòd ſi omnium commodis non pateant, quemadmodum nunc plerunque fieri ſolet, ea fiſcalia dici poſſunt, *l. 2. §. hoc interdictum ad ea. Ne quid in loc. publ.* Privata verò, quæ ſunt in dominio, commodo, uſu alicujus privati, ut quæ in privato oriuntur, & fluunt, aut ita habentur ex principis conceſſione, vel præſcriptione, vel alio titulo juſto. Jaſ. *in d. l. quo minus. 2. num. 37.* Cæpoll. *De flum. pri. num. 1. & de aquæ duct. num. 28.* Jacob. *in tract. feud.* verb. *fluminibus, num. 2. 8. 9.*

3 *c* Commune. † Flumina proprietate publica ſunt, & in jure populi, atque imperii: uſu ſunt communia, hoceſt ſingulorum utilitatibus patent, & quoad uſum occupari, ut communia jure naturæ poſſunt, *d. l. fluminum. 24.* Itaque ut aqua profluens fluvii communis eſt, ita & jus in ea piſcandi, *d. l. injuriarum. 13.* in fin. *De injur.* Quare, ſi pluribus non pateat liber piſcandi uſus, ut in anguſto loco fluminis, puta diverticulo, quod ipſum quoque publicum eſt, *l. 1. §. 5. De fluminibus.* poteſt is, qui primò piſcari cœpit, alterum prohibere eodem jure uti, quandiu ſcilicet utitur, *l. ſi quiſquam. 7. De diverſ. & temp.* quæ ſumpta ex *lib. 3. Inſtit. Mart.* argumento eſt, I.C. ibidem non de jure præſcriptionis longi temporis, ſed de occupatione, & uſu rei publicæ, ſeu communis, egiſſe. Nam *l. 2. 4. 6. De rer. diviſ.* ex eodem lib. ſunt deſumptæ. Ubi porrò deſiit occupatio, & uſus, nulla hoc nomine præſcriptio dari poteſt, *l. præſcriptio 45. De uſucap.* ſed res in priſtinam cauſam recidit, *l. quod in littore. 14. De acq. do.* quidam, ut Matt. Gribal. Mopha in *d. l. ſi quiſquam.* adjiciunt negativam, *non prohibet, &c.* quæ lectio omnem difficultatem tollit. Hæc autem præſcriptio denegatur quidem huic, vel illi occupationem, & uſum omittenti *d. l. præſcripto. 45.* non autem populo imperium in ea habenti, *l. 3. Ne quid in loc. public. l. fluminum. 24. De dam. infect.*

d Riparum. † Ripæ flumen continent, velut littus, mare, *l. 1. l. 3. de flum.* ut autem mare non tantùm magnitudine, ſed etiam jure, & aliis modis diſtat à flumine, ſic littus à ripa. Ripæ coluntur, & privatorum viciniis coercentur, & quia jam occupatæ ſunt, privatæ habentur: littora non item. 4

e Usus. Non proprietas, *l. 5. ff. eod. l. ergo. 30. §. 1.*

§. 1. *De acq. rer. dom.* Solum, inquit, privatum eſt, ſed uſus publicus: aliud eſt autem uſus, quàm proprietas rei. *l. juſto.* 44. §. 5. *De uſucap.* Neque enim eſt mirum, uſum riparum publicum dici Juregentium, quoniam per hoc ſignificatur, ripas à populo Romano in cauſa jurisgentium, quod ad uſum earum attinet, relictas eſſe, vaſtitate, & uſu fluminis id exigente. Sic littora non omnia publica facta ſunt, ſed communia relicta propter vaſtitatem, uſumque maris.

5 *f* Habrant. † Non enim ut littus maris pars eſt, ita & ripa fluminis. Flumina enim terras poſſeſſas & inter homines diviſas interluunt. Quamobrem terra juxta flumen, vel ſub flumine, non eſt ita communis, velut illa, quæ jure naturali nunquam in dominium cujuſquam pervenerunt, ut littora, mare, &c. *d. l. littora.* Sed ſicut terra reliqua occupata eſt privatorum, ita & hæc, quatenus extat, & occupari poteſt: niſi enim obſtitiſſet flumen, hæc quoque pars ipſis in diviſione obveniſſet: quare quoad flumen, terram & alveum occupat, nullius ea privati in bonis eſt, quia nec poſſidetur. *d. §. quòd ſi* 20. *hoc tit. l.* 7. §. 4. *ff. eod.* ubi recedit vacuo alveo relicto, vel inſulam facit, pars illa accolentium fit vicinorum, *d. l. ergo.* 30. *De acq. rer. dom. §. inſula.* inſr. *eod.* Eadem eſt ripæ ratio: quæ quia cohæret prædiis privatorum, ideo illorum quoque eſt: uſus autem eſt publicus, quia ſine uſu riparum, fluminis uſus pu-
6 blicus retineri commodè non poteſt. Itaque † quod in materia interdictorum dicitur, Ripas publicas eſſe, id ſecundum ſubjectam materiam de uſu accipiendum eſt, *l.* 3. *de flum.* Loquitur enim I. C. ibi (ut in materia interdictorum familiare eſt) de poſſeſſione rerum, & uſu: eodemque ſenſu accipiendus eſt Paulus in *l. pen. De acq. rer. dom.* qui reprehendit Labeonem, quòd diceret in inſula fluminis nihil publici juris eſſe. Nam uſus certè in his, velut in reliquis ripis, publicus eſt.

g Ipsius Maris. Littora, † ſicut mare, com- 7
munia ſunt jure naturæ: ſed quatenus occupata ſunt, & uſurpantur à populo Romano, publica ſunt, *l.* 3. *ne quid in loc. pub.* habeturque uſus eorum publicus, hoceſt, jure populi Romani, & Imperii comprehenſus, & certis legibus eſt definitus, *d. l. fluminum.* 24. *de dam. infect. l.* 3. & 4. *ne quid in loc. pub.* ita ut neque omnibus, nec pro arbitrio cuique liceat iſtis uti, ſed pro permiſſu legum, & magiſtratuum Roman. *l. quamvis.* 50. *De acq. rer. dom. l.* 3. & 4. *ne quid in loc. publ. l. fluminum.* 24. *De dam. infect. l.* 2. *l.* 4. *C. De commerc. tot. tit. ad l. Rhod. De jac. & C. De navicul.* cum multis ſeq. lib. 11. Quomodo & hodie reges, ac vicini populi non recognoſcentes ſuperiorem, communem maris propinqui uſum, jure quodam imperii ſuum, ideſt, ſibi publicum faciunt. Bart. *in tract. Tyberia.* §. *nullius. num.* 1. Caſtr. *l. inſulæ* 9. *De judic.* Felin. *in c. Olim.* 7. *De excep.* Cor. *conſil.* 322. *Conſuluit. num.* 9. *vol.* 1. Monta. latè *in tract. finium regund. cap.* 11.

h Et Orid. † Nam publica ſingulorum uſi- 8
bus patent, *l. unic. ut in loc. publ. l.* 5. *& tot. tit. ne quid in loc. pub.*

i Vel Arena. Quæ omnia ſunt cõmunia, non publica, utpote à nullo unquam populo occupata.

§. 4. Vniverſitatis ſunt.

VNiverſitatis *a* ſunt, non ſingulorum, veluti quæ in civitatibus ſunt, theatra *b*, ſtadia, & ſi qua alia *c* ſunt communia civitatum *d*.

1. *Univerſitatis res cujus juris, & quare ſic dicantur: & n.* 2. *quid ſit univerſitas, nu.* 3.
4. *Res univerſitatis à rebus, quæ ſunt in patrimonio publico, differunt.*
5. *Communia civitatum quomodo dicantur communia.*

DE rebus Univerſitatis.

a Universitatis. Rectiùs ita, quàm civitatis, ut complectatur parva oppidula, pagos, & quodlibet commune, collegium, cor-
1 pus, &c. Horum igitur bona † appellat publica, & definit eſſe ea, quæ uſibus populi perpetuò ſunt expoſita, in §. 1. inſr. *De inut. ſtipul. & in §. ult.* inſr. *De emp. & ven.* Et dicuntur univerſitatis eſſe, non magiſtratus. Dec. *conſ.* 473. *Quæritur. num.* 10. Gloſſ. & Angel. *n.* 1. hìc. Quemadmodum & teſte Cajo in *l.* 1. *ff. De rer. diviſ.* hoc genus rerum, quæ hìc recenſentur, revera publicum eſt. Eſt enim populi, & tamen ſervit ſingulorum uſibus: quod proprium eſt rerum, & locorum publicorum, *l.* 2. in princ. *& tot. tit. ne quid in loc. pub.* Cic. *lib.* 3. *de Finib. l.* 6. *de contr. empt.* ſed quia non jure imperii, & populi Romani hæc publica ſunt, ſed jure civitatis, ſeu univerſitatis:
ideo in † hac rerum diviſione, ut à publicis im- 2
perii regaliis, de quibus dictum eſt, ſecernantur, ſicut ſecernit Cajus in *l. uſucapionem.* 9. *De uſucap.* rectè appellantur res univerſitatis, *l.* 6. *De rer. diviſ. l. bona.* 15. cum ll. ſeq. *De verb. ſignific.* Ergò & hæc non poſſunt alienari, nec valent illæ venditiones, quibus venduntur reditus certi ad tegendum mutuum ſuper omnibus bonis civitatis. Nam in generali contractu non veniunt. *l. obligatione.* 6. *De pignoribus*, ſed in ſpecie ſi obligentur, & quæratur, an obligatio valeat? dicendum eſt, quòd non, quia non ſunt in commercio: illa verò, quæ in patrimonio non aliter, quàm ſervata ſolemnitate venduntur. *l. fin. C. De vend. reb. civitat. lib.* 11. Authent.
Hoc jus. C. De S. S. Eccleſ. † Univerſitas autem col- 3
lectionem, & corpus certæ multitudinis hìc ſignificat, de cujus definitione, ac diviſione vide Bartol.

conſil. 181. *Primò quæritur*. in princ. *l.* 7. *& tot. tit. quod cujuſque univerſitat.* Angel. & DD. hìc. Rectiùs autem univerſitatis, quàm civitatis res dicuntur: nam quæ non veniunt appellatione Reipub. aut civitatis, oppida, metrocomiæ, pagi, collegia, ſunt univerſitates, *tot. tit. quod cujuſque univerſ.* etiam caſtra, feuda diffuſiora, &c. Panor. in *c. cùm ſeculum.* 13. *num.* 1. *De jur. patron.* & habent res communes univerſitatis, *l.* 1. *cum ſeq. quod cujuſque univerſ.* quæ huc pertinent. Hinc & ſtudiorum univerſitates, quæ & generalia ſtudia dicuntur, Clement. 1. 2. *De magiſt.* Clement. 1. *De ſepultur.*

4 *b* Theatra. Hæc exempla † oſtendunt, hìc agi de rebus univerſitatis, quæ in publico uſu habentur: non de illis, quæ ſunt in patrimonio publico, uſuque ejus privato: ut vectigalia Reipub. horrea, prædia, armamentaria: quæ bona Reipub. vocat, *l. inter*. 17. *De verb. ſignific.* quòd ſolam Rempub. beant: nam hæ non jure univerſitatis, ſed privati patrimonii, ut res ſingulorum, poſſidentur, & fructum ferunt non cuilibet uti volenti, ſed patrimonio univerſitatis, *l.* 6. *De contr. empt. l. quod in littore*. 14. *De acq. dom* & in his univerſitas pro privata perſona habetur, *l.* 1. *quod cujuſque univerſ.* Jaſon in *l. ult. num.* 6. *C. De pact.* & in *l. ſi quis major.* 41. *num.* 10. *C. De tranſact.* eòque harum rerum uſus non eſt publicus, ut nec rei privatæ: etiamſi bona publica appellentur, *l. inter*. 17. *de verb. ſignific.* abuſivè, *l. bona*. 15. *ff. eod. tit.* reſpectu ſcilicet, & in comparatione juris pop. Rom. quod propriè publicum eſt: de quo ibi agitur, & cui hæc bona opponuntur, in *d. l. bona*. Abſolutè tamen in materia rerum quærendarum, & tuendarum, ut in edicto, *quod cujuſque univerſitat.* hæc propriè publica bona dicuntur, *d. l. inter*. non quòd ſacra, religioſa, non publicis uſibus deſtinata, ſed quia privata magis commoda, quàm publica beant. Ejuſmodi etiam bona, de quibus in *d. l. inter*. ſunt in commercio: illa verò, de quibus hìc agitur, extra commercium poſita, *d. l.* 6. *De contr. empt.* §. 1. infr. *De inutil. ſtip.* §. *ult.* infr. *De empt. & vendit. l. cum ſervus*. 39. §. *ult. De legat.* 1.

c Si Qua Alia. Forum, Curia, Baſilica, viæ publicæ, balnea publica, piſcinæ, aquæductus, fontes, campus Martius, & alii campi publici, ubi populus exercetur, *d.* §. *ultim.* infr. *De contr. empt.* §. *injuria*. verb. *in campo*. ubi ſolitum eſt exerceri, inſr. *de leg. Aquil.* Item fana, porticus, jura, judicia, ſuffragia, comitia, ludi, circi, ſtatuæ: de quibus. *l. in tantum*. 6. *ff. De rer. diviſ.* Cicer. *lib.* 1. *Offic.*

d Civitatum. Jure † civitatis, &, utan- 5
tè dictum eſt, univerſitatis: utrumque enim hìc non ad urbem, ſed quamlibet hominum communitatem, etiam in oppidis, collegiis, vicis, &c. refertur, non jure populi, aut juregentium. Dicuntur autem communia, reſpectu uſus: quo ut res communes, ita & has, utendo, is, qui utitur, quaſi ſuas, reſpectu ſcilicet uſus, non proprietatis, facit, quandiu occupat, & utitur, *l.* 2. *ne quid in loc. publ. l. unic. ut in flum. publ.* Cicer. *lib.* 3. *De Finib. & lib.* 5. *Epiſt. ad famil. Epiſt.* 15. ubi non tantùm forum commune vocat, ſed & à curia diſtinguit. Theatrum cùm ſit commune, rectè tamen dicitur ejus eſſe eum locum, quem quiſque occupavit: & in hoc hæ res non differunt à publicis, *d. l.* 2. *d. l. unic.* At reliqua univerſitatis, quorum uſus non omnibus patet, etiam hactenus differunt: ut armamentaria, horrea, penus, cellæ vinariæ, cerviſiariæ, fundi, prædia, *l.* 6. *De contrah. empt.* fodinæ, *l. inter*. 17. *De verb. ſignific. l. ſi quis.* 23. §. *vectigal. l. liber homo.* 59. §. 1. *De hæred. inſt.* de quibus nonnulla Benedic. Bon. *lib.* 1. *De cenſib. art.* 18.

§. 5. Nullius autem.

NVllius *a* autem ſunt res ſacræ, & religioſæ *b*, & ſanctæ: quod enim divini juris eſt, id nullius in bonis eſt *c*.

1. *Res nullius, & communes, & publicæ quomodo differant.*

DE rebus, quæ ſunt in nullius bonis.

1 *a* Nullius. Nullo † reſpectu, nec quoad uſum, nec quoad proprietatem. Quod nullius eſt, id, ut alicujus fiat, nulla obligatio valet efficere, *l. nullius*. 182. *De reg. jur.* ideòque loca ſacra, item religioſa, quaſi noſtra in rem actione peti non poſſunt. *l. in rem*. 23. § 1. *De rei vend.* At communia uſu ſunt alicujus, & proprietate fieri occupantis poſſunt: publica verò, etſi reſpectu privatorum, quoad proprietatem, nullius eſſe perhibeantur, *l.* 1. *De rer. diviſ.* tamen ſunt aut hominum, aut Roman. vel alterius populi, vel univerſitatis, *d. l.* 1. uſu verò ſingulorum, *d. l.* 2. Sunt tamen quædam ſpiritualia quaſi communia, quæ uſu fiunt privatorum, ut Sacramenta. Hoſtien. *De jure cal. num.* 4. Sed de his, quæ Deus in miniſterio nobis offert, hìc non agimus, verùm de illis, quæ Deo à nobis offeruntur, dedicantur, conſecrantur, de rebus Templo conſecratis. Publici juris videtur & libertas. Hinc etiam referri poteſt ſtatus libertatis, & ingenuitatis, *l. liberos*. 10. *C. De libe. cauſ.* qui eſt ex juregentium oppoſitus libertinitati, & ſervituti, *l.* 4. *De juſt. & jur. l. ingenuum*. 25. ubi Gloſſ. *De ſtat. hom.*

b Religiosæ. Ut oſſa Martyrum. *l.* 3.

Digitized by Google

l. 3. *C. De Sacroſanct. Eccleſ.*

c In Bonis Est. *L.* 1. *De rer. diviſ.* obi his ea opponuntur, quæ ſunt humaoi juris, ut in §. 1. infr. *De inutil. ſtip.* immò nec ulla obligatione effici poteſt, ut alicujus fiant, *l. quod nullius*. 182. *De reg. jur.* Id eſſe jus aotiquiſſimum, & fuiſſe etiam ante populum Romanum, vel inde liquet, quòd tametſi Abraham emiſſet agrum ad ſepulturam in Terra Canaan, *Geneſ.* 23. 16. *Act.* 7. 16. tamen ne poſſeſſionem quidem veſtigii pedum ibi habuiſſe ſcribitur, *Act.* 7. 5. nimirum, quoniam ager ille ſepulturæ tanquam religioſus, non eſſet in bonis.

§. 6. Sacræ res ſunt.

Sacræ res ſunt, quæ ritè *a* per Pontifices Deo conſecratæ ſunt *b*: veluti ædes ſacræ, & donaria *c*, quæ ritè ad miniſterium Dei dedicata ſunt: quæ etiam per noſtram conſtitutionem alienari, & obligari prohibuimus, excepta cauſa redemptionis captivorum *d*. Si quis autem auctoritate ſua quaſi ſacrum *e* ſibi conſtituerit: ſacrum non eſt *f*, ſed profanum *g*. Locus autem, in quo ædes ſacræ ſunt ædificatæ, etiam diruto *h* ædificio *i*, ſacer adhuc manet k, ut & Papinianus *l* ſcripſit.

1. *Donarium quid.*
2. *Bonorum Eccleſiaſticorum uſus.*
3. *Privato ſacrum conſtituere ſibi non licet: & ratio. ibid.*
4. *Profanum quid.*
5. *Loca ſacra extra commercium eſſe: ſecus in rebus locis ſacris dicatis.*

De rebus ſacris.

a Rite. Publicè; ſolemniter, more majorum, *l.* 6. §. 2. *ff. eod.* Vide Macrob. *lib.* 3. *Saturnal. cap.* 3. & 7. Feſt. *lib.* 17.

b Consacratae Sunt. Rem, de qua controverſia eſt, prohibemur in ſacrum dedicare; alioquin dupli pœnam patimor, *l. ult. De litigios.*

1 *c* Donaria. Sic † nominantur ln conſtitutione, quæ hìc allegatur, *l. ſancimus*. 17. *C. De SS. Eccleſ.* dona Deo oblata, ideſt Templo, unde ſanctificantor. Matt. 23. verſ. 17. & 19. ae dona Dei vocaotur. Luc. 21. 4. *item ſanctum ſanctorum Domino. c. nulli liceat*. 12. *q.* 2. Tiraq. *De retract. convent.* §. 7. Gloſſ. 4. *num.* 11. Sic ſtipis, quæ colligitur diebus Domioicis, ſtatim fit ſacra; & ideo ſi concluſa in templo auferatur, ſacrilegii tenebitur, *d. c. nulli liceat*. & jore Saxon. rota punietur, *lib.* 2. *Landrecht. art.* 13. nam ſi profanum tantùm, furti. *l. Divi.* 5. *De peculat.* ubi Gloſſ. etiam remiſſivè quando, & quomodo fiat res ſacra. Quidam voloot hoc nomine ſignificari locum, io quo dona aſſervantor, quòd huic loco congruit, qoi ædes ſacras, & donaria jungit, unaque definitione complectitur: nempè quòd ad miniſterium Divini cultus dedicata ſunt. Et ejuſmodi propriè per Pontifices dedicaotur, nec privata conſtituuntur auctoritate: at dona privatim Eccleſiæ offerri poſſunt. Hæc ſacra non ſunt antè, quàm publica auctoritate conſecreotur. Bart. *l. ſi nondum*. 21. *C. De furt.* Eccleſiæ tamen fiunt etiam ante traditionem, poſtquàm data ſunt, *l. ult. C. De Sacroſanct. Eccleſ.*

d Captivorum. *L. ſancimus*. 21. *C. De SS. Eccleſ.* † Nam Eccleſiaſtica bona ſunt eroganda 2
pios in uſus: ut eſt redemptio, *d. l.* 21. *l. ſi quis*. 36. *C. De donat.* qoia in id data ſunt. Vide Gloſſ. & DD. *c.* 1. *De pignorib.* & *tit. De reb. Eccleſ. non alienand.* Redoan. *eod. tract.* Tiraq. *De privileg. piæ cauſæ, privil.* 135. & quoniam Deo conſecrata ſunt: cui gratiſſimos cultus eſt pia eleemoſyna, *l. legatum*. 16 *De uſu, & uſufruct. lega. l. legatam*. 5. *De adminiſtr. rer. ad civi. pert. l. Imperatores*. 13. *De politica*. Vide Schurff. *conſ.* 48. & *conſ.* 90. *centur.* 1. item in *conſ.* 5. *vol.* 4. diverſorum Juriſconſultorum. Nam ſacra profana fieri non poſſunt, neque debent, c. *ſemel*. 51. *De reg. jur. in* 6. *l. inter*. 83. §. *ſacram*. 5. *De verb. obl.* Quanquam enim nullius io homiois, ot hìc dicitur, bonis exiſtunt; habentur tamen in patrimonio, jureque Eccleſiæ. Ut igitur res publici patrimonii non ſunt extra commercium, *d. l.* 6. *De cont. empt.* ſed pro neceſſitate Reipub. alienari poſſunt, *l. ult. & tot. tit. C. De vend. reb. civit. tot. tit. De loc. pub. & ſi. ag. vectig. & de loc. public. fruend.* ita & res Eccleſiæ, *Novell. de alien. & emph. d. l. jubemus*. 17. cum ll. ſeq. quæ rebus patrimonialibus comparantur, non publicis, quia non ſunt in uſu, & poſſeſſione ſingulorum, neqoe uſibus publicis habentur expoſita, ut publicæ res univerſitatis.

e Sacrum. Secùs, ſi religioſum, ut in §. *ſeq.*

f Non Est. Privati † enim nec ex profano 3
ſacrum, nec ex ſacro profanum facere poſſunt. *d. l. liber homo*. §. *ſacram*. *De verb. obl.* Sacra enim publici ſunt juris, *l.* 1. §. *hujus autem ſtudii*. *De juſt. & jur.* quæ autem publica ſunt, poteſtati privatorum non ſubjacent. *l. jus publicum*. 38. *De pact.*

l. nemo.

l. nemo. 55. *De lega.* 1. cum ſimilibus.

4 *g* Profanum. † Profanum opponitur ſacro, quaſi extra cauſam fanaticam poſitum. Macrob. *lib.* 3. *cap.* 7. hæc tamen privata ſacra, quandam etiam religionis ſpeciem habent, *l. ſacrilegi*. 9. *ad l. Jul. pecula.*

5 *h* Etiam Diruto. Secùs † in privatis ædificiis, quæ in loco publico conſtruuntur: quibus dirutis, ſolum rurſus publici fit juris, *d. l. quod in littore*. 14. *De acq. dom. l. præſcriptio*. 45. *De uſucap. l.* 6. *De rer. diviſ.*

i Ædificio. Diverſum ſi capiatur ab hoſtibus, *l. cum loca*. 36. *De relig. & ſump. fun.* Gloſſ. *l. æde*. 73. *De contrah. empt.* ut nunc templa per Turcas profanata.

k Manet. *L. in tantum*. 6. *ff. eod.*

l Papinianus. *L. æde*. 73. *De contr. emp.* ubi ait hunc locum venire non poſſe. Templa igitur, & loca ſacra extra commercium ſunt, §. 1. inſ. *De inutil. ſtip.* §. *ult.* inſ. *De contr. empt.* non omninò res templo dicatæ, *d. l. ſancimus*. 21. *C. De SS. Eccleſ. tot. tit. extr. De reb. Eccleſ. non alienan.*

§. 7. Religioſum locum.

Religioſum locum *a* unuſquiſque ſua voluntate facit *b*, dum mortuum infert in locum ſuum *c*. In communem autem locum purum *d* invito ſocio inferre non licet *e*. In commune verò ſepulcrum etiam invitis cæteris licet inferre *f*. Item ſi alienus uſusfructus eſt, proprietarium placet, niſi conſentiente *g* uſufructuario *h*, locum religioſum non facere *i*. In alienum locum conſentiente k domino licet inferre: & licet poſteà ratum habuerit *l*, quàm illatus eſt mortuus, tamen locus religioſus fit.

1. *Religio, & Religioſum unde.*
2. *In re communi nihil poſſe mutari ſocio invito. Fallit, ut num. 3.*
4. *Paria eſſe, initiò aſſentiri, vel ex intervallo ratum habere.*

De locis religioſis.

1 *a* Religiosum Locum. † Religio, & Religioſus, à relinquendo ſunt dicta: quòd propter ſanctitatem à profanis uſibus relinquantur: nam in arandis agris, conſerendis hortis, ſepulcra, & alia loca religioſa relinqui intacta ſolent. Gell. *lib.* 4. *cap.* 9. Macrob. *lib.* 3. *cap.* 3. ejuſdemque juris ſunt cohærentia. *l. quæ religioſis*. 43. in princ. *De rei vendic.*

b Sua Voluntate Facit. Non autem ſacrum, ut ſi quis in ſuo ſolo templum ædificet, vel ſacellum. Hier. Montan. *tract. fin. regund. cap.* 98. *num.* 1.

c Locum Suum. Sui juris, & dominii, non alienum, *l.* 6. & 7. *De rer. diviſ. l.* 2. §. 2. *l.* 6. *De religio. & ſump. fun.* Hæc de loco: ſequens eſt igitur corpus mortuum, oſſa hominum eſſe religioſa, *l.* 3. *C. De Sacroſanct. Eccleſ.* cùm horum illatio locum etiam profanum faciat religioſum, *l. oſſa*. 8. *de relig.* Propter quod unumquodque tale, illud magis tale. Auth. *Multò magis*. *C. De Sacroſanct. Eccleſ.* Clem. unic. *De rel. ſanct. c. cum Marthæ*. 6. *De celeb. Miſſ. l. ex diverſo*. 17. §. 1. ubi Bald. Imol. Alex. notant, *ſolut. matr.* Everar. *loc. lega. A minore*, verſ. *ſecundo iſtud argumentum mihi fol.* 62. *num.* 10.

d Locum Purum. Opponitur religioſo, ſicut profanum ſacro, *l.* 2. cum ſeq. *De religio. & ſumpt. fun.*

e Non Liceat. *L.* 6. *De rer. diviſ. l.* 2. §. 1. *De religio. & ſumpt. fun. l.* 6. §. 1. *com. divid.* Nam † in re communi nihil poteſt mutari ſocio invito: unde prohibentis melior eſſe dicitur conditio, *l. an unus*. 11. *ff. ſi ſerv. vend. l. in re communi*. 26. *De ſervitut. urb. prædio.* 2

f Liceat Inferre. Quia † licet invito ſocio re communi uti ad eum uſum, ad quem eſt ordinata, *l. ſi quis*. 6. §. 4. *com. divid. l. arboribus*. 12. §. 1. verſ. *navis*. *De uſufruct.* 3

g Consentiente. Nam illo conſentiente fit religioſus, *l. locum*. 17. *De uſufruct.*

h Usufructuario. Quia minuitur illi uſusfructus, cùm colere locum religioſum, & ad utilitatem ſuam accommodare nequeat, *l.* 2. §. 3. *l. ſunt perſonæ*. 43. *De religio. & ſump. fun.*

i Non Facere. Niſi teſtatorem inferat, qui uſusfructum legavit, *l.* 2. §. 3. *De relig. & ſumpt. fun.*

k Consentiente. Secùs prohibente, *l. is qui*. 7. *De religio. & ſumpt. fun.* non tamen domino licebit oſſa inde tollere, vel ejicere ſine magiſtratus auctoritate, *l. oſſa*. 8. *De religio. & ſumpt. fun.*

l Ratum Habuerit. Sic affirmativè legitur in *l.* 6. in fin. *ff. eod.* & apud Theoph. hìc. Ratio, quia conſenſus poteſt ex intervallo ſubſequi, *l. ult. ad S. C. Maced. l.* 1. §. *prodeſt*. *ff. quor. bonor.* & † paria ſunt initiò aſſentiri, vel ex intervallo ratum habere, *l. ſemper*. 60. *De reg. jur.* 4

§. 8. San-

§. 8. Sanctæ quoque.

SAnctæ quoque res, veluti muri *a*, & portæ Civitatis, quodammodo *b* Divini juris ſunt: & ideò nullius in bonis ſunt. Ideò autem muros ſanctos dicimus *c*, quia pœna capitis conſtituta eſt in eos, qui aliquid in muros deliquerint *d*. Ideò & legum eas partes, quibus pœnas conſtituimus adverſus eos, qui contra leges fecerint, ſanctiones vocamus *e*.

1. *Murorum appellatione, & portarum, quæ comprehendantur: & cur ſancta dicta, remiſſivè, num. 2.*

DE rebus Sanctis.

1 *a* MURI. Hoc † de muris, & portis, tàm civitatum, quàm caſtellorum, villarum, caſtrorum intellige, *l.* 3. §. 7. *De re militari*.

b QUODAMMODO. *L.* 1. *h. t. l.* 2. *Ne quid in loc. ſac.* non propriè, *l. ſacra*. 9. §. *propriè*. *ff. eodem*. non enim dedicatione aliqua exemptæ ſunt à rebus humanis, aut religioni conſecratæ, ſed magis quadam legis ſanctione, *l. ſanctum*. 8. cum ll. ſeq. *eod.* & quoad violationem. *l. ſanctio*. 41. *De pæn. l. mortuorum*. 12. *C. De religio. & ſumpt. funer.* aliàs ſunt principis, vel civitatis, cujus ſumptibus conſtruuntur. Rolan. à Vall. *conſ.* 84. *num.* 19. *& ſeqq. lib.* 2.

c DICIMUS. Hac † de re vide plura in *l. ſanctum*. 8. & *l. ſacra*. 9. §. *pen. ff. eod.* 2

d DELIQUARINT. *L. fin. ff. eod. tit.* ubi tamen de Romana urbe agit, in aliis oppidis pœna mitior placet relegationis, &c. Bal. & DD. *d. l. ult.* deinde cauſa conſideranda eſt, quæ in *d. l. ultim.* eſt contemptus, ludibrium, illuſio: alia igitur cauſa neceſſitatis, ignorantiæ, imprudentiæ, aliam merebitur animadverſionem, ſcilicet mitiorem. Hinc qui ob delictum voluit ſic effugere, & ſanguinem ſuum taliter redimere fuga, huic vidi imponi mulctam, aut pœnam arbitrariam.

e VOCAMUS. *L. ſanctio legum*. 41. *De pæn.*

§. 9. Singulorum autem.

SIngulorum autem hominum multis modis res fiunt: quarundam enim rerum dominium nanciſcimur jure naturali, quod (ſicut diximus) appellatur jus gentium *a*: quarundam verò jure civili. Commodius eſt itaque à vetuſtiore jure incipere *b*. Palàm eſt autem, vetuſtius eſſe jus naturale, quod cum ipſo genere humano *c* rerum natura prodidit. Civilia enim jura tunc eſſe cœperunt *d*, cùm & civitates condi, & Magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperunt *e*.

1. *Acquirere, juris naturalis eſſe: & ratio.*

2. *Civilium jurium initium.*

ABſoluta rerum diviſione, & qualitatibus explicatis, tranſit Juſtinianus ad alteram hujus Tituli partem, & modos acquirendi rerum dominii exponit. Acquiritur autem dominium aut jure naturali, hoc eſt gentium, aut civili. Modos igitur acquirendi ex jure gentium, qui natura priores ſunt, decem, & octo numero, hoc in Titulo ordine complectitur. Modi hi vocantur, & cauſæ, *l. ult. C. De rei vend. l.* 3. in fin. *De acquir. poſſ.* item Tituli, *c. ſi diligenti*. 17. *De præſcript. l. nullo*. 24. *C. De rei vend. l. cogi*. 11. *C. De pet. hæred.* & paſſim *De præſcript. long. tempor.* quibus rerum vel dominia, vel poſſeſſiones transferuntur, *l. penult.* ubi Gloſſ. verb. *tutelam*. *C. De poſ.* Porrò Methodum de dominio vide in *Paratit. ff. De acq. rer. dom.*

a JUS GENTIUM. Gloſſ. *l. omnes*. 9. verb. *jus gentium*. *De juſt. & jur.* Cùm † enim jus na- 1
turale refertur ad actus, qui hominis ſunt proprii, nec communes cum reliquis animantibus, tùm jus naturæ pro jure gentium, ſeu humano eſt accipiendum. Caſtrenſ. in *l.* 1. in princ. *De pact.* bonus text. *l.* 1. verb. *naturalis ſit, & omnium gentium*. *ff. locat.* habere autem in dominio, proprium eſt hominum. Nam dominium jus eſt, in *rubr. C. De jure domin. impetran.* DD. *l. ſola*. 4. *C. De teſtib.* jura intellectu tantùm, & ratione percipiuntur, infrà *tit.* 1. in fin. cujus animantes reliquæ ſunt expertes.

b IN-

b Incipere. Naturalis rerum ordo in explicatione ſervandus eſt.

c Genere Humano. Loquitur igitur de jure naturali humano, quod hominibus tantùm notum eſt: qui in animantibus ſoli, rerum dominia norunt, & tenent, *l.* 1. *De acq. rer. dom.*

2 *d* Esse Coeperunt. Multis † poſt natos hominum ſæculis: cùm jam occupatione, inventione, & aliis modis naturalibus dominia eſſent acquiſita. Primam autem civitatem extruxiſſe ſcribitur Cain, *Gen.* 4.

e Scribi Coeperunt. *L.* 5. *De juſt. & jur.* Deinde modi civiles acquirendi in jure noſtro, ſunt juris civilis Romani: quare illis naturalibus modis longè ſunt poſteriores.

§. 10. Feræ igitur.

Feræ *a* igitur beſtiæ, & volucres, & piſces, & omnia animalia, quæ in terra, mari, cœloque *b* naſcuntur *c*, ſimulatque ab aliquo capta fuerint, jure gentium *d* ſtatim illius eſſe incipiunt *e*. Quod enim ante nullius eſt *f*, id naturali ratione *g* occupanti conceditur. Nec intereſt, feras beſtias, & volucres *h* utrum in ſuo fundo quis capiat, an in alieno *i*. Plane, qui in alienum fundum ingreditur venandi, aut aucupandi gratia, poteſt à domino, ſi is præviderit, prohiberi, ne ingrediatur k. Quicquid autem eorum *l* ceperis, eòuſque tuum eſſe intelligitur, donec tua cuſtodia coercetur. Cùm verò tuam evaſerit cuſtodiam, & in libertatem naturalem *m* ſeſe receperit, tuum eſſe deſinit *n*, & rurſus occupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cùm vel oculos tuos effugerit, vel ita ſit in conſpectu tuo, ut difficilis ſit ejus perſecutio *o*.

1. *Ratio diverſitatis in acquiſitione volucrum, & ferarum, & piſcium.*
2. *Ingrediens alienum fundum animo venandi, prohiberi poteſt: & quid juris ſit, ſi ultra prohibitionem quid capiat.*
3. *Dominium, & poſſeſſionem ſolo animo retineri.*

Primus modus acquirendi res, occupatio: qui quidem & antiquiſſimus eſt, & generalis in rebus, quæ nullius ſunt: eſſe tamen poſſunt, ubi valet regula; occupantis meliorem eſſe conditionem, *l. ſi verò.* 10. *De pecul. l. ſi quis.* 14. *De noxalib. act.*

a Feræ. Opponuntur hìc animantibus domeſticis, ac cicuribus: ſive eæ naturales ſint, ſive conſuetudine manſuefactæ, §. *pavonum.* infr. *eod.* nam hæ cùm non ſint nullius, ceſſat in iis ratio, & jus occupationis.

b Coeloque. In aere, ut aves, *l.* 1. in ſin. *De acq. rer. dom.* §. 1. ſupr. *De jur. nat. gent. & civil.* in omnibus enim linguis cœlum pro aere uſurpatur. *Matth.* 6. 26.

c Nascuntur. Hinc fluit jus venationis: de quo in *l.* 1. & 3. *ff. eod. l. Divus.* 16. *De ſer. ruſt. prædio. l. qui foveas.* 28. *ad l. Aquil. c.* 1. & 2. *De Cler. venat. c.* 1. & 2. 34. *diſt. c. qui venatoribus. diſt.* 86. *l.* 1. *C De venator. lib.* 12. ubi dixi, *l venatoribus.* 7. *De excuſat. mun. lib.* 10. *cap.* 1. §. *ſi quis ruſticus*, verſ. *nemo retia. De pac. tenen.* Schurff. latè *conſ.* 1. *cent.* 3. Zaſ. *conſ.* 6. *lib.* 2. Chaſſan. in *conſuet. Burg. tit.* 13. §. 7.

d Jure Gentium. Orto ex jure Divino, *Gen.* 1. 9.

e Incipiunt. *L.* 1. & 3. *l. quod in littore.* 14. *De acq. rer. dom.*

f Nullius Est. Eſſe tamen poteſt. Cauſa, & ratio quærendi dominii univerſalis. Hoc autem non obtinet in rebus, quæ veriſimiliter ſunt alicujus, etiamſi dominus ignoretur, §. *ult.* infr. *eod. l. ult. C. unde vi.*

g Ratione. Lege ſcilicet creationis, *Gen.* 1. 9. rationi nota, Cicer. *lib.* 1 *Offic.*

h Volucres. Piſcium non meminit: hos enim non licet in aliena aqua, utpotè privata piſcari, ſed tantùm in publica, *l. injuriarum.* 13. §. *si. De injur.*

i Alieno. Quoniam † aer communis eſt ubique, 1 in quo volucres degunt, & feræ vagantur. Quocirca ſicut aerem ubicunque hauriendo noſtrum facimus, ita ea, quæ in aere capiuntur. Nec obſtat, quòd feræ per terram vagantur: non enim illi cohærent, ut nec aliæ rès mobiles, *l. Cajus.* 86. *De legat.* 2. Quare ſicut aer incumbens terræ non eſt domini fundi, ſed cuique occupanti, haurientique conceditur: ita & feræ in hoc aere captæ, quamvis in fundo alieno, *d. l. Divus. ad l.* 3. quamvis in ſilvis, alienis etiam, circumſeptis, *l.* 3. §. *item.* 9. *De*

9. *De acquir. poſſ.* ubi piſces quoque eodem numero habentor, etiamſi in ſtagno ſint, addita ratione, quia in naturali libertate relicti ſunt: ex quo ſequitur oullius in dominio eſſe. Nam& piſces, qui ſunt io alicujus aqua, elabi, & tranſmittere aliò poſſunt; ut & feræ ſilvarum. Diverſum eſt in incluſis, aut in piſcinam conjectis. *d.* §. 9. quoniam ipſa conjectio, concluſioque præſupponit apprehenſas ſemel,& occupatas, nec in libertate naturali relictas eſſe.

2 *k* Ingrediatur. † Quia non aeris communis uſu, ſed ingreſſu ſui fundi, vel fluminis prohibet: id quod licet *l. quemadmodum.* 29. *ad l. Aquil.* etiamſi aote fundum in publico nemo prohiberi poſſit. *d. l. injuriarum*, §. *ult.* Prohibitus tamen, ſi nihilominùs in alieno capiat, ſuum id facit. Gloſ. & DD. *in l. Divus.* 16. *De ſer. ruſt. præd.* nec præcludi propterea poteſt. Ang. & DD. hìc, tex. *in l.* 39. §. *quamvis.* 1. *ad l. Aquil.* quamvis injuriarum cum eo agi poſſit. *d. l. injuriarum.* in fin. niſi ejuſmodi jus in alieoo venandi, à tempore prohibitionis ſit præſcriptum, *l.* 2. *l.* 6. *De ſer. ruſt. præd. l.* 7. *De diverſ. & temp. præſcript.* Jaſ.& DD. *in l. quo minus.* 2. *De flum.* latè Schurff. *conſ.* 1. *cent.* 3. *& conſ.* 69. *num.* 20. *cent.* 1. Idemque juris in piſcatione locum habet, *d. l. injuriarum*, §. *ult.*

l Eorum. Quæ animum, & ſpiritum revertendi habeot. Nam res ſpiritus expertes, in quibus ceſſat hæc ratio, occupatæ incommutabiliter noſtræ fiunt: & quamvis cuſtodiam exieriot, etiam manent, donec animo retinentur, §. *ult.* infr. *eod.*

m Naturalem. *L. naturalem.* 5. *l. Pomponius.* 44. *eod.* ubi hæc res eleganter exponitur.

n Desinit. Etiamſi uſucapere continua poſſeſſione potueris: non enim propriam rem uſucapere potuiſti; eòque nec jure oſucapionis te rectè defendis.

o Persecutio. Quanquam † ad acquiſitionem non ſufficit eſſe remio coolpectu, & ejus apprehendendæ ſpem ſubeſſe: quoniam corpore, & animo acquiritur, non animo tantùm. *l. in laqueum.* 55. *ff. eod.* tamen quia dominium,& poſſeſſio animo retinentur, *l.* 3. §. *ſaltus.* 7. *De acq. poſſ.* ideo fera ſemel noſtra facta, retinetur animo, quoad in propinquo ejus recuperandæ ſpes ſubeſt: ut io *l.* 6. §. *ult. & d. l.* 3. §. *item.* 9. *De acq. poſſ.* illa ſublata non retinetur, qoia motata eſt dominii cauſa, *d. l. Pomponius.* 44. 3

§. 11. Illud quæſitum eſt.

Illud quæſitum eſt, an, ſi fera beſtia ita vulnerata ſit, ut capi poſſit, ſtatim tua eſſe intelligatur. Et quibuſdam placuit, ſtatim eſſe tuam: & eòuſque tuam videri, donec eam perſequaris: quòd ſi deſieris perſequi, deſinere eſſe tuam, & rursùs fieri occupantis. Alij verò putaverunt, non aliter tuam eſſe, quàm ſi eam ceperis. Sed poſteriorem ſententiam nos confirmamus, quòd multa accidere ſoleant, ut eam non capias *a*.

1. *Actus ad rem, diſtat à re ipſa.*

Definitio occupatioois, & quomodo conſtituatur.

a Non Capias. *D. l. naturalem. l. in laqueum.* 55. *De acq. rer. dom.*
2 Actus † ad rem, & deſtinatio diſtat à reipſa: DD. *l. cætera.* 41. §. *ſed ſi paravit*, per illum text. ubi latè Jaſ. *De legat.* 1. *& in l. à Divo.* 15. §. *ult. De re judica.* Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. Gloſſ. 7. *num.* 102. cum ſeq. nec ſolo animo poſſeſſio & dominium quærun-tur, ſed animo,& corporali apprehenſione coojunctis, *l. ſi id quod.* 25. §. *ult. l. qui univerſas.* 30. *De acq. poſſ.* Denique in hiſce rebus communibus occupando dominium acquiritor: atqui occupatio non eſt abſq; poſſeſſione corporali & ſanè ſolus apprehendendi conatus, ac perſecutio aliud eſt, quàm ipſa occupatio: quemadmodũ aliàs conatus ab acto perfecto diſtinguitur, *l.* 1 *De extr. crim. l. ſi quis non dicam rapere.* 5. ubi latè Bal. *C. De Epiſc. & Cler. l. qui falſam.* 19. *ad l. Corn. De fals.* Vide Felin. *in tract. An conat.*

§. 12. Apium quoque natura.

Apium quoque natura fera eſt *a*. Itaq; apes, quæ *b* in arbore tua conſederint, antequàm à te alveo tuo includantur *c*, non magis tuæ intelliguntur eſſe, quàm volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint *d*. Ideòque, ſi alius eas incluſerit, is earum dominus erit. Favos *e* quoque, ſi quos hæ fecerint, eximere quilibet poteſt *f*. Planè integra re *g*, ſi prævideris ingredi-

gredientem fundum tuum, poteris eum jure prohibere, ne ingrediatur. *h* Examen, quod ex alveo tuo evolaverit *i*, eòuſque intelligitur eſſe tuum *k*, donec in conſpectu tuo eſt, nec difficilis perſecutio ejus eſt; alioquin occupantis fit *l*.

1 *Apium naturam feram eſſe: & quid, ſi cicurata ſint: nu. 2, & 4. & mox infr. num. 1.*

3. *Prohibens dominum rem ſuam auferre, quibus actionibus conveniatur.*

DE Apium Captura.

1 *a* Apium Quoque. Liberè enim † feruntur, & vagantur apes, & ſua natura ſilveſtres ſunt, non cicures, ac ſæpe locum, & alvearia mutant, ut feræ, ut piſces, *l. naturalem.* 5. §. 2. *De acquir. rer. dom. l. ſi apes.* 26. *De furt.* Cùm his ergo conveniat definitio ferarum, convenit & definitum.

2 *b* Itaque Quae. Silveſtres † ſcilicet & feræ: nam ſecus in concluſis ſemel, vel cicuribus, ut ſequitur, *l. Pomponius.* 8. *fam. erciſ. in fin.*

c Includantur. Atque ita occupentur, *l.* 3. § 9. & 10. *De acq. poſſ.* Etenim in occupatis ſemel, obtinet verſi. ſequens: *examen. &c.*

d Fecerint. Quas & quarum ova cuique deprædari permiſſum eſt. *d. l. Divus.* 16. *De ſerv. ruſt.*

e Favos. Congeriem mellis, quam apes ex cera fingunt: cellulas melle plenas, fruſta operis apiarii. Varro *de re ruſt. lib.* 3. *cap.* 16.

f Quilibet Potest. Quaſi rem jure naturæ communem. *l. apes.* 26. *De furt.*

g Integra Re. Antequam apprehendendo
3 dominus factus ſit. Nam † dominum nemo ne in ſuo quidem prohibere debet, quo minus rem ſuam auferat. *tot. tit. De glan. legen.* alioqui vendicare poteſt, *l.* 5. *De rei ven.* & ad exhibendum agere, *l. theſaurus.* 15. *ad exhib. l. hoc amplius.* 9. §. *Alphenus. De dam. infec.* interdum & furti. §. *gallinarum.* infr. *eod.* & injuriarum. Gloſſ. in *l. quis ſaxum.* 6. *De donat. in fin.*

h Ne Ingrediatur. §. *feræ. ſup. eod.*

i Evolaverit. Atque ita ſemel jam occupatum, concluſumque fuit: alius eſt ergo hìc caſus, quàm ſuperior.

k Esse Tuum. Quemadmodum de fera ſemel occupata. ſupr. ad §. *feræ.* dictum eſt.

l Occupantis Fit. Hæc omnia † de ſilve- 4
ſtribus apibus accipienda ſunt. *d. l. ſi apes.* ſecus eſt in cicuribus, quæ ex diuturna conſuetudine, & aſſuefactione, avolare, & revolare ſolent, ut declarat §. *ſequens*, & *l. Pomponius.* 8. *in fin. fam. erciſ.* Ac inter ſilveſtres, & cicures apes ipſi quoque naturæ indagatores diſtinguunt. Plin. *lib.* 11. *cap.* 5. Varro *de re ruſt. lib.* 3. *cap.* 16. Colum. *lib.* 9. Jure Saxonico Examen fit ejus, cujus in horto, vel fundo capitur. *VVeichbildt art.* 120. niſi vicino conceſſerit, aut alii ut auferat, quo caſu fit capientis ut *l. Divus.* 16. *De ſervit. ruſtic. præd.* nec cogitur dividere cum domino fundi, niſi de hoc pactum interceſſit: & ſic judicavimus.

§. 13. Pavonum, & columbarum.

PAvonum, & columbarum fera natura eſt *a*. Nec ad rem pertinet, quòd ex conſuetudine avolare, & revolare ſolent. Nam & apes idem faciunt, quarum conſtat feram eſſe naturam. Cervos quoque ita quidam manſuetos habent, ut in ſilvam ire, & redire ſoleant: quorum & ipſorum feram eſſe naturam, nemo negat. In iis autem animalibus *b*, quæ conſuetudine abire, & redire ſolent *c*, talis regula comprobata eſt *d*: ut eòuſque tua eſſe intelligantur, donec revertendi animum habeant *e*. Nam ſi revertendi animum habere deſierint *f*, etiam tua eſſe deſinunt *g*, & fiunt occupantium. Revertendi autem animum videntur deſinere habere tunc, cùm revertendi conſuetudinem deſeruerint *h*.

1. *Mutata cauſa poſſeſſionis, poſſeſſio quoque mutatur.*

HActenus dictum eſt de feris, earumque occupatione: ſequitur jam de manſuefactis.

a Fera Natura Est. Varro. *lib.* 3. *cap* 6. Colum. *lib.* 8. *cap.* 11.

b Animalibus. Feris natura: nam in domeſticis obtinet §. *ſequens.*

c Solent. *L. ſi pavones.* 37. *De fur.*

d Comprobata Est. Secundum † hanc igi- 1
tur regulam, limita, quæ ſupra de apibus generaliter ſunt dicta: ſiquidem illæ non feræ ſint, ſed eicuratæ.

e Animum Habeant. *D. l. ſi pavones. l. Pomponius.* 8. §. 1. *fam. erciſ. l.* 3. §. *apium. ff. De acq. rer. dom.*

f Desie-

f Desierint. Quod ex intermiſſione conſuetudinis redeundi, judex arbitratur, *l. furtum.* 37. §. 1. *De uſucap.*

g Desinunt. Quaſi redeuntia in naturalem li-
1 bertatem: non enim † poſſeſſio earum retinetur, mutata poſſeſſionis cauſa. *l. 6. §. ult. De acq. poſſ.* mutatur autem, quia feræ ſui quaſi juris jam eſſe incipiunt, ut non poſſint dici alieni: & alioqui cùm hoc dominium conſtet ex poſſeſſionis cauſa, *l. 1. De acq. poſſ.* ſequens eſt, ea amiſſa, illud quoque amitti.

h Deserverint. Duabus vicibus, ut DD. interpretantur: verùm ſatius eſt, hoc arbitrio judicis ex circumſtantiis æſtimari.

§. 14. Gallinarum autem.

Gallinarum *a* autem, & anſerum non eſt fera natura *b*: idq; ex eo poſſumus intelligere, quòd aliæ ſunt gallinæ, quas feras vocamus; item alii ſunt anſeres, quos feros *c* appellamus. Ideòque ſi anſeres tui, aut gallinæ tuæ, aliquo modo turbati, turbatæve evolaverint *d*, licet conſpectum tuum effugerint, quocunque tamen loco ſint, tui, tuæve eſſe intelliguntur *e*: &, qui lucrandi animo ea animalia detinet *f*, furtum committere intelligitur *g*.

1. *In furto animum attendi: diverſum in aliis.*

Animalium tria hac in parte genera conſiderantur: alia fera ſunt, alia cicura, alia domeſtica: de prioribus duobus dictum eſt hactenus, ſequitur tertium genus domeſticorum.

a Gallinarum. Hæc omnia ſumpta ſunt ex *d. l. naturalem.* 5. §. 1. & 2. *De acq. rer. dom.*

b Non Est Fera Natura. Quia non vagantur liberè, nec gaudent ſolitudine, ſed domeſtica hominum conſuetudine.

c Quos Feros. Hodie ſilveſtres appellamus: nota interim argumentum à contrariis.

d Evolaverint. Aut ſi à lupo, fure, &c. fuerint ablatæ. *l. Pomponius.* 44. *eod.*

e Intelliguntur. Quoad aliqua ſpes eſt recuperandi, & manent in rerum natura, *d. l. Pomponius.* 44. *eod.*

f Detinet. Non enim occupando ſuum facere poteſt, quod non eſt nullius, neque commune, ſed alienum: eòque vindicari, & perquiri à domino poteſt. *l. unic. De glan. legen.* & ſi prohibeatur ingredi, injuriarum rectè agit. *l. qui pendentem.* 25. *De act. empt.* Gloſſ. in *l. ſi quis ſaxum.* 6. *De don.*

g Intelligitur. *L. Pomponius.* 44. *De acq. rer. dom. l. Pomponius.* 8. in fin. *fam. ercíſ.* quia † fur- 1
tum in minima quantitate committitur, *c. ult.* 14. *quæſt. ult.* non enim hinc penditur, ſed ab animo, *c. pen.* 14. *quæſt. ult.* & contrectatione, in prin. infr. *De oblig. ex delic.* Cui igitur congruit definitio, ut etiam minimæ rei alienæ contrectatæ animo lucrandi congruere poteſt, eidem congruit & definitum: unde etiam dabitur furti actio. *l. ſi pavonem.* 37. *De furt.* vel etiam injuriarum. *Novell.* 69. *Ut omnes obed. judic. provinc. §. ſive enim.* verſ. *quid enim indignius.* etiamſi extraordinariæ reſtitutionum actiones, ob minimam ſummam non dentur. *l. 4. De in integr. reſt.* præſertim famoſæ. *l. ſi oleum.* 10. §. *ult.* cum ll. ſeq. *De dol. mal.* Quare nec puto criminalem furti hoc nomine dari, ex *l. ult. De furt.* ſed tantùm civilem: quod jure Saxonum eſt expeditum.

§. 15. Item ea.

Item ea, quæ ex hoſtibus capimus, jure gentium *a* ſtatim noſtra fiunt *b*: adeò quidem, ut & liberi homines in ſervitutem noſtram deducantur *c*. Qui tamen ſi evaſerint *d* noſtram poteſtatem, & ad ſuos reverſi fuerint, priſtinum ſtatum recipiunt *e*.

1. *Prædam extra prælium occupatam in Fiſcum redigi.*

SEcundus acquirendi modus, Captivitas: quæ non diſſimilis eſt occupationi: ut enim hac feræ beſtiæ, ſic captivitate feri homines bello capiuntur, & occupantur.

a JURE GENTIUM. *Geneſ.* 14. verſ. 14. & 16. *l.* 4. & 5. *De juſt. & jur.*

b NOSTRA FIUNT. *L.* 5. in fin. *l. transfugam.* 51. *De acquir. rer. dom.* & ibi valet illud, *Tua mea*
1 *ſunt*, 1. *Reg.* 20. verſ. 3. Prędą † tamen non capta prælio, ſed exitu belli occupata, ſolet publicari, & in fiſcum publicum redigi, Gell. *lib.* 10. *cap.* 23. & *lib.* 7. *cap.* 4. velut & ager ex hoſte captus. *l. ſi captivus.* 20. *De cap. & poſtlim. rever.*

c DEDUCANTUR. §. 4. ſup. *De jur. nat. gent. & civil.* Non tamen inter fratres ſunt jura captivitatis, imò eſt peccatum, 2. *Paralip.* 28. verſ. 10. cum ſeqq. multò minùs occidere licet, ibidem verſ. 9.

d SI EVASERINT. Quemadmodum & de feris ſuprà diximus.

e RECIPIUNT. Ut & poſtliminio reverſi. Vide *De capt. & poſtlim. reverſ.*

§. 16. Item lapilli.

ITem lapilli, & gemmæ *a*, & cætera, quæ in littore maris *b* inveniuntur, jure naturali ſtatim inventoris fiunt.

1. *Res natura communes, in locis communibus inventas, inventoris fieri.* & *num.* 2.

TErtius acquirendi modus, Inventio.

1 *a* GEMMAE. Res † natura communes, hoceſt, quæ in mari, littoribuſque gignuntur: aliud eſt in theſauris, §. *theſauros*. infr. *eod.* & mercibus in littus, ac mare naufragio ejectis, §. *ultim. hoc tit.*

b LITTORE MARIS. Aut † in ipſo mari, vel aliis 2
locis communibus: quod enim nullius eſt, occupanti conceditur. *l.* 3. *De rer. diviſ. l.* 1. *De acqu. poſſ.* at, quæ in publico loco inveniuntur, non ſtatim, & indiſtinctè fiunt inventoris: ut poſtea ad §. *theſauros* dicetur.

§. 17. Item ea.

ITem ea, quæ ex animalibus *a* dominio tuo ſubjectis nata ſunt, eodem jure *b* tibi acquiruntur.

QUartus, Fœtus Animantium, Acceſſio diſcreta.

a EX ANIMALIBUS. Idem ex ancilla. *l. partum.* 7. *l. doce.* 9. *C. De rei vind.*

b EODEM JURE. Nam jure naturæ illegitimus partus ventrem, ejuſque dominium ſequitur, *l. lex natura.* 24. *De ſtat. hom.* Cujus igitur eſt venter, ejus eſt & partus, *l.* 5. §. 2. *De rei vind.* Hunc acquirendi modum Doctores acceſſionem diſcretam vocant.

§. 18. Præterea quod.

PRæterea quod per alluvionem *a* agro *b* tuo flumen adjecit, jure gentium tibi acquiritur *c*. Eſt autem alluvio *d* incrementum latens *e*. Per alluvionem autem id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligere non poſſis, quantum quoquo momento temporis adjiciatur. Quòd ſi vis fluminis partem aliquam de tuo prædio detraxerit, & vicini prædio attulerit: palam eſt eam tuam permanere *f*.

Planè

Planè ſi longiore tempore *g* fundo vicini hæſerit, arboreſque, quas ſecum traxerit, in eum fundum radices egerint, ex eo tempore videtur vicini fundo acquiſita eſſe *h*.

1. *Alluvio quid. & num. 4.*
2. *Ratio, cur per alluvionem acquiramus, quod adjectum à flumine eſt. num. 3. & quando fallat. num. 5. & 6.*

QUintus modus, Alluvio, quam acceſſionem continuam Doctores vocant.

1 *a* Alluvionem. Exaggerationem, † & aggeſtionem terræ, à flumine factam.

b Agro. Non habet locum in territoriis, & juriſdictionibus ſecundum communem. Hier. Mont. *fin. regund. cap.* 24. *n.* 6.

c Acquiritur. *L. adeò.* 7. §. 1. *De acq. rer.*
2 *domin. l.* 1. *C. De alluv.* Idque † primùm jure acceſſionis, & conſolidationis, *l.* 9. §. *Alphenus. De dam. infec.* Acceſſorium enim ſequitur principale. *l. cum principalis.* 178. *De reg. jur.* & cujus eſt totú, illius meritò eſt & pars, quæ toti accreſcit. *l. in rem.* 23. §. *item quæcunque.* 4. *De rei vin.* §. *ſi tamen.* 22. inſr. *eod. l. quicquid.* 27. *De acq. dom.*
3 Deinde † ex jure gentium (ut hic dicitur) communi. Aqua enim profluens fluminis communis eſt. Quod igitur aqua vehit, id velut pars totius, commune eſt, ut ſuprà de piſcibus in publico captis diximus: & ei, à quo primùm occupatur, cujuſque fundo adhæreſcit, æquè quæritur, atque aqua, quæ ex flumine eſt hauſta: unde alienatio legalis perhibetur. Hieron. Mont. *fin. regund. d. cap.* 24. *num.* 6. quæ diſtinguenda eſt ab alluvione tyrannica. Gloſſ. *c. ex tranſmiſſa.* 10. verb. *minutatim. ext. De præſcript.*

d Alluvio. Quæ † unitatem facit terræ alfluentis, cum ea, cui adjicitur. *d. l. hoc amplius.* 9. §. *Alphenus.* 4

e Latens. Gl. *l. item.* 9. verb. *latitet. De uſufruct.* Nam conſpicuum, & viſibile non ſtatim acquiritur, ut in ſequenti.

f Permanere. Quia † non mutatur prima 5 ſpecies, nec ea pars cohæret inſenſibiliter fundo, ut id, quod alluvione accedit, ſed ſenſu, & re ipſa diſcerni poteſt. *l. adeò.* 7. §. 2. *De acq. dom.* unde condici poteſt, *l.* 4. in fin. *ſi cert. pet.* idemque eſt in arboribus vi fluminis aliò abreptis, *l. ſed ſi meis.* 26. §. 2. *De acq. rer. dom. l.* 5. §. 3. *De rei vind. d. l. hoc amplius.* 9. §. *Alphenus. De dam. infect.*

g Tempore. Ita ut radices egerit, ut ſequitur.

h Acquisita Esse. Quia † quod radices in 6 ſolo agit, ſolo cedit, velut pars ejus, §. *cùm in ſuo.* cum ſeq. inſr. *eod.* quamvis anteà fuerit alienum: idque jure acceſſionis, ſeu, ut ita loquar, irradicationis, *l. in rem.* 23. §. *tamen. l.* 5. §. *De arbor.* ubi Gl. ad verb. *dabant. De rei vindic. l. hoc amplius.* 9. §. *de iis. De dam. infect.* Quare dominus ad vindicandum, repetendumque actionem non habet. *d. l. hoc ampliùs.* §. *Alphenus.* quamvis tranſlata facto hominis arbore agere poſſit. *l.* 5. §. *de arbore.* 3. ubi Gloſſ. *De rei vind.*

§. 19. Inſula, quæ.

INſula, quæ in mari *a* nata eſt (quod raro accidit *b*) occupantis fit *c*. Nullius enim eſſe creditur. At inſula in flumine nata (quod frequenter accidit) ſiquidem mediam partem fluminis tenet, communis eſt eorum *d*, qui ab utraque parte fluminis prope ripam prædia poſſident *e*, pro modo latitudinis cujuſque fundi, quæ latitudo prope ripam ſit. Quòd ſi alteri parti proximior ſit *f*, eorum eſt tantùm, qui ab ea parte prope ripam prædia poſſident *g*.

1. *Inſula in mari nata quatenus occupantis fiat, & quomodo diviſio fiat. num. 2. 3. & 4.*

SExtus modus, Alluvio, incrementum ſeparatum. *l. item.* 9. §. *ſed ſi inſula. De uſufruct* ſeu amiſſio diſcreta.

a In Mari. Idem eſt, ſi inſula naſcatur in flumine, & in ripa ſint limitati agri, *l.* 1. § *ſi inſula.* 3. *De fluminib.*

b Raro Accidit. Propter fluxum, & refluxum nimis violentum, & profunditatem maris, quæ coaleſcere, & exaggerari terram vix patiuntur: ex terræ motibus tamen quandoque, ut vult Plinius *lib.* 2. *cap.* 85.

c Occupantis Fit. Quoad † dominium, 1 de quo hic agitur: non quoad juriſdictionem, & imperium: nam ſuperioritas pertinet ad eum, qui

habet imperium in mare: is autem habet, qui in continenti proximo imperium habet. Angel. hic per *l. decernimus*. 16. *C. De Sacroſanct. Eccleſ.* Bart. *in Tyber. tract.* ad verb. *inſula.* Caſt. in *l. inſulæ.* 7. *De judic.* Felin. in *c. Olim*. 9. *De except.* Cæpoll. *De ſer. ruſt. præ. cap.* 26. *De mari. num.* 14. Cor. *conſ.* 322. *Conſuluit. vol.* 1. *& conſ.* 152. *num.* 1. *vol.* 4. Vide Montan. *in tract. Fin. regun. cap.* 52.

d Est Eorum. Uſu tamen publica eſt, ut flumen, ut ripa. Cujac. *obſer. lib.* 14. *cap.* 11. in fin.

2 *e* Ripam Possident. Velut † eſſet alveus flumine deſiccato; ut in §. *ſeq.* Vide *d. l. adeò.* §. *inſula.* *De acq. rer. dom.* Bart. *in tract. Tyber.* quare dividi ducta per medium flumen, atque inſulam linea debet.

f Proximior Sit. Superior † diviſio fit inter vicinos utriuſque ripæ, hæc inter vicinos ejuſdem: quia inſulæ ſæpè ita in longum porriguntur, ut fronti multorum fundorum ſint oppoſitæ. 3

g Praedia Possident. Nam † & illorum eſſet alveus deſiccato flumine: ut in §. *ſeq.* Si igitur in illa parte extet inſula ex aqua, ea illis cedit, velut terra à flumine relicta. 4

§. 20. Quòd ſi aliqua.

Quòd ſi aliqua parte diviſum ſit flumen, deinde infrà unitum, agrum alicujus in formam inſulæ redegerit *a*: ejuſdem permanet is ager, cujus & fuerat *b*. Quòd ſi naturali alveo in univerſum derelicto, ad aliam partem fluere cœperit: prior quidem alveus eorum eſt, qui prope ripam ejus prædia poſſident *c*: pro modo ſcilicet latitudinis cujuſque agri, quæ latitudo prope ripam ſit. Novus autem alveus ejus juris eſſe incipit *d*, cujus & ipſum flumen eſt, ideſt publicus *e*. Quòd ſi poſt aliquod tempus ad priorem alveum reverſum fuerit flumen: rurſus novus alveus eorum eſſe incipit, qui prope ripam ejus prædia poſſident *f*. Alia ſanè cauſa eſt, ſi cujus ager totus inundatus fuerit: neque enim inundatio fundi ſpeciem commutat *g*: & ob id ſi receſſerit aqua, palam eſt eum fundum ejus manere, cujus & fuit.

1. *Dominii cauſa, & forma non mutata, dominium non mutari.*
2. *Res amiſſa, quandiu ſpes eſt eam recuperandi, noſtra manet.*
3. *Cur dominus novi alvei dominium amittat.*

Septimus, Inundatio.

a Redegerit. Per circumluvionem. *l. ergo.* 30. §. 2. *eod.*

1 *b* Fuerat. *D. l. adeò.* §. *quòd ſi.* Non † enim eſt inſula recens nata, de qua ſuprà dictum eſt, ſed terra jam occupata, & alieni juris: cujus forma, & cauſa cùm non mutetur, certè nec dominium mutari debet.

c Possident. Jure viciniæ, & acceſſionis, velut inſula in flumine nata. *d. l. adeò.* 7. §. 4. *eod.* ſeu, ut loquitur ibidem Cajus, ratione vicinitatis.

d Incipit. Quia priſtina mutata eſt ejus forma, & res deperdita, *l. cum unus.* 12. §. *fin.* *De bon. auct. jud. poſſ. l. qui univerſas.* 30. §. *item quòd à mari. De acquir. poſſ.*

e Publicus. *D. l. adeò.* §. 4.

f Possident. Amiſit enim prior dominus proprietatem, quaſi re extincta, unde ad illum non revertitur, *d. l. adeò.* 7. §. 4. *l. Atteius.* 38. *De acquir. rer. dom.* Quod tamen erit boni judicis ex diuturnitate temporis, quo alveus à flumine occupatus fuit, æſtimare: ut vult Cajus in *d. l. adeò.* 7. §. 4. & apertiùs Pomponius in *l. ergo.* 30. §. 3. *eod.* noſtra † enim manet res amiſſa, quandiu ſpes eſt recuperandi, *l. Pomponius.* 44. *eod.* §. *apium.* ſup. *eod.* 2

g Commutat. Veluti commutatur curſu fluminis mutato, & novo alveo facto: plana enim terræ facies in modum alvei excavatur, & fit profunda: itaque ſi inundatio faciem priſtinam agri mutaret, videretur idem, quod in alveo facto dicendum. *d. l. Atteius.* *d. l. adeò.* §. 4. *d. l. ergo.* 30. §. 3. Et † hinc nota rationem, cur dominus novi alvei dominium amittat, quia ſcilicet res, amiſſa forma, mutatur: atque ita extingui, unàque dominium illi cohærens perire videtur. §. *ſi tamen.* 22. verb. *nam extincta res, &c.* infr *eod. l. Julianus.* 9. §. *ſi quis rem.* 2. *ad exhiben.* maximè cùm in publico jure unà cum flumine alveus eſſe incipiat, *d. l.* 7. § 4 ut privati ampliùs eſſe non poſſit *l.* 5. § *ult. commodat.* 3

§. 21. Cùm

§. 21. Cùm ex aliena.

CVm ex aliena materia *a* ſpecies *b* aliqua facta ſit ab aliquo, quæri ſolet, quis eorum naturali ratione *c* dominus ſit: utrum is, qui fecerit, an potiùs ille, qui materiæ dominus fuerit: ut ecce, ſi quis ex alienis uvis, aut olivis, aut ſpicis, vinum, aut oleum, aut frumentum *d* fecerit: aut ex alieno auro, vel argento, vel ære vas aliquod fecerit, vel ex alieno vino, & melle mulſum miſcuerit, vel ex medicamentis alienis emplaſtrum, aut collyrium compoſuerit, vel ex aliena lana veſtimentum fecerit, vel ex alienis tabulis navem, vel armarium, vel ſubſellium fabricaverit. Et poſt multam Sabinianorum, & Proculianorum ambiguitatem *e*, placuit *f* media ſententia exiſtimantium *g*, ſi ea ſpecies ad priorem, & rudem materiam reduci poſſit, eum videri dominum eſſe, qui materiæ dominus fuerit *h*: ſi non poſſit reduci, eum potiùs intelligi dominum, qui fecerit *i*: ut ecce, vas conflatum poteſt ad rudem materiam æris, vel argenti, vel auri reduci; vinum autem, vel oleum, aut frumentum, ad uvas, vel olivas, vel ſpicas reverti non poteſt *k*: ac ne mulſum quidem ad vinum, & mel reſolvi poteſt. Quòd ſi partim ex ſua materia, partim ex aliena ſpeciem aliquam fecerit quis, veluti ex ſuo vino, & alieno melle mulſum miſcuerit, aut ex ſuis, & alienis medicamentis emplaſtrum, aut collyrium, aut ex ſua lana, & aliena veſtimentum fecerit: dubitandum non eſt, hoc caſu eum eſſe dominum, qui fecerit *l*, cùm non ſolùm operam ſuam dederit, ſed & partem ejuſdem materiæ præſtiterit *m*.

1. *Materiam in jure opponi novæ ſpeciei, quam res accipit.*
2. *Forma dat eſſe rei.*
3. *In hoc Titulo de acquiſitione naturali ſolùm agi, non civili. & num. 7. & 9.*
4. *Materia, quæ ad priſtinam ſpeciem facilè reduci poteſt, non videtur eam immutaſſe.*
5. *Forma prævalente materiam, cujus eſt ſpecies, ejus & meritò res erit: & è contrà, num. 6.*
8. *Qui plus ad efficientiam rei confert, eum præfert.*

OCtavus modus, Specificatio.

a MATERIA. Nonquæ forma careat, ſed cui nova forma attribuitur: † materia enim in jure
1 opponitur ſpeciei novæ, quam res accipit: ut argentum infectum, facto, & effigiato.

2 *b* SPECIES. Quæ propter † novam formam aliud à priore materia corpus, aliaque ſpecies eſſe cœpit. Forma enim dat eſſe, hoceſt, ſpeciem rei: itaque pro ſpecie à Cicerone *in Topic.* uſurpatur.

3 *c* NATURALI RATIONE. De qua † ſola hac in parte diſputatur, cùm agatur de modis acquirendi jure naturali dominii: quare non opus eſt de bona, malave fide hìc anxiè diſputare, quando hoc ad rationem dominii civilem pertineat: qua ſepoſita de naturæ tantùm jure hìc diſputatur.

d FRUMENTUM. Juris compoſitores in hoc libello interdum neceſſarias omittunt diſtinctiones: velut hìc ex Cajo ſimpliciter inter exempla ſpecificationis, excuſſionem ſpicarum referunt, nec addunt Caji declarationem, qui eodem loco ait, non tàm eſſe ſpecificationem, quàm detectionem ſpeciei omninò perfectæ: ideòque nec grana fieri excuſſoris, etiamſi in ſpicas reverti non poſſint, *d. l. adeo. 7. §. cum quis.* 5.

e AMBIGUITATEM. *D. l. adeò.* §. 5.

f PLACUIT. Non Juſtiniano primùm, ſed pleriſque Juriſc. *d. l. adeò.* §. 5.

g EXISTIMANTIUM. Potiùs hoc, quàm communio rei placuit: cùm illa tantùm in ſubſtantiis, quæ ſpeciem non mutant, debeat induci. §. *ſi duorum.* infr. *eod. l.* 5. §. 1. 2. *De rei vind.*

h FUERIT. Nam materia, † quæ ad priſti- 4
nam ſpeciem reduci facilè poteſt, non videtur eam mutaſſe, aut amiſiſſe. *l. quæſitum.* 78 §. 4. *De leg.* 3. & formæ hoc caſu ideò prævalet, quòd eam ad ſe transferre, atque immutare poſſit. *l. cum aurum.* 19. *De aur. & arg. leg.* Meum itaque eſt, quod

ex re mea ſupereſt, *l. ſolùm*. 49. *De rei vind.* Atque ita accipio, *l.* 5. §. 1. cum ſeq. *De rei vin.* cum ſimil.

5 *i* Fecerit. Quia † cùm forma det eſſe rei, *d. l. Julianus*. 9. §. 2. *ad exhib.* prior res extincta videtur, & nova conſtituta per novam ſpeciem: cujus igitur eſt ſpecies, ejus meritò & res eſt, *l. mulieris*. 13. *De verb. ſignif. l. quid tamen*. 10. §. 3. *quib. mod. uſusfruc. l. in rem*. 23. §. 2. 4. & 5. *De rei vin. l. ſed ſi ex meis*. 26. *De acquir. rer. dom.* cùm hìc forma prævalcat materiæ jam extinctæ: cujus dominium amittitur, ut & aliàs, ubi nulla recuperandi ſpes ſupereſt. *l. Pomponius*. 44. *eod.*

6 *k* Non Potest. Quomodo † nec navis, domuſve facta, ad priſtinam materiam. *l. ſed ſi ex meis*. 26. *De acquir. rer. dom. l. Minicius*. 61. *De rei vin.* quia materiæ priſtinæ non manent, ſed confunduntur: quòd ſi manerent, ſecùs videretur, *l. idem*. 5. §. 2. *De rei vind.* nam quod ex re mea non mutatum ſupereſt, vindicare poſſum. *l. ſolùm*, 49. *De rei vindic.* quia in priſtinam cauſam reverti poteſt: eòque tum obtinet hujus diſtinctionis prior
7 pars, de qua antè dictum eſt. Item † hæc omnia accipienda ſunt de naturali acquiſitione. Neque enim hìc agitur de ratione civili, item de actionibus, quæ cuique hoc nomine naturali ratione competunt, §. *feræ*. verb. *naturali ratione*, §. *ſi quis*. 29 verb. *naturali ratione*, & paſſim *hoc tit.* Etenim admiſſa civili ratione verius erit, hæc tantùm obtinere in eo, qui bona fide ſpecificat, ut paulò pòſt indicabitur: de qua ſpecie loqui Cajum in *d. l.* 7. §. 4. ea verba indicant, *Suo nomine fecerit*. Ac, cùm de actionibus quæritur, dicendum erit, domino materiæ actionem in factum ad æſtimationem amiſſæ rei ſuæ dandam eſſe: cum iniquum eſſet, alterius eum facto, etiamſi bona fide factum ſit, damnum incurrere, & rem amittere ſuam. *l. in rem*. 23. §. 3. & 4. *De rei vind.* Quemadmodum auctori formæ eandem dari ad pretium acceſſionis, oſtendit *d. l. in rem*. 23. §. 3. *De rei vind. l. quidquid*, 27. §. 2. *eod. De acq. rer. dom.*

l Qui Fecerit. Naturalis enim † ratio 8
eum præfert, qui plus ad efficientiam rei contulit, *l. filio*. 23. *De lib. & poſth.* & duplex cauſa uni præponderat. Auth. *Itaque C. com. De ſucceſs.* eadem ergò ratione ſimilia ſunt judicanda: ut quod Julianus ait, totam navim ſequi carinæ cauſam, *l. Minicius*. 61. *De rei vind.* velut ædificium cedit baſi, & fundamento. § *cum in ſuo*. inſ. *eod.* Non enim hìc eſt communis materia, cùm carina ſit principale fundamentum: inædificatum verò quædam acceſſio, quæ dominium fundamenti ſequitur, velut acceſſorium principale: ut in §. *ſeq.* & carina hìc inſpicitur, non ut nuda materia, ſed potiùs tanquam forma, & fundus navis, atque fundamentum, cui reliqua incumbant, & ideò accedant. Et hæc quidem obtinent in iis, quæ ad priorem materiam, atque cauſam reduci non poſſunt, ut exempla propoſita oſtendunt: nam ſi poſſint, manet juxta ſuperiorem diſtinctionem quiſque ſuæ materiæ dominus, *l. locus*. 12. *l. in omnibus*, 24. *De acq. dom.* (ubi negativam diſpungendam verba ſequentia *materia manente*, oſtendunt) eòque nec ſpecies communicatur, ſed ſuam quiſque materiam vindicat, *l.* 5. §. 1. *l. in rem*. 23. §. 4. *De rei vind.*

m Praestiterit. Nulla hìc fit mentio † 9
bonæ, malæve fidei, quia (ut dixi) tantùm de naturali acquiſitionis ratione diſputatur. At, cùm de ratione civili, & actionibus ob rem dandis quæritur, diſtinctio alia adhibenda eſt: non enim poteſt civili ratione dominus fieri, qui mala fide rem alienam in novam ſpeciem transfundit, *l. De eo*. 12. §. *ſi quis*. *ad exhiben.* Tractando enim, mutandoque animo lucrandi, furtum facit. §. 2. in fin. inſ. *De uſucap. l. ſi alienam*. 78. *De ſolut.* ut in §. *ſeq.* qui non eſt juſtus quærendi dominii modus: adeò ut ne uſucapione quidem res furtiva acquiri poſſit, §. *furtivæ*, inſr. *De uſucap.* tantum abeſt, ut fraudulenta ſpecificatione quæratur. Quamobrem hæc ad civilem rationem relata, tantùm de bonæ fidei ſpecificatore videntur accipienda.

§. 22. Si tamen alienam.

SI tamen alienam purpuram veſtimento ſuo quis intexuerit *a*, licet pretioſior ſit purpura, tamen acceſſionis *b* vice cedit veſtimento *c*: & qui dominus fuit purpuræ, adverſus eum, qui ſubripuit *d*, habet furti actionem, & condictionem *e*: ſive ipſe ſit, qui veſtimentum fecit *f*, ſive alius. Nam extinctæ res *g*, licet vindicari non poſſint, condici tamen à furibus, & quibuſque aliis poſſeſſoribus *h* poſſunt *i*.

Digitized by Google

1. *Acceſſio quomodo hic capiatur.*
2. *An natura æquum ſit, alterius facto alteri rei ſuæ dominium auferri.*
3. *Abſurdum eſſe, ut principale ſequatur acceſſorium.*
4. *Mutatione formæ dominium amitti.*

NOnus modus, Acceſſio, ſeu ſpecificatio acceſſoria.

a Intexuerit. Secus ſi conſarcinaverit: manent enim priores materiæ, & facilè poſſunt abſque detrimento rerum ſeparari, iuxta diſtinctionem ſuperiorem, *d. l.* 5. §. 1. *&* 2. *De rei vind.*

1 *b* Accessionis. † Acceſſio hìc dicitur, quod alterius ornandæ, vel augendæ rei gratia alteri adjicitur, *l. cùm aurum.* 19. §. *perveniamus.* 6. *De aur. & arg. leg.* Principale velut finis eſt, acceſſio medium ad finem ordinatum, quod cauſam finis ſequitur.

c Vestimento. Per prævalentiam, *l. in rem.* 23. §. 3. *De rei vin.* Quia acceſſorium ſequitur principale, velut pars totum. *l. in rem actio.* 23. §. 2. *&* 4. *De rei vind. l. cum aurum.* 19. *De aur. & arg. l. ſed ſi.* 26. *l. quicquid.* 27. *De acq. rer. dom.* quemadmodum ſuprà §. *præced. num.* 8. tabulas nauis carinæ cedere
2 diximus, *d. l. Minicius.* An † igitur natura æquum eſt, alterius facto alteri ſuæ rei dominium auferri? reſponde id evenire naturali rei interitu, etiamſi cauſa ſit injuſta: velut ſi quis domino pecus ſuum interficiat, aut triticum abſumat: etſi enim hoc injuſtum eſt, eoque faciens tenetur, tamen res nihilominus naturaliter domino perit, *l. pignus.* 9. *C. De pig. act.*

d Surripuit. Etiam qui mala fide ſpecificavit. *d. l. si alieni.* 78. *De ſolut.* §. *ſi quis.* in fin. infr. *eod.* quod & verba ſequentia oſtendunt: *ſive ipſe*, nempe fur (qui non poteſt non eſſe malæ fidei, *l. ult. unde vi*) *fecit*.

e Condictionem. Scilicet furti: quod nomen præcedens tàm ad actionem, quàm condictionem pertinet.

f Fecit. Hoc igitur caſu etiam qui mala fide ſpecificavit, dominium acquirit, jure ſcilicet acceſſionis. Fuerit † enim abſurdum, ſi res princi- 3
palis ſequatur acceſſionem contra naturam.

g Extinctae Res. † Nota, res, quarum 4
forma mutatur, pro extinctis eſſe. *l. mulieris.* 23. cum l. ſeq. *De verb. ſignif.* eòque dominium earum velut interitu amitti. Suſtinet igitur harum acquiſitionum cauſam natura rerum ipſarum, ijs ſic aut ſpecie nova, aut confuſione, acceſſioneque mutatis, ut ad priſtinam cauſam, ad dominiumque, quod rei interitu extinctum eſt, redire nequeant.

h Quibusque Possessoribus. Malæ fidei, ſimilibus furi, de quo dixerat: nam in alios condictio furtiva non datur.

i Possunt. *L. rerum.* 25. *ff. rer. amot. l. ſi procuratori* 14. *De con. cauſa. dat. l. ſi pignore.* 22. §. 1. *De pig. act.* A bonæ tamen fidei ſpecificatore pretium condicere dominus amiſſæ materiæ poterit, non tamen condictione furtiva, de qua hìc agitur, ut ſuprà probavimus ex *l. in rem.* 23. §. 3. *&* 4. *De rei vind. l. quicquid.* 27. §. 2. *eod.* Qua de re vide *d. l. in rem.* 23. §. 4. ubi ex differentiis corporum, quæ extant in *l. rerum.* 30. *De uſucap.* acceſſionum quoque jura diſtinguuntur.

§. 23. Si duorum materiæ.

SI duorum materiæ ex voluntate *a* dominorum *b* confuſæ ſint, totum id corpus, quod ex confuſione fit, utriuſque commune eſt *c*: veluti ſi qui vina ſua confuderint, aut maſſas argenti, vel auri conflaverint *d*. Sed & ſi diverſæ materiæ ſint, & ob id *e* propria ſpecies facta ſit, fortè ex vino, & melle mulſum, aut ex auro, & argento electrum, idem juris eſt. Nam & hoc caſu *f* communem eſſe ſpeciem *g* non dubitatur. Quòd ſi fortuitò *h*, & non voluntate *i* dominorum confuſæ fuerint vel diverſæ materiæ, vel quæ ejuſdem generis ſunt, idem juris eſſe placuit k. Quòd ſi frumentum *l* Titii tuo frumento miſtum fuerit, ſi quidem ex voluntate veſtra, commune erit: quia ſingula corpora, ideſt, ſingula grana, quæ cujuſque propria fuerunt, ex conſenſu veſtro communicata ſunt *m*. Quòd ſi caſu id miſtum fuerit, vel Titius id miſcuerit ſine tua voluntate, non videtur commune eſſe: quia ſingula corpora in ſua ſubſtantia durant *n*. Sed nec magis iſtis caſibus commune fit frumentum, quàm grex intelligitur eſſe communis, ſi pecora Titii tuis pecoribus miſta fuerint *o*. Sed ſi ab alterutro veſtrum totum id frumentum retineatur: in rem quidem actio *p* pro

modo

modo *q* frumenti cujuſque competit: arbitrio *r* autem judicis continetur, ut is æſtimet, quale *ſ* cujuſque frumentum fuerit.

1. *Voluntas dominorum rei, cauſa efficiens transferendi, aut communicandi domini: & nu. 3. diſtinguitur. n. 5. & quatenus rei communis dominus quis efficiatur. num. 2.*
4. *Res communes factæ, qua proportione dividantur.*
6. *Materia caſu confuſa manent dominorum communes.*
7. *Commiſtionis, & confuſionis differentia.*
8. *Communionem in quibuſcunque rebus conſenſu conſtitui.*
9. *Commiſtione rerum communium, etiam tertium rem ſibi quærere poſſe, citra voluntatem dominorum.*

1 Decimus modus, Confuſio, & commiſtio. Confuſio † dicitur, cùm materiæ non manent in propria ſubſtantia, ſed confunduntur ſimul, *l. 5. De rei vind.* ut vinum, & mel confuſum. Commiſtio perhibetur, quando priſtina materia, & forma manet: ut cùm frumentum frumento miſcetur. Hæc autem etſi non multùm, ut videtur, differunt; tamen juris gratia diſtinguuntur: quia diverſum jus obtinet in utriſque, maximè quando ejuſmodi caſu accidunt. Nam in confuſione fortuita res communicantur: in miſtione manent priorum dominorum: ut hìc in tex. exponitur. Utrumque diſtat ab acceſſione, de qua dictum eſt: nam ejus jure acceſſorium cedit domino principalis. At confuſio, & commiſtio habent locum in rebus ſimilibus, & æquè principalibus, & ubi diſcernere nequeas, utra res alteri acceſſerit, jure acceſſionis, hoc eſt, tanquam digniori, magiſque principalibus: quare hìc alia diſtinctione utendum.

a Voluntate. Quæ facit dominium transferri, vel communicari, *l. niſi. 25. De acq. rer. dom.*

b Dominorum. Alii enim confundendo dominis ſuum auferre, & ſibi communionem alienarum rerum acquirere non poſſunt: cùm hoc tantùm ſpecificatione perficiatur, non ſola confuſione, quæ nullam novam ſpeciem gignit.

2 *c* Communa Est. Ita ut † unuſquiſque partis in toto ſit dominus. *l. 3. & 5. De rei vin. l. adeò. 7. §. voluntas. 6. De acq. rer. dom.* Ut enim ſocietas, ita communio conſenſu conſtituitur, *l. 2. com. divi.* Et ſicut voluntate res fit illius, cujus nomine facta eſt. *l. niſi. 25. De acq. rer. dom.* ſic eadem voluntate plurium fieri poteſt, quorum nomine confuſio facta eſt.

d Conflaverint. Hæ materiæ cùm ſint ejuſdem, ut paulò poſt dicitur, generis, novam ſpeciem confuſione non conſtituunt.

e Et Ob Id. Diverſæ enim ſubſtantiæ res confuſæ, novam ſpeciem naturaliter efficiunt.

3 *f* Hoc Casu. † Ex voluntate ſcilicet dominorum, de quo caſu loquitur: cùm enim ipſi confundant, aut ſaltem eorum nomine res confundantur, ipſum ſpecificationis jus ad eos pertinet, *d. l. niſi. 25. l. 5. in princ. De rei vin.* Cæterùm *l. adeò. 7 §. 5. ff. eod.* tantùm obtinet in eo, qui ſuo nomine ſpecificat, ut ibi diſertè expreſſum eſt: quare ad hanc ſpeciem non eſt traducenda.

4 *g* Speciem. Non pro † dimidia parte arithmetica proportione, ſi fortè res utrinque collatæ non fuerint æquali numero, bonitate, & menſura: ſed pro rata ejus, quod quiſque contulit, proportione geometrica. *l. 5. in princ. & §. ult. De rei vind. l. ſi convenerit. 19.* cum ll. ſeq. *pro ſoc.* ubi dixi in *Parat. num. 6.* & probatur in fine hujus §.

h Fortuito. Caſu aliquo, abſque cujuſquam conſilio.

i Voluntate. † Nam ſi voluntate, ſi quidem dominorum, obtinet, quod paulò antè dictum eſt: ſin aut voluntate unius domini, vel unius nomine, tùm ſi nova ſpecies ex diverſis materiis facta ſit, obtinet, quod ſuprà de ſpecificatione eſt diſtinctum. *l. ſed ſi. 26.* cum l. ſeq. *De acquir. dom l. 5. §. 1. De rei vind.* ſin nova ſpecies facta non ſit, tum quia nihil jure ſpecificationis arrogare confundens ſibi hoc caſu poteſt, & materiæ priſtinæ manent, quamvis confuſæ, ideo manet & prius dominium, *l. 5. §. 1. verſ. ſed ſi deduci. l. in rem. 23. §. 4. De rei vin.* 5

k Placuit. Nam † neque res eſt ejuſmodi, ut amiſſa in naturalem libertatem redeat, ut in *§. feræ.* ſup. *eod.* neque ita extincta eſt, ut dominium ſit alteri quæſitum, ut in *§. cum ex aliena.* & §. præcedente: cùm jus ſpecificationis nullum hìc ſubſit, caſu potiùs, quàm voluntate, vel arte confuſione facta. Reſtat igitur, rem dominorum manere: & quia corpora confuſa ſunt, nec diſcerni, quid cujuſque fuerit, poteſt: ideo rem neceſſariò communem fieri, ne alter alterius jactura locupletetur. *l. quicquid. 27.* in fin. *De acq. rer. dom. l. 2. com. divid.* quod aliter eſſet, ſi ſubſtantiæ, & corpora priſtina manerent, *d. l. 5.* vel ad priſtinam cauſam reduci poſſent, *d. l. 5. §. 1.* verſ. *ſed ſi plumbum. l. lacus. 12. l. quicquid. 27. De acq. rer. dom.* tunc enim cuique ſua res maneret ceſſante utique hujus communionis ratione. Verbi gratia, applumbatura confuſionem non facit ſpecierum, ut res ipſa oſtendit, & facilè replumbari poteſt. Eſt igitur hìc nulla dominii mutatio, quia nec rerum confuſio: eòque eſt ad exhibendum actio, cùm facilè res exhiberi poſſit ad vindicandum, *l. in rem. 23. §. 4. De rei vin.* Contrà videtur in ferruminatione: quia referruminari nequit, & per eandem materiam, ut loquitur I. C. facit confuſionem. *d. l. in rem. §. 4.* eòque non rei vindicatio, ſed condictio, & in factum actio, velut utilis vindicatio ſuppetit. Quod accipe de caſu, quem I. C. proponit, cùm videlicet jure acceſſionis pars minor majori per ferruminationem accedit, velut & ipſa ferruminatio, *l. quicquid. 27. De acq. dom.* in prin. Secus, ſi ceſſet acceſſio: nam tunc ceſſat confuſio, & manent res prioris domini, *d. l. quicquid* in fine. Cæterùm hæc non ſunt hujus loci, nec inſtituti. Redeamus ad caſum hìc propoſitum, qui comparatur ſuperiori, ſecun-

dum

Digitized by Google

dum quid, non ſimpliciter: io illo communis fit ex voluntate res indiſtinctè: hic quoniam ex neceſſitate communis fit, idcircò non niſi neceſſitate, quæ reduci ad priſtinam cauſam nequeat, poſtulante, hæc inducitur communio: ut textus paulò pòſt oſtendit.

l Frumentum. Sequitur de commiſtione, in qua ſubſtantiæ noo confunduntur, ſed corpora priora dejuncta, & ſeparata, atque inconfuſa manent.
7 Diſtat † igitur hæc res longè à confuſione, in qua vel nova ſpecies fit: vel materiæ, licet quoad materiam maneant, tamen corporibus, & forma confunduntur. *d. l,* 5.
8 *m* Communicata Sunt. Nota, iodiſtinctè † in quibuſcunque rebus conſenſu communionem conſtitui: neque ea res dubium habet, ut & ſuprà eſt indicatum, *l. t.* 2. *com. divi. l.* 1. 2. 3. *pro ſoc.*

n Durant. Quare oihil cauſæ eſt, cur dominium mutetur, cùm nec ſpecificatio, nec confuſio aliqua rerum facta ſit, ſed propria corpora durent: ut communionem abſque conſenſu dominorum contra regulas contractuum induci non ſit neceſſe, *l. rerum.* 30. *De uſucap. d. l.* 5.

o Mista Fuerint. Reſpectu enim dominii nihil intereſt: quia utrobique eadem cùm corpora durent, durat etiam dominium cujus cauſa non mutatur. *d. l. rerum.* 30. *De uſuc. d. l.* 5. *l. in rem.* 23. § 4. *De rei vin. l. lacus* 12. *eod.* etiam quo ad reſtitutionem, diſcrimen ſit: quia pecora faciliùs diſcerni poſſunt, quæ cujuſque fuerint, quàm frumentum commiſtum. Et hæc quidem † vera ſunt 9
reſpectu communionis, de qua hic agitur, quæque in rebus, quarum ſubſtantiæ, & corpora durant, fieri abſque voluntate dominorum poſſe negatur. Neque tamen ex eo ſequitur, tertio rem quæri aliquo caſu non poſſe: ut enim jure ſpecificationis alteri diximus ex aliena materia quæri; ita nihil cauſæ eſt, cur creditor, cui alieni nummi ſoluti ſunt, quique illos bona fide conſumpſit, vel quod perinde eſt, ſuis ejuſdem notæ, generiſque permiſcuit, ut diſcerni ampliùs nequeant, non ſuos illos faciat, *l. ſi alieni.* 78. *De ſol.* oon jure ſpecificationis, vel acceſſionis, quæ hic nulla eſt: ſed quia res conſumpta, reſpectu prioris domini interit: cui nulla actio competit contra creditorem, qui ſibi ſolutum bona fide conſumpſit: & à quo nec vindicari res poteſt, utpote bona fide extincta: nec condici, utpote ab eo, qui oihil debeat, & ſuum conſecutus eſt.

p Actio. Quæ utrique ut domino rei ſuæ datur, *d. l.* 3. in fin. *l.* 5. *l. in rem.* 23. *De rei vin.*

q Pro Modo. Pro quantitate.

r Arbitrio. Quale convenit à bono viro expectari, *l. in perſonam.* 22. §. *generaliter. De reg. jur. l.* 7. *De cont. empt. l.* 1. *De leg.* 1.

ſ Quale. Quale, quantique pretii, ac bonitatis cujuſque frumentum fuerit, judex arbitratur: poteſt enim, ut maximè par fuerit utriuſque frumenti quantitas, tamen alterius longè melius eſſe, & pretioſius.

§. 24. Cùm in ſuo ſolo.

CVm in ſuo ſolo aliquis ex aliena materia domum *a* ædificaverit, ipſe intelligitur *b* dominus ædificii: quia omne, quod ſolo inædificatur, ſolo cedit *c*. Nec tamen ideò is, qui materiæ *d* dominus fuerat, deſinit dominus ejus eſſe: ſed tantiſper neque vindicare *e* eam poteſt, neque ad exhibendum de ea re agere *f*, propter legem duodecim tabularum: qua cavetur, ne quis tignum alienum ædibus ſuis junctum, eximere cogatur: ſed duplum pro eo *g* præſtet, per actionem, quę vocatur de tigno juncto. Appellatione autem tigni, omnis materia ſignificatur, ex qua ædificia fiunt *h*. Quod ideò proviſum eſt *i*, ne ędificia reſcindi *k* neceſſe ſit *l*. Quòd ſi aliqua ex cauſa dirutum ſit ędificium *m*, poterit materię dominus, ſi non fuerit duplum jam conſecutus *n*, tunc *o* eam vindicare *p*, & ad exhibendum de ea re agere *q*.

1. *Aedificium cedere ſolo.*
2. *Vſurpans alienam materiam, dominus materia non ſit: dominus tamen materia nec vindicare rem, nec ad exhibendum agere poteſt: ſed per actionem de tigno injuncto ad intereſſe aget. num.* 3. 4. 5. *& qua ſit ratio, num.* 6.
7. *Varia hujus loci lectio.*

VNdecimus, Inædificatio.

a Domum. Aut aliud quid, puta horreum, niſi ſit mobile, *l. ſi ſupra.* 28. *l. Titius.* 60. *eod.* Item molendinum. Bald. in *l. certi.* 5. *C. De locat.* Cur. *in tract. feu. parte.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 11.

b Intelligitur. Non obtinet, ſi quis Eccleſiam ædificet in ſuo. Hier. Mont. *fin. reg. cap.* 98.

c Solo Cedit. Velut † pars toti, acceſſio 1
principali, ſuperficies fundamento, *l.* 1. 2. *De ſuperficiebus. l. qui domum.* 50. *ad l. Aquil. l.* 2. *C. De rei vind. l.* 5. *C. De ædif. priva. d. l.* 7. §. *cum in ſuo.* 7. *l. ſi ſupra.* 28. *eod. l. qui res.* 98. §. *aream. De ſolut. l. ſolum.* 49. *De*

rei

Digitized by Google

rei vin. l. nunquam. 26. *l. ſi ſolum.* 39. *l. eum.* 23. *De uſucap.*

2 *d* Materiae. † Quia nec per ſpecificationem amiſſa eſt, eum ſubſtantiam non mutet, & ipſum ſolum potiùs domo ædificata formam amittat, quàm ædium partes, *l.* 5. §. *ultim. quibus mod. uſusfructus* nec materia per ſe ſolo cobæret, eaque re ſolo non cedit, ſed domus tantùm: aliud autem domus eſt, aliud materia, præſertim domo diſſoluta, *l. in rem.* 23. §. *ult.* optimus tex. *in l. habitator.* 59. *De rei vind.*

3 *e* Vindicare. † Indiſtinctè, ſive à bonæ, ſive malæ fidei poſſeſſore, *l.* 1. *De tig. junct. l. in rem.* 23. §. *tignum. De rei vind.* in qua quod ſubjicitur, contra malæ fidei poſſeſſorem ad exhibendum agi poſſe, non eſt referendum ad vindicationem: nam loco hujus, actio de tigno juncto datur, *tot. titu. De tig. junct.* Scivit tamen, ut ait Paulus, hoceſt, ſtatuit, *l.* 12.tab. poſſe vindicari, boceſt, actionẽ competere ei, qui dominus ſit: ſed interim, dum domus manet, quia materiam ſolvi probibet; ideo vindicationem quoque vult differri, *l. qui res.* 98. §. *ult. De ſolut.*

4 *f* Re Agere. † Niſi contra malæ fidei poſſeſſorem, *d. l. in rem.* §. *tignum.* non ad muniendam vindicationi viam (bæc enim, ut dictum eſt, quoad domus durat, intentari nequit) neque eo fine, ut ſeparetur à ſolo, ut in *l.* 6. *ad exhiben.* ſed ad intereſſe, ut in. *l.* 3. §. *ſciendum ad exhib.*

g Duplum Pro Eo. Furtivo ſcilicet. *tot. tit.*
5 *De tig. junct.* † Hæc igitur actio contra bonæ fidei ædificatorem non datur: ſed in ſimplum ad æſtimationem adverſus bunc agi poſſe videtur: *d. l. qui res.* 98. §. *ult. l. in rem.* 23. §. 3. & 4. *De rei vind.* cùm non ęquum ſit, eum ex alieno cum domini jactura abſque ejuſdem voluntate locupletari, *l. nam hoc natura.* 14. *De condict. indeb.*

h Fiunt. *L. tigni.* 62. *De verb. ſigniſi. l. tigni* 7. *ad exhib.*

6 *i* Proviſum Est. † Vera hæc eſt ratio, non illa, ne deformetur ruinis publicus aſpectus urbis, *l.* 2. *C. De ædific. priva. l. præſes.* 7. verb. *deformitati. De offic. præsid.* Nam diruere tali caſu, hoceſt, ex juſta cauſa, & ad id agere licet: *l. Julianus.* 37. *De rei vind.* & hæc prohibitio pertinet etiam ad villas, & ædificia quoque ruſtica, *d. l. ſenatus.* in verb. *villam.* quæ non ob deformitatem, ſed propter opera ruſtica non reſcindi, etiam publicè intereſt: eòq; lex. 12. tab. non modò de tigno ædibus juncto, ſed etiam de injuncto vineis agit: *l.* 1. *De tig. junct.* & tamen in boc ceſſare rationem *d. l.* 2. certom eſt.

k Rescindi. Non ad inſtaurationem, ſed demolitionem, *l.* 2. & 3. *l.* 6. *C. De ædific. priva.*

l Necesse Sit. Sine juſta cauſa, ot dicam §. *ſeq. num.* 2. ex *l. Julianus.* 37. *De rei vindic.*

m Ædificium. Vel caſu, vel facto domini, qui in ſuo poſitum ſolo demoliri poteſt, *l. quemadmodum.* 29. *ad l. Aquil.*

n Duplum Iam Consecutus. Cui ſimplum ineſt: *l.* 1. & 2. *De tig. junct.* eòque illo præſtito bona fides non patitur ampliùs idem exigi, *l. bona.* 57. *De reg. jur.* cum pretium ſucceſſerit loco rei, *l.* 2. §. *ult. pro empt.* Itaque in *l.* 2. *De tig. junct.* † exiſtimo 7
legendum, *extincta ſit*: non, *extrinſecus*: quòd ſi tamen vulgaris lectio placet; de actione (ut ſcilicet una actio alteram non conſumat) non de exactione id caput erit interpretandum: & limitandum ex hoc textu, niſi ſit duplum conſecutus.

o Tunc. Et non antè, *d. l. qui res.* §. *ult.*

p Eam Vindicare. Non obſtante temporis præſcriptione: *d. l. in rem.* §. *ult. d. l. adeò.* §. *cum in ſuo.* 7. quia materia ſolo nunquam ceſſit, nec uſucapta eſt, *l. in rem.* 23. §. *ult. De rei vind.* quia nec per ſe poſſeſſa: ſed domus. Et hoc videtur voluiſſe Papinianus cùm ait, quod ex re mea ſupereſt, ejus vindicandi jus me habere, *l. ſolum.* 49. *De rei vindic.* Diverſum eſt in arbore, quæ ex alio terræ alimento alia facta eſt, eòque priori domino quamvis eruta non cedit, *l. ſed ſi.* 26. *eod.*

q Agere. Ut vindicari poſſit, *l.* 1. & *tot. tit. ad exhiben.*

§. 25. Ex diverſo, ſi quis.

EX diverſo, ſi quis in alieno ſolo è ſua materia domum ædificaverit, illius fit domus, cujus & ſolum eſt *a*. Sed hoc caſu materiæ dominus proprietatem ejus amittit *b*: quia voluntate ejus intelligitur eſſe alienata *c*: vtique ſi non ignorabat ſe in alieno ſolo ædificare: & ideò licet diruta ſit domus, materiam tamen vindicare non poteſt *d*. Certè illud conſtat, ſi in poſſeſſione conſtituto *e* ædificatore, ſoli dominus petat domum ſuam eſſe *f*, nec ſolvat pretium materiæ, & mercedes fabrorum, poſſe eum per exceptionem doli mali repelli *g*: utique ſi bonæ fidei poſſeſſor fuerit, qui ædificavit. Nam ſcienti alienum ſolum eſſe, poteſt objici culpa, quòd temerè ædificaverit in eo ſolo, quod intelligeret alienum eſſe *h*.

1. *Ædificans in alieno ſolo ex ſua materia, cenſetur id animo donandi feciſſe: & quando fallat.*
2. *Aedificia quando liceat reſcindere.*
3. *In pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis.*

CONtrariorum eadem eſt doctrina: modò dixi de eo, qui in ſuo ex alieno ædificat: hìc contrà, quid juris in eo, qui ſua materia in alieno ædificat, ex *d. l. adeò. 7. §. pen.*

a SOLOM EST. *L. 2. C. De rei vind.* eadem omnino ratione. *l. 2. De ſuperf. l. eum qui. 22. De uſucap. l. Quintus. 40. De act. empt.*

b AMITTIT. Conſiderato eventu, qui ſequitur, quia actionem non habet, ut ſuprà in ſimili dictum eſt, ex *l. si alieni. 78. De ſolut.*

c ALIENATA, *L. cujus. 53. De reg. jur.*

1 *d* NON POTEST. *D. l. adeò. §. pen.* † Quod verum eſt, ſi donandi animo fecit: *l. 2. C. De rei vind. l. qui alienum. 14. De donat.* qui aoimus præſumitur in ſciente, *d. l. cujus. d. l. qui alienum.* Quo ſenſu accipiendus eſt hic locus. & *d. l. adeò. §. pen.* Sed quia nemo præſumitur facilè jactare ſuum, *l. eum de indebito.* in fin. *De probat.* ideo quælibet cauſa, etiam frivola, dummodo aliqua, excludit donationis præſumptionem. Iaſ. in *l. 3. De pact.* Bald. Cyo. & DD. in *l. 3. C. De non nu. pec. d. l. cum de indebito.* Poſſunt autem plures eſſe cauſæ, cur quis in alieno ſciens ædificet, noo tamen animo donandi, ſed gerendi alienum negotium. *l. 5. C. De rei vind. l. cum quadam. 26. C. De adm. tut.* Item ut commodiùs in re conducta habitet: *l. dominus. 55. §. 1. l. ſed addes. 19. l. colonus. 6. §. inquilinus. loca.* ut uſufructuarius utatur commodiùs, *l. eum. 7. C. De uſufruct.* Poteſt & ſumptum facere, ut dominus, quia poſſidet juſto titulo cum ſpe uſucapiendi: *l. Julianus. 37. De rei vind.* vel quia aliquod dominium habet, ut maritus, *l. ſenatus. 43. §. 1. De legat. 1. l. in rebus. 32. C. De jur. dot. tot. tit. De impenſ. in res dot.* & vaſallus, *§. ſi vaſallus. Hic fini. lex.* Item in caſu *d. l. 2. C. De rei vin.* cum vicinus non donandi, ſed ſui juris, poſſeſſioniſque tuendæ cauſa in pariete, ſoloque litigioſo, de cujus dominio necdum probatum eſt, ædificat.

e CONSTITUTO. Nam, ſi non poſſideat, actionem nullam habet: *l. ſi in area. 33. De con. indeb. l. ſumptus. 48. De rei vind. l. Paulus. 14 De except. dol. l. idque 45. §. quòd ſi emptor. De act. l. ex quibus. 51. De con. indeb. l. 1. De pig.* quoniam illa ex obligatione oritur, *l. licet. 42. §. ea. 2. De procur.* qna nulla, dominus tenetur: officium tamen judicis fortè poterit implorare, *l. qui per colluſionem. 49. §. 1. De act. empt. l. Quintus. 7. De an. lega. l. planè. 38. De pet. hered.*

f SUAM ESSE. Et ideo ſibi reſtituere oportere: nam actor duo petit io vindicatione: Dominii ſui declarationem, & Rei reſtitutionem. Dixi *tit. De rei vin.*

g REPELLI. Quia vult lucrari cum aliena jactura, *l. 2. § generaliter. De dol. except.* ſi perſeveret petere, ſumptibus non redditis, *l. ſin autem. 27. §. 4. De rei vind.* aut niſi pati velit eum tollere ædificium, *d. l. ſin autem.* in fin. *l. Julianus 37. l. in fundo. 38. De rei vind.* Ex quo † intelligi poteſt, non obtinere generaliter, quod dicitur. Non licere ædificia reſcindere: id enim negotiandi, & lucri faciendi cauſa non licet *l. 2. C. De ædific. priva. l. ſenatus. 52. De cont. empt. l. cætera 41. De legat. 1.* ex juſta cauſa licet, *d. l. Julianus. d. l. ſin autem. l. 9. De impenſ. in res dotal. l. 5. C. De rei vindic.* Eſt tameo, cùm omnino dominus refundere ſumptus debeat, nec liberetur, ſi paratus ſit pati ædificatum tolli: cùm videlicet aut idem ædificaturus fuit (negotium enim tunc ejus geſtum eſt) aut mox receptum cum ædibus fundum diſtracturus eſt, *d. l. in fundo l. niſi 29. De rei vindica. l. quod si. 10. De impenſ. in res dotal.* 2

h ALIENUM ESSE. Ideo hanc exceptionem non habet, quia dolus cum dolo compenſatur, & † in 3 pari cauſa melior eſt conditio domini poſſidentis, *l. Julianus. 37. De rei vind.* Concedendum tamen & eſt, ut ſine diſpendio areæ tollat, quod poſuit: *d. l. Julianus l. 5. C. De rei vind. l. 9. De impenſ. in res dotal.* niſi extet donatio, *d. l. 2. C. De rei vind. d. l. qui alienum. De donat.* aut improbius aliquod factum, quod hoc impenſarum damno puniri conveniat, *l. 5. C. De ædific. priva.* Cujac. *lib. obſer. 10. cap. 1.* exiſtimat, hoc ſtrictæ eſſe ratioois: ex æquitate autem & hunc per exceptionem doli habere ſumptuum neceſſariorum, & utilium deductionem: quod haud ſcio, an parùm juribus iſtis conveniat. Illud ſanè receptum videtur, ut qui tantum dare paratus eſt, quantum ex diruta materia dominus habiturus eſſet, impedire poſſit, ne tollatur, ut hanc communem ſtatuit Berous *queſt. 96. num. 4.* Clarus *ſent. lib. 4. §. feudum. quaſt. 88.* Quanquam aſſeveret, contrariam Baldi opinionem eſſe veriorem, & æquiorem, & magis commuoem, exiſtimantis non rudera, ſed ipſam utilitatem, ſeu meliorationem æſtimari, quæ ex ædificio ſtante habetur *inc. 1. §. ſi vaſallus. n. 4. Hic fini. lex,* & in Auth. *Excipitur. num. 2. C. De bon. quæ lib.* quod ſequitur Molin. *conſuet. Pariſ.* de feud. §. 1. 5. Gloſſ. 5. *num.* 98.

§. 26. Si Titius.

SI Titius alienam plantam in ſolo ſuo poſuerit, ipſius erit: ex diverſo, ſi Titius ſuam plantam in Mævii ſolo poſuerit, Mævii planta erit *a*: ſi modò utroque caſu radices egerit *b*: antequàm enim radices egerit, ejus permanet, cujus fuerat *c*. Adeo autem ex quo radices

dices

dices egerit planta , proprietas ejus commutatur : ut ſi vicini arbor ita terram Titii preſſerit *d* , ut in ejus fundum radices egerit , Titii effici arborem dicamus : ratio enim non permittit , ut alterius arbor eſſe intelligatur , quàm cujus in fundum radices egerit *e* . Et ideò prope confinium *f* arbor poſita , ſi etiam in vicini fundum radices egerit *g* , communis fit *h* . Qua ratione autem plantæ , quæ terra coaleſcunt , ſolo cedunt : eadem ratione frumenta quoque, quæ ſata ſunt *i* , ſolo cedere intelliguntur k . Cæterùm ſicut is , qui in alieno ſolo ædificavit , ſi ab eo dominus ſoli petat ædificium , defendi poteſt per exceptionem doli mali , ſecundum ea , quæ diximus : ita ejuſdem exceptionis auxilio tutus eſſe poteſt is , qui alienum fundum ſua impenſa bona fide *l* conſevit.

1. *Planta in alieno ſolo ſi radices egerit , cedit ſoli domino : ſecus, ſi non egerit . numer. 2.*
3. *Radicum propagatio quando dominium arboris afferat : & quomodo , num. 4.*
5. *Confinium quid .*
6. *In fructibus percipiendis quid potiſſimum ſpectemus .*
7. *Fructus pendentes pars fundi ſunt .*
8. *Qui alienum fundum ſua impenſa bona fide conſevit , exceptione doli mali ſe defendere poteſt .*

DUodecimus , Plantatio , & Satio . Unde verſus:

Quicquid plantatur , ſeritur , vel inædificatur .
Omne ſolo cedit , radices ſi tamen egit .

a Planta Erit. Jure ſoli , *l. qui ſcit* . 25. *De uſur.* ut in ædificio diximus .

1 *b* Radices Egerit . Quibus † unitatem facit arbor cum terra , *l. hoc amplius* . 9. §. *Alphenus* . 2. *De dam. infect.* ut ex alio terræ alimento alia facta videatur , *l. ſed ſi ex meis* . 25. § *arbor* . *De acq. rer. dom.* & pars quædam ejus fit , *l. Quintus*. 40. *De act. empt. d. l. adeò* . 7. §. *ult.* Utilis tamen priori domino actio in rem dabitur , ut aut arbor reddatur , aut intereſſe præſtetur : cùm iniquum foerit , eum ex alieno facto damnum pati , *l.* 5. §. 3. *De rei vindic.*

c Cujus Fuerat . Quia † necdom cohæ-
2 ret ſolo , nec facta eſt pars rei immobilis , *l. ſi ſuprà* . 28. *l. Titius* . 60. *eod.* neque mutata eſſe arbor videtur , quæ cum fundo nondum coaluit . *l. ſed ſi* . 26. §. *arbor* . *eod.* Quamobrem directa datur ei hoc nomine actio , cùm res eſſe domini non deſierit , *d. l.* 5. §. 3.

d Presserit . Radices † ſub terra nihil mo-
3 menti ad jus dominii diſcernendum conferunt , *l. ſi gemina* . 10. *arb. fur. caſ.* præſertim ad acquirendum , *l. ſi plures* . 6. *arb. fur. caſ. l.* 1. *C. De interd. l. hoc amplius* . 9. §. *Alphenus* . *De dam. inf.* Nam vicino , in cujos ſolum arbor vicini radices agit , datur actio , qua intendit illi alteri non licere arborem ita habere , *d. l. ſi plures* . §. *ſi arbor* . Ex quo liquet , hunc dominum noo eſſe : & proinde radicum propagationem , tum demum dominium arboris afferre , quotieſcunque arbor etiam ſuper terram in ſolo alieno eminet : verbi gratia , quando vicini arbor , vel planta deflexa ramis ita premit Titii ſolum , ut ibi radices agat , novamque quaſi ſobolem producat , ea arbor nova Titii eſt exiſtimanda . At vetus arbor in vicini fundo poſita , non fit Titii , etiamſi aliquas radices io ejus fundum agat . *d. l. ſi plures* . Et hunc ſenſum gignunt verba Caji in *d. l. adeò* . 7. § *ult.* unde hic locus deſomptus eſt : quæ ſic habent in Florentino exemplari: *Si vicini arborem ita terra preſſerim* , *&c.*

e Radices Egerit . Omnes † ſcilicet : ne- 4
que enim pars radicum eò porrecta poſſit totius arboris dominium Titio parere : atqui arborem in vicinio totam poſitam , omnes radices in Titii fundum agere , natura impoſſibile eſt , cùm quàquaverſum radices plantæ projiciant , nec idem etiam abſque arboris læſione effodiendo ſciri ſatis poſſit : ſequens eſt igitur , hæc non de arbore vetere in vicinio poſita , ſed de nova , quæ ex ramis io terram Titii depreſſis exurgit , accipienda eſſe.

f Confinium . Non in ſolo vicini , ut paulò
aotè , ſed prope † confioium , hoceſt , lioeam , 5
qua utriuſque ſolum diſcernitur , ita ut in utroque arbor radicibus utrinque actis exiſtat , *l. pro regione* . 8. *eodem* . & in communi confinio emineat .

g Egerit . Non ob ſolam radicum actionem, ſed etiam ob poſitum .

h Communis Fit . Sicut ipſi fines communes ſunt . *d. l. adeò* . 7. in fin.

i Sata Sunt . Io † percipiendis fructibus , 6
magis corporis jus , ex quo percipiuntur , quàm ſeminis, ex quo oriuntur, aſpicitur , *l. qui ſcit* . 25. §. 1. *De uſur.*

k Intelliguntur . † *L. ſi quis ſciens* . 11. 7
De rei vindic. l. qua ratione . 9. *ff. h. t.* Fructus eoim peodentes fundi pars ſunt . *l. fructus* . 44. *De rei vindic.* eòque ad dominum fundi pertinent , *l. qui ſcit* . 25. *De uſur.* velut fœtus rei ſuæ . §. *item ea* . ſup. *eod.*

l Bona Fide . Hoc addit Juſtinianus ex Cajo
in *d. l. qua ratione* . 9. *eod.* Nam † hæc exceptio 8
tantùm bonæ fidei poſſeſſori datur . *l. ſumptus* . 48. *l. ſin autem* . 27. §. *in re* . *De rei vindic. l. Paulus*. 14. *De dol. excep.* poſſidenti nulla hoc nomine actio competit : quia nullum negotium domini nomine geſtum

ſtum eſt, ex quo obligetur. Sibi enim, non domino ſator conſitum voluit, *d. l. Paulus. d. l. ſi in area.* 33. *De cond. indeb.* Quare ſi non deductis impenſis reſtituat, condictionem impenſarum, vel indebiti, aut plus debito ſoluti non habet. *d. l. ſi in area.* niſi cùm alterius negotium geſtum eſt, *l. qui exceptionem*. 40. §. 1. *De cond. indeb.* Officium tamen judicis implorari poterit, ut, niſi impenſas refundere velit dominus, patiatur auſerri fructus ab eo, qui conſevit, *d. l. in fundo*. 38. *l. ſin autem*. 27. §. *in re*. *l. Julianus*. 37. *De rei vind. l. domum*. 5. *C. De rei vind.* Quibus locis oſtenditur, idem malæ fidei poſſeſſori concedi: qui licet exceptionem doli non habeat, tamen officio judicis continetur, ne ex aliena jactura dominus lucrum faciat, *l. plané*. 38. *De petit. hered.*

§. 27. Literæ quoque.

Literæ *a* quoque licet aureæ ſint *b*, perinde chartis, membraniſque *c* cedunt *d*, ac ſolo cedere ſolent ea, quæ inædificantur, aut inſeruntur *e*. Ideòque ſi in chartis, membraniſve tuis carmen, vel hiſtoriam, vel orationem Titius ſcripſerit: hujus corporis non Titius, ſed tu dominus eſſe videris. Sed ſi à Titio petas *f* tuos libros, tuaſve membranas, nec impenſas ſcripturæ ſolvere paratus ſis: poterit ſe Titius defendere per exceptionem doli mali *g*, utique ſi earum chartarum, membranarumve poſſeſſionem bona fide nactus eſt.

1. *Literæ cujuſcunque materiæ, chartis, aut membranis cedunt: & ratio, num. 2. & 3.*

Decimustertius, Scriptio.

a Literae. Quovis modo ſcriptæ, vel impreſſæ, *l. in rem*. 23. §. 2. *De rei vind. l. 3. §. pen. ad exhiben.*

b Aureae Sint. Atque ita † longè charta pretioſiores: ut
1 olim ante Inventum typographicum aureis literis ſcribebatur: quemadmodum Caroli Magni teſtamentum extat ſcriptum Aquiſgrani. Nam & domus pretioſior eſt plerunque area, & tamen naturali ratione, jure ſcilicet acceſſionis illi tanquam principali cedit, *l. 2. De ſuperficiebus, l. qui domum*, 50. *ad legem Aquil.*

2 *c* Membranisque. Quaſi ſolo, † baſi, & fundamento, quo ſuſtinentur, *l. 3. §. interdum. ad exhib. d. l. in rem*. 23. *De rei vind.*

d Cedunt. *D. l. in rem. d. l. qua ratione*. 9. §. 1. *eod.*

3 *e* Inseruntur. Non † enim naturali ratione inſpicitur pretium, *l. cum aurum*. 19. §. *perveniamus*. *De aur. & arg. leg.* ſed quòd neceſſe ſit, rem cedere baſi, ac fundamento, velut principali, ſine quo conſiſtere non poſſit, *d. l. in rem*. §. 2. Area abſque domo, charta ſine literis; non verò contrà domus ſine area, literæ ſine charta eſſe poſſunt: naturale ergò eſt, ut ſuperficies, ſolum, inſcriptum, & contentum fundamenti continentis cauſam ſequatur, *d. l. Quintus*. 40. *De act. empt. l. qui domum*. 50. *ad legem Aquil.* Scriptura igitur ad acceſſiones refertur, pictura autem ad ſpecificationem, quia hæc opus in aliena tabula facit: literæ autem tantùm ſunt notæ operis. Fruſtrà ergò quidam aliud dicit in charta, quod videatur ex iis eſſe, quæ in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem magis, quàm ſpecie.

f Petas. Rei vindicatione, *d. l. in rem. De rei vind.* vel actione ad exhibendum, *d. l. 3. §. interdum. ad exhib.* Epiſtola miſſa ſit ejus, cui mittitur, niſi mittens velit, ut remittatur. *l. eum, qui*. 14. §. *fin. De furt.*

g Doli Mali. Hac de re in ſuperiorib. §§. eſt dictũ.

§. 28. Si quis.

Si quis in aliena tabula pinxerit, quidam putant *a* tabulam picturæ cedere: aliis videtur *b* picturam, qualiſcunque ſit *c*, tabulæ cedere. Sed nobis videtur melius eſſe tabulam picturæ cedere. Ridiculum eſt enim *d*, picturam Apellis, vel Parrhaſii, in acceſſionem viliſſimæ tabulæ cedere *e*. Vnde ſi à domino tabulæ, imaginem poſſidente, is, qui pinxit, eam petat, nec ſolvat pretium tabulæ: poterit per ex-

M ceptio-

ceptionem doli mali ſubmoveri. At ſi is, qui pinxit, eam poſſideat, conſequens eſt, ut utilis actio domino tabulæ *f* adverſus eum detur. Quo caſu ſi non ſolvat impenſam picturæ *g*, poterit per exceptionem doli mali repelli: utique ſi bonæ fidei poſſeſſor *h* fuerit ille, qui picturam impoſuit. Illud enim palam eſt, quòd ſive is, qui pinxit, ſubripuit tabulam, ſive alius, competit domino tabulę furti actio.

1. *Pictura, qualiſcunque ſit, tabulam cedere, contra rationem naturalem: & ratio differentia, num. 2. & 3. & qua actio domino tabulæ competat, ibid.*

1 DEcimusquartus, Pictura.

a Quidam Putant. Cajus † in *d. l. qua ratione*. 9. §. 1. *eod.*

b Videtur. Paulo, *d. l. in rem*. §. 3. Cajo juniori, *libr.* 2. *hiſt. cap.* 1.

c Qualiſcunque Sit. Etiam impenſi pretii, ut de charta, & domo dictum eſt.

2 *d* Ridiculum Est Enim. Reſpectu † ęſtimationis, & pretii, quia plus eſt in manus pretio, quàm in re: ac ejuſmodi rerum pretium non in ſubſtantia, ſed in arte poſitum, *l. mulieris*. 13. *l. Labeo*. 14. *De verb. ſignif.* Cæterùm non quoad naturalem rationem, qua per prævalentiam res rei accedit, *d. l. in rem*. §. 2. & quæ in his naturalibus acquirendi modis præcipuè erat conſideranda.

e Cadere. Atqui idem de domo, & de charta dici poterat: cùm inſtrumentis ſcriptis ſæpè numerò ſtatus, fortunæque omnes contineantur, *l.*
3 *ſtatum*. 6. cum ſeq. *C. De fid. inſtr.* Non † igitur valet hæc univerſaliter ratio, ſed in pictura ob artis præſtantiam recepta eſt: valetque, quia non ſola eſt. Pictura enim opus eſt, & quædam ſpecificatio: ut jure huic formæ tabula velut ſubjectum, & materia cedat. Scripturæ, & literæ ſunt acceſſiones, & notæ operis, non opus, nec chartam in aliam ſpeciem mutant, velut pictura. Cedunt igitur rei principali, quæ priſtinam formam, eòque nec eſſe (quod dat forma, *l.* 9. *ad exhibend.*) amiſit.

f Domino Tabulae. Ex *d. l. qua ratione*. §. 2. *eod.* Datur autem utilis actio, non directa, quia dominium ſtricto jure amiſſum eſt: quod alieno facto amitti quoniam iniquum, ideò ex æquitate utilis vindicatio tanquam adhuc domino datur.

g Picturae. Siquidem id malit pictor: nam alioqui retinere tabulam oblato ejus pretio poteſt: cùm enim habeat hoc nomine actionem, ut paulò antè oſtenſum eſt; multò certè magis habet exceptionem, *l.* 1. *De ſuperf.*

h Possessor. Nam malæ fidei poſſeſſori ea non datur, ut dictum eſt, planè. *l.* 38. *De pet. hered.* neque licebit illi picturas corradere, nihil utilitatis inde laturo, niſi ut officiat, *d. l. in fundo*. 38. *De rei vind.* quare hoc caſu omninò neceſſe habet excipere de dominio tabulæ, per picturam quæſito, oblata ejus æſtimatione.

§. 29. Si quis.

SI quis à non domino *a*, quem dominum eſſe crediderit *b*, bona fide fundum emerit *c*: vel ex donatione, aliave qualibet juſta cauſa *d* æquè bona fide *e* acceperit *f*, naturali ratione *g* placuit, fructus *h*, quos percepit *i*, ejus eſſe pro cultura, & cura *k*. Et ideò, ſi poſteà *l* dominus ſupervenerit, & fundum vindicet, de fructibus ab eo conſumptis *m* agere non poteſt. Ei verò, qui ſciens alienum fundum poſſederit *n*, non idem conceſſum eſt. Itaque cum fundo etiam fructus *o*, licet conſumpti ſint, cogitur reſtituere *p*.

1. *Error*

Digitized by Google

1. *Error facti quid in poſſeſſore operetur.*
2. *Emptionis verbum nonnunquam totum contractum conſummatum denotare.*
3. *Cauſa bonæ fidei duæ.*
4. *Bonam fidem ſemper præſumi, niſi probetur mala.*
5. *Dominia rerum ex poſſeſſione orta eſſe.*
6. *Fructus etymon, & quæ fructuum nomine contineantur, num. 7. & fructuum ſpecies & differentia, num. 8.*
9. *Bonæ fidei poſſeſſor ſtatim intelligitur fructus percepiſſe, etiamſi pendentes ſint adhuc: ſecus in fructuario, & colono: & ratio diverſitatis.*
10. *Cauſa, quare bonæ fidei, & juſti Tituli poſſeſſor fructus lucretur: & quid juris ſit quoad uxorem. num. 11. & quando locum habeat, & in quibus fructibus: latè. n. 14.*
12. *Uſurapio pro Suo in quibus rebus locum habeat.*
13. *Unius excluſio eſt alterius incluſio.*
14. *Fructus quatenus à bonæ fidei poſſeſſore reſtituendi.*
15. *Malæ fidei poſſeſſor quis dicatur.*
16. *Quod in rerum natura non eſt, amplius vindicari nequit.*

DEcimusquiotus, Fructuum bona fide facta perceptio.

a NON DOMINO. Qui dominium transferre noo potuit, quod ipſe non habuit. *l. traditio.* 20. *De acq. rer. dom. l. nemo.* 54. *De reg. jur. l. uſufructu.* 9. *C. De uſufruct.*

1 *b* CREDIDERIT. Quæ opinio † bonam fidem
facit. *l. bona.* 109. *De verb. ſignif. l. qui à quolibet.*
27. *De contr. empt. l. ult. pro empt.* & infr. *De uſucap.*
Vide Bald. & DD. *l. 1. C. De rei vind.* dum ſit error
facti. *l. heredem.* 17. *De his quæ ut indig.* noo juris,
l. 2. C. ſi quis ignor. l. nunquam. 35. *De uſucap. l. 2.*
§. ſi à pupillo. pro empt. qui ad lucrandum poſſeſſori
non prodeſt. *l. juris.* 4. *l. error.* 8. *De jur. & fact.*
ignor. d. l. nunquam. 31. *De uſucap.* ſed in damno duntaxat
vitando, *d. l. error.* 8. hoceſt, ne poſſeſſor
teneatur, quàm quatenus percepit, *l. ſed etſi lege.*
25. *§. quod autem.* 2. *De pet. hered.*

c EMERIT. Et acceperit traditum, ut poſtea
ſubjicitur, ex regula *l. traditionibus.* 20. *C. De pact. §.*
2 *per traditionem. §. vendita. hoc tit.* Nam † verbum
Emptionis, de toto contractu conſummato ſæpiùs
accipitur: ut hìc, & *l. bonæ fidei.* 48. *eod.* in
princ. infr. *De uſucap.*

d JUSTA CAUSA. Juſto, & ad dominium transferendum
habili titulo: ut accipiens hinc probabiliter
opinari poſſit ſe dominum eſſe, *l. quæcunque.*
13. *§. 1. De publicia. l. ſi ſervus.* 22. *De nox. act. l. apud.*
3 21. *§. cum igitur. C. De furt.* Atque † ita oota
duas eſſe bonæ fidei cauſas: videlicet Errorem facti,
& Titulum juſtum.

4 *e* BONA FIDE. Quæ † præſumitur benigna
interpretatione, communem dicit Ferd. Vaſq. *illuſt.
controverſ. lib* 2. *cap.* 79. *num.* 15. etiam ex injuſta,
& fatua cauſa. Caſtren. *conſ.* 98. *Viſis quibuſdam
actis. vol.* 1. Alex. *conſ.* 127. *num.* 10. &
11. *vol.* 4. dooec contrà probetur mala. *l. pen. C.
De evict.* Gloſſ. & DD. *c. ſi diligenti.* 17. *c. ſanctorum.* 3. *c.
ult. De præſcript.* Bald. poſt Bar. *l. Celſus.* 27. *De uſucap.*
Alciat. *De præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 5. ac cùm opus
eſt, per juramentum probari poteſt. Bal. in *l. ult.
n.* 6. *C. De bon. auct. jud. poſſ. d.* & inſpicitur per ſingula
momenta, quoad naturalem dominii fructuum
acquiſitionem. *l. qui bona.* 23. *l. bonæ.* 48. *eod.*
etiamſi jure percipiat eos poſſeſſor, donec fundus
evincatur, *l. qui ſcit.* 25. *§. ult. De uſur.*

f ACCEPERIT. Non enim ſufficit pactum
abſque rei traditione, *l. cum res.* 12. *C. De probat.
d. l. traditionibus.* 20. *C. De pact.*

g RATIONE. Quia jure naturæ nolla eſt fructuum
diſtinctio: unde lex tranſeunti per viam,
aut ſegetem permittit manu decerpere, quod victui
præſenti conducat, non aſportare, aut falce
reſcindere. *Deut.* 23. in fin. quod eſt repetitum in
extravag. Frederici: idque ſecerunt Apoſtoli eſurientes,
ut ſpicas vellerent. *Matth.* 12. 1. *Deut.*
24. io fin. vult etiam relinqui in meſſe, vinea,
arboribus, reliqua peregrino, viduæ, pupillæ,
nec anxiè decerpi, nec dominum reverti, ut ſpicilegium
faciat. Deinde, quia poſſeſſoris bona fides
pro dominio eſt, quandio poſſidet. *l. bona fides.* 136.
De reg. jur. l. ſi fur. 32. obi Cujac. *De uſucap* & naturaliter
poſſeſſionem ſequitur utilitas fructuum,
velut proprius poſſidendi finis. *l.* 4. *De uſufruct. l.
bonæ.* 48. *eod.* Imò ipſa † quoque dominia ex poſſeſ- 5
ſionibus primùm natura extiteruot, *l. 1. De acquir.
poſſ.* At civilis ratio in jodiciis, repotationibus, &c.
repetit à poſſeſſore fructus: neque tamen hoc pugnat
cum eo, quòd fructus natnrali ratione ei quærantur.

h FRUCTUS. Fructus † à ferendo, fruendoque 6
dicitur: quare quod † ex corpore rei ad frui- 7
tionem, utilitatemque poſſidentis fertur, dummodo
renaſciturum, fructus propriè eſt, *l. ſi navis.*
62. *De rei vind. l. penult. De uſufruct. legat. l. fructus.*
7. *ſolut. matrim.* Quæ verò non ex re, ſed ratione
rei jure capiuntur, in fructu non ſunt, *l. uſura.*
121. *De verb. ſignif. d. l. ſi navis.* ſed in rei utilitate,
& cauſa, *l. prædiorum.* 36. *l. videamus.* 19. *De uſur.*
l. mercedes. 29. *De pet. hered.* Fructus aut † na- 8
turales ſunt, aut civiles: naturales aut merè naturales,
aut induſtriales, quos ſeminarios vocat,
l. item. 9. *§. ſeminarii.* 5. *De uſufruct.* Merè naturales,
qui proveniunt natura principaliter, ut poma,
lignum, *l. fructus.* 45. *De uſur.* item fœnum,
l. pratum. 31. *De verb. ſignif.* quod accipiendum
puto de arboribus jam plantatis, & agris gramen
jam producentibus. Nam quo primùm anno poma
plantantur, aut ſolum ad fœnum producendum
conſeritur, eo anno veriùs videtur induſtriales
fructus gigni. Etenim proveniunt hactenus natura
quidem cooperante, ſed facto, induſtria, cura,
potiſſimùm hominis: quod genus induſtrialis
fructus vocatur: ut ſegetes, *d. l. fructus.* 45. *d. l.
bona.* 48. vinum, oleum, *l. ſi ejus.* 78. *De rei
vind.* & qnæ ex animalibus percipiuntur, ut plerique
volunt, *d. l. bonæ.* in fin. *l. 4. §. lana. De
uſucap. l. in pecudum.* 28. *De uſur.* & probat § *penult.*
infr. *De uſu, & habita.* quod abſque cura, & paſtu

Digitized by Google

pecorum, multiplieique hominis facto non proveniant. Cic. *Dr natur. Deo*. 1. oves oullum fructom edere ex ſe ſine cultu hominum,& euratione poſſuot: ut & vinum, *d. l. si ejus.* cojus curandi labor redit in orbem, ut eſt apud Poetam: & quod noo naſcitur, ſed fit hominis ioduſtria ex uvis natis,ut & oleum,&c. Ut igitur in aliis miſtis res à potiore nominatur. *l. queritur*. 10. *De ſtat. ho.* ſic & hìc naturales putentor fructus,in quibus oatura prævalet: induſtriales, io quibus hominum induſtria. Bart. *l. ex diverſo*. 35. *Dr rei vin.* quod judieis erit æſtimare. Cyn. *l. ceterum*. 31. *C. De rei vind.* Aretin. *consi.* 159. *num.* 2. Civiles porrò fructus receptum eſt appellari illos, qui non ex corpore rei, ſed propter rem civili ratione,& jure percipiuntur: ut uſuræ, penſiones, &c. *l. si navis*. 62. *De rei vind. l. mercedes*. 29. *De pec. her. l. cum ſervus*. 39. §. 1. *De lega.* 1. Fructuum rurſum alii ſunt Futuri. *l. quod in rerum*. 24. *De lega.* 1. *l. interdum*. 73. *De verb. obli.* alii Pendentes, io arbore ſcilicet: ſeu ſtantes, io ſolo videlieet, *l. fructus*. 44. *De rei vind.* quibus opponuntur Percepti, *d. l. qui ſcit. d. l. bonæ fidei.* hoc eſt, qui ad poſſeſſorem pervenerunt: & Percipiendi, qui culpa poſſeſſoris percepti non ſunt, ſed percipi à domino potoerunt, §. *etſi* infr. *De offi. jud. l. fructus* 33. *d. l. ſi navis*. 62. §. *ult. Dr rei vind. l. ſed etſi*. 25. §. 2. verſic. *ſed & fructus. De petit. her.* Item in facienda reſtitutione alii dicuntur Extaotes, hoceſt, qui ſuperſunt in bonis poſſeſſoris. *l.* 3. *C. De cond. ex leg. l. certum*. 22. *C. De rei vin. l. si pignore*. 22. §. *si prædo. Dr pig. act.* alii Conſumpti, ut hìc, & *d. l. certum*.

9 *i* Percepit. Bonæ † fidei poſſeſſor: quia jure ſoli, ac quaſi domini fructus capit, & poſſidet, ideo ſtatim percepiſſe intelligitur, quàm fructus à ſolo ſeparati ſunt, *d. l. qui ſcic.* 25. §. 1. *De uſur.* velut domious, *d.* §. 1. *l. ſi fructuarius*. 13. *quib. modis uſufr.* Fructuarius,& colonos, quia non poſſident, *l.* 2. *C. Dr præſcr. 30. anno.* ſed jure pacti,& cooſtituti fructus capiunt: ideo non antè percipiunt, quàm fructuum poſſeſſionem perceptione naturali apprehenderint, *d. l. qui ſcic. d. l. si fructuarius.* Minus eſt autem fructus percipere, quàm cogere. Percipitur uva, vel ſpica, fructus cogitur: illa expreſſa, hac excuſſa. De quo eleganter Cujac. *Obſer. lib.* 11. *cap.* 39.

k Et Cora. Utrumque refert Cic. 1. *Dr nat. Deo.* ad pecudes: ut alij volunt, propriè coluntur agri, eurantur pecora, plantæ, arbores: *l. fructus*. 7. § *non ſolum*. 6. *ſolut. matr.* ideo videntur hæc tantùm ad induſtriales pertinere: cùm naturales noo
10 eandem curam, cultumque requiraot. † Attamen hæc cauſa noo eſt ſola, cur lueretur (alioqoi idem eſſet in malæ fidei poſſeſſore) ſed bona quoque fides. His autem verbis omnes fructus complectitur, tàm naturales,quàm ioduſtriales: omnes enim lucratur poſſeſſor, *d. l. bona*. 48. *l.* 4. §. 2. *ff. fin. regun.* ut uſufructuarius, *l.* 7. *De uſufruct.* quo poten-
11 tius jus habet: *d. l. qui ſcit.* §. 1. quamvis † uxor tantùm induſtriales (nam naturales cadunt in donationem inter conjuges prohibitam) ex re ſibi donata à marito ſuos faciat: *d. l. fructus*. 45. *De uſur.* non ex bona, malave fide, ſed jure donatioois: quę io induſtrialibus cooſtat inter conjuges, quia ex natura rei ooo proveniuot, eòque nec ex his bona donantis minui intelliguntur, *l. De fructibus*. 17. *l. ex annuo*. 15. *De dona. inc. vir. & ux.* Naturales ooo fioot uxoris perceptione: de qua hìc agitur, ſed benè conſomptione, *l. ſi fructus*. 8. *C. De donat. int. vir. d. l. De fructibus*. 17. & utrobique Gloſ. Bald. & DD. ſicut nec cujoslibet bonæ fidei poſſeſſoris: non enim indiſtinctè omnes bonæ fidei poſſeſſores eos fructus lucrantur, ſed duntaxat, qui bona fide, & juſto titolo poſſident, ot hìc dicitur. Verbi gratia, poſſeſſor hæreditatis froctus non lucratur, ne quidem induſtriales: cùm quia titulo caret, tum quòd fructus hæreditatem, ot jus univerſale augeant, *l. item*. 20. §. 3. verſic. *fructus. De pet. her.* veniantque jure petitioois,& actionis, ſicut res ipſę, *l. item veniunt*. 20. cum ll. ſeq. *De pet. hered.* Unde quatenus factos eſt locupletior, eatenus etiam de conſumptis tenetur in his ooiverſalibus: Bartol. & DD. *l. quod Nerua*. 32. *depoſ. d. l. ex diverſo. De rei vin. l.* 1. *C. De uſur. & fruct. leg.* Bald. *l. non eſt*. 9. *C. famil. erciſcund.* Aoton. But. *c. gravis*. 11. *De reſtit. ſpolia.* ſecundum communem. Anton. Gabr. Rom. *lib.* 5. *De acq. rer. dom. concluſ.* 2. *num.* 2. aliter atqoe in rei vindicatione, qua conventus bonæ fidei poſſeſſor non jure actionis, ſed officio judicis fructus tantùm extaotes reſtituit, *l.* 2. *C. De pet. here. l.* 4. §. *poſt litem*. 2. *fin. regun.* Reliquos igitur lucrator. Bal. *l.* 1. *C. De uſur. & fruct.* Alexand. *l. Neſennius*. 34. §. 1. *De neg. geſt.* Fab. Nicol. de Neap. hìc, Cæpol. *conſil. civi.* 25. Ruin. *conſil.* 91. *vol.* 5. Antoo. Gab. Roman. *De acq. dom. lib.* 5. *concluſ.* 2. *n.* 1. Aliis tamen æquius videtur ad reſtitotionem etiam hic teneri. Panor. Imol. *d. c. gravis. De reſt. ſpol.* Tiraq. *De retract. prox.* §. 15. Gloſſ. 1. *num.* 1. Menoch. 15. *rem. recup. num.* 574. Covar. *reſol. lib.* 1. *cap.* 3. quod in natoralibus indubitatum eſt, Gloſſ. hìc verb. *fructus*. Azo. *in ſumma. De rei vin.* Angel. *d. l. ex diverſo. Dr rei vin.* Bald. *l.* 1. *C. De uſur. & fruct.* Imol. Alexand. Ang. *d. l. Neſennius. De negot. geſt.* Angel. *l. ſi apes*. 26. §. 1. *Dr fur.* Anton. Gab. Rom. *lib.* 5. *De acquir. dom. concluſ.* 2. *num.* 3. Qui etiam ſine titulo bona fide poſſidet, aut in jure errat, huic error non prodeſt, quoad uſucapionem: *l.* 2. §. *qui à pupillo*. 10. *pro emp. l. Celſus*. 72. *De uſucap.* licet dolo careat, nec propriè malæ fidei poſſeſſor ſit, *l. ſed etſi*. 25. *ſcire*. 4. *De pet. her.* Quare dici poteſt, hunc quoque naturales fructus ſuos non facere percipiendo, ſicuti nec uxor ex injuſto donationis titulo poſſidens eos lucratur, *d. l. fructus* 45. in qoa particula *cujuslibet*, noo univerſaliter, ſed diſtinctivè,& partitivè accipienda eſt: q. d. non cujuslibet bonæ fidei poſſeſſoris fieri fructus naturales, ſed alicujus, qui videlicet titolum habeat: alicujus verò non, qui ſcilicet illo caret. Cujac. & Gouean. ita eam interpretantur, ot in tractatu acquirendi dominii verom ſit, poſſeſſorem bonæ fidei omnes froctus ſuos facere, *d. l. bona*. in materia verò uſurarum,& reſtitutionis, induſtriales apud illum non manere, *d. l. fructus*. Sed obſtant verba text. ibid. *percipiendo ſuos facit.* unde intelligitur, de acquiſitione naturali per perceptionem I. C. agere, non de materia reſtitutionis: in qua etiam non eſt diſtinctio inter froctus naturales,& induſtriales, ſed tantùm inter conſumptos,& extantes: illos enim lucratur poſſeſſor, hos reſtituit, qualeſcunque fuerint, ſive na-

tura-

Digitized by Google

turales, ſive induſtriales, ut pòſt dicetur.
l Si Postea. Ante ſcilic. cōpletam rei uſuca-
pionem, *l. acquiritur.* 10. §. *ultim. De acq. dom. l. ſi*
poſt. 18. *l. præterea.* 20. *De rei vindic.* fructus autem
per ſe ſolos non videtur poſſe uſucapere, cùm ſit
eorum dominus, *l.* 4. §. *lana.* 11. ubi Cujac. *De uſuc.*
12 *l. bonæ.* 48. §. *ultim. De acquir. dom.* Nam † uſucapio
pro ſuo tantum in his obtinet, quæ noſtra non ſunt,
tot. titul. pro ſuo. Suæ enim rei nullo titulo uſu-
capio eſt, *l. in bello.* 12. §. *ſi quis.* 5. *De capt.* etiamſi
res revocabiliter ſit propria, ut dotalis mariti.
m Consumptis. *L.* 4. §. 2. *fin. regun.* Igitur de ex-
tantibus agere poterit, non ſolùm pendentibus,
l. fructus. 44. *De rei vind.* ſed etiam perceptis: *l.*
certum. 22. *C. De rei vindic.* niſi ſint uſucapti, *l.*
13 4. §. *fructus. De uſucap.* Nam unius † excluſio
eſt alterius incluſio, *l. cum prætor.* 12. *De ju-*
dic. l. maritus. 21. *C. De procurat.* Ergo quod dici-
tur, juſti tituli, & bonæ fidei poſſeſſorem (de quo
ſolo hic agitur) pleno jure fructus ſuos facere, *d.*
l. in pecudum. d. l. qui ſcit. De uſur. hoc verum eſt na-
turali, ut paulò antè poſitum eſt, ratione, cùm a-
gitur de acquirendo rerum dominio, ut hic, & *d. l.*
bonæ fidei. 48. ut interim ſuos percipiendo faciat, do-
nec res evincatur: *d. l. bonæ.* verb. *interim. d. l. qui ſcit.*
§. *ult.* ver. *quandiu evictus*; at re evicta, quia fru-
ctus extantes abſque cauſa apud illum ſunt, & ra-
tione corporis percepti ſunt, cujus cauſa quædam,
& acceſſio habentur, *l. cum fundus.* 31. *ſi cert. peta.*
& paſſim *tit. De rei vindic. l. videamus.* 38. & *tot. titul.*
De uſur. eòque velut rei alienę pars, & acceſſio, cum
re meritò reſtituuntur: quare non aliter irrevoca-
biliter lucratur poſſeſſor, niſi ad perceptionem ac-
14 ceſſerit conſumptio, *l.* 4. §. 2. *fin. regund.* Nec † pu-
gnant hæc, aliquem dominum eſſe, & tamen re-
ſoluta dominij cauſa ad reſtitutionem teneri: ve-
lut maritus rei dotalis, emptor rei lege commiſſo-
ria diſtractæ dominus eſt: aliud enim eſt, rei do-
minum eſſe, aliud rem lucrifacere. Petitionem
autem eſſe horum fructuum nomine, oſtendunt ſe-
quentia, *agere*, &c. Petuntur autem vindicatio-
ne: *l.* 3. verb. *vindicatione. C. De cond. ex leg.* §. *etſi*, ubi
Gloſſ. ad verb. *cum fructibus.* infr. *De offic. judic.* quia
per vindicationem ut quaſi dominium poſſeſſoris
quoad rem reſolvitur, ita naturale, & verum do-
minium, quoad fructus perceptos, qui extant:
nam ejus ratione civili, & in judicio, ac vindica-
tione ſunt, ex cujus fundo nati ſunt, *l. qui ſcit.* 25.
§. 1. *De uſur.* §. *cum in ſuo.* cum ſeq. ſupr. *eod.* Et meum
eſt, quod ex re mea ſupereſt, cujus vindicandi jus
habeo: *l. ſolum.* 49. *De rei vindic.* ſicut dominio tranſ-
lato, neque revocato, condicendi: *l. qui ſe.* 7. §.
ultim. De cond. cauſ. dat. niſi fortè cui magis ex *d. l.* 7.
§. *ult.* placet, cùm hoc caſu percipiendo factus ſit
dominus fructuum, bonæ fidei poſſeſſor, condictio-
ne potiùs ſine cauſa, quàm vindicatione illos pe-
tendos eſſe. Utut ſit, quando unà cum re fructus
ante litem conteſtatam percepti, & tamen extan-
tes petantur, aut condicantur, erit judicis jubere,
& horum fieri reſtitutionem, quò ſententia con-
formis ſit libello. *l. ult. C. De fid. lib.* ut res cum fru-
ctibus reſtituatur, §. *etſi* infr. *De offic. judic.* Hæc
enim demum vera reſtitutio eſt, *l. videamus.* 38. §.
3. *De uſur.* Covar. *reſol. lib.* 1. *cap.* 3. Quod obtinet
in extantibus. De conſumptis porrò agi non po-
teſt: quia eos lucratur poſſeſſor, *d. l.* 4. §. 2. *fin. re-*
gun. l. 4. §. *lana.* 14. *De uſucap. l. quæſitum.* 40. *De acq. dom.*
qui pro domino eſt hactenus: & quoniam velut de-
bitor non moroſus, interitu, ac conſumptione ſpe-
ciei liberatur. Ex quo apparet, etiamſi locuple-
tior factus ſit, non tamen ad reſtitutionem eum
teneri, *l. Neſennius.* 41. §. *fundum.* 1. *De re judicat.*
(licet noſtris ex æquitate placeat aliud: ut ſuprà
dixi. Alexandr.. poſt alios. *l. ſi me & Titium.* 32. *ſi*
cert. peta.) quamvis in petitione hæreditatis, poſ-
ſeſſor etiam conſumptos, quatenus locupletior eſt,
reddere cogatur: propterea quòd fructus, ut reli-
qua utilitas, hæreditatem augeant: *l.* 2. *De hered.*
vend. eòque non cedant lucro poſſeſſoris, ſed jure
actionis peræquè atque corpora ipſa petantur. *l.* 1.
& 2. *C. De pet. hered. l.* 2. *C. De rep. hær.* eodemque
modo in condictionem iidem fructus veniunt, *l. in*
ſumma. 65. §. 4. *De cond. indeb.* quòd æquitate condi-
ctionis contineatur, ut ex indebito nihil penes ac-
cipientem maneat, cùm nulla juſta ſit poſſeſſionis
ejus cauſa, ac proinde iniquum ſit, eum de alieno
locupletari, *l. nam hoc.* 14. *De cōd. indeb. c. Raynutius.* 16.
De teſtamen. Sed hæc, ut dixi, accipienda ſunt de
fructibus ante litis conteſtationem conſumptis: hæc
enim omnes poſſeſſores in mala fide conſtituit. *d. l.*
ſed etſi. 25. §. *ſi ante.* 5. *De petit. hered. l. nec bona* 10.
C. De long. temp. præſcript. ſcilicet poſt condemnatio-
nem ſecutam, *l.* 1. 2. *C. De petit. hære.* qua de ſpecie
agi in *d. l. ſed etſi.* 25. §. *ſi ante.* 5. præcedentia con-
vincunt. Et proinde ſicut petitur res, qualis eſt
tempore litis conteſtatæ, quo ſententia condem-
natoria reducitur. *l. cum fundus. ſi cert. petat.* ita
cum omni cauſa, quam habiturus eſſet actor, ſi illo
tempore reſtitutio facta fuiſſet, petita videtur, &
reſtituenda eſt, *l.* 2. *De uſur. l.* 4. §. *poſt litem. fin. re-*
gun. l. ultim. §. *fructus. quæ in fraud. cred. l. certum. C.*
De rei vind. d. l. ſed etſi. §. *ſi ante. l.* 2. *C. De fruct. d.*
l. bonæ. 48. *De acqui. dom.* latè Tiraquell. *De retract.*
prox. §. 15. Gloſſ. 1. & 2. §. 2. infr. *De off. jud.* Cujus
rei ratio exponitur in *l. ædiles.* 25. §. *item.* 4. *De ædil.*
edict. & *in d. l.* 2. *De uſur.* Cùm autem de conſumptis
non aliter, quàm poſt litem conteſtatam teneatur
bonæ fidei poſſeſſor, multò illum minus de non
perceptis teneri, indubitatum eſſe debet, §. 2. infr.
De off. jud.
n Possederit. Sive ab initio, *l. ſi pignore.* 22.
§. *ſi prædo. De pign. act.* ſive poſtea, *d. l. bonæ.* mota
controverſia, *d. l.* 2. *d. l. ſed etſi.* §. 4. ſeu quacunque
alia ratione, *l. Julianus.* 37. *De rei vind.* puta quod ac-
quiſierit contra legem, *c. qui contra.* 82. *De reg. jur. in* 6.
ſeu denunciationem domini, *l. quemadmodum.* 7. *C.*
De agr. & cenſ. lib. 11. *l. ſi fundum* 17. *C. De rei vind.*
qua conſtituitur emptor in mala fide, ſi denuncians
jus habet. Vaſq. *lib.* 2. *illuſtr. quæſt. cap.* 80. ubi *num.*
5. limitat, vel non adhibitis debitis ſolemnitatibus
acquiſivit, *l.* 1. *C. De fid. inſtr. lib.* 12. Et † in ſom- 15
ma, qui habet conſcientiam rei alienæ, & qui ſcit,
vel ſcire debet, rem, quam poſſidet, alienam eſſe,
malæ fidei poſſeſſor eſt, *l. ult. C. unde vi.* ubi Bartol.
& DD. §. *idem placet.* infr. *per quas perſon. l. non ſo-*
lum. 33. §. 1. *De uſucap. l.* 2. *pro hære.* Cujac. *in l.* 5.
De uſucap. cap. ſi virgo. ubi Gloſſ. 34. *quæſtio.* 2. *d. l.*
bona fidei. De verb. ſignific. l. ſi exiſtimans. 3. ubi Bart.

Digitized by Google

pro ſolut. l. ſi quis fundum. 43. *De acqui. poſſ.* Gloſ. & DD. *§. ſi diligenti.* 17. *De præſcri.* Dyn. Franc. *c. poſſeſſor.* 2. *De reg. jur. in* 6. ubi Covar. latè. Item qui ſcit ſe poſſe quapiam actione conveniri, Bald. *De præſcript.* 2. *parte,* 3. *part. princ. quæſt.* 14. *num.* 4. Pariſ. *conſil.* 92. *nu.* 25. *conſil* 110. *num.* 30. *lib.* 3. quod in poſſeſſione rerum facilè admiſero, quoad præſcriptionem actionum non item, *l. pignori.* 13. *§. ultim.* ubi hoc notat Bartol. *De uſucap.* Bald. *De præſcript. ext.* Franc. Bald. *præſcript. parte* 2. *tertiæ partis princip. quæſt.* 11. *nu.* 1. *&* 2. *& quæſt.* 4. *num.* 3. Quomodo præterea probetur mala fides, & quid operetur, tradit Menoch. *De jud. arbit. lib.* 2. *centur.* 3. *caſu.* 225. Medium inter bonam, & malam fidem eſt dubietas. Ferd. Vaſq. *lib.* 2. *cap.* 77. Fichard. ad Villalob. verb. *medium. num.* 84.

o Fructus. Extantes vindicatione, conſum-
36 ptos condictione: quia † quod in rerum natura amplius non eſt, vindicari nequit. *l.* 3. *C. De cond. ex leg. l. ſi prædium.* 16. *C. De præ. minor.* etiam reliquos univerſos, *l. certum.* 22. & ibi Cyn. *quæſt.* 1. *ſub nu.* 6. *C. De rei vindic.* puta, qui percipi potuerunt. *l.* 5. *C. De rei vin.* §. 2. inf. *De off. judic. c. gravis.* 11. *De reſt. ſpolia.* à petitore ſcilicet, non modò à poſſeſſore, *l. ſi navis.* 62. *§. ultim. De rei. vind.* idque etiamſi titulo poſſideat, *d. l. ſi navis. §. ult. l. ait prætor.* 10. *§. per hanc.* 11. *quæ in fraud. cred. d. l. quemadmodum l.* 1. *C. De fid. inſtr. lib.* 12. *l. ſed & partus.* 12. *quod met. cauſ.* quēadmodum & poſt litem conteſtatam quilibet cum titulo, & bona fide poſſeſſor, quia malæ fidei eſſe incipit, de his tenetur, *l.* 2. *C. De fruct. d.* §. 2. inf. *De offic. judic.*

p Restituerae. Cùm furtum quodammodo eorum faciat. *l.* 4. §. 1. ubi Glo. ad verb. *condicendi ſi cert. petat. §. furtivæ.* in fin infr. *De uſucap. l. ſi ſervus.* 61. *§. locavi. De fur. l.* 12. *§. Iulianus.* 5. *De uſuf.* facit *l. ſi. liberam.* 10. *C. quod cum eo. l. cum in plures* 60. *§. meſſem. locat.* junct. *l.* 1. verb. *poſſeſſionis ve. De furt.* ut ſemper in mora ſit reſtituendi, eòq; nec interitu rei liberetur, & de omnibus, quæ percipi potuerunt, meritò teneatur. *l. ult. De vi & vi armat. l.* 5. *ſi cert. petat. l. ſi ex legati* 23. *De verb. oblig.* Vide in *c. Raynutius.* 16. *De teſtam.*

§. 30. Is verò, ad quem uſusfructus.

IS verò, ad quem uſusfructus fundi pertinet, non aliter fructuū dominus efficitur, quàm ſi eos ipſe perceperit. Et ideo licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis, deceſſerit, ad hæredem ejus non pertinent, ſed domino proprietatis acquiruntur *a*. Eadem *b* ferè *c* & de colono dicuntur.

1. *Vſufructuarius, quo jure fructus lucretur: & quomodo dominus fructuum efficiatur.*
2. *Vſufructuarium aut colonum nihil juris ad hæredem ante perceptionem fructuum poſſe tranſmittere: contrarium in bonæ fidei poſſeſſore.*
3. *Inter uſufructuarium, & colonum differentia.*

EXtenſio §. ſuperioris ad fructuarios, & colonos.

a Acquiruntur. Fructuarius non poſſidet, ſed alieno nomine tenet, *l. naturaliter.* 12. *De acq. poſſ. l.* 2. *C. De præſ.* 30. *an.* Non
1 † igitur ut poſſeſſor jure quaſi dominii, & ſoli fructus lucratur: ſed jure quaſi ſervitutis, ex conceſſu domini, atque voluntate: hae autem ſola, & nuda, ſervitutum jura non conſtituuntur, ſed facto utentis, & domini patientis, *l.* 3. *De uſufruct.* Nuda igitur voluntas domini non ſufficit, niſi uſufructuarius naturaliter utatur, & poſſeſſionem fructuum apprehendat, *l. non ſtatim* 8. *De pecul.* Itaque, quandiu adhærent fructus fundo, illius pars eſſe videntur. *l. fructus.* 44. *De rei vind.* & ideo domini ſunt, *l. ſi ſervus communis.* 61. *§. locavi.* 5. *De furt.* Etſi ab alio, quàm fructuario, vel colono, quibus ex domini voluntate cedere eos diximus, decerpantur, illorum non fiunt: quando non ex domini voluntate perceperunt: eòque rem contrectando alienam furtum fecerunt: & proinde furti actionibus domino rei, & fructuum tenentur, *d. §. furtivæ* in fin. infr. *De uſucapio. d. l. ſervus communis,* 61. *§. locavi.* 5. *De fur.* quoniam is tandiu eorum dominus manet, quoad ex ſui ſententia animi ab alio ſunt percepti. *l. quis ſaxum.* 6. *De donat,* non etiam tenentur fructuario, vel colono, utpote quorum res necdum fuit, *l. arboribus.* 12. *§. ult. De uſufruct. l. cum in plures.* 60. *§. meſſem. locati.* & qui non antè ex voluntate domini acquirunt, quàm cùm percipiendo, utendoque fructus ſuos fecerint, hoc eſt à terra ſuo nomine ſeparaverint: etiamſi necdum plenè ſint collecti, *l. ſi ejus* 78. verb. *perceptionem. De rei vin. l. ſi fructuarius meſſem.* 13. *quibus mod. uſusfruc. l. ſi apes.* 26. *De furt.* Unde † conſe- 2
quens eſt, eum, qui ante perceptionem jus nullum fructuum habeat, ad hæredem nihil quoque hujus tranſmittere. *l. nam ſicut.* 36. §. 1. *ad l. Aquil.* (ſecus jure Sax. *lib.* 2. Landr. *artic.* 58. §. *Des mannes ſaat.*) cùm ejus morte jus omne extinguatur ſervitutis perſonalis: quod contra eſt in bonæ fidei poſſeſſore, qui jus quaſi dominii, eòque etiam fructuum, ad hæredem tranſmittit, *d. l. qui ſcit.* Aequius tamen foret, pro rata anni, fructus dividi, juxta *l. divortio.* 7. ubi Alex. *ſolut. matrimo.*

b Eadem. Reſpectu perceptionis, *d. l. ſi ſervus. §. locavi.* 5. *d. l. arboribus.* 12. *d. l. cum in plures. §. meſſem.* 5.

c Fere. Non enim † per omnia congruunt: 3
uſu-

uſufructuarius nec jus ſuum, neque fructus non perceptos, tranſmittit ad hæredem: coloni jus omne ad fructus etiam pendentes, hæredem ſequuntur, *l. viam.* 10. *C. loca.* §. *ult.* infr. *eo. tit.* quandiu ipſa locatio ſcilicet durat: durat autem, & tranſmittitur in hæredem, *d. l. viam.* 10. vel ad tempus uſque conventum, vel ſaltem ad annum, in ruſticis prædiis, *l. item.* 14. §. *ult.* cum ll. ſeq. *ff. locat.*

§. 31. In pecudum.

IN pecudum *a* fructu etiam fœtus eſt, ſicuti lac, & pilus, & lana *b*. Itaque agni, hœdi, & vituli, & equuli, & ſuculi ſtatim naturali jure dominii fructuarii ſunt *c*. Partus verò ancillæ in fructu *d* non eſt: itaque ad dominum proprietatis pertinet *e*. Abſurdum enim videbatur *f*, hominem in fructu eſſe, cùm omnes fructus rerum natura hominum gratia comparaverit. Sed ſi gregis uſumfructum quis habeat, in locum demortuorum capitum ex fœtu *g* fructuarius *h* ſubmittere debet *i* (ut & Iuliano viſum eſt) & in vinearum demortuarum, vel arborum locum alias debet ſubſtituere k. Rectè enim colere, & quaſi bonus paterfamilias uti debet.

1. *Fructus ex pecore induſtriales dici.*
2. *Partum ex ancilla non fructu, ſed in cauſa rei, & acceſſione eſſe.*

DIxit de cauſa efficiente, & formali perceptionis fructuum: nunc aliquid aſpergit de materia, & quænam in fructu ſint, vel non ſint, oſtendit.

a In Pecudum. Non hominum, *l. vetus fuit quæſtio.* 68. *De uſufruct.*

1 *b* Lana. *L. in pecudum.* 28. *De uſur.* quos † fructus induſtriales eſſe volunt Bart. & DD. in *l. & ex diverſo.* 35. *De rei vind.* & probat, ut dixi, §. *penult.* infr. *De uſu, & habita.* *d. l. in pecudum.* junct. *l. fructus.* 45. *De uſur.*

c Fructuarii Sunt. *D. l. vetus.* 68. *De uſufruct.* ſicuti & domini, vel bonæ fidei poſſeſſoris. *d. l. in pecudum.* 28.

d In Fructo. Servitus eſt juriſgentium pœna, cujus conſtituuntur filii ſucceſſores, ideò domino acquiruntur ventris: aliter quàm jure commentitio, ideò partus in fructu non eſt, nam hic juris eſt civilis, quo nemo alterius pœnam ſuſtinet. *C. Ne fil. pro pat.* Abſurdum itaque fuerit ratione civili, hominem in hominis eſſe fructu. *l. vetus.* 68.
2 *De uſufruc. d. l. in pecudum.* 28. §. 1. *De uſur.* Eſt † tamen ratione naturali, & juregentium in cauſa rei, & acceſſione, eòque eum ventre reſtitui debet. *l. reſpondit.* 14. in vulgatis eſt *l. moram.* 15. in princ. *d. l. in pecudum.* 28. §. 1. *l. partum.* 10. *De uſur.* *l. Falcidiæ.* 24. §. 1. *ad l. Falcid.* *l. in fideicommiſſaria.* 18. *l. deducta.* 58. §. 4. *ad Trebell.* *l. quæſitum.* 91. §. *ult. De legat.* 1. Vide de hoc *l. æquiſſimum.* 13. *De uſufr.* *l.* 4. §. *ſi aliena.* 10. ubi Cujacius *De uſucap.*

e Pertinet. Jure dominii, velut rei acceſſio. §. *item.* 17. ſup. *eod.*

f Videbatur. Cùm abſurdum ſit, finem rei cum re confundi. *d. l. in pecudum.*

g Ex Foeto. Non aliunde de ſuo, *d. l. vetus.* 68. *De uſufr.* Paulus *lib.* 3. *Sent. cap.* 6. § 20. ne, quod illi fructui eſſe debet, ſit damno: & alioqui conſentaneum eſt, ut res proprietario veluti domino pereat, abſque reſtitutione uſufructuarii: quod ſi aliter eſſet, non extingueretur hic rei interitu uſusfructus.

h Fructuarios. Cujus fœtus in fructu eſt, ut diximus.

i Submittere Debet. Debet enim uti ſalva rei univerſitate, &, ut ſubjicit, velut bonus paterfamilias, *l.* 1. *& tot. tit. uſufr. quemad. cave.* cujus eſt, in locum demortuarum ſpecierum, de fœtu, fructibuſque ſibi natis ſupplere, ut ſequitur in textu.

k Substituere. Quæ non ampliùs erunt in fructu, ſed ad proprietarium pertinebunt, *l. deducta.* 58. § *hæreditatem.* 4. *ad S. C. Trebell.* *l. plerumque.* 10. §. *ſi ſervi* 2. *De jure dot.*

§. 32. The-

§. 32. Theſauros, quos .

THeſauros *a*, quos quis in loco ſuo *b* invenerit *c* , Divus Adrianus naturalem æquitatem ſecutus *d*, ei conceſſit , qui eos invenerit . Idemque ſtatuit , ſi quis in ſacro , aut religioſo loco *e* fortuito caſu *f* invenerit . At ſi quis in alieno loco *g* non data ad hoc opera *h* , ſed fortuitu invenerit, dimidium inventori , & dimidium domino ſoli conceſſit *i* . Et convenienter k , ſi quis in Cæſaris loco invenerit , dimidium inventoris , dimidium eſse Cæſaris ſtatuit : cui conveniens eſt , ut ſi quis in publico *l* loco *m*, vel fiſcali *n*, vel civitatis invenerit *o*, dimidium ipſius eſse debeat , & dimidium fiſci , vel civitatis . .

1. *Theſauri inventionem ab aliarum rerum inventione diſcerni .*
2. *Theſauri etymon , & quid ſit .*
3. *Quod in nullius proprio loco inventum eſt , inventori æquum eſt acquiri . & num. 6.*
4. *In alieno data opera quærere theſauros non licet .*
5. *Invento in alieno theſauro fortuito , dimidium inventori , dimidium domino ſoli conceditur . ratio . num. 5.*

DEcimusſextus , Theſauri inventio ,
1 † quæ diſtat ab inventione rerum communium , repertarum in loco communi , ut littore , &c. Theſaurus enim non eſt res nullius in bonis , ſed alicujus : qui tamen cujus ſit , ob vetuſtatem ignoratur . *l. unic. C. De theſau. lib.* 10. in verb. *ab ignotis dominis* , eòque non indiſtinctè repertori acquiritur , *l. peregrè* . 44. *De acq. poſſeſſ. l. theſaurus* . 15. *ad exhib. l. nunquam* . 31. §. 1. *De acquir. rer. dom.*

2 *a* THESAUROS . Αὔριον † craſtinum, τίθημι pono: hinc θησαυρὸς , quaſi in craſtinum repoſitum : quem ſic noſtri definiunt : ut ſit vetus pecuniæ depoſitio, cujus memoria non extet , ut jam dominum non habeat : hominum ſcilicet ſententia, & opinione : *d. l. nunquam* . 31. §. 1. *eod.* aut , ut traditur alibi , ſunt bona mobilia (nec enim ſoli res abſcondi illo modo poſſunt) ab ignotis dominis , vetuſtiore tempore recondita , *l. unic. C. De Theſau. lib.* 10. Nam ſi dominus non ignoretur , ceſſat ratio occupationis , & acquiſitionis , *l. à tutore* . 67. *De rei vind.* & ejus furtum fit , *d. l. nunquam* . *d. l. theſaurus* .

b LOCO SUO . Vel pleno jure, vel utili, Gloſ. & DD. in *d. l. unic. C. De theſaur.* & hic , ubi Ang. *num.* 3. unde etiam uſufructuarium theſaurus ſequitur . Ang. hic *num.* 3. *l. ſi is* . 63. §. *quòd ſi* . 3. *De acq. dom.* utrum emptorem , an venditorem ? Tiraq. *De retr. convent* in fin. *num.* 96. Chaſſ. in *conſ. Burg. rub.* 1. §. 1. verb. *espaves* . *num.* 13. Ad emptorem autem pertinere poſt traditionem non eſt dubium , quia dominus: ante traditionem idem videtur , quia pro domino habetur , ut omne commodum , & incommodum ad eum pertineat , §. *cum autem* . 4. *inf. De empt. & vendit.*

c INVENERIT . Fortuitò, an data opera , nihil intereſt , dum ne malis , magiciſque artibus , *d. l. unic.*

d SECUTUS . Qua omnis rei utilitas ſupra , infràque terram domino cedit , §. *cum in ſuo* . ſuprà *eod.*

e RELIGIOSO LOCO . Qui nullius ſit , § *nullius* . ſup. *eod.* natura † enim æquum eſt , quod 3
alterius non ſit (quantum quidem ſciri poteſt) & in nullius proprio loco inventum ſit , id acquiri inventori , *d. l. nunquam* . §. 1. Et quæ in ſacris reperiuntur, quaſi divinitus offeruntur : ſecùs verò , ſi ejuſmodi locus ſit in alicujus bonis jure univerſitatis , *l. in modicis* . 24. *De contra. empt.* vel privati , vel Reipub. ut in fine paulò pòſt ſubjicitur , & probat *l.* 3. §. *ſi in locis* . *De jur. fiſ.* quem text. de locis religioſis agere , quæ publica ſunt , non nullius , antecedentia , & conſequentia oſtendunt , & *c.* 1. in fin. *quæ ſint regal.* Hoc malo , quàm ſequi eos , quorum ſententiam refutat Cujacius *libr. Obſer.* 9. *cap.* 37. aut hunc ipſum , qui putat , hac in parte diſcrepantes fuiſſe Impp. ſententias . Quod ut concedatur , non tamen inde ſequens eſt , contrarias ejuſmodi leges in libros noſtros , contra Juſtiniani præſcriptum , eſſe relatas . Quanquam autem id non per omnia ſervatum ſit , tamen veterum exemplo ſemper tentanda conciliatio , ſi qua commodùm occurrat : ut tantò jus ſit noſtrum certius : cujus nos interpretes , quàm cenſores manere præſtat .

f FORTUITO CASU . Non data opera , *d. l. unic. C. De theſaur. lib.* 10.

g ALIENO LOCO . Etiam cujus habet uſumfructum , vel pignus , *d. l. ſi is* . 63. §. 3. *eod.* vel poſſeſſionem . arg. *l. acquiruntur* . 10. §. *ult. eod.* vel dotale dominium , *l.* 7. §. *ſi fundum* . 9. *ſolut. matrim.*

h OPERA . Quia non † licet domino hanc quæ- 4
rendi in ſuo commoditatem intervertere , alioqui totus theſaurus domino cedet , *d. l. ſi is qui* . 63. & data opera in alieno , vel publico quærere theſauros , eſt prohibitum , *d. l. unic.*

i CON-

5 *i* Concessit. Inventor † enim operam præſtat, & cauſa eſt quaſi efficiens, dominus rem, & cauſam ſine qua non: quare, ut in ſocietate, res hic æqualiter proportione arithmetica (nec enim alia hic in rebus fortuitò oblatis, & ubi neuter altero plus confert, conſtitui poteſt, aut debet) communicatur.

k Convenienter. Quia ut res ſingulorum ſunt, ita & principis.

l Publico. Univerſitatis, ut in *l. 1. De rer. diviſ.* §. 1. inſ. *De inutil. ſtip.* idque oſtendunt verba ſequentia, *Fiſci, vel Civitatis:* quorum illud relationem habet ad locum fiſcalem, hoc ad locum univerſitatis publicum.

6 *m* Loco. Etiam religioſo, † ut in publicis locis, quæ ſepulturæ pauperum ſunt deſtinata, quemadmodum ſcribit Agennius *De Limit.* item in quibus monumenta, ſtatuæ, trophæa principum ſunt erecta, *l. 3. §. ſi in locis. De jur. fiſ.* nec enim refert, qualis locus ſit, dummodo ſit publicus. Aliud dixi ſervari in locis religioſis, qui nullius ſunt juris, ut & in ſacris: hodie tamen in his quoque idem juris placuit, ut ſcilicet dimidia pars Deo, & Eccleſiæ cedat, atque offeratur, *c. unic.* in fin. *quæ ſint regal.*

n Vel Fiscali. Imperii, & fiſci, *c. 1.* in fin. *quæ ſint regal.* ubi etiam inter fiſcum, & inventorem dividitur, ſcilicet in loco fiſci: ſecus ſi in fundo utilis domini, quamvis à fiſco h. e. principe recognoſcentis: nam utilitates pertinent ad utilem dominum. Tum igitur, ut in alieno privato inventum, dividatur inter dominum fundi, & inventorem, dato, quòd ejus fuerit miniſter: ex quo apparet aliud eſſe publicum univerſitatis, aliud publicum imperii, ſeu populi Romani, ut ſequentia etiam oſtendunt, *fiſci, vel civitatis.*

o Invenerit. Non data ad hoc opera, *d. l. unic. C. De theſaur. lib. 10.*

§. 33. Per traditionem.

Per traditionem *a* quoque jure naturali *b* res nobis acquiruntur: nihil enim tàm conveniens eſt naturali æquitati, quàm voluntatem *c* domini, volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi: & ideo cujuſcunque generis *d* ſit corporalis *e* res, tradi poteſt, & à domino *f* tradita alienatur *g*. Itaque ſtipendiaria *h* quoque, & tributaria *i* prædia, eodem modo alienantur k. Vocantur autem ſtipendiaria, & tributaria prædia *l*, quæ in provinciis ſunt *m*: inter quæ, nec non & Italica prædia *n*, ex noſtra conſtitutione *o* nulla eſt differentia *p*: ſed ſiquidem ex cauſa donationis, aut dotis, aut qualibet alia ex cauſa *q* tradantur, ſine dubio transferuntur.

1. *Traditio quid, & quæ res olim traditione alienari potuerint, quæ hodie.*
2. *Voluntati contrarius eſt error, & quando is impediat translationem dominii, quando non.*
3. *Incorporalia propriè traditionem non recipere.*
4. *A ſolo domino, aut cum ejus voluntate, res transferri, niſi alienationem lex impediat, num. 5. & quid alienationis verbo comprehendatur, num. 6.*
7. *Stipendii etymon, & quid ſit.*
8. *Tributum unde dictum, & quomodo à ſtipendio differat: & quid juris olim, quid hodie in tributariis, & ſtipendiariis prædiis obſervetur. num. 9*

1 Decimusſeptimus, † Traditio: de qua *l. traditionibus.* 20. ubi dixi *C. De pactis*: quæ eſt, auctore hic Theoph. de manu in manum translatio, naturalem quendam, minimèque multæ ſolemnitatis actum, & qui facilè abſolvi poſſit, continens: de qua definitione plura Cujac. *lib. Obſer.* 11. *cap.* 19. Com. *c.* 8. *lib. Diſput.* 1. ubi tradere, definit eſſe vacuam poſſeſſionem tradere. *l. in conventionalibus.* 52. §. 1 *l. ſi rem tradi.* 28. *De verb. obl. l. 3. De act. empt.* ſine qua non transferat dominium traditio: etiamſi aliud ex *l ſi fundum.* 16. *De fund. dot.* quidam non rectè colligant. Cæterùm olim res tantùm nec mancipi poterant traditione alienari. Ulp. *tit.* 19. res mancipi, utpotè civiles, ſola traditione, quæ eſt juriſgentium, non transferebantur pleno Quiritum jure: ſed tantùm erant in bonis accipientis: ut ſiquidem eſſet civis Romanus, & juris civilis uſucapiendi particeps, uſucapere poſſit. Ulp. *tit.* 1. §. *in bonis.* Nam ad plenum harum rerum dominium quærendum, opus erat actu, & modo civili, ut mancipatione, ceſſione in jure, uſucapione, &c. Ulp. *tit.* 19. Boet. *in Top.* Sed hæc Juſtinianus ut jam obſoleta ſuſtulit: voluitque omnes omninò res indiſtinctè per traditionem à domino factam, & transferri, & acquiri.

a Per Traditionem. Non nudam, ſed factam ex Titulo ad transferendum dominium idoneo.

Digitized by Google

neo. l. nunquam. 31. eod. De acq. rer. dom. Ulp. d.
tit. 19. interveniente conſenſu. Gloſſ. l. 1. verb.
traditione. De pig. act. quod indicat ſequens verbum,
voluntatem Domini. Titulus igitur cauſa, traditio
effectus: quæ cùm ſit facti, l. conſilio. 7. in fin. De
cur. furioſ. non præſumitur, niſi probetur, l. 4. l.
cum res. 12. C. De prob. & in dubio præſumitur titulus
minùs onerosus, nec dominii translatitius.

b NATURALI. Hoceſt gentium, l. qua ratione.
9. §. hæ quoque res. eod. De acq. rer. dom. actu videli-
cet jurisgentium. l. non ſtatim. 8. De pecul. ex na-
turali æquitatis ratione, d. §. hæ quoque. ut & in
textu paulò pòſt ſeqoitur.

c VOLUNTATEM. Hoceſt, conſeoſom, προ-
2 αίρεσιν: cui cùm error † ſit eontrarius, l. ſi per erro-
rem. 15. De juriſd. l. 2. De jud. l. nihil. 116. De
reg. jur. impedit translationem dominii. l. ſi procu-
rator. 35. h. t. Si tamen in caoſa translationis tan-
tùm erretur, non io eorpore, transſertur domi-
nium, quando otriuſque voluntas in transferendo
conſentit, & concurrit: poſita enim ſufficiente
caoſa, quæ hìc dicitur voluntas, ponitur effectus,
l. cum in corpus. 36. eod. Etenim in cauſa, quæ ex-
tra rem eſt, ſi ſit error, contractus quidem con-
ſtitui nequit, nec ex contractu, in quem non eonſen-
titur, res accipientis fieri poteſt, l. ſi ego. 18. si
cert. pet. Ratiooe autem naturali extra materiam re-
rum creditarum conſiderata, de qua in Tractatu ac-
quirendi dominii agitur, tranſit dominium ex tra-
ditiooe, cùm in translationem dominii uterqoe li-
cet ex diſſimili cauſa conſentiat, d. l. eum in corpus.
inibique cùm obtineat ratio hujus §. obtinet &
eonſequenter diſpoſitio. §. interdum. 35. infr. eod.
perinde atque cùm ex Titulo erroneo, puta inde-
bito, res transſertur. Sola enim Domini volun-
tas, ut hìc dicitur, ſufficiens eſt caoſa per traditio-
nem traosſerendi, ſi cum illa concurrit voluntas
accipientis: oec enim iovito donator, aut acqniri-
tur, l. hoc jure. 19. §. Non poteſt nolenti acquiri. De
donat. quamobrem etiamſi accipieos putet traden-
tem non eſſe domioum, cùm tameo ſit, dominium
traoſit, l. penult. §. qui ignoravit. 4. De jur. & fact.
ignor.

d GENERIS. Sive maneipi res, ſive nec man-
cipi, ſive Italici ſoli, ſive provincialis, ut ſequi-
tur in textu.

3 e SIT CORPORALIS. Nam † incorporales
propriè traditionem noo recipiont. l. ſervus. 43.
§. incorporales. eod. l. 3. §. si inter. De act. empt. ſed
patientia domini, & uſu illius, cui dominus jus
ſuum quæſitum vult, quaſi traditione jus reale in
his transfertur. l. 3. De uſufruct. l. 3. §. si iter. De
act. empt. l. quoties. 20. De ſervit. l. etsi fortè. 6. §.
ſciendum. 1. in fin. si ſerv. vindic.

4 f A DOMINO. Nam ab eo, qui † domious
noo eſt, nihil transſertur, l. traditio. 20. De acq.
dom. l. clavibus. 74. De cont. empt. niſi ex domini con-
ceſſu, & voluntate: ot à creditore, procuratore,
&c. l. non eſt novum. 46. l. qua ratione. 9. §. nihil.
eod. De acquir. rer. dom.

5 g ALIENATUR. Niſi † lex alienatlonem im-
pediat. l. 24. De uſucap. l. 3. §. ſciendum. De donat.
int. vir. vel aliud præterea requirat, veluti ſcrip-
turam, l. unic. C. De ſuffrag. vel ceſſionem, quæ ho-
die jure Saxonom coram magiſtratu loci fieri debet,
da mus die aufflaſſung geſcheben vor Gericht. Hoc eoim
jure traditio rei immobilis ex venditione noo trans-
ferre potatur jus ipſom, niſi fiat ceſſio coram ma-
giſtratu, uffragen, an dieleben vorſchreiben &c.
Gloſſ. 1. lib. 1. Landr. art. 34. legis enim auctori-
tas in omni actu eſt excepta, l. si quis eum. 37. De
condit. & demonſt. l. nemo. 55. De lega. 1. Alienatio
† autem omnem actum, per quem domioium trans- 6
ſertur, denotat, l. 1. C. De fund. dota.

h STIPENDIARIA. Stipeodium † à ſtipe ap- 7
pellatur, quòd per modica æra colligatur. l. ager.
27. De verb. sign. hodie collectam vocant: eſt au-
tem onos ſructuum, l. 6. §. 1. De uſufruc. l. neque.
9. De impenſ. in res dot. fact. unde militibus ſtipen-
dia ſolvuntur. Tac. lib. 22. Stipendiaria igitur
prædia ſunt provincialia oon Italici ſoli, quæ po-
pulo Romano ſovitum, ideſt ſtipendia ſolvunt.
Theoph. hìc, Cont. lib. 1. diſp. cap. 12. Appellan-
tur & vectigalia, l. 7. in prine. quib. mod. uſusfruc.
l. si finita. 15. §. si. De vectigalib. 13. De dam. infect.
l. cum ſponſus. 12. §. 1. De publicia. Cujac. l. 4. §.
ult. De uſucap.

i TRIBUTARIA. Tributum, in quo ſunt Rei-
pub. nervi. l. 1. §. in cauſa tributorum. 14. De quæſtio-
nib. † à contributiooe, vel ex eo, quòd militibus 8
tribuatur, dictom, idemque ferè eſt cum ſtipen-
dio. d. l. ager. oiſi quòd ſtipendium ex provinciis
populi Romani tributum ex Cæſareis præſtabatur,
ut vult hìc Theoph. Unde ſequens eſt, tributaria
fuiſſe in dominio Principis, ſtipendiaria in jure Po-
puli. Nam Auguſtus alias provincias ſibi, & im-
perio peculiariter ſervavit, alias Senatui, populo-
que reliquit: ut diximos ad tit. De off. proconſ. & præ-
sid. Hine tributum propriè ad principem habet reſ-
pectum, & fiſco ejus debetur, l. inter. 42. De
pact. tanquam ſalarium regis. 1. Eſd. 6. 8. qood im-
ponitur victis. 2. Reg. 23. 33. 35. 1. Par. 19. 2. 2.
Par. 26. 8. & cap. 27. 5. & cap. 36. 3. & hoc jus eſt
antiquiſſimum, ut, qui ſe dedunt, iis parcatur, &
tributarii fiant ex lege. Deut. 20. 11.

k ALIENANTUR. Nam † olim nec alienari, 9
ut publica pleno jure poterant: non enim ſunt in
patrimonio, ſed quaſi, ut ſuperficiaria l. item. 10.
fam. ercis. neque à provincialibus, qui tantùm ve-
lut utiles erant dominii, auctore hìc Theophi-
lo, uſucapi, inſ. De uſucap. in prioc. l. si quis emptio-
nis. 8. C. De præſcript. 30. ann. ut nec hodie ſeuda, &
emphyteuſes, nec fundi limitanei, limitrophi, &
ſimiles, qui publico reſervati ſunt. l. ult. C. De fund.
limit. l. nulli. 13. C. De fund. patr. lib. 11. &c.
Sed ſtipendiaria, & tributaria, quæ olim in publi-
co Imperii, populique Romani jure erant, hodie
pleno dominio ad poſſeſſores pertineot, eòque oon
perbibentur plenè alienari: nec enim hinc publico
aliquid decedit. c. conſtitutus. 6. De relig. dom. Jaſ. io l. 1.
num. 28. C. De jur. emph. quia eum ſua cauſa, & one-
re tribotorum tot. tit. C. ſine cenſ. tranſeunt, l. 2.
& tot. tit. C. ſine cenſu, vel reliq.

l TRIBUTARIA PRAEDIA. Quorum fundus
directo jure eſt Cæſaris, & utile tantùm dominium
cultoribos relictum, ut pleno jure alienari res prin-
cipis noo poſſet. Theoph. hìc: quemadmodum nec
uſucapi, l. 4. §. ult. ubi Cujac. De uſucap. l. cum ſpon-
ſus.

ſus. 12. §. *in vectigalibus*. *De publicia*. *l. ſi ſinita*. 15. §. *ſi de vectigalibus*. *De dam. infect.* ſed tantùm ex looga poſſeſſione per præſcriptionem defendi, *tot. tit. C. De long. temp. præſcript.* & infr. *De uſucap.* io princip. ubi dixi. Cont. *lib. Diſp.* 1. *cap.* 12. Idem in feudis etiam nunc obtinet, ſcilicet ut ſint in utili tantùm poſſeſſoris dominio, & abſque domini conſenſu alienari nequeant, *c.* 1. §. 1. *De prob. feud. alien.* per Fed. ubi DD. cum ſimil. Quæ ſi ex aliqua parte juris Roman. certè ex hac veteri poſſunt defluxiſſe.

m Provinciis Sont. Stipendiis ſcilicet, & tributis (ut poſt victoriam fieri ſolet) aſſignata: nam in provinciis etiam fundi ſuot noo tributarii, *l.* 1. *&* 2. *De cenſib.*

n Italica Praedia. Seu ea, quæ Italicum jus beneficio Principis in provinciis ſunt conſecuta, *l.* 1. *&* 2. *ff. De cenſibus*. de quibus elegaoter Cujac. *Obſer. lib.* 10. *cap.* 35.

o Constitotione. *L. unic. C. De uſucap. transforman.*

p Est Differentia. Nam ſicut omnes cives Rom. effecti ſunt, *l. in orbe*. 16. *De ſtat. hom.* ita omnium prædia jure civium haberi cœpta: in princ. infr. *De uſucap.* in quibuſdam tamen, ut odioſis excuſatiooibos, manſit aliqua differentia, ut §. 1. ſup. *De excuſ.*

q Alia Ex Causa. Ad transferendum dominium habili, *d. l. nunquam*. 31. *eod.* Ulpia. *tit.* 19.

§. 34. Venditæ verò.

VEnditæ *a* verò res, & traditæ *b*, non aliter emptori acquiruntur *c*, quàm ſi is venditori pretium ſolverit *d*, vel alio modo ei *e* ſatisfecerit *f*, veluti expromiſſore *g*, aut pignore dato. Quod quanquam cavetur ex lege duodecim Tabularum: tamen rectè dicitur, & jure gentium *h*, ideſt, jure naturali *i* id effici k. Sed ſi is, qui vendidit, fidem emptoris ſecutus eſt *l*, dicendum eſt, ſtatim rem emptoris fieri. Nihil autem intereſt, utrum ipſe dominus tradat alicui rem ſuam, an voluntate *m* ejus *n* alius, cui ejus rei poſſeſſio permiſſa ſit. Qua ratione, ſi cui libera univerſorum negotiorum adminiſtratio permiſſa fuerit à domino *o*, iſque ex his negotiis *p* rem vendiderit *q*, & tradiderit, facit eam accipientis *r*.

1. *Solvere, & ſatisfacere quomodo differant.*
2. *Promiſſor quis propriè dicatur.*
3. *In materia contractuum jus gentium, & naturale pro eodem poni.*
4. *Ex ſola traditione rei, in dubio non præſumi fidem de pretio eſſe habitam.*
5. *Paria eſſe, per ſe, vel per alium factum explicare: & translationis cauſa qua ſit potior. ibid.*
6. *Donationem adminiſtrationis fines excedere.*

EXceptio à regula traditionis, qua transferri dominium paulò antè eſt dictum.

a Venditae. Rectè ſumptum exemplum à venditore, quem Cato, veteresque dominum vocarunt. Pithæus *ſubſec. l.* 2. *cap.* 4. io fin.

b Traditae. Nam antè ſola pactio nihil transfert. *l. pen. C. De rei vind. l. traditionibus*. 20. *C. De pact. l. ſi ſervi*. 21. *De uſufr. l. qui prædium*. 13. *C. De diſtr. pign.* Præterquam in pignore *l.* 1. *De pignor. act.* cum ibi à Gloſſ. alleg. & io contractibus principum: nam volunt transferri abſque traditione. Gozad. *conſ.* 14. *num.* 13. quod verum, quando princeps vendit alii: ſecùs, ſi ipſi donetur, aut vendatur à privato: nam in traditione tantùm inſpicitur perſona ejus, quæ tradere debet, *l. pen.* §. *qui ignoravit*. *De jur. & fact. ignor.*

c Acquiruntur. Fiunt ſuæ poſt traditionem, ut de iis agere poſſit, ut de re ſua, *l. qui pendentem*. 25. *De act. empt.*

d Solverit. *L. quod vendidi*. 19. *De contrah. empt. l. procuratoris*. 5. §. *ſed ſi dedi*. 8. *De tribut. act.*

e Ei. Volenti. *L.* 2. §. 1. *ſi cert. pet. l.* 4. *l. cum*. 16. *l. manifeſti*. 17. *C. De ſolut.* Jus retentionis habet venditor ante traditionem. Neguz. *De pig.* 5. *part. memb.* 4. *n.* 3. *per l. Julianus*. 13. §. *offerri*. *De act. empt.* tamen poſt traditionem non habet hypothecam, niſi conventum fuerit de ea. Neguz. *eod. tract. part.* 4. io princ. *n.* 34. 35.

f Satisfecerit. Aliud † eſt ſolvere, aliod 1 ſatisfacere: ſolutio tollit obligationem, §. 1. infr. *quib. mod. ob.* ſatisfactio noo tollit, ſed ſecurum facit creditorem, tutamque obligationem præſtat, pignore, vel fidejuſſore dato. *l. ſolutionis*. 176. *De verb. ſign. l.* 4. §. 1. *De re judic. l.* 6. *quib. mod. pig. l. promiſſor*. 21. §. 2. *De conſt. pecun.* Quid ſi deceperit? vide *l. ſive autem*. 9. *De publ. in rem. act.* & Caſtrenſ.

ſtrenſ. in *l.* 2. in fin. *C. De furt.*

g Expromissore. Fidejuſſore. *l. ut res.* 53.
2 *De contrah. empt. l.* 4. §. 1. *De re judica.* † quanquam propriè ſignificat eum, qui ita intercedit, ut principalem alieno nomine ſe conſtituat debitorem, ut dixi *tit. De fidejuſs.* Vide Paul. *Sent. lib.* 1. *tit.* 8. & 20. & ibi Cujac.

h Jure Gentium. Unde lex deſumpta eſt. Sic multa legibus caventur de contractibus, quæ tamen fluunt ex jure gentium, *l.* 7. *De pact. l.* 1. & 2. cum ſeq. *De contr. empt. l.* 1. *locat.*

3 *i* Jure Naturali. Nam † in materia contractuum, qui ſoli homini inter animantes ſunt proprii, pro eodem ponuntur. Caſtrenſ. in *l.* 1. in princ. *De pact.*

k Id Effici. Quia animus, & voluntas transſerendi videtur deeſſe, donec pretium ſit ſolutum, *l.* 5. §. *planè*. *De tributor. action. l.* 3. *De pignorat. action.* Quæ tacita conventio, cùm ſit facti, æquè jurisgentium eſt, ut expreſſa, *l.* 7. *De pact.*

l Secutus Est. Quod ex variis circumſtantiis æſtimatur: ut ſi terminum ad ſolvendum dedit,
4 &c. *d. l.* 5. In † dubio tamen verius eſt, ex ſola traditione non præſumi fidem de pretio eſſe habitam: ut hic textus planiſſimè oſtendit in verb. *non aliter*. Deinde fidem ſequi, eſt quaſi ſatis accipere, *l. quod vendidi*. 19. *De cont. empt.* Satisfactio autem cùm ſit facti, præſumi non debet, *l. ſive.* 16. *C. De probat. l. aſseveratio.* 10. *C. De non num. pecun.* ut nec novatio. *l. ult. C. De novat.* cui valdè affine eſt, fidem de pretio quaſi ex novo pacto habere: cùm alioqui ex natura contractus præſenti die, aut ſaltem tempore traditionis pretium debeatur, §. *omnis*. infr. *De verb. obl.* junct. *l.* 5. *C. De act. empt.* noſtri tamen contrà ſtatuunt ex ſola traditione videri in dubio fidem de pretio habitam, Gloſſ. & Salic. *l. quod vendidi.* 19. *De contrah. empt. l. procuratoris.* 5. §. *planè*. verb. *vindicare*. *De trib. action.* cum aliis cumulatis à Tiraq. in fin. *retract. conven. num.* 77. Sanè in re mobili faciliùs cenſetur habita fides de pretio, ut ſi venditor paſſus ſit emptorem aſportare. Angel. hìc. Et jure Saxonum non transfertur, nec fides habita de pretio videtur *bis das Gut iſt auffgegeben vor Gericht* hoc in immobilibus: ſecùs in mobilibus, quæ non opus habent tali ſolemnitate.

m Voluntate. Poſita cauſa ſufficiente, ponitur effectus.

n Ejus. Paria † ſunt, per ſe, vel per alium 5
factum explicare. *c. qui facit.* 72. *De reg. jur. in* 6. & translationis cauſa potiùs voluntas domini eſt, quàm factum. §. *per traditionem*. ſup. *eod.*

o Domino. Aliàs ſecus. *l. procurator*. 58. *l. procurator*. 63. *De procur.*

p Negotiis. Quatenus eorum exigit adminiſtratio, *l. ab agnato*. 12. *l. ult. De cur. fur.*

q Vendiderit. Non etiam donarit, *l. non omni*. 16. *C. De adm. tut. l. ab agnato*. 12. *l. ult. De cur. fur.* Quia † donatio adminiſtrationis fines ex- 6
cedit. *l. filiusfam.* 7. *De donat. l. contrà*. 28. §. *ult. De pact.* cùm donare non ſit adminiſtrare, ſed perdere, & dilapidare. *d. l. filiusfamil.* verb. *ut perdat*.

r Accipientis. *L. procurator*. 58. *De procur. l. non eſt novum*. 46. *l. qua ratione*. 9. §. *nihil*. *De acq. dom.* ſicuti contrà accipiendo domino ignoranti acquirit, *l. ſi procurator*. 13. *ff. eod. leg.* 1. *C. per quas perſ.*

§. 35. Interdum etiam.

INterdum etiam ſine traditione *a*, nuda voluntas *b* domini ſufficit ad rem transferendam: veluti ſi rem, quam tibi aliquis commodaverit, aut locaverit, aut apud te depoſuerit, poſteà aut vendiderit tibi, aut donaverit, aut dotis nomine dederit. Quamvis enim ex ea cauſa *c* tibi eam non tradiderit *d*: eo tamen ipſo, quòd patitur tuam eſſe, ſtatim tibi acquiritur *e* proprietas, perinde, ac ſi eo nomine tibi tradita fuiſſet *f*. Item ſi quis merces in horreo repoſitas vendiderit, ſimulatque claves horrei tradiderit emptori, transfert proprietatem mercium ad emptorem *g*.

1. *Decimustertius acquirendi modus ex jure gentium, per quaſi traditionem, cujus 4. ſpecies: prima, conſtitutum.*

2. *Altera ſpecies quaſi traditionis, quomodo à ſuperiore diſcernatur.*

1 DIctum eſt de vera, † & naturali traditione: ſequuntur nunc quatuor ſpecies quaſi traditionis, qui eſt modus acquirendi ex jure gentium XVIII. & hujus Tituli poſtremus. Affinis traditioni eſt inveſtitura. Gloſſ. *c.* 2. verb. *ſignum*. *De conſuet.* Prima ſpecies eſt Conſtitutum, ut noſtri loquuntur, poſſeſſorium. *l.* 3. in princ. *l. quamvis*. 32. §. 1. *De acq. poſſ. l. quadam*. 77. *De rei vind.* quo nuda voluntate domini abſque traditione dominium transfertur.

a Sine Traditione. Quando dominium ſine traditione transfertur, vide Bar. *l. ſi quis*. 14. *De pollicitat.* Bald. *prælud. feudor. num.* 29. Alciat. *l. traditionibus*. 20. ad verb. *transferuntur*. *num.* 50. cum ſeqq.

ſeqq. *C. De pact.* §. 3. in fin. ubi dixi infrà *De donat.*

b NOOA VOLUNTAS. Abſque traditione, contra regulam *l. traditionibus.* 20. *C. De pact.* quomodo pactum nudum dicitur in *l. diviſionis.* 45. *De pact.*

c EA CAOSA. Quæ dominium transferat: ſed ex depoſito, locato, commodato: quod genus dominium non mutat, *l. rei commodatæ.* 8. *ff. commo. d. l.* 2. *C. De præſcr.* 30. *anno.*

d TRADIOERIT. Extra poſſeſſionem, & dominium eſt poſſeſſionis cauſa. *l.* 3. §. *ubi. De acq. poſſ.* ut errorem io cauſa ooo obſtare translationi dominii verius ſit: prout paulò aotè §. 33. *n.* 2. dictom eſt, ex *d. l. corpus. ff. eod.*

e ACQUIRITUR. *L. ſi rem.* 62. *De evict. l.* 3. §. *illud.* 14. *De acq. poſſ. l. ſi ſervus.* 21. §. 1. *De acq. dom. l. quædam.* 77. *De rei vind. l. ſive.* 9. *De Publicia. in rem act. l. ſi diviſionem.* 15. *C. famil. erciſ.*

f TRADITA FOISSET. Fingitur enim brevi manu ex depoſito reddita, & deinceps ex vendito tradita eſſe. *l.* 3. § *ult. De donat. int. vir. l. licet.* 43. §. *quoties.* 1. *De jur. dot. l. ſingularia.* 15. in fin. *si cert. pet.*

g AD EMPTOREM. Altera ſpecies quaſi traditionis, *l. clavibus.* 74. *De contr. empt. l.* 1. § *pen. eod. De acq. rer. dom.* Diſtat † tamen hoc exemplum 2
à ſuperiore. Non enim hìc abeſt traditio, neque nuda voluotas dominium traducit, ſed clavium horrei traditio, traditionem etiam mercium, quas horreum continet, complectitur: ſicut inſtrumenti donatio rem ipſam, qoæ eo continetur, *l.* 1. *C. De donat. l.* 3. & 4. *De pact.*

§. 36. Hoc ampliùs.

HOc ampliùs, interdum & in incertam perſonam collata voluntas domini transfert rei proprietatem: ut ecce prætores, & conſules, cùm miſſilia jactant in vulgus *a*, ignorant, quid eorum quiſque excepturus ſit: & tamen quia volunt, quod quiſque acceperit, ejus eſſe, ſtatim *b* eum dominum efficiunt *c*. Qua ratione verius eſſe videtur *d*, ſi rem pro derelicto à domino habitam occupaverit quis *e*, ſtatim eum dominum effici *f*. Pro derelicto autem habetur, quod dominus ea mente abjecerit *g*, ut id in numero rerum ſuarum eſſe nolit: ideòque ſtatim dominus ejus eſſe deſinit *h*.

1. *Differentia inter duas poſteriores ſpecies quaſi traditionis.*
2. *Rem pro derelicto habitam, jure occupationis, non traditionis acquiri.*
3. *Ut in acquiſitione rei corporalis animo, & corpore opus eſt, ita & in ejus amiſſione.*

ALia duo exempla, quaſi traditionis.

a IN VULGOS. *L.* 1. & 2. *C. De conſ. & non ſparg. lib.* 12.

b STATIM. Atque quiſque acceperit: & quaſi oullios in bonis exiſtens, id, quod derelictum eſt, occupaverit.

c EFFICIONT. *L.* 5. *pro derelict. l. nec emptio.* 8. *De cont. empt.*

1 *d* VIDETUR. In ſuperiore † ſpecie acquiritur voluntate domini, qui aliquem acquirere, & demereri voluit: hoc in caſu dominus nihil vult alteri acquiſitum, ſed pro derelicto rem habet: quare non videbatur ex voluntate domini res acquiri, ut in ſpecie paulò antè poſita: & hæc ipſa phraſis, *Verius videtur*, oſtendit rem fuiſſe apud veteres controverſam, *l.* 2. *pro derelict.*

e OCCUPAVERIT QUIS. Jure igitur † oc- 2
cupationis potiùs acquiritur, quàm traditionis: cùm hæc voluotate domini conſtet, *d.* §. *per traditionem.* quæ hìc abeſt.

f EFFICI. *L.* 1. & *tot. tit. ff. pro derelict.*

g ABJECERIT. Conjungit † mentem, hoc- 3
eſt, προαίρεσιν, ſeu animum, ut loquitur in §. *ſeq.* (quo ſenſu mentis nomen ponitur etiam infr. *De teſtam.*) & factum abjectionis. Nam ſicut in acquirenda re corporali, animo, & corpore opus eſt, *d. l. in laqueum. ff. eod.* §. *feræ.* cum ſeq. ſupr. *eod. l. in omnibus.* 55. *De oblig. act.* ita & io amittenda, *l. ferè.* 153. *De reg. jur. l. quemadmodum.* 8. *De acq. poſſ.* Jabolenus in *l. quod ſervus.* 36. *De ſtip. ſer.* rem pro derelicto habere, dicit peræquè eſſe, ac omnimodo à ſe rejicere.

h DESINIT. *L.* 1. & 2. cum ſimil. *pro derelict.*

§. 37. Alia cauſa.

ALia cauſa eſt earum rerum, quæ in tempeſtate maris, levandæ navis cauſa *a*, ejiciuntur. Hæ enim dominorum permanent: quia palàm eſt, eas non eo animo *b* ejici, quòd quis eas habere non vult, ſed quò magis cum ipſa navi maris periculùm effugiat. Qua de cauſa, ſi quis eas fluctibus expulſas, vel etiam in ipſo mari nactus *c*, lucrandi *d* animo abſtulerit, furtum *e* committit *f*. Nec longè diſcedere videntur ab his, quæ de rheda currente non intelligentibus dominis, cadunt *g*.

1. *Cauſæ finales diſcriminant actiones.*
2. *Ejecta ex navibus quatenus fiant occupantis.*
3. *Auferens res ejectas animo lucrandi, quam pœnam incurrat, & num. 4.*

DIſſimile exemplum, & velut exceptio à regula ſpeciei ſuperioris.

a Navis Causa. *L. interdum. §. 1. De acq. poſſ. l. qua ratione. 9. §. alia. eod. De acq. rer. dom. l. 2.* in fin. *l. qui levandæ. 8. ad legem Rhod. De jact.*
1 Cauſæ † finales diſcriminant actiones, *l. qui injuria. 53. De furt. l. aut facta. 16. De*
2 *pœn.* In † neceſſitatibus cùm nemo liberalis ſit, *l. rem legatam. 18. De adimen. lega.* ideò, qui levandæ navis cauſa jacit rem, non videtur derelinquere, aut amittere velle, ut hic dicitur: at qui ſimpliciter ſine neceſſitate jactum fecit, non poteſt non videri pro derelicto habere id, quod ſciat periturũ, ſeu ut periturũ jactat, eòque illud occupans ſuum facit, *l. falſus. 43. §. pen.* verb. *ſimpliciter jactum. De fur.*

b Eo Animo. Quo opus eſſe dixi ad dominium amittendum, *§. per traditionem.* ſup. *eod.* Nam alioqui ſicut poſſeſſio quanquam partim ſacti ſit, *l. poſſeſſio. 43. De acq. poſſ.* ita multò magis dominium, quod ex aſſe juris eſt, & in animo ſolo poſitum eſt, animo retinetur, *l. 3. §. ſaltus. 7. & §. in amittenda. 5. De acq. poſſ.*

c Nactus. Piſcando fortè, ut in *Rudente Plauti.*

d Lucrandi. Secùs, ſi ut domino reddat. *d. l. falſus. §. pen.*

e Furtum. Cui † congruit definitio furti, 3
congruit & definitum.

f Committit. Non † tamen pœna furti or- 4
dinaria tenetur, ſed leviore, & arbitraria, *d. l. falſus. §. qui alienum. l. is, qui opem. 34. De furt. l. ſi is, cui. 7. l. ſi ſervum. 16. C. De furt.* latè Jaſ. in *l. ejus. 41. §. quas actiones. ff. ſi cert. pet.* Chaſſ. in *conſ. Burg. tit. De juſt. §. 2.*

g Cadunt. Vide *d. l. falſus. §. qui alienum. c. ſi quid. 14. quæſt. 5.*

DE REBUS CORPORALIBUS, ET INCORPORALIBUS,

Titulus Secundus.

1. *Alia rerum diviſio.*
2. *Rerum corporalium, & incorporalium diſcrimen.*
3. *Continuatio Tituli.*

1 SEquitur † alia rerum diviſio: qua in Corporales, & Incorporales dividun-
2 tur, ex *l. 1. ff. De rer. diviſ.* † Corporeæ ſub aſpectum, ſenſumque cadunt, utpotè, quæ ſint corpus, & ſubſtantia: eòque recipiunt traditionem, poſſeſſionem, uſucapionem, diviſionem, &c. *l. 3. & tot. tit. De acq. poſſ.* Incorporeæ tantùm intelliguntur: quamobrem nec tradi, nec poſſideri, neque uſucapi, nec in dominio eſſe, neq; dividi propriè, & naturaliter poſſũt, *l. ſervus. 43. §. incorporales. De acq. dom. d. l. 3. l. 4. §. ſi viam. De uſucap. l. ſervitutes. 14. De ſervit. l. 1. De ſer. leg l. 2. §. &*

§. *& harum*. *De verb. obl.* nec arctantur loco, *l. ult.* verſic. *incorporales poſſunt ubique C. De præſcript. long. temp. l. Caius.* 86. ubi Bart. *De legat.* 2. Sal. *nu.* 13. 14. *l.* 1. *C. De ſum. Trin.* ſed & illæ magis jure proprio poſſideri intelliguntur, quàm iſtæ. Bal. *l.* 2. *num.*
3 28. *C. De ſervit.* Quia † tamen juris interpretatione æquè acquiri, & eſſe iu dominio poſſunt, atque corporales. Cic. *lib.* 5. *ad famil. Epiſt.* 17. Gloſſ. & DD. in *l. ſervus*. 43. §. 1. *De acq. dom. l.* 3. *De uſufruc. l.* 2. *De act. empt.* ideò conſentaneum fuit, poſtquam expoſitum hactenus eſt, quomodo corporalia acquirantur, ſubjicere jam, quemadmodum incorporales res quæri jure gentium poſſint.

Celebris hæc in jure diviſio, à Phyſicis ſumpta eſt, apud quos id, quod eſt, in has ſpecies dividitur, ut ſint corporalia, ſeu incorporalia teſte *Seneca Epiſt.* 59. ideo in duas partes ſegregatur breviſſimus hic titulus, in quarum

1. De rebus Corporalibus. princip. §. unici.
2. De Incorporalibus. verſic. *incorporales autem*.

§. 1. Quædam prætereà.

Quædam prætereà res corporales ſunt, quædam incorporales. Corporales hæ ſunt, quæ tangi poſſunt *a*: veluti fundus, homo *b*, veſtis, aurũ, argentum, & denique aliæ res *c* innumerabiles. Incorporales autem ſunt, quæ tangi non poſſunt: qualia ſunt ea, quæ in jure conſiſtunt *d*: ſicut hæreditas, uſusfructus, uſus, obligationes *e* quoquo modo *f* contractæ. Nec ad rem pertinet, quòd in hæreditate res corporales continentur *g*. Nam & fructus *h*, qui ex fundo percipiuntur, corporales ſunt: & id, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerunque corporale eſt: veluti fundus, homo, pecunia: nam ipſum jus hæreditatis, & ipſum jus utendi, fruendi, & ipſum jus obligationis, incorporale eſt. Eodem numero ſunt jura prædiorum urbanorum, & ruſticorum, quæ etiam ſervitutes vocantur.

1. *Res corporales eſſe, incorporales intelligi.*
2. *In jure conſiſtentia intelligi ſaltem, non autem eſſe: & num.* 3.
4. *Magis dignum trahit ad ſe minùs dignum.*

1 *a* Tangi Possunt. Cic. *in Top.* ait, † has res eſſe: Incorporales verò intelligi. Lucretius.

Tangere enim, aut tangi, niſi corpus, nulla poteſt res.

b Homo. In individuo, non in genere, ſeu ſpecie. Genus enim, & ſpecies ſunt formæ appellationum, ſeu prædicabilia, à ſubſtantiis dejuncta, & abſtracta.

c Aliae Res. Ut domus, cujus partes duæ: ſolum, & ſuperficies. *l. ſolum.* 49. ubi Bartol. & DD. *De rei vind.*

d In Jure Consistunt. Iuriſdictio, venatio, nomina, actiones, &c. Ius eſt intellectus, ratio,
2 ratiocinatio. Quæ † igitur in jure conſiſtunt, ut alia omnia, quæ ſunt rationis, intelliguntur tantùm, non ſunt.

e Obligationes. Et hinc actiones.

f Quoquo Modo. Non de cauſa efficiente, puta jure gentium, civili, prætorio, loquitur: ſed de forma contrahendi, puta contrahendo re, verbis, &c. vel quaſi contrahendo, delinquendo, &c.

g Continentur. Non † enim ſingula cor- 3
pora conſiderantur, ſed jus univerſale, quod corpora continet. Magis † enim dignum trahit ad ſe 4
minùs dignum. *c. quod in dubiis.* 3. *De conſecrat. l. eum, qui.* 23. *De uſucap. l. longa.* 3. *De diverſ. temp. præſcript.* eòque res incluſæ hæreditati non uſucapiuntur per ſe ſingulæ ſtatis ſuis temporibus, ſed cum hæreditate tantùm annis 30. præſcribuntur, *l.* 4. *C. in quib. cauſ. præſcrib.* ubi Caſtrenſ. *l. hæreditatis.* 7. *C. De pet. hæred.*

h Fructus. Ab exemplo.

i Corporales Sunt. Sicut & fundus ipſe: & tamen jus utendi, fruendi, ex dominio, vel ſervitute, quo fructuum juſta cauſa, & perceptio continetur, nihilominus res incorporalis eſt, ut ſequitur.

DE SERVITVTIBVS PRAEDIORVM,

Titulus Tertius.

1. *Continuatio Tituli.*
2. *Servitus duplex, realis, & perſonalis.*
3. *Realis ſervitutis definitio.*
4. *Prædium, quid, ejuſque ſpecies.*
5. *Servitutum prædialium, ſeu realium diviſio.*

1 SEquuntur † ſpecies rerum incorporalium: quæ quomodo acquirantur (nam de eo propoſitum habet tractare, cjuſque tractationis cauſa diviſionem ſuperiorem præmiſit) exemplis ſervitutum ſubjectis oſtendit. Neque enim, ut inquit Cic. *lib. 5. ad famil. Epiſt.* 17. minus noſtra ſunt, quæ animo complectimur, quàm quæ
2 oculis intuemur. † Servitus autem duplex eſt: aut Prædialis, ſeu Realis, aut Perſonalis, *l. 1. ff. eod.* De prædialibus hoc Titulo agitur, de perſonalibus in ſeq. (quoniam hìc de rebus agitur potiſſimùm, non de perſonis: in *ff.* perſonales præponuntur, ut digniores, quia ibi non de rebus, ſed actionibus agitur, & de ſervitutibus, non ſui reſpectu, ſed quatenus ſunt materia actionis) Illæ duratione potiores, hæ ipſo fructu, quem totum hauriunt: item reſpectu perſonæ, cui debentur, quæque rebus eſt dignior. §. *ultim.* ſup. *De jur. nat.* Perſonales perſonæ, reales rei, ſeu prædio, utræque à re debentur, *l. patr. 6. De ſer. lega. l. annua. 20. §. Attejus. De an. leg.* Quæ ad uſum perſonæ conceditur, perſonalis: quæ ad uſum rei, realis putatur, *l. uſus. 21. l. plenum. 12. l. divus. 22. De uſu, & hab. l. Lucius. 37. De ſer. ruſt. præd. l. 3. l. veluti. 6. l. ergo. 5. De ſer. ruſt. præd.* Ut autem homo ſervire dicitur, qui ſui non eſt juris, ſed juri ſubjicitur alieno: ſupr. *De jure perſona.* ita prædium, cùm alterius, quàm domini juri ſubjicitur, ſervire putandum eſt. Sua namque res nemini ſervit: *l. 5. ſi uſusfruct. peta. l. in re. 26. De ſer. urb. præd.* quia dominus, & res dominio ſubjecta, pro uno habentur. *l. cum eſſent. 33. §. ultim. De ſer. ruſt. præd.* ac dominus re ſua utitur jure dominii, non ſervitutis, *l. qui uti. 90. De verb. ſig. l. pen. De evict.* Sicut igitur in ſervitute perſonali neceſſum eſt diverſos eſſe dominum, & ſervum, quo conſtet relatio: ſic in ſervitute prædiali, quò fundamentum, & terminus diſcernantur, opus eſt, alterius eſſe prædium ſerviens, alterum verò eſſe, cui ſervitus debeatur, in ſervitute perſonæ debita: aut alterius eſſe prædium dominans, in ſervitute prædio debita: quam propriè appellant realem,
3 de qua hìc tractatur. Eam † ita definiunt DD. *in Rubr. ff. eo.* ut ſit conſtitutio juris gentium, qua prædium contra naturam, vicino prædio ad ejus utilitatem, vel domini commoditatem, cum juris ſui diminutione, ſervit. Connanus *lib. 4. comment. cap. 7. num. 1.* ita ut ſit jus agendi, habendique aliquid in fundo alieno, ad ſui prædii utilitatem, quòd jure dominii communi agere habere non licet. Cujacio *ff. eo.* ſunt jura, quibus prædia alia aliis ſubjiciuntur: vel conditiones, quibus jus unius prædii minuitur, augetur alterius: vel jura, quæ quis in alieno prædio prædii ſui nomine impoſita habet. Ego libens addiderim mentionem prædii vicini, nam inter vicina tantùm conſtat, *l. ſervitutes. 20. §. ſtillicidium. l. qui ædificium. 22. De ſer. urb. l. ſervitutes. 14. §. ult. eod. l. in tradendis. 7. §. 1. com. prædio. l. 4. §. ult. ſi ſer. vin.*
Prædium † à præda, quòd agri capti militibus 4
prædæ loco dividerentur: vel à præſtando, quia fidem præſtant, pro prædibus ſunt, *l. ſciendum. 15. qui ſatiſd. cogan.* Eſt autem quoad nomen, univerſitas quædam rerum ſoli, *l. quæſtio. 115. De verb. ſignif.* ubi oſtenditur eſſe generale nomen, poſſeſſionis, & agri, *l. ſi pro fundo. 33.* ubi Iaſ. *C. De tranſact. l. fundus. 30. fam. erciſc.* Sit igitur poſſeſſio urbana, aut ruſtica. *l. urbana. 198. De verb. ſignif.* quæ non ſitu, ſed uſu diſtinguuntur. *d. l. urbana. De verb. ſignif. l. 1. com. præd.* Montan. *fin. reg. cap. 97.* ut & familia, *l. urbana familia. 166. De verb. ſignif.* licet Neracius hæc ſitu diſtinxiſſe videatur, *l. 2. De ſervit. ruſt. præd. l. eo jure. 4. §. ſtabula. in quibus cauſ. pign. vel hyp. tac. contrahat.* Res etiam ſingulares, ut horreum, ædicula, &c. prædia ſunt: & univerſali prædiorum nomine continentur, ſicut & fundi. *l. locus. 69. l. fundi. 211. De verb. ſignif.* quemadmodum & hìc cum ſervitute rebus ſingularibus annumerantur. Nam de univerſalibus poſt incipit diſſerere, *§. ult. per quas perſon. nobis acquir.* poſſumus igitur prædia diſtinguere in Univerſalia, & Singularia: quomodo & feudalia diſcriminat Panor. *in c. cum ſæculum. 13. nu. 1. De jure patronat.* Eſt etiam quoddam prædium, Vectigale, Patrimoniale, Emphyteuticum, *l. etiam. 13. C. De præd. mino.* à ſitu, maritimum, *l. prædia. 27. in princip. De fund. inſtruct. leg.*
Ut † autem prædia, ſic etiam 5
dividuntur ſervitutes prædiales pro diverſitate prædiorum: quæ aut Ruſtica ſunt, aut Urbana, *l. urbana. 198. De verb. ſignif. l. 2. De ſer. urb. præd.* in urbanas, & ruſticas, §. *ult.* ſup. *tit.* 1. de quibus utriſque hìc inſtituta eſt tractatio. Rectiùs autem perhibentur Prædiorum, quàm Rerum: ut

l. 1.

l. 1. De ſervit. reſpectu cauſæ finalis, *l. quoties. 15. eod. l. Cajus. 12. De ann. leg.* Nam qooad materiam, de qua hìc, prædiorum ſunt: hoceſt, rerum immobilium: quibus molendina quoque anoumerantur, Curt. *tract. feud., parte 1. quæſt. 6. num. 9. 10. & 11.* Rei nomen etiam mobilia amplectitur, in quibus hoc genus ſervitutum non obtinet, oeque conſtituitur, *l. ut pomum. 8. l. quoties. 15. De ſer.* ut perſonalis, infr. *De uſufruct.*

DIviditur Titulus in tres partes.
1. De ſervitutibus ruſticis, §. 1.
2. De Urbanis, §. 2.
3. De modis acquirendi, & conſtituendi ſervitutem, §. 3.

§. 1. Ruſticorum prædiorum.

RVſticorum *a* prædiorum *b* jura ſunt hæc *c*: iter *d*, actus, via, aquæductus. Iter eſt jus eundi *e*, ambulandi *f* hominis, non etiam jumentum *g* agendi, vel vehiculum. Actus eſt jus *h* agendi vel jumentum, vel vehiculum. Itaque qui habet iter, actum non habet *i*: qui actum habet, & iter habet *k*, eoque uti poteſt etiam ſine jumento *l*. Via *m* eſt jus vehundi *n*, & agendi, & ambulandi: nam & iter, & actum in ſe *o* via continet. Aquæductus *p* eſt jus aquæ ducendæ *q* per fundum alienum *r*. Inter ruſticorum prædiorum ſervitutes quidam computari rectè putant *ſ* aquæ hauſtum, pecoris ad aquam appulſum, jus paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ.

1. *Ruſtica prædia quæ, unde dicta. num. 2.*
3. *Servitutes eorum, & differentia, num. 4. 5.*

1 *a* RVSTICORUM. † Quæ fructuom, non habitationis cauſa, quocunque loco ſuot ædificata, *l. urbana. 198. De verb. ſignif. l. 4. in quibus cauſ. pign. l. 1. com. præd.* Quibus molendinum annumerat Cepoll. *De ſer. urb. cap. 11. num. 8.* navim urbano, ibidem *num. 7.* ex Bald. *l. certi juris. 5. C. De legat.*

2 *b* PRAEDIORUM. A † prædibus dicta ſunt, quòd pro fidejuſſiooe ſint, *l. ſciendum. 15. qui ſatiſd. cogan.* & quamlibet rerum immobilium univerſitatem ſignificant, *l. fundi. 211. l. quæſtio. 115. l. locus. 60. De verb. ſignif. l. ſi pro fundo. 33.* ubi Iaſ. *num. 3. C. De tranſact.*

c SUNT HAEC *L. 1. ff. eod.* ἐπὶ τὸ πλεῖστον *l. 3. De legib.* nam & urbani prædii eſſe poſſunt ſervitutes, iter, viæ, &c. *l. ſervitutes. 20. §. 1. De ſer. urba. l. in tradendis. 7. l. iter. 14. com. prædio.*

3 *d* ITER. † Iter eſt hominum, actus jumentorum, via vehiculorum: eunt enim homines, aguntur pecudes, vehunt, & vehuntur vehicula.

e EUNDI. Tranſeundi:

f AMBULANDI. Quod itionem, ac reditionem deootat, quocunque modo euntis, ſive pedibus, ſive equo, ſive ſella, *l. inter. 12. l. qui ſella. 7. ff. eod.*

g JUMENTUM. Non dicit *Equo ire*, ſed *jumentum agere*: quod à junctu dictum eſt, auctore Uarrone *lib. De ling. Latin* ſignificat igitur aoimal non itioni, ſed jugo, & aratro deſtinatum, & quod congregatim, junctimque paſcitur, ac vel ad culturam, vel ad paſtum agitur.

h JUS. Facultas jure conceſſa.

i NON HABET. In minore enim non ineſt majus: ſed contrà. *l. diem. 27. §. ſi plures. De recept. arb.*

k ITER HABET. Nam eui, quod plus eſt, licet, licet &, quod minus eſt, *c. cui licet. 53. De reg. jur. in 6.* Denique ſinc itione hominis, qui agat, agi jumentum, vel vehiculum non poteſt, ut iter omninò conceſſum in actu videri debeat, *l. 2. De juriſdict. l. 1. §. ult. De off. ejus.* Interpretationc igitur, & per conſequentiam ioeſt iter, non ex natura ſervitutis, & conſtituti. Quare eatenus ineſſe iter putabimus, quatenus ejus uſu actus non ſit gravior. Actu legato, inquit Paulus, fruſtra iter adimitur: quia nunquam actus ſine itinere eſſe poteſt, *l. 1. De adimen. lega.*

l SINE JUMENTO. *L. qui uſumfructum. 58. De verb. obligat. l. ſi mater. 11. §. 4. De except. rei judic.*

m UIA. Quaſi veha dicta.

n UEHUNDI. Proprium viæ, quo † ab actu 4
ſecernitur: quòd ſi leges *Eundi*, hæc definitio æquè actui, atque viæ congruet. Connan. *lib. 4.*

cap. 11. Dici tamen poteſt, enndi jus ineſſe actui, ex interpretatione tantùm, & quatenus non alterat actum, non ſimpliciter: at viæ ineſſe ſimpliciter, jure, & vi conſtituti, tàm iter, quàm actum omnem.

o In Se. Ita habet Florentinum exemplar *in l.* 1. *eod.* quæ ipſa argumento eſt, legendum in definitione, *vehendi*: alioqui nihil erit, quò hæc ratio referatur: *Nam in ſe, &c.* Plus igitur eſt in via, quàm in actu, ſicut plus eſt vectura, quæ latiore via opus habet, quàm actio: ut eſt apud Varronem: vide diſcrimina utriuſque in *l. quantum.* 157. *De verb. ſignif. l. ſi iter.* 13. *l. via.* 8. *l. qui ſella.* 7. *De ſer. ruſt. præd.*

5 *p* Aquae Ductus. Qui † continuus eſt, *l.* 2. 3. *C. De ſervit.* aquæ hauſtus diſcontinuus, *l. ſervitutes.* 14. *De ſer.* illa ſemper prædialis ſervitus, hæc etiam perſonalis. *l. uſus.* 21. *De uſu, & hab.*

q Aquae Ducendae. Quatenus ad fundum opus eſt, *l.* 5. *in fin. De ſer. ruſt. præd. l.* 1. §. *præterea. De aqu. quot.*

r Alienum. Nam ex publico etiam ſine ſervitute ducere licet: juxta diſtinctionem *l.* 2. 3. *De flumin. l. Imperatores.* 17. *De ſer. ruſt. præd. l. ſi autem.* 10. *De aqu. plu. arcen.*

ſ Putant. Dubitationem faciebat, quòd videbantur magis ad perſonas, vel ad res moventes, quàm ad prædia pertinere, *l.* 3. 5. *De ſer. ruſt. præd.* quod genus ſervitutis judicari perſonalis conſuevit, *l. plenum.* 12. *l. divus.* 22. *De uſu, & hab. l. Lucius.* 37. *De ſer. ruſt. præd.* Sed cùm hæc ſimpliciter, vel reſpectu prædii conſtituuntur, verius eſt ſervitutes eſſe prædiales, *l.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. *eod. l. liberto.* 31. §. *ultim. De neg. geſt.* Sunt enim ruſticorum prædiorum hæ ſervitutes. Nam pecora, atque alia id genus ad cauſam fructuum, prædiorumque ruſticorum, non ad commoditatem habitationis, urbanique prædii pertinent, *l.* 3. 4. 5. *eod.*

§. 2. Prædiorum urbanorum.

PRædiorum urbanorum *a* ſervitutes ſunt hæ *b*, quæ ædificiis inhærent: ideò urbanorum prædiorum dictæ, quoniam ædificia omnia urbana prædia appellamus, etſi in villa ædificata ſint. Item urbanorum prædiorum ſervitutes ſunt hæ: ut vicinus vicini onera *c* ſuſtineat: ut in parietem ejus liceat vicino tignum *d* immittere *e*, ut ſtillicidium *f*, vel flumen *g* recipiat quis in ædes ſuas, vel in aream, vel in cloacam *h*: vel non recipiat *i*: & ne altiùs *k* quis tollat ædes ſuas, ne luminibus vicini officiatur *l*.

1. *Urbana prædia quæ: eorum ſervitutes, nu.* 2. 4. 5. 6. *differentia, num.* 3. 7.

ALtera ſpecies ſervitutum prædialium, quæ ad urbana prædia pertinet.

1 *a* Urbanorum. † Quæ habitandi cauſa etiam ruri ſunt comparata. *l.* 1. *com. præd. l. urbana.* 166. *De verb. ſignif.* Columell. *lib.* 1. *cap.* 1.

b Sunt Hae. Plurimùm unde jura ſtatuuntur, *l.* 3. *De ll.* Cæteroquin, ut ſuperiores urbanis, ſic hæ ruſticis ſervire, & utiles interdum eſſe poſſunt, *l.* 2. *De ſer. ruſt. prædio.*

c Vicini Onera. Ædificii ſcilicet, *l. etſi* 6. §. *etiam. ſi ſer. vind.* verba enim ſecundum ſubjectam, ut dicitur, materiam, ſunt accipienda.

2 *d* Tignum. † Quamlibet materiam, *l. tigni.* 7. *ad exhib. l.* 1. *De tig. junct.*

3 *e* Immittere. Alia † hæc eſt ſervitus, quàm oneris ferendi: quia tignum ita immitti poteſt, ut à proprio, non vicini pariete ſuſtineatur. Quare qui habet jus tigni immittendi, non poteſt cum vicino agere, ut parietem reficiat, *l. eum.* 33. *De ſer. urb. præd. l. ſicut.* 8. §. 1. *ſi ſer. vin.* quia refectio pertinet ad eum, qui utilitatem ſervitutis capit, non ad dominum rei, quæ ſervit, *l. etſi.* 6. §. 2. verſ. *nam in omnib. ſi ſer. vin.* qui verò ſervitutem ferendi oneris habet, cum vicino ad refectionem, quæ ferendo oneri par ſit, agere poteſt, *d. l.* 6. §. 2. *d. l. ſicut.* 8. §. 1. *d. l. eum.* 33. *De ſer. urb. præd.*

f Stillicidium. † Quod ex alto, puta 4
tecto caſitat, *l. ſervitutes.* 20. §. 2. *ff. eod. l. ult. De ſer. urb. præd.*

g Flumen. † Aquam collectam per canales, 5
inſtar fluminis defluentem, *d. l. ſervitutes.* 20. *l. cum in lege* 33. *De con. empt.* Varro *lib.* 4. *De ling. Latin.*

h Cloacam. † Per quam ſordes effluunt, & 6
eluuntur, *l.* 1. *De cloac.*

i Recipiat. *L.* 1. & 2. *ff. eod.* puta cùm antea jure ſervitutis, vel natura loci, vel conſuetudi-

tudine, aut præſcriptione, recipere debuiſſet.

k Altius. Id quod jure communi licet, *l. altius.* 8. *C. eod.*

l Officiatur. Nam jure communi officere licet, *l. Proculus.* 26. *l. fluminum.* 24. §. *ult. De dam. infe. l. altius.* 8. *C. De servit.* Latiùs † au- 7
tem patet hæc ſervitus, quàm ſuperior, altiùs tollendi: quia non modò ædificationem, ſed quicquid lumini officere poteſt, prohibet, *l.* 3. 4. 12. 15. cum ſeq. *ff. De ser. urb. præd.*

§. 3. Ideò autem.

IDeò autem hæ ſervitutes prædiorum appellantur, quoniam ſine prædiis conſtitui non poſſunt *a*. Nemo enim poteſt ſervitutem acquirere urbani, vel ruſtici prædii, niſi qui habet prædium: nec quiſquam debere, niſi qui prædium habet *b*. Si quis velit vicino aliquod jus *c* conſtituere, pactionibus *d*, atque ſtipulationibus *e* id efficere debet. Poteſt etiam in teſtamento *f* quis hæredem ſuum damnare *g*, ne altiùs tollat ædes ſuas, ne luminibus ædium vicini officiat: vel ut patiatur *h*, eum tignum in parietem ſuum immittere, ſtillicidiumve adverſus eum habere: vel ut patiatur eum per fundum ire, agere, aquamve ex eo ducere *i*.

1. Servitutum realium materia, cauſa. num. 2.

POſt definitionem, ac diviſionem, ſequitur de cauſis, & modis acquirendi, & conſtituendi ſervitutem: id quod propriè ad hunc tractatum pertinet.

a Non Possunt. Ergò nec alienari ſervitus paſcendi, vel ſimilis ſine
1 fundo poteſt. Sunt igitur † prædia ſubjectum, & materia harum ſervitutum, ac rationem habent etiam cauſæ ſine qua non *l. quoties.* 15. *ff. De servitu. l. ultim. ſi ser. vindit.*

b Qui Prædium Habet. Futuro tamen ædificio ſervitus imponi poteſt, *l. ſi servitus.* 23. *De ser. urb. præd. l. Labeo.* 10. *De ser. ruſt. præd.* ex ratione *l. pen. De mil. teſta. l. interdum.* 73. *De verb. oblig.*

c Aliquod jus. Reale ſervitutis.

d Pactionibus. Cauſa efficiens remota; † qua jus ad rem quæritur: nam propinqua cau- 2
ſa, qua jus in re, ſeu reale inducitur, eſt uſus ejus, cujus prædio ſervitus debetur, & patientia domini, cujus prædium ſervitutem debet, *l.* 3. *De uſufr. l.* 1. *De ser. ruſt. præd. l.* 3. §. *ſi iter.* 2. *De act. empt.*

e Stipulationibus. Quæ omnibus ferè contractibus adhibebantur, *l. emptor.* 47. §. *Lucius. De pact. l.* 4. *De uſur.*

f In Testamento. Ex ratione tradita, ſupr. *De Lege Fuſ. Canin. tol.*

g Damnare. Species legati, de quo infra §. 1. ubi Theoph. *De legat.* Paul. *lib.* 3. *ſent. tit.* 6. Ulp. *tit.* 24.

h Ut Patiatur. Modus realiter ſervitutem conſtituendi, *d. l.* 3. §. *ſi iter.* 2. *De act. empt.*

i Ducere. *L. poteſt.* 16. *com. prædio. tot. tit. ff. De ser. lega.*

Digitized by Google

DE VSVFRVCTV,

Titulus Quartus.

1. *Continuatio Tituli, argumentum, numer.* 5.

2. *Servitus perſonalis unde dicatur, & quid ſit. num.* 3. *& ejus ſpecies. num.* 4.

1 ABſolutis † ſervitutibus realibus, ſequitur expoſitio perſonalium. Ut autem reales dicuntur, quæ rebus inhærent, & abſque his eſſe non poſſunt. *l.* 5. *De ſer. ruſt. præd.* §. *ult.* ſup. *tit.* 1. ita perſonales, quæ perſonis conſtituuntur, & adhærent, & abſque his non conſiſtunt, *l. uſusfru-*
2 *ctus*. 26. *De ſtip. ſer.* Dicuntur † autem perſonales, non reſpectu rei, quæ debet, ſed perſonæ, cui debetur, tanquam à principaliore nominatione deſumpta, à fine ſcilicet, Bal. in *l. eam.* 14. *nu.* 1. *C. De fideicom.* Soc. *conſ.* 165. *num.* 7. 21. *vol.* 2.
3 Tiraq. *De retract. prox.* §. 1. Gloſſ. 7. *num.* 44. † Servitus itaque perſonalis eſt jus ex re aliena perſonæ debitum, & ad ejus uſum, utilitatemque, pacto, vel ultima voluntate conſtitutum. Hujus † ſpecies ponuntur, Uſusfructus, Uſus, Habi- 4
tatio, ut præcipuæ: nam & aliæ eſſe poſſunt, ut *l. Mela*. 14. §. 2. *De alimen. leg. l. uſus*. 21. *De uſu, & hab.* Uſusfructus latiſſimè patet, nam uſum, & habitationem complectitur. *l.* 2. *l. per ſervum*. 14. §. 1. *De uſu, & hab. l. uſufructu*. 7. *De uſufr.* Paul. *lib. ſent.* 3. *tit.* 6. quod & ipſum nomen indicat, compoſitum ex fructu, & uſu. Fructus omnem rei utilitatem, uſus quantum ad neceſſitatem opus eſt, complectitur, *l. per ſervum*. 14. *l. plenum*. 12. *De uſu, & hab.* Omnibus proprium eſt, quòd non tranſmittantur *l. uſus*. 21. *De uſu, & habit.* Quibuſdam proprium, quòd ſint individuæ. *l. pro parte*. 11. *De ſervit.* De † uſufructu igi- 5
tur primo loco hìc agitur: & quid ſit, quibus modis vel conſtituatur, vel finiatur, ordine exponitur.

SCinditur Titulus in tres partes.
1. Quid ſit uſusfructus, & qualiter conſtituatur. §. 1.
2. De materia uſusfructus. §. 2.
3. Quibus modis amittatur. §. 3.

quod contingit vel ex defectu { Perſonæ verſic. *finitur*. d. §. 3. Vſus, verſic. *& non utendo*, Voluntatis uſufructuarii, vel proprietarii, ut in ceſſione, & conſolidatione, verſic. *item finitur*. Rei, verſic. *eo ampliùs*.

§. 1. Vſusfructus eſt.

VSusfructus eſt jus *a* alienis *b* rebus *c* utendi, fruendi *d*, ſalva rerum ſubſtantia *e*. Eſt enim *f* jus in corpore *g*: quo ſublato, & ipſum tolli neceſſe eſt. Vſusfructus à proprietate ſeparationem recipit *h*: idque pluribus modis accidit *i*: ut ecce, ſi quis uſumfructum alicui legaverit k: nam hæres nudam habet proprietatem, legatarius autem uſumfructum. Et contrà, ſi fundum legaverit, deducto uſufructu, legatarius nudam habet proprietatem, hæres verò uſumfructum. Item alii uſumfructum, alii deducto eo fundum legare poteſt *l*. Sine teſtamento *m* verò ſi quis velit uſumfructum alii conſtituere, pactionibus *n*, & ſtipulationibus *o* id efficere debet.

1. *Ma-*

1. *Materia uſusfructus, forma, & finis. numer.* 2.

3. *Proprium, modus, cauſa efficiens. num.* 4.
5. *Nudis pactionibus ſervitutem conſtitui.*

a EST JUS. Servitutis: perſonale, reſpectu ejus, cui debetur: reale, reſpectu rei, quæ debet, *l. uti.* 5. *ſi uſusfruct. pet.* jure conceſſum.

b ALIENIS. Res enim ſua nemini ſervit, *d. l.* 5.

1 *c* REBUS. Materia: † tàm immobilibus, quàm mobilibus, vel moventibus: *l. uſufructu*. 7. cum ſeq. *l. ſi ſervi*. 21. *l. vetus*. 68. *l. uſufructuarium* 62. *l. ſtatuæ*. 4. *eod.* corpus enim eſſe debet, unde uſusfructus debeatur. *l.* 2. *eod.* nec refert, qualecunque ſit: in quo differt à ſervitutibus prædiorum: quæ tantùm à re, & rei ſoli debentur, nec in mobilibus conſiſtere poſſunt.

2 *d* UTENDI, FRUENDI. In his eſt † forma, & finis uſusfructus, *l.* 3. *&* 4. cum ſeq. *eod.* Finis eſt uſus, ideò nec aquæ hauſtus perſonalis concedi poteſt, niſi vicino, cùm alii non ſit uſui. *l. Mela*. 14. *§. quidam*. 2. *De aliment. legat.* definitio porrò ſumpta eſt ex *l.* 1. *eod.*

3 *e* SALVA RERUM SUBSTANTIA. † Proprium, modus formæ, *l. item*. 9. *eod. l. uſufructuarius*. 54. *ff. uſufr. quem. quis* quamobrem cavere debet uſufructuarius de duobus. 1. ſe boni viri arbitratu uſurum. 2. ſe finito uſufructu reſtituturum, *l. ſi cujus*. 13. cum l. ſeq. *ff. eod. l.* 1. *& tot. tit. uſufruct. quemad. quis.* Paulus *lib.* 1. *ſent. cap.* 11. uſufructuarius de utendo uſufructu ſatiſdare debet, perinde uſurum, ac ſi ipſe paterfamilias uteretur.

f EST ENIM. Declaratio definitionis.

g IN CORPORE. Eſt igitur reale jus, reſpectu corporis, quod uſumfructum debet, *l.* 2. *eod. l.* 5. *§.* 2. *quib. mod. uſusfr. amitt.*

h SEPARATIONEM RECIPIT. Ut & poſſeſſio, *l. naturaliter*. 12. *De acq. poſſ.* Papin. in *l. Mavius*. 66. §. 4. *De legat.* 2. uſusfructus etſi in jure, non in parte conſiſtit, emolumentum tamen rei continet.

i ACCIDIT. Cauſa † efficiens: aut ultima 4
voluntas, aut pactum inter vivos: remota ſcilicet, non propinqua: quæ conſtat uſu uſufructuarii, & eum patientis domini, *l.* 3. *De uſufruct.* Nam hæc eſt quaſi traditio, in rerum incorporalium conſtitutione, & translatione recepta. *d. l.* 3. *l.* 2. *De act. empt.* cum ſimil.

k LEGAVERIT. Si per vindicationem ipſo jure conſtituitur: ſin per damnationem, ab hærede præſtatur. Paulus *lib. ſent.* 3. *tit.* 6.

l LEGARI POTEST. Vide paſſim in *tit. De uſufr. lega.* Paul. *lib.* 3. *ſent. tit.* 6.

m SINE TESTAMENTO. Ἐν πλάτει accipe, pro quavis ultima voluntate, *l. verbis*. 120. *De verb. ſignif. l. pen. C. com. De leg. per l. codicillis*. 34. *De uſufr. lega.*

n PACTIONIBUS. Contractibus juris gentium. *l.* 1. *§. ult. l* 7. in princ. *De pact.* atque adeo pactionibus etiam nudis: † quæ licet jure civili actionem 5
nullam producant, ut dixi ad *tit. De pact.* tamen iis rectè conſtituitur ſervitus: quia uſu ejus, cui ſervitus debetur, & patientia domini, jus hoc reale demum inducitur, *l.* 3. in princ. *De uſufr.* quod ubi conſecutum eſt, pactum, utpotè traditione completum, ac veſtitum, ampliùs nudum dici nequit, *l. in traditionibus*. 48. *De pact. l. in tradendis*. 7. *com. præd.*

o STIPULATIONIBUS. Contractibus civilibus, & ſolemnibus.

§. 2. Conſtituitur autem.

Conſtituitur autem uſusfructus non tantùm in fundo *a*, & ædibus *b*, verùm etiam in ſervis, & jumentis *c*, & cæteris rebus *d*, exceptis iis, quæ ipſo uſu conſumuntur. Nam hæ res neque naturali ratione *e*, neque civili *f* recipiunt uſumfructum: quo in numero ſunt vinum, oleum, frumentum, veſtimenta *g*: quibus proxima *h* eſt pecunia numerata *i*: namque ipſo uſu aſſidua permutatione quodammodo *k* extinguitur. Sed utilitatis *l* cauſa Senatus cenſuit *m*, poſſe etiam earum rerum uſumfructum conſtitui, ut tamen eo nomine hæredi utiliter *n* caveatur *o*. Itaque ſi pecuniæ uſusfructus *p* legatus *q* ſit, ita datur legatario, ut ejus fiat, & legatarius ſatiſdet hæredi de tanta pecunia reſtituenda, ſi morietur, aut capite minuetur. Cæteræ quoque res *r* ita traduntur legatario, ut ejus fiant *ſ*: ſed æſtimatis his *t*, ſatisdatur *u*, ut ſi moriatur *x*, aut capite minuatur *y*, tanta pecunia *z* reſtituatur, quanti hæ fuerint æſtimatæ. Ergo

Senatus non fecit quidem earum rerum uſumfructum (nec enim poterat *a*) ſed per cautionem quaſi *b* uſumfructum conſtituit *c*.

1. Vſusfructus in quibus rebus conſtituatur. num. 2. & 3. & in quibus non conſiſtat. num. 4. 5. & 6.
7. Vſumfructum veſtimenti legari poſſe.
8. In pecunia an uſusfructus conſtituatur.
9. Iuris mutandi poteſtas penes quem ſit.
10. Vſumfructum morte, & capitis minutione finiri, & mox inf. num. 3.

MAteria, & forma: quibus in rebus, quomodo oſusfructus conſtituatur.

a IN FONDO. Fundus fru-
1 ctuoſus eſt: item † ædes, ob utilitatem habitationis, & locatioois: qoare in his dubium non eſt, quin ſit oſusfructus: qui ipſo nomine indicat fructuoſam eſſe rem oportere, ut eonſtet uſus, & fructus. In ſervis, infantibus, furioſis, ægrotis, an eſſe poſſit uſusfructus, etſi dubium erat, quia fructus ab his nullus capi poteſt: tamen Paolus ait utilem eſſe, quia utilitas mutata ætate, vel couditione io his eſſe poteſt. Paul. *lib.* 3. *ſent. cap.* 6. §. 18. Eadem porrò ratio obſtat uſuifructoi rerum fungibilium: ſed tamen quaſi uſusfructus iu his receptus eſt, ut paulò pòſt exponetur.

b ÆDIAUS. Rebus videlicet ſoli, & *l.* 1. in princ. *uti poſſ.* in quibus & prædiales ſervitutes cooſtituuntor.

2 *c* JUMANTIS. Rebus † moventibus, *l. moventium*. 93. *De verb. ſignif.* in quibus prædiales ſervitutes conſtitui non poſſunt. Jumenti tamen partus io fructo eſt, ſervi oon eſt, *l. vetus*. 68. *De uſufr.* Cic. *lib.* 1. *De Finibus*.

3 *d* CARTAAIS REAOS. Mobilibus, † & inanimis, *l. numiſmatum*. 28. *l. ſtatua*. 41. *eod. tot. tit. De uſufruct. ear. rer.*

4 *e* NATUAALI RATIONA. Qua † uſusfructus à ſubſtantia corporis ſeparatur, ira ot ſalva ea conſtet, & utilitatem præſtet: atqui in his uſus omnis io abuſu eſt, ut neceſſe ſit, aut ſubſtantiam abſumi, aot oullum eſſe uſum, & fructum. *l pen. De uſufruct. ear. rer.*

5 *f* NEQUE CIVILI. † Nam has res accipiens utendas, fit (velut ex mutuo) earum dominus, cùm alioqui uti uoo poſſit: ut ſequitur in verb. *datur legatario, ut ejus fiat*: rei antem propriæ nolla jure civili ſervitus eſt, *l.* 5. *ſi uſusfruct. peta.*

6 *g* VESTIMENTA. † Nam & hæc pereuut paulatim oſu: nec præſumuntur ultra triennium durare. Jaſ. *l.* 1. §. *fuit quæſitum*. *num.* 33. *ad Trebellian.* at ſervi, & jomenta utendo noo pereunt, imo plerunque durant: & pereunt per accidens, ex alio caſu, videlicet mortalitate. In his igitur vera conſtituitur ſervitus. Quia
7 tamen † veſtimenti uſus non ſtatim in abuſu eſt, ut frumenti, &c. ideò ſi disertè leget uſomfructum veſtimenti teſtator, aliter quàm in pecunia, voluutas ſervanda erit: itaque uti debebit uſufructuarius, ne abutatur: ſed nec detritio, quæ naturaliter ſequitur uſnm, erit ei imputanda: oec hoc oomine tenebitur, *l. ſed ſi.* 15. §. *etſi.* 4. *ff. eod.* Et quidem io veſte jam facta hoc faciliùs recipitur, ut ſcænicis, funebribus, quæ etiam locari poſſunt. *d. l. ſed ſi.* 15. §. *proinde* 5. lanæ, vel rudis panni non idem videtur uſus, niſi in abuſu: itaque hìc ad S.C. erit deſcendendum, velut & in aromatis, *l. pen. De uſufruct. ear. rer.*

h PAOXIMA. Similis magis, quàm eadem in genere: oon enim utendo pecuoia abſumitur, ut vinum.

i PECONIA NUMEAATA. Quam vocamus oummos, § 3. infr. *quibus alien. lic.* *l.* 1. *De contrah. empt.* monetam, *l.* 1. *C. eod.* Nam pecuniæ non uumeratæ, puta argenti infecti, vel facti, uſus eſſe poteſt ſine abuſo: ot vaſorum, numiſmatum argenteorum, &c. & ideò etiam uſosfructus, *l. numiſmatum.* 28. *eod.*

k QUODAMMODO. † Non verè: eòque pe- 8
cuniam non dicit eſſe in genere rerum, quæ uſu conſumuntur, ſed ait his eſſe proximam, ſive ſimilem. Neque enim ut frumentum, & vioum uſu pereunt, utendoque conſumuntor; ſic & pecunia: durat enim io permutationibus pecuniæ ſubſtantia, ſed reſpectu utentis, qui illam expeodit, conſumitur, & quodammodo extinguitur: quia extinguitur ejus dominium, eamque amittit non ſecus, quàm ſi eſſe in rerum natora deſiiſſet, *l. ſi alien.* 78. *De ſolut.*

l UTILITATIS. Ut utilis ſit ultima voluntas, & uſusfructus legatum, quod alioqui eſſet periturum: itaque ad legatum duntaxat hoc refert Vlpian. *tit.* 24. & Pomponius *l. uſufructu.* 69. *ad l. Falcid.* ac paſſim I. C. *tot. tit. De uſufruct. ear. rer.* & hic Iuſtinian. ut conſentaneum ſit, pactiooibus inter vivos ſimile jus conſtitui non poſſe.

m CENSUIT. Non † enim prætores, vel juriſ- 9
conſulti potuerunt rationem juris mutare, ſed Senatus, qui illius condendi, & abrogandi habet poteſtatem, *l. non ambigitur* 9. *De legib.* vide Ulpian. *tit.* 24.

n UTILITAS. Ex bono, & æqoo, ut ſalva ei maneat effectu, & quoad reſtitutionem, ſubſtantia.

o CAVSATUR. Finito videlicet uſoſructu, ſubſtantiam reſtitutom iri eandem, ſi non in ſpecie, at ſaltem in genere: per ſatiſdationem, ut paulò pòſt ſequitur, cautione hoc oomine facta.

p USOSFAVCTUS. Vel oſus: nam in hac materia noo differunt, *l.* 5. 10. *De uſufruct. ea. re.*

q LEGATOS. Nam inter vivos nolla utilitas ſuadet, uti ſic uſusfructus conſtituatur, cùm ex mutuo talis pactio valeat.

r CAR-

Digitized by Google

r Caeteras Quoque Res. Fungibiles præter pecuniam, ut frumentum.

ſ Fiant. Hoc enim neceſſe eſt, ut uti poſſit, *l. 7. De uſufruct. ear. rer.* abſque quo uſu, & fructu (ut nomen indicat) uſusfructus vel quaſi nullus eſſe poteſt.

t Æstimatis His. Pecunia non æſtimatur, cùm certa ſit ejus æſtimatio, *l. 3. De in lit. juran.* cæteræ res æſtimandæ ſunt, uti de pretio earum, certa conſtet in futurum probatio, *d. l. 7.*

u Satisdatur. Datis fidejuſſoribus, *l. 1. qui ſatiſd. cogan.*

x Moriatur. Hoc reſpectu rationem habet uſusfructus.

10 *y* Capite Minuatur. His † duobus tantùm modis finiri poteſt, *l. 9.* cum ſeq. *De uſufru. ear. rer.* non interitu, abuſuque rei, vel non utendo, cùm res ſit legatarii.

z Pecunia. Quæ loco rei eſt, *l. 2. §. 1. De har. vel act. ven.*

a Poterat. Res enim, ut dictum eſt, fit legatarii: nemini autem res ſua ſervire poteſt, *l. 5. ſi uſusfruct. pet.*

b Quasi. Nota impropriè tatis.

c Constituit. Nam in ejuſmodi implicatis, recurri ad cautionem ſolet, *l. uſufructu. 57. ſol. matrim.*

§. 3. Ne tamen.

NE tamen in univerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper abſcedente uſufructu *a*, placuit certis modis extingui uſumfructum, & ad proprietatem reverti. Finitur autem uſusfructus morte uſufructuarii *b*, & duabus capitis diminutionibus, maxima, & media *c*, & non utendo *d* per modum *e*, & tempus *f*: quæ omnia noſtra ſtatuit conſtitutio *g*. Item finitur uſusfructus, ſi domino proprietatis ab uſufructuario cedatur (nam cedendo *h* extraneo, nihil agit *i*) vel ex contrario, ſi uſufructuarius proprietatem rei acquiſierit: quæ res Conſolidatio k appellatur. Eo ampliùs conſtat, ſi ædes incendio conſumptæ fuerint, vel etiam terræ motu, vel vitio ſuo corruerint: extingui uſumfructum, & ne areæ *l* quidem uſumfructum deberi. Cùm autem finitus fuerit ttous uſusfructus, revertitur ſcilicet ad proprietatem *m*: & ex eo tempore nudæ *n* proprietatis dominus incipit plenam in re habere poteſtatem *o*.

1. *Paria ſunt, non habere dominium, vel habere inutile*
2. *Perſonalia cum perſonis extingui, & numero 3.*
4. *Vſumfructum non utendo finiri.*
5. *Paria eſſe, non uti, vel non debito modo uti.*
6. *De qua ceſſione textus ſit hic intelligendus.*
7. *Perſonalia non poſſe cedi.*
8. *Solida proprietas qua dicatur.*
9. *Plenum habere dominium quid ſit.*

DE contrariis, quibus uſusfructus extinguitur: de quibus vide omninò Paulum *lib. ſent. 3. tit. 6. De legat.* §. 28. & 33.

a Usufructu. *L. 3. §. ne tamen. 2. l. an uſusfructus. 56. De uſuſr.* qua ratione putat Bart. precarium ſemper revocari poſſe. *l. in commodato. 17. §. ſicut. 3. num. 5. ff. Commod.* ut enim lex bono conſilio non vult perpetuò incerta eſſe rerum dominia, *l. 1. De uſu-*
1 *cap.* ita nec vult eſſe inutilia: † quia paria ſunt, non habere dominium, vel habere inutile, *c. inter. 2. §. ſicut.* ubi Gloſſ. verb. *inutilem. De transl. Epiſc.* Gloſſ. & DD. in *l. ult. C. ad leg. Flavi. De plagia.* Hęc ratio inuſufructu valet, quæ auſert omnem proprietaio utilitatem: in uſu, habitationeve non item: quod genus minuit tantùm domini commodum, velut ſervitus prædialis: addatur ergò & illa ratio, quòd ſint perſonales ſervitutes, ideòque cùm perſona pereant, *l. cum principalis. 178. De reg. jur. l. 1. De conſtit. princ.*

b Usufructuarii. Perſonalis † enim cùm 2
ſit, cum perſona extinguitur, *l. 1. De ſervit. l. corruptionem. 16. C. eod.*

c Media. Quia † mortalitati comparantur, 3
l. cognitionum. 5. De var. & extr. cog. & ſunt mors civilis, *l. 4. qui ſatiſd. cogan.* adimunt enim civitatem, & jus civitatis, cujus pars eſt uſusfructus. Olim etiam minima capitis minutione extinguebatur. Paul. *ſentent. lib. 3. cap. 6. §. 29.* quod Juſtinianus ſuſtulit in *d. l. corruptionem.*

d Non Utendo. † *D. l. corruptionem.* Ut 4
enim ſervitutes acquiruntur uſu, *l. 2. C. De ſer.* ita amittuntur non uſu, ex doctrina contrariorum, *l. nihil. 35. De reg. jur.*

e Modum. Videlicet conſtitutum, *l. ſi communem.*

munem. 50. *quemad. ſerv. amit.* & hinc notandum
5 eſſe † paria, non uti, vel non debito modo uti: ut non fieri, vel noo debito modo fieri, *l.* 1. io fin. ubi Gloſſ. verb. *aut inhabilis*. *Quod cujuſque univerſ. l.* 1. §. *penult. Quor. lega.*

f Tempus. *D. l. ſi communem.*

g Constitutio. *D. l. corruptionem*, junc. *l. ult. C. De ſervitut.*

6 *h* Cedendo. Loquitor † de ceſſione privata, ſeu extrajudiciali pacti, & traditionis, quæ ineſficax, & oulla eſt, ut & in §. *ult.* infr. *De donat.* nam olim ſecus erat in ceſſione, quæ io jure fiebat, Paulus *lib.* 3. *Sent. c.* 5. de qua plura Cont. *Diſput. lib.* 1. *c.* 12. Talis ceſſio in populo Iſrael deſcribitur *Ruth. ult.* Ea enim quia noo poterat eſſe luſoria, *l. ſi prætor.* 75. *De jud.* auferebat jus uſufructuario: ut in ſimili in §. *ult.* verb. *vindicta.* infr. *De donat.* quod cùm non poſſet acquiri extraneo, ad proprictatem revertebatur, *l. ſi uſusfructus.* 66. *De jur. dot.*

7 *i* Nihil Agit. Quia † perſonalia cedi non poſſunt, *l. ex pluribus.* 42. *De adm. tut. l. non ſolùm.* 67. §. *ſi puellæ.* 5. *De rit. nupt.* utilitates tamen juris hujus perſonalis, puta fructos, cedi poſſunt, ſicut & vendi. *l. arboribus.* 12. *l. non utitur.* 38. in princ. cum l. ſeq. *hoc tit. l. neceſſario.* 8. §. *ult. De peric. & com.* Et hoc in dubio debet videri actum, ut actus valeat potiùs, quàm pereat. Menoch. *De recup. poſſeſſ. remed.* 9 *n.* 242. *& ſeq.* Roman. *conſ.* 403. *Diligenter. n.* 10. Qui uſumfructum negant amitti, cùm extraneo ceditur, non ſolùm oon iotelliguot ceſſionis vim, ſed in principia impingunt, quæ exiguot in fructuario eundem ſtatum, nedum hominem eundem. Vendito uſufructu jus oihilominus æſtimatur ex perſona alienantis, quia, cùm modis illis utilitatem tantùm transferat, utitur adhuc jure commeotitio, *d. l. non utitur.* 38. *eod.* Tiraq. *De retract. proxim.* §. 26. Gloſſ. 2. *num.* 5. 11. *&* 14.

k Consolidatio. Et confuſio, *l.* 3. §. 1. *De uſufruct. accreſ.* † Nam ſolida proprietas dicitur, cui 8
uſusfructus ineſt. *l. à liberto.* 35. *De bon. liber. l. Sempronius.* 26. §. 1. *De uſufr. lega. l.* 1. *Quemadm. ſervit. amitt.*

l Ne Areae. Quoniam areæ uſusfructus non fuit cooſtitutus, ſed ædium: ſi tamen hoc facto proprietarii evcoiat, uſufructuario tenetur. *l. pen. & l. ult. De uſu, & habita.*

m Proprietatem. Niſi plures ſint uſufructuarii: nam tunc pars onius extincta alteri accreſcit, *l.* 1. §. 2. *De uſufruct. accreſ.* Paul. *lib. Sent.* 3. *cap.* 6. §. 26.

n Nudae. Cui uſusfructus deſit.

o Potestatem. Plenum dominium. *l. poteſtatis.* 215. *De verb. ſignif.* † cujus definitio hinc ſumi 9
poteſt: ut ſit, plenam habere in re poteſtatem.

DE VSV, ET HABITATIONE,

Titulus Quintus.

1. *Species ſervitutum perſonalium, uſus, & habitatio: & quomodo differant.*

1 SPecies † ſervitutum perſonalium etiam ſunt uſus, & habitatio. Uſus, qui & uſus nudus dicitur in *l.* 1. *eod.* & χρῆσις in *l. ſi habitatio.* 10. §. 1. *eod.* eſt jus utendi alienis rebus, ſalva rei ſubſtantia. Differentia eſt in verbo *Utendi*: nam cum uſufructu in reliquis congruit. Uſus porrò à fructu multùm differt. *d. l. si habitatio.* §. *ult.* Fructus omnem rei utilitatem complectitur: uſus verò tantum tribuit, quantum ſufficit ad vitæ, victuſque neceſſitatem, *l.* 1. *l. per ſervum.* 14. §. 1. *l. plenum.* 12. *& tot. tit. eod.* Habitatio quamvis ab uſu ædium effectu non differt, *l. si habitatio.* 10. *eod.* jure tamen, & proprietatibus quibuſdam ab illo ſecernitur: eòque aliud eſt uſus ædium, de quo in §. 2. *hoc tit.* aliud habitatio, de qua io §. *ult. hoc tit.* Hæc in facto magis, quàm jure conſiſtit habitandi, *l. legatum pen. De cap. dimin.* etſi nomen juris ſit, *l. si gratuitam.* 17. *De præſcript. verb.* quia non domum ipſam, ſed jus habitandi deſignat, *l.* 1. §. 1. *commodat.* & facultatem *l. si ſervus.* 6. *C. Quod cum eo, qui in alien. poteſt.* ut in reliquis poſſeſſionibus, *l. poſſeſſio.* 49. *De acq. poſſ.* ille prorſus, & omnino io jure, *d. l. pen. De cap. minut.* Hæc locari poteſt, *l. cum antiquitas.* 13. *C. eod.* quia nihil intereſt, utrum quis per ſe, ao per alium faciat, *l.* 1. §. *quod igitur.* 8. verſ. *ipſe dejecit. ff. De vi, & vi arm. l.* 3. in princ. *quod vi, aut clàm.* ille non poteſt, *l. ſed neque.* 8. *eod.* §. 1. *hoc tit.* quia jus eſt perſonale, eòqoe nec ceſſibile. Ille capitis diminutione, & non utendo amittitur, ut uſusfructus, in princ. *hoc tit.* hæc neutro modo, *d. l. si habitatio.* quia io facto conſiſtit, nec cohæret cum ſtatu perſonæ, quæ capite minuitur: neque eſt, niſi fiat: ut oon utendo, quod non eſt, amitti nunquam poſſit. Relinquitur igitur, habitationem neque uſumfructum, nec uſum eſſe, ſed proprium quoddam jus ſervitutis, §. *ult. h. t. d. l. cum antiquitas.*

BIpartita rubrica, bipartitum exhibet titulum.

- 1. De Uſu §. 1. 2. & 3.
  - Convenientiæ cum uſufructu in duobus.
    - In modo conſtituendi § 1. princ.
    - In modo finiendi d. princ.
  - Differentiæ in tribus.
    - 1. In percipiendo §. 1. verſic. *minus*. §. 3. verſic. *ſed & ſi*.
    - 2. Habitando §. 1. verſic. *in eoque fundo*.
    - 3. Diſponendo §. 1. verſic. *nec ulli alii*, §. 2. & §. 3. in princ.
- 2. De Habitatione §. 4.

§. 1. Iiſdem illis.

IIſdem illis modis, quibus uſusfructus conſtituitur, etiam nudus uſus *a* conſtitui ſolet *b*: iiſdemque illis modis finitur *c*, quibus & uſusfructus deſinit *d*. Minus autem juris eſt in uſu, quàm in uſufructu *e*. Nam is, qui fundi nudum habet uſum, nihil ulteriùs habere intelligitur, quàm ut oleribus *f*, pomis, floribus, fœno, ſtramentis, lignis ad uſum quotidianum *g* utatur. In eoque fundo hactenus ei morari licet, ut neque domino fundi moleſtus ſit, neque iis, per quos opera ruſtica fiunt, impedimento *h* ſit. Nec ulli alii jus, quod habet, aut vendere, aut locare, aut gratis *i* concedere poteſt k: cùm is, qui uſumfructum habet, poſſit hæc facere *l*.

1. *De ſimilibus idem eſt judicium.*

a NUDUS USUS. Hoc eſt, ſeparatus à fructu, *l. 1. eod.*

b SOLET. *D. l. 1.*

c FINITUR. Contrariorum eadem eſt doctrina.

1 *d* DESINIT. De † ſimilibus idem eſt judicium. Bald. in *l. humanitatis. 9. num. 54. C. De imp. ſub.*

e USUSFRUCTU. *L. ſi habitatio. 10. §. ultim. eod.*

f OLERIBUS. Fructibus naturalibus, *l. plenum. 12. eod.* ad uſum quotidianum, non uſque ad compendium, vel abuſum, *d. l. plenum*, idque tàm in villa, quàm in oppido: cæterùm fructibus induſtrialibus tantùm in villa uti poterit, indeque ſumere, quod ad victum ſibi, ſuiſque ſufficiat, *d. l. plenum*.

g QUOTIDIANUM. Vitæ, ſeu victus, *d. l. plenum*.

h IMPEDIMENTO. *L. ſi habitatio. 10. §. ultim.* cum ll. ſeq. *eod.* non enim per ſe colendi jus habet, ut dominus, vel uſufructuarius: cultura enim fructuum fit gratia: eſt igitur in fructu, non in uſu.

i GRATIS. Precariò, commodatò, donatione, &c.

k CONCEDERE POTEST. Eſt enim in uſu, quantum ſufficit ad victus neceſſitatem: non poteſt igitur à perſona ſeparari, cùm alius alio plùs indigeat, & in alterius perſona alius ſit futurus uſus, *l. ſed neque. 8. eod.*

l HAEC FACERE. Non enim penditur ex uſu perſonæ, ſed utilitate fundi, quæ vel ad uſufructuarium, vel ad alium ipſius conceſſu redire poteſt: cùm enim fructus ejus ſint, quin alienare eos poſſit, nulla cauſa eſt: licet jus directum apud ipſum maneat, & cum eo extinguatur, *l. neceſſario. 8. §. ult. De peric. & com. rei ven.* Idem in vaſallo, ſimilibusq; qui jus illud utile, quod habent uſusfructus ſimile, *§. ult.* verb. *uſusfruct. per quos fiat inveſt.* niſi quòd hodiè non perſonale ſit, ſed in hæredes tranſiens, *cap. 1. De iis, qui feud. dare poſs. cap. 1. De ſucceſs. feud.* alienare nequeunt: *cap. 1. De prohib. feud. alien.* fructus ejuſdem poſſunt, Jaſon §. *item. Serviana. num. 115. Inſtit. De act.* Curt. *tract. feud. parte 4.* Alvar. *§. denique. num. 27: quæ fuit prim. cauſ.* Ardizo. *cap. 112.* Sed an inſtar vaſalli ſaltem conſentiente proprietario alienare poſſit? Reſpondeo: alia eſt cauſa feudi velut juris prædialis: alia uſusfructus, quæ eſt perſonalis, ideòque in alterius perſona traductus, extinguitur, ut vetus, & incipit eſſe novus, *l. antiquitas. 14. C. eod. l. ſtipulatio. 38. §. ſi quis. 8.* ubi Bartol. *num. 3. De verb. obl.* Jaſon *l. planè. 34. §. ſi conjunctim. 5. num. 24. De leg. 1.* Socin. Junior *l. 4. §. Cato. num. 253. De verb. oblig.*

§. 2. Item is.

ITem is, qui ædium uſum habet, hactenus jus habere intelligitur, ut ipſe tantùm inhabitet. Nec hoc jus ad alium transferre poteſt *a*. Et vix receptum eſſe videtur *b*, ut hoſpitem ei recipere liceat: & cum uxore, liberiſque ſuis, item libertis, nec non aliis liberis perſonis, quibus non minùs, quàm ſervis utitur *c*, habitandi jus habeat: & convenienter, ſi ad mulierem uſus ædium pertineat, cum marito ei habitare liceat.

VSus eſt aut in rebus ſoli, aut in mobilibus. In rebus ſoli, ut in fundo, de quo modò dictum eſt; & in ædibus, de quo ſequitur explicatio.

a TRANSFERRE POTEST. Eſt enim proprius cuique perſonæ uſus, & in qualibet perſona variatur.

b VIDETUR. Receptum tamen, *l.* 4. cum ſeq. *eod.*

c UTITUR. Eòque cùm ad uſum perſonæ pertineant, his quoque uſus accommodari debet, *l. plenum*, 12. in verb. *ſibi*, *& ſuis ſufficiat. eod.*

§. 3. Item is.

ITem is, ad quem ſervi uſus pertinet, ipſe tantùm opera, atque miniſterio ejus uti poteſt; ad alium verò nullo modo jus ſuum transferre ei conceſſum eſt *a*. Idem ſcilicet juris eſt & in jumento. Sed & ſi pecorum, veluti ovium, uſus legatus ſit; neque lacte, neque agnis, neque lana utetur uſuarius: quia ea in fructu *b* ſunt. Planè ad ſtercorandum agrum ſuum pecoribus uti poteſt *c*.

DIctum eſt de uſu rerum immobilium, ſequitur de uſu mobilium.

a CONCESSUM EST. *L. plenum*. 12. §. 2. & §. *ſi uſus*. 4.

b IN FRUCTU. Et quidem induſtriali, ut dictum eſt in §. *si quis à non domino*, ſup. *De rer. diviſ.* & hic locus probat: ideòque velut induſtrialibus modicè utetur, *d. l. plenum*. in fin. princ.

c UTI POTEST. *D. l. plenum*. in princip. & §. 1.

§. 4. Sed ſi cui.

SEd ſi cui habitatio legata fuerit *a*, ſive aliquo modo conſtituta ſit, neque uſus videtur, neque uſusfructus, ſed quaſi *b* proprium aliquod jus: quanquam habitationem habentibus, propter rerum utilitatem, ſecundum Marcelli ſententiam noſtra deciſione *c* promulgata, permiſimus, non ſolùm in ea degere, ſed etiam aliis locare *d*. Hæc de ſervitutibus, & uſufructu, & uſu, & habitatione dixiſſe ſufficiat. De hæreditatibus autem, & obligationibus *e*, ſuis locis *f* proponemus. Expoſuimus ſummatim, quibus modis jure gentium res acquiruntur; modò videamus, quibus modis legitimo, & civili jure acquiruntur *g*.

1. *Le-*

1. *Legatum uſus, habitationis ædium differre.*
2. Quaſi. *nota impreprietatis.*
3. *Ius habitationis quale.*

DE proprio habitationis jure.

a Legata Fuerit. Aliud
1 eſt † uſum, aliud habitationem ædium legari. *d. l. ſi habitatio.* 10. & certè latiùs patet uti ædibus, quàm habitare, etiamſi præcipuus uſus ſit habitatio, ſed tamen non ſolus.

2 *b* Sed Quasi. Nota † impropriètatis: propriè enim ſervitutis jus non eſt, cùm potiùs facti ſit, quàm juris.

c Nostra Decisione. *L. cum antiquitas.* 13. *C. eod.*

3 *d* Aliis Locare. Cùm † enim facti ſit, nihil intereſt, utrum quis per ſe, an per alium inhabitet: nam inquilinus nomine, & vice locatoris rem tenet, *l.* 2. *C. De præſcript.* 30. *anno.* at in uſu ædium contrarium eſſe ſuprà dictum eſt. Neque tamen donare, aut prorſus alienare jus ſuum poteſt habitator, cùm perſonalis ſit ſervitus. Et cùm hoc permiſſum non ſit, in *d. l. cum antiquitas.* manet jus antiquum, *l. ſi habitatio.* 10. *eod.* ex ratione *l. præcipimus.* 32. in fin. *C. De appell.*

e Obligationibus. Acquirendis ſcilicet: de quo hìc in explicatione rerum incorporalium tractari poterat. Ex quo refellitur eorum ſententia, qui putant de obligationibus tractari, ut matre actionum: præſertim cùm non omnis actio veniat ex obligatione, ſed tantùm perſonalis. §. 1. inſ. *De act.*

f Suis Locis. Ut teneatur diſtinctus rerum ordo.

g Acquiruntur. Quare putandum eſt, infrà de donatione diſputari, non ut de modo acquirendi naturali (nam de hoc genere hactenus dictum eſt, nec pòſt dicetur) ſed ut de modo acquirendi civili.

DE VSVCAPIONIBVS ET LONGI TEMPORIS POSSESSIONIBVS*,

Titulus Sextus.

* POSSESSIONIBUS. Sic in §. 1. & 4. paulò pòſt appellat, & in §. *item.* inſr. *per quas perſon. nob. acqu.* ibidem tamen in §. *penult.* vocat præſcriptionem, ſicut *l. ſi duo.* 13. §. 1. *De jurejuran. l. hereditas.* 7. *C. De pet. hered. l.* 4. *C. De rei vind.* Poſſeſſio cauſa eſt, præſcriptio effectus: diſtat ab uſucapione, ut oſtendunt allegatæ modò leges: uſucapio eſt juris ex lege, præſcriptio, facti. *l. poſſeſſio.* 41. *De acqu. poſ.* magis ex æquitate prætoria. *l.* 1. in princ. *quib. mod. uſusfr. l. ſi uſusfructus.* 9. §. 1. *uſufr. quemadm. cavea. l. cum ſponſus.* 12. §. 1. *De Publicia. l. si finita.* 15. §. *si de vectigalibus.* 13. *De dam. infect.* uſucapio ſine Titulo, ideſt idonea poſſeſſionis cauſa, *l.* 3. §. *ult. De acquir. poſ.* non procedit, *l. Celſus.* 27. *De uſucap. l. nullo.* 24. *C. De rei vind.* poſſeſſio longa pro titulo ſibi ſufficit ipſa, *l. si quis.* 10. *si ſer. vin.* dum tamen ſine vitio poſſideatur, nec clàm, nec vi, nec precariò. *l.* 1. 3
& 2. *C. De ſerv. d. l. ſi quis.* 10. quæ vitia cùm malam inducant fidem, interrumpunt poſſeſſionem, quæ continuam bonam fidem exigit. *l. pen. C. De præſcript. long. temp.* ſicut & litis conteſtatio, vel quaſi *l.* 2. in fin. *C. ubi in rem actio.* Quare etiamſi lis omittatur, vel obtineatur, 4
nihil tamen prodeſt interrupta poſſeſſio, *l.* 1. *C. De præſcript. long. temp. d. l.* 2. uſucapio, quæ juris eſt, rectè cœpta, non læditur malæ fidei ſuperventu, *l. bonæ.* 48. *De acq. domin. l.* 4. §. *de illo. De uſucap. l.* 2. §. *ſi ſervus.* §. *ult. pro empt. l. unic. C. De uſucap. transformar.* nec litis interrumpitur conteſtatione. *l. ſi poſt.* 18. *De rei vin. l. Julianus.* 9. §. *pen. ad exhib. l.* 2. §. *ult. pro empt. l.* 2. *pro don.* ideò abſoluto poſſeſſore, vel deſtituto judicio nihilominus cœpta continuatur, ut dictis juribus, ſed & quæ uſucapi non poſſunt, longo tempore acquiri poſſunt. *d. l. cum ſponſus.* 12. §. 1. *De Publici. d. l. ſi finita.* 15. §. *ſi de.* 13. *De damn. infect. l.* 2. *C. De ſervit.* non directè, ſed utiliter. Uſucapio præſtat actiones directas ex jure civili: longa poſſeſſio utiles ex tuitione prætoris. Tempora continuantur inter venditorem, & emptorem in poſſeſſione. §. *inter. hoc tit.* in uſucapione non ſemper, *l. si ædes.* 32. §. 1. *De ſer. urba.* Conſtan. *lib.* 2. *hoc tit.* Sed notabile cumprimis diſcrimen ſumitur ex hoc textu à materia. Quicquid apprehendimus, cujus proprietas ad nos non pertinet, aut non pertinere poteſt, hoc poſſeſſionem appellamus, *l. quæſtio.* 115. *De verb. ſignif.* Igitur hæc longi temporis poſſeſſio locum habet in provincialibus rebus immobilibus, ideſt tributariis, vel ſtipendiariis prædiis, quæ uſucapi non poſſunt. Cont *lib. Diſput.* 1. *cap.* 12. unde præſcriptio longi temporis oritur. Cont. ibidem ex *tit. C. De long. temp. præſcript.* Hodie etiam dominium acquiritur, nedum utile: cùm & ante Juſtinianum utilis actio in rem tali poſſeſſori daretur, *l. si quis emptionis.* 8. *C. De præſcript.* 30. *annor.* verùmetiam directum. Cont.

prealleg. loc. Fuit & illa quondam diſerepantia temporis, quòd uſucapio anni eſſet, vel biennii: in princ. *hoc tit. l. penult. C. De ſerv. l. corruptionem* 16. *C. De uſufruct.* poſſeſſio decennalis, vicennalis, Paul. *lib.* 2. *tit.* 2. 5.

1. *Præcipuus ex jure civili dominii acquirendi modus.*
2. *Vſucapionis etymon, & definitio. num.* 3.
4. *Summaria Tituli explicatio.*

1 PRimus, † & præcipuus acquirendi ex jure civili dominii modus, eſt
2 uſucapio. Capio † ſignificat acquiſitionem, ſeu adeptionem dominii gratuitam, quæ contingit abſque pretio, *l. aliud*. 79. *l. cepiſse*. 140. *De verb. ſignif. l.* 2. *De dam. infec. l. omnibus*. 9. *l. ſi mulier*. 12. *l. mortis*. 18. *l. cùm qui*. 21. *l. mortis*. 31. *De donat. cauſ. mort.* unde dicta uſucapio, quia ſolo uſu hoceſt poſſeſſione res capitur, & abſque pretio, & compenſa-
3 tione quæritur, Uſucapio † eſt adjectio (ſic enim, non *adeptio*, rectè legi monet Contius) dominii, per continuationem poſſeſſionis, temporis lege definiti. *l.* 3. *eo. Ulp. tit.* 19. ſeu eſt civilis acquirendi dominii modus, ex juſta rerum poſſeſſione per tempus lege definitum continuata, jure civili, ne ſemper in incerto ſint rerum dominia, introductus. De hac † primò exponitur, 4
quænam res quanto tempore uſucapi poſſint, vel non poſſint: uſque ad §. 7. Deinde de continuatione poſſeſſionis, & conjunctione temporum, in §. 7. ultimò de uſucapione rerum fiſcalium ſingulari, in §. ultim.

PUblicæ, & privatæ utilitati reſiſtit à litibus bonorum noſtrorum incertas poſſeſſiones manere: quare non immeritò ſine cujuſquam injuria leges noſtræ curarunt rem alienam à poſſeſſore bonæ fidei per uſum capi poſſe, ut eleganti hoc titulo continetur, pro cujus captu

Tres partes conſtituo,

1. Objectum, ſeu materiam uſucapionis continet, §. 2. 3. 4. 5. & 6.
   - Ex parte materiæ requiritur habilitas ſeu potentia paſſiva, ut talis ſit res, quæ uſucapi poſſit: unde uſucapi nequeunt res, vel
     - Natura ſua
       - res extra commercium §. 2.
     - Favore Doſi.
       - Furtivè aut vi poſſeſſæ d. §. 2. ver. *Furtiva*. §. 3. 4. 5.
       - Fiſci §. 6.
2. Formam, §. 7. 8. & 9.
   - Forma eſt poſſeſſio *l. ſine* 25. *hoc Tit. cap. ſine* 3. *De reg. jur. in* 6. quæ debet eſſe juſta, hoceſt qualificata.
     - 1. Bona fide §. 7. princ. lit. B
     - 2. Juſto titulo d. §. 7.
     - 3. Legitimi temporis continuatione §. 8. & 9.
3. Finem, & effectum complectitur, princ. §. 1. lit. K

§. 1. Iure civili.

IVre civili *a* conſtitutum fuerat, ut qui bona fide *b* ab eo, qui dominus non erat, cùm crederet eum dominum eſſe *c*, rem emerit *d*, vel ex donatione, aliave quavis juſta cauſa *e* acceperit *f* is eam rem, ſi mobilis erat, anno *g* ubique *h* uno: ſi immobilis, biennio tantùm in Italico ſolo *i* uſucaperet, ne rerum dominia in incerto eſſent k. Et cùm hoc placitum erat, putantibus antiquioribus, dominis ſufficere ad inquirendas res ſuas præfata tempora: nobis melior ſententia ſedit, ne domini maturiùs ſuis rebus defraudentur, neque certo loco *l* beneficium hoc concludatur. Et ideo conſtitutionem *m* ſuper hoc promulgavimus, qua cautum eſt, ut res quidem mobiles *n* per triennium, immobiles verò per longi temporis poſſeſſionem (ideſt, inter præſentes decennio, inter abſentes viginti annis) uſucapiantur: & his modis non ſolùm in Italia, ſed etiam in omni terra *o*, quæ noſtro imperio gubernatur, dominia rerum juſta cauſa poſſeſſionis præcedente acquirantur.

1. Ab-

Digitized by Google

1. *Abſque bona fide uſucapionem non procedere.*
2. *Emptio contractum conſummatum denotat.*
3. *Titulus, cauſa poſſeſſionis: poſſeſſio, cauſa uſucapionis.*
4. *Ignorantes regulariter non uſucapere.*
5. *Mobilia loco non cohærere.*
6. *Vſucapionis definitio ſecundum Vlpianum.*
7. *Perſonarum diſcrimen in orbe Romano viventium ab Antonino ſublatum, rerum non item.*
8. *Vſucapionis cauſa finalis.*
9. *Mutatio juris circa uſucapionem.*

QUæ res quanto tempore uſucapi poſſint.

a JURE CIVILI. *Lege* 12. Tabb. Cic. *pro Cæcinna*, & *in Top.* ejus verba recitat Ulp. *tit.* 19. *Annus rei mobilis, biennium immobilis, æterna rei furtivæ auctoritas eſto.*

1 *b* BONA FIDE. Cauſa † ſine qua non procedit uſucapio, *l. ſi aliena.* 10. *l. Celſus.* 27. *eod. l.* 6. *C. De præſcript. long. temp.*

c DOMINUM ESSE. Cauſa bonæ fidei, §. *ſi quis à non domino.* ſup. *De rer. diviſ.*

d EMERIT. Et acceperit traditam: nam ut aliàs verba cum effectu accipiuntur, *l.* 1. §. 1.
2 *Quod quiſque jur.* ita & hìc † emptio contractum conſummatum denotat. *d.* §. *ſi quis à non domino.*

e JUSTA CAUSA. Ex titulo ad transferendum dominium habili. *l.* 3. §. *ult. De acqu. poſſeſſ. d. l. Celſus.* 27. *l.* 4. *l. ſi propter.* 8. *C. De præſ. long.*
3 *temp.* Titulus † eſt cauſa poſſeſſionis juſtæ, poſſeſſio proxima, & una cauſa uſucapionis.

4 *f* ACCEPERIT. Et ſe accepiſſe ſciat, nam † ignorantes non uſucapiunt, niſi ex cauſa peculiari, *l. peregrè.* 44. §. *quæſitum. De acqu. poſſeſſ. l.* 4. *eod.*

g ANNO. Continuo, non utili, *l. nunquam.* 31. §. 1. *ff. eod.* Cujac. ad Vlpian. *tit.* 19.

h UBIQUE. Abſque locorum diſcrimine: mo-
5 bilia † enim loco non cohærent. *l. unic.* in fin. *C.*
6 *De anna. except. l. Cajus.* 60. *De leg.* 2. Secundum †
hoc jus Vlp. *tit.* 19. ita uſucapionem definit, ut ſit dominii adeptio per continuationem poſſeſſionis, anni, vel biennii: rerum mobilium anni, immobilium biennii.

i ITALICO SOLO. Quod juris eſt Italici, *l.* 1. & 2. *De cenſi.* de quo Cujac. *Obſ. lib.* 10. *cap.*
7 35. Cont. *Diſput. lib.* 1. *cap.* 12. Quanquam † igitur conſtitutione Antonini Baſſiani in orbe Rom. viventes, quoad perſonam, cives Rom. effecti ſunt, *l. in orbe.* 17. *De ſtat. hom.* tamen in rebus videtur uſque ad Juſtinianum diſcrimen aliquod retentum fuiſſe, ut hìc, & § 1. ſupr. *De excuſ. tut.* in princ. inf. *quib. alie.*

k INCERTO ESSENT. Quod futurum eſt,
ſublato uſucapionis jure: nemo † enim ut diu- 8
tiſſimè poſſideat, certus de ſuo eſſe jure poterit: imò quò diutiùs poſſidebit, eò incertius jus ejus dominii futurum eſt, utpote morientibus teſtibus, & aliis dominii probationibus vetuſtate extabeſcentibus.

l CERTO LOCO. Solo Italico.

m CONSTITUTIONEM. *L. unic. C. De uſucap. transf.*

n MOBILES. Quæ levioris ſunt pretii, *l. ſi rem.* 47. *De acquir. poſſ.*

o IN OMNI TERRA. Nam † antea cives tan- 9
tùm Rom. uſucapere poterant. Ulpian. *tit.* 1. §. *in bonis.* & *tit.* 19. peregrini & provinciales non item, cùm non eſſent cives, eòque nec participes juris Rom. cujus pars eſt uſucapio. Certum etiam eſt, cùm prædia ſtipendiaria, & tributaria alienari non poſſent, §. *per traditionem*, ſup. *De rer. diviſ.* non potuiſſe etiam uſucapi, præſertim cùm non eſſent juris, ſolique Italici, cujus proprium erat jus uſucapiendi. Theo. *d.* §. *per traditionem. l. cum ſponſus.* 12. §. *in vectigalibus. De Publicia. l. ſi finita.* 15. §. *ſi de vectigalibus.* 13. *De dam. infec. l.* 4. §. *ult.* ubi Cujac. *De uſucap.* Cont. *Diſput. lib.* 1. *cap.* 12. ubi hunc locum cum *l.* 1. *C. De uſucap. tranſ.* conciliat. Verùm ut primùm Antoninus Baſſianus, Severi (ut antè dixi) filius, quoad perſonas, earumque ſtatum, hoc diſcrimen ſuſtulit, voluitque omnes in orbe Rom. viventes cives eſſe Romanos, *d. l. in orbe.* 17. *De ſtat. hom.* ita paulatim etiam differentiæ iſtæ rerum ſublatæ ſunt. Ac Juſtinianus ſicut plenum jus, & dominium in rebus provincialibus (exceptis limitrophis fundis, & aliis rei militaris neceſſitati reſervatis) earum poſſeſſoribus, ex uſu illorum temporum tribuit, omni rerum mancipi, & nec mancipi diſcrimine ſublato, *l. unic. C. De uſuc. transform.* ſic omnibus, ut civibus jus uſucapiendi in iiſdem, velut Italici jam juris, longa uſurpatione inde uſque à tranſlato imperio factis, permiſit.

§. 2. Sed aliquando.

SEd aliquando, etiamſi maximè quis bona fide rem poſſederit, non tamen illi uſucapio ullo tempore procedit: veluti ſi quis liberum hominem *a*, vel rem ſacram, vel religioſam *b*, vel ſervum fugitivum *c* poſſideat. Furtivæ quoque res *d*, & quæ vi poſſeſſæ

Digitized by Google

e ſunt, nec ſi prædicto longo tempore bona fide *f* poſſeſſæ fuerint, uſucapi poſſunt. Nam furtivarum rerum lex duodecim tabularum *g*, & lex Atinia *h* inhibent uſucapionem: vi poſſeſſarum, lex Iulia, & Plautia. Quod autem dictum eſt, furtivarum, & vi poſſeſſarum rerum uſucapionem per leges prohibitam eſſe: non eò pertinet, ut ne ipſe fur, quive per vim poſſidet, uſucapere poſſit (nam his alia ratione uſucapio non competit, quia ſcilicet mala fide poſſident *i*) ſed nec ullus alius, quamvis ab eis *k* bona fide emerit *l*, vel ex alia cauſa acceperit, uſucapiendi jus habeat *m*. Vnde in rebus mobilibus *n* non facilè procedit *o*, ut bonæ fidei poſſeſſoribus uſucapio competat. Nam qui ſciens alienam rem vendidit, aut ex alia cauſa tradidit, furtum ejus committit *p*.

1. *Hominis liberi ſtatum non præſcribi.*
2. *Vitia rerum uſucapionem impedire.*
3. *Vbi lex uſucapionem prohibet, bona fides nihil prodeſt.*

Quæ res uſucapi non poſſint.

a Liberum Hominem. Qui eſt extra commercium. §. *ult.* infr. *De empt.* §. 1. infr. *De inutil. ſtipul.* &
1 † cujus ideò ſtatus nunquam præſcribitur. *l. ultim. C. De præſcript. long. temp. quæ pro lib.*

b Religiosam. Sunt enim extra commercium poſitæ, *l. inter.* 83. §. *ſacram. De verb. oblig. d.* §. 1. infr. *De inutil. ſtipul.* ut & ſanctæ, *l.* 9. *ff. eod.* In ſacris diſtinguitur: nam quæ ſunt extra commercium, non uſucapiuntur à laicis, ne multis quidem annis, quia nec poſſideri ab his poſſunt. Fab. hic. Schurff. *conſ.* 26. *num.* 9. & 10. *centur.* 1. aliæ ſic & multis quidem terminis. Iaſ. Auth. *Quas actiones. C. De ſacr. eccleſ.*

c Fugitivum. Quia ſui ipſius quodammodo furtum facit, & res furtiva eſt, *l.* 1. *C. De ſer. fug. l. ancilla.* 60. *De furt.* Cujac. in *l.* 4. *ff. eod.* quare idem in rebus à ſervo ſubtractis dicendum eſt, *d. l.* 4. §. *de illo. De uſucap.*

d Furtivae Quoque Res *L. ſive.* 9. §. *hæc actio. De publician. in rem act.* Quia vitio per contrectationem afficiuntur. §. *aliquando.* infr. *eo.* Vi-
2 tia † autem rerum uſucapionem impediunt. §. *noviſſimè.* 6. infr. *eod. l. vitia.* 11. *C. De acquir. poſſeſſ.*

e Vi Possessae. *L. ſi quis emptionis.* 8. §. *ſed hæc. C. De præſcript. 30. annor.* Gloſſ. *l. ſequitur.* 4. §. *quod autem. De uſucap. l. final. De vi bon. rap.* Gloſſ. & DD. *l.* 3. *C. De his, quæ vi met. cauſ.* Nam pro furtivis ſunt, infr. *De vi bon. rap.*

3 *f* Bona Fide. Nam † ubi lex uſucapionem prohibet, bona fides nihil prodeſt, *l. ubi* 24. *ff. eod.*

g Lex Duod. Tabul. *L. non ſolum.* 33. in princ. *ff. eod.* cujus verba fuerunt: *Rei furtivæ æterna auctoritas eſto.* Ulpian. *tit.* 19. Balduin. *in Comm. ad leges XII. Tabb. leg.* 2. Gell. *lib.* 17. *c.* 7.

h Lex Atinia. Ejus fit mentio in *l.* 4. §. *quod autem.* 4. *l. non ſolum.* in princip. *De uſucap.* & *l. poteſtatis.* 215. *De verb. ſignif.* & apud Cic. 3. *in Verrem*, Gell. *lib.* 17. *cap.* 7.

i Possident. *L. ſi fraude.* 6. *De præſ. long. temp.*

k Ab Eis. Secùs, ſi ab aliis, quorum contractione res non ſit vitio affecta, *d. l. non ſolum.* 33. §. *ſi dominus.* 2.

l Emerit. *D. l.* 4. §. *non autem.* 4. *eod. l. non ſolum.* 33. §. 2. *eod.* Tranſit enim res cum vitio ad bonæ fidei poſſeſſorem, §. *noviſſimè.* infr. *eod. l. vitia.* 11. *C. De acqu. poſſ. l. ſi debitor.* 12. *C. De diſtrac. pign.* hanc rationem tradit *l. ſciens.* 7. *C. De uſucap. pro empt.*

m Jus Habeat. *L.* 1. *C. De uſucap. pro empt. l. ſciens.* 7. *eod. tit.*

n Mobilibus. Quas tradendo contrectari, atque ita vitio affici neceſſe eſt, ut paulò pòſt dicitur, in verſ. *nam qui.* & §. *furtum.* 6. infr. *De oblig. quæ ex delic. l. ſi liberam.* 10. in fin. *C. quod cum eo, qui in alien. pot. l. inficiando.* 67. in princip. *De fur.* ſecus eſt in rebus ſoli, *l.* 4. *C. De rei vind.*

o Procedit. Niſi cùm abſque contrectatione, & vitio ad bonæ fidei poſſeſſorem pervenit, *l. alienum.* 6. *C. De fur. d. l. non ſolum.* §. 2. Vide Cujac. *in l. poteſt.* 36. *ff. eod.*

p Committit. Contrectando rem alienam, *l. ſi ſervum.* 16. *l. alienum.* 6. *C. De furt. l.* 1. *l. ſciens.* 7. *C. De uſuc. pro empt.* quæ eſt propria furti definitio, infr. *De obl. quæ ex del.* in princ. *l.* 1. *De fur.* cui autem convenit definitio, convenit & definitum.

§. 3. Sed

§. 3. Sed tamen.

SEd tamen id aliquando aliter ſe habet *a*. Nam ſi hæres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depoſitam, exiſtimans hæreditariam eſſe, bona fide accipienti vendiderit, aut donaverit, aut dotis nomine dederit: quin is, qui acceperit, uſucapere poſſit, dubium non eſt: quippe cùm ea res in furti vitium non ceciderit: cùm utique hæres, qui bona fide tanquam ſuam alienaverit, furtum non committat *b*. Item ſi is, ad quem ancillæ uſusfructus pertinet, partum ſuum eſſe credens *c* vendiderit, aut donaverit, furtum non committit *d*. Furtum enim ſine affectu furandi non committitur *e*. Aliis quoque modis accidere poteſt, ut quis ſine vitio furti, rem alienam ad aliquem transferat, & efficiat, ut à poſſeſſore uſucapiatur *f*.

1. *Contrectans rem alienam non furandi animo, furtum non committit.*
2. *Qualibet cauſa etiam injuſta, & fatua excuſat à dolo.*
3. *Error juris ad uſucapionem non prodeſt.*
4. *Actionum diſcrimina unde ſumantur.*

PRima hujus definitionis limitatio, ſeu exceptio prima, pertinens ad res mobiles.

a Habet. *L. poteſt. 36. eod.*

b Committat. Quia † non
1 fraudulenta eſt contrectatio, nec abſque affectu, & doloſo animo furtum committi poteſt. *§. placuit.* infr. *De oblig. quæ ex delic.* ut paulò pòſt ſubjicitur.

c Credens. Errore juris, *l. in pecudum.* 28. *De uſur.*

d Non Committit. Quælibet † enim
2 cauſa, etiam injuſta, & fatua, excuſat à dolo. *l. igitur.* 12. *De lib. cauſ.* & conſequenter à furto. Vide inf. *De oblig. quæ ex del. & ff. De furt.* quare qui ab uſufructuario emit, uſucapere poteſt, quia titulum habet emptionis: ex quo jure poſſidetur pro ſuo, & uſucapitur pro emptore. *tot. tit. pro empt.* ipſe verò uſufructuarius non poteſt, quia
titulo juſto caret, & error † juris ad uſuca- 3
pionem non proficit, *l. nunquam* 31. *eod.*

e Committitur. *L. furtum.* 37. *De uſucap.*
l. qui injuria. 53. *De furt.* † actionum enim diſcri- 4
mina non ſumuntur ab objectis, ſed ex cauſis, unde manant, nempe mente, & voluntate, *d. l. qui injuria.*

f Uſucapiatur. *D. l. poteſt.* cum ſeq. *l. 6. C. De furt.*

§. 4. Quod autem ad eas.

QVod *a* autem ad eas res, quæ ſolo continentur, expedit, jus ita procedit: ut ſi quis *b* loci *c* vacantis *d* poſſeſſionem, propter abſentiam, aut negligentiam domini, aut quia ſine ſucceſſore deceſſerit, ſine vi *e* nanciſcatur: quamvis ipſe mala fide poſſideat *f* (quia intelligit ſe alienum fundum occupaſſe *g*) tamen ſi alii bona fide accipienti tradiderit, poterit ei longa poſſeſſione *h* res acquiri, quia neque furtivum, neque vi poſſeſſum acceperit. Abolita eſt enim quorundam veterum *k* ſententia, exiſtimantium etiam fundi, locive *l* furtum fieri *m*. Et eorum utilitati, qui res ſoli poſſident, principalibus conſtitutionibus proſpicitur, ne cui longa, & indubitata poſſeſſio *n* debeat auferri *o*.

1. Res

1. *Res ſoli (aliena ſcilicet) faciliùs , quàm res mobiles . ſine vitio apprehendi .*
2. *Longa poſſeſſio quæ dicatur.*
3. *Fundi. & loci diſcrimen.*
4. *In rebus ſoli furtum committi non poſſe.*

SEcunda limitatio , ſeu exceptio pertinens ad res ſoli.

1 *a* QUOD . Jus † ſcilicet uſucapiendi rem alienam , licet quodammodo vitio affectam: vel ita accipe , quòd faciliùs in rebus ſoli , quàm mobilibus procedat , ut poſſeſſio rei alienæ ſine vitio apprehendatur , §. 2. in fin. ſup. *eod.*

b SI QUIS. Sumptum ex *d. l. furtum.* 37. §. 1. cum l. ſeq. *ff. eod.*

c LOCI. Fundi alieni. *d. l. furtum.* §. 1.

d VACANTIS . Qui à nemine poſſideatur , *l.* 2. *De act. empt.*

e SINE VI. Qua res vitio afficitur , ſicuti furto , *l. quam rem.* 38. *eod.*

f POSSIDEAT. Eòque uſucapere non poteſt , *d. l. quam rem.*

g OCCUPASSE. *L. ultim. C. unde vi.* Eſt igitur mala fides , conſcientia rei alienæ.

2 *h* LONGA POSSESSIONE. † Decem, vel 20. annis , quibus res ſoli præſcribuntur , in princip. ſup. *eod.*

i ABOLITA EST ENIM . Occurrit tacitæ objectioni, nam ſi in rebus ſoli furtum committatur , ſequetur rem ipſa poſſeſſionis occupatione contrectari , & vitio affici , *l. inficiando.* 67. in princip. *De furt.*

k VETERUM. Gell. *lib.* 11. *cap. ult.*

l LOCIUS. Fundus † ad loca ruſtica , locus 3 etiam ad urbana pertinet , §. *conſtituitur.* ſup. *De uſufruct.*

m FURTUM FIERI. Cui † non congruit de- 4 finitio , eidem nec definitum congruit . Res ſoli non contrectatur , quia loco moveri nequit , *l. theſaurus.* 15. in verb. *loco non moverit . ad exhib. l. inficiando.* 67. in princ. *De fur. l.* 3. §. *si rem. De acquir. poſseſs.* Ergo nec furtum in ea committitur. *l. si quis.* 52. §. *neque verbo.* 13. *l. vulgaris.* 21. §. *ultim. De fur.* quod definitur eſſe contrectatio ejuſmodi, infr. *De obl. quæ ex delict.* & *l.* 1. *De furt.*

n POSSESSIO. Æquitas uſucapionis.

o AUFERRI. *L. ult. C. unde vi, tot. tit. C. De long. temp. præſcript. l. cum notiſſimi.* 7. & *tot. titul. C. De præſcript.* 30. *anno.*

§. 5. Aliquando etiam .

ALiquando etiam furtiva , vel vi poſſeſſa res uſucapi poteſt : veluti ſi in domini poteſtatem reverſa fuerit *a* . Tunc enim vitio *b* rei purgato , procedit ejus uſucapio *c* .

1. *Rei furtivæ æternam auctoritatem eſſe leg. 12. tabularum .*

TErtia limitatio, ſeu exceptio.

1 *a* REVERSA FUERIT. Hoc ad l. 12. Tab. (quæ † juſſit indiſtinctè æternam eſſe rei furtivæ auctoritatem) ſuppleviſſe videtur lex Atinia , ut vult Cujac. in *l.* 4. verb. *lex Atinia . De uſucap.*

b VITIO. Furto, vel vi , *l. ubi* 24. *eod.*

c USUCAPIO. Si poſtea abſque domini voluntate ad tertium ſcilicet pervenerit , *l.* 4. §. 4. *eod.* nam ſi dominus vendat , transfert dominium , nec uſucapione eſt opus. §. *vendita.* ſup. *De rer. diviſ.*

§. 6. Res fiſci .

RES fiſci noſtri *a* uſucapi non poteſt *b* : ſed Papinianus ſcripſit , bonis vacantibus *c*, & fiſco nondum nunciatis *d* , bonæ fidei emptorem traditam *e* ſibi rem ex his bonis uſucapere poſſe *f* . Et ita Divus Pius , & Divi Severus, & Antoninus reſcripſerunt *g*.

1. Res

1. *Res fiſci imperii, à rebus univerſitatis differre.*
2. *Res fiſci quibus caſibus uſucapi poſſint.*
3. *Bona vacantia qua.*
4. *Nunciationi quo tempore præſcribatur.*

RES fiſci noo poſſe oſucapi.

a NOSTRI. Etiam publicæ eivitatum, *l. uſucapionem.* 9. *De uſucap.* † quanquam io his noo per
1 omnia idem. Vide Ang. & DD. hìc, ut ex hoc loco & aliis innumeris planè appareat, res publicas fiſci, vel imperii à rebus univerſitatis differre.

b NON POTEST. *L. quamvis.* 18. *l. ubi* 24. *in fin. l. præſcriptio.* 45. *eod. l. comperit.* 4. *C. De præſc.*
2 30. *anno.* oiſi † tempore immemotiali, *c. ſuper.* 26. *§. præterea. De verb. ſignif.* Sed hæc ſpecies magis eſt privilegii, quàm præſcriptionis, *l.* 3. *§. ductus aquæ. De aqu. quo. & æſt.* Idem in *l. quominus.* 2. *De fluminibus*. Item niſi remotum fuerit impedimentum, puta ſi fiſci res eſſe deſierit. *d. l. ubi.* in fin.

c BONIS VACANTIBUS. Qoorum † nullus 3
reperitur dominus. Ulpian. *cap.* 18. vel hæres *l. quamvis.* 18. vbi Cojac. *eod.* eòque ex legibus caducis fiſco deferuntur, *l.* 1. *& tot. tit. De jur. fiſc. tot. tit. C. De hered. decur. lib.* 10. Ulpian. *tit.* 28.

d NONCIATIS. Tantùm non acquiſitis, *l.* 1. *& tot. tit. De jur. fiſc.*

e TRADITAM. Ex titulo emptionis, ot ootat verb. præcedens *emptorem*.

f POSSE. Olim uſucapione, nunc diotina poſſeſſione, ſeo uſucapione Juſtiniana, ſine qua poſſeſſor non fit dominus. Nunciationi † quadrien- 4
nio præſcribitur, *l.* 1. *C. De quad. præſcript. l. intra.* 10. *De diverſ. præſcrip.*

g RESCRIPSERUNT. *L. quamvis.* 18. *eod.*

§. 7. Noviſsimè ſciendum.

NOviſsimè ſciendum eſt, rem talem eſſe debere, ut in ſe non habeat vitium *a*, ut à bonæ fidei *b* emptore uſucapi poſſit, vel qui ex alia juſta cauſa *c* poſſidet. Error *d* autem falſæ cauſæ uſucapionem non parit: veluti ſi quis, cùm non emerit, emiſſe ſe exiſtimans *e*, poſſideat: vel cùm ei donatum non fuerit, quaſi ex donatione poſſideat *f*.

1. *Requiſita in uſucapione, & num.* 2. *&* 3.
4. *Error quando uſucapionem impediat.*
5. *Præſcriptio non præſumitur, ſed probatur: & quomodo ſit probanda.*

COnclusio per duas regulas, quibus dijudicari poteſt, utrum res oſucapi poſſit, an oon.

a VITIUM. *L.* 4. & *l. ubi lex* 24. *eod. d. l. vitia. C. De acqu. poſſeſſ.*
1 Primum igitur † requiſitum in uſucapione eſt, ut res vitio careat.

2 *b* BONAE FIDEI. Secundò, ut † bona fide ſit acquiſita.

3 *c* JUSTA CAUSA. Tertiò, † ut juſto ex titulo poſſideatur, eui falſam cauſam, hoceſt, titulum, ut ounc loquimur, falſum opponit.

d ERROR. Sive facti, *l. Celſus.* 27. *l. pen. eod. l.* 1. *pro donat.* ut exempla hìc ſubjecta oſtendunt, ſive juris, *l. nunquam.* 31. *eod.*

4 *e* EXISTIMANS. Hic † error in proprio facto non eſt tolerabilis, eòque nec excuſat: ſecùs, ſi quis auctorem ſuum, vel ſervum emiſſe putet, qui non emerit. Eſt eoim in alieni facti ignorantia tolerabilis error, eòque pro ſuo tum uſucapio procedit. *l. ult. pro ſuo.*

f POSSIDEAT. Secùs, † ſi ex hac cauſa tradi- 5
tum acceperit: nam tunc ex titulo poſſidet, & oſucapit, *l.* 2. *pro lega. l. pignori.* 13. *§.* 1. *eod.* & hoc quartum eſt requiſitum, *l. sine poſseſsione* 25. *eod. l.* 2. *C. De præſcript. long. temp.* quæ omnia ſunt probanda: nec enim præſumitur præſcriptio, quæ facti eſt, quod non præſumitur, *l. aſſeveratio.* 10. *C. De non nu. pecun.* quia in poſſeſſione conſiſtit. *d. l. sine.* hoceſt facto, *l. poſseſſio.* 42. *De acqu. poſs. l. nemo.* 10. *C. De acqu. poſs.* eòque non præſumitor, oiſi probetut, *c.* 1. *De præſcript. in* 6. obi Franc. notat 1. *notab. c. veniens.* 19. *c. auditis.* 15. *ext. eod.* nec probatur, oiſi omnia requiſita probentur, adeò ut uno deficieote, deficiat probatio. Jaſ. *l.* 1. *num.* 40. *C. De ſerv. fug.* Bald. *tract. præſcrip.* 2. *parte* 3. *partis princip. quæſt.* 3. *num.* 8. vitio tamen rei excepto, quod ineſſe non præſumitur: eòque cootrarium ejus probatione non habet opus, ſed ipſum vitium ab eo, qui illud allegat, probandum eſt, *l.* 5. *De probat.*

§. 8.

§. 8. Diutina poſſeſſio.

Diutina poſſeſſio, quæ prodeſſe cœperat defuncto, & hæredi *a*, & bonorum poſſeſſori continuatur *b*, licet ipſe ſciat prædium alienum eſſe *c*. Quòd ſi ille initium juſtum non habuit, hæredi, & bonorum poſſeſſori, licet ignoranti, poſſeſſio non prodeſt *d*. Inter venditorem quoque, & emptorem *e* conjungi tempora *f*, Divi Severus, & Antoninus reſcripſerunt. Quod noſtra conſtitutio *g* ſimiliter & in uſucapionibus *h* obſervari conſtituit, ut tempora continuentur *i*.

1. *Quartum uſucapionis requiſitum.*
2. *Heres ejuſdem cum defuncto juris.*
3. *In re hereditaria defuncti, non heredis perſonam conſiderari.*
4. *Ius haredis plenius, quàm emptoris, aut ſucceſſoris ſingularis.*
5. *In uſucapione aquè, atque in præſcriptione temporis continuationem ſpectari.*

1 Dictum eſt de tribus cauſis, quæ ad uſucapionem requiruntur: † quarta porrò cauſa, & præcipua eſt, continuatio poſſeſſionis, *l. 3. l. nunquam. 31. §. 1. l. poſſeſſio. 20. eod. l. 2. C. De præſcrip. long. temp. l. nemo, 10. C. De acqu. poſ.* Quare de continuatione poſſeſſionis in ſucceſſorem, & conjunctione temporum aliquid aſpergit.

2 *a* Haeredi. Qui † perſonam defuncti repræſentat, in Auth. *De jurejur. à mor. præſt.* & ejuſdem cum defuncto eſt juris, *l. heredem. 60. De reg. jur.*

b Continuatur. *L. cum heres. 11. l. de acceſſionibus, 14. De diver. & temp. præſcrip. l. heres. 22. l. heres. 43. eod.* una cum vacuo tempore hæreditatis jacentis, *l. nunquam. 31. §. pen. eod.*

3 *c* Alienum Esse. In † re enim hæreditaria perſona & jus defuncti, in quod hæres ſuccedit, non ipſius hæredis conſideratur, *d. l. heredem.*

d Non Prodest. Vitia enim poſſeſſionum à majoribus contracta perdurant, & ſucceſſorem auctoris ſui culpa comitatur, ut dicitur *in l. vitia. 11. C. De acq. poſſeſſ.* quod accipiendum tàm de vitiis realibus, vel quaſi, quàm perſonalibus. Angel. in §. *furtivæ. hoc tit.* ac etiamſi hæres non utatur acceſſione temporis defuncti, ſed ex ſua poſſeſſione ſola præſcribere velit, *l. cum heres. 11.* Bart. & Doc. *De diver. & temp. præſcr.* Et hanc communem eſſe Panor. & aliorum, *in c. ſi diligenti. 17. De præſcr.* confirmat Bart. *tract. præſcr. 2. parte 3. partis prin. quæſt. 3. num. 2. quæſt. 12. num. 11. 12. 13.* Alex. *conſil. 63. Stantib. volum. 4. num 10. & 11.* Secus eſt in emptore, *l. 4. C. De rei vind.* niſi in *Nov. 118.* unde Auth. *Malæ. C. De long. temp. præſcript* item aliis, qui non jure hæreditario, ſed titulu ſingulari aut inveſtituræ, officii ſuccedunt. Io hos enim noo tranſeunt auctoris vitia, nec impediunt uſucapionem, dummodo ipſi vitio, puta mala fide careant, *c. cura. 11.* ubi Gloſſ. & Doct. *De jur. patron.* Panorm. *num. 9.* & Doct. *c. de quarta. 4. De præſcript.* Alexand. *num. 6.* Iaſon *num. 28. l. Pomponius 13. §. cum quis. 1. De acqu. poſſeſ.* quæ tamen oſtendit emptorem non poſſe uti acceſſione temporis vitioſa auctoris. Bald. *2. parte 3. partis princip. quæſt. 12. De præſcript. & 4. parte. 4. partis, quæſt. 3. num. 5.*

e Emptorem. † Plenius eſt jus hæredis, 4
quàm emptoris, *l. 2. §. pen. pro empt. l. Pomponius. 13. §. quæſitum. 3. De acqu. poſſeſ.* vel alterius ſucceſſoris ſingularis (nam idem eſt in ſimilibus titulis, *l. id tempus 14. § 1. eod.*) non enim repræſentat venditoris perſonam, nec in jus ejus eo modo ſuccedit, quo hæres defuncto, *l. ſi ædes. 32. §. 1. De ſer. urb. præd.* quare olim tempora hoc caſu non conjungebantur: *l. id tempus. 14.* ubi vide de tota hac re Cujac. *eod.* quomodo neque nunc vitia, ut antè dictum eſt, Auth. *Malæ fidei. C. De præſcript. lon. temp* quæ obſtare videtur. Duodecim modis hic limitat Ang. & eſt omnino ſingularis, Cujac. *d. Nov. 118.* Magis tamen de præſcriptione actionis accipienda eſt, quàm de præſcriptione, ſeu uſucapione rerum, de qua hìc agimus: nam hæc currit contra ignorantem: *l. ult. C. De præſcrip. long. temp.* quod in d. Authent Malæ. & *Nov. 118.* ſecus eſt.

f Tempora. In præſcriptione duntaxat longi temporis, *l. 5. 6.* & paſſim *tot. tit. De diverſ. & temp. præſcript. l. id tempus 14. De uſucap.*

g Constitutio. *L. unic. C. De uſucap. transfor.*

h Usucapionibus. † Nam antea tantùm 5
in præſcriptionibus longi temporis conjungebantur, non in uſucapione, ut oſtendit *d. l. unic.* Conſtan *lib. 2. tit. 4.* Quare quod idem traditur *in l. 2. § ult. pro empt.* Triboniani eſt, non Pauli. Cujac. in *d. l. id tempus.*

i Continuentur. Non tamen continuatur bona fides defuncti in hæredem, *d. l. 2. § pen.* ſed neceſſe eſt nedum hunc, verùm ſingularem etiam ſucceſſorem bona fide accipere, *l. 2. § ſi eam 12. pro empto. l. Pomponius 13. §. 1. De acqu. poſ.* Cujac. in *d. l. id tempus.*

§. 9. Edicto Divi.

EDicto Divi Marci cavetur, eum, qui à fiſco rem alienam emit, ſi poſt venditionem quinquennium præterierit, poſſe dominum rei exceptione *a* repellere *b*. Conſtitutio *c* autem divæ memoriæ Zenonis benè proſpexit iis, qui à fiſco per venditionem, aut donationem, vel alium titulum aliquid accipiunt: ut ipſi quidem ſecuri ſtatim fiant *d*, & victores exiſtant, ſive experiantur *e*, ſive conveniantur *f*. Adverſus autem ſacratiſſimum ærarium uſque ad quadriennium liceat iis intendere, qui pro dominio, vel hypotheca earum rerum, quæ alienatæ ſunt, putaverint ſibi quaſdam competere actiones. Noſtra autem divina conſtitutio *g*, quam nuper promulgavimus, etiam de iis, qui à noſtra *h*, vel venerabilis Auguſtæ domo aliquid acceperint, hæc ſtatuit, quæ in fiſcalibus alienationibus præfatæ Zenonianæ conſtitutionis continentur.

1. *Aliud patrimonium Cæſaris privatum, aliud publicum fiſci, & imperii.*

DE uſucapione ſingulari rerum à fiſco emptarum.

a Exceptione. Præſcriptionis.

b Repellere. *L. ultim. C. ſi ad. fiſc.*

c Constitutio. *l. 2. C. De quadr. præſcript.*

d Securi Statim Fiant. Domini fiant, peræquè atque ſi à vero domino emiſſent. *§. per traditionem*. ſupr. *De rer. divſ.* idque favore fiſci, quò paratiores reperiat in ſubhaſtationibus emptores.

e Experiantur. Rem vindicando amiſſam, ex quo apparet, ſtatim fieri dominos, *l. in rem. 23. De rei vind.*

f Conveniantur. Rem defendendo, poſſeſſam excipiendo.

g Constitutio. *L. ult. C. De quadr. præſcript.*

h Nostra Domo. † Hinc liquet, aliud eſ- 1
ſe patrimonium Cæſaris privatum, aliud publicum fiſci, & imperii: licet contradicat Cujac. in *l. quamvis. 18. eod.*

DE DONATIONIBVS,

Titulus Septimus.

1. *Cur hoc loco de Donationibus Imperator tractet: & qualis modus acquirendi, num. 3.*

2. *Methodica Tituli, & ſummaria explicatio.*

1 CVr hoc loco † de donatione tractat? An quòd ſit modus acquirendi jure gentium dominii? *l. 3. De obliga.* Non opinor: eſt enim cauſa remota acquirendi, ut emptio, *§. per traditionem.* verb. *ex cauſa donationis.* ſup. *De rer. divſ.* non proxima, quæ eſt traditio, de qua ſuprà inter modos juriſgentium dictum eſt. Hic autem non de his, ſed de modis quærendi civilibus agere Juſtinianus indicat *§. ult.* ſup. *De uſu & hab.* Quare conſentaneum eſt, de donatione hìc agi, ut modo civili, quo etiam abſque traditione non ſolùm inter conjunctas perſonas jure veteri, *lib. 4. C. Theodoſ. De donat.* ſed hodie etiam in quibuſdam ſpeciebus indiſtinctè dominium tranſit: idque ipſa hoc in Titulo rerum ſeries utcunque oſtendit. Primò † enim 2
agitur de donatione cauſa mortis, velut acquiſitione civili: cùm alioqui in genere tractaturo

de

de donationibus, donationes inter vivos primo loco, velut genus, eſſent expromendæ., ut in *ff.* & *C.* factum eſt. Donatio autem cauſa mortis, quia comparatur legatis, *l. ult. C. De don. cauſ. mor.* ideò abſque traditione dominium civile à morte donantis transfert in donatarium, velut legatarium, *l.* 1. & 2. *C. commu. De legat.* Gloſ. *ult. l. ſi partem.* 10. verb. *ceperat. quemadmod. ſervit. amitt.* Negat id Cont. *lib.* 1. *Diſput. cap.* 12. quia nulla lex juſſit ex hac donatione dominium tranſire, ut in legatis. At mihi ſatis id probat *l.* 1. 2. *De Publicr. in rem act.* & regula Pauli I. C. Quodcunque in legatis juris eſt, id in mortis cauſa de donationibus erit accipiendum, *l. illud.* 37. *De donat. cauſ. mort.* item *l. ult. C. De donat. cauſ. mort.* in verb. *omnes effectus ſortiatur, quæ ultimæ, &c.* qui enim omne dicit, nihil excludit, *l. Julianus.* 68. *De leg.* 3. Quòd verò pœnitentia revocari poſſit, id nihil impedit, quin interea dominium quamvis revocabiliter tranſeat: ut *l. in rebus.* 30. *C. De jur. dot. l.* 2. *C. De pact. int. empt. l.* 2. *De in diem addict.* cum ſimil. Sed ad rem. Deinde cum hac ſpecie, poſtquam in §. 2. donationes inter vivos contulit (habet enim multa communia; & ſpecies collatæ ſe mutuò illuſtrant) redit in §. 3. ad aliam donationis ſpeciem civilem, qua civiliter quoque abſque traditione dominium tranſit; videlicet donationem propter nuptias, ſeu ſponſalitiam largitatem: & ultimò denique tertium quoque per jus accreſcendi civilem ex cauſa lucrativa acquiſitionis modum ſubjicit, his verbis incipiens: *Erat olim & alius modus civilis acquiſitionis, &c.* Ex quibus, † quantum arbitror, li- 3
quidò, non obſcurè intelligitur, donationes hìc inter acquiſitiones civiles eſſe relatas. Poteſt tamen & illud dici, donationem modum eſſe miſtum acquirendi, partim ex jure gentium, videlicet per traditionem: partim ex jure civili, abſque traditione, ut jam eſt expoſitum: eòque poſt ſimplices modos, ultimo loco (id quod non eſt infrequens) de miſto genere tractari. Doctiſs. Contius ibidem velle videtur (niſi fallor, cui locus obſcurus apparet) donationem inter vivos ea re civilem eſſe acquiſitionem, quod non ex pacto de donando, ſed ex verbali donatione, puta rei abſentis jus quæratur, quamvis dominium apud donatorem remaneat. Atqui non de acquiſitione juris, quod ex omnibus quæritur ſimiliter contractibus; ſed de acquiſitione dominii tractatur: quam & hìc, & ſup. in §. *per traditionem. De rer. diviſ.* eandem ſtatuit Juſtinianus in ejuſmodi donatione, cujuſmodi eſt in venditione.

Titulum in tres partes ſegrego.

1. De donatione mortis cauſa §. 1.
2. De donatione inter vivos agitur § 2. 3.
3. Alium modum Civilem acquirendi per jus accreſcendi continet. §. 4.

§. 1. Eſt & aliud.

Eſt & aliud genus acquiſitionis *a* donatio. Donationum autem duo ſunt genera *b*: mortis cauſa, & non mortis cauſa. Mortis cauſa donatio eſt, quæ propter mortis fit ſuſpicionem: cùm quis ita donat, ut, ſi quid humanitus ei contigiſſet *c*, haberet is, qui accepit. Sin autem ſupervixiſſet is, qui donavit, reciperet: vel ſi eum donationis pœnituiſſet *d*, aut prior deceſſerit is, cui donatum ſit *e*. Hæ mortis cauſa donationes ad exemplum legatorum *f* redactæ ſunt per omnia *g*. Nam cum prudentibus ambiguum fuerat *h*, utrum donationis, an legati inſtar eam obtinere oporteret, & utriuſque cauſæ quædam habebat inſignia *l*, & alii ad aliud genus eam retrahebant: à nobis conſtitutum eſt k, ut per omnia ferè *l* legatis connumeretur *m*, & ſic procedat, quemadmodum noſtra conſtitutio eam formavit *n*. Et in ſumma, mortis cauſa donatio eſt, cùm magis ſe quis velit habere, quàm eum, cui donat: magiſque eum, cui donat, quàm hæredem ſuum *o*. Sic & apud Homerum *p* Telemachus donat Piræo.

Πειραί',

Digitized by Google

Πείραι, ὀ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσαι τάδ' ἔργα,
Εἴκεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγλώορες ἐν μεγάροισι
Λάθρῃ κτείναντες πατρῷα πάντα δάσονται,
Αὐτὸς ἔχοντά σε βόλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶνδε
Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων.

Hos verſus ſic vertere licebit.

Cum Pirge homines lateant ſecreta futuri,
Si me fortè proci ſceleratis ad Styga mittant
Inſidiis, patriaſque velint ercíſcere prædas:
Hæc ego præ reliquis multo tibi cedere malim:
Sin ego eos juſtis proſternam cladibus ultor,
Hæc mihi tu gaudens media inter gaudia reddas.

1. *Donatis utrum modus jurisgentium acquirendi, an civilis & num. 11.*
2. *Donationum genera dus, ſed plures ſpecies.*
3. *Donationem inter vivos excludere pœnitentiam, ſecus in donatione cauſa mortis: & ratis, & num. 10.*
4. *Tres modi revocandi donationem cauſa mortis, & in textu.*
5. *Vt ex legatis, ita ex donatione cauſa mortis civiliter dominium acquiri, & num. 6. & donationem cauſa mortis, legatis aquiparari, numer. 7.*
8. *In donatione cauſa mortis quinque teſtes requiri.*
9. *Inter donationem cauſa mortis, & legati definitionem quid interſit.*

1 *a* ACQOISITIONIS. † Partim ex jure gentium, partim ex jure civili. Verba tamen hæc ipſa indicant, cum de acquiſitione civili hìc agere: alioqui non eſſet aliud hoc acquiſitionis genus de traditione, do qua ſupra eſt actum: quæ ex cauſa donationis peræquè jure gentium dominium transfert, atque ex emptione, permutatione, &c. §. *per traditionem.* 33. verb. ex *cauſa donationis.* ſupr. *De rer. diviſ.* Eſt igitur aliud acquiſitionis genus ab uſucapione civili, de quo acquirendi modo jam dictum eſt: & traditione naturali, de qua paulò antè, ſejunctum,

2 *b* DOO SONT GENERA. † Nam utrinſque plures ſunt ſpecies: inter vivos donationis, ſimplex, conditionalis, ob cauſam, ſub modo, &c. *l.* 1. *eod. tot. tit. C. De donat. quæ ſub mod.* Cauſa mortis donationis tres ſpecies recenſet Ulpian. *l.* 2. *De don. cauſ. mor.*

c CONTIOISSET. Si mortuus eſſet, ob periculum mortis. Paul. *lib. Sent.* 3. *tit.* 5. *l. Publia.* 26. *depoſ.* vide de hac ſpecie *l.* 1. 2. 3. 4. 5. *& tot. tit. De donat. cauſ. mort.* habet enim hanc in ſe conditionem, velut cauſam finalem: qua ceſſante, ceſſat diſpoſitio, *c. cum ceſſante.* 60. *De appellat.*

3 *d* POENITUISSET. † Etſi donatio inter vivos excludit pœnitentiam, *l.* 2. *hoc tit. l.* 3. 5. 6. *C. De rev. don.* non tamen donatio cauſa mortis. *l. ſenatus.* 35. §. *mortis.* 2. *l. qui mortis.* 30. *l. ſi alienam.* 13. iunct. *l. mortis cauſa.* 16. *ff. De mortis cauſa don.* §. 1. *De don. cauſ. mort.* eſt enim quædam ultima voluntas, *l. ultim. C. De donat. cauſ. mort.* quæ eſt revocabilis, *l.* 4. *De adimen. lega.* denique ex morte tantùm convaleſcit hæc donatio, velut ſub hac conditione facta: ut ante mortem ceu imperfecta, & quæ nullas vires habeat, jure revocetur: qui enim ita donat, ſe mavult habere quàm donatarium, ut in fin. hujus §. dicitur. Paul. *lib. Sent.* 3. *tit.* 7.

e CUI DONATOM SIT. Exemplo legatarii,
4 *l. unic.* §. *& cum triplici. C. De cadu. toll.* & hinc † nota tres modos, quibus donatio cauſa mortis revocatur.

f LEOATORUM. *L. illud.* 37. *De donat. cauſ. mort. l. ultim. C. eod. tit.* & hæc ratio eſt, cur pœnitentia, & morte donatarii extinguantur. Ac, quia † 5
ad exemplum redactæ ſunt legatorum, ideo ut ex legatis, ita & ex his civiliter dominium acquiritur, *l.* 1. 2. *C. com. De legat. l. à Titio.* 64. *De furt.* junct. *l. ultim. C. De donat. cauſ. mort.* quæ cùm per omnia hanc donationem vim ultimæ voluntatis habere voluit, certè vult & ex illa civile dominium tranſire, perinde ac ex alia ultima voluntate, quod tacitè indicatur, exprimi debebat.

g PER OMNIA. † Quod quidem ad formam, 6
& effectum, hancque acquiſitionis materiam attinet. Verba enim ſecundum ſubjectam materiam ſunt accipienda. Ita hanc univerſalem limitat adiecta particula *Ferè*. Cùm autem legatum ſit acquiſitio civilis, velut pars teſtamenti, ſequitur hanc donationem, quæ illi comparatur, eodem jure, ſaltem iſto civilis dominii reſpectu, cenſeri:

h AMBIOOUM FOERAT. *L. Marcellus.* 15. *De donat. cauſ. mor.*

i INSIONIA. Reſpectu pactionis, & traditionis, contractus videbatur: reſpectu conditionis, & eventus, ultima voluntas.

k CONSTITOTUM EST. *L. ultim. C. De donat. cauſ. mor.*

l FERE. Particula moderans univerſalem.

m CONNUMERETUR. Reſpectu † effectus, 7
ut hìc: & formæ, *l. ultim. C. De donat. cauſ. mort. l. ultim. C. De codicill.* quæ in jure potiſſimùm conſideraotur. Quod ita Doctores definiunt, ut, quando in eſſe producitur hæc donatio, ſit contractus: quando io eſſe producta eſt, ſit ultima voluntas. Bart. & Doct. in *l. donatio.* 25. *C. eod.* Schurff. *conſil.* 6. *cent.* 1. cum ibi alleg.

n FORMAVIT. Adhibitis quinque † teſtibus 8
d. l. ult. qui in omni ultima voluntate ſunt neceſſarii, *l. ult. C. De cod.* itaque ſi deſint, non poterit hæc donatio valere jure ultimæ voluntatis, ſed tantùm contractus, ut inſinuatione opus habeat, &c. *d. l. donatio.* 25. *C. eod.* Ex quo apparet etiam reſpectu formæ, ultimæ voluntati hodie, conformem eſſe hanc donationem: nam in contractibus tantùm duo, treſve teſtes requiruntur, *l. ubi numerus.* 12. *De teſtibus. l. comparationes.* 20. *C. De fid. inſt.* in Authent. *De inſtru. caut. & fide &c.*

o HAEREDEM SUUM. † Hæc definitio etiam 9

P legato

legato congruit, in priocip. infr. *De legat.* niſi quòd in eo non ſit præſens traditio per modum contractus, ut in donatione. Facit igitur ſpecificam hìc differentiam verbum *Donat*, & infr.
10 *De legat.* verb. *à defuncto*. Atque † hinc patet, cur permiſſa hìc ſit pœnitentia. Nam quia donator ſe habere mavult, quàm donatarium, ſi ſit ſuperſtes, ideo quandiu ſuperſtes eſt, nihil juris quæritur donatario, & licitè ſuo jure donator utitur. Paul. *lib.* 3. *tit.* 6. & 7.

p Homerum. *Odyſſ. ρ.* ex quo † patet factum 11
ipſum contrahendi, donandique juris eſſe gentium, licèt forma, & effectus ſit civilis, velut in legato: quod pars eſt teſtamenti, eòque juris civilis, inf. *De leg. & de fideicom. her.* quamvis originem ex jure gentium habeat. Theop. ſup. *De jur. nat.*

§. 2. Aliæ autem.

Aliæ autem donationes ſunt, quæ ſine ulla mortis cogitatione fiunt, quas & inter vivos appellamus: quæ omninò non comparantur legatis *a*: quæ ſi fuerint perfectæ, temerè *b* revocari non poſſunt *c*. Perficiuntur autem, cùm donator ſuam voluntatem ſcriptis *d*, aut ſine ſcriptis *e* manifeſtaverit *f*. Et ad exemplum venditionis *g* noſtra conſtitutio *h* eas etiam in ſe habere neceſſitatem traditionis *i* voluit: ut, etiam ſi non tradantur, habeant pleniſſimum, & perfectum robur, & traditionis neceſſitas k incumbat donatori. Et cùm retrò principum diſpoſitiones *l* inſinuari eas actis intervenientibus volebant, ſi majores fuerant ducentorum ſolidorum *m*: conſtitutio noſtra *n* eam quantitatem uſque ad quingentos ſolidos ampliavit *o*, quam ſtare etiam ſine inſinuatione *p* ſtatuit. Sed & quaſdam donationes invenit, quæ penitùs inſinuationem fieri minimè deſiderant, ſed in ſe pleniſſimam habent firmitatem *q*. Alia inſuper multa ad uberiorem exitum donationum invenimus: quæ omnia ex noſtris conſtitutionibus *r*, quas ſuper his expoſuimus, colligenda ſunt. Sciendum tamen eſt, quòd, etſi pleniſſimæ ſint donationes: ſi tamen ingrati exiſtant homines, in quos beneficium collatum eſt *ſ*, donatoribus *t* per noſtram conſtitutionem, licentiam præſtitimus certis ex cauſis *u* eas revocare: ne illi qui ſuas res in alios contulerint, ab his quandam patiantur injuriam *x*, vel jacturam *y*, ſecundum enumeratos in conſtitutione noſtra modos *z*.

1. *Donationem inter vivos non comparari legatis.*
2. *Donationem inter vivos ex juſtis cauſis poſſe revocari.*
3. *Invito non donari.*
4. *Inſinuare quid: & cur inſinuatio in donationibus requiratur: & quæ donationes inſinuatione non opus habeant, num. 5.*
6. *Donationes, feuda, ex quibus cauſis revocentur: & an ab heredibus.*

De donatione inter vivos, quæ cum ſuperiore confertur.

1 *a* Legatis. Neque † natura, & propriis, neque forma, & effectu.

2 *b* Temere. Nam † ex juſtis, & certis cauſis revocari poſſunt, *l.* 1. 7. 8. 9. 10. *C. De revoc. donat.* ideo particula *Temerè*, hìc rectè eſt addita: & idem in fine hujus §. diſertiùs declaratur.

c Non Possunt. *D. l. ſenatus. l.* 3. & *tot. tit. C. De revocat. donat.* ex quo licet intelligere, quantùm ab ultima voluntate diſtent.

d Scriptis. Quæ aut loco ſunt probationis, *l.* 4. *De pignor.* aut ſolemnitatem implent, & pertinent ad ſubſtantiam actus: vel ex hominum conventione, in princ. *Inſtitut. De empt. l. contractus.* 17. *C. De fid. inſt.* vel ex legis diſpoſitione, *c.* 1. vbi Gloſſ. *De cenſibus. lib.* 6. vt in iis, quæ inſinuatione opus habent, *l. donatio.* 25. *C. eo. c. quoniam.* 11. *ext. De probat.*

e Sine Scriptis. Solo igitur conſenſo hodie conſtat, olim verò traditione, *l.* 3. *De obligat.*

f Manifestaverit. † Et eandem donatarius acceptarit: invito enim non donatur, *d. l. hoc jure.* 19. §. 2. *eo. l. invito.* 69. *De reg. jur.* verùm, cùm de commodo hujus agatur, conſentire præſumitur, 3

Digitized by Google

mitur, *l. tale pactum.* 40. *De pact.* vbi Iaſ. & DD.

g AD EXEMPLUM VENDITIONIS. Nota argumentum *l.* 3. *C. De contrah. empt.* quo utitur imperator *l. illam.* 33. *C. De donat.*

h CONSTITUTIO. *L. ſiquis.* 35. §. *ultim. C. eo.*

i TRADITIONIS. Non etiam indiſtinctè dationis, *l. Ariſto.* 18. §. *ultim.* vbi DD. *eo. l.* 2. *C. De evict.*

k NECESSITAS. Adquam condictione ex lege poterit compelli, *d. l. ſi quis.* 35.

l DISPOSITIONES. *L. in hac* 30. cum ll. ſequen. *C. eo.*

m DUCENTORUM SOLIDORUM. Aureorum §. *ultim.* inſ. *De pœn. tem. litigant.* junct. *l. pen. & ult. De in jus voc.* ex lege Cintia, de qua Cujac. *Obſer. lib.* 6. *cap.* 18.

n CONSTITUTIO. *L. pen. C. eo.*

o AMPLIAVIT. Id quod anteà tantùm in piis cauſis obtinebat, *l. ſancimus.* 34. *C. eo.*

4 *p* INSINUATIONE. † Inſinuare forenſe verbum eſt, ac ſignificat, ad judicem, & acta referre, *l. repetita.* 40. *C. De Epiſc. & Cler.* ac petere, ut judex, teſtis, & auctor ſit actus, eundemque in publica monumenta referat. Cùm autem donatione dilapidentur bona, *l. filiusfamil.* 7. *hoc tit. De donat, l. cum de indebito.* 25. in fin. *De probat.* & interſit, neminem re ſua abuti, §. 2. *De his, qui ſunt ſui juris*: rectè proviſum eſt, ne tàm vaſtæ donationes abſque judicis notione, approbationeq; conficiantur, & ut in acta publica redigantur: neu facilè falſitas confictis impenſis ita donationibus committi poſſit. *l. ultim. C. De fideicommiſſ.* Cauſæ tamen cognitione non eſſe opus volunt Gloſſ. & DD. hìc, & in *l. pen. C. eo.* ne ſcilicet libertas diſponendi de re propria, minuatur, *l. in re.* 21. *C. mand.* ſup. *d. l. Fuſ. Canin.* Loco autem inſinuationis eſt, ſi contrahatur coram judice, cùm ibi res transferatur. Gloſſ. *lib.* 1. *art.* 34. Item ſi juramentum ſit additum, Clarus §. *donatio. quæſt.* 18. *num.* 1.

q FIRMITATEM. † Ut quæ fiunt ad pias cauſas, &c. *l. illam.* 33. cum ll. ſequen. *C. eo.* item in feudalibus. Bald. in *c. pervenit.* 3. *num.* 4. *De jurejur.* Tiraquell. in *l. ſi unquam.* 8. verb. *donatione. num.* 275. *C. De revoc. donat.* & donationibus ob cauſam. Tiraquell. ibid. De quo vide §. 2. in Auth. *Ut frat. fil.* Illud etiam addendum, donationes reliquas, quæ inſinuatæ non ſunt, valere tamen uſque ad 500. aureos, & ob illius defectum tantummodò in eo, quod excedit, vitiari, *l. penul.* in fin. *C. eod.* 5

r CONSTITUTIONIBUS. *L.* 33. 34. 35. 36. 37. *C. eod.*

s COLLATUM EST. Qui accipiendo ſe ad *ἀντίδωρα*, & gratitudinem obligarunt, *l. ſed etſi.* 25. §. *conſuluit.* 8. *De pet. hære.*

t DONATORIBUS. Non † horum hæredibus, 6 *l. ultim. C. De revoc. donat.* quia actio hæc ad vindicandam injuriam datur, quod genus diſſimulatione aboletur, §. *ult.* infr. *De injur.* nec tranſit in hæredem. inſ. *De perp. & temp. act.*

u CERTIS EX CAUSIS. Quæ numero quinque exprimuntur, in *d. l. ult.*

x INJURIAM. Reſpectu perſonæ, & exiſtimationis.

y JACTURAM. In bonis.

z MODOS. Ex quibus etiam feuda hodie amittuntur, *c.* 1. in princ. & §. *prædictis. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amit.* quæ & ipſa ſunt quædam beneficia, ſeu donationes, *c.* 1. in fin. *in quib. cauſ. benef. amitt.*

§. 3. Eſt & aliud genus.

Eſt & aliud genus inter vivos donationis, quod veteribus penitùs erat incognitum *a*. Poſtea autem à junioribus divis Principibus introductum eſt, quod Ante nuptias *b* vocabatur: & tacitam in ſe conditionem habebat *c*, ut tùm ratum eſſet, cùm matrimonium eſſet inſecutum. Ideòque Ante nuptias appellabatur, quòd ante matrimonium *d* efficiebatur, & nunquam poſt nuptias celebratas talis donatio procedebat *e*: ſed primus quidem divus Iuſtinus *f*, pater noſter *g*, cùm augeri dotes *h* & poſt nuptias fuerat permiſſum *i*: ſi quid tale eveniret *k*, etiam ante nuptias donationem *l* augeri *m* conſtante matrimonio, ſua conſtitutione permiſit. Sed tamen nomen inconveniens remanebat, cùm Ante nuptias quidem vocabatur, poſt nuptias autem tale accipiebat incrementum. Sed nos pleniſſimo fini tradere ſanctiones cupientes, & conſequentia nomina rebus eſſe ſtudentes *n*, conſtituimus, ut tales donationes *o* non augeantur tantùm, ſed etiam conſtante matrimonio initium accipiant *p*; & non Ante nuptias, ſed Propter nuptias *q* vocentur: & dotibus in hoc exæquentur, ut, quemadmodum dotes conſtante matrimonio non ſolùm augentur, ſed etiam fiunt: ita & iſtæ donationes, quæ propter nuptias introductæ ſunt, non ſolùm antecedant matrimonium, ſed eo etiam contracto & augeantur, & conſtituantur *r*.

Digitized by Google

1. *Sponſalitia largitas modus acquirendi dominii civilis, & cur veteribus hic dicatur incognita, num. 2.*
3. *Donatio inter conjuges poſt nuptias non valet: & quando ejuſmodi donatio confirmetur, num. 4.*
5. *Iuſtinus adoptivus Iuſtiniani pater.*
6. *De quibus donationibus Imperator hic tractet, & num. 7. & quomodo donationes, ante, vel propter nuptias, à donationibus cauſa dotis differant, num. 8. & 9.*
10. *Donatio propter nuptias aliàs genericè, aliàs ſpecificè accipitur.*

DE alia ſpecie donationis civilis, nempe ſponſalitia largitate: quæ
1 † & ipſa eſt civilis acquirendi dominii modus: de qua Cujac, *Obſer. lib. 5. cap. 4.*
2 *a* INCOONITUM. † Etſi enim conjugio needum contracto, donatio ante nuptias, item ob ouptias facta, veteribus oon fuerit incognita: *l. 4. De pact. l. s. 2. l. ſi mater. 12. l. 55. & 16. C. De donat. prop. nup.* illa tamen, de qua hic agitur, quæ ſcilicet tacitam haberet conditionem, veteribus fuit ignota, propterea quòd puræ apud eos eſſent hæ donationes, *l. 2. C. Theod. lib. 3. tit. 5.* Videbatur enim abſurdom, eam confirmari nuptiis, cùm hoc tempore non conſiſtat, nec fieri poſſit inter conjuges donatio. *tot. tit. De donat. int. vir. & ux.*
3 *b* ANTE NUPTIAS. † Quia poſt nuptias donatio inter conjuges ejuſmodi non cooſtabat, *tot. titul. ff. & C. De donat. int. vir.* Hoc eſt correlativum dotis ratione filiorum, quibus dat pater ante nuptias donationem, ſicut filiæ dotem *l. final. C. commu. utr. judic.*

c HABEBAT. Hoc conſtitutionibus fuit inductum: nam apud veteres pura hæc erat donatio,
4 *l. 2. tit. 5. C. Theod. lib. 3.* Neque † ounc intelligitur donatio confirmari tempore nuptiarum, quo ampliùs donationes fieri nequeunt: imò quia tacitam habet donatio conditionem: ideò exiſtente conditione, non hujus tempus, ſed contractus inſpicitur, ad quem conditio retrò trahitur: ut non poſt, ſed ante nuptias intelligatur facta, *l. neceſſario. 8. De peric. & com. rei vend.* Hodie diſtinctiooibus hæc res defioita eſt, *l. cum veterum. 15.* cum l. ſequent. *C. De donat. ante nupt.* Hic tameo non de toto hoc genere agitur, ut hæc verba præſerre videntur; verùm de illa tantùm, quæ non reſpectu ouptiarum fit principaliter, ſed io ſecuritatem dotis, ob nuptias datæ: id quod ſequeotia oſtendunt.

d ANTE MATRIMONIOM. Ante matrimonium tantummodò, non illo contracto poterat celebrari, ut paulò antè poſui.

e PROCEDEBAT. Prohibita utique inter conjuges donatiooe, *tot. tit. ff. & C. De donat. int. vir. & ux.*

f JUSTINUS. *L. ſi conſtante. 19. C. De donat. ante nupt.*

5 *g* PATER NOSTER. † Adoptivus Juſtiniani pater.
6 *h* AUGERET DOTES. Hinc † apparet, eum à theſi ſe convertere ad hypotheſin, & velle hìc tractare, non de omnibus donationibus, quæ fiunt propter nuptias, de quibus initio dixit; ſed tantùm de eâ ſpecie, quæ doti opponitur, & hujus potiſſimùm fit cauſa. Hæc eoim propria eſt hujus loci, quia civile dominium abſque traditione transfert; eòque modus acquiſitionis eſt civilis.

i PERMISSUM. Quum & conſtitui poſt ouptias jure etiam veteri poſſent, ut paulò pòſt ſequitur: & probat *l. s. l. quæris 28. De pact. dotal. l. 5.* cum ſequenti. *ſolut. matrim.* Paul. *lib. 3. titul. 21.*

k EVENIRET. Ut poſt nuptias dos augeretur.

l DONATIONEM. Quæ ſcilicet reſpectu dotis facta eſſet: ea autem multùm diſtat à reliquis donationibus, nuptiarum tantùm gratia factis.

m AUGERI. Ad ſervandam utriuſque correlativi æqualitatem, *l. ex morte. 9.* eum Authen. ſequen. *C. De pact. conve.*

n STUDENTES. Conveniunt rebus nomina jure ſuis, *l. 5. C. De defenſor. civitat.* cui nomen adimitur in jure, etiam res, & effectus oominis detrahitur, *l. 4. C. De ſer.*

o DONATIONES. Quæ fiunt ob dotem: de † 7
his euim agi, ſeries rerum, & verba oſteoduot: eæ autem à reliquis ante, vel propter nuptias donationibus apertiùs, ac clariùs diſtingui potuiſſent. Multùm † enim à cæteris diſtant: primùm 8
namque conſtante matrimonio, ut hìc dicitur, fieri poſſunt, *c. ult. De donatio. int. vir. & ux.* quod non eſt in reliquis donationibus ante, vel propter nuptias: quæ inter conjuges ſunt prohibitæ, *tot. tit. De donat. int. vir. & uxo.* Deinde hujus ſponſalitiæ largitatis nec fructus habet mulier matrimonio conſtante, cujus oneribus cedunt: io Auth. *De ſponſ. larg.* Bald. in Auth. *Sive. num. 1. C. ad Velleja.* & eo ſoluto reddere res ita dooatas cogitur, ſcilicet, poſtquàm de dote eſt ſatisfactum, d. Novel. *De ſpon. larg.* ac planè quale dominiom, & jus civile habet in dote maritus, *l. in rebus. 30. C. De jur. do.* tale mulier in rebus hiſce obtinet, quæ nomine dotis, ut ea ſit cautior, ſubjici potiùs hypothecæ videotur, quàm verè alienari, *l. ult. C. De don. ante nup. l. ubi adhuc. 29. C. De jur. dot.* in Auth. *De æqual. dot. & prop. nupt. donat.* quæ omnia longiſſimè abſunt à reliquis donationibus, ob, vel propter nuptias factis: eæ eoim, ſecutis nuptiis, velut impleta conditione, purificantur, *l. s. De dona.* & fructus ex his mulier lucratur, *l. fructus. 45. De uſur.* deoique ne ſoluto quidem matrimooio revocari poſſunt, *l. ſi mater. 52. C. De don. ante nup.* Unde non putantur hæ donationes amplius eſſe in uſu, Gloſſ. Fab. & DD. Auth. *Æqualitas. C. De pact. conven.* Coraſ. *l. filium. 24. num. 119. C. famil. erciſ.* ſicut nec jure Digeſtorum fuerunt: Caſtrenſ. *l. ut liberis. 57. C. De collat.* licet obligatio bonorum mariti tacita tùm etiam viguerit,

Caſtrenſ.

Digitized by Google

Caſtrenſ. *l. mulier.* 22. *§. cum proponeretur, ad Trebell.*

9 *p* Accipiant. † Non enim ſunt puræ donationes, nec fiunt irrevocabiliter, ſed in ſecuritatem dotis, ut modò dictum eſt: quare prohibitione donationis inter conjuges jure non comprehenduntur, ſicuti reliquæ propter nuptias donationes.

q Propter Nuptias. Rectiùs vocaſſet *propter dotem*, quomodo Græcis *ἀντιφέρνη* dicitur. Nomen enim generis commune aliis ſpeciebus non æquè rem declarat: ac ſanè ante conſummatum matrimonium, non etiam poſt, aliæ donationes propter nuptias, & his contractis, donatio mortis, vel ob aliam juſtam cauſam, item reciproca, & ſimiles inter conjuges fieri poſſunt: quæ omnes longè, latèque ab hac ſpecie diſtant. Sed † ut nomen generis aliàs genus, in aliàs ſpeciem pro diverſitate ſubjectæ materiæ deſignat, *l.* 1. 2. *De adopt.* ita & donationem propter nuptias intelligamus aliàs genericè ſumi, ut 2
in princ. hujus §. aliàs ſpecificè, ut hic.

r Constituantur. Atque hac quidem in ſpecie civili modo quæritur dominium abſque traditione. Nam, licet res ita donatæ non tradantur mulieri, ſed maneant in bonis, & fructu mariti, ut dictum eſt, Bald. in Auth. *Sive. num.* 1. *& 2. C. ad Vell.* Novell. 119. *ut ſponſal. larg. ſeu don. prop. nup.* Nov. 97. *De æqual. dot.* tamen mulier in his habet civile quoddam dominium abſque traditione. Bald. poſt Gloſſ. in d. Auth. *Sive à me. num.* 1. *& 2.* latè Everar. *conſil.* 217. *Præſuppoſito.*

§. 4. Erat olim & alius.

Erat olim & alius *a* modus civilis *b* acquiſitionis per jus accreſcendi, quod eſt tale: ſi communem ſervum habens aliquis cum Titio, ſolus libertatem ei impoſuerit vel vindicta *c*, vel teſtamento *d*: eo caſu pars ejus amittebatur, & ſocio accreſcebat *e*. Sed, cùm peſſimum fuerat exemplum, & libertate ſervum defraudari & ex ea, humanioribus quidem dominis damnum inferri, ſeverioribus *f* autem lucrum accreſcere: hoc quaſi invidia plenum, pio remedio per noſtram conſtitu- 1
tionem *g* mederi neceſſarium duximus: & invenimus viam, per quam & manumiſſor, & ſocius ejus, & qui libertatem accepit, noſtro beneficio fruantur, libertate cum effectu procedente (cujus favore *h* antiquos legum latores multa etiam contra communes regulas ſtatuiſſe manifeſtum eſt *i*:) & eo, qui eam libertatem impoſuit, ſuæ libertatis ſtabilitate gaudente: & ſocio indemni conſervato, pretiumque ſervi ſecundum partem dominii, quod nos definivimus, accipiente k.

1. *Actus prætoriæ ſolemnitatis ipſo jure operantur, & jus adimunt, etiamſi nihil transferant.*
2. *Privati actus nulli, nullum pariunt effectum.*
3. *In re communi melior prohibentis conditio.*

Alia ſpecies acquirendi civilis, ſimilis donationi, quia æquè ex cauſa lucrativa dominium abſque traditione confert: de qua Ulp. *tit.* 1. Paul. *lib.* 4. *tit.* 12. facilè ut vel hinc intelligi poſſit inter civiles acquiſitiones donationem referri. Talis eſt, ſi ſocius intra quatuor menſes non reddat partem impenſarum in refectionem factarum. *l. cum duobus.* 52. §. *idem. pro ſoc.* Jaſon *l. creditor.* 25. *num.* 7. *Si cert. peta.*

a Alius. Similis donationi, quia ex cauſa lucrativa dominium adjiciebat: reliquæ alienationum, & acquiſitionum civilium ſpecies hìc omittuntur, quòd in uſu eſſe deſiiſſent: juxta præceptum Compoſitoribus datum ſuprà in 1. *conſtit.* Sed de his vide Ulp. *tit.* 9. Cont. *lib. Diſputat.* 1. *cap.* 12. de aliis etiamnum receptis, Gloſſ. verb. *civitatis. l.* 1. *De acq. rer dom.* ubi DD. ut perhiberi poſſunt conſolidatio, §. *ult.* ſup. *De uſufruct.* jus accreſcendi, publicatio bonorum, arrogatio, acquiſitio jure patriæ poteſtatis, de qua inf. *per quas perſon. & C. De bon. quæ lib.* addictio &c. §. *ult.* infr. *per quas perſ.*

b Civilis. Ideo, quia jure accreſcendi citra traditionem jus dominii traducebat: ex quo liquidò, non obſcurè conſtare arbitror, de donatione, ut civili acquirendi dominii modo, hìc agi.

c Vindicta. † Actus enim prætoriæ ſolem- 1
nitatis ipſo jure operantur, & jus adimunt, etiamſi nihil transferant. §. *ult.* ſupr. *De uſufruct.*

d Testa-

d Testamento. Qui & ipſe actus publici juris eſt, *l.* 3. *De teſtam.* Nam reliquis modis manumittendi privatis nihil amittitur. Ulp. *titul.* 1. *De liber.* Paul. *lib.* 4 *tit.* 12. *De manumiſſ.* quippe
2 privati † actus nulli, nullum pariunt effectum, §. *ultim.* ſupr. *De uſufruct.* *l. non dubium.* 5. *C. De legib. cap.* 2. *de teſtibus*, Socin. *conſil.* 115. *num.* 5. *vol.* 4. Pariſ. *conſ.* 171. *num.* 1. *vol.* 4.

e Accreſcebat. Paul. *lib.* 3. *ſent. cap.* 6. Quia cùm nec liber fieret ſervus, & dominus jus ſuum amitteret, non poterat id nullius eſſe, ſed alteri ſocio accreſcebat: cui invito jus ſuum non
3 erat auferendum, quando in re † communi melior ſit prohibentis conditio, *l.* 4. *De ſer. ruſt. præd.* & nemo invitus jus ſuum alienare cogatur, *l. nec emere. C. De jur. delib.*

f Severatoriaus, Nota, ſeverum opponi humano.

g Constitutionem. *L. unic. C. De com. ſer. man.*

h Favora. Occurrit objectioni, quæ ex juris communis regulis ſumi poteſt, *d. l. nec emere*, *d. l.* 4.

i Manifestum Est. *L. generaliter.* 24. §. *ſi quis* 9. *De fideic. libert.*

k Pretsum. Similis ſpecies, unde hæc ducta videtur, in *l. domino.* 16. *De S. C. Syllania.*

QVIBVS ALIENARE LICET, VEL NON,

Titulus Octavus.

1. *Continuatio, & argumentum Tituli.*

1 HActenus † dictum eſt de modis ſpecialibus acquirendi, tam jure gentium, quàm civili inductis: quorum tractatio antequam concludatur, poſtremo loco nunc eorum omnium neceſſaria declaratio, per exceptionem, & ampliationem ſubjicitur. Ac quidem exceptio, ſeu limitatio hoc in tit proponitur. Nam quod ſuprà dictum eſt, dominia juris gentium, & civilibus modis, domini voluntate, atque factu transferri, à non dominis non transferri: hoc ita accipiendum, ac limitandum eſſe hic titulus oſtendit; niſi vel hi jus alienandi habeant, vel ille non habeat: id quod aliquando uſu venire, ſubjectione quorundam exemplorum declaratur. Ampliatio porrò ſequitur in tit. ſubſequente: in quo planum fit, his, de quibus dictum eſt, modis, non tantùm per nos, ſed etiam per alios nobis acquiri. Addi poterat & argumentum de rebus, quæ alienari nequeunt: ut Authent. *Res quæ, C. com. De lega.* neque novum eſt à perſonis ad res producere argumentum, *l. qui furere.* 20. *De ſta. hom.*

TItulum in 2. partes divido,
1. De eo, qui dominus eſt, & alienare non poteſt, ut in
   - Marito §. 1.
   - Pupillo
     - Mutuante §. 3.
     - Solutionem à Debitoribus recipiente §. 4.
2. De eo, qui dominus non eſt, & alienare poteſt, ut in
   - Creditore pignoris §. 2.

§. 1. Accidit aliquando.

ACcidit aliquando, ut, qui dominus ſit, alienare *a* non poſſit: & contrà, qui dominus non ſit, alienandæ rei poteſtatem habeat. Nam dotale *b* prædium *c* maritus *d*, invita muliere *e*, per legem Iuliam *f* prohibetur alienare *g*: quamvis ipſius ſit *h* dotis

cauſa

cauſa *i* ei datum *k*. Quod nos, legem Iuliam corrigentes, in meliorem ſtatum deduximus. Cùm enim lex in ſolis tantummodò rebus locum habebat, quæ Italicæ *l* fuerant, & alienationes inhibebat, quæ invita muliere fiebant, hypothecas *m* autem earum rerum, etiam volente ea *n*: utrique remedium impoſuimus, ut etiam in eas res, quæ in provinciali ſolo poſitæ ſunt *o*, interdicta ſit alienatio *p*, vel obligatio *q*: ut neutrum eorum neque conſentientibus *r* mulieribus procedat, ne ſexus muliebris fragilitas *ſ* in perniciem ſubſtantiæ earum convertatur.

1. *Per alienationem dominium transferri.*
2. *Bona dotalia mulieris alienari non poſſe, & remiſſivè. nu. 3. 4. & 8.*
5. *Maritum durante tantùm matrimonio dominum eſſe dotis, & num. 6.*
7. *Dare quid ſignificet.*

PRimum exemplum. Maritus, quamvis dominus, non tamen poteſt rem dotalem alienare.

1 *a* Alienare. † Alienatio eſt actus, per quem dominium transfertur, *l. 1. C. De fund. dotal.* & complectitur uſucapionem, *l. alienationis. 28. De ver. ſig. l. ult. C. De reb. alien.* etiam in hac materia, *l. ſi ab eo. 11. De uſucap. l. qui fundum. 7. §. qui ſciens. pro empt. l. ſi ſciens. 26. De cont. empt.*

2 *b* Dotale. † Quod ſalvum mulieribus eſſe, reipu. intereſt, *l. 1. ff. ſol. matr. l. 2. 5. De pact. dotal.* in reliquis mulierum bonis ceſſat hæc ratio, & conſequenter legis Juliæ diſpoſitio: eòque paraphernalia alienari poſſunt, *l. velles. 6. C. De revocan. dona:* de quo vide *tit. De fund. dotal.* de parapbernis multò minus diſponere poteſt, quia dominus non eſt, Menoch. *conſ. 1. num. 71.*

3 *c* Praedium. † Hoc eſt, ſoli. Nam mobiles, quarum levior eſt æſtimatio & jactura, *l. ſi rem mobilem. 47. De acquir. poſſeſ.* olim poterant alienari. *l. 1. C. De ſer. pign. da.* ut & pupillares, *l. 1. de rebus eorum. l. lex quæ. 22. C. De ad. tut.* hodie idem in his obtinet, quatenus ſervando ſervari poſſunt, *d. l. lex quæ.* Bar. in *l. 1. num. 58. l. ſi matis. 30. ſolut. matrimo.* & in Autheut. *Sive. C. ad Uelle.*

d Maritus. Quamvis durante matrimonio dominus. *d. l. in rebus. 30. l. ſi pretia. 23. C. De jur. dot. l. Lucius. 21. §. 4. ad municipal. l. quamvis. 75. ff. De jur. dot.*

e Muliere. Hodie etiam conſentiente, ut paulò pòſt ſequitur: quæ nec ipſa quoque alienare poteſt, quia durante matrimonio, domina rei dotalis non eſt, *l. doce 9. C. De rei vind.* niſi relatione ad tempus diſſoluti conjugii facta, *l. in rebus. 30. C. De jur. do.* res paraphernales mulier poteſt alienare jure civili: *l. 3. C. Commod. d. l. velles. 6.* non jure Saxonum, aut moribus Galliæ, quibus mulier cum omnibus tranſit in poteſtatem viri, nec poteſt contrahere abſque hujus conſenſu, *art. 35. lib. 5. Landr.* Tiraq. *De ll. connub.* in fin. An autem mulier poſſit alienare cum conſenſu mariti, vel patris, Chaſ. *rub. 4. §. 4.* in fin. *num. 5. 6.*

f Legem Julian. Quæ ab Auguſto de jure conjugiorum, dotium, divortiis, & adulteriis lata eſt, *l. 1. ad l. Jul. De adulter.*

g Alienare. Inſtar † tutoris, & curatoris, *tot. titul. De rebus cor. & C. De præd. mino.* Nam, etſi dominus eſt, tamen reipſa quodammodo pro adminiſtratore haberi poteſt, cùm ad reſtitutionem teneatur. Boet. *in Topic.* Dos licet conſtante matrimonio in bonis viri ſit, eſt tamen in uxoris jure, & poſt divortium velut res uxoria peti poteſt. Quare ut reliquæ res ſubjectæ reſtitutioni, merito dos etiam alienari prohibetur. Authent. *Res quæ. C. com. De leg.* ſatius eſt enim rem habere ſalvam, quàm perſonali actione remedium quærere, *l. plus cautionis. 28. De reg. jur. l. unic. C. quan. lic. unic.* cujus effectus plerunque ad minimum reducitur. *l. ultim. De prætor. ſtipula.* 4

h Ipsius Sit. † Sed non irrevocabiliter: nam durante duntaxat matrimonio, hoc dominium civile durat, *d. l. in rebus. 30. C. De jur. do.* Eademque penè ratione prohibentur & alii alienare, quamvis domini, vel quaſi domini: ut epiſcopus res ſuæ menſæ, *ext. De reb. eccleſ. & de his, quæ fiunt à Præla.* dominus, vaſallus, emphyteuta, fundum, emphyteuſim, *l. ult. C. De jur. emphyt. tot. tit. De leg.* Cor. *c. 1. De prohib. feud. alien.* princeps bona regni, *c. intellecto. 33. De jurejur.* magiſtratus civitatis: vide *C. De vend. reb. civi l. præſes. 2. C. De tranſact. &c.* denique adminiſtratores quilibet: qui etſi lege domini ſunt, *l. interdum. 58. §. penult. De furt.* alienare tamen non poſſunt, *C. De præd. min. ff. De reb. eor. d. l. præſes.* Et quia per hypothecam ad rei alienationem itur, ut §. ſeq. ac aliquo prohibito, omnia prohibentur, per quæ ad id pervenitur, *l. oratio. 16. De ſpon.* ideo ubicunque prohibita eſt alienatio, ibi intelligitur interdicta oppignoratio, *l. ult. C. De reb. alien. c. nulli. 5. De rebus eccleſ. c. ſine. 12. q. 2.* ubi Rebuff. Quamobrem, ut vendi res civitatum nequeunt abſque ſolemnitatibus, *l. ult. & tot. tit. C. De vend. reb. civit. lib. 11.* ita nec vendi reditus ſuper bonis civitatum, aut civium, nec mutuum accipi, oppignoratis ſingulorum, vel univerſitatis bonis, Auth. *Hoc jus. C. De ſacroſ. Eccleſ.* niſi omnes, & ſinguli cives, qui obligantur, conſentiant: ut memini judicatum: vide DD. *l. civitas. 27. ff. De reb. credit.* 5

Gau-

6 *i* Causa. † Ergò, ubi cauſa dotis eſſe deſinit, dos ſine cauſa, propter quam datur, eſt apud maritum: eòque repeti poteſt, *tot. tit. De cond. ob cauſ.* juxta regulam: Ceſſante cauſa, ceſſat effectus. Deſinit autem dotis eſſe cauſa, matrimonio ſoluto, *l. ult. C. De donat. ante nupt.* propter quod datur, *l. ult. C. De cond. ſine cauſ. l. pro oneribus.* 20. *C. De jur. dot.* §. *ultim.* ſupr. *De nupt.*

7 *k* Datum. † Dare ſignificat dominium transferre, *l. ult. De cond. cauſ. dat.*

l Italicas. Nam hæ ſolæ poterant pleno jure alienari, ſup. *De uſucap.* Cicer. pro *L. Flacco.* ex quo etiam intelligi poteſt, Antoninum perſonarum, non rerum diſcrimen ſuſtuliſſe, in *l. in orbe.* 17. *De ſtat. hom.* ut §. 1. ſup. *De uſucap.* §. 1. ſup. *De excuſ. tut.*

m Hypothecas. Res ſubjectas pignori: vide §. *item Serviana.* 7. infr. *De actio.*

n Ea. Faciliùs enim videbatur in pignus conſenſura, quàm in alienationem, *l. ſed ſi ego.* 4. verſ. *quia faciliùs ſe mulier obligat, quàm donat. ad S. C. Vell.* quare ne volenti quidem hoc fuit indulgendum, ut nec interceſſio, *d. l. ſed ſi ego.* & *tot. tit. ad Vell.* cujus quædam ſpecies pignus eſt: quod pro fidejuſſione habetur in Auth. *De fidejuſſ.* in princ. Novell. 61. 134. *l.* 1. §. *jubet.* 7. *De collat. dot. l.* 1. *De præt. ſtipul. C. De tranſact.*

o Positas Sunt. Nam hoc diſcrimen Juſtinianus magna ex parte ſuſtulit, ſup. *De uſucap.* in princ.

p Alienatio. Cujuſuis generis, *l.* 1. *C. De fund. dot.*

q Obligatio. Pignoris, ſervitutis, &c.

r Consentientibus. † Novel. 61. Idem, 8
cùm mulier extra cauſam dotis contra S. C. Velleianum alieno nomine oppignorat, *l. redemptores.* 39. §. 1. cum l. ſeq. *De rei vind.* Etiam per juramentum jure civili, *l. juriſgentium.* 7. §. *pen. De pact. l. non dubium.* 5. in fin. *C. De legib.* licet ſit ſecus jure Pontificio, *c. cùm contingat.* 28. *De jurejur.* Nam cùm Reipub. interſit, ſalvas eſſe mulieribus res dotales, *l.* 1. *ſol. matr.* non debet privato ejus aſſenſu juris publici utilitas imminui, *l.* 2. *l.* 5. *De pact. dotalib.* Itaque licet & maritus civili, & mulier naturali ratione dominium habentes, *d. l. in rebus* conſentiant: non tamen procedit hoc caſu alienatio. *l. unic.* §. & *cùm lex. C. De rei ux. act.* niſi ex cauſa neceſſitatis, *l.* 1. *De fund. do.* cujus cognitione, & decreto opus arbitror, ut in rebus minorum, *l.* 3. 5. & *tot. tit. De reb. eorum.*

s Fragilitas. Quæ ſæpe numerò contra propria commoda laborat, *l.* 4. *C. De ſponſal.* & blanditiis, vel minis maritalibus facilè concedit, *l. ult. ſi quis aliq. teſta.* Ex aliis cauſis ſæpè dominus alienare nequit, ut mater repetens nuptias extantibus liberis prioris mariti; ſi quid ab hoc lucrata ſit, alienare prohibetur, *l. hac edictali.* 6. §. *his illud. C. De ſecund. nup.* nec vaſallus, emphyteuta jus ſuum alienare poſſunt, quoniam aliunde pendet, *l. ult. C. De jur. emphyt. cap.* 1. *De prohib. feud. alien.* per Feder. Neque rex, aut imperator jura regni, *c. intellecto.* 33. *De jurejur.* Menoch. *conſil.* 1. *num.* 39. 40. Barth. Caſas Hiſp. in peculiari ejus rei tract.

§. 2. Contrà autem creditor.

COntrà autem creditor *a* pignus *b* ex pactione *c*, quamvis ejus ea res non ſit *d*, alienare poteſt *e*. Sed hoc forſitan ideo videtur fieri, quòd voluntate debitoris intelligitur pignus alienari: quia ab initio contractus *f* pactus eſt *g*, ut liceret creditori *h* pignus vendere, ſi pecunia non ſolvatur. Sed ne creditores jus ſuum perſequi impedirentur *i*, neque debitores k temerè ſuarum rerum dominium amittere viderentur: noſtra conſtitutione *l* conſultum eſt, & certus modus impoſitus eſt, per quem pignorum diſtractio poſſit procedere *m*: cujus tenore utrique parti creditorum, & debitorum ſatis abundè proviſum eſt.

1. *Appellatio crediti generalis eſt.*
2. *Pignus quid, unde dictum, & quarum rerum.*
3. *Creditorem tripliciter convenire de alienatione pignoris: & quando, & quota denunciatione opus ſit, & num. 6.*
4. *Pignus aut expreſsè, aut tacitè contrahitur.*
5. *Receptum ſupra creditum, ex pretio pignoris diſtracti, reſtituendum debitori.*

SEcundum exemplum ſuperiori contrarium, in quo qui dominus non eſt, alienare tamen poteſt.

a Creditor. Qui pro re
1 credita pignus accepit. Eſt †
autem crediti appellatio generalis, *l.* 1. *l.* 2. §. *creditum. l. certi.* 9. *ſi cert. peta.*

b Pignus. † Quod pro ſecuritate ſortis cre- 2
ditori nectitur, & obligatur. §. *ult.* infr. *quib. mod. re cont.* dictum à pugno, quo traditur *l. plebs.* 237. *De verb. ſig.* unde propriè rerum eſt mobilium, *l. ſi rem.* 9. §. 2. *De pig. act.* ſicut hypotheca immobilium. §. *item Serviana.* inf. *De act.*

c Pa.

Digitized by Google

c Pactione. Loquitur igitur de pignore conventionali: nam, quid juris ſit in prætoriu, & judiciali, diſcendum eſt ex *l. à divo.* 15. §. 2. *De re judic. l. ſi finita.* 15. §. *Julianus.* 6. *De dam. infec.*
3 Tripliciter † autem convenitur de alienatione pignoris, aut expreſsè, aut tacitè, aut contrà, ne alienetur. Si expreſsè, lex pacti ſervanda eſt, *l.* 4. *De pig. act. l. ult. C. De jur. do.* nec opus eſt denunciatione, niſi convenerit. Angel. hìc *num* 3. per not. in *l.* 4. *C. De diſt. pig.* ſin tacitè, ut hìc, terna denunciatione opus eſt jure veteri. Paul. *lib.* 2. *tit.* 5. hodie ex communi interpretatione juris novi, una tantùm. *d. l.* 4. *C. De diſt. pig. d. l. ult.* de quo ibi amplius DD. vide etiam *l. Ariſto. qui pot. in pign.* Cujac. *lib.* 5. *cap.* 31. ſin contrà ne vendatur, pactum ſit, terna requiritur, *l.* 4. *De pig. act.* Gloſſ. in *l. ſi is qui.* 75. *De fur. d. l. ult.* teſtato facta, *l.* 4. *C. De diſtract. pig.*

d Non Sit. Quia contractu pignoris res non alienatur, ſed obligatur, *l. ſi is qui rem.* 66. *De furt.* ſic tutor, quamvis non dominus, alienat. *l. jusjurandum.* 17. §. 2. *De jurejur.* quamvis immobilia, non niſi cum ſolemnitate, de qua *tit. De reb. eor.* & *C. De præd. minor.*

e Potest. Jure ſuo: *l. creditor.* 13. *De diſtract. pign.* ita, ut dominium transferat. *l.* 4. *De pign. act.* & ſic accipe cum effectu verbum *alienationis*, *l.* 1. *C. De fund. dotal.* ut creditor transferat dominium, quod non habet *l. antepen. C. De diſtract. pign.* quia in id obligata res videtur, ut ſequitur in text. quod verum eſt, niſi nulliter oppignoratur *l. redemptores.* 39. §. 1. cum l. ſeq. *De rei vind.* & cùm ſecundum pactum, & poſt moram, ac denunciationem vendit: alioquin furti tenetur. *l. ſi is qui.* 75. *De furt.* ſicut contrà debitor, qui rem pignori datam invito creditore diſtrahit. *l. ſi is qui.* 66. *De furt.*

f Contractus. Contractus pignoratitii, qui principalem antecedere, vel ſequi poteſt, *l.* 4. *De pign.* inſ. *De fidejuſſ.* in princ.

g Pactus Est. Expreſsè, vel tacitè: nam
† in hunc finem pignus contrahitur. 4

h Creditori. Poſſidenti, ſicut plerunque creditor pignus traditum poſſidet: ſecùs in hypotheca, quam debitor tenet: cum enim evincere creditor priùs debet. §. *item Serviana.* inſ. *De act.* Vide *tit. De diſtract. pign.*

i Impediantur. Diſtrahendo: unde † 5
quod ſupra creditum, ex pretio pignoris diſtracti receptum eſt, reſtituere debent: quia jus tantùm ſuum hac ratione conſequi, non etiam inde lucrum eos facere oportet. *l. quamvis.* 6. §. *ult. De pign. act.*

k Debitores. Quibus nullum dari ſpatium ad pecuniam explicandam valde fuerit inhumanum, *l. promiſſor.* 21. §. 1. *De conſt. pecun. l. quod dicimus.* 105. *De ſolut. l.* 4. *C. De diſtr. pign.*

l Constitutione. *L. ult. C. De jur. dom. imp.*

m Procedere. Scilicet, cùm nihil convenit de pignore: nam alioqui lex contractus erit ſervanda: quòd † ſi, ne diſtrahatur, convenerit, terna 6
denunciatio erit facienda: juxta *d. l.* 4. & exinde biennium expectandum ſecundum *d. l. ult. C. De jur. dom. imp.*

§. 3. Nunc admonendi.

NVnc admonendi ſumus, neque pupillum *a*, neque pupillam, ullam rem ſine tutoris auctoritate *b* alienare *c* poſſe. Ideoque *d*, ſi mutuam pecuniam ſine tutoris auctoritate alicui dederit, non contrahit obligationem: quia pecuniam *e* non facit accipientis *f*, ideòque vindicari nummi poſſunt, ſicubi *g* extant *h*. Sed ſi nummi, quos mutuò minor *i* dederit, ab eo, qui accepit, bona fide conſumpti k ſunt *l*, condici poſſunt *m*: ſi mala fide, ad exhibendum *n* de his agi poteſt.

1. *Pupillum, & pupillam alienare non poſſe ſine tutore: & ne auctore tutore quidem, niſi juſta ex cauſa, & num. 2. & quid de minore. num. 3.*

TErtium exemplum ſimile primo. Pupillus enim, quamvis rerum ſuarum dominus, non tamen poteſt alienare.

a Neque Pupillum. *L. jusjurandum.* 17. §. 1. *De jurejurand.* ubi ratio traditur. Pupillus eſt,
1 † qui cùm impubes ſit, ſui tamen in patris eſſe poteſtate deſiit, *l. pupillus.* 239. *De verb. ſignific.* à pupis ita dictus: idemque eſt in minoribus curatorem habentibus, prout paulò pòſt ſequitur, ut abſque eo alienare bona non poſſint. *l.* 3. *C. De minoribus.* etiamſi ſeſe obligare poſſint. *l. puberes.* 101. *De verbor. obligat.* ut ſupr. *ad titul. De auct. tut.* dictum eſt: quæ diſtinctio in mulieribus quoque, de jure Saxonum eſt recepta. Idem valet in prodigis, quibus bonis interdictum: *l. is cui.* 6. *De verb. oblig. l. non omnis.* 19. §. *ultim. ſi cert. peta.* furioſis, fatuis, *l. ſi à furioſo. d. l. non omnis.* §. *ultim. ſi cert. peta.*

b Au.

2 *b* Auctoritate. † Ac ne cum auctoritate quidem, abſque juſta cauſa, & decreto magiſtratus, exceptis rebus iis, quæ ſervando ſervari non poſſunt, *l. lex quæ.* 22. *C. De adminiſtr. tutor.*

c Alienare. Sed nec inveſtire *c. unic.* in princip. *per quos fiat inveſt.* ubi Cujac. acquirere tamen poteſt, *l. pupillus.* 11. *De acqu. rer. dom.*

d Ideoque. Exemplo rem declarat.

e Pecuniam. Qua ſola accipiens obligatur. infr. *quib. mod. re cont.*

f Accipientis. Mutuum igitur non eſt, cùm de meo tuum non fiat, *l.* 2. §. 2. *ſi cert. petat.*

g Sicubi. A quocunque poſſeſſore, pro natura rei vindicationis, §. 1. infr. *De actio. l.* 1. *C. De alien. muta. judic. cauſ.*

h Extant. *L. quòd ſi fortè.* 14. *De ſolut.*

3 *i* Minor. Idem † enim in minore, quod in pupillo eſſe diximus, quod quidem ad hanc alienationem attinet : cùm, licet per ſe contrahere obligationem poſſit, quia perſonaliter ſe obligare non eſt alienare. Bald. *l.* 2. *§. final. nu.* 7. *C. comm. De legat.* quoad bonorum tamen adminiſtrationem comparetur pupillo, nec alienare poſſit, *l.* 3. *C. De in integr. reſtit.* Vide ſup. *De curat.*

k Consumpti. Alienati, vel cum aliis confuſi : *l. ſi alieni.* 78. *De ſolutio.* quomodo mutuum conſumptione conciliatur *l. non omnis.* 19. §. *ultim. ſi cert. pet.* Sic etiam pupillus ſolvendo creditori debitum non liberatur, quoad is conſumpſerit: *l. non omnis.* 19. § *ult. ſi cert. pet.*

l Sunt. Atque ita quaſi interitu rei à vindicatione liberatus eſt poſſeſſor, quia bona fide poſſidere deſiit.

m Possunt. Velut debitum, §. *ſic itaque.* infr. *De actio. l. ultim. uſufruct. quem. cave.* certi condictione, *l. ſi à furioſo.* 12. cum ll. ſeq. *ſi cert. pet.* quæ datur ex mutuo, *l. certi.* 9. in princip. *ſi cert. peta.* quod per conſumptionem in ejuſmodi caſu (quia re contrahitur) reconvaleſcit, *l. non omnis.* 19. §. 1. *ſi cert. peta. d. l. quod ſi fortè.*

n Exhibendum. *L.* 1. *C. De nox. act.* Et in rem : quia pro poſſeſſore eſt, qui dolo poſſidere deſiit, *l. qui dolo.* 174. *De reg. jur.*

§. 4. At ex contrario.

Et ex contrario, omnes res pupillo, & pupillæ ſine tutoris auctoritate rectè dari *a* poſſunt. Quanquam *b*, ſi debitor pupillo ſolvat, neceſſaria eſt tutoris auctoritas: alioqui ſi non ſolverit cum auctoritate tutoris, non liberabitur *c*. Sed hoc etiam evidentiſſima ratione ſtatutum eſt in conſtitutione, quam ad Cæſarienſes advocatos *d*, ex ſuggeſtione Triboniani viri eminentiſſimi, quæſtoris ſacri Palatii noſtri *e*, promulgavimus : qua diſpoſitum eſt, ita licere tutori, vel curatori *f* debitorem pupillarem ſolvere *g*, ut priùs judicialis ſententia *h* ſine omni damno *i* celebrata, hoc permittat: quo ſubſecuto, ſi & judex pronunciaverit, & debitor ſolverit, ſequatur hujuſmodi ſolutionem pleniſſima ſecuritas *k*. Sin autem aliter, quàm diſpoſuimus, ſolutio facta fuerit: pecuniam autem ſalvam habeat pupillus, aut ex ea locupletior ſit *l*, & adhuc eandem pecuniæ ſummam petat : per exceptionem doli mali *m* poterit ſubmoveri. Quòd ſi aut malè conſumpſerit *n*, aut furto amiſerit *o*, nihil proderit debitori doli mali exceptio, ſed nihilominus condemnabitur: quia temerè ſine tutoris auctoritate, & non ſecundum noſtram diſpoſitionem *p* ſolverit. Sed ex diverſo, pupilli, vel pupillæ ſolvere ſine tutoris auctoritate non poſſunt *q*, quia id, quod ſolvunt, non fit accipientis *r*: cùm ſcilicet nullius rei *ſ* alienatio *t* ejs ſine tutoris auctoritate conceſſa ſit.

1. Dare *quid ſignificet.*
2. *Emendata hujus loci lectio.*
3. *Contrahens cum pupillo ſe obligat, pupillus verò liberatur.*
4. *Minor etſi ſe obligare poteſt, diſtrahere tamen obligationem non poteſt: & numero 9.*
5. *Solutionem per reſtitutionem retractari.*
6. *Pupillum, quatenus ſit locupletior, eatenus ad reſtitutionem obligari.*
7. *Habere quis intelligatur.*
8. *Vt debitor plenè à pupillo liberetur, & tutoris auctoritas, & decretum judicis requiritur.*

QUartum, an pupillo, vel minori abſque auctoritate alienari, & dari res poſſit.

a Dare. Ut dominium illis 1 acquiratur, qua de re hìc agit. *Dare* † enim propriè ſignificat dominium transferre, *l. ult. in. De cond. cauſ. dat.* Idem putetur in ſtipulatione, ac ſimilibus quæ ad lucrandum ſunt comparata, quæ lucro poſſunt eſſe, non damno.

b Quanquam. Exemplum ſubjicit diſſimile, & quod planè contrarium eſt regulæ jam tra- 2 ditæ: quare † rectiùs legitur *quanquam*, quàm *ideòque*, ut io vulg. qnam lectionem ſi tamen retinere velis, neceſſariò in præcedentibus aliquid erit ſubintelligendum: ut ſcilicet dari poſſit ſine auctoritate pupillo, non verò ex eo ipſe obligari, aut obligationem perdere.

c Liberabitur. *L. pupillo. 19. De ſolut. l. ſan- 3 cimus. 25. C. De ad. tuto.* Ut † enim, qui cum pupillo contrahit, ſe pupillo obligat: illi contrà abſque tutore pupillus noo obligatur, *l. Julianus. 14. §. ſi quis à pupillo. De actio. empt.* ſic qui cum pupillo diſtrahere vult obligationem ſolvendo, ipſe quidem diſtrahit, & ſolutione transfert dominium rei ſolutæ, à pupillo tamen noo liberatur obligatiooe: & cui non poteſt ſolvi, is nec quietationem rectè facit: quia is ſicut contrahere, & obligationem conſtituere, ita diſtrahere, & obligationem tollere nequit: nam hoc ipſum quoddam quaſi contractus genus eſt, *§. pen.* infr. *De oblig. quæ ex quaſi contract.* idemque jus eſt diſtractus, quod contractus, *l. de tutela. 7. C. De in integr. reſt. l. ab emptione. 58. De pact.*

d Aduocatos. Atqui *d. l. ſancimus. 25. C. De ad. tut.* Joanni præfecto inſcripta eſt: poteſt autem ad utroſque diverſis temporibus miſſa eſſe.

e Nostri. Data eſt enim, *d. l. ſancimus.* poſt conſulatum Lampadii, & Oreſtis, quo anno quæſtor erat Tribonianus.

f Vel Curatori. Etiam illi, quem ſciat 4 brevi removendum. Cravett. *conſ. 6. num. 94.* † Minor etſi ſe abſque curatoris conſenſu obligare poteſt, *l. Puberes. 101. De verb. oblig.* tamen diſtrahere obligationem non poteſt. Hoc eſt enim rem, & jus ſuum alienare, *l. 4. C. De curat furioſi, &c. l filiusfam. 22. ff. De ſolut.* Sicut enim abeſſe cuique videtur, in quo alteri obligatus eſt, *l. ſi quis. 24. De neg. geſt.* ſic & adeſſe, in quo alterum obligatum habet, *l. id apud ſe. 143. De verb. ſignif.* quod minori abſque curatore non licet, ut ſupr. ad *tit. De curatoribus* diximus, ex *l. 3. C. De in integr. reſt. minor.* id tamen fatendum eſt, rectiùs ſolvi minori, quàm pupillo: ut *l. ait. 7. De minor.* ſecundum cujus diſtinctionem & *d. l. ſancimus.* hæc accipiantur.

g Soluere. Hoc eſt, debitorem pupillarem poſſe numerare, & ſolvere tutori, *d. l. ſancimus. l. jusjurandum. 17. §. 2. De jurejur.*

h Sententia. Decretum, *d. l. ſancimus. l. conſtitutionem. 27. C. De ad. tutor.*

i Damno. Debitoris ſcilicet, hoc eſt, ſioe ejus impenſis, ut hìc interpretatur Theoph. iniquum eoim eſſet, eum ex perſona creditoris ſumptu onerari, *d. l. ſancimus.*

k Securitas. Quæ reſtitutionis beneficio infringi non poſſit: velut † aliàs ſolutio per re- 5 ſtitutionem retractatur: non tàm facilè tamen, quàm reliqui contractus, vel diſtractus: quia debitor ſolvere neceſſe habet, *l. ait prætor. 7. §. 1. De minoribus*: cootrahere non item, *l. nec emere. 16. C. De jur. deliber.* & qui contrahit, ſcire debet ejus conditiooem, cum quo contracturus eſt, *l. qui cum alio. 20. De reg. jur.*

l Locupletior Sit. † Puta, ſi ea pecunia 6 emerit rem neceſſariam, *l. pupillo. 15. De ſolut.* Nam, quateous pupillus ſit locupletior, eatenus ad reſtitutionem obligatur: vide *§. pupillus.* infr. *De inutil. ſtipul.*

m Doli Mali. Contra bonam enim fidem facit, qui bis idem exigit, *l. bona. 58. De reg. jur.* & quod ipſe habet, petit, *§. 7. ſi res.* ubi Gloſſ. & DD. infr. *De leg.* Bald. *l. jubemus. 6. C. ad Trebel.* contra *l. 2. l. 6. §. ultim.* ubi Gloſſ. verb. *ut edatur, De eden.* Habere † autem intelligitur, qui 7 ex re factus eſt locupletior, *l. 4. §. ſi quis. 22. De except. dol. mal.*

n Consumpserit. Prodigendo inutiliter, *d. l. ſancimus.*

o Amiserit. Aut alio caſu, incendii, rapinæ, perditionis.

p Dispositionem. † Utrumqne conjungit, 8 & auctoritatem tutoris, & diſpoſitiooem, *d. l. ſancimus.* quæ decretum requirit: ad pleniſſimam enim liberationem nou ſola auctoritas ſufficit: ea tamen interveniente, liberatur debitor: ſed minor re amiſſa, utpotè damno affectus, reſtitui poteſt, *d. l. ait prætor. tot. tit. C. ſi adver. ſolut.* ut adverſus alios contractus, quos auctore tutore gerit. *tot. tit. C. ſi tut. vel cura.*

q Non Possunt. *L. quòd ſi fortè. 14. De ſolut.* Etenim † ut cootrahere, ita 9 diſtrahere abſque tutore obligationem non poſſuot.

r Accipientis. Quandiu extant: nam conſumpta pecuoia reconvaleſcit ſolutio, & pupillus liberatur, *l. obligari. 9. §. ultim. De Auctorit. tut.* ſicut è diverſo reconvaleſcit mutuum,

Digitized by Google

mutuum, & pupillus conſumptione obligationem contrahit, *l. non omnis.* 19. §. 1. *ſi cert. pet.*

f Nullius Rat. Sive corporalis, ſive incorporalis, ſive mobilis, ſive immobilis.

t Alienatio. Eſt autem ſpecies alienationis, ſolutio: quia res ſoluta alienatur. Eſt igitur argumentum à genere ad ſpeciem ductum.

PER QVAS PERSONAS
CVIQVE ACQVIRITVR.
Titulus Nonus.

1. *Continuatio Tituli.*
2. *Trifariam nobis acquiri: & de quo genere hic tractetur.*
3. *Peculium unde dictum.*
4. *In ſervorum peculio nulla eſt differentia.*
5. *Filiorumfamilias peculium triplex: & declaratio ſingulorum latè, ibid.*
6. *Summaria Tituli explicatio.*

1 SEquitur † hoc in Titulo præſen-
tis materiæ ampliatio: quia non
modò per nos, ſed etiam tàm per
noſtri juris homines, quàm extra-
neos acquiri nobis poſſe oſtendi-
2 tur. † Acquiritur autem aut do-
minium, aut poſſeſſio, aut obli-
gatio. De hujus acquiſitione paulò pòſt in materia
obligationum convenientiore loco agetur ad *tit. per
quas perſon. ob.* de reliquis hoc in titulo tractatur. Ea
verò potiſſimùm acquiruntur per eos, qui juri no-
ſtro ſunt ſubjecti: quo in genere peculium dici ſo-
3 let id, quod ab his comparatur. Peculium † à pe-
core dictum, cujus figura vetera numiſmata forma-
bantur, eſt puſilla pecunia, ſeu parvum patrimo-
nium, cujuſmodi ſervi, & filiusfamilias compar-
cendo, & agendo induſtriè congerere ſolent, *l.* 4.
4 & 5. *De pecul.* In † ſervis nulla eſt peculii diffe-
rentia, quia & conditio eorum una eſt. § *ult.* ſup.
5 *De jur. perſon.* In † filiisfamilias peculii triplex
invenitur cauſa, ut dicitur in *l. ult. C. De inoff. teſt.*
vel enim paganum eſt peculium, vel caſtrenſe, vel
quod medietatem inter utrumque obtinet, quod
quaſi caſtrenſe nominatur. Sed hæc aliquantò fu-
ſiùs ſunt declaranda. Et quia jure vetuſtiſſimo fi-
lius inſtar ſervi in patria velut dominica erat pote-
ſtate, *l. in ſuis.* 11. *De lib. & poſthum. l. ult. C. De pat. po-
teſt.* ideò unum quoque peculium hujus, ſicut &
ſervorum, erat, & quomodocunque concquiſitum,
quærebatur patri. Dionyſ. Halicar. *lib.* 8. Nam
teſtamenta in procinctu antiquitùs uſitata, tantùm
ad patresfamilias pertinuiſſe conſentaneum eſt: cæ-
teroqui novo principum privilegio non fuiſſet opus.
Pòſt, ſicut ex conſtitutionibus militaria teſtamen-
ta militibus omnibus, eòque & filiisfamilias con-
ceſſa ſunt, *l.* 1. *De teſt. milit.* quæ ex veteri illo te-
ſtandi in procinctu jure defluxerunt, §. 1. inf. *De
teſt. ord.* ſic etiam indultum privilegii loco filiisfa-
milias (cujuſmodi plerique militum erant, quòd ju-
ventus potiſſimùm ad militiam deligeretur) ut quæ
ſunt parta labore militiæ, ne eſſent in corpore cen-
ſus: Juvenalis *Satyra ult.* & ut in his filius pro pa-
trefamilias haberetur, *l.* 2. *ad S.C. Macedo. tot. tit. C.
De caſt. pecul. lib.* 12 quemadmodum etiam reſpe-
ctu militiæ pater eſt familias, ut & in aliis mune-
ribus publicis, *l. filius.* 9. *De his quibus, ut indig. l.
quippe.* 78. *De judic. l. nam quod.* 14. *ad S.C. Tre-
bell.* eòque etiam de hoc peculio miles filiusfamilias
ex auctoritate Auguſti teſtari poterat, §. 1. infr.
quib. non eſt permiſſ. fac. quod obtinebat, cùm filius
ſuo privilegio utebatur: nam eo ab inteſtato mor-
tuo, aut deportato, peculium hoc velut patri
non ademptum, jure peculii communi, patris e-
rat, §. 1. infr. *quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. l. pro-
ponebatur.* 9. *l. hæreditate.* 19. *De caſtrenſ. pecul. l.*
1. § *ſi ie, qui. De colla. bon. l. ult. ad S. C. Tertull. l.* 3.
C. de bon. proſcrip. Caſtrenſe porrò peculium dici-
tur, quicquid in caſtris acquiritur, vel quod in mi-
litiam proficiſcenti filiofamilias datur, Paul. *lib.* 3.
tit. 4. aut quod occaſione militiæ quæſitum eſt. *l.* 4. *l.
caſtrenſe.* 11. *De caſtrenſ. pecul. l. ſi filius.* 4. *C. fam. erciſc.*
Ad exemplum autem caſtrenſis peculii quaſi ca-
ſtrenſe pòſt inductum, & iiſdem privilegiis à pa-
terno patrimonio ſeparatum eſt, §. *ult.* infr. *De te-
ſtam. milita. d. l. ult. C. De inoff. teſtam. l. cum oportet.*
6. *C. De bon. quæ lib.* Quomodo namque, qui Rei-
pub. in toga, & muneribus publicis præſtolantur,
& ſerviunt, militare creduntur, & militaribus
privilegiis honorati ſunt, *l. advocati.* 14. *C. De
advo. diverſ. judicio.* ſic & illa, quæ filiifamilias ex pa-
trociniis, publicis muneribus, profeſſione artium
liberalium, denique ex publico undecunque ſala-
rio quærunt, Spec. *De actore. num.* 22. pro quaſi
caſtrenſi peculio habentur. *d.* §. *ult.* infr. *De teſtam.
milita. l. ult. C. De advo. l. velut.* 7. *C. De aſſeſſor. d.
l. ult.* ubi Bal. *num.* 2. *C. De inoff. teſt.* Reliquæ filio-
rum opes appellantur peculium paganum, quod
ipſum quoque olim unum, & ſimplex fuit. §. 1.
hoc tit. hodie in duas abit ſpecies: aliud enim pro-
fectitium appellatur, quod ex re ſcilicet, vel oc-
caſio-

caſione patris obvenit, *l.* 5. *De jur. dot.* §. 1. *hoc tit.* aliud adventitium, quod aliunde paratum eſt, §. 1. *hoc tit. l.* 6. & 7. *tot. tit. C. De bon. quæ lib. & de bon. mater.* Licebit itaque, quantum arbitror, peculium in duo prima genera dividere, ut velut teſtamentum, ita & hoc aliud ponamus eſſe caſtrenſe, aliud paganum, & utrumque horum rursùm in duas ſubdividamus ſpecies: ut illud quidem ſit aut propriè caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe: hoc verò vel profectitium, vel adventitium. In dubio res profectitii potiùs, quàm adventitii peculii præſumi volt Spec. *De actio. num.* 26. quomodo & uxor præſumitur quæſiviſſe ex bonis mariti *l. Quintus.* 51. *De donat. int. vir. & uxor. l. etiam* 6. *C. eod. c. Significavit.* 2. *ext. eod. tit.* Alcia. *De præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 26. Sed jam ad textum accedamus: 10 † quo primùm ex- 6
ponitur, quomodo per liberos acquiramus in §. 1. & 2. deinde, quomodo per ſervos, tam noſtros, quàm alienos in §. 3. tum, quemadmodum per liberas perſonas extraneas in §. 4. & 5. poſtremo loco tranſgreditur Imperator à tractatu acquiſitionis rerum ſingularium, ad acquiſitionem univerſitatis, & methodum inſequentium titulorum, ad materiam uſque obligationum, oſtenſa rerũ ſerie, breviter informat.

IN tres partes diſtribuo Titulum hunc.

1. Quomodo dominium acquiramus per liberos in poteſtate, §. 1. & 2.
2. Quomodo per ſervos { Uſufructuarios d. §. 3. verſ. *de iis autem.* / Alienos bona fide poſſeſſos, vel putativos, §. 4.
3. Per liberam perſonam §. 5.

Pro Corollario, Continuatio Tituli ſequentis. §. *ult.*

§. 1. Acquiritur nobis.

ACquiritur nobis *a* non ſolùm per noſmetipſos, ſed etiam per eos, quos in poteſtate *b* habemus: item per eos ſervos *c*, in quibus uſumfructum habemus, item per homines liberos, & per ſervos alienos, quos bona fide *d* poſſidemus: de quibus ſingulis diligentiùs diſpiciamus. Igitur liberi noſtri utriuſque ſexus, quos in poteſtate habemus *e*, olim quidem *f* quicquid ad eos pervenerat (exceptis videlicet caſtrenſibus *g* peculiis) hoc parentibus ſuis acquirebant ſine ulla diſtinctione *h*: & hoc ita parentum fiebat, ut etiam eſſet eis licentia, quod per unum, vel unam eorum acquiſitum eſſet, alii filio, vel extraneo donare, vel vendere, vel quocunque modo voluerant, applicare *i*. Quod nobis inhumanum viſum eſt, & generali conſtitutione emiſſa k, & liberis pepercimus *l*, & patribus honorem debitum *m* reſervavimus. Sancitum etenim à nobis eſt, ut, ſi quid ex re patris *n*, ei obveniat, hoc ſecundum antiquam obſervationem totum parenti acquiratur. Quæ enim invidia eſt, quod ex patris occaſione profectum eſt, hoc ad eum reverti *o*? Quod autem ex alia cauſa *p* ſibi filiusfamilias acquiſivit, hujus uſumfructum patri quidem acquirat *q*, dominium autem apud eum remaneat, ne quod ei ſuis laboribus *r*, vel proſpera fortuna acceſſerit, hoc in alium perveniens, luctuoſum ei procedat.

1. *Dominica. & patria poteſtatis effectus.*
2. *Mala fidei poſſeſſor ex re poſſeſſa nihil lucratur.*
3. *Quaſi caſtrenſia uſumfructum effugere.*

QUomodo per liberos, qui ſunt in poteſtate, acquiritur.

a Nobis. In prima, non in ſeconda perſona, *l. acquiritur.* 10. *De acqu. rer. dom.* & inf. *per quas perſ. nob. obl.* Ulpian. *tit.* 19.

b Potestate. Dominica,
1 vel patria. *d. l. acquiritur.* † proprius quippe poteſtatis hujus effectus, eſt acquiſitio, *l.* 2. *De his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.*

c Eos Servos. Non filiosfamilias, qui ſervitutem ejuſmodi debere, cùm liberi ſint, non poſſunt.

d Bona Fide. Nam † malæ fidei poſſeſſor, 2
nihil ex re poſſeſſa lucratur, §. *ſi quis a non domino.* ſup. *De rer. diviſ. l. pen. ſi cert. pet.*

e Habemus. Emancipati enim ſibi acquiruot.

Q *f* Olim

f Olim Quidem. Ante Conſtantinum, *l.* 1. *C. De bon. quæ lib.*

g Castrensibus. Quandoquidem etiam ante Conſtantinum, beneficio Auguſti caſtrenſia filiorumfamilias erant propria. §. 1. inſ. *Quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* Ulpian. *tit.* 20.

h Distinctione. Utrum profectitium eſſet, an adventitium, ut *l. ſi filius.* 10. *C. De pet. har. l.* 1. *C. De rei vind.*

i Applicare. Hic enim proprius eſt dominii effectus, *l. in re mandata.* 21. *C. mandat.*

k Emissa. *L. cum oportet.* 6. *C. De bon. quæ lib.*

l Pepercimus. Ne eorum labore parta ad alios pervenirent, ut paulò pòſt ſubjicitur.

m Debitum. Patriæ poteſtatis, & acquiſitionis. Secundum antiquiſſimam Galliæ conſuetudinem, patribus liberi non acquirunt. Conna. *lib.* 2. *cap.* 13. in fin. Coſtal. & Baro. *l.* 3. *De his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.*

n Ex Re Patris. Etiam occaſione, vel reſpectu patris, Gloſſ. & Doct. hìc, & in *d. l.* 6.

o Reverti. Res ad ſuam naturam, & effectus ad cauſam facilè redit, *l. ſi unus.* 27. §. *pactus.* 2. *De pact. c. Ab exordio.* 35. *diſtinct.* Non tamen idem in feudis. Iſer. *c.* 1. *num.* 2. *de his, qui feud. dar.* Vide D. Arium Pin. in *l.* 1. *C. De bon. mat.* nec eſt tunc legitimus adminiſtrator, ut notant in *l.* 1. *C. De bon. quæ lib.* Vide Curt. *De feud. part.* 3. *num.* 46.

p Alia Causa. Extra peculium caſtrenſe, vel quaſi: puta donatione, ſucceſſione, negotiando, &c. Et intellige ex cauſa honeſta. Pore. contr. Gloſſ. ſup. *De iis, qui ſunt ſui jur.* nullus enim ex alieno ſcelere lucrari debet, *l. unic. C. ex delic. defunctor.*

q Acquirat. Ex *l.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. *C. De bon. quæ lib.*

r Laboribus. Nam † liberali profeſſione, vel geſtu publici muneris quæſita, ſunt quaſi caſtrenſia, & uſumfructum effugiunt. Secùs eſt in iis, quæ operis mechanicis, & corpore magis, quàm animo quæruntur, *l. ult. C. De inoff. teſtam.* ubi Bald. *num.* 2. Pater tamen habet adminiſtrationem bonorum liberis aliunde quæſitorum *l. ult. & tot. tit. C. De patr. poteſt. l. ſi pignore.* 54. §. *fin. l. interdum.* 49. §. *qui tutelam. De furt.* 3

§. 2. Hoc quoque.

Hoc quoque à nobis diſpoſitum eſt, & in ea ſpecie, ubi parens emancipando liberum *a* ſuum, ex rebus, quæ acquiſitionem effugiebant *b*, ſibi tertiam partem retinere (ſi voluerat) licentiam ex anterioribus conſtitutionibus habebat, quaſi pro pretio *c* quodammodo *d* emancipationis: & inhumanum quiddam accidebat, ut filius rerum ſuarum ex hac emancipatione dominio pro parte *e* defraudaretur: & quod honoris *f* ei ex emancipatione additum erat, quòd ſui juris effectus eſſet, hoc per rerum diminutionem decreſceret. Ideòque ſtatuimus *g*, ut parens pro tertia parte dominii, quam retinere poterat, dimidiam non dominii rerum, ſed uſusfructus retineat. Ita etenim res intactæ apud filium remanebunt, & pater ampliore ſumma fruetur, pro tertia dimidia potiturus.

1. *Dictio,* Quodammodo, *nota improprietatis.*
2. *Imaginariam venditionem emancipationis olim fuiſſe.*
3. *Dignius eſt, patremfamilias eſſe, quàm filiumfamilias.*

Quid pater acquirat ex bonis filiorum, qui emancipantur.

a Liberum. Hoc eſt, filium. *l. jus agnationis.* 34. *De pact. l. nemo.* 164. *De reg. jur.* §. *illud* infrà. *De grad. cognat.*

b Effugiebant. De quibus in *l.* 1. 2. 3. 4. 5. *C. De bon. quæ lib. & De bon. mat.*

c Pro Pretio. Pro præmio habet, *l.* 3. *C. De bon. quæ lib.*

d Quodammodo. Nota † improprietatis 1 *l.* 1. §. *ſi juſſerim.* ubi Jaſ. *num.* 9. *De acqu. poſſ. l. in ſuis.* 11. ubi idem *num.* 17. *De lib. & poſthum. & l. ſi is, qui pro emptore.* 15. ubi Jaſ. *num.* 110. *De uſucap.* nam pretium ſignificat æſtimationem rei: emancipatio autem æſtimari verè non poteſt, ut nec libertas, neque ſtatus, *l. libertas.* 107. *De reg. jur.* † eòque tantùm imaginariæ venditiones in ea olim 2 celebrabantur.

e Pro Parte. Tertia, quam pater accipiebat.

f Hono-

f Honoris. Patrem † eſſe familias dignius eſt, quàm eſſe filiumfamilias: pater enim caput, & princeps eſt familiæ, qui dominium in familia habet, *l. pronunciatio*. 195. *De verb. ſignif.* filius ſubditus, velut ſervus: quare in acceſſionem honoris, majore in dignitate poſiti, liberari patria poteſtate ſolent, §. *filiusfamilias* ſup. *Quib. mod. pat. pot. ſolu.*

g Statuimus. *D. l. cum oportet*. *§. cum autem*.

§. 3. Item nobis.

Item nobis *a* acquiritur, quod ſervi noſtri ex traditione nanciſcuntur: ſive quid ſtipulentur, ſive ex donatione, vel ex legato, vel ex qualibet alia cauſa acquirant. Hoc enim nobis & ignorantibus, & invitis obvenit. Ipſe enim ſervus, qui in poteſtate alterius eſt, nihil ſuum habere poteſt. Sed, ſi hæres inſtitutus ſit, non aliàs, niſi noſtro juſſu, hæreditatem adire poteſt *b*. Et ſi nobis jubentibus adierit, nobis hæreditas àcquiritur, perinde, ac ſi nos ipſi hæredes inſtituti eſſemus: & convenienter ſcilicet legatum per eos nobis acquiritur. Non ſolùm autem proprietas per eos, quos in poteſtate habemus, nobis acquiritur, ſed etiam poſſeſſio *c*. Cujuſcunque enim rei poſſeſſionem adepti fuerint, id nos poſſidere videmur *d*. Vnde etiam per eos uſucapio, vel longi temporis poſſeſſio nobis accedit. De iis autem ſervis, in quibus tantummodò uſumfructum *e* habemus, ita placuit: ut, quicquid ex re noſtra, vel ex operis ſuis acqui-
2 rant, id nobis adjiciatur *f*: quod verò extra eas cauſas conſecuti ſunt, id ad dominum proprietatis pertineat. Itaque, ſi is ſervus hæres inſtitutus ſit, legatumve quid ei, aut donatum fuerit: non uſufructuario, ſed domino proprietatis acquiritur *g*.

1. *Etiam invitis, & ignorantibus nobis acquiri, & cauſam etiam uſucapiendi quæri.*

2. *Servum, nolente domino, hæreditatem adire non poſſe: & ratio.*

Dictum eſt de filiis: ſequitur, quomodo per ſervos, qui etiam in jure noſtro ſunt, acquiramus.

1 *a* Nobis. Etiam † ignorantibus, & invitis, *l. acquiritur*. 10. *l. etiam*. 32 *De acqu. rer. dom. l. ſervus*. 62. *De verb. obl. l. quemadmodum*. 46. *De jur. dot.* quamvis acquiſitum poſſit à domino repudiari, *l. hoc jure*. 19. §. 2. *De donat. l. invito*. 70. *De reg. jur.* & pro derelicto haberi. §. *ult.* ſup. *De rer. diviſ.* Acquiritur & hæreditati jacenti. *l. penult. ſi cert. pet.* Quin & cauſa uſucapiendi invito ex cauſis ejuſmodi peculiaribus quæritur, *l. 4. l. nunquam*. 31. *l. ſi emptam*. 47. *l. ſi in quibus* 15. *De uſucap.* de quo paulò poſt infr. §. 4.

2 *b* Adire Potest. † *L. ſi quis*. 25. § *juſſum*. *De acqu. hæred.* quia caput civile non habet, ut familiæ, & hæreditatis civilis caput eſſe non poſſit, niſi ex domini perſona, *d. l. non minus*. 31. *De hær. inſtit.* quæ per juſſum illi circundatur, *l. 1. & tot. tit. Quod juſ.* Et cùm adeundo ipſum dominum hæredem faciat, atque dubio hæreditatis juri obliget, non poteſt, nec debet eum invitum, vel ignorantem obligare. *l. 3. C. De pact.* junct. *l. filiosfamilias* 8. §. 1. *De procura.*

c Possessio. *L. 1. §. item*. 3. *l. quod ſervus*. 24. *De acqu. poſ.* De qua probabiliùs poterat dubitari, quia plurimum facti habet, *l. poſſeſſio*. 41. *De acqu. poſ.* eòque ſine facto noſtro non videbatur poſſe quæri.

d Videmur. *D. l. 1. §. item*. 3. cum ſeq. *De acqu. poſ.*

e Usumfructum. Non etiam proprietatem.

f Adjiciatur. *L. ſi ſervi*. 21 *De uſufr. l. 4. De oper. ſer. l. acquiruntur*. 10. §. *de iis*. 3. *De acqu. rer. dom.*

g Acquiritur. *L. placet*. 79. *De acqu. hæred. l. poſſeſſio*. 49. *De acqu. poſ.* Ulpia. *tit.* 19. Nam ad ejuſmodi uſus operæ ſervi non ſunt deſtinatæ: eòque nec de his in conſtitutione uſusfructus actum intelligitur, *l. ancillarum*. 27. *De pet. hæred. l. liber homo*. 19. *l. ſi is*. 63. §. 3. *l. quod fructuario*. 49. *De acqu. dom.*

§. 4. Idem placet,

IDem placet & de eo, qui à nobis bona fide poſſidetur, ſive is liber ſit, ſive alienus ſervus. Quod enim placuit de uſufructuario, idem placet & de bonæ fidei *a* poſſeſſore *b*. Itaque, quod extra iſtas duas cauſas *c* acquiritur, id vel ad ipſum pertinet, ſi liber eſt *d*: vel ad dominum *e*, ſi ſervus eſt *f*. Sed bonæ fidei poſſeſſor cùm uſuceperit ſervum *g* (quia eo modo dominus fit *h*) ex omnibus cauſis per eum ſibi acquirere poteſt. Fructuarius verò uſucapere non poteſt: primùm, quia non poſſidet *i*, ſed habet jus utendi, fruendi k: deinde, quia ſcit ſervum alienum eſſe *l*. Non ſolùm autem proprietas per eos ſervos, in quibus uſumfructum habemus, vel quos bona fide poſſidemus, aut per liberam perſonam, quæ bona fide nobis ſervit *m*, nobis acquiritur; ſed etiam poſſeſſio *n*. Loquimur autem in utriuſque *o* perſona, ſecundum diſtinctionem, quam proximè expoſuimus: ideſt, ſi quam poſſeſſionem ex re noſtra, vel ex ſuis operis adepti fuerint *p*.

1. *Vſucapionem ſine poſſeſſione non procedere.*

2. *Vſufructuarium non poſſidere.*

QUomodo per alienos ſervos, vel liberos homines acquiramus.

a Bonae Fidei. *L. 1. C. De rei vind.* Nam mala fide poſſidens, nihil omninò acquirit, *§. ſi quis à non domino.* in fin. ſuprà *De rer. diviſ.*

b Possessore. Quia in jure plerunque domino comparatur, ut in *§. ſi quis à non domino*. ſup. *De rer. diviſ.* dictum eſt.

c Duas Causas. Extra rem poſſeſſoris, & ſuas operas. Ulp. *tit.* 19.

d Liber Est. Servus putativus.

e Dominum. Non ad bonæ fidei poſſeſſorem.

f Servus Est. *L. acquiritur.* 10. §. 4. *De acqu. rer. dom.*

g Usucaperit Servum. Non dicit res ejuſmodi per ſervum acquiſitas. Nam, ut † dominium 1 illarum rerum poſſeſſori non quæritur, ita nec poſſeſſio, ut paulo poſt ſubjicitur: ſine poſſeſſione autem nulla procedit uſucapio, *l.* 2. *C. De præſcript. long. temp. c. ſine.* 3. *De reg. jur. in* 6.

h Dominus Fit. Uſucapio enim eſt dominii adeptio. ſup. *De uſucap.* in princ. *l.* 3. *ff. eod.* Quare ſervo uſucapto, indiſtinctè omnia undecunque quæſita domino acquiruntur, ut ſuprà de proprio ſervo eſt expoſitum.

i Non Possidet. Non † poſſidet, qui rem 2 alieno nomine tenet, ſed is, cujus nomine tenetur, *l.* 1. *§.* 3. cum ſeq. *l.* 3. *§.* 5 *De acqu. poſſ.* uſufructuarius tantùm alieno nomine detinet, *l.* 2. *C. De præſcript.* 30. *anno. l. naturaliter.* 12 *De acqu. poſſ.* non ergò poſſidet, eòque nec uſucapit, *l.* 6. *§.* 2. *De precar. l. neque.* 8. *C De uſufr.*

k Habet Jus Utendi, Fruendi. Quale in re aliena definitur eſſe uſusfructus, ſalva rei ſubſtantia, ſup. *De uſufr.*

l Alienum Esse. Et ſic eſt in mala fide, quæ & ipſa uſucapionem inhibet: ut dictum eſt ad *titul. De uſucap.* deficit igitur illi utraque uſucapionis cauſa, videlicet poſſeſſio, & bona fides.

m Nobis Servit. Ita ut noſtrum eſſe ſervum probabili ex cauſa opinemur.

n Possessio. *L.* 1. *§. ſed &.* 3. *De acqu. poſſ. l.* 1. *C. per quas perſ.* quemadmodum acquiri per eos, qui in poteſtate ſunt, ſuprà diximus.

o Utriusque. Et fructuarii, & bona fide poſſeſſi ſervi, ſive liber ſit, ſive ſervus alienus: reſpectu enim poſſeſſoris, de cujus acquiſitione hic agitur, nihil intereſt, utrum liber, an ſervus exiſtat, dummodò bona fide pro ſuo poſſideatur.

p Adepti Fuerint. Nam poſſeſſionem aliarum rerum vel ſibi acquirunt, ſi liberi ſint, vel domino ſuo, ſi ſervi: prorsùs, ut in proprietatis rerum acquiſitione.

§. 5. Ex his.

EX his itaque apparet *a*, per liberos homines, quos neque noſtro juri ſubjectos habemus, neque bona fide poſſidemus *b*, item per alienos ſervos, in quibus neque uſumfructum habemus, neque poſſeſſionem juſtam *c* nulla ex cauſa *d* nobis acquiri poſſe. Et hoc eſt, quod dicitur, per extraneam perſonam nihil acquiri poſſe *e*: excepto eo, quod per liberam perſonam (veluti per procuratorem) placet non ſolùm ſcientibus, ſed & ignorantibus *f* nobis acquiri poſſeſſionem, ſecundum Divi Severi conſtitutionem *g*: & per hanc poſſeſſionem etiam dominium *h*, ſi dominus fuerit, qui tradidit: vel uſucapionem, aut longi temporis præſcriptionem, ſi dominus non ſit *i*,

1. *Contrariorum eadem doctrina.*
2. *Juſta poſſeſſio quæ.*
3. *Sua, non aliena quemque curare, leges volunt.*
4. *Regula, per extraneam perſonam nihil acquiri poſſe, limitationes 1 & numer. 5. & 6.*

DIctum eſt, quemadmodum per eos, qui nobis ſerviunt vel vera, vel putativa ſervitute, acquiratur: nunc, qua ratione per liberas perſonas, quæ nobis non ſerviunt, quæri poſſit, exponitur.

1 *a* APPARET. Contrariorum † enim eadem eſt doctrina, *l. 2. De his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.*

b POSSIDEMUS. *L. 1. C. per quas perſon. l. 1. C. De acqu. poſſ.* His enim uti non poſſumus, ut inſtrumento noſtro animato: velut in liberis, & ſervis noſtris, nobiſque ſervientibus, ejuſmodi uſus rectè conſtat.

2 *c* JUSTAM. Veram, † plenam, jure probatam, qualem habet bonæ fidei poſſeſſor, *l. bonæ fidei. 48. De acqu. rer. dom.* poſſeſſionem enim bonæ duntaxat fidei hoc nomine inſigniri, oſtendit *l. quod ſervus. 24. De acqu. poſs. l. & generaliter. 28. De noxa. actio.*

d EX CAUSA. Sive ex re noſtra, ſive ex alie-
3 na: regulariter † enim lex vult, unumquemquo ſibi, non alii quærere: ſua, non aliena curare, *l. ult. C. De leg. tut. l. ſtipulatio. 38. §. alteri. De verb. obl. l. quæcunque. 11. De obl. & act. l. ea, quæ. 53. De acqu. poſs.*

4 *e* ACQUIRI POSSE. Regula † generalis, quæ tamen ſuas patitur exceptiones, *l. ſolutum. 11. §. per liberam. 5. De pign. actio.* Nam crediti condictionem acquirimus per procuratorem, *l. certi. 9. §. ſi nummos. 7. ſi cert. pet.* & hypothecariam actionem, *l. 2. C. per quas perſon.* & ex contractibus bonæ fidei utilem actionem, *l. Julianus. 13. §. ſi procurator. 21. De actio. empt. &c.* Et denique etiam poſſeſſionem, ac per poſſeſſionem dominium, ut hic ſubjicitur.

5 *f* IGNORANTIBUS. Poſſeſſio, † & ex poſſeſſione dominium, per procuratorem ignoranti quæritur. *l. ſi emptam. 47. De uſucap.* poſſeſſio quidem, quia facti naturalis eſt, quòd æquè per alios mandato noſtro expediri poteſt, atque per nos ipſos, *c. qui facit per alium. 72. De reg. jur. in 6.* dominium autem, quia poſita cauſa ſufficiente, videlicet juſto titulo, & traditione à domino facta, ſequitur effectus, puta dominii translatio, *§. per traditionem. ſup. De rer. diviſ.* At uſucapione contrà, quæ civilis eſt, ignoranti non quæritur, niſi in cauſis peculiaribus, *d. l. ſi emptam.* quia bonam fidem requirit: ea autem in ignorante nulla eſſe poteſt.

g CONSTITUTIONEM. *L. 1. C. De acqu. poſs.* ad quam hic digitum intendit, in *d. l. ſolutum. §. per liberam.* idem tamen traditur in *l. poſſeſſio. 49. §. ult. De acqu. poſs. d. l. 1. C. eod.* Paul. *lib. 5. tit. 2.*

h DOMINIUM, † Nam in his, quæ naturaliter 6
acquiruntur, hoc eſt, per factum naturale, quale eſt poſſeſſionis, illa ſcrupuloſitas non conſideratur, quæ obſervari in civilibus acquiſitionibus conſuevit, *l. ea, quæ. 53. De acq. poſſeſſ. l. quæcunque. 11. De oblig. & act. l. ſtipulatio iſta. 38. §. alteri. De verb. oblig.* Quamobrem in poſſeſſione, quæ naturalis eſt, & facti, non juris, *l. 1. §. 1. l. poſſeſſio. 49. De acqu. poſſeſs.* procurator tantùm nudum præſtat miniſterium, *l. quod meo. 18. in princip. De acq. poſſeſs.* eòque poſſeſſio mandanti quæritur (cujus nomine traditur, & accipitur) & per poſſeſſionem dominium, *l. 1. ff. pro ſoluto.* Id quod etiam utilitatis cauſa receptum videtur, *l. 1. §. per ſervum. 7. De acqu. poſſeſs.* Nam, cùm de re abſente liceat contrahere, *l. 1. & 2. De contrah. empt. l. 2. De pact.* certè licere debet eandem miniſterio procuratoris poſſe tradi, & transferri, ut laxior, utiliorque ſit commerciorum facultas. Qua ratione etiam actio mutui per procuratorem quæritur, quia quotidie ſic credere (ut ait Juriſconſultus) ſolemus, *d. l. certi. 9. §. ſi nummos. ſi cert. pe-*

tat. Et alioqui etiam aliàs non eſt oeceſſe corpore, & actu apprehendere poſſeſſionem, ſed ea oculis etiam, & affectu acquiri poteſt: ut fit in his, quæ clavibus traditis pro traditis habentur, *l.* 1. §. *penult.* 13. *De acquir. poſseſs.*

i Non Sit. *L.* 1. *C. De acq. poſseſs. l. poſseſſio.* 49. *ff. eod. l. traditio.* 20. §. *ult. De acq. rer. dom.*

§. 6. Hactenus tantiſper.

Hactenus tantiſper admonuiſſe ſufficiat, quemadmodum ſingulæ res nobis acquirantur *a*. Nam legatorum jus, quo & ipſo ſingulæ res nobis acquiruntur: item fideicommiſſorum, ubi ſingulæ res nobis relinquuntur *b*, opportuniùs inferiore loco referemus. Videamus itaque nunc, quibus modis per univerſitatem *c* res nobis acquirantur. Si cui ergò hæredes facti ſimus *d*, ſive cujus bonorum poſſeſſionem petierimus *e*, vel ſi quem adrogaverimus *f*, vel ſi cujus bona libertatum conſervandarum cauſa nobis addicta fuerint *g*: ejus res omnes *h* ad nos tranſeunt. Ac priùs de hæreditatibus *i* diſpiciamus, quarum duplex conditio eſt: nam vel ex teſtamento, vel ab inteſtato ad nos pertinent *k*. Et prius eſt *l*, ut de his diſpiciamus, quæ ex teſtamento *m* nobis obveniunt. Qua in re neceſſarium eſt *n*, initium de ordinandis teſtamentis exponere.

1. *Continuatio ad ultimarum voluntatum materiam, & num.* 2. *&* 3.
4. *Univerſitas materia non facit, quo minùs cauſa, & titulus ab illa ſeparatus, ſit ſingularis: & ſic nota, titulum legati eſſe ſingularem.*
5. *Univerſitatis nomen quid denotet.*
6. *Species acquiſitionis per univerſitatem, & num.* 7. 8. 9.

1 Continuatio † ad inſequentem ultimarum voluntatum materiam: expoſitis enim modis acquirendi ſingularibus, rectè, atque ordine ad modos acquirendi univerſales tranſitur.

a Acquirantur. † Jure
2 civili titulis ſingularibus, tàm inter vivos, quàm in ultima voluntate: ſunt enim communes, ut ſuprà *De uſufr.* §. 1. *De donatio. tot. tit. De ſer. leg. & uſufr. leg.* Quare non putandum eſt, hactenus de modis quærendi duntaxat inter vivos actum eſſe, & nunc conſequi modos quærendi ex ultima voluntate. Nam paulò pòſt oſtenditur, hoc loco de legato, ut titulo ſingulari, agi potuiſſe: & poſteà ad *tit. De legat.* dicitur, alieno quaſi loco ibi de legatis diſputari: etiam modi univerſales inter vivos quærendi, poſt ultimas voluntates Libro ſubſequente ſubjiciuntur. Quare †, ut conti-
3 nuationis ratio conſtet, ita habendum eſt. Quæruntur dominia aut jure gentium, aut civili. Illo titulis ſingularibus, ut ſuprà *De rerum diviſio*. hoc titulis aut ſingularibus, de quibus hactenus eſt dictum, aut univerſalibus. quos, illis expoſitis, tempeſtivum nunc eſt ſubjicere. Etſi autem aliàs univerſalia particularibus in tractatione præponuntur, *l.* 1. *De rer. diviſ.* tamen hic contrà fit, quia tituli ſingulares juris civilis cohærent, & ſimiliores ſunt cauſis juris gentium præcedentibus, quàm iſti univerſales. Aptius ergò fuit ſimilia, & proxima conjungere, ac poſt illa huc ad univerſitates progredi, quæ minus habent cum titulis naturalibus affinitatis. Species acquirendi civilis eſt etiam obligatione liberare dominum *l. species.* 11. in princip. *De acceptilat.*

b Relinquuntur. Nota, titulum † lega- 4
ti ſingularem eſſe, *tot. tit. ff. pro lega.* eòque hic explicari hujus materiam potuiſſe, ut & donationis, ſupr. *De donat.* cujus quædam ſpecies habetur in princip. inſt. *De lega.* Nam, cùm prædicetur de genere donationis, quod ſit titulus ſingularis, meritò idem prædicari de ſpecie, nempè de legato debuit: nec mutat, quod univerſitas bonorum legari poſſit, *l. non amplius.* 26. §. 1. *De leg.* 1. Nam & vendi poteſt, *l.* 2. *& tot. tit. De her. vend.* & donari, *l. ſi unquam.* 8. *C. De revoc. donat.* neque tamen materiæ univerſitas facit, quo minùs cauſa, & titulus, qui ab illa ſeparatus eſt, ſit ſingularis. Tali tamen caſu hi tituli univerſales quadantenus dici poſſunt, ut venditio, ceſſio omnium bonorum, &c. Cæterùm æſtimantur aliàs non ex uno, alterove caſu, ſuper quo jura condi non ſolent, *l.* 3. 4. *De legib.* ſed ſecundum communem naturam. Ut autem regulariter inſtitutione univerſitas, ſic legatis, emptionibus, &c. res ſingulares deferuntur.

c Universitatem. Univerſitas † hic ſi- 5
gnificat corporum, & jurium diverſorum univerſale quoddam jus. Innoc. in *cap. Gravem.* 53. verb. *conſiliarios.*

liarios. De ſent. excom. Unde & univerſalia judicia dicta, *l. 1. De rei vind.* Gloſſ. & Doct. in *l. 1. ff. De edend.* Bart. in *l. aut facta. 16. §. fin. De pœn.* Bald. in *l. ſi municeps. 2. Quod cujuſque univerſ.* & in margarita Decreti ad verb. *univerſitas.*

6 *d* FACTI SIMUS. † Prima ſpecies acquiſitionis per univerſitatem (quæ eſt juris civilis) videlicet ſucceſſio hæreditaria, *l. hereditas. 63.* in verb. *univerſum jus. De reg. jur.* De qua in tit. ſeq. quæ non tantùm ex ultima voluntate, ſed etiam ab inteſtato defertur, infr. *De her. quæ ab inteſt.* ut de ultimis voluntatibus non ſolùm hìc agi, ſed de omnibus univerſalibus quærendi modis ſit perſpicuum.

7 *e* PETIERIMUS. Secunda † ſpecies, quæ eſt juris prætorii: de qua infr. in *tit. De bon. poſſ.*

8 *f* ADROGAVERIMUS, Tertia, † quæ eſt juris civilis, de qua in tit. infr. *De acqu. per arrog.* & quidem actio inter vivos: ut vel hinc conſtet, non de ultimis tantùm voluntatibus, ſeu ſucceſſionibus hoc in tractatu agi.

9 *g* FUERINT. Quarta † ſpecies: de qua in *tit. De eo, cui liber. cauſ. bon. addictus.*

h RES OMNES. Sunt enim acquiſitiones univerſitatis.

i HÆREDITATIBUS. Ut de prima ſpecie, & digniore.

k PERTINENT. Cauſa. Nam in totum aut teſtatus quis decedit, aut inteſtatus, *l. jus noſtrum. 7. De reg. jur.* & utrovis modo, non alio aliquo ſucceſſiones deferuntur, *l. 1. 2. 3. De pet. hæred.*

l PRIUS EST. Cauſa enim teſtamenti prior eſt cauſa inteſtati. Nam, quoad illi locus eſſe poteſt, tandiu hæc excluditur, *§. cum autem. 8.* infr. *De her. quæ ab inteſt. l. 1. §. ſciendum. De ſuis, & legit. l. ultim. De cond. inſtitut. l. ſi quis. 6. §. 1. De injuſt. rup. teſtam. l. ſcripto. 7. ſi tab. teſtam. extab.*

m TESTAMENTO. Tanquam cauſa, & titulo, ad transferendam hæreditatis univerſitatem juſto.

n NECESSARIUM EST. De effectu enim, modoque acquirendi ex teſtamento, nihil dici poteſt, niſi cauſa, & jure omni teſtamentorum explicato. Nam nihil præterquàm ex juſto teſtamento quæri poteſt, *l. Papinianus. 8. § ult. De inoff. teſtam.* infr. *De exher. lib.* ut ante omnia ſciri neceſſe ſit, quodnam juſtum teſtamentum ſit, & ratum, unde capi poſſit: quod verò injuſtum, & infirmum, unde capi, petique ſucceſſio non poſſit.

DE TESTAMENTIS ORDINANDIS,

Titulus Decimus.

1. *Expoſitio Tituli methodica.*

1 DE continuatione † in §. præcedente dictum eſt. Quamobrem ea nunc omiſſa, ſummatim ordinem hujus tituli proponimus. In hoc itaque principio agitur de definitione, unde dictum, & quid ſit teſtamentum, in §. 1. Secundò, de diviſione juxta methodum uſitatam: & quia teſtamentum aut in ſcriptis fit, aut ſine ſcriptura nuncupatione, ſicut & contractus, §. 1. infr. *De empt. & vend. l. contractus 24. C. De fid. inſtr.* quibus aſſimilatur, *l. qua de legato. 46. ff. De legatis 1.* Ever. in *loc. leg. à pact. ad ult. vo.* & ſup. *De l. Fuſ. Canin.* in fine: ideò de utraque ſpecie ſigillatim tractatur: ac primùm de eo, quod perficitur ſcriptura, cujus initiò ſubjiciuntur genera; à diſparitate formæ olim ſolemnis ſumpta, in §. 2. Tertiò, quoniam ratio vetus aliqua parte mutata eſt, idcircò, quænam hodie ſolemnitas ſit conficiendi in ſcriptis teſtamenti, commodum ſubjectum eſt, in §. 3. Quartò, cùm vel præcipua hujus abſolvendi forma in teſtimoniorum ſolemnitate conſiſtat, quinam teſtes eſſe in teſtamento poſſint, vel non poſſint, in §. 4. & ſubſequentibus, uſque ad § pen. exponitur: in quo de teſtamentorum, quæ in ſcriptis fiunt, materia, nonnihil aſperſum eſt. Et hæc de teſtamento ſcripto: cujus ſolemnibus abſolutis, poſtremò altera ſpecies teſtamenti, quod per nuncupationem ſcilicet vivæ vocis conficitur, in §. *ultim.* explicatur.

Præ-

PRæmiſſa pro expoſitione Rubricæ, definitione teſtamenti tum quid nominis ex *§. 1. hoc tit.* tum quid rei ex Modeſtino I C. in *l. 1. ff. h. tit.* ejuſque origine, & cauſa.

Segregabitur titulus in duas partes.

1. De Forma teſtandi ſecundum jus antiquum ex *§. 2. hoc tit.*
2. De Forma teſtandi ſecundum jus noſtrum
   - In ſcriptis, & — Forma in ſcriptis triplex
     1. Scriptura vel in charta, vel in tabulis &c. §. 3. & §. 8.
     2. Teſtium numerus §. 4. 5. 6. 7.
     3. Eorundem ſignatio d. §. 3. in fine.
   - Nuncupativè — duplex
     1. Nuncupatio.
     2. Teſtium numerus legitimus. — §. ult.

§. 1. Teſtamentum.

TEſtamentum *a* ex eo appellatur *b*, quòd teſtatio *c* mentis *d* ſit *e*.

1. *Teſtamenti etymon, ejuſque definitio explicata. num. 2. 3. 4. 5.*
6. *Teſtamenti, & codicillorum differentia.*

DEfinitio.

a TESTAMANTUM. Utrum compoſitum, an ſimplex nomen, vide apud Gell. *lib. 6. cap.* 12.

1 *b* EX EO APPELLATUR: Concinnè, † rectèque nomen teſtamenti ex teſtatione, & mente componitur, quod revera nihil aliud ſit, quàm mentis teſtatio. Quàmlibet ergò Grammaticis placeat nomen eſſe ſimplex: tamen hæc etymologia Iuriſconſultis gratior eſt, qui ſtudent nomina rebus facere congruentia, *§. pen.* ſup. *De don.*

2 Conſentaneum † autem eſt, Juſtinianum hic non tantùm alludere ad nomen, ſed eo ipſo vim rei exprimere, atque ita breviter (ut ſit in *Inſtitut.*) nominis, & rei definitionem duobus verbis complecti ſimul voluiſſe. Definitio nominis eſto, quod à teſtatione ſolùm (ut Grammatici contendunt: Gell. *d. cap.* 12. *lib.* 6. neque hic ſanè negatur) velut ſimplex nomen: aut (ut noſtri malunt) à teſtatione, & mente, tanquam compoſitum, dicatur. Definitio rei, quòd ſit teſtatio mentis, hoc eſt ſententiæ, & voluntatis, *l. 1. ff.*

3 *eod.* In toto † enim hoc tractatu mentis vocabulum ſignificat προαίρεσιν: quæ utrumque complectitur, judicium mentis, & electionem voluntatis; unde etiam judicium, & voluntas conjunctim appellatur, *§. pen. §. ult. h. t.*

c TESTATIO. Ulp. *tit.* 20. Nuncupatur teſtamentum in hunc modum: Tabulas teſtamenti teſtator tenens ita dicit: *Hæc, uti his tabulis, cerisve ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor. Itaque vos Quirites teſtimonium præbetote.* Quæ nuncupatio etiam teſtatio, à re, ſeu forma, vocatur. Teſtari † enim eſt teſtato, ſeu teſtibus adhibitis aliquid agere, conficere, conſcribere, & obſignare, 4

l. curent. 22. *De teſtib. l. moris.* 9. *§. 1. De pœn.* Quare † teſtatio, hic totum actum, ſeu declarationem ultimæ voluntatis coram teſtibus ſolemniter factam ſignificat, *d. l. curent. §. pen.* ver. *conteſtationem. hoc tit. l. qui teſtamento.* 20. *§. ult.* in verb. *ſuprema conteſtatio. ff. eod.* Hinc Ulp. *d. tit.* 20. Teſtamentum eſt mentis noſtræ (hoc eſt ſententiæ, προαιρέσεως) juſta conteſtatio, in id ſolemniter factum, ut poſt mortem noſtram valeat. 5

d MENTIS. Sententiæ, voluntatis, ut & ſupr. animi. *§ hoc amplius.* 36. ſupr. *De rer. diviſ.* προαιρέσεως, quæ mentem, & voluntatem complectitur: ſynechdoche igitur pars pro toto, mens pro tota προαιρέσει, ejuſque declaratione ponitur, *l. qui ea mente.* 65. *De furt. l. quod reipub.* 33. *De injur.*

e SIT. Modeſtin. in *l. 1. ff. eod.* teſtamentum eſt voluntatis noſtræ juſta (hoc eſt ſolemnis, & integra: qua † nota à codicillis diſcernitur, tàm 6

reſpectu materiæ, quia ſit integrè de tota hæreditate, quàm ratione formæ ſolemnis; quorum utrumque à codicillis, & reliquis ultimarum voluntatum generibus abeſt) ſententia, de eo, quod quis poſt mortem ſuam (de re, ſeu hæreditate ſcilicet ſua) fieri velit.

§. 2. Sed, ut nihil.

SEd, ut nihil antiquitatis penitùs ignoretur *a*; ſciendum eſt olim *b* quidem duo genera teſtamentorum in uſu fuiſſe: quorum altero in pace, & otio utebantur, quod Calatis Comitiis *c* appellabant:

bant: altero, cùm in prælium exituri eſſent, quod procinctum dicebatur *d*. Acceſſit deinde tertium genus teſtamentorum, quod dicebatur per æs, & libram *e*: ſcilicet quod per emancipationem *f*, id eſt, imaginariam *g* quandam venditionem *h* agebatur, quinque *i* teſtibus k, & libripende *l* civibus Romanis *m*, puberibus *n* præſentibus *o*, & eo, qui familiæ *p* emptor *q* dicebatur *r*. Sed illa quidem priora duo genera teſtamentorum ex veteribus temporibus in deſuetudinem abjerunt *ſ*. Quod verò per æs, & libram fiebat, licet diutiùs permanſerit, attamen partim & hoc in uſu *t* eſſe deſiit. Sed prædicta quidem nomina *u* teſtamentorum ad jus civile *x* referebantur; poſteà verò ex edicto prætoris, alia forma faciendorum teſtamentorum introducta eſt. Iure enim honorario nulla emancipatio deſiderabatur: ſed ſeptem *y* teſtium ſigna *z* ſufficiebant, cùm jure civili ſigna teſtium non eſſent neceſſaria *a*.

1. *Ius antiquum quomodo, & ubi allegari poſſit.*
2. *Calata, & Centuriata comitia.*
3. *Teſtamentum in procinctu factum quale.*
4. *Teſtamenti militaris quod jure veteri, & quod hodierno valet, differentia.*
5. *Teſtamentum per as, & libram quod, & quare inventum.*
6. *Mancipatio quomodo fiat: & num. 7.*
8. *Venditionem à Romanis omnibus ſolemnioribus alienationibus eſſe adhibitam.*
9. *In teſtamento per as, & libram duo pracipuè agi.*
10. *Venditionis verbum quomodo hic accipiendum.*
11. *Inter ſolos cives Romanos emancipationi locum eſſe*
12. *Familia emptor quis.*
13. *Teſtamentum per as, & libram quo tempore in uſu eſſe deſierit.*
14. *Nomen in jure pro re ipſa poni crebrò.*

DIviſio, & genera teſtamentorum, *a* PENITUS IGNORETUR.
1 Notandum † adverſus eos, qui jus antiquum nihil putant ad nos pertinere, ejuſque inquiſitionem, ac cognitionem pro ſupervacanea habent. In foro quidem nihil ex juris antiquitate valere pro lege, aut allegari vult Juſtin. præterquàm quòd in ſuos libros eſt relatum: ut *C. De vet. jur. enucl.* cum ſeq. Sed hinc non ſequitur, in ſcholis veras hujus Juſtinianei juris interpretationes, quæ non antiquitate, ſed ratione juris valeant, ex repetita vetuſtatis memoria, fragmentiſque librorum veterum Juriſconſ. quæ ſuperſunt, non eſſe aſſumendas. Illud ſanè malim hæc antiqua, & antiquata jura, Digeſtis potiùs, quàm Inſtitut. contra Juſtiniani præſcriptionem, ſupr. in Procem. eſſe aſperſa. Nam quid attinet, ejuſmodi male tyronum humeros nec dum ſat valentes onerare? Itaque laudent, qui volunt, quantum volent, hos elementarios libellos: mihi (ut, quod ſentio, dicam) materies, & methodus, ſi qua tamen adhibita eſt, neque hic, nec in aliis horum collectorum operibus placet: & non puto difficile, neque ingenioſum futurum aliquid melius ex his, quæ ſuperſunt reliquis adornare: tantum abeſt, ut de abſolutis illis, & pulcherrimis, & copioſiſſimis I.C. monumentis, non potuerint elegantiora componi.

b OLIM. Ante, & poſt 12. tab. *l. verbis.* 120. *De verb. ſignif.*

2 *c* CALATIS COMITIIS. Centuriata † magiſtratus, Calata pontifices comitia cogebant: qui ut reliquis legis actionibus ſolemnibus, ita & huic familiæ alienationi præerant, adhibita in teſtem populi concione: Gell, *lib.* 15. *cap.* 27. cujus præſentia, & auctoritas omnem ſolemnitatem ſuperabat, *l.* 1. *&* 2. *C. De his, qui in Eccleſ. manu.* ut nunc principis, *l. omnium.* 19. *C. De teſta.* qui ad ſe jus populi traduxit, *l.* 1. *De conſtit.* §. *ſed quod princepi.* ſup. *De jur. nat.* Calata quidam inde Græco nomine dicta volunt, quòd per præconem populus convocaretur. Vide Gruch. *De comit.* Sigon. *De antiquit. jur. Roman. lib.* 1. *cap.* 12. *&* 17. Rationem hanc collegia plurima Canonicorum etiamnum retinent, quorum non putantur alicubi valere teſtamenta, niſi in conventu omnium, & convocato Capitulo facta.

d PROCINCTUM DICEBATUR. In procinctu legit Cujac. ex Ulp. & Cicer. 2. *De Natur. Deor.* Feſtus *lib.* 9. In † procinctu factum teſtamen- 3
tum dicitur, quod miles pugnaturus nuncupat præſentibus commilitonibus. Id quod abſque ulla alia ſolemnitate privilegio militari valebat, Cicer. *lib.* 1. *De Orat.* item *lib.* 1. *&* 2. *De Nat. Deor.* Gell. *praal. loc.* Plutarchus *in vita Coriol.* Feſtus *lib.* 5. *&* 9. Ulpian. *tit.* 20. Unde jura militaris teſtamenti, cujuſmodi nunc ſunt in uſu, manaſſe, valdè videtur conſentaneum, † Quam- 4
quam hoc teſtamentum in procinctu, tantum ad patresfamilias pertinuit, privilegium verò teſtamenti militaris non ſolùm ad formam, ut illud, ſed ad cauſam etiam efficientem refertur: eique datur, qui juri communi teſtari nequit: puta filio-

Digitized by Google

filiofamilias. Vide infr. *De teſtam. milit.* & §.1. *Quibus non eſt permiſs. fac. teſtam.*

e Per Æs, Et Libram. Ulpian. *tit.* 20. Teſtamentorum genera fuerunt (ex jure ſcilicet civili, ut infrà verſ. *ſed prædicta*: nam aliud ſupereſt ex jure prætorio, ut poſt dicetur) tria: unum, quod Calatis comitiis, alterum quod in procinctu, tertium, quod per æs, & libram appellatum eſt. Illis duobus abolitis, poſtquam teſtamenta militaria beneficio Auguſti inducta ſunt, in princip. infrà. *Quib. non eſt permiſſ. fac. teſtamen.* hodie ſo-
5 lum in uſu eſt, quod † per æs, & libram fit, ideſt per mancipationem imaginariam: in quo teſtamento libripens adhibetur, & familiæ emptor, & non minus, quàm quinque teſtes, cum quibus teſtamenti factio eſt. Hæc autem teſtandi ratio neceſſariò inventa eſt, cùm raro, & difficulter à collegio Pontificum Populus Romanus convocaretur, atque ita plurimi teſtamentum facere cupientes, priùs decederent, quàm comitia indicerentur; Vide Theophil. hic.

f Emancipationem. Ulpian. *tit.* 19. Eman-
6 cipatio † propria ſpecies alienationis eſt, & rerum mancipi: eaque fit certis verbis, libripende, & quinque teſtibus præſentibus.

g Imaginariam. Quæ imaginem, & ſpeciem habet venditionis, cùm revera ſit donatio quædam, cauſa mortis inſtituta: *l. nec adiecit.* 9. *pro*
7 *ſoc.* ut † quæ fiat ſine pretio juſto, & nummo tantùm uno, ac pretio dicis ſolum cauſa adhibito. *l. cum in.* 36. *l. ſi quis.* 37. *De contrah. empt. l. ſicut.* 20. *locat.*

8 *h* Venditionem. Quam ut † juſtiſſimam alienandi rationem omnibus ſolemnioribus (puta familiarum) alienationibus veteres Romani adhibebant: in qua æs erat, velut pretium, quo familia vendebatur: quod ut videretur juſtum, adhibita libra, ponderabatur: nam olim non ſpecie, ſed pondere uſum pecuniæ æs præſtabat. Unde per æs, & libram fieri ea alienatio dicebatur. Ulpian. *tit.* 20.
9 In † teſtamento, quod per æs, & libram fit, duæ res aguntur, familiæ mancipatio, & nuncupatio teſtamenti. Nuncupatur teſtamentum in hunc modum: Tabulas teſtamenti teſtator tenens, ita dicit, &c. nam retulimus ea verba ſuprà, ad verb. *Teſtatio.* & piget in his ab uſu noſtro remotis diutiùs ad-
10 hæreſcere. † Venditionis autem verbum cum effectu accipe, ut etiam traditionem complectatur, §. *ſi quis.* 29. ſup. *De rer. diviſ.* quæ civiliter, & effectu inerat mancipationi, cùm ea eſſet alienatio, ſicut & in jure ceſſio. *l. ultim.* ſup. *De uſufr.* Ulp. *tit.* 19. Cont. *l.* 1. *Diſp. c.* 12. hæc autem fit actus, per quem dominium transfertur, *l.* 1. *C. de fund. dot.* quod abſque traditione vera, vel ficta non perficitur. §. *per traditionem.* cum ſeq. ſupr. *De rer. diviſ.* *l. traditionibus.* 20. *C. De pact.* Porrò extra hanc ſolemnitatem traditio eſt tantùm juriſgentium. *d.* §. *per traditionem.* ſup. *De rer. diviſ.* qua non familiæ civiles, ſed res duntaxat, nec mancipi olim transferebantur. Ulp. *tit.* 19.

i Quinque. Hic numerus in omnibus ultimis voluntatibus, teſtamento excepto, hodie retentus eſt, *l. ult. C. De codic. l. ult. C. De donat. cauſ. mort.*

k Testibus. Ne quid falſi committi poſſet, *l. ult. C. De fideicom.*

l Libripende. Ponderatore, qui libra æs appenderet, an juſtum pondus haberet.

m Civibus Romanis. Nam † mancipatio 11
tantùm locum habet inter cives Romanos. Ulp. *tit.* 19. & eos quidem, cum quibus tit civilis teſtamenti factio. Ulp. *tit.* 20 Etenim hi totum populum hac in ſolemnitate repræſentant: ut ex numero civium Pop. Rom. eos eſſe oporteat.

n Puberibus. Ulpian. *tital.* 20. infrà. §. *teſtes.* 3.

o Praesentibus. Ac intelligentibus, quid agatur, etiamſi linguam ignorent, *l. qui teſtamento.* 20. §. *ultim. eod.* Item rogatis, *l. heredes.* 21. §. *ult. eod* & ſponte præſentibus, non coactis, *d. l. qui teſtamento.* 20. § *ult.*

p Familiae. Hæreditatis, *tot. tit. fam. erciſc*

q Emptor. Qui † familiam imaginario pre- 12
tio à teſtatore emebat, & cum quo negotium gerit, ac mancipationem facit teſtator. Non tamen is erat hæres, ſed hæredi (velut nunc fideicommiſſario) quem teſtator nuncupabat, aut ſeorſim in tabulis ſcribebat, emptor reſtituere tenebatur. Ulpian. *d. tit.* 20. *l. heredes.* 21. in princ. *eod.* ut patet ex §. *ſed neque.* 6. infr. *eod.* ubi dicetur. Duplici igitur reſpectu erat imaginarius emptor: quòd nec verè pretium daret, nec ſibi emeret, ſed alii, puta hæredi, cujus negotium gerebat.

r Dicebatur. Non erat revera, ſed nomine tantùm.

ſ Abierunt. Ulpian. *tit.* 20.

t In Usu. Græcorum, ſublatis † à Con- 13
ſtantino formulis, *l.* 1. *C. De for. ſubl.* & tranſlato in Thraciam Imperio, *l. quoniam.* 15. *C. De teſtament.* Nam Romanis tempore Juriſconſultorum in uſu fuiſſe teſtatur Ulpianus *tit.* 20. Licuit tamen etiam poſt Imperii tranſlationem cuique hoc ſolemni ritu teſtari: ideò addit non in totum, ſed partim uſu deſiiſſe.

u Nomina. Jura. Nam † nomen pro re ipſa 14
in jure crebrò ponitur: ut jam ſæpiùs admonui.

x Civile. Hìc ſpecificè ſumitur, quia opponitur juri prætorio, quod eſt altera ſpecies juris civilis, abſolutè, & generaliter accepti, *l. jus autem.* 7. *De juſt. & jur.*

y Septem. Nam duos addidit numero civili quinque teſtium, in vicem videlicet ponderatoris, & emptoris familiæ.

z Signa. Conſignatio, *l. ſi unus.* 12 *C. eod.* quæ eſt ex jure Prætorio, ſicut ſubſcriptio ex Conſtitutionibus, ut in §. *ſequen.*

a Necessaria. Sed tantùm præſentia, ut ſuprà: item rogatio. *l. heredes.* 21. § *penult.* & ſponte adſint; *l. qui teſtamento* § *ult.* ac uſque ad ſupremam conteſtationem maneant, *d. l. qui teſtamento.* § *ult.* eaque unico actu abſolvatur, *d. l. heredes.* §. *ult.* & infr. §. *ſeq.* verſ. *quod jus civile quodammodo exigebat.*

§. 3. Sed

§. 3. Sed, cùm.

SEd, cùm paulatim tàm ex uſu *a* hominum, quàm ex conſtitutionum emendationibus *b*, cœpit in unam conſonanciam jus civile, & prætorium jungi *c*: conſtitutum eſt, ut uno, eodemque tempore (quod jus civile *d* quodammodo *e* exigebat) ſeptem teſtibus adhibitis, & ſubſcriptione teſtium (quod ex Conſtitutionibus *f* inventum eſt) & ex edicto Prætoris ſignacula *g* teſtamentis imponerentur: ita ut hoc jus tripartitum eſſe videatur *h*: & teſtes quidem, & eorum præſentia uno contextu teſtamenti celebrandi gratia *i*, à jure civili deſcendant *k*: ſubſcriptiones autem teſtatoris, & teſtium, ex ſacrarum conſtitutionum obſervatione adhibeantur *l*: ſignacula autem, & teſtium numerus *m* ex edicto prætoris *n*. Sed his omnibus à noſtra conſtitutione *o* propter teſtamentorum ſinceritatem, ut nulla fraus adhibeatur *p*, hoc additum eſt: ut per manus teſtatoris *q*, vel teſtium, nomen hæredis exprimatur, & omnia ſecundum illius conſtitutionis tenorem procedant. Poſſunt autem omnes teſtes & uno anulo ſignare teſtamentum *r*. Quid enim, ſi ſeptem anuli una ſculptura fuerint, ſecundum quod Papiniano viſum eſt? Sed & alieno quoque anulo licet ſignare *ſ*.

1. *Conſtitutiones Imperatorum quam vim habeant.*
2. *Conſignationem, & ſcripturam in teſtamento, ejuſdem eſſe juris.*
3. *Teſtamenta, de quibus hic agitur, triplici ex jure deſcendere.*
4. *Rogatio teſtium ſolemnitas civilis eſt.*
5. *Notarius, qui ſcribit teſtamentum, non eſt teſtis. & ſuper quibus teſtis eſſe poſſit.*
6. *Ius commune, iterum conſuetudine, aut ſtatuto comprobatum, non deſinit eſſe jus commune.*
7. *Signatio ex fide teſtantis pendet, non materia ſigni.*

RAtio, & forma teſtandi nova, quæ in uſu habetur.

a Ex Usu. Conſuetudine, ut *l. de quibus. 31. De legib.*

b Emendationibus. Nam
1 † conſtitutiones, ex jure Prætorio, quod confirmant, vel emendant, faciunt jus civile. *l. 1. l. 3. tot. tit. C. De eden.* quemadmodum etiam ex Juriſconſultorum reſponſis. *l. 1. C. De vet. jur. enucl.* ubi Juſtinianus addit rationem: Omnia meritò noſtra facimus: quia ex nobis omnis eis impertitur auctoritas. Nam, qui ſubtiliter factum emendat, laudabilior eſt eo, qui primus invenit.

c Jungi. Ut non magna ſit utriuſque ampliùs diſcrepantia.

d Jus Civile. *L. heredes, 21. §. ult. eod. l. hac conſultiſſima. 21. C. eod.*

e Quodammodo. Non disertè in hoc caſu, ſed ex generali quadam I. C. interpretatione, penes quos pro regula erat: Omnes actus ſolemnes unico contexto abſolvi oportere, *l. 1. l. continuus. 137. De verb. oblig.* cum ſimil.

f Constitutionibus. Quarum tamen non meminerunt Juriſconſulti in *l. ad teſtium. 22. l. pen. eod.*

g Signacula. Conſignatio † cùm ſit ex ju- 2
re Prætorio, apparet ex eodem jure ſcripturam eſſe, ut quæ ſit conſignationis ſubjectum, & materia. Cæterùm illa mancipatio civilis, nec ſubſcriptionem, neque conſignationem, eòque nec ſolemnitatem fortè ſcripturæ requirebat: cùm teſtibus, & teſtatione, ſeu nuncupatione coram his facta conſtaret, arg. *l. 4. in fin. De pignorib.* cum ſimil.

h Videatur. Pro quatuor † igitur gene- 3
ribus teſtamentorum, de quibus dictum eſt, uſurpari cœpit hoc quintum, ex jure tripartito, Civili, Prætorio, Principali, miſtum.

i Gratia. Nempe, † ut hujus rei gratia ſint 4
rogati, & convocati, *d. l. heredes. 21. § 2* nam rogatio ſolemnitas etiam civilis eſt. Auth. *Rogati. C De teſtibus.*

k Descendant. *L. qui teſtamento. 20. §. ultim. l. heredes. 21. §. ultim. eod. l. cum antiquitas. 20. C. eod.*

l Adhibeantur. *L. hac conſultiſſima. 21. C. eod.*

m Nume-

Digitized by Google

m Numerus. Qui jure civili quinque tantùm requirebantur. Nec enim emptor familiæ teſtis eſſe poterat, §. 5. inf. *eod* neque ponderator erat locu teſtis, utpotè publica perſona, non ad teſtificandum, ſed ad ponderandum adhibita: quemad-
5 modum † nec hodie eſt notarius, cùm ſit in ſcriptis teſtamentum, & de actu per inſtrumentum conficiendo, probandoque agitur: licet, cùm ex ipſo, ut qui præſens fuerit, teſtimonii fides ſuper re geſta quæritur, in numero teſtium examinari poſſit. Alexand. *conſ.* 153. *Videtur. num* 2. & 16. *vol.* 2. Caſtr. in *l. Domitius*. 27. in fin. per illum text. *De teſtam.* Gloſſ. & DD. in *d. l. hac conſultiſſima. C. qui teſtam. fac.* & in §. *ſed ſi infrà ſcriptum*. in Auth. *De fid. inſt.* Bald. in Auth. *Sed novo. C. ſi cert. pet* & remiſſivè Cag. in *l. ſi librarius*. 93. *num.* 60. *De reg. jur.*

n Edicto Praetoris. Etſi lex Cornelia Syllæ teſtamentaria, ex edicto ſigna requiſivit, cujus meminit Cicer. 3. *Ver.* tamen non abrogavit edictum, ſed potiùs confirmavit: & ex eo, non
6 ex nova lege ſigna voluit adhiberi. Non † igitur deſierat tunc temporis ea propter hoc eſſe jus prætorium: ut in ſimili non deſinit eſſe jus commune, quod conſuetudine, vel ſtatuto poſtea comprobatur. Barto. in *l.* 1. in princ. *num.* 3. *ad l. Falcid.* & ibi Alexand. Joan. Andr. in *c.* 1. *De conſtitut. num.* 6.

o Constitutione. *L. jubemus*. 29. *C. eod.*

p Adhibeatur. *L. ult. C. De fideicom.*

q Testatoris. Hodie etiam alterius. Auth. *Et non obſervato. C. De teſtam.*

r Testamentum. *L. ad teſtium*. 22. § *ſignum*. 5. *eod.* quo loco addenda eſt negativa, *non tantum*, *&c.*

ſ Signare. Signatio † enim pendet ex fide teſtantis, non materia ſigni: eoque cujus illud ſit, nihil refert, *d. l. ad teſtium*, ubi additur, etiam noctu ſignari poſſe, propter ſubitos teſtantium caſus, & neceſſitates: etiamſi alioqui actus legitimi interdiu fieri ſoleant, *l. non minorem*. 20. cum ibi not. *C. De tranſact.* §. *jedeount*. in Auth. *De judicibus Nov.* 22. 7

§. 4. Teſtes autem.

TEſtes autem adhiberi poſſunt *a* ii, cum quibus teſtamenti factio eſt *b*. Sed *c* neque mulier *d*, neque impubes *e*, neque ſervus *f*, neque mutus *g*, neque ſurdus *h*, neque furioſus *i*, neque is, cui bonis interdictum eſt k, neque is, quem leges jubent improbum, inteſtabilemque eſſe *l*, poſſunt in numerum teſtium adhiberi *m*. Sed, cùm aliquis ex teſtibus teſtamenti quidem faciendi tempore liber exiſtimaretur, poſtea autem ſervus apparuit, tàm Divus Adrianus Catoni, quàm poſtea Divi Severus, & Antoninus reſcripſerunt, ſubvenire ſe ex ſua liberalitate teſtamento: ut ſic habeatur, ac ſi, ut oportet, factum eſſet: cùm eo tempore *n* quo teſtamentum ſignaretur, omnium conſenſu hic teſtis liberi loco fuerit, neque quiſquam eſſet, qui ſtatus ei quæſtionem moveret *o*.

1. *Factio teſtamenti dupliciter intelligitur: & cum quibus ea ſit, remiſſivè.*

2. *Qui teſtes in teſtamento eſſe poſſint: & num.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

TEſtes in teſtamento quinam eſſe poſſint, vel non poſſint.

a Possunt. Regula generalis, cui mox ſubjiciuntur exceptiones.

1 *b* Factio Est. Sive † activè, ſive paſſivè: quamvis ipſi teſtamentum condere nequeant, ut filiifamilias, *l. filiusfamilias*. 16. *eod. l. non minus*. 31. *De hered. inſtitut. l. nemo*. 7. *pro derel.* Quibus autem ſit teſtamenti factio, declarat Ulpian. *tit.* 20.

c Sed. Sequitur exceptio.

2 *d* Mulier. Quæ † *ἐν ταῖς ἀποθετικαῖς* teſtis eſſe poteſt, *l. ex eo*. 18. *De teſtibus*. *l. qui teſtamento*. 20. §. *mulier. eod. ἐν ταῖς συστατικαῖς* non poteſt: nam his viri adhibentur: ſicut & alia civilia munera, publicique juris (quo teſtamentum pertinet, *l.* 3. *eod*) virorum ſunt, non mulierum, *l.* 2. *De reg. jur.* Harmenop. *lib.* 1. *tit.* 13. & 16 ubi additur, ſyſtatica eſſe non modò teſtamentum, ſed codicillos etiam, & donationem cauſa mortis. In quibus tamen contrà ex communi DD. ſententia receptum eſt, mulierem rectè in teſtem hodie adhiberi, Gloſſ *d. l. qui teſtamento* §. *mulier.* ver *non poterit*. Baver. hic *num.* 11. & communiter DD. Addatur illa ratio, quòd fœmina vicem populi Romani in concilium convocati (ubi teſtamenta initiò fiebant) repræſentare nequeat, cùm ius comitio-

mitiorum non habuerit. Gell. *lib.* 5. *cap.* 19. Item quòd hæc quædam ſit interceſſionis, & procurationis rei alienæ ſpecies: unde fœminæ removentur, *l. alienam*. 18. *C. De procur. tot. tit. ad S. C. Vellejanum*.

3 *e* IMPUBES. Quia † plenum animi judicium non habet: Ulpian. *tit.* 20. eòque nec teſtimonium ei denunciari poteſt, *l. inviti*. 19. *De teſt.* propter lubricum ætatis conſilium, *l.* 3. §. *penultim. De teſtibus*.

4 *f* SERVUS. Ex † regula *l. in omnibus*. 175. *De reg. jur.* & quia expers eſt omnium ſolemnium juris civilis. *l. qui teſtamento*. 20. §. *ſervus*. *eod.* nec civis eſt, neque jus comitiorum, nec perſonam civilem habet, *l.* 3. *Ne quis eum, qui in jus voca.* nec caput, *l.* 3. *De cap. dimin.* nec jus dicendi teſtimonii, *l. ſervos*. 6. *l. eos*. 5. *C. De teſtib.* nec jus anulorum, *l. ad teſtium*. 22. ubi Cujac. *eod.* ut cives repræſentare, teſtari, ſignare ritè non poſſit.

5 *g* MUTUS. Quia † reddere teſtimonium nequit apud prætorem, juxta *l.* 1. *quemad. teſtam. aper.* nec jusjurandum, quod à teſtibus exigitur, præſtare, *l. jurisjurandi*. 8. *C. De teſtibus*.

6 *h* SURDUS. Neque † enim dare teſtimonium de re geſta apud prætorem poteſt. *l.* 1. §. 1. *De poſtuland.* juxta formam *l.* 1. *quemad. teſtam. aper.* & ut maximè ſcribere queat: tamen tenenda eſt regula, Non teſtimoniis, ſed teſtibus eſſe credendum. *l.* 3. §. *idem divus*. 2. *De teſtibus*. Diverſum in eo, qui linguam teſtatoris non intelligit. Nam alia lingua & admoneri de eo, quod agitur, & ipſius teſtimo-
7 nium dicere poteſt. De † cæco idem puto (etiamſi id prætereant noſtri, aut dubitanter de eo loquantur: ut Ang. Joan. de Plat. Baver. hìc. Bartol. in *l. ad teſtium* 22. *eod.*) quia nec is rectè coram Prætore comparet, *d. l.* 1. §. *cæcum*. *De poſtuland.* neque conſpicere teſtatorem poteſt, juxta *l. ſi non ſpeciali*. 9. *C. eod.* nec ſignum recognoſcere, *l.* 1. & *tot. tit. Quemadm. teſtament. aper.*

i NEQUE FURIOSOS. Quia † nullus ejus eſt 8
intellectus, *l. furioſi*. 40. *De reg. jur.* eòque nullum dare teſtimonium poſſit. *l. qui teſtamento*. 20. §. *ne furioſus*. 4. *hoc tit.* maximè, cùm ſemper pro abſente habeatur. *l.* 2. §. *furioſus*. *De jur. cod. l. ubi*. 124. §. *furioſus*. *De reg. jur.* teſtes autem hìc præſentes eſſe, & actum intelligere oportet, ut paulò antè dictum eſt.

k INTERDICTUM EST. Quoniam † abro- 9
gata eſt illi omnis interdictione fides, *l. is, cui*. 18. *eod.* & pro furioſo habetur. *l.* 1. *De cur. furioſ. d. l. furioſi*. & jure teſtandi ob ſuam nequitiam caret, eòque ad ſolemnia adhiberi nequit. Paulus *lib.* 3. *tit.* 4.

l INTESTABILEM ESSE. Nam † huic lege 10
abrogata fides, & jus teſtimonii ademptum eſt. Inteſtabilis enim eſt, qui nec teſtamentum facere, nec ad teſtimonium adhiberi poteſt, *d. l. is, cui*. 18. §. *ult. hoc tit.* exempla in *d.* §. *fin. l. qui teſtamento*. 20. §. *eum*. 5. *eod l. lex Cornelia*. 5. §. *ſi quis librum*. *De injur. l. repetundarum*. 15. *De teſtibus. l. eadem*. 6. *ad l. Jul. repetund. l. omnes*. 25. & *l. quid*. 40. *C. Theodoſian. de Hæreticis. l.* 4. *C. de Heret.* Ex hoc † autem apparet, 11
iſtis exceptis, aliàs infames eſſe teſtes in teſtamento poſſe, cùm inteſtabiles tantùm excipiantur: exceptio autem firmet regulam in caſibus non exceptis. Dec. in *l.* 1. *De reg. jur. numer.* 20. cum ſequent.

m ADHIBERI. Vide Ulpian. *tit.* 20. Paul. *lib.* 3. *cap.* 4.

n EO TEMPORE. Nam illo teſtium conditio ſpectatur, *l. ad teſtium*. 22. *eod.*

o MOVERET. *L.* 1. *C. eodem*. ex ratione *l. Barbarius*. 3. ubi DD. præſertim Jaſon *De offic. prætor.*

§. 5. Pater, nec non is.

Pater, nec non is, qui in poteſtate ejus eſt *a*, item duo fratres, qui in ejuſdem patris poteſtate ſunt, utrique *b* teſtes in uno teſtamento fieri poſſunt: quia nihil nocet, ex una domo plures teſtes alieno *c* negotio adhiberi *d*. In teſtibus autem non debet eſſe is, qui in poteſtate teſtatoris eſt *e*. Sed etſi filiusfamilias de caſtrenſi peculio *f* poſt miſſionem *g* faciat teſtamentum: nec pater ejus *h* rectè adhibetur teſtis, nec is *i*, qui in poteſtate k ejuſdem patris eſt: reprobatum eſt enim in ea re domeſticum teſtimonium *l*.

Digitized by Google

1. *In iis, quæ ſunt juris publici, filiusfamilias pro patrefamilias habetur.*
2. *In teſtibus teſtamentariis non attendi, cujus juris teſtes ſint.*
3. *Exiſtens in teſtatoris poteſtate, teſtis in eo teſtamento eſſe nequit: & ratio, ibid.*
4. *Domus quid hic ſignificet: & qui domeſtici teſtimonium dicere prohibeantur, qui non.*

VNius familiæ plures eſſe teſtes in teſtamento poſſunt: non tamen illi, qui ſunt in poteſtate teſtatoris.

a Ejus Est. Filiusfamilias teſtis eſſe, & ſolemnibus adhiberi poteſt: unde & olim familiæ em-
1 ptor eſſe poterat. Ulpian. *tit.* 20. Hæc † enim omnia ſunt publici juris, *l.* 3. *De teſtam.* in quibus filiusfamilias pro patrefamilias eſt, quia patria poteſtas privata, in publicis non attenditur, *l. filiusfamilias.* 9. *De his, qui ſunt ſui, vel alien. jur. l. quod attinet.* 14. *ad Trebell. l. quippè.* 78. *De judic.*

b Utrique. Ambo ſimul, *l. pater.* 17. *De teſtibus.*

c Alieno. Nam ſecus in proprio. Ulpian. *tit.* 20. *l. nullus.* 10. *De teſtibus.*

2 *d* Adhiberi. Sicut † nihil intereſt, cujus dominii, & poteſtatis ſigna ſint, quæ teſtamentis adhibentur, ut in §. ſuperiore: ita nihil refert, cujus poteſtatis, & juris ſint teſtes, dummodò cives Romani, & alioqui habiles, *l. ad teſtium.* 22. *eod.* Ulp. *tit.* 20.

e Testatoris Est. *L. qui teſtamento.* 20.
3 *eod.* quia † nemo ſibi ipſi accommodare teſtimonium poteſt, *d. l. nullus. l. pen. De arb.* Pater autem, & filius in poteſtate pro una perſona ſunt. *l. ult. C. De imp. ſub.* Vide inf. *De inutil. ſtipul.* §. *quod ſi quis.* non ergò rectè invicem teſtimonium dant, *l. teſtis.* 9. *De teſtibus. l. parentes.* 6. *C. eod. tit.*

f Peculio. Nam de aliis bonis teſtari nequit, infrà *Quibus non eſt permiſſ.*

g Missionem. Et ſic jure communi teſtamentum faciat: nam ante miſſionem in caſtris jure militari illud condere, & conſequenter patris teſtimonio uti poſſet, *d. l. qui teſtamento.*

h Pater Ejus. Cujus eſt in poteſtate, qua diſſoluta, hæc omnia ceſſant.

i Nec Is. Frater ſcilicet.

k Potestate. Ratione enim poteſtatis hæc inducta eſt prohibitio, qua omnes, qui in una ſunt poteſtate, pro uno corpore familiæ habentur, *d. l. ult. l. frater* 38. *De cond. indeb.* cum ſimil.

l Domesticum Testimonium. Ne videatur privatus actus, qui publicus eſſe debet, cùm ſit publici juris, unde & cives velut publicæ perſonæ requiruntur. † Domus hìc, pro ſubjecta 4
materia, in qua de translatione familiæ agitur, familiam ſignificat, non cognationem. Domeſticum igitur interpretamur de iis, qui ſunt in poteſtate, & familia. Theoph. hìc. Nam hi velut ſibi ipſis dicerent teſtimonium, *l. ne cum.* 16. *De fur.* quod non poſſunt, ut in §. *ſeq. d. l. nullus.* Alii verò domeſtici, ut fratres emancipati, uxor, maritus, miniſtri, rectè hìc adhibentur in teſtes: cùm de teſtantium commodo non agatur, ſed tantùm id, ut voluntas exitum reperiat: quod ſecus eſt, cùm de patrisfamilias commodo, vel incommodo tractatur, *l. 3. C. De teſtib.* Eſt & hic actus à communiter accidentibus, qui ab ægrotis domi decumbentibus plerunque conficitur. non igitur hinc domeſticorum teſtimoniū arceri poteſt, *l. conſenſu.* 8. §. *ſuper. C. De rep.*

§. 6. Sed neque.

SEd neque hæres ſcriptus *a*, neque is, qui in poteſtate ejus eſt, neque pater ejus, qui eum habet in poteſtate, neque fratres, qui in ejuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes adhiberi poſſunt *b*. Quia hoc totum negotium, quod agitur teſtamenti ordinandi gratia, creditur hodie *c* inter teſtatorem, & hæredem agi *d*. Licet autem totum jus tale conturbatum fuerat, & veteres quidem familiæ emptorem, & eos, qui per patriam poteſtatem ei conjuncti fuerant, à teſtamentariis teſtimonijs repellebant; hæredi *e* autem, & iis, qui per poteſtatem ei conjuncti fuerant, concedebant teſtimonia in teſtamentis præſtare *f*: licet ii, qui id permittebant, hoc jure minimè abuti eos debere ſuadebant *g*: tamen nos eandem obſervationem corrigentes, & quod ab illis ſuaſum eſt, in legis neceſſitatem transferentes, ad imitationem priſtini familiæ emptoris, meritò nec hæredi, qui imaginem vetuſtiſſimi familiæ emptoris obtinet *h*, neque aliis perſonis, quæ ei (ut dictum eſt) conjunctæ ſunt *i*, licentiam concedi-

mus,

mus, ſibi quodammodo teſtimonia præſtare *k*: ideòque nec ejuſmodi veteres conſtitutiones noſtro Codici inſeri permiſimus *l*.

1. Hæredem teſtimonium perhibere non poſſe, nec eum, qui in ejus eſt poteſtate: num. 2. & 6. & diverſum olim in teſtamento per æs, & libram fuiſſe: num. 3. 4. & 5.

HÆres teſtis eſſe nequit: ut nec reliqui, qui in ejus ſunt familia. *l. qui in teſtamento.* 20. §. *quæcunque. De teſt. l. in ſuis.* 11. *De lib. & poſth. l. ult. C. De impub. ſubſt.*

a HÆRES SCRIPTUS. Quia
1 † oegotium ejus geritur, & ſibi ipſi quodammodo teſtimonium perhiberet, ut ſeqoitur in tex. DD. in *l. qui teſtamento.* 20. *eod. l. nullus.* 10. *De teſtibus. l. omnibus.* 9. *C. eod. l. ne enim.* 16. *De furt.* Eadem ratiooe oec notarius io teſtamento, quod fit in ſcriptis, poteſt eſſe teſtis ſibi ipſi: cùm alii in ſcripturis teſtes præter eom reqoirantur, in Auth. *De inſtrum. caut. & fide.* Non igitur poteſt eſſe ſimul aothentiſans inſtrumentum, & teſtis ſibi ipſi. Ang. in §. *ult. hoc tit.* Bart. Caſtr. & DD. *l. Domitius.* 27. *De teſtam.* Cæterùm ad teſtandum de acto, videtur produci poſſe io teſtem, non minùs, quàm cæteros, qui præſtò fuerunt. Ang. *d. §. ult.* Ergò in codicillo videtur hæredem teſtem eſſe poſſe: nam hæc ratio ceſſat, cùm aliorum res geratur.

2 *b* POSSUNT. Quandoqoidem † omnes pro una perſona habentur: ideòque, & olim noo modò emptor familiæ, ſed omnes, qui in ejuſdem erant poteſtate, teſtimonio excludebantur. Ulp. *tit.* 20. ut pòſt in tex. ſequitur.

c HOOIE. Abolito † jam teſtamento per æs, 3
& libram: nam in illo negotium inter teſtatorem, & emptorem peragebatur, eòqoe hæres teſtis eſſe poterat. Ulp. *tit.* 20. id quod textus ſeqnens indicat.

d HÆREDEM AOT. Bona † ratio. *d. l. nul-* 4
lus. d. l. omnibus. Cic. pro *S. Roſcio.*

e HÆREDI. Nota † hæredi olim fuiſſe jus 5
teſtimonii (non enim erat juris ſucceſſor, ut in §. ſequen.) eumque alium ab emptore fuiſſe.

f PRÆSTARE. Ut nunc legatariis conceditur, in §. ſeq. quando eorum præcipuè negotium non agatur.

g SUADEBANT. Obtinuit hoc in teſtamento per æs, & libram: quia in eo, non cum hærede, ſed cum emptore negotium peragebatur. Cæterùm in teſtamento Prætorio ea ratio ceſſabat: eòque nec hæres ibi teſtis eſſe poterat, utpotè cujus oegotium gereretur *d. l. qui teſtamento.* 20. *eod.*

h OBTINET. Quia † nunc ipſius negotium 6
agitur, & propria cauſa eſt, *l. 1. §. propria. Quand. & intra quæ temp. ap.*

i CONJUNCTÆ SUNT. Non ſanguine, ſed patria poteſtate.

k PRÆSTARE. Nota rationem, de qua Cic. pro *S. Roſcio.*

l PERMISIMOS. Sublata teſtamenti per æs, & libram ſolemnitate, *l. quoniam.* 15. *C. eod.*

§. 7. Legatariis autem.

LEgatariis autem, & fideicommiſſariis, quia non juris ſucceſſores ſunt, & aliis perſonis eis conjunctis *a* teſtimonium non denegamus *b*: imò in quadam noſtra conſtitutione & hoc ſpecialiter eis conceſſimus. Et multò magis iis, qui in eorum poteſtate ſunt, vel qui eos habent in poteſtate *c*, hujuſmodi licentiam damus.

LEgatarii, & fideicommiſſarii oon prohibentur eſſe teſtes. Fallit qooad legatum ſibi factum. Dilec. *De arte teſtand. tit. 2. Caut. 9.* Joan. Fichard. *ad Villalob.* verb. *legatarius. num.* 55.

a CONJUNCTIS. Per patriam poteſtatem: ut ſequitur in verſ. *& multò magis.*

b DENEOAMOS. Nam ſolent eſſe teſtes legatarii, otpotè cùm teſtibus ſæpiſſimè officii hujus remunerandi cauſa aliquid relinquatur, *l. dictantibus.* 22. *C. De teſt.* Sic tutores filiis, vel uxori in teſtamento dati poſſunt eſſe, præſertim cùm adhue non ſint tutores, nec eorum lucrum vertatur, idemque erit in executoribus, de quibus Baver. hìc.

c POTESTATE. Hìc explicat, quinam dicantur Conjuocti.

§. 8. Nihil autem.

NIhil autem intereſt, utrum teſtamentum in tabulis, an in chartis, membranïſve, vel in alia materia fiat *a*. Sed & unum *b* teſtamentum pluribus codicibus conficere quis poteſt *c*, ſecundum obtinentem tamen obſervationem omnibus factis: quod interdum etiam neceſſarium eſt: veluti ſi quis navigaturus & ſecum ferre, & domi relinquere judiciorum *d* ſuorum conteſtationem velit: vel propter alias innumerabiles cauſas, quæ humanis neceſſitatibus imminent.

1. Diverſitas ſolemnitatis, quæ dat eſſe rei, diverſos facit actus, & diverſa teſtamenta.

DE materia teſtamenti.

a FIAT. *L.1.§.ſi quis. De bon. poſſeſſ.*

b UNUM. Unius inſtitutionis, formæ, & tenoris, ac ſolemnitatis. Nam plura diverſa à pagano relinqui nequeunt. §. 1. inſ. *Quib. mod. teſt. infir.*

1 *c* POTEST. Ut † plura ſint exempla, eadem ſolemnitate coram iiſdem teſtibus perfecta, *d. l. 1. §. ſi quis.* & *§. ſed & ſi unum. De bon. poſs. ſecundum tab.* Diverſitas enim ſolemnitatis, quæ dat eſſe rei, diverſos faceret actus, & diverſa teſtamenta: quæ ſimul effectum habere nequeunt, *§. poſteriore.* inſr. *Quib. mod. teſtam. infirm.* Sed & exempla niſi ſint authentica, non poterit ex iis adiri hæreditas, neque bonorum poſſeſſio peti, *l. 1. §. ſed etſi unum. De bon. poſs. ſecun. tab.* ex ratione Auth. *Si quis in aliquo*, ubi DD. *C. De eden.*

d JUDICIORUM. Hic appellat judicium, in §. ſequent. voluntatem: ut appareat, in hac materia mentem, ſententiam, voluntatem, & ſimilia, nihil aliud, quàm προαίρεσιν ſignificare.

§. 9. Sed hæc;

SEd hæc quidem de teſtamentis, quæ in ſcriptis conficiuntur *a*. Si quis autem ſine ſcriptis voluerit ordinare jure civili *b* teſtamentum, ſeptem teſtibus *c* adhibitis, & ſua voluntate coram eis nuncupata *d*, ſciat hoc perfectiſſimum teſtamentum jure civili, firmumque conſtitutum *e*.

1. Teſtamentum in ſcriptis, & nuncupativum in quibus conveniant, & differant.

2. Teſtamentum nuncupativum eſſe ex mero jure civili. & quando valeat, num. 3.

DE teſtamento nuncupativo.

1 *a* CONFICIUNTUR. Quod † quidem ad ſolemnitatem ſcriptionis, & ſubſignationis attinet. Nam quæ pertinent ad ſolemnitatem teſtimonii, eadem obſervantur in teſtamento etiam nuncupativo. Quocirca & hic teſtes rogari oportet, *l. heredes. 20. §. pen. De teſtam.* Gloſſ. hic *l. hac conſultiſſima. 21. §. per nuncupationem. C. De teſtam.* nec alii teſtes eſſe poterunt, quàm qui in ſuperiore teſtamento.

2 *b* JURE CIVILI. Etenim † prætorium ſigna teſtium, & ideò ſcripturam requirebat: jus civile antiquum non item, in nullo genere teſtamenti, ſive in procinctu, ſive Calatis comitiis, ſive per æs, & libram. Poſteà ex miſto jure inducta ratio condendi in ſcriptis teſtamenti. At nuncupativum eſt ex mero jure civili. Nam eadem nuncupatio uſitata priùs erat in teſtamento per æs, & libram. Ulpia. *tit. 20.* nec prætores bonorum poſſeſſionem ex nuncupativo decernebant, *l. ſi ita ſcriptum. 8. De bono. poſs. ſecund. tab. l. ult. C. De codic.* niſi utilem, *l. 2. C. De bon. poſs. l. hæredes. 21.* ubi Cujac. *De teſtam.*

c SEPTEM TESTIBUS. Ut prætor in prætorio, ita jus civile ſeptem teſtes in nuncupativo exigebat: ut duo vicem libripendis, & emptoris ſupplerent.

d NUNCUPATA. Nominato hærede palàm, & declarata voluntate, *l. heredes. 21. eod. d. l. hac conſultiſſima. 21. §. per nuncupationem. l. jubemus 29.*

C. De

Digitized by Google

C. De teſtam. Sed, etiamſi teſtamentum ſit in ſcriptis factum, valebit, ut nuncupativum: dummodò ſeptem teſtes habeat: etiamſi ut ſcriptum propter aliarum ſolemnitatum defectum valere nequeat, Jaſ. *d. l. hac conſultiſſima.* 21. *§. per nuncupationem. C. De teſtam.*

e Constitutum. §. 2. inſ. *tit. ſequent. l. in teſtamentis.* 26. *l. hac conſultiſſima.* 21. *l. jubemus.*
3 29. *C. eod.* † Itaque valebit voluntas coram notario, & teſtibus ſeptem, enunciata voce, vel ſcripto dictata, quamvis in modum ſcripturæ necdum ſit redacta, &, antequàm redigatur, decedat teſtator. Ang. Fab. Baver. de quo tamen conſule DD. in *l. fideicommiſſa.* 11. *§. quoties. De legat.* 3. Tiraq. *De priv. pia cauſa . privil.* 6. quod verum, ſi hæres nuncupatus ſit, aut explicitè, *l. jubemus.* 29. *C. eod.* ubi Jaſ. *num.* 12. & in *d. l. hac conſultiſſima. § per nuncupationem. C. eod.* aut etiam implicitè. Caſtrenſ. *conſ.* 414. *Viſo. num.* 3. vel per doctrinam, Bart. in *l. ſi ita ſcripſero.* 38. *num.* 1 *De condic. & demonſt.* Cæpoll. Salic. & DD. Jaſ. *num.* 10. in *d. l. jubemus.* 29. *C. eod.* Rom. *conſ.* 306. *Propoſita. num.* 6. & 7. Alex. *conſ.* 12. *lib.* 1. Jaſ. *conſ.* 124 *vol.* 1. Zaſ. *conſ.* 3. *vol.* 1. Iat. Sylvan. *conſ.* 54. Molinæ. *conſ.* 33. *Acutiſſimè. num.* 11. nam abſque eo non jure teſtamenti, quod ſine inſtitutione non conſiſtit, *l.* 1. & 2. *De hered. inſtit.* infr. *eod. tit. §. antè.* inſ. *De legat.* ſed codicilli duntaxat valere poteſt. Pariſ. *conſ.* 32. *Ad reſolutionem . num.* 45. *vol.* 2. Bart. in *l. ult. De jur. codic.* Bald. in *l.* 1. *De teſtam.* Caſt. in *l. proximè.* 3. *De his, quæ in teſtam. del.* bonus text. in *l.* 3. *De mil. teſtam.* Vide etiam Dec. *conſ.* 468. *num.* 8. & 9. Oldra. *conſ.* 119. Caſtrenſ. *conſ.* 45. *Viſa. lib.* 2. optimè Socin. *conſ.* 142. *Reverende. num.* 3. cum multis ſequen. *vol.* 1. maximè ſi adjecta ſit clauſula; Ut valeat, quocunque meliore modo valere poteſt. Bald. in *l. verbis.* 7. *De vulga.* Socin. *d. conſ.* 142. *num.* 3. & 5. Corn. *conſ.* 62. *Alias. num.* 1. 4. 6. 11. *vol.* 2. Jaſ. in *l. eam.* 14. *num.* 11. & 12. *C. De fideicom.* Ad interrogationem etiam alterius hoc modo condi teſtamentum poſſe receptum eſt. Gloſſ. & DD. *d. l. jubemus.* Zaſ. *d. conſ.* 3. Mol. *d. conſ.* 33. dummodò tria concurrant. Zaſ. *d. conſ.* 3. *num.* 37. Molin. *d. conſ.* 33. *num.* 12. nimirum primò, ut teſtator articulatè loqui poſſit, cùm interrogatur: ſecundò, ut in teſtante adſit animus teſtandi, collectus ex eo, quòd notarius, aut tertius aliquis, ultrò ſit à teſtatore, & ſpecialiter ad hoc vocatus: tertiò, ut nulla ſit præſumptio, teſtatorem in gratiam, vel ad importunam inſtantiam alicujus teſtari. Bald. Jaſ. *d. l. jubemus.* Caſtrenſ. *d. l. hac conſultiſſima. C. De teſtam.* Corn. *conſ.* 74. *volum.* 1. & *conſ.* 261. *volum.* 4. Socin. *conſ.* 229. Roman. *conſ.* 306.

DE MILITARI
TESTAMENTO,
Titulus Decimus Primus.

DIctum eſt de primo genere teſtamenti, quod eſt Paganorum: ſequitur alterum Militare, quo milites abſque ulla ſolemnitate rectè teſtantur, *l.* 1. *ff. eodem.* nam arma magis, quàm jura ſcire milites legislator exiſtimavit. *l. ult.* in princ. *C. De jure delib.* De hoc primò generalis regula, & ratio militaris teſtationis proponitur in §. 1. cui interpretatio in §. 2. & deinceps ampliationes tres cum una exceptione ſubjiciuntur. Hujus privilegia 19. ponit Bald. *C. eod.*

NOs autem in duas partes Titulum hunc partimur.
1. Quæ, & quibus jure Militari teſtandi privilegia concedantur, §. 1. 2. 3.
2. Quando ceſſant, §. 4. 5.
Corollarium de peculio quaſi Caſtrenſi in §. *ult.*

§. 1. Supradicta.

SVpradicta diligens obſervatio in ordinandis teſtamentis, militibus *a* propter nimiam imperitiam *b* eorum conſtitutionibus principalibus *c* remiſſa eſt. Nam, quamvis ii neque legitimum numerum teſtium *d* adhibuerint, neque aliam teſtamentorum ſolemnitatem *e*

obſervaverint, rectè nihilominus teſtantur: videlicet, cùm in expeditionibus occupati ſunt: quod meritò noſtra conſtitutio *f* introduxit. Quoquo enim modo *g* voluntas eorum ſuprema inveniatur *h*, ſive ſcripta, ſive ſine ſcriptura *i*, valet teſtamentum ex voluntate *k* eorum. Illis autem temporibus, per quæ citra expeditionum neceſſitatem in aliis locis, vel ſuis ſedibus degunt *l*, minimè ad vindicandum tale privilegium adjuvantur *m*. Sed teſtari quidem, & ſi filiifamiliarum ſint, propter militiam conceduntur *n*, jure tamen communi *o*: eadem obſervatione, & in eorum teſtamentis adhibenda, quam in teſtamentis paganorum *p* proximè expoſuimus.

1. *Cauſa impulſiva ſolemnitatis remiſſæ in militari teſtamento.*
2. *Teſtamenti militaris teſtium numerus, genera, num. 3. cauſa efficiens. num. 4.*
5. *Paganicum quid, quid pagus, unde Pagani dicti, & num. 7.*
6. *Privilegia hujus teſtamenti ad quos extendantur.*

REgula de forma teſtamenti militaris.

a Militiaus. Actu militantibus, non tantùm militaria privilegia habentibus, qualia habent equites, doctores, & alii: nam in his cauſæ ſequentes ceſſant.

1 *b* Imperitiam. Cauſa † impulſiva, ut in *l. ult. C. De teſtam.* nam finalis cauſa olim erat militia, *l. 1. ff. eod.* hodie expeditionis neceſſitas, ut ſequitur: quemadmodum & olim ſuit, cùm teſtamenta in procinctu conderentur: unde hoc jus manaſſe conſentaneum eſt.

c Principalibus, *L. 1. ff. eod.*

d Testium. Septem ad id rogatorum, *l. heredes. 21. §. in teſtamentis. De teſtam.*

e Solemnitatem. Subſcriptionem, ſubſignationem, &c.

f Constitutio. *L. pen. C. eod. l. ult. C. quib. non objic. l. ult. C. De reſtit. mil.* nam olim etiam non verſantibus in expeditione eadem privilegia dabantur.

g Mooo. Forma. *l. 1. ff. eod. l. 1. C. eod.*

2 *h* Invaniatur. Si † ſine ſcriptura factum ſit, dum duobus tamen teſtibus probetur, *l. Lucius. 40. eod.* §. 2. inf. *eod.* Nam ſcriptum manu militis abſque teſtibus ſufficit, *l. milites. 15. C. eod.*

3 *i* Sine Scriptura. Nota, † ſicut pagani, ita militaris teſtamenti duo eſſe genera: unum in ſcriptis, alterum nuncupativum: hoc teſtes requirit ſaltem duos. §. *ſeq.* illud non item, *d. l. milites.* cùm ex ſcriptione, vel ſubſcriptione militis, voluntas ejus æquè, ac per teſtes probetur. Auth. *Quod ſine. C. De teſt. l. generaliter. 13. C. De non num. pec. l. in exercendis. 15. C. De fid. inſtrum.* De voluntate autem ejus quovis modo conſtare ſufficit: ut hìc dicitur, & *l. 1.* ac paſſim. *ff. eod.*

4 *k* Volontate. Nuda, † dum tamen probata: juxta *l. ubi numerus. 12. De teſtibus.* Voluntas igitur hìc ſola pro cauſa efficiente, & formali eſt: quoad ſolemnitatem, non quoad probationem.

l Degunt. In expeditione eſſe intelliguntur, quandiu ſunt in caſtris. §. *poſt miſſionem. 4. hoc tit.* in verb. *poſt. miſſionem.* Item extra caſtra, & quod in caſtris fecerint, &c. non verò † cùm diſtributi 5
ſunt in hyberna, aut limitanea loca, & oppida, vel alias ſedes, commorandi potiùs, quàm pugnandi cauſa aſſignatas: de quibus Theoph. hìc. Ejuſmodi ſedes paganicum appellatur in *l. 1. C. De teſtam. mil.*

m Adjovantur. §. *pater. 5.* verb. *poſt miſſionem. ſup. tit. 1. §. 4. hoc tit. l. pen. C. eod. l. ult. C. quib. non obſt. long. temp. præſcript.*

n Concedontur. Inf. *tit. 1.*

o Communi. Extra † neceſſitatem expeditio- 6
nis, *l. ex militari. 11. §. ult. l. teſtamenta. 27. eod.* & hinc intelligi licet, equites, advocatos, & alios, qui ſibi militaria privilegia arrogant, hoc jure uti non poſſe extra expeditionem, vel ſimilem neceſſitatem: puta peſtis, belli, &c. DD. in *l. ult.* ubi Jaſ. *C. De teſtam.*

p Paoanorum. Pagus † ἀπὸ τῆς πηγῆς dicitur, 7
quòd circa fontes, eorumque rivos villæ plerunque locentur. Hinc pagani dicti, Cic. pro *domo ſua*, quos nunc ruſticos à rure, villicos à villa, & villanos nuncupant. Quia verò hoc genus plerunque rude eſt, *l. pen. De jur. & fact. ign. l. ſi quis id. 7. De juriſd. om. jud.* eò pagani nomine translatitiè rudes ſignantur, ut apud Perſium. Atqui utrovis iſto ſenſu hìc non accipitur: ſed paganos opponit militibus, qui & ipſi plerunque juris rudes ſunt, *l. 1. C. De jur. & fact. ignor. l. ult.* in princ. *C. De jure delib. l. 1. & tot. tit. De teſtam. mil.* Etſi autem ruſtici in militiam olim conſcribi ſolebant. Cicer. in *Catone*, qua ſcilicet tempeſtate pleraque nobilitas ruri vitam degebat: ut ex Livio, & Hiſtoricis conſtat: tamen poſterioribus temporibus, cùm coloni terræ ſcribi cœperunt, deſitum eſt, vel prohibitum potiùs, id genus ad militiam admittere, *l. 3. C. qui mil. lib. 12. l. colonos. 18. C. De agr. & cenſ. lib. 11.* Hinc factum videtur, ut pagani militibus opponantur. Juven. *Sat. 16. l. quadam. 14. De pœn. l. ult. ad l. Falc.* & paganicum caſtrenſi, *l. 1. C. De teſtam. mil.*

§. 2. Pla-

§. 2. Planè de Teſtamentis.

PLanè de teſtamentis militum Divus Trajanus Statilio Severo ita reſcripſit *a*. Id privilegium, quod militantibus datum eſt, ut quoquo modo facta ab his teſtamenta, rata ſint, ſic intelligi debet, ut utique priùs conſtare *b* debeat, teſtamentum factum eſſe, quod & ſine ſcriptura, etiam à non militantibus *c* fieri poteſt. Is ergò miles, de cujus bonis apud te quæritur, ſi convocatis *d* ad hoc hominibus *e*, ut voluntatem ſuam teſtaretur, ita locutus eſt, ut declararet, quem vellet ſibi hæredem eſſe *f*, & cui libertatem tribueret, poteſt videri ſine ſcripto hoc modo eſſe teſtatus: & voluntas ejus rata habenda eſt. Cæterùm, ſi (ut plerumque ſermonibus *g* fieri ſolet) dixit alicui; EGO TE HÆREDEM FACIO: aut TIBI BONA MEA RELINQVO: non oportet hoc pro teſtamento obſervari. Nec ullorum magis intereſt, quàm ipſorum, quibus id privilegium datum eſt, ejuſmodi exemplum non admitti. Alioqui non difficulter poſt mortem alicujus militis teſtes exiſterent, qui affirmarent, ſe audiſſe dicentem aliquem, relinquere ſe bona, cui viſum ſit: & per hoc vera judicia ſubverterentur *h*.

1. *Vtrum rogatio teſtium in militari teſtamento ſit neceſſaria.*
2. *Hominis nomen, utrumque ſexum complecti.*
3. *Abſque hæredis inſtitutione ne militare quidem teſtamentum ſubſiſtere.*

COnfirmatio, & interpretatio regulæ præcedentis.

a RESCRIPSIT. *L. 1. ff. eod.*

b CONSTARE. Duorum ex teſtimonio, *d. l. ubi numerus. 12. De teſtibus. c. 4. De teſtibus.* facit *l. Lucius. 40. l. Divus. 24. ff. eod.* Vide Ang. Baver. & DD. hìc.

c A NON MILITANTIBUS. Ne dum à militibus: quærebatur enim de ejuſmodi teſtamento, quod hæredes ab inteſtato eo colore impugnare nitebantur, quaſi ſine ſcripturæ ſolemnitate non conſtaret. Theoph. hìc.

1 *d* CONVOCATIS. Hinc † rogationem volunt quidam eſſe neceſſariam: Baver. in §. *ult. nu. 37. ſup. tit. 1.* quibus non aſſentior, cùm rogatio ſit juris civilis, Auth. *Rogati. C. De teſtibus.* cujus ſolemnitatibus militaria teſtamenta non ſunt aſtricta, *l. 1. C. eod.* Et ſanè hæc verba, *Convocatis*, &c. non hìc diſpoſitivè ponuntur, ſed tantùm narrativè, quæ nihil diſponunt, quando legiſlator in iis ſe principaliter non fundat. Iaſ. in *l. licet. 19. n. 9. C. De pact.* Bart. in *l. ex hac ſcriptura. 16. De donationibus.* Tiraq. *De privileg. piæ cauſæ. privileg. 3.* Quanquam & hoc dici poteſt, aliud eſſe convocare homines, aliud ſolemniter rogare. Item hìc agi de nuncupativo teſtamento, de quo Baver. etiam loquitur juxta materiam ſubjectam §. *ult. ſup. tit. 1.* quo caſu teſtes vocandi ejus rei gratia, & adhibendi ſunt, ut appareat rem ſeriò agi. Aliud dicam apparente militis ſcriptura, etiam ſine teſtibus, ut ualeat: ſup. §. 1. verb. *ſive ſcripta. l. milites. 15. C. eod.* pro quo Auth. *Quod ſine. C. De teſtam.* quam obtinere etiam in militari teſtamento teſtatur Salic. *d. l. hac conſultiſſima.* in princ. *nu. 6. C. de teſtamen.* Nam, quæ ſcriptura conficiuntur, magis ſeriò fieri præſumuntur, quàm prolata verbis, quæ ſæpè mentem prævertunt. Bart. *l. gerit. 88. num. 20. De acq. hæred.*

e HOMINIBUS. † Quod nomen utrumque ſexum complectitur, *l. hominis. 152. De verb. ſig.* & hinc volunt, fœminas etiam hìc eſſe poſſe teſtes, Baver. hìc. *nu. 5. & 7.* DD. in Auth. *Quod ſine. C. De teſtam. l. milites. 15. C. eod.* Cæterùm, quia plurali locutione utitur (*hominibus*) cùm minimùm duos hoc in nuncupativo teſtamento requiri conſentaneum eſt. *l. ubi numerus. 12. De teſtibus.* 2

f HAEREDEM ESSE. † Nam abſque hæredis inſtitutione, vel nuncupatione alia ultima voluntas perfici, teſtamentum verò ne militare quidem conſiſtere poteſt, cùm ex eo ſpecificum diſcrimen inter teſtamentum, & codicillos ſumatur, *l. non codicillum. 14. C. De teſtam. §. ult. inf. De codicill.* 3

g SAR-

g Sermonibus. Non ſerijs, puta convivalibus, ludieris, &c. Bauer. hic. *num.* 13. 14. etiam publicis, quare nec ex eo, quod ſponſus dixit vel in templo vel in nuptiali ſolemnitate, & convivio, quod vellet omnia bona relinquere uxori, non conſtituitur ultima voluntas, ſi nihil ſit conſecutum, maximè, ſi non ſeriò coram quinque teſtibus, qui etiam in ultima voluntate requiruntur, addit rationem Bal. *l. ex his verbis*. 7. *C. eod. tit.* quod verba enunciativa nihil diſponant: ſecus fuerit, ſi ex circumſtantiis appareat ſeriò hoc actum, puta imminente prælii diſcrimine, *l. licet*. 19. *C. De pact. l. milites*. 15. *C. eod.*

h Subverterentur. Sveton. in *Domitian.*

§. 3. Quin imò & mutus.

Quin imò & mutus, & ſurdus *a* miles teſtamentum facere poteſt. Sed hactenus hoc illis à principalibus conſtitutionibus conceditur, quatenus militant, & in caſtris degunt *b*.

1. *Mutus, & ſurdus jure militari teſtari poteſt, & numer. 2. & 3.*

1 Ampliatio hujus juris, † etiam mutos, & ſurdos jure militari teſtari poſſe.

a Et Motus, Et Surdus. Videtur † loqui de alterutro vitio 2 laborantibus: ſed idem, etſi utroque. DD. hic, *l. 4. ff. eod.*

b Degunt. Aliàs † jure communi teſtari 3 debent, juxta *l. diſcretis*. 10. *C. qui teſt. fac. §. item ſurdus*. inf. *tit.* 1.

§. 4. Poſt miſſionem.

Poſt miſſionem *a* verò veterani, vel extra caſtra *b* alii *c* adhuc militantes, ſi faciunt teſtamentum, communi omnium civium Romanorum jure id facere debent *d*. Et quod in caſtris fecerint teſtamentum, non communi jure *e*, ſed quo modo voluerint *f*, poſt miſſionem intra annum tantùm valebit *g*. Quid ergò, ſi intra annum quis deceſſerit, conditio autem hæredi aſcripta *h* poſt annum extiterit? an quaſi militis teſtamentum valeat? Et placet, valere quaſi militis *i*.

1. *Ignominiam privilegium teſtationis militaris auferre*

2. *Abſentibus Reip. cauſa, privilegium abſentiæ ad annum à reditu durare: & quid de hærede. n. 3.*

Exceptio de his, qui jure militari teſtari non poſſint.

a Missionem. Sive honeſtam, ſiue cauſariam, non etiam 1 ignominioſam. Nam, † licet ignominia jus commune teſtandi non adimit, niſi inteſtabilibus ex lege, *l. cum lege*. 26. *De teſtam.* aufert tamen privilegium teſtationis militaris, *l. teſtamenta*. 26. *De teſtam. milit.*

b Extra Castra. Vide ſuprà §. 1.

c Alii. Milites, adhuc militantes, ut ſequitur.

d Debent. Ex Juſtiniaoi conſtit. *l. penult. C. eod.* Nam olim ſecus fuit, §. 1. ſup. *eod.*

e Communi Jure. Etenim ita factum ſemper valet, quoad mutetur, *l. ſancimus*. 27. *C. De teſtam*

f Voluerint. Jure militari *l.* 1. *eod.*

g Valebit. *L. quod conſtitutum*. 21. *l. teſtamenta*. 26. *l. quod dicitur*. 38. *hoc tit.* abſentibus † enim 2 reipub. cauſa (ut ſunt milites, *l. nec non*. 28. §. *ult.* cum ll. ſeq. *ex quibus cauſ. man*) privilegia abſentiæ ſolent ad annum à reditu durare. *§. item qui reipub.* ſup. *De excuſ. tut.* Gloſſ. in *l.* 4. verb. *tempus*. *De vac. mun.*

h Adscripta. Sicut adſcribi poteſt. §. *hæres*. *De hæred. inſt.* infr.

i Quasi Militis. *L. quod dicitur*. 38. *l. quod conſtitutum*. 21. *ff. eod.* Nam † conditio exiſtens 3 retrotrahitur, perinde ac ſi purè hæres eſſet inſtitutus, Gloſſ. hic per *l. neceſſariò*. 8. *De peric. & commod. rei vend.* cum aliis allegat.

§. 5. Sed

Digitized by Google

§. 5. Sed & ſi quis.

SEd & ſi quis ante militiam non jure *a* fecit teſtamentum, & miles factus, & in expeditione degens, reſignavit illud, & quædam adjecit, ſive detraxit *b*, vel aliàs manifeſta eſt militis voluntas hoc valere volentis *c*: dicendum eſt valere teſtamentum, quaſi ex nova *d* militis voluntate *e*. Denique & ſi in arrogationem datus fuerit miles, vel filiusfamilias *f* emancipatus eſt *g*, teſtamentum ejus quaſi ex nova militis voluntate valet *h*, nec videtur capitis diminutione irritum *i* fieri.

1. Vltima voluntas prior per poſteriorem mutatur: & num. 2. & 3.

4. Capitis diminutio superveniens teſtamentum militare non tollit: ſecus in pagano.

ALia hujus juris ampliatio, qua privilegium hoc ad teſtamentum ante militiam factum extenditur.

a NON JURE. Non adhibitis omnibus ſolemnitatibus, *l.* 1. *De injuſt. rup. teſta.* §. 1. ubi Gloſſ. ad verb. *non jure fecit.* infr. *De hered. quæ ab inteſtat.*

1 *b* DETRAXIT. Nam † his factis prior voluntas revocatur, *tot. tit. De his, quæ in teſtam. delent.*

c VOLENTIS. Ex ſeria profeſſione, & atteſtatione, ut *l. in fraudem.* 16. §. 1. *eod. d. l. licet, C. De pact.*

2 *d* EX NOVA. Prior † enim mutata æquè annihilatur, atque ſi ounquam extitiſſet.

e VOLUNTATE. *L. tribunus.* 20. §. 1. *eod. l.*
3 *conficiuntur*. 8. *De jur. codic.* quòd † ſi non immutet, aut pro nova probet, & ratam eſſe jubeat, ejuſmodi voluntatis ſententia non aliter valere poterit, quàm jure communi, Nam prior facta jure commoni ſemper durat, quomodo durare poteſt (ſeu juſtè facta, ſeo injuſtè) donec mutetur, *l. ſancimus*. 27. *C. De teſtam.* & noo mortis, ſed teſtameoti tempus inſpicitur. *L. is, cui.* 18. *hoc tit.*

f FILIOSFAMILIAS. Miles ſcilicet. Nam paganus teſtari nequit, in poteſtate conſtitutus. § 1. inf. *tit.* 1.

g EMANCIPATUS EST. Ita ut jore communi amplius valere non poſſit. §. *non tamen.* infr. *quibus mod. teſtam. infirm.*

h VALET. *L. miles.* 22. cum l. ſeq. *eod. l.* 1. §. 5. *De bon. poſſ. ſecun. tab.*

i IRRITUM. In † militibus, *d. l. miles*, *d. l.* 4
1. ſecus in paganis, §. *alio.* eum ſeq. inf. *quibus mod. teſt. infirm.* quare hìc non opus eſt alia voluntatis declaratione, ut in caſu ſuperiore. Ibi enim agitur de teſtamento non jure facto, quod jure communi ad nihilum redit, *l. ſi unus*. 12. *C. De teſtam.* §. 1. inf. *De exhæred lib.* ut nova prorſus voluntate opus ſit: hìc de teſtameoto jure facto, cui in militibus nihil detrahit mioima capitis diminutio, cùm ea privata ſit, quæ publicum militum jus iofringere non debet, *l. ille*. 13. §. *ult.* cum l. ſeq. *ad S. Conſ. Trebell.* Auth. *Res quæ. C. com. De leg. & fideicom.* quorum illud privilegium eſt, ut filiifamilias iuxta, atque patresfamilias teſtari poſſint, in princ. ſup. *eod.* §. 1. inf. *tit.* 1. quare nova voluntate hìc non opus eſt, ſed quæ non mutatur, durat, *d. l. ſancimus.* & quia juſta eſt, effectum habere abſque ulla renovatione poteſt.

§. 6. Sciendum tamen eſt.

SCiendum tamen eſt, quòd cùm ad exemplum caſtrenſis peculii, tàm anteriores leges *a*, quàm principales conſtitutiones *b* quibuſdam *c* quaſi caſtrenſia *d* dederant peculia *e*: & horum quibuſdam *f* permiſſum fuerat, etiam in poteſtate *g* degentibus teſtari: quod noſtra conſtitutio *h* latiùs extendens, permiſit omnibus in his tantummodò peculiis teſtari quidem, ſed jure communi *i*. Cujus conſtitutionis tenore perſpecto, licet nihil eorum, quæ ad præfatum ius pertinent, ignorare.

1. *Nullum*

1. Nullum ſimile idem. *2. Quaſi caſtrenſe peculium quod.*

ALia ampliatio, qua militare privilegium ad peculium quaſi caſtrenſe, quadantenus extenditur.

a ANTERIORES LEGES. *L. 1. § in filis. ad Trebell. l. 1. §. nec caſtrenſe. De collat. bon. l. 3. §. dari. De bono. poſſ.*

b CONSTITVTIONES. *L. velut. 7. C. De aſſeſs. l. ult. C. De inoff. teſtam.*

c QVIBVSOAM. Filiisſamilias :nam, qui ſunt in poteſtate, ſoli peculium habent *l. ult.* ubi *§. ult.* Bald. *num.* 3. *&* 4. *C. De inoff. teſta.*

d QVASI CASTRENSIA. Quia ſimilia caſtrenſi, quoad privilegia. Cùm autem † nullum ſimile, ut dicitur, ſit idem, Bart. *l. quod Nerva.* 32. *Depoſ.* improprietatis hac nota, *quaſi*, à caſtrenſibus diſtinguuntur, *l. ult. C. De inoff. teſt.*
1

e PECVLIA. Vt † ſunt, quæ filiusſamilias ex advocationibus, officijs magiſtratus, profeſſionibus publicis liberalium artium lucratur, *d. l.* 1. *§. in filii. d. l.* 3. *d. l.* 1. *§. nec caſtrenſe*. de quibus dictum eſt ſupr. *per quas perſon. nob. acquir.* 2

f QVIBVSDAM. Certas dignitates, & officia ſuſtinentibus, *l. ult. C. De inoff. teſtam, l. ultim. C. De caſtrenſ. pecul. lib.* 12.

g POTESTATE. Patria ſcilicet.

h CONSTITVTIO. *L. ult. C. De inoff. teſt. l. ult. C. qui teſtam. fac.*

i COMMVNI. Hinc apertiſſimè liquet, eos, qui militaria privilegia habent, jure communi teſtari oportere.

QVIBVS NON EST PERMISSVM FACERE TESTAMENTVM.

Titulus Decimus Secundus.

1. Continuatio Tituli, & qui teſtari non poſſint.

1 POſtquam † in genere de Teſtamentis dictum eſt, jam conſequenter de ſingulis ejus partibus ſigillatim, & ordine tractatur. In quo ante omnia de cauſa efficiente (definitiones enim, & ſpecies ſuprà traditæ ſunt) diſpiciendum, quærendumque, quinam teſtari poſſint, vel non, *l.* 4. *eod.* Teſtari autem poſſunt, quibus id non eſt prohibitum, arg. *l. mutus*. 43. *§.* 1. *De procurat. l.* 1. in princ. *De teſtam.* Prohibetur autem aliis ob ſtatum, ut alieno juri ſubjectis, *l. ejus.* 8. *l. de ſtatu.* 15. *l. cum Lege.* 26. *eod. l.* 4. *C. De heret.* de quibus in §. 1. *& ult. hoc tit.* aliis ob vitium animi, de quibus in §. 2. aliis ob vitia corporis, ſenſuumque imminutionem, de quibus in §. 3. & 4. uſque ad *§. ult.* aliis, quòd venerint contra Authen. *Omnes C. com. De ſucceſſ.* vt ibi traditur in fine.

DIviditur igitur Titulus in tres partes.
1. De iis, qui teſtari prohibentur ob ſtatum §. 1. & §. ult.
2. De prohibitis ob vitium animi §. 2.
3. De aliis, qui ob vitia corporis teſtari non permittuntur §. 3.

§. 1. Non tamen.

NOn tamen omnibus licet facere teſtamentum *a*. Statim enim ii, qui alieno juri ſubjecti ſunt, teſtamenti faciendi jus non habent *b*, adeò quidem, ut, quamvis parentes ei permiſerint *c*, nihilò magis iure *d* teſtari *e* poſſint: exceptis iis *f*, quos antea enumerauimus *g*, & præcipuè *h* militibus, qui in poteſtate parentum ſunt: quibus de eo, quod in caſtris acquiſiverunt *i*, permiſſum eſt ex conſtitutionibus principum, teſtamentum facere. Quod quidem ius ab initio tantùm militantibus datum eſt, tàm ex auctoritate diui Auguſti k, quàm Nervæ, nec non optimi Imperatoris Trajani:

jani: poſtea verò ſubſcriptione *l* divi Adriani etiam dimiſſis à militia, id-eſt, veteranis conceſſum eſt *m*. Itaque ſi quidem fecerint de caſtrenſi peculio *n* teſtamentum, pertinebit hoc ad eum, quem hæredem reliquerint. Si verò inteſtati deceſſerint, nullis liberis, vel fratribus ſuperſtitibus *o*, ad parentes eorum jure communi *p* pertinebit. Ex hoc intelligere poſſumus, quod in caſtris acquiſierit miles, qui in poteſtate patris eſt, neque ipſum patrem adimere poſſe *q*, neque patris creditores id vendere *r*, vel aliter inquietare *s*, neque patre mortuo cum fratribus commune eſſe *t*: ſed ſcilicet proprium ejus eſſe id, quod in caſtris acquiſierit: quanquam jure civili omnium, qui in poteſtate parentum ſunt, peculia *u* perinde in bonis parentum computentur, ac ſi ſervorum peculia in bonis dominorum numerentur: exceptis videlicet iis, quæ ex ſacris conſtitutionibus, & præcipuè noſtris propter diverſas cauſas non acquiruntur *x*. Præter hos igitur, qui caſtrenſe peculium, vel quaſi caſtrenſe habent, ſi quis alius filiusfamilias teſtamentum fecerit, inutile eſt, licet ſuæ poteſtatis factus deceſſerit *y*.

1. *Quibus non reperitur interdictum teſtamenta condere, iis intelligitur permiſſum.*
2. *Patriam poteſtatem in cauſa eſſe, quòd filiusfamilias teſtari non poſſit, & quæ ſit ratio, num.* 3.
4. *Permiſſio privata non mutat jus publicum.*
5. *Filiusfamilias teſtari non poteſt (excepto relicto ad pias cauſas) alienare verò rectè poteſt, & ratio, & num.* 7.
6. *Pater permittens teſtationem filio, in qua eſt clauſula codicillaris;* Ut valeat jure donationis, ſeu omni meliore modo, quo poteſt, *an ratione hujus clauſulæ valeat.*
8 *Privilegia teſtamenti militaris à quo primùm conceſſa.*
9. *Mutatio juris circa ſucceſſionem in peculio.*
10. *Caſus decem, in quibus patri non quæritur uſusfructus in caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi peculio.*

QUi in aliena ſunt poteſtate, teſtamentum condere non poſſunt.

1 *a* TESTAMENTUM. Ex † quo ſequens eſt, quibus non invenitur interdictum, iis intelligi jus teſtandi permiſſum. *l. cum prætor.* 12. *De judic. l. mutus.* 43. in princ. *De procurat.* ut ſup. *De tutel.* in princ. & *De iis, qui ſunt ſui, vel alien. jur.*

b NON HABENT. Ut ſunt ſervi (excepto pop. Rom. ſervo publico, qui ex ſemiſſe teſtari poterat. Ulp. *tit.* 20.) capti ab hoſtibus, §. *ult.* infr. *eod.* capite minuti, *l. ejus.* 8. §. *ult. eod.* de ſtatu ſuo dubii, *l. de ſtatu.* 15. *eod.* de quibus Paul. *lib.* 3. *cap.* 4. Sed de his præcipuè hìc non agitur, quia cives Romani non ſunt, & ideò alia ratione jure teſtandi, proprio civium Roman. prohibentur, *l. eum.* 15. cum l. ſeq. *De verb. ſign.* ut igitur exceptio ſit de regula, Dec. in *l.* 1. *De reg. jur.* agit hìc de civibus duntaxat Romanis juri alieno ſubjectis, qui ſola patria poteſtate impediuntur, quò minus teſtari poſſint. Nam, ſi alia cauſa impediret, jam non ob poteſtatem, ſed aliunde hoc jure excluderentur.
2 Accipienda † ergò hæc eſt exceptio de filiisfamilias puberibus, civibus Romanis, integri capitis, & judicii, quibus ad teſtandum nihil officiat, quàm quòd juri alieno, nempe patris ſubjecti ſint. Sed cur hìc patria poteſtas obſtat in jure publico, *d. l.* 3. *De teſtam.* contra regulam *l. nam quod.* 14. *ad Trebell. l. antepen. De his, qui ſunt ſui jur. l. quippè.* 78. *De judic.* & cum filiofamilias jus contrahendi ſit, *l.* 3. §. *is autem. ad Macedon.* cur non & teſtandi? argum. ſup. *De leg. Fuſ. Canin. toll.* Sanè † Lex 3
12. Tab. quæ factionem teſtamenti induxit, de patrefamilias loquitur. Sic enim Cornificius eam recitat; *Paterfamilias, ut ſuper familia, pecuniaque ſua legaſſit, ita jus eſto.* Quæ verba mutilè redduntur, in *l. verbis.* 120. *De verb. ſign.* Excluſit igitur lex filiumfamilias. Verbis autem legis ſtandum eſt, *l. proſpexit.* 12. in princip. *Qui à quib. man. l.* 1. §. *licet.* 10. *De exerc. act.* Addit & eam rationem Ulpian. *tit.* 20. quia nihil proprii habet, de quo teſtari poſſit: quam hìc Theoph. ſequitur. Eaque ratio olim valuit, cùm omnia quærerentur patri, §. 1. ſup. *per quas perſon. l. filiusfamilias.* 18. *ad Leg. Falc. l. ſi ſervus.* 18. *De ſtip. ſer.* hodie non item. *d.* §. 1. cum ſeq. ſupr. *per quas perſon. tot. tit. C. De bon. quæ lib.* §. 2. & 3. in Auth. *De hær. ab inteſt. Novell.* 118. Sed puto, Ulpianum non tàm de proprietate bonorum loqui, quàm de jure familiæ: ſic enim loquitur: filiusfamilias teſtamentum facere non poteſt, quoniam nihil ſuum habet, ut teſtari de eo poſſit. Suum enim refertur ad id, de quo teſtari poteſt, nempè ad jus familiæ, quod teſtamento relinquitur hæredi: quemadmodum & ſuus hæres, & ſuitas, infrà *De hæred. qual.* §. 2. & *De hære. quæ ab inteſt.* §. 2. idemque paulò poſt: quia familiam, inquit, mancipare non poteſt. Cùm autem teſtamento non bona tantùm, ſed omnia jura familiæ, quæ filiusfamilias non habet, relinquantur, ſeu (ut Ulpianus ait) mancipentur: ſequens eſt, nec hodie filium teſtari poſſe, *l. ult.* §. *antepen. C. De bon.*

quæ

quæ lib. §. *ſancimus*. *Novell.* 115. *l. penult. C. qui teſtam. fac. l. ult. C. De inoff. teſtam.* Nam *Novell.* 117. quæ contrà allegari ſolet, nnn teſtationem de bonis, ſed adminiſtrationem duntaxat inter vivns, ut & jus contractus, concedit: quo modn & *l. ult.* §. *filiis*. *C. De bon. quæ lib.*

4 r PERMISERINT. Quia † permiſſin privata non mutat jus publicum *l. jus publicum*. 39. *De pact.* teſtamenti *l.* 3. *De teſtam.* quod ab alieno arbitrin pendere nequit, *l.* 11. *De teſtam. mil. l. illa.* 32. *De hæred. inſtituen*, ſtatutn concedi poteſt, quod extendite ad codicillum. Bart. *l. ut tantum*. 14. §. *de filio. num.* 2. *De ſerv. corrup.*

d JURE. Eòque cùm initio non valeat, ne quidem convaleſcit, quamvis patresfamilias fiant, ut in fine hujus text. ſubijcitur.

5 r TESTARI. Sed † bene donare cauſa mortis, *l. tam is*. 25. *De donat. cauſ. mort.* quia quoad eſſentiam, eſt contractus, licet quoad effectum, prn ultima vnluntate habeatur, *l. ult. C. De donat cauſ. mort.* ubi DD. & in *l. donatio*. 25. *C. eod.* Sehurff. *conſil.* 6. *cent.* 1. eòque privatorum pactis ſubjacet, *l. contractus*. 24. *De reg. iur. l.* 1. §. *ſi conveniat. Depoſ.* Contrabendo autem filiusfamilias alienare poteſt, maximè conſentiente patre *tot. tit. quod juſſu*, & *de pecul. ad S. C. Maced.* &c. Deinde, qunniam hac ratione nnn transfert familiam, & hæreditatem, quam non habet (ea enim cntrahendo dari nequit, *l. hæreditas*. 7. *C. De pact. conven. l.* 4. *C. De inutil. ſtipul.* nec codicillis relinqui, *l. non codicillum*. 14. *C. De teſtam.* §. *ult.* infr. *De codicill.*) ſed bona privata, & ſingularia, quæ omni jure ad eum pertinent, vel
6 pertinere poſſunt. Hinc ergò † ſequens eſt, quamvis filiusfamilias ne codicillum quidem facere queat: cuius factio ex teſtamenti factinne dependet, *l.* 3. *l. divus*. 6. *l. conſtituuntur*. 8. *De jure codicill.* Ulp. *tit.* 25. tamen, ſi permittente patre clauſulam codicillarem teſtatinni ſuæ adjecerit, ut valeat jure donationis, ſeu omni meliore modo, quo valere poteſt, ejuſmodi voluntatem ſaltem jure dnnationis cauſa mortis, ab inteſtato valere. Ang. hìc, Iaſ. in *l. pen. n.* 3. & 4. *C. eod.* Chaſſ. in *conſuet. Burg. De ſucceſſ.* §. 12. verb. *ne aultre donation. n.* 8. Nam ea clauſula facit actum ſuſtineri, ut valeat nmni meliore modo, quo poteſt. Iaſ. in *l. eam*. 14. *num.* 11. & 12. *C. De fideicom.* Socin. *conſil.* 142. *nu.* 5. *vol.* 1. & dixi ſup. ad *tit. De teſt.* §. *ult.*

f EXCEPTIS IIS. Excepto † etiam relicto ad
7 piam cauſam, *l. Licet*. 4. *De ſepult. lib.* 6. DD. in *l. ſenium*. 3. *C. eod.* Bart. Bald. Iaſ. & communiter DD. in *l.* 1. *C. De ſacroſanct. Eccl.* De quo plura Tiraq. 17. *privil. piæ cauſæ*.

g ENUMERAVIMUS. Qui peculium caſtrenſe, vel quaſi habent, *l. ſcimus*. 36. *l. ult. C. De inoff. teſtam. l. Papinianus*. 8. §. *unde*. 11. *ff. eod.*

h PRÆCIPUE. Quia etiam jure militari, nedum cnmmuni, de eo teſtari poſſunt, ut ſup. *tit.* 1. Paul. *lib.* 3. *tit.* 4.

i ACQUISIVERUNT. Nam in eo patresfamilias ſunt. *l.* 2. *ad S. C. Maced.*

8 *k* D. ADRIANI. Nnta, † ab Auguſtn primùm hnc jus indultum eſſe. Ulp. *tit.* 20. Unde conſentaneum eſt, teſtamenti in procinctu factinnem, de qua in §. 1. ſup. *De teſta.* diximus, ante Auguſti tempora tantùm patribusfamilias, non filiisfamilias fuiſſe cnnceſſam.

l SUBSCRIPTIONE. *L.* 1. verb. *per ſubſcriptionem*. *De conſtit. princip.*

m CONCESSUM EST. *L. ſi quis*. 6. *De injuſt. rup. l. caſtrenſe*. 11. *De caſtr. pecul.* Hoc intereſt, quòd hi, & alii, qui de caſtrenſi, vel quaſi peculio teſtantur, jure communi teſtari debeant, militantes in expeditione etiam jure militari poſſint, ut §. 1. & §. *ult.* ſup. *tit.* 1 Paul. *lib.* 3. *tit.* 4. *l. penult. l. ult. C. eod. l. ult. C. De inoff. teſtam. l. ult. C. De bon. quæ lib.*

n CASTRENSI PECULIO. Uel quaſi, *d. l. ult. C. De inoff. teſtam.* cum ſimil. ſup. alleg.

o SUPERSTITIBUS. Conſideretur † hìc juris mutatio. Jure veteri relicta à filiofamilias quærebantur jure peculii patri, nedum fratribus, ſed etiam liberis excluſis, *l.* 1. 2. & *tot. tit. De caſtr. per.* §. 1. *hoc tit.* Jure Cod. prima in ejuſmodi ſucceſſione libernrum cœpit eſſe cauſa, ſecunda fratrum, tertia parentum, quibus tamen indiſtinctè uſusfructus ſalvus erat, *l.* 3. *l.* 4. *C. De bon. quæ lib. l. ult. C. com. De ſucceſſ.* Jure *Novell.* ubi deſunt liberi, parentes cum fratribus æqualiter ſuccedunt. Auth. *Defuncto. C. ad Tertull.* §. 2. *De hæred. ab inteſt. Novell.* 118. Jure Saxonum fratres à parentibus planè, & in tntum excluduntur. Landr. *lib.* 1. *art.* 27. Faſcb. *diff.* 24. 9

p JURE COMMUNI. Jure peculii, ut dictum eſt ſup. in Rub. *Per quas perſonas nob. acq. tot. tit. De caſtr. pecul.* ſeu jure priſtinn, *l. filiusfamilias*. 14. *De caſtren. pec.* hodie jure communi ſucceſſionis, d. Auth. *Defuncto*. *Novell.* 118.

q ADIMERE POSSE. Quia filii eſt, *l.* 4. *De caſtr. pec. l.* 3. §. *pen. De minor. l.* 1. §. *nec caſtrenſe*. 14. *De collat.* qui in his pro patrefamilias habetur, *l.* 2. *ad Maced.* ut bic obtineat regula *l. id, quod noſtrum*. 11. *De regul. jur.*

r VENDERE. Ex regula *tit. C. Ne filius pro patre*.

s INQUIETARE. Ut poterant alia quæſita patri, Thenph. bic, Harmenoph. *l.* 5. fiſco exceptn, cui filius præferebatur, *l.* 3. §. *ſed utrum*. *De minor.*

t COMMUNE ESSE. Ut reliqua acquiſita patri, ſup. *per quas perſonas*. §. 1. & 2. *l. ea, quæ in nominibus*. 6 *C. fam. erciſc. l.* 2. *C. De hæredi. act.* quare nec in cnllationem hæc veniunt, *d. l.* 1. §. *nec caſtrenſe*. *De coll. bon.*

u PECULIA. Profectitia, & adventitia, *l.* 1. *ſi à par. man. l. certam*. 13. *C. fam. erciſc.*

x NON ACQUIRUNTUR. Vide † decem caſus notatos à Glnſſ. & DD. in Auth. *Idem. C. De bon. quæ lib.* nec tamen in iis jus teſtandi eſt filiofamilias, ut ſuprà dictum eſt, niſi in peculin caſtrenſi, vel quaſi, ut ſequitur in verſ. *præter.* ubi cùm hæc duo tantùm peculii genera excipiantur, ſequitur firmari regulam prnhibitionis in caſibus non exceptis, *l. quæſitum*. 12. §. *denique*. *De fund. inſtruct.* Dec. in *l.* 1. *n.* 20. *De reg. iur.* 10

y DECESSERIT. *L.* 6. *eod. l. pen. ff. eod* tempus enim, quo teſtamentum conditur, inſpici debet, *l. is, cui*. 18. in verb. *quod interdictione veruſtius*. *De teſt. m.* §. *in extraneis*. infr. *De hære. qual.* §. 1. infr. *De exhær. lib.* cum ſimil. Et nbtinet bìc *l. quod initio*. 30. *De reg. jur.* ex regula Catoniana. *l.* 1. *De reg. Cato.*

§. 2. Præ-

Digitized by Google

§. 2. Prætereà teſtamentum.

Prætereà teſtamentum facere non poſſunt impuberes *a*: quia nullum eorum animi judicium eſt *b*: item furioſi, quia mente carent *c*. Nec ad rem pertinet, ſi impubes poſteà pubes, aut furioſus poſteà compos mentis factus fuerit, & deceſſerit *d*. Furioſi autem ſi per id tempus fecerint teſtamentum, quo furor eorum intermiſſus eſt, jure teſtati eſſe videntur *e*: certè eo, quod ante furorem fecerint, teſtamento valente. Nam neque teſtamentum rectè factum, neque ullum aliud negotium rectè geſtum, poſtea furor interveniens perimit *f*. Item prodigus, cui bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta eſt *g*, teſtamentum facere non poteſt *h*. Sed id, quod antè fecerit *i*, quàm interdictio bonorum ſuorum ei fiat k, ratum eſt.

1. *Impuberes etiam auctore tutorè teſtamenta facere non poſſe: ſecùs olim in fœmina.*

2. *Prodigo cur teſtamenti factio interdicta ſit: & quando valeat, num. 3.*

De iis, qui per vitia animi, ne teſtamentum facere poſſint, impediuntur.

a Impuberes. Quamvis ſui juris, quamvis milites, *l. ultim. C. De teſtam. mil. l. qua ætate. §. eod.*

1 *b* Judicium Est. Quod † tutor hic non ſupplet, quoniam ex alieno judicio pendere nequit teſtamentum: ut ad §. 1. *num.* 4. dictum eſt, unde puberes etiam minores illud abſque auctoritate curatoris facere poſſunt. *l. Aurelio.* 20. *§. ult. De libera. leg. §. cum ergo.* 4 ſup. *qui & ex quib. cauſ.* Et probat hic textus ſequens in verb. *poſteà pubes factus.* Latè Tiraq. in *ll. connubia.* in fin. verb. *contracter. num.* 93. etiamſi olim fœmina duodecim annorum, auctore tamen tutore, condere potuerit. Ulpian. *tit.* 20. Et eadem ratione ebrius non poteſt teſtamentum facere. Bald. *c. A crapula.* 14. *De vit. & honeſt. cler.* Tiraq. *De pœn. con.* 6. *num.* 8.

c Mente Carent. Nec velle creduntur, *l. furioſi.* 40. *De reg. jur.* eòque mentis, aut voluntatis teſtationem facere nequeunt, *l. furioſum.* 9. *C. eod. l.* 2. *De inoff. teſtam.* Ulp. *tit.* 20.

d Decesserit. Paul. *lib.* 3. *tit.* 4. ex regula Catoniana, *l.* 1. *De reg. Caton. l. quod initio.* 30. *De reg. jur.*

e Videntur. Ceſſante utique impedimento, & cauſa, *d. l. furioſum. l. qui teſtamento.* 20. §. 4. *De teſtam.* per dilucida intervalla.

f Perimit. *L. patre.* 8. *De his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* ex regula *l. exiſtimo.* 98. *l. pen.* §. *ult. l. inter.* 83. *§. ſacram. De verb. obl.*

g Interdicta Est. Nota definitionem prodigi: de qua in *l.* 1. *De cur. fur. l. ei cui.* 6. *De verb. obl.* Definitionem nominis Fronto facit, quòd prodigia faciant: verius videtur ex pro, & adigo, vel ago compoſita, prodigum, & prodigere.

h Non Potest. Quia † commercium illi interdictum eſt, ac quoad bona, pro furioſo eſt, adempta utique adminiſtratione, *d. l.* 1. & ob id familiam mancipare non poteſt. Ulpian. *titul.* 20. quam in libera non habet poteſtate: cujuſmodi eſſe debet teſtantis, *l.* 1. *C. De Sacroſanct. Eccleſ.* ubi Doctores. 2

i Fecerit. Vel pòſt, recepta ſanitate. Paul. *lib.* 3. *tit.* 4.

k Ei Fiat. Etiamſi † prodigus verè ſit: non enim fit ipſo jure prodigus (nam abſque cauſæ cognitione cuiquam ſuarum rerum adminiſtratio auferenda non eſt, *l.* 2. *De his, qui ſunt ſui jur.*) ſicut eſſe deſinit, *l.* 1. *De cur. fur.* Paul. *lib.* 3. *tit.* 4. Difficiliùs enim abitur ab iis, quæ ſunt communis juris, & libertatis, quàm eò redeatur. Res, ut ajunt, facilè ad ſuam redit naturam. *l. ſi unus.* 27. §. *quod ſi non ut totum. De pact.* 3

§. 3. Item ſurdus:

Item ſurdus, & mutus *a* non ſemper *b* teſtamentum facere poſſunt *c*. Utique autem de eo ſurdo loquimur, qui omnino non audit, non qui tardè exaudit. Nam & mutus is intelligitur, qui eloqui

nihil poteſt, non qui tardè loquitur. Sæpè autem etiam literati, & eruditi homines, variis caſibus, & audiendi, & loquendi facultatem amittunt. Vnde noſtra conſtitutio *d* etiam his ſubvenit, ut certis caſibus, & modis ſecundum normam ejus poſſint teſtari, aliaque facere, quæ eis permiſſa ſunt. Sed ſi quis poſt teſtamentum factum adverſa valetudine, aut quolibet alio caſu mutus, aut ſurdus eſſe cœperit, ratum nihilominus manet ejus teſtamentum *e*. Cæcus *f* autem non poteſt facere teſtamentum, niſi per obſervationem, quam lex Divi Iuſtini patris noſtri introduxit *g*.

1. *Vitium corporis impediens teſtamenti factionem, quale hic intelligatur.*
2. *Mutus, & ſurdus teſtari non poſſunt regulariter: & quid hodie juris ſit, & quid de cæco: num. 3.*

1 DE † iis, qui vitio corporis teſtari prohibentur: quod accipiendum eſt de vitiis impedientibus actiones animi, quæ efficiunt teſtamentum, non de aliis, quæ illis nihil officiunt, *l.* 3. *C. eod. l. qui manus.* 10. *eod.* Nam exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. Et in eo, qui teſtatur, integritas mentis, non corporis ſanitas exigenda eſt: eùm infirmos, & morti vicinos teſtari ſit translatitium, *l.* 2. *eod.*

a Et Mutus. Qui non tantùm utroque, ſed alterutro etiam vitio laborat: ut patet ex ſequenti verb. *De eo ſurdo loquimur.* & *nam & mutus, &c.* & ex *l. Octavi*, 9. §. 1. *unde cognat.*

b Non Semper. Niſi impetrata olim à principe venia, *l. ſi mutus.* 7. *eod.*

2 *c* Possunt. Ulpian. *tit.* 20. Mutus, † quòd verba nuncupationis eloqui non poteſt: ſurdus, quoniam verba familiæ emptoris exaudire nequit: quæ rationes, etſi eum ſolemnitate teſtamenti per æs, & libram, ſint ſublatæ: manent tamen illæ, quod mutus rogare teſtes, ſurdus audire eoſdem ſibi teſtimonium perhibentes non poſſit. Paul. *lib.* 3. *tit.* 4. Sed quoniam hæ ipſæ hodie non admodum neceſſariæ ſunt, ideò licet jam iſtis certo modo, quo exprimere rectè ſenſa animi poſſunt, teſtamentum condere, *d. l. diſcretis.*

d Constitutio. *L. diſcretis.* 10. *C. eodem.*

e Testamentum. Ut ſupr. §. proxim. de furioſi teſtamento dictum eſt.

f Caecus. Hodie, † olim potuit: quia nuncupare hæredem, accire teſtes, & audire ſibi teſti- 3
monium perhibentes poterat. Paul. *lib.* 3. *tit.* 4. Sed Juſtinianus jus tantùm hodiernum, & uſitatum voluit in Inſtit. referri.

g Introduxit. *L. hac conſultiſſima.* 8. *C. eod.*

§. 4. Ejus, qui.

EIus, qui apud hoſtes eſt, teſtamentum, quod tibi fecit, non valet *a*, quamvis redjerit *b*. Sed quod, dum in civitate fuerat, fecit: ſive redjerit, valet jure poſtliminii *c*: ſive illic deceſſerit, valet ex lege Cornelia *d*.

1. *Captivitas ſubſequens, teſtamentum ante factum non infringit: & num. 2.*

DE jure teſtandi, & teſtamento captivi apud hoſtes.

a Non Valet. Servus enim eſt, nec particeps juris Roman. *l. ejus.* 8. *eod.*

b Redierit. Quia tempus teſtamenti inſpicitur, §. 1. in fin. ſup. *eod.* nec poſtliminii jus pertinet ad ea, quæ apud hoſtes fiunt, aut nata ſunt, *l.* 1. *C. De jur. poſtlim. l. apud.* 9. *l. Divus.* 26. *eod.*

c Postliminii. Quod † fingit eum nun- 1
quam abfuiſſe, §. *ſi ab hoſtibus.* ſup. *quib. mod. jus patr. poteſt.* Vide *ff.* & *C. De capt. & poſtl. reverſ.*

d Lege Cornelia. Quæ † fingit eum pri- 2
mo captivitatis momento deceſſiſſe civem Rom. *l.* 1. *C. De capt. & poſtl. reverſ.* Vide *Paratit. eod. tit.*

DE INSTITVTIONE, ET EXHÆREDATIONE LIBERORVM *,

Titulus Decimus Tertius.

* LIBERORUM. Etiam parentes hodie continentur, cùm eodem modo præteriri nequeant, nec niſi ex juſta cauſa exhæredari. *Novell.* 115. Vide Gloſſ. *c. Quintavallis*. 23. *De jurejur.*

1. *Continuatio Tituli.*
2. *Inſtitutio, & exhæredatio principaliter in teſtamentis conſiderantur.*
3. *Quid inſtituere, exhæredare, præterire.*
4. *Liberorum differentia: & ſummaria Tituli explicatio.*

1 POſtquàm † expoſitum eſt, qui habeant teſtamenti factionem, vel non habeant: ſequens eſt diſpicere, quomodo fieri teſtamenta debeant, & quæ ad ejus formam præter ſolemnitates extrinſecas, de quibus ad *tit. De teſtam.* dictum eſt,
2 velut intrinſeca quædam ſolemnia requirantur. † Inter cætera verò, quæ ad ordinanda teſtamenta deſiderantur, principale jus eſt, de liberis hæredibus inſtituendis, vel exhæredandis, *l. inter.* 30
3 *De lib. & poſth.* Inſtituere † eſt facere hæredem. *l. 1. De hæred. inſtit.* §. 1. inſ. *eod.* Exhæredare eſt eum, qui lege hæres ſit, exhæredem facere. Præterire eſt neque inſtituere, nec exhæredare. Extranei præteriri poſſunt, quia eos exhæredes facere non eſt neceſſe, cùm lege non ſint hæredes, & cuique permiſſum ſit res ſuas præteritis proximis alienare in alios. *l. 1. C. Comm. divid. l. falſo.* 3. *C. De comm. rer. alien.* Alex. *conſ.* 173. *Viſo. num.* 1. *vol.* 6. Liberi præteriri non poſſunt, quòd lege hæredes neceſſarii ſunt, §. 2. inſ. *De her. qual.* ſed aut inſtituendi ſunt, aut exhæredandi. In quo tamen variè diſtinguitur, propter liberorum varietatem.
Liberi enim, vel † naturales ſunt, hoc eſt, ex 4
legitimis nuptiis concepti: ut *l. ult. & tot. tit. De his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* (naturales enim, ſpuriique hæredes ſui non ſunt, quia nec in poteſtate ſunt, §. *pen.* ſup. *De nupt.* ac ne hæredes quidem regulariter: ut dixi *C. De nat. lib.*) vel legitimi, hoc eſt, adoptivi, §. *tam autem*. 3. inſ. *De inoff. teſtam.* Naturales rursùm aut ſui, aut emancipati. Sui, vel ſuperſtites tempore teſtamenti, de quorum inſtitutione, & exhæredatione in §. 1. agitur: vel poſthumi: aut verè, de quibus in §. 2. aut quaſi, de quibus in §. 3. Deinceps de emancipatorum exhæredatione, in §. 4. de adoptivorum, in §. 5. & de horum jurium omnium emendatione, deinceps uſque ad §. *ult.* in quo de præteritione, quæ pro exhæredatione ſit, tractatur. Quid autem opus erat jus tàm intricatum, & quidem antiquatum rudibus inculcare? an non ſuffecerat jus novum, & uſitatum, velut ſpecioſa prooemia promittunt?

TRibus triomphat partibus Titulus hic.
1. De inſtitutione, vel exhæredatione liberorum facienda à patre pagano. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.
2. A Patre milite. §. 8.
3. A Matre. §. *ultim.*

§. 1. Non tamen.

NOn tamen, ut omnimodo valeat teſtamentum, ſufficit hæc obſervatio, quam ſuprà *a* expoſuimus: ſed qui filium in poteſtate habet *b*, curare debet, ut eum hæredem inſtituat, vel exhæredem *c* nominatim *d* faciat. Alioqui, ſi eum ſilentio præterjerit *e*, inutiliter teſta-

bitur *f*: adeò quidem, ut, ſi vivo patre filius mortuus ſit *g*, nemo hæres ex eo teſtamento exiſtere poſſit *h*: quia ſcilicet ab initio *i* non conſtiterit teſtamentum k. Sed non ita de filiabus *l*, & aliis per virilem ſexum deſcendentibus *m* liberis utriuſque ſexus, antiquitati *n* fuerat obſervatum *o*: ſed, ſi non fuerant ſcripti hæredes, ſcriptæve, vel exhæredati, exhæredatæve, teſtamentum quidem non infirmabatur *p*: jus tamen accreſcendi eis ad certam portionem præſtabatur *q*. Sed nec nominatim eas perſonas exhæredare parentibus neceſſe erat, ſed licebat inter cæteros *r* hoc facere. Nominatim autem quis exhæredari videtur, ſive ita exhæredetur: *Titius filius meus exhæres eſto*: ſive ita; *Filius meus exhæres eſto*: non adjecto proprio nomine, ſcilicet, *ſi alius filius non extet ſ*.

1. *Cui licet hæredem inſtituere, eidem permiſſum eſt etiam exhæredare.*
2. *Pater præterire filium nequit. ſecus in filiabus, & num. 3. 4. 5. 6. 8. 9.*
7. *Ex teſtamento jure nullo, non poteſt adiri hæreditas.*

AGitur de inſtitutione, & exhæredatione ſuorum ſuperſtitum.

a Supra. Ad *titul. De teſtamen.*

b Habet. Secùs enim in emancipato, §. 4. inf. *eod.* ut & in iis, qui propter renunciationem, ſtatutum (quod ſæpè fœminas favore marium excludit) aut aliam cauſam ab inteſtato ſucceſſuri non ſint. Gozadin. *conſil.* 75. *num.* 20. Socin. in *com. opin.* verb. *filia*. *num.* 19. Zoarez. in *theſ. recep.* verb. *filiæ*. *num.* 301. Cravet. *conſil.* 42. *num.* 1.

1 *c* Exhæredem. Nam † patri, cui licet hæredem liberum facere ex lege 12. Tab. *l. verbis*. 120. *De verb. ſign.* jure permittitur exhæredem eundem facere. Cootrariorum enim eadem eſt ratio, & idem jus teſtandi in utramque partem, tàm inſtituendo, quàm exhæredando. Quomodo autem hæreditas tota, ut relinquatur, neceſſe eſt: *l. jus noſtrum*. 7. *De reg. jur.* ſic totam quoque adimi oportet, *d. l. cum quidam*. 19. *De lib. & poſthum.* ex ratione *l. nihil*. 35. *De reg. jur.*

d Nominatim. Expreſſo nomine, vel circumſtantiis deſignatis, *l.* 1. 2. 3. *De lib. & poſthum.* Vide infr. in fine hujus §.

2 *e* Præterierit. Etiamſi † legatum, vel fideicommiſſum reliquerit: *l. ita*. 27. §. *qui rogatus*. 9. *ad S. C. Trebell. l. ſi filia*. 7. *De lib. & poſthum.* & in §. *ſeq* nam legata unà cum teſtamento corruebant, ut legatum relinqui nihil prodeſſet, *l. filio*. 17. §. 1. *De injuſt. rupt. teſt. l. Papinianus*. 8. §. *ult. De inoff. teſtam.* Præteritio igitur hæc ad inſtitutionis, & exhæredationis duntaxat titulum refertur, & pertinet.

3 *f* Testabitur. Nam † niſi pater adimat hæreditatem, ſicut adimere poteſt (cùm liberam habeat teſtandi, eòque etiam exhæredandi juxta, atque inſtituendi facultatem, *d. l. verbis*. 120. & occidere poſſit, *l. in ſuis*. 11. *De lib. & poſthum.* nedum exhæredando ſuitatem adimere, *l.* 1. §. *ſecundum. De ſuis, & legitim.*) filius ex lege ſuus eſt hæres, & quidem neceſſarius: *l. filio*. 17. §. 1. *De injuſt. rup. & irr. teſtam.* cùm abſtinendi jus non habeat jure civili. §. *fin.* infr. *De hæred. qual.* & quia in ſolidum hæres fit, qui niſi ex aſſe exhæredari nequit, *d. l. cum quidam*. non ex re certa. Gloſſ. *l.* 3. §. *filius*. ubi DD. *De lib. & poſthum.* Bald. *l.* 1. *C. De liber. præter.* nec idem jus eſſe poſſit apud hæredem inſtitutum, *l.* 5. §. *ult. ff. commod. l.* 3. §. *ult. De acqu. poſſ.* quia diverſi unius teſtatoris hæredes, alter ex teſtamento, alter ex lege eſſe nequeunt: *d. l. jus noſtrum*. ſequitur inſtitutionem teſtamenti hoc caſu nulliter fieri, & cum ea teſtamentum ipſo jure ruere, §. *ante*. inf. *De legat.* Nam jus inſtitutionis ex lege filiis attributum, ut, velint, nolint, hæredes ſint, non poteſt in alterum transferri, niſi illis prius ſit ademptum legitimo modo, hoc eſt, per exhæredationem, adempta ſuitate. Unumquodque enim eo modo tollitur, quo datur: *l. nihil*. 35. *De reg. jur.* & civilia jura per modum duntaxat civilem auferuntur, § *ult.* ſupr. *De leg. agn. tut.* Eòque præteritione (quæ † non eſt 4 modus tollendi juris civilis, quia nihil diſponit, eòque nec tollit: quod enim non mutatur, cur ſtare prohibeatur? *l. ſancimus*. 27. *C. De teſtam.* ſed tantùm omittit, neque tàm in faciendo, quàm negligendo conſiſtit) jus ſuitatis civile, & legale adimi non poteſt, *l. jus agnationis*. 34. *De pact.* neque conſequenter ea, quæ ſuitati cohærent. Suitas † enim neceſſariò ſuos ex lege efficit hæ- 5 redes eos liberos, quibus hoc jus civili, & juſta teſtatoris voluntate non repetitur ademptum.

g Mortuus Sit. Nam de abſtentione fruſtrà quæritur jure civili, cùm hoc jure abſtinere nequeat, & neceſſarius ſit hæres, §. 1. infr. *De hæred. qual.*

h Existere Possit. Quia ab initio † nul- 6 lum eſt jure civili *d. l. filio*. §. 1. *De injuſt. teſtamen.* quo ſuitas, hæreditas, inſtitutiones, & exhæredationes referuntur, *l. pecunia*. 178. *De verbor. ſign.*

ſign. §. 1. inf. *De bon. poſſ. d. l. jus agnationis*. 34. *De pact. d. l. in ſuis*. 11. *De lib. & poſthum.* §. 2. cum ſeq. inf. *De hæred. quæ ab inteſt. l.* 1. *& tot. tit. De ſuis, & legitim.* Cęterùm jure prætorio filius non eſt neceſſarius hæres, quamvis ſuus: habet enim beneficium abſtinendi, *l. neceſſarius*. 57. *De acqu. hæred.* §. 2. inf. *De hær. qual.* Quare nec hoc jure neceſſaria eſt liberorum ſuorum inſtitutio, vel exhæredatio, ſed abſque his ex ſeptem ſignaculis jure prætorio conſtat teſtamentum, §. 2. ſup. *De teſtament*, eòque poſſeſſione contra tabulas duntaxat impugnatur: §. 4. inf. *eod.* unde ſequens eſt, abſtinente, neque jus ſuum contra tabulas exercente filio præterito, vel eo mortuo, valere teſtamentum jure prætorio, & ex illo, licet non deferatur hæreditas (prætor enim hæredes non facit, §. 2. inf. *De bon. poſſ.*) peti tamen poſſe bonorum poſſeſſionem, *l. poſthumus*. 12. *De injuſt. rup. teſtam.* Ulp. *tit* 23. ac legata conſervari. *l. filio*. 17. *De injuſt. teſtam.*

i Ab Initio. Tempore teſtamenti, quod conſideratur. *l. is cui*. 18. cum ſeq. *De teſtament.* ut tit. ſuperiore. §. t. *num.* 10. in fin. diximus: & dicetur pòſt ſępiùs.

k Testamentum. Quaſi contra legem, & abſque debita ſolemnitate factum: *d. l. inter cæte-*
7 *ra*. 30. *eod.* eòque † ex teſtamento nullo non poteſt adiri hæreditas. *d. l. filio*. *De injuſt. teſtam.* ſed ab inteſtato hoc caſu ſucceditur, quaſi teſtamentum non ſit factum, in princ. inf. *De hære. quæ ab inteſt.* Paria enim ſunt, non fieri aliquid, vel nulliter fieri, *l.* 1. §. *in quibus. Quod cujuſque univ. l. quoties*. 6. cum ibi notat. *qui ſatiſd. cog.* §. *ult.* ſup. *De ſatiſdation.* Forma quippe non ſervata, actus fit nulliter, *l. univerſis*. 6. ubi Jaſ. *n.* 3. cum Auth. ſeq. ubi idem Jaſ. *num.* 5. *C. De precibus Imp. off. l.* 1. *C. De cond. ob cauſ.* Quod porrò nullum eſt, nullum parit effectum, *l. non dubium*. 5. *C. De legibus. l. non putavit*. 8. §. *non quævis*. ubi Bart. *De bon. poſſ. contr. tab.* & in *l.* 4. §. *condemnatum*. *De re judic.* Socin. *conſil.* 115. *Videbatur*. *num.* 15. *vol.* 4. nec ex pòſt facto convaleſcit, *l.* 1. *l. filio*. 17. *De injuſt. rup. teſtam. l. ſi filius*. 7. *hoc tit. l.* 1. *De reg. Caton.*

8 *l* Filiabus. Quamvis † in poteſtate conſtitutis: Ulpian. *tit.* 22. ut exceptio congruat regulæ præmiſſæ. His enim non æquè favebat vetuſtas. §. *item vetuſtas*. inf. *De hær. quæ ab inteſt. l.* 4. *C. De lib. præt.* ut quæ nominis, & juris familiæ non eſſent ſucceſſores, & propagatrices, *l. pronunciatio*. 195. §. *ult. De verb. ſign.*

m Descendentibus. Ex † filio natis. Ulp. 9
tit. 22. §. *ex ſuis*. Non enim proximo gradu ſunt, nec æquè avo immediatè conjunguntur, ut filius patri: unde una emancipatione poterant emancipari, cùm filii tantùm terna. *l. verum*. 8. §. 1. *De injuſt. rup teſt.* Quare in his, quamvis hæredibus ſuis (agit enim de iis, qui proximi facti ſunt, & ſuccedere poſſunt) ſatis idonea viſa eſt antiquitati inter cæteros facta exhæredatio. Ulp. *tit.* 22. Filius, qui in poteſtate eſt, ſi non inſtituatur hæres, nominatim exhæredari debet. Reliqui Sui hæredes utriuſque ſexus, aut nominatim, aut inter cæteros. Idem non obtinuit in poſthumis nepotibus: §. 2. inf. *eod.* ubi de ratione differentiæ nonnihil dicemus.

n Antiquitati. Nam hodie eadem eſt omnium conditio, ut pòſt dicetur.

o Observatum. Vide Ulpian. *tit.* 22. *l. ſi quis legatum*. 6. §. *ſi inſtitutus. ad Leg. Cornel. De falſ.* Cujac. *Obſervat. lib.* 8. *cap.* 18.

p Infirmabatur. Etiamſi nihil jure legati relictum eſſet: quod ſecus erat in poſthumis, ut in §. *ſeq.*

q Praestabatur. Jure namque accreſcendi æquales partes faciebant ſuis hæredibus inſtitutis, & æqualiter cum his ſuccedebant: extraneis autem inſtitutis auferebant indiſtinctè ſemiſſem. Cajus *lib.* 2. *tit.* 3. Ulp. *tit.* 22. §. *ſed ſcriptis*. 16 Paul. *lib.* 3. *tit.* 4. §. 21. etiam jure prætorio, *l. ult. C. De lib. præt.*

r Inter Caeteros. Parentes, conſanguinens, &c. *l. Lucius*. 53. *De hær. inſt.* ut hoc modo; Filius hæres eſto, cæteri exhæredes ſint, *l.* 4. *C. De lib. præt.*

ſ Non Extat. *L.* 1. 2. 3. *eod.* Nam certa deſignatio pro expreſſione eſt, *l. ubi*. 75. §. *illud*. *De verb. oblig. l.* 6. *De rei vind. l.* 6. *ſi cert. pet.*

§. 2. Poſthumi quoque:

Poſthumi *a* quoque liberi *b*, vel hæredes inſtitui debent *c*, vel exhæredari. Et in eo par omnium conditio eſt *d*, quod & filio poſthumo, & quolibet ex cæteris liberis *e*, ſive fœminini ſexus, ſive maſculini, præterito: valet quidem teſtamentum *f*, ſed poſteà agnatione poſthumi, ſive poſthumæ rumpitur, & ea ratione totum infirmatur *g*. Ideòque, ſi mulier, ex qua poſthumus, ſeu poſthuma ſperabatur, abortum fecerit *h*, nihil impedimento eſt ſcriptis hæredibus ad hæreditatem adeundam. Sed fœminini quidem ſexus perſonæ *i* vel nominatim, vel inter cæteros k exhæredari ſolebant, dum tamen, ſi inter cæteros exhæredarentur, aliquid eis legaretur *l*, ne per oblivionem *m* præteritæ eſſe viderentur *n*.

Maſculos verò poſthumos, id eſt filios *o*, & deinceps *p*, placuit non aliter rectè exhæredari, niſi nominatim exhæredarentur *q*: hoc ſcilicet modo *r*; *quicunque mihi filius genitus fuerit, exhæres eſto.*

1. Poſthumi qui, & num. 4. de eorum præteritione, & exhæredatione, num. 2. 3. 7. 8. 9. 10. 11. 13.
5. Exhæredatio inter cæteros, quid complectatur, & num. 12.
6. Præſumptiones unde ducantur.

DE inſtitutione, & exhæredatione poſthumorum.

1 *a* POSTHUMI. Aliàs † hoc nomen ſignat omnes teſtatori poſt humationem ſuperſtites: ut apud Cont. *lib.* 1. *Diſputa. cap.* 15. hic vero teſtatoris liberos duntaxat. Poſthumi dicti ab eo, quod poſt mortem, & humationem patris naſcuntur: Varro *lib.* 1. *De analogia.* quamvis Cujac. potiùs à poſtremo dictum putet, *Obſer. lib.* 3. *cap.* 4. itaque propriè dicuntur, qui tempore mortis paternæ in utero ſunt, Ulpian. *tit.* 23. & poſt mortem patris naſcuntur: *l.* 3. *§.* 1. *De injuſt. rup. teſt.* licet ex lege Velleja etiam qui poſt teſtamentum conditum ante patris mortem nati ſunt, pro poſthumis (quod ad affectum juris hujus attinet) habeantur, *d. l.* 3. §. 1. *l. poſthumus.* 12. *De injuſt. rup. teſtamen.*

b LIBERI. Cujuſcunque gradus, *l.* 1. & 3. *De injuſt. teſtamen. l.* 1. & 3. *C. De poſt. hær.* maximè poſt legem Vellejam, ut poſt dicemus.

c DEBENT. Sui quidem, neceſſariò: reliqui, qui ſui fieri poſſunt, ex conſilio Galli, & lege Velleja, ne poſteà ſui facti, teſtamentum rumpant.

d CONDITIO EST. Quoad præteritionem, & ruptionem, ut ſequitur: nam in exhæredatione fuit diſcrimen, ut paulò poſt dicetur.

e CAETERIS LIBERIS. Filia, nepote, nepte, &c. poſthumis tamen: de quibus ſolis hic agitur.

2 *f* TESTAMENTUM. Necdum † enim nati neque cives, neque ſui hæredes ſunt: eòque nec factio teſtamenti cum illis eſt: ac poſſunt non naſci, vel naſci mortui: quo caſu æquè habentur, atque ſi nunquam fuiſſent, *l. qui mortui.* 129. *De verb. ſignif.* Nec regula *l. qui in utero.* 7. *De ſtat. hom.* obtinet, niſi in his, qui poſteà vivi naſcuntur, *l. cum quidam.* 30. *§.* 1. *De acq. hær. l. antiqui.* 3. *ſi pars hær. l. ultim. De collat. bon.* Quandiu igitur ſunt in utero, & ſpes tantùm eſt futuri hominis, non eſt neceſſe eos inſtitui, & proinde teſtamentum intereà valet: cujus vis ab incerto eventu pendere non debet, *l. ult. rem prædio.*

3 *g* TOTUM INFIRMATUR. Quia † præſumuntur præteritæ per oblivionem. infr. verſic. *ne per oblivionem*. Diverſum obtinebat in filia, & nepotibus, tempore teſtamenti ſuperſtitibus, in quos eadem conjectura non cadit. § *pen.* infr. *hoc tit.* nec enim ex naturali parentum voto, & affectu præſumi poteſt, aut debet teſtator tàm obliviosus, ut potiùs de externis, quàm propriis liberis inſtituendis cogitarit. Itaque hi præteriti non rumpebant teſtamentum, ſed accreſcebant, ut in §. ſuperiore dictum eſt. Aliud etiam jus in filio ſuperſtite præterito ſervatur: hic injuſtum facit teſtamentum, ut ſuprà dictum eſt, poſthumus rumpit: ille ſemper, hic non aliter, quàm ſi naſcatur, *l.* 3. §. 2. *De injuſt. teſt.*

h ABORTUM FECERIT. Qui † poſthumi ap- 4
pellatione non continetur: cùm nunquam fuiſſe videatur, *d. l. qui mortui.* 129. *De verb. ſignif.*

i PERSONAE. Filiæ, neptes, poſthumæ.

k INTER CAETEROS. Ut & jam natæ, ſupr. §. 1.

l LEGARETUR. Inter † cæteros exhæredatio 5
complectitur omnes jam natos, filio excepto, qui nominatim exhæredari debet. Ulp. *tit.* 22. Nam veriſimile eſt, de omnibus liberis ſuis viventibus, ex communi † naturæ voto, & affectione 6
(unde præſumptiones ducuntur, *l. iſti.* 8. *in fin. quod met. cauſ.*) teſtatorem cogitaſſe, *l. ſcripto.* 6. *unde lib. l. nam etſi* 15. *De inoff. teſt. l. ult. De bon. dam.* De non natis eadem præſumptio ſumi nequit, quia teſtator neſcire poteſt conceptum: & ſi ſciat, dubitare tamen, an, & utrùm mas, an fœmina naſcitura erit: quæ dubitatio pro ignorantia eſt, *l. ult. C. De cond. indeb.* Inter cæteros igitur exhæredatio non complectitur poſthumos, niſi id aliunde, puta ex adjectione legati appareat: quod eſt conſideratione dignum.

m OBLIVIONEM. Hæc † ratio valet in om- 7
nibus poſthumis, non in jam natis, ut dictum eſt. Ut enim ignorans ſe habere liberos, non præſumitur eos conſultò (ob naturalem affectionem) præterire, ſed ignoranter, §. *pen.* infr. *eod.* ita & qui dubitat, utrum habiturus ſit, an non: ſicut de exiſtentibus in utero, aut ignoratur, aut dubitatur, an futuri ſint, *d. l. qui mortui. d. l. antiqui.* Paria autem ſunt, ut dictum eſt, ignorare, vel dubitare, *d. l. ult. C. De cond. indeb.*

n VIDERENTUR. Atque † ita totum teſta- 8
mentum rumperent, *d. l. ſi filio.* 17. *De injuſt. teſtam.* Nec enim locus hic erat juri accreſcendi; ut in jam natis, quæ conſultò præteritæ, atque ita tacitè exhæredatæ intelligebantur, eoque teſtamentum illo caſu valebat jure accreſcendi dato. Hæ vero, quia per oblivionem præteritæ præſumuntur, ex lege ſunt hæredes, & conſequenter ex aſſe: *d. l. cum quidam. De lib. & poſthum.* atque ita totum annihilatur teſtamentum ex defectu inſtitutionis, §. *ante.* infr. *De lega. l.* 1. *De hære. inſt.* ex quo non poteſt ſupereſſe jus accreſcendi, quoniam ſcripti hæredes pro non ſcriptis ſunt, ut nulli ampliùs ſuperſint, quibus accreſcatur: & quod nullum eſt, nullum parere poteſt effectum, *l.* 1. *C. eod.* ut ſup. §. 1. dictum eſt.
Cæterùm † legato relicto non eſt oblivione præ- 9
terita

Digitized by Google

terita poſthuma: nam de ea naſcitura teſtatorem propriè cogitaſſe ex illo ipſo apparet: non etiam de mare poſthumo. Huic enim legare non ſufficiebat, cùm nominatim ſit aut inſtituendus, aut exhæredandus. Cùm igitur hoc caſu non eſſent oblivione præteritæ, nequaquam rumpebant teſtamentum: propterea quòd lege non erat neceſſe eas hæredes inſtitui, vel exhæredari, ſufficiente præteritione, conſultò, non per oblivionem facta. §. 1. ſup. *eod.* verſic. *ſed ſi non fuerant*.

10 *o* Filios. Nam † his ne viventibus quidem ſatis eſt legatum relinqui: cùm jure civili, niſi ſint à patre facti exhæredes, neceſſariò efficiantur hæredes, in princ. ſup. *eod.*

11 *p* Et Deinceps. Nepotes, † qui quidem nati, Sui futuri ſint hæredes. De his enim hoc in tractatu agit. Etenim, qui non naſcuntur Sui, teſtamentum non rumpunt, etiamſi naſcantur in poteſtate, cùm non ſint hæredes, utpote à gradu præcedente excluſi, *l. quod dicitur.* 12. *De lib. & poſthumis* junct. §. infr. ſeq. & § *ita demum.* verſ. *poſthum* infr. *De her. quæ ab inteſt.* §. *ſui*. infr. *De her. qual. l. juriſconſultus.* 10. *l* 10. in princ. *De grad.* Unde rectè Ulp. *tit.* 22. Eos, inquit, qui in utero ſunt, ſi nati ſui hæredes nobis futuri ſint, &c. Diverſum fuit in nepotibus jam natis: quos licet Suos, inter cæteros exhæredari ſufficiebat,
12 § 1. in fin. ſup. *eod.* Ulp. *tit.* 22. Nam inter † cæteros exhæredatio complectitur omnes ſuperſtites, qui ſuccedere poſſunt, & de quibus veriſimiliter cogitare teſtator potuit, *l. Lucius*. 53. *De hered. inſt. l. 4. C. de lib. præter*: Poſthumos non item, quia veriſimiliter de his non cogitatum videtur: eóque etiam filia poſthuma inter cæteros non præſumebatur eſſe exhæredata, niſi legatum eſſet ei relictum, atque ita memoria, & mentio ejus expreſſa, ut paulo antè oſtenſum eſt. Sed † cur non idem in nepote poſthumo 13
(præſertim cùm jam nati eodem jure utantur, §. 1. ſup. *eod.*) ut relicto ſcilicet legato inter cæteros exhæredari poſſit? An quod vetuſtas plus mares ex maſculis progenitos dixit, quàm fœminas? §. *item vetuſtas*. infr. *De hære. quæ ab inteſt.* An quod teſtator nepotem ex filio, ſpem, & propagatorem nominis, ac familiæ, non facilè præſumi poteſt, ac debet inter cæteros voluiſſe facere exhæredem? quod ſecus in fœmina, quæ ſuæ familiæ finis eſt, *l. pronunciatio*. 195. in fin. *De verb. ſign.* An quod etiamſi legatum adjiciat, tamen, niſi nominatim poſthumum nepotem exhæredet, videatur potiùs de poſthuma naſcitura (quæ ſic exhæredari conſuevit) quàm de poſthumo cogitaſſe? ut & benignior ſumatur interpretatio, & conſerventur familiæ, & teſtator ſecundum leges teſtatus præſumatur. Sed de his anxiè diſputare, præſertim in Inſtit. nihil attinet: cùm hodie hæc emendata ſint, nec modò non liceat poſthumum, poſthumamve præterire, ſed ne quidem ulla ex cauſa (quæ in non natos juſta cadere nequit) exhæredare, *l. ſi quis.* 33. §. *leges. C. De inoff. teſt.* Vide §. *aliud* in Authen. *Vt cum de appell. Novell.* 115. Gloſſ. pen. in *l. 4. C. De liber. præterit.*

q Exhæredarentur. *L.* 3. §. 3. *De injuſt. rup. teſtam.*

r Hoc Scilicet Modo. Generali: nec enim ſpecialiore nomine, aut deſignatione exprimi poſſunt alii modi æquè generales, tradit Ulp. in *d. l.* 3. §. 3.

§. 3. Poſthumorum autem,

Poſthumorum autem loco ſunt *a* & hi, qui in ſui hæredis locum ſuccedendo *b*, quaſi agnaſcendo *c* fiunt parentibus ſui hæredes *d*: ut ecce, ſi quis filium, & ex eo nepotem *e*, neptemve *f* in poteſtate habeat: quia filius gradu præcedit, is ſolus jura ſui hæredis habet *g*, quamvis nepos quoque, & neptis ex eo in eadem poteſtate ſint *h*. Sed ſi filius ejus, vivo eo *i*, moriatur, aut qualibet alia ratione *k* exeat de poteſtate ejus, incipit nepos, neptiſve in ejus locum ſuccedere *l*, & eo modo jura ſuorum hæredum quaſi agnatione nanciſcitur. Ne ergò eo modo rumpatur ejus teſtamentum ſicut ipſum filium vel hæredem inſtituere: vel exhæredare nominatim debet teſtator, ne non jure faciat teſtamentum: ita & nepotem, neptemve ex filio neceſſe eſt ei vel hæredem inſtituere: vel exhæredare *m*, ne fortè eo vivo filio mortuo, ſuccedendo in locum eius nepos, neptiſve quaſi agnatione rumpat teſtamentum *n*. Idque lege Iunia Velleja proviſum eſt, in qua ſimilis exhæredationis modus ad ſimilitudinem poſthumorum *o* demonſtratur. *p*

1. *Quaſi poſthumi qui.*
2. *Agnaſci quod.*
3. *Nepos, & Neptis quomodo jure civili, & quomodo ex Lege Velleja exhæredentur,*
4. *Legis Velleja duo capita: eorumque explicatio.*

DE inſtitutione, & exhæredatione quaſi poſthumorum.

1 *a* LOCO SUNT. Ideo † quaſi poſthumi appellantur. Ulp. *tit.* 22. nec enim jam nati tempore teſtamenti, natura ſunt poſthumi; ſed quia effectu juris, poſthumorum exemplo ſuccedendo, velut hi agnaſcendo, teſtamenta rumpunt, ideò pro poſthumis per interpretationem, & reſpectu hujus juris habentur.

b SUCCEDENDO. Puta in patris decedentis, qui eos præcedebat gradu, locum, & jus ſuitatis.

2 *c* AGNASCENDO. Non † enim verè agnaſcuntur, qui jam antè nati ſunt, ſed reſpectu avi teſtantis, & ejus teſtamenti quodammodo, nempe ſuccedendo in gradum ſui hæredis ei agnaſcuntur. Ulpian. *tit.* 23. Cujac. ad *l.* 9. in fin. *De lib. & poſthum.*

d SUI HÆREDES. *L. poſthumorum.* 13. *De injuſt. rup. teſtam.*

e EX EO NEPOTEM. Rectè: nam, ſi ex altero, contrà: quia is in ſui patris locum ſuccedit, & cum patruo ſuo, altero ſcilicet filio, æquè jura ſuitatis habet, ut inf. § 2. *De hær. quæ ab inteſt.*

f NEPTIMVE. Jam natos, qui, ut ſequitur, in poteſtate jam habentur.

g HABET. Nec opus eſt tum inſtituere nepotem, ſicut nec parentem filio extante. Guid. Pap. *con.* 50. *n.* 1.

h POTESTATE SINT. §. 1. infr. *De hær. qual.* §. *ita demum.* infr. *De hær. quæ ab inteſt.*

i VIVO EO. Patre ſuo.

k ALIA RATIONE. Puta emancipatione, &c. ſupr. *Quibus mod. jus pat. poteſt.*

l SUCCEDERE. Ut proximus in familia, *d.* §. 2. *d.* §. *ita demum. l. proximus.* 92. *l. proximi.* 155. *De verb. ſign.*

3 *m* EXHÆREDARE. Nepotem † nominatim, neptem inter cæteros, ex lege Velleja. Theoph. hic. Nam jure civili uterque poterat inter cæteros exhæredari. §. 1. ſup. *eod.*

n TESTAMENTUM. Hæc omnia ad verbum ſumpta ſunt ex *d. l. poſthumorum.* 13. *De injuſt. rup. teſt.* Hodie non rumpit. Auth. *Ex cauſa. C. De lib. præt.* ſed, ſi inſtitutus hæres unus ex filiis moriatur, ſuccedit nepos ab inteſtato in portionem, quam ab inteſtato habere debet (ſalvis legatis) non tantùm in legitimam: niſi juſſus ſit inſtitutus filius legitima contentus eſſe, quo caſu reſiduum jure fideicummiſſi propter clauſulam codicillarem tacitam, vel expreſſam aliis inſtitutis, vel quibus relictum eſt, debetur. Alexand. *conſil.* 142. *Circa primam. vol.* 2.

o POSTHUMORUM. Ut mares nominatim exhæredari debeant, fœminæ inter cæteros, ſup. §. 1. atque ita hic Theoph. interpretatur.

p DEMONSTRATUR. Legis † Vellejæ duo fuerunt capita: quorum priore agitur de his, qui 4
poſt factum teſtamentum ſuperſtiti adhuc patri agnaſcuntur, inſtituendis, vel exhæredandis, *l. Gallus.* 29. §. *nunc de lege.* 7. *eod.* Quia enim verè poſthumi non ſunt, *l.* 3. *De injuſt. rupt. teſtament.* Ideò jure poſthumorum olim non continebantur, ut id meritò hac lege ſit introductum, *d. l.* 3. §. 1. *De injuſt. teſtament.* In altero de illis, qui quidem nati tempore teſtamenti, ſed nondum ſui ſunt, fieri tamen, & in locum prioris ſuccedendo, quaſi agnaſcendo rumpere teſtamentum poſſunt: ſcilicet, ut aut inſtituantur, aut exhæredentur: de quo capite hic agitur & in *d. l. Gallus.* §. *videndum.* 8. ubi DD. præſertim recentiores, Cujac. Govea. Hottom. & alii, qui multam ingenii, doctrinæque operam ad explicationem illius ſalebroſi argumenti contulerunt. Nobis in hoc ſtudiorum exorſu, & Inſtit. expoſitione ſatis ſit, ea tantùm carptim, & obiter attingere, quæ lucem textui afferre aliquam poſſunt: ad quem tantum abeſt, ut velim perplexas juris antiqui, & obſoleti diſputationes afferri, & cumulari, potiùs ut hic modum, & judicium in Inſtit. compoſitoribus deſiderem: quod contra Juſtiniani præſcriptionem tàm multum ex jure obſoleto, ad oneranda tyronum ſine fructu ingenia in hunc libellum congeſſerint: quam epitomen juris duntaxat frequentati, & in foro valentis, Princeps eſſe voluerat, ſup. in *proœm. Inſtit.*

§. 4. Emancipatos liberos.

EMancipatos liberos jure civili *a* neque hæredes inſtituere, neque exhæredare neceſſe eſt: quia non ſunt ſui hæredes *b*. Sed prætor omnes, tàm fœminini ſexus, quàm maſculini, ſi hæredes non inſtituantur, exhæredari jubet: virilis ſexus nominatim, fœminini verò & inter cæteros *c*: quia, ſi neque hæredes inſtituti fuerint, neque ita, ut diximus, exhæredati, promittit eis prætor contra tabulas *d* teſtamenti bonorum poſſeſſionem *e*.

De

DE inſtitutinne, & exhæredatione emancipatorum.

a JURE CIVILI. Quo pro extraneis habentur, cùm ſiot extra familiam, §. *emancipati*. inſ. *De hær. quæ ab int. l. pronunciatio*. 195. *De verb. ſign. l.* 6. §. 1. *De bon. poſſ. l. tutelas*. 7. *De cap. minut.* ſecus jure prætorio, *d.* §. *emancipati*. inſ. *De hæred. quæ ab inteſt.* ot paulò pòſt ſequitur.

b SUI HAEREDES. Quorum duntaxat eſt neceſſaria inſtitutio, vel exhęredatio. Extraneos aotem exhæredari, nihil ad ſolemnitatem teſtamenti refert. Ulp. *tit.* 22. §. *ſed ea.* 24. inſr. *De hær. quæ ab inteſt.*

c INTER CAETEROS. Secundum diſpoſitionem juris civilis, de qua paulò antè dictom eſt.

d CONTRA TABULAS. Quoniam valent hoc caſu jure civili, quod emancipatns oon agooſcit, ut reſciſſione ſit opus.

e BONORUM POSSESSIONEM. *L.* 1. *l.* 4. & *tot. tit. De bon. poſſ. ſecund. tab.* Effectu igitur æquat eos ſuis, quos ſolos lex 12. Tab. inſtitui voluit, familiarum ſervandarum cauſa. Prætor etiam emancipatos vocat ex æquitate, & jure naturæ, quod oon ſolvitur per emancipationem, §. *ult.* ſup. *De leg. agn. tut. l. jura* 8. *De reg. jur.* Emancipati eoim natura peræquè liberi, & filii, ac conſeqnenter hæredes manent, atque ſui. Non tamen eos hæredes prætor facit, quia nec poteſt, §. 2. inſ. *De bon. poſſ.* ſed dat poſſeſſionem, quæ effectu, & re ipſa hæreditatem continet, *l.* 3. §. 2. *De bon. poſſ.*

§. 5. Adoptivi liberi.

ADoptivi liberi, quandiu ſunt in poteſtate patris adoptivi, ejuſdem juris habentur, cujus ſunt juſtis nuptiis quæſiti *a*: itaque hæredes inſtituendi, vel exhæredandi ſunt ſecundum ea, quæ de naturalibus *b* expoſuimus *c*. Emancipati *d* verò à patre adoptivo, neque jure civili *e*, neque eo jure, quod ad edictum prætoris attinet *f*, inter liberos connumerantur. Qua ratione accidit, ut ex diverſo (quod ad naturalem parentem attinet) quandiu quidem ſunt in adoptiva familia, extraneorum numero habeantur *g*: ut eos neque hæredes inſtituere, neque exhæredare neceſſe ſit. Cùm verò emancipati fuerint ab adoptivo patre, tunc incipiant in ea cauſa eſſe, in qua futuri eſſent, ſi ab ipſo naturali patre emancipati fuiſſent *h*.

DE inſtitntione, & exhæredatione adoptivorum.

a QUAESITI. Vide ſuprà, & io Parat. *tit. De adopt.* idemqne & in legitimatis eſt obſervandum. Nam pari modo ioſtituendi ſuot, nec aliter, quàm cæteri juſti liberi exhæredari, vel præteriri poſſunt. Sunt enim ſui hæredes in Auth. *Quibus mod. nat. effic. ſui.* §. *dubitatum.* in Auth. *De inceſt. nupt.* Vide Schurff. *conſil.* 1. *num.* 14. *cum ſeq. cent.* 1. & proinde, quæ de ſuis dicta ſunt, in his etiam obtinere putandum eſt, *l.* 1. *De bon. poſſ. cont. tab. l.* 5. §. *liberos. ſi tab. teſtam. l. verum.* 8. *De injuſt. rup. tuſt.*

b NATURALIBUS. Hoc eſt, ex juſto matrimonio procreatis, & ſuis hæredibus. Hi enim naturales io collatione adoptivorum vocaotur, *l. ult. De iis, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* ut & ſup. *De adopt.* & inſ. *De hæred. quæ ab inteſt.*

c EXPOSUIMUS. Suprà in §. 1. & 2.

d EMANCIPATI. Adoptivi ſcilicet, non naturales.

e JURE CIVILI. Quia ſunt extra familiam.

f ATTINET. Quia Prætor tantùm vocat naturales liberos, ex ratione naturali, quòd hos natura, communeque parentum votum ad ſucceſſiooem appellet, *l. nam etſi.* 15. *De inoff. teſta. l. ſcripto.* 7. *ſi tab. teſtam. l. ult. De bon. damn.* adoptivi autem emaocipati nulla naturæ propinqoitate patri adoptivo, à qno ſunt emancipati, junguotur. Non fuit igitur ratio, cur vocari debuerint.

g HABEANTUR. Jure veteri civili: ſecus jure novo, ut infr. §. *circa.* 7. & dictum eſt ſup. ad *tit. De adopt.* ex *l. pen. C. eod. tit.*

h FUISSENT. *L.* 4. *ſi tab. teſt. extab.* hoc eſt, ut habeant beneficium prætoris contra tabulas, ut in §. ſuperiore.

§. 6. Sed

§. 6. Sed hæc.

SEd hæc quidem vetuſtas introducebat. Noſtra verò conſtitutio *a* inter maſculos, & fœminas in hoc jure nihil intereſſe exiſtimans, quia utraque perſona in hominum procreatione ſimili naturæ officio fungitur *b*, & lege antiqua duodecim Tabularum *c* omnes *d* ſimiliter ad ſucceſſionem ab inteſtato *e* vocabantur, quod & prætores *f* poſteà ſecuti eſſe videntur: ideò ſimplex, ac ſimile jus & in filiis, & in filiabus, & in cæteris deſcendentibus per virilem ſexum *g* perſonis, non ſolùm jam natis, ſed etiam poſthumis, introduxit: ut omnes ſive ſui, ſive emancipati ſint *h*, vel hæredes inſtituantur, vel nominatim exhæredentur *i*, & eundem habeant effectum circa teſtamenta parentum *k* ſuorum infirmanda *l*, & hæreditatem auferendam *m*, quem filii ſui, vel emancipati habent, ſive jam nati ſint, ſive adhuc in utero conſtituti poſteà nati ſint.

1. *Argumentum ab inteſtato ad teſtamentum, & remiſſivè.*
2. *Emancipati quatenus ſuis comparentur, & remiſſivè: & quid hodie circa eorum inſtitutionem, & exhæredationem obſervatur, num. 3. 4. & 6.*
5. *Præteritio matris exhæredationis loco eſt.*

EMendatio juris veteris circa inſtitutionem, exhæredationem, & præteritionem ſuorum, emancipatorum, ac poſthumorum liberorum.

a CONSTITUTIO. *L. maximum*. 4. *C. De lib. præt.*

b FUNGITUR. Hinc intelligi poteſt, Imperatorem exemplo prætorum conſideraſſe, & in hac emendatione ſecutum eſſe jus naturæ: legem autem 12. Tab. hac in parte rationem potiùs habuiſſe juris teſtamentorum, & conſervationis, dignitatiſque familiarum, ut nunc jus feudorum.

c TABULARUM. *L. lege*. 14. *C. De leg. hær.*

d OMNES. Sui hæredes, tàm mares, quàm fœminæ: de quibus hìc agit: nam in emancipatis ſecus erat, §. *emancipati*. infr. *De hæred. quæ ab inteſt.*

1 *e* INTESTATO. Etenim † ab inteſtato ſi æqualiter admittuntur, æquum eſt etiam ex teſtamento eos pari jure ſuccedere. Ac nota obiter argumentum à cauſa inteſtati ad cauſam teſtamenti: quod copioſiùs explicatur in *d. l. 4.* verſ. *ſancimus*. *l. cauſa cognita*. 40. *De vulg. & pup.* Everar. in *loc. leg. à cauſ. inteſt.*

f PRÆTORES. In dandis bonorum poſſeſſionibus. Vide inf. & *ff. De bon. poſſ.*

g VIRILEM SEXUM. Nam qui linea materna deſcendunt, hi poſſunt præteriri, cùm ſint prorſùs extranei, & alienam familiam ſequantur, §. *ult. hoc tit.*

2 *h* EMANCIPATI SINT. Hos † ſuis tantùm comparari effectu conſequendæ hæreditatis, & ſecundum quid, non ſimpliciter, neque ut eorum præteritio æquè teſtamentum annihilet, atque ſuorum, volunt Jaſ. in *Addit. ad Porc.* & Viglius, ac alii hìc: qua de re dicemus ad *tit. De hæred. qual. & diff.*

3 *i* EXHÆREDENTUR. Juſtinianus † igitur velut Alexandri gladio omnes illos nodos Gordianos, qui variè in hac materia hærebant implicati, præcidit, ac amputavit: voluitque omnes omninò liberos, ſive mares, ſive fœminas, ſive ſuos, ſive emancipatos, ſive natos, ſive poſthumos, aut inſtitui nominatim, aut exhæredari, & præteritis illis teſtamentum eſſe nullum, *d. l. 4.* ſic ut non ſuſtentetur ex clauſula codicillari. Jaſ. *num.* 2. Auth. *Ex cauſa*. *C. De lib. præt.* neque roboretur juramento, *c. Quintavallis*. 23. *De jurejurand.* Fallit in bannitis, qui pro mortuis habentur, ideò præteriri poſſunt, nec fiſcus, ut hæres querelare teſtamentum poteſt. Jo. de Arnon. *Solilоq.* 19.

4 *k* PARENTUM. Hoc † ipſum poſteà quoque mutatum eſt, ut jam ne quidem nominatim exhæredare liceat, niſi ex cauſa juſta, ac lege comprehenſa (quam hæres inſtitutus, non verò exhæredatus probare debeat) exhæredatio ſit facta, §. *ad hæc aliud*. in Auth. *Ut cum de appell. Novell.* 115. Quòd ſi ſine cauſæ juſtæ expreſſione exhæredentur, eſt nulla exhæredatio, ut contra legis formam facta, *l. 5. C. De legibus*. Sin cauſa juſta expreſſa ſit, nec tamen probari poteſt, hoc caſu valet quidem teſtamentum, ut quod formam legalem habeat, ſed querela reſcinditur, ut inſ. *De inoff. teſtam.* & dixi in *Paratit. ff. eod. tit.* Vide Bald. *num.* 2. Jaſ. *num.* 18. & DD. in Auth. *Ex cauſa*. *C. De lib. præter.* Bald. *conſil.* 112. *Punctus*. *num.* 1. & *conſil.* 89.

ſil. 89. *Proponitur* . *volum.* 5.

5 *l* INFIRMANDA. Ex † linea paterna : nam matris, & maternorum pareotum præteritio pro exhæredatione eſt . §. *ult.* inſ. *hoc tit.* ut nominata exhæredatione hìc non ſit opus : eodemque ſenſu accipienda eſt *d. l.* 4. *C. De lib. præt.*

6 *m* AUFERENDAM. Ut, † ſi ſint præteritl indiſtinctè , teſtameotum ſit nullum : ſed utrum tantùm qooad inſtitutionem , juxta Auth. *Ex cauſa.* an verò quoad omnia ? DD, geoeraliter dict. Authen. *Ex cauſa.* de qualibet præteritione interpretantur. Sed Azo. Alciat. *lib. Parer.* 4. *cap.* 9. Cujac. in *l. filio* . 17. *De injuſt. rupt. teſtam.* Govean. in *l.* 1. *De vulg. ſub.* conteodunt , *Novell.* 115. unde illa Auth. deſumpta eſt , taotùm loqui de præteritione , quæ pro exhæredatione eſt , de qua in §. *ult.* inf. *eod,* non verò de paterna , quæ ab exhæredatione longè diſtat , & de qua hoc loco agitur , & ob quam olim totum teſtamentum corruebat , *d. l. filio.* 17. §. 1. com ſeq. ſup. *eod,* quod jus cùm oon inveniatur correctum , cur ſtare prohibeatur ? *l. ſancimus* . 27. *C. De teſtam.* Nec ſanè hac in parte neceſſe fuit inſtitutionem annihilari, cùm ob præteritionem ſuorum ipſo etiam vetere jure anteà nolla eſſet. Quare *Novellam* eam, quæ inſtitutiones ex præteritione annihilat , conſentaneum eſt de iis loqui , quæ ex antiquo jure valent : ideòque ad nihilum redigendæ nova lege fuerunt .

§. 7. Circa adoptivos .

CIrca adoptivos autem filios certam induximus diviſionem *a* , quæ in conſtitutione noſtra *b* , quam ſuper adoptivis tulimus , continetur .

DE emendatione circa inſtitutionem, exhæredationem , & præteritionem liberorum adoptivorum .

a DIVISIONEM. Diſtinctionem, utrum videlicet à parente adoptatus ſit , ao ab extraneo .

b CONSTITUTIONE NOSTRA. *L. pen. C. De adopt.*

§. 8. Sed ſi .

SEd ſi in expeditione *a* occupatus miles teſtamentum faciat *b* , & liberos ſuos jam natos , vel poſthumos *c* nominatim non exhæredaverit , ſed ſilentio præterjerit , non ignorans *d* , an habeat liberos : ſilentium ejus pro exhæredatione nominatim facta valere, conſtitutionibus *e* principum cautum eſt .

LOquimur hìc de præteritiooe militari .

a EXPEDITIONE. Nam aliàs utitur , & teſtatur jure communi, ſup *De mil. teſtam.*

b FACIAT. Militare , ad quod hoc jus exhæredationum noo pertinet , ut nec ceteræ ſolemnitates civiles .

c POSTHUMOS. Quos ſcit in utero eſſe , *l. ſi cum* . 10. verb. *inſcio* , à cootrario ſenſu , *C. De teſtam. mil.* quæ ſcientia probanda eſt arg. *l. verius* . 21. *De probat.* Ea autem probata potiùs tacitè exhæredaſſe poſthumos ſcienter , quàm oblivione præterjiſſe intelligitur , ut valeat omni meliore modo ejus voluntas , *l.* 1. *De teſtam. mil.* quæ ſola ſpectatur , §. *hereditas* . 4. inf. *De hæred. inſtit.* quod ſecus eſt io paganis , & aliis jure commuoi utentibus : quia niſi poſthumos (nam in jam natis ſecus fuit) expreſſim faciant exhæredes , præſumuntur oblivione potiùs , quàm conſilio præterjiſſe , ut ſupr. §. 2. cum ſequente dictum eſt .

d IGNORANS. Nam ab ignorante præteritio facta , oon eſt pro exhæredatione , ſed teſtameotum militare annihilat , *l. ſicut.* 9. cum Leg. ſeq. *C. De teſtam. mil.* ut & pagaoum , §. 2. ſup. *eod* Hinc autem nota , eum , qui ſcit ſe habere liberos , & tamen præterit , videri non per oblivionem , ut DD. volunt (quod natura reſpuit) ſed cooſultò præterjiſſe .

e CONSTITUTIONIBUS. *D. l. ſicut* . 9. cum Leg. ſeq. *C. De teſtam. mil.*

§. 9. Mater, vel avus maternus.

MAter, vel avus maternus neceſſe non habent *a* liberos ſuos *b* aut hæredes inſtituere, aut exhæredare: ſed poſſunt eos ſilentio omittere *c*. Nam ſilentium matris, aut avi materni, & cæterorum per matrem aſcendentium tantum facit, quantum exhæredatio patris *d*. Neque enim *e* matri filium, filiamve, neque avo materno nepotem, neptemve ex filia, ſi eum, eamve hæredem non inſtituat, exhæredare neceſſe eſt: ſive de jure civili quæramus *f*, ſive de edicto prætoris, quo prætor præteritis *g* liberis contra tabulas bonorum poſſeſſionem promittit: ſed aliud eis adminiculum *h* ſervatur, quod paulò pòſt vobis manifeſtum fiet.

1. *Leg. 4. C. De lib. præter intellectus.*
2. *Præteritio matris cur pro exhæredatione habeatur: & numer. 3.*

HActenus dictum eſt de præteritinne, & exhæredatione, quæ fit à patre, cujus liberi vel ſunt in poteſtate, ut ſui: vel in poteſtate fuerunt, ut emancipati. Sequitur nunc de exhæredatione, & præteritione à matre, ſeu parentibus maternis facta: qunrum liberi in poteſtate non exiſtunt, neque unquam extiterunt.

a NON HABENT. Ut nec cnntra liberi parentes, *l. cum filius. 17. C. De inoff. teſtam.* nec miles liberos, ut §. ſuperiore: nec frater fratrem, *l. fratrem. 21. l. fratres. 27. C. De inoff. teſt.*

b LIBEROS SUOS. Utpnte qui nunquam ſui fuerint hæredes, *l. 4. §. 2. De bon. poſſ. cont. tab. l. nulla. 13. De ſuis, & legit.*

1 *c* OMITTERE. Ergò † *Lex 4. C. De lib. præt.* quæ nominatam exhæredationem requirit, ad paterna tantùm, non etiam ad materna teſtamenta pertinet.

2 *d* PATRIS. Hoc † igitur eſt ſilentin exhæredare: *l. ſi patronus. 12. De bon. lib.* quod in milite verum eſt, niſi ignoraverit ſe liberos habere, ut paulò antè dictum eſt: in matre, & cæteris obtinet, etiamſi falsò ſe credant nrbos, *l. ſi inſtituta. 27. §. ult.* cum Leg. ſeq. *De inoff. teſtam.* Sunt enim matri prorſus extranei: patri, quamvis militi, non item. Extraneos autem ex communi hominum natnra, præſumitur teſtatnr nnn nblivione, ſed conſultò præterire, etiamſi ignnret, an ſint, & quinam ſint.

e NEQUE ENIM. Videtur hìc reddi ratio; ſed tantùm eſt petitin principii. Ratio autem illa ſola non eſt, qnòd liberi horum parentum in pnteſtate non ſint (nam ſic nec emancipati in patris ſacris exiſtunt, in quibus tamen hæc non obtinent) ſed quoniam neque fuerint nnquam, *§. fœmina.* ſup. *De adopt.* eòque nec lege ſint neceſſarii hæredes, ſed prorſus extranei, utpotè extra familiam nati, *d. l. 4. §. 2.* Emancipatus à patre etſi non veteri, tamen nova lege pro ſun eſt in hac materia, *l. 4. C. De lib. præt.* & meritò: quia non prn extraneo prorſus habetur, cùm ſuus ſemel fuerit: & quamvis emancipatus, tamen ut olim jure prætnrin, ita hodie civili pro hærede recipiatur. Atque hinc liqnidò apparet, idnneam ſatis non eſſe rationem, quę traditur: ideò patris præteritione teſtamentum annihilari, quòd videatur de liberis non cogitaſſe. Ea enim ſi ſnla valeret, idem in matre, parentibuſque maternis ſtatuendum eſſet, ut antè poſitum eſt.

f QUAERAMUS. Nnn enim ſunt ea cnnditione, qua emancipati, ex *l. 4. C. De lib. præt.* qui in pnteſtate, & familia fuerunt aliquando, hi verò nunquam, *l. 1. § 4. l. 3. De bon. poſſ. cont. tab.*

g PRAETERITIS. Etiam † emancipatis à patre. 3
Horum enim præteritin non eſt pro exhæredatione, jure prætorio: quoniam id vult eos aut inſtitui, aut exhæredari, *§ emancipatos.* ſup. *eod. l. 2. unde lib. §. minus.* inf. *De hæred. quæ ab inteſt. l. 1. §. 4. l. 3. De bon. poſſ. cont. tab.* At hoc edicto iſti non vocantur. Prætor enim tantùm præteritns vocat, non exhæredatos, *d. l. 1.* in princip. Cæterùm hi non intelliguntur eſſe præteriti à parentibus maternis, ſed exhæredati: quia hæc præteritio pro exhæredatione eſt.

h ADMINICULUM. Querela inofficinſi teſtamenti. *l. filiam. 15. C. De inoffic. teſtam. d. l. ſi inſtituta. §. ult.* cum ſequent. *De inoffic. teſtam.* niſi quando non conſultò, ſed neceſſitate quadam mater præterjit, *l. 3. C. De inoffic. teſtam.*

DE

Digitized by Google

DE HÆREDIBVS †INSTITVENDIS*,

Titulus Decimus Quartus.

† HÆREDIBUS. Hæreditas nomen civile eſt, *l. pecunia*. 178. *De verb. ſignif.* ſicut familiæ. *l. pronunciatio*. 195. *De verb. ſignif.* junct. §. *ultim.* ſup. *De legit. agnator. tutel.* quam transfert, & quæ pars eſt civitatis. Ariſtot. *lib.* 1. *Polit.* ita & hæres. §. 1. infrà *De bonor. poſſ.* dictus ab Hero, quaſi dominus, ſeu domini ſucceſſor. §. *ultim.* infr. *De hær. qual.* Et quomodo hæreditas eſt ſucceſſio in univerſum jus, quod defunctus habuit, *l. hæreditas*. 62. *De regul. jur.* ſic hæres dicitur, qui in hoc jus ſuccedit, & ſuccedendo fit dominus. *l. heredem*. 59. *De regul. jur.*

* INSTITUENDIS. Inſtituere verbum, ab In, & Statuo compoſitum, quod tàm parare, quàm decernere ſignificat. Inſtituitur igitur hæres, quem ſibi ſucceſſorem teſtator decernit, ac parat: quod propriè de ſcripto hærede, uſu etiam de nuncupativo accipitur, *l.* 1. §. 1. *ff. eod.* Ut autem olim ſtipulationes, ita & inſtitutiones (velut actus civiles) certis, & quidem directis verbis erant formandæ: quod poſteà Conſtantinus abrogavit, *l. quoniam*. 15. *C. De teſtam.* Qui inter vivos hæredem appellat, videtur in eum contuliſſe judicium ſupremum. *l. tale pactum*. 40. §. *pater qui dotem*. ubi Jaſ. *De pact.* dicens, quòd, quamvis multi teneant contra Bart. ſe tamen pro Bart. conſulere velle, & judicare per illum textum. Cattell. Cotta in *Memor.* verb. *hæres ſuus*. & Franc. Mar. in *Deciſ. quæſt.* 840. *part.* 1.

Argumentum, & diſpoſitio Tituli.

EXpoſuit hactenus, quomodo liberi ſint hæredes inſtituendi, vel exhæredandi: nunc conſequenter de inſtituendis hæredibus extraneis agit: nam de horum exhæredatione nihil attinebat dicere, quia exhæredari nec ſolent, nec debent, §. *ſed ea*. 14. infrà *De hæred. quæ ab inteſtato*. cùm non ſint lege hæredes, & privatio, ut loquuntur, habitum præſupponat, *l. decem*. 116. *De verb. oblig. l. nam etſi*. 5. *De injuſt. rup. teſtam.*

DE horum ergò inſtitutione tria Imperator proponit.
1. Exequitur, quinam extranei tàm liberi, quàm ſervi inſtitui poſſint, §. 1. 2. 3.
2. De materia, quibus ex partibus inſtitui poſſint, §. 4. 5. 6.
3. De forma, quomodo rectè inſtituantur, §. 7. 8. & 9.

§. 1. HAEREDES inſtituere.

HÆREDES inſtituere permiſſum eſt, tàm liberos homines *a*, quàm ſervos *b*; & tàm proprios, quàm alienos. Proprios autem olim quidem ſecundum plurium ſententias, non aliter, quàm cum libertate, rectè inſtituere licebat: hodie verò etiam ſine libertate, ex noſtra conſtitutione *c*, hæredes eos inſtituere permiſſum eſt. Quod non

per innovationem *d* induximus: ſed quoniam æquius erat, & Atilicino placuiſſe, Paulus ſuis libris, tàm quos ad Maſurium Sabinum, quàm ad Plautium ſcripſit, refert. Proprius autem ſervus etiam is intelligitur, in quo nudam proprietatem teſtator habet, alio uſumfructum habente *e*. Eſt tamen caſus, in quo nec cum libertate utiliter ſervus à domina hæres inſtituitur: ut conſtitutione Divorum Severi, & Antonini cavetur, cujus verba hæc ſunt: Servum adulterio maculatum, non jure teſtamento manumiſſum ante ſententiam ab ea muliere videri, quæ rea fuerat ejuſdem criminis poſtulata, rationis eſt *f*. Quare ſequitur, ut in eundem à domina collata hæredis inſtitutio, nullius momenti habeatur *g*. Alienus ſervus etiam is intelligitur, in quo uſumfructum teſtator habet. Servus autem à domino ſuo hæres inſtitutus, ſi quidem in eadem cauſa *h* manſerit, fit ex teſtamento liber, hæreſque neceſſarius *i*. Si verò à vivo teſtatore manumiſſus fuerit, ſuo arbitrio adire hæreditatem poteſt: quia non fit hæres neceſſarius, cùm utrumque k ex domini teſtamento non conſequatur *l*. Quòd ſi alienatus fuerit, juſſu novi domini *m* adire hæreditatem debet: & ea ratione per eum novus dominus fit hæres. Nam ipſe alienatus, neque liber, neque hæres eſſe poteſt, etiamſi cum libertate hæres inſtitutus fuerit *n*: deſtitiſſe enim à libertatis datione *o* videtur dominus, qui eum alienavit.

1. Peregrinos teſtamenti factionem non habere.
2. Cur ſervus hæres inſtitui poſſit. & num. 3.
4. In dubiis æquior ſententia prævalet.

REgula generalis de iis, qui inſtitui poſſint: quæ poſteà ſubjectis exemplis declaratur: & primùm, an proprius ſervus inſtitui poſſit.

1 *a* LIBEROS HOMINES. Cives † tamen Romanos: nam cum peregrinis non eſt teſtamenti factio, nec hos licet hæreditatis, hoc eſt familiæ, quæ pars eſt civitatis Romanę, dominos, & hęredes facere, *l. 1. C. De hæred. inſtit.* Quos enim lex non facit cives, eos nec teſtator facere poteſt, *l. nemo. 55. De legat. 1.* Sed de hoc minus neceſſe fuit admonere, cùm tempore Juſtiniani omnes in orbe Romano ingenui cives eſſent Romani. *l. in orbe. 17. De ſtat. hom.* ſup. *De libert.* in fin. Notetur autem obiter regula generalis, omnes poſſe hęredes inſtitui, qui non prohibentur.

2 *b* QUAM SERVOS. Nam, † etſi hi cives non ſunt, tamen ex capite, perſonaque domini factionem habent, *l. non minus. 31. ff. eod. l. debitor. 82. §. 2. De legat. 2.* Inſtituti etenim ſervi adeundo non fiunt hęreditatis domini, atque cives, ſed horum quaſi inſtrumento, atque manu dominus, cui quęritur. Sufficit igitur hunc civem Romanum eſſe, *l. neque. 10. C. eod. l. debitor. 82. §. 2. De legat. 2.*

c CONSTITUTIONE. Qua libertas tacitè cenſetur data. *l. pen. C. De neceſs. ſer. hæred.*

3 *d* INNOVATIONEM. Nihil † enim novatur, quoniam abſque libertate non fiunt hęredes, ut nec olim, ſed habent hanc, & accipiunt unà cum hęreditate, ut & olim ex pręſumpta teſtatoris voluntate: idque non tàm ex Juſtiniani, quàm veterum quorundam ſententia ęquiore, quam † in dubiis pręvalere benignius eſt, *l. ſemper. 57. De reg. jur.* 4

e HABENTE. *L. rectè. 25. De verb. ſign. l. 1. C. De com. ſer. manumiſs.* quod veriſſimum eſt in ſubjecta materia: quia uſufructuario quęruntur tantùm, quę ſervus ex operibus ſuis, vel rebus ejuſdem acquirit: hęreditas itaque aliunde accedens, pertinet ad proprietarium, velut dominum. §. 3. & 4. ſup. *per quas perſ. acq.*

f RATIONIS EST. Sumpta hæc ſunt ex *l. his verbis. 48. §. 1. ff. eod.*

g HABEATUR. Ex ratione *l. oratio. 16. De ſponſalibus, c. Cum quid. 39. De reg. jur. in 6.*

h IN EADEM CAUSA. In familia domini, uſque ad ejus mortem.

i NECESSARIUS. Quia neceſſe habet adire. §. 1. inf. *De hær. qual. & diff.*

k UTRUMQUE. Cum hæreditate libertatem: id quod opus eſt, ut neceſſe habeat adire, *d. §. 1.*

l NON CONSEQUATUR. *L. ſed ſi. 6. §. 3. l. teſtamento. 90. ff. eod.*

m DOMINI. Nam adire debet ejus juſſo, cujus eſt in poteſtate, tempore adeundæ hæreditatis. *l. 7. De hær. inſtit. l. 2.* in fin. *De bon. poſs. ſecund. tab. l. Antiſtius. 62. De acqu. hær.*

n FUERIT. *L. quoties. 9. §. ſervus. 7. l. ſervum.*

vum. 50. *ff. eod. tit. l. ſervum*. 47. *De cond. & demonſtr. l. quæſitum*. 91. §. 3. *De leg*. 1.

e Datione. Quare nec fideicommiſſaria relicta videtur, utpotè quaſi mutata per translationem voluntate, infrà *De adempt. leg.*

§. 2. Alienus quoque.

ALienus quoque ſervus hæres inſtitutus, ſi in eadem cauſa duraverit *a*, juſſu ejuſ domini *b* adire hæreditatem debet. Si verò alienatus fuerit ab eo, aut vivo teſtatore, aut poſt mortem ejus antequam adeat, debet juſſu novi domini adire. At ſi manumiſſus eſt vivo teſtatore, vel mortuo, antequam adeat, ſuo arbitrio adire hæreditatem poteſt *c*. Servus autem alienus poſt domini mortem rectè hæres inſtituitur *d*: quia & cum hæreditariis ſervis eſt teſtamenti factio. Nondum enim adita hæreditas, perſonæ vicem ſuſtinet, non hæredis futuri, ſed defuncti *e*: cùm etiam ejus, qui in utero eſt, ſervus, rectè hæres inſtituatur *f*. Servus autem plurium, cum quibus teſtamenti factio eſt *g*, ab extraneo inſtitutus hæres, unicuique dominorum, cujus juſſu adjerit, pro portione dominii acquirit hæreditatem *h*.

DE ſervo alieno hęrede inſtituto.

a Duraverit. In poteſtate ejus domini, cujus tempore conditi teſtamenti fuit.

b Domini. Nam hujus intuitu videtur inſtitutus, *l. cum aliquis*. 21. *C. De jur. delib.*

c Poteſt. *L. ſi ſervus*. 7. *ff. eod.*

d Instituitur. *L. non minus*. 31. *l. ſervus*. 32, *l. ejus*. 64. *hoc tit.*

e Defuncti. *L. hæreditas*. 61. *De acqu. rer. dom* Non igitur poteſt dici incertę perſonę relicta hęreditas, cùm defunctus ſit certus, quamvis adhuc incertum ſit, quiſnam hęres ſit futurus. Conſtat etiam hęreditatem jacentem acquirere poſſe, *l. in eo*. 33. cum leg. ſeq. *ff. eod. De acq. rer. dom. l. hereditas*. 53. *ff. De petit. her. l. novatio*. 24. *De novat. l. ſi antè*. 16. *De inter. act.* & eidem acquiri, *l. pen. ſi certe. pet.* Ergò & hęreditas eidem per ſervum acquiri poterit. Nam ſervi perſona in teſtamentis quoad beneficentiam conſideratur: quoad capacitatem verò, perſona domini, *l. debitor*, 82. §. 2. *De legat*. 2.

f Instituatur. *L. ejus*. 64. *ff. eod.* Nam is pro nato habetur, cùm de commodo ejus agatur, *l. qui in utero* 7. *De ſtat. hom.*

g Factio Est. Cum domino enim teſtamenti factionem eſſe oportet, cujus capacitas conſideratur, *d. l. debitor*. *l. non minus*. 31. *ff. eod.*

h Hæreditatem. *L. ſervus*. 67. *De acqu. hered. l. fin. De vulg. ſubſt. l. ſi ſervus*. 50. *De legat*. 1.

§. 3. Et unum hominem.

ET unum hominem, & plures, uſque in infinitum *a*, quot quiſque velit, hęredes facere licet *b*. Ii, quos nunquam teſtator vidit, hęredes inſtitui poſſunt: veluti ſi fratris filios peregrè natos *c* ignorans, qui eſſent *d*, hęredes inſtituerit *e*. Ignorantia enim teſtantis, inutilem inſtitutionem non facit.

1. *Inſtitutio certi corporis non dicitur incerta & num. 3.*

2. *Emendata hujus §. lectio.*

QUot hęredes, & an etiam ignoti inſtitui poſſint.

1 *a* INFINITUM. Quare † civitas, populus, inſtitui poteſt, *l. omnibus.* 26. *l. recuſare.* 6. §. *item ſi municipes. ad Trebell.* Nulla enim hìc ſubeſt incertitudo, quę inſtitutionem alioqui vitiat, *l. in tempus.* 62. §. 1. *eod.* propterea quòd certum corpus perſonæ ſit vice *l. proponebatur.* 76. *De judic. l.* 1. *quod cujuſque univerſ.* Incertę etiam perſonę, ut pauperes, ac captivi, non adhibita demonſtratione, inſtitui poſſunt. *l. ſi quis ad.* 43. *C. De Epiſcop. & Cler.*

b FACERE LICET. *L. interdum.* 13. §. 1. *ff. eodem.*

2 *c* PEREGRE NATOS. Rectiùs, † quàm peregrinantes. Loquitur enim de his, qui nunquam teſtatori viſi, aut cogniti ſunt, ut ſunt peregrè nati, & commorantes: non tamen peregrini, ſed cives Rom. *l.* 1. *C. De hær. inſtit.*

d QUI ESSENT. Qua facie, quo nomine, ut quos nunquam viderit.

e INSTITUERIT. *L. extraneum.* 16. *C. De hær. inſt.* Dubitationem facit, quòd incerta perſona nequeat inſtitui, *l. quoties.* 9. §. 2. *eod.* §. *incertis.* infr. *De lega.* Sed † hìc incertitudo non eſt in perſona, ſed circa perſonę accidentia, ut nomen, faciem, &c. ut cùm homines certi municipii, vel alicujus ptochotrophii pauperes inſtituuntur, qui de facie nunquam ſunt cogniti. Id enim perſonam, aut rem teſtatori non facit incertam, §. 10. verſ. *propterea ignotus*, ſupr. *De excuſat. tut.* quia certum corpus eſt, *d. l. proponebatur. d. l. omnibus. d. l. recuſare.* 3

§. 4. Hæreditas plerumque.

HÆreditas plerumque *a* dividitur in duodecim uncias, quæ aſſis *b* appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina, ab uncia uſque ad aſſem: ut puta hæc, uncia *c*, ſextans *d*, quadrans *e*, triens *f*, quincunx *g*, ſemis *h*, ſeptunx *i*, bes k, dodrans *l*, dextans *m*, deunx *n*. Non autem utique ſemper duodecim uncias eſſe oportet. Nam tot unciæ aſſem efficiunt, quot teſtator voluerit: & ſi unum tantùm quis ex ſemiſſe (verbi gratia) hæredem ſcripſerit, totus as in ſemiſſe erit *o*. Neque enim idem ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus decedere poteſt *p*; niſi ſit miles, cujus ſola voluntas in teſtando ſpectatur *q*. Et è contrario poteſt quis, in quantaſcunque voluerit plurimas uncias, ſuam hæreditatem dividere *r*.

1. *As quid, & ſingularum partium aſſis explicatio.*

DIctum eſt de prima parte hujus Tit. ſequitur altera de materia, & forma inſtitutionis.

a PLERUMQUE. Nam aliter dividere poteſt teſtator, *d. l. interdum* §. 1. *l. ſervum.* 50. *eod.* ut paulò pòſt ſequitur.

1 *b* ASSIS. As † cùm de pecunia numerata capitur, nummus eſt: cùm verò de diviſione fundi, hæreditatis, ponderum quæritur, ſolidum corpus, quod in partes dividendum eſt, ſignificat, Auctore Mætiano *lib. de Aſſe*. Ac nomen ipſum ab ære ductum, principium, & unum ſingulare, ac ſimplex corpus denotat. Varro *lib.* 4. Ut igitur aliàs ſolidum exprimit, *l. ſocietatem.* 4. in princip. *pro ſoc.* ita hìc totam hæreditatem. *l. aſſe toto.* 77. *eod.*

c UNCIA. Quòd una ſit pars minima ex 12. aſſis partibus.

d SEXTANS. Duæ unciæ, dictus, quaſi ſexta pars aſſis.

e QUADRANS. Tres unciæ, quaſi quarta pars aſſis.

f TRIENS. Quatuor unciæ, ex eo dictus, quòd ſit tertia pars aſſis.

g QUINCUNX. Quaſi quinque uncias contineat.

h SEMIS. Quaſi ſemias, hoc eſt dimidius as. Semis enim, vel ſemi, pro dimidio accipitur.

i SEPTUNX. Septem unciæ.

k BES. Octo unciæ, quaſi bis triens, Auctore Feſto. Varro *lib.* 4. Bes, inquit, ut olim Des, dempto triente.

l Do-

l Dodrans. Quaſi dempto qnadrante as: ut vult Varro, novem unciæ.

m Dextans. Quaſi dempto ſextante as, ſicut dnodeviginti, decem unciæ.

n Deunx. Quaſi dempta uncia as.

o Erit. *L. cohæredi.* 41. *De vulg. & pup. ſubſt.* *d. l. interdum.* 13. Paul. *lib.* 3. *tit.* 4.

p Potest. *L. jus noſtrum.* 7. *De reg. jur.*

q Spectatur. *L.* 3. *C. De teſtam. milit.*

r Dividere. Ut ex uno aſſe facere dupondium, hoc eſt, duos aſſes, vel etiam plures, *l. Sabinus.* 18. *eod.* §. *videamus*. infr. *eod.*

§. 5. Si plures inſtituantur.

SI plures inſtituantur hæredes, ita demum in hoc caſu partium diſtributio neceſſaria eſt, ſi nolit teſtator eos ex æquis partibus hæredes eſſe. Satis enim conſtat, nullis partibus nominatis ex æquis partibus *a* eos hæredes eſſe *b*. Partibus autem in quorundam perſonis expreſſis, ſi quis alius ſine parte nominatus erit: ſiquidem aliqua pars aſſi deerit, ex ea parte hæres fit *c*. Et ſi plures ſine parte ſcripti ſunt, omnes in eandem partem concurrunt *d*. Si verò totus as completus ſit, hi, qui nominatim expreſſas partes habent, in dimidiam partem vocantur: & ille, vel illi omnes in alteram dimidiam *e*. Nec intereſt, primus, an medius, an noviſſimus, ſine parte hæres ſcriptus ſit; ea enim pars data intelligitur, quæ vacat *f*.

1 Heredes in quotis partibus intelligantur ſuccedere. & num. 2.

DE partibus inſtitutionum: & quæ intelligantur factæ, ſi nullæ ſint expreſſæ.

a Æquis Partibus. Eademque ratione ex æquis partibus gravari eſſe intelliguntur, niſi nominatim enique onus ſit impoſitum, *l. ſi heredes.* 124. *De legat.* 1.

b Hæredes Esse. *L. quoties.* 9. §. *heredes.* 3. *ff. eod. l. legata.* 19. in fin. *De legat.* 1. Quod
1 † etiam obtinere in iis, qui non facto teſtamento ab inteſtato eſſent ſucceſſuri, & inter quos ordo eſt charitatis, verius eſt. Non enim ab inteſtato, jure propinquitatis, aut repræſentationis, ſed titulo inſtitutionis ex teſtamento, quod legitimæ ſucceſſioni derogat, deque volnntate teſtatoris hoc caſu ſucceditnr, *l. interdum.* 13. *De her. inſtit. c. Raynaldus.* 18. *De teſtament.* Vide Jaſ. poſt alios in *l. Gallus.* 29. §. *quidam. num.* 22. 24. *De lib. & poſthu.* Jul. Clar. *De teſtam. quæſt.* 80. Ang. *conſil.* 38. *Quidam.* Socin. *conſ.* 113. *parte* 1. & ſic contra Bart. in *d. l. Gallus.* communiter concluditur, teſte Covar. in *c. Raynutius.* 16. §. 2. *n.* 1. 2. *De teſtam.*

c Hæres Fit. Ut ſi dodrans exhauſtus ſit reliquis inſtitutionibus, quadrantem, qui ſupereſt, inſtitutus ſine parte habebit, *l. item.* 17. *ff. eod.*

d Concurrunt. Quia in illa duntaxat intelliguntnr æqualiter inſtitui. *d. l. item.*

e Dimidiam. Paulns *lib.* 3. *tit.* 4. Quoniam
† hoc caſu ex aſſe inſtitnti videntur, cùm ad 2
nullam partem poſſit eornm inſtitutio reſtringi: ac intelligitur teſtator duos aſſes feciſſe, & in 24. uncias hæreditatem diſtribuiſſe: quibns ad aſſem redactis, atque revocatis, nt fieri ſolet, §. *videamus.* 6. in fin. infr. *eod. d. l. Sabinus.* 18. *eod.* relinquitnr utriſque ſemiſſis, *d. l. item.* 17. §. *ſed ſi. l. ult. De bon. poſſ. ſecund. tab.* Nam, ubi plures ex pluribus, quàm hæreditas fert, portionibus inſtituti ſunt, tacitè ſingulis decreſcit: ut in §. *ſeq.*

f Vacat. In qua nullus inſtitutus eſt: aut ſi in omnibus inveniantur inſtituti, ex aſſe, qui reductus ſemiſſem efficiet, inſtitutus hic eſſe intelligetnr, prout modò eſt dictum, & dicetur in §. *ſequent.*

§. 6. Videamus, ſi pars.

VIdeamus, ſi pars aliqua vacet, nec tamen quiſquam ſine parte ſit hæres inſtitutus, quid juris ſit: veluti ſi tres ex quartis partibus *a* hæredes ſcripti ſunt. Et conſtat, vacantem partem *b* ſingulis tacitè pro

hæreditaria parte accedere *c*, & perinde haberi, ac ſi ex tertiis partibus hæredes ſcripti eſſent *d*: & ex diverſo *e*, ſi plures ſcripti in portionibus ſint *f*, tacitè ſingulis decreſcere: ut ſi (verbi gratia) quatuor ex tertiis partibus *g* hæredes ſcripti ſint, perinde habeantur *h*, ac ſi unuſquiſque ex quarta parte ſcriptus hæres fuiſſet *i*. Si plures unciæ, quàm duodecim diſtributæ ſint: is, qui ſine parte inſtitutus eſt, quod dupondio deeſt, habebit k. Idemque erit, ſi dupondius expletus ſit *l*: quæ omnes partes ad aſſem poſteà revocantur, quamvis ſint plurium unciarum *m*.

1. *Vacantes partes quibus accreſcant, & quid, ſi plures ſint partes nu.* 3. 4.

2. *Diverſa §. hujus lectio.*

DE jure accreſcendi in partibus vacantibus, & de jure decreſcendi partibus aſſem ſuperantibus.

a QUARTIS PARTIBUS. Singuli ex quadrante: ſupereſt enim vacans quartus quadrans.

b PARTEM. Quadrantem quartum, in quo nullus eſt inſtitutus.

c ACCEDERE. *L. interdum.* 13. §. 1. *ff. eod.* quia pro illa parte inteſtatus decedere teſtator non poteſt. *l. jus noſtrum.* 7. *De regu, jur.*

d ESSENT. Cùm enim pro quadrante, adjecta ſingulis jure accreſcendi uncia, trientem capiant, peræquè habetur, atque ſi in eo eſſent inſtituti.

e EX DIVERSO. Contrariorum eadem eſt ratio, & doctrina.

f PORTIONIBUS SINT. Plures, quàm ut portiones omnes as exhibere poſſit.

g TERTIIS PARTIBUS. Ex triente: nec enim quatuor trientes ſunt in aſſe, ſed tantummodò tres.

h HABEANTUR. Decreſcente ſingulis uncia.

i FUISSET. *D. l. interdum.*

k HABEBIT. Nam teſtator videtur tranſiſſe ad dupondinm, & in duos aſſes, hoc eſt, 24. un-
1 cias hæreditatem diviſiſſe. Ut † igitur in aſſe, qui ſine parte inſtituitur, in eam vacantem inſtitutus videtur, quæ ad aſſem ſupereſt, prout diximus: ita cùm ſupra aſſem partes factæ ſunt, qui ſine parte inſtitutus invenitur, ex ea intelligitur inſtitutus, quæ ad dupondium ſupereſt, *l. Sabinus.* 18. *ff. eod.*

l EXPLETUS SIT. Quidam † legunt, *exu- 2
peratus ſit*: quo caſu idem erit, ut ſcilicet accipiat, quod ad treſſim ſupereſt. Videtur † enim 3
hoc caſu teſtator in tres aſſes hæreditatem diviſiſſe, & ejus 36. uncias feciſſe. Eadem ratione, ſi legas, *expletus*, ſervabitur id, quod ſuprà dictum eſt in expleto aſſe, ut videlicet hic in aſſem tertium inſtitutus eſſe intelligatur, atque ita treſſi ad unum aſſem contracto trientem accipiat, *l. item.* 17. in fin. *ff. eod.*

m PLURIUM UNCIARUM. Exemplum † in 4
l. ex unciis. 87. *ff. eod.* ſi teſtator unum ex ſemiſſe, alterum ex octo unciis inſtituat, atque ita aſſem ſuperet, & poſteà tertium abſque portione, hunc videtur inſtituiſſe ex ea parte, quæ ad dupondium ſupereſt, videlicet in uncias decem, quæ redactæ ad rationem aſſis, efficiunt, ut ſinguli partis ſuæ dimidiam capiant, atque hic quinque tantùm uncias conſequatur, qui in decem reſpectu dupondii erat inſtitutus. Eodem modo ſi tres ſinguli ex aſſe inſtituantur, vel ex 12. unciis, re ad aſſem reducta, ſinguli trientem accepturi ſunt, *d. l. item.* 17.

§. 7. Hæres & purè.

HÆres & purè, & ſub conditione inſtitui poteſt *a*; ex certo *b* tempore *c*, aut ad certum tempus *d* non poteſt: veluti; POST QVINQVENNIVM, QVAM MORIAR, vel; EX KALENDIS ILLIS, vel; VSQVE AD KALENDAS ILLAS HÆRES ESTO. Denique diem adjectum haberi pro ſupervacuo placet *e*: & perinde eſſe, ac ſi purè *f* hæres *g* inſtitutus eſſet.

1. De

1. De forma inſtituendorum hæredum, & num. 2. 3. 4. 6.

5. In teſtamentis utile per inutile non vitiari.

FOrma inſtituendi hæredis.

a Potest. *L.* 1. *& tot. tit. De cond. inſt.* ubi vide Paratitla no-
1 ſtra: nec † cenſetur pendente conditione inteſtatus: imò pendet tota res hæreditatis ſuſpenſa. Et ſiquidem conditio poſt exiſtat, inſtitutionis jus unà cum aditione hæreditatis, retrotrahitur ad tempus mortis teſtatoris, ita ut is ab initio teſtatus videatur deceſſiſſe. Sin verò illa deficiat, rurſùs ad idem tempus totius juris fit reductio, & exinde judicatur deceſſiſſe inteſtatus. *l. quod dicitur.* 38. *De teſta. mil. l. hæres.* 54. *De acq. hæred. l. ſi ex re.* 34. *§. ult. De ſtipulat. ſervo. l. omnia.* 154. *l. omnis,* 181. *De reg. jur.*

2 *b* Certo. Nam † ad incertum valet, ut, *Cum poteris, Cum morieris.* Vide Cujac. *lib.* 3. *cap.* 34. quia dies incertus pro conditione eſt, *l.* 1. *De cond. & demonſt.*

3 *c* Tempore. Puta † poſt quinquennium: nam dies adjecta non ſuſpendit jus, & cauſam hæreditatis, velut conditio, *l. cedere diem.* 213. *De verb. ſignif.* Ideo ſtatim cauſam teſtati, aut inteſtati obtinere neceſſe eſſet, ſiquidem valeret diei adjectio. Inteſtati porrò cauſa locum habere nequit contra teſtantis voluntatem, ſed nec teſtati contra rationem juris, quæ non patitur eundem alio tempore teſtatum, alio inteſtatum eſſe, *l. jus noſtrum.* 7. *De reg. jur.* Meritò igitur rejicitur diei adjectio, velut ſupervacua, ut ſequitur.

d Certum Tempus. Puta † uſque ad quin- 4
quennium: quia & hìc rediret cauſa teſtamenti ad cauſam inteſtati: & qui ad tempus fuiſſet teſtatus, elapſo tempore fieret inteſtatus, contra jus *d. l. jus noſtrum*, & ſemel factus hæres deſineret eſſe hæres, contra *l. ait prætor.* 7. *§. ſed quod.* 7. *De minor, l. ei qui.* 88. *ff. eod.* Actus civilis naturæ reſpondet, & hæres ſuſtinet perſonam defuncti domini: at dominus non eſt quis ad tempus, vel ex certo tempore. Poteſt tamen per fideicommiſſum peti, ut poſt tempus hæreditatem reſtituat, quomodo non deſinit eſſe hæres, *l. precibus.* 8. *C. De impub. ſubſtit.* ubi DD.

e Placet. Ne † utile per inutile vitietur, 5
c. Utile. 37. *De reg. jur. in* 6. ſicut conditio impoſſibilis eadem ratione rejicitur, ut ſequentia oſtendunt.

f Pure. Hoc eſt, ſine conditione, vel diei adjectione. Utrique enim purum opponitur, *§.* 2. *ſup. De Atil. tuto. §. omnis.* infrà *De verb. obl. §. loco.* infrà *De action.*

g Hæres. Extraneus, de quo hìc agit. An
† autem filiusfamilias, vel ſuus hæres inſtitui, 6
exhæredarive ſub conditione poſſit, vide in *l.* 3. & ibi doctiſſimum Cujac. *De lib. & poſth.*

§. 8. Impoſſibilis conditio.

IMpoſſibilis *a* conditio in inſtitutionibus, & legatis, nec non in fideicommiſſis, & libertatibus, pro non ſcripta habetur *b*.

1. Impoſſibilis conditio quomodo accipiatur; & quid operetur, num. 2. & 3.

DE conditionibus inſtitutionum.

1 *a* Impossibilis. Sive † natura, *l. mulier.* 20. *De condit. inſtit. l. ab omnibus.* 104. §. 1. *De legat.* 1. ſive jure, *l. conditiones.* 9. *De condit. inſtit.* Nam quæ contra bonos mores fiunt, ea nec facere nos poſſe credendum eſt, *l. filius.* 15. *ff. eod. tit.* Et quamvis difficultas ſolutionis non liberat debitorem, *l.* 2. *§.* 1. *l. continuus.* 137. *§. illud.* 4. *De verb, oblig. l.* 1. *tot. tit. De eo quod cert. loc.* tamen ſimpliciter impoſſibilium nulla eſt obligatio *l. impoſſibilium.* 145. *De reg. jur. l. fin. quæ ſent. ſine app.* Quare hæres ad hæc præſtanda, quæ natura, vel jure præſtare nequit, compelli ab his, qui ab inteſtato ſucceſſioni inhiant, neque poteſt, nec debet. Prætereà conditio poteſtativa (de qua hìc potiſſimum agitur, cùm caſuales ſint contingentes plerunque, & poſſibiles) ſemper pro impleta habetur, quando per hæredem non ſtat, quo minus impleatur, *l.* 3. *C. De inſtit. & ſubſtit. l. quæ ſub conditione.* 8. *§. pen. De cond. inſtit.* Non ſtat autem per hæredem, cùm natura, vel jure ſunt impoſſibiles.

b Habetur. Vide *tit. De his quæ pro non ſcript. habent.* Non † igitur vitiat hæc conditio, ſed vi- 2
tiatur, quia non præſumitur teſtator voluiſſe inteſtatus decedere. Itaque errore quodam diem, vel ejuſmodi conditionem intelligitur adjeciſſe. Et hæc videri poteſt fuiſſe cauſa relinquendi tantùm impulſiva: qua etiam ceſſante, aut rejecta non debet idcircò tota ultima voluntas corruere, *l. demonſtratio.* 17. *§.* 1. *De cond. & demonſt.* propter alios quippè fines inſtituta, ut ob benevolentiam, quoad propinquos, *l. Titius.* 29. ubi Jaſ. *muner.* 9. *De lib. & poſthum.* benemerita quoad alienos, &c. *l. nec adjecit.* 9. *pro ſocio.* Unde dicitur, rationem, ſeu cauſam relicti non cohærere relicto, *l. cum tale.* 72. *§. falſa.* 4. *l. falſa.* 33. *l. demonſtratio.* 17. *De cond. & demonſt.* & alio-

alioqui judicium teſtatoris lex quoad poteſt, ratum habet, *l. 1. C. De Sacroſ. Eccleſ. l. ſi quando.*
3 *109. De legat. 1.* In † contractibus porrò ejuſmodi conditio vitiat, *§. ſi impoſſibilis. infr. De inut. ſtip.* nec enim in duobus ſimul contrahentibus præſumitur fuiſſe error, ſed nihil potiùs agere voluiſſe videntur. *l. non ſolùm. 31. De action.* nec alia cauſa contrahendi hìc finalis ſumi poteſt, quàm
4 quæ eſt in conditione, ſub qua contrahere voluerunt, *d. l. non ſolùm. 31. tot. tit. C. De donat. quæ ſub mod. & de his quæ ſub mod. vel con. relinq.* unde ea velut cauſa finali per impoſſibilitatem annihilata, vitiatur etiam contractus, *§. ſi impoſſibilis. 8. infr. De inutil. ſtipula.* maximè, quia hìc de obligando agitur: qua in parte non debet quiſquam contra ſuam mentem, & formam à ſe præſcriptam aliter, quàm voluit obligari. In ultimis voluntatibus non de obligando, ſed de honorando, & donando tractatur: quo in genere humanior favore præſertim ultimæ voluntatis, & prolixior ſolet fieri interpretatio, *c. Cum dilecti. 6. De donat.*

§. 9. Si plures conditiones.

SI plures conditiones in inſtitutionibus adſcriptæ ſunt: ſi quidem conjunctim, ut puta; SI ILLVD, ET ILLVD FACTVM FVERIT: omnibus parendum eſt *a*. Si ſeparatim *b*, veluti; SI ILLVD, AVT ILLVD FACTVM ERIT: cuilibet obtemperare *c* ſatis eſt.

Copulativa, & disjunctiva requiſita, nu. 1. & nu. 2.

1 *a* OMNIBUS PARENDUM EST. Quia † tota propoſitio eſt verificanda, *l. ſi heredis. 5. ff. De cond. inſtit.* & conditiones ſpecificè ſunt adimplendæ. *l. qui heredi. 44. l. Titio. 70. De cond. & demonſt.*

b SEPARATIM. Alternativè, ut exemplum ſubjectum declarat.

c CUILIBET OBTEMPERARE. Etenim † di- 2
ſiunctiva oratio non utriuſque, ſed alterutrius patris veritate contenta eſt: & in alternativis ſufficit alterutrum fieri, *d. l. ſi heredi. l. ſi quis. 129. De verb. oblig. l. ſi is qui. 13. §. cum ita. De reb. dub. l. 2. De eo quod cert. loc. l. plerunque. 10. De jure dot. c. In alternativis. 70. De reg. jur. in 6.*

DE VVLGARI SVBSTITVTIONE,

Titulus Decimus Quintus.

1. Subſtitutio quid: & verbi ſubſtituere ſignificatio.

1 INſtitutio † fit aut primo gradu, de quo hactenus dictum eſt.: aut gradu ſecundo, & tertio, atque ita deinceps, quæ Subſtitutio vocatur: *l. 1. De vulg. ſubſtitut.* quia ſubſtitui inſtitutioni, & infra eam ſcribi ſolet. Alcia. *lib. 4. Parerg. cap. 6. aſſiereinſetiung.* Et hæc equidem vulgaris, *tot. tit.* hìc, & *ff. De vulga.* quia verbis directis, & communi, vulgarique jure fit: ex *leg. 10.* Tab. *Vti quiſque legaſſit. &c. l. verbis. 120. De verb. ſign.* velut inſtitutio: nec enim eſt aliud, etiamſi ſecundo loco fiat, *l. ex facto. 43. §. Lucius. 2. ff. eod.* Paulus *lib. 3. Sent. cap. 4.* Deinde vulgò promiſcuè, & abſque diſtinctione omnibus fit hæredibus inſtitutis. Sic vulgari modo dos prælegari dicitur, in *l. cum vulgari. 4. De dot. præleg.* cùm illi apponitur clauſula hoc in genere uſitata, præſtandi annua, bima, trima die, *l. talis ſcriptura. 30. De legat. 1. l. unic. §. cum autem. C. De rei ux. act.* Sic vulgaris legandi modus, qui directis, & uſitatis peragitur verbis, *l. 2. De dot. præleg.* & actionum nomina vulgaria: *l. 1. 2. 3. 4. De præſcript. verb.* & vulgare pactum in *l. pactum 4. C. De pignor. act. l. Bebius. 30. De pact. dotal.* Cujac. *Obſer. lib. 4. c. 23.* vulgare præmium, de quo *l. edicto. 13. §. extat. 15. De jur. fiſc.* Cujac. *lib. Obſ. 19. cap. 3.* De hac igitur ſubſtitutione hoc in tit. & quidem paucis agitur: nec enim in Inſtitutionibus eam ſubtiliſſimam materiam pluribus perſequi erat opus.

Duo

DUo enim hujus tituli præcipua ſunt capita.
1. Forma ſubſtitutionis vulgaris §. 1.
2. Effectus, & quibus ex partibus ſubſtitutio facta intelligatur, & quatenus extendatur §. 2. & 3.

§. 1. Poteſt autem quis.

POteſt autem quis in teſtamento ſuo plures gradus *a* hæredum facere *b*: utputa; SI ILLE HAERES NON ERIT, ILLE HAERES ESTO; & deinceps in quantum velit teſtator *c* ut noviſſimo loco in ſubſidium, vel ſervum neceſſarium hæredem inſtituere *c* poſſit. Et plures in unius locum poſſunt ſubſtitui, vel unus in plurium, vel ſinguli in ſingulorum, vel invicem ipſi, qui hæredes inſtituti ſunt *d*.

1. *Gradus quomodo hic æſtimentur.*

FOrma vulgariter ſubſtituendi.

1 *a* Grados. Gradus † nooex numero hæredum æſtimantur, ſed ex ratione, & ordine ſucceſſionis. Sicut enim io uſitata gradvum computatione, perſonæ æquè proximæ, & æquales in uno, eodemqoe gradu, ordine verò differentes in diverſis gradibus primo, ſecundo, atque ita deinceps locantur: ſic io Inſtitutiooibus duo æqualiter, eodemque ordine inſtituti in primo gradu: poſt bos verò ſecundo loco, atque ordine nominati, & ſubſtituti, ac velut in ſecundo, atque inferiore gradu locati, ex re ſubſtituti perhibentur.

b Facere. *L. 1. l. poteſt.* 36. *ff. eod. De vulg. ſubſt.* Paulus *lib. Sent.* 3. *cap.* 4. Cootraria aditio hæreditatis, qua expirat *l. poſt aditam.* 5. *C. De impub. ſubſtit.* Nam ſtatim fit hæredum. *Landr. art.* 17. *lib.* 1. Gloſſ. *l.* 1. *§. veteres. De acquir. poſseſs.*

c Haeredem Instituere. Ne fortè inteſtatus decedat, nemine hæredum ſuſpectam eius hæreditatem adire volente: quod ne fiat, ipſius teſtatoris maximè iotereſt, *l. & quia.* 6. *De inter. actio.*

d Invicem Instituti Sunt. *L. poteſt.* 36. *ff. eod.* quæ reciproca ſubſtitutio vocatur io *l.* 4. *cod.*

§. 2. Et ſi ex diſparibus.

ET ſi ex diſparibus partibus hæredes ſcriptos invicem ſubſtituerit, & nullam mentionem partium in ſubſtitutione habuerit: eas videtur in ſubſtitutione partes dediſſe, quas in inſtitutione expreſſit: & ita divus Pius reſcripſit *a*. Sed ſi inſtituto hæredi, & cohæredi ſuo ſubſtituto dato, alius ſubſtitutus fuerit *b*: divi Severus, & Antoninus ſine diſtinctione *c* reſcripſerunt, ad utramque partem *d* ſubſtitutum admitti.

1. *Adjecta in inſtitutione, in dubio cenſentur repetita in ſubſtitutione.*

2. *Vltimo loco ſubſtitutus, primo quoque loco intelligitur ſubſtitutus.*

EFfectus: & quibus in partibus ſubſtitutio facta eſſe intelligatur.

a Rescripsit. *L.* 5. *l. qui liberis.* 8. *l. ſi plures.* 24. *ff. eod. l.* 1. *C. eod.*

1 Eadem † enim repetita videntur in ſubſtitutione, quæ ſunt in inſtitutione expreſſa, ut & aliàs. *§. præterea. infr. De inutil. ſtipul. l. Titia.* 134. *§.* 1. *De verb. obl.* Iaſ. *num.* 3. & DD. in *l. ſi quis cum aliter.* 36. *ff. De verb. oblig.* Aocha. *conſil.* 180. *nu.* 4. Socin. *conſ.* 159. *vol.* 2. Quare legata ab inſtituto relicta, à ſubſtitoto repetita in dubio intelliguntur, *l. licet.* 74. *De leg.* 1. *l. qui duos.* 42. ubi Bart. & DD. *ff. eod.*

b Alios Substitutos Fuerit. Ita accipe, ot cohæredi ſuo hæres, & huic alius ſubſtitutus ſit, *l. ſi Titius.* 27. *eod.* verbi gratia: Si Titius hæres inſtitutus cohæredi ſuo ſubſtituatur, & deinde ipſi Titio alius ſubſtitutus fuerit. Nam ſi pooas cohæredi alium, quàm Titium ſubſti-

ſubſtitutum, jam ſubſtitutus Titio non poterit videri ſubſtitutus cohæredi, ut qui alium habeat ſubſtitutum: eòque nec eorum deficientium partes capere poterit jure ſubſtitutionis, ſed tantùm jure accreſcendi.

c Distinctione. Ordinis ſcripturæ, *l. cohæredi.* 41. *eod.* aut ſucceſſionis, quæ inſpicitur in pupillari: ubi filiæ filio ſubſtitutæ ſubſtituti extranei, non intelliguntur filio eſſe ſubſtituti: cùm non eadem ſit ratio, atque affectio, cur pater præſumatur eos æquè, atque filiam filio ſuccedere voluiſſe, *l. pen. eod.*

P *d* Ad Utramque Partem. Et primi † hæredis, cui ſubſtitutus eſt primo, vel ſecundo gradu, & alterius cohæredis, cui non ipſe, ſed primus hæres ſubſtitutus eſt: idque non jure accreſcendi, ut quidam putant (hoc enim abſque ſubſtitutione quovis modo heredibus competit, *l. unic. C. De cad. toll.*) ſed jure ſubſtitutionis, ut probant hæc verba, *Subſtitutum admitti*, *d. l. si Titius*, verbo, *ſubſtitutum in utramque partem*. *l. pen.* in verb. *jure ſubſtitutionis. eod.* Qui enim ultimo loco ſubſtitutus eſt, etiam primo ſubſtitutus eſſe intelligitur: ſicut hæredis hæres, primi teſtatoris hæres fieri poteſt, *l. ult. C. De hær. inſtit. l. heredis.* 65. & 170. *De verb. ſignif.*

§. 3. Si ſervum alienum.

Si ſervum alienum quis patremfamilias arbitratus, heredem ſcripſerit: &, ſi heres non eſset, Mævium ei ſubſtituerit: iſque ſervus juſſu domini adjerit hereditatem: Mævius in partem *a* admittitur. Illa enim verba; SI HÆRES NON ERIT, in eo quidem, quem alieno juri ſubjectum eſse teſtator ſcit, ſic accipiuntur: Si neque ipſe hæres erit, neque alium heredem effecerit. In eo verò, quem patremfamilias eſse arbitratur, illud ſignificant, ſi hereditatem ſibi, eive, cujus juri poſteà ſubjectus eſse cœperit, non acquiſiverit *b*. Idque Tiberius Cæſar in perſona Parthenij ſervi ſui conſtituit *c*.

1. *Lex ſi paterſamilias* 40. De hæred. inſtit. *reſtituta: & diverſa §. lectio: ratio item decidendi.* n. 2

Declaratio per exemplum.

a In Partem. Et quidem æqualem, ut oſtendit *l. & hoc.* 41. *De hered. inſtit.* Atque ita hìc interpretatur Theophilus: cum quo pugnat, quod traditur in *l. ſi paterfamilias.* 40. *ff. De hered. inſtit.* alterum tantum ſemiſſem hoc caſu dividi. Sed hoc accipiendum eſt, cohærede dato ſubſtituto: quemadmo-
1 dum ita ex † veteri exemplari cum text. legit, & reſtituit Alciat. *Diſp.* 1. *cap.* 2. ſequitur Gouea. *li.* 1. *Obſer. cap.* 6. *in fin.* quo caſu verum eſt, duos ſemiſſes fieri: quorum alterum cohæres capit jure inſtitutionis: alterum cum domino ſervi ob errorem ſubſtitutus dividit. Cujacius divinat vitium eſſe in textu, ſumptum ex errore notarum: quaſi pro *As*, quod abſque nota integrè ſcriptum erat, improvidè à librariis, qui notas litterarum eſſe arbitrarentur, *alter ſemis* ſit ſcriptus: qua quidem interpretandi licentia admiſſa, quidlibet ex quolibet poterit effingi. Sed † cur 2
ad hunc modum fit diviſio? Ideò ſcilicet, quia nec contradicente ſubſtituto hæres poteſt eſſe ſervus, propter errorem teſtatoris, qui ingenuum hæredem habere voluit, nec ſubſtitutus hæres eſſe poteſt, niſi ſervi inſtitutio valeat, & rata ſit. Nam ubi non valet inſtitutio, ibi nec ſubſiſtere poteſt ſubſtitutio, *l. ex pupillari.* 44. *eod.* Ut igitur utrique conſulatur, & domino ſervi, & ſubſtituto, putatum eſt æquius, inter utrumque hereditatem dividi, quàm contra teſtatoris ſententiam, inſtitutione, & ſubſtitutione annihilata, everti voluntatem ejus, qui teſtatus, non etiam inteſtatus decedere voluerit. Diverſum fuerit, ſi ſubſtitutio valere poteſt etiam abſque inſtitutione, ut in teſtamento militis. Hic enim ſubſtitutus totam hereditatem cernet, *l.* 3. *C. De hær. inſtit.*

b Acquisiverit. Vide Gouea. in *l. ſi per errorem.* 15. *ff. De juriſd.*

c Constituit. *D. l. & hoc.* 41. *De hær. inſtit.*

DE

DE PVPILLARI SVBSTITVTIONE.
Titulus Decimus Sextus.

1. *Pupillaris ſubſtitutio quid, cur ſic dicta: & methodica Tituli diſpoſitio.*

1 DUplex † eſt ſubſtitutio, *tot. tit. De vulg. & pupil.* Vna vulgaris, & communis, ex *l.* 12. Tab. quę ſicut inſtitutiones induxit, & permiſit, ita & ſubſtitutiones, §. 1. in fine, *hoc. tit.* De hac ſuperiore titulo eſt dictum. Altera pupillaris: ſic dicta, quia ſolis fit pupillis, non omnibus hęredibus: & fit non ex lege, ſed moribus, *l.* 2. *eod.* §. 1. in fin. *hoc. tit.* Pupillus autem etſi nondum ſit filiusfamilias impubes, quando à patre adhuc ſuperſtite, cujus eſt in poteſtate, ei pupillariter ſubſtituitur: propriè enim is pupillus dicitur, qui cùm impubes ſit, deſijt eſſe in patris poteſtate: *l. pupillus.* 239. *De verb. ſignif.* tamen, quia vis omnis teſtamenti & inſtitutionum in id tempus confertur, quo pupillus futurus eſt, hoc eſt, poſt mortem patris: ideò hoc reſpectu rectè pupillus dicitur, & ſubſtitutio pupillaris. Ea autem duplex eſt. Una propriè pupillaris, de qua in §. 1. *hoc tit.* Altera quaſi pupillaris, ſeu exemplaris, de qua in §. 2. In tertio §. ſubijciuntur propria, & effecta hujus ſubſtitutionis. In §. 4 forma ſpecialis ejuſdem tutiſſima. In 5. quibus ita ſubſtitui poſſit. In 6. 7. 8. forma generalis, & communis. Ultimo circumſtantię, quando, & quandiu ità ſubſtitui poſſit, & cōtraria, quibus ea finitur, ſubijciūtur.

SEptem partes hujus Tituli Uveſembecius ſtudentibus exhibet: verùm, cùm à nobis propoſita ſit methodus, ne ultra tres partes progrediatur diviſio; ideo De tribus agendum in hoc titulo propono.

1. De Pupillari ſubſtitutione.
   - 1. Forma
     - Eſſentiali §. 1. & 6.
     - Accidentali §. 4. 7. & 8.
   - 2. Perſonis §. 5.
   - 3. Effectu §. 3.
2. De Quaſi pupillari, §. 2.
3. De Compendioſa, pro captu §. ultimi h. t.

§. 1. Liberis ſuis impuberibus.

LIberis ſuis impuberibus *a*, quos in poteſtate *b* quis habet, non ſolùm ita, ut ſupra diximus *c*, ſubſtituere poteſt: ut ſi hæredes ei non extiterint, alius ſit ei hęres: ſed eo amplius, ut ſi hęredes ei extiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint *d*, ſit eis aliquis hæres *e*: veluti ſi quis dicat hoc modo; TITIVS FILIVS MEVS HÆRES MIHI ESTO. SI VERO FILIVS MEVS HÆRES MIHI NON ERIT, SIVE HÆRES ERIT *f*, ET PRIVS MORIATVR, QVAM IN SVAM TVTELAM VENERIT *g*, TVNC SEIVS HÆRES ESTO. Quo caſu, ſi quidem non extiterit hæres filius, tunc ſubſtitutus patri ſit hæres *h*. Si verò extiterit hæres filius, & ante pubertatem deceſſerit, ipſi filio ſit hęres ſubſtitutus *i*. Nam moribus *k* inſtitutum eſt, ut, cùm ejus ętatis filij ſint, in qua ipſi ſibi teſtamentum facerę non poſſunt *l*, parentes eis faciant.

1. *Liberi, & parentes eadem perſona cenſentur: & cur ſubſtituere pater impuberibus poſſit, & num. 3.*
2. *Pupillarem ſubſtitutionem duobus caſibus fieri.*
4. *Liberis præteritis, aut in poteſtatem alterius venaſuris, non rectè ſubſtitui.*
5. *Cauſa efficiens pupillaris ſubſtitutionis: & finalis, num. 6.*

a IMPUBERIBUS. Non puberibus, ut paulò pòſt dicetur, *l.* 2. *ff. eod.*

1 *b* POTESTATE. Quia † ſunt una quaſi perſona cum patre, *l. ult. C. De impu. ſubſtit.* unum horum patrimonium, una familia: & vox patris, vox filii eſſe perhibetur, §. *ei verò.* infr. *De inutil. ſtipul.* & conſequenter unum utriuſque eſt teſtamentum. §. 3. §. *liberis.* 6. infr. *eod.* ut non tam alii, quàm ſibi ſubſtituere, non tam alienam, quàm ſuam familiam ita ſubſtituendo pater relinquere videatur. Aliis porrò extra familiam hęres dari nequit, *l.* 2. *eod.* ut nec tutor, 2

tor, §. *ultim.* ſupr. *De tutel.* puta liberis emancipatis, *d. l.* 2. præterquàm à milite, *l. miles.* 41. § 2. *De mil. teſt.* Quare nec mater ſubſtituere poteſt, niſi vulgariter, *l. ſi mater.* 33. *De vulgar. & pupill.* quę lex de vulgari, non de pupillari eſt accipienda; neque pater filio naturali, Bart. *l.* 2. *De his, qui ſunt ſui, vel alien.*

c Diximus. Vulgariter.

2 *d* Fuerint. Duos † igitur caſus hæc ſubſtitutio complectitur, & non aditę hęreditatis, & poſt eam aditam mortis impuberis, unde & duplex nominatur, *l.* 2. *&* 4 *ff. eod.* Vulgaris verò ſimplex eſt, quia unum modo caſum non aditę hęreditatis continet. *d. l.* 1. *eod.*

3 *e* Haeres. Nam, † cùm uſque ad id ętatis ſibi hęredem eligere nequeant, ut qui nec teſtamentum facere poſſint, l. 1. *l. qua ætate.* 5. *De teſtam.* permiſſum eſt patri, liberis impuberibus de hęrede non ſecus, quàm de tutore providere, *l. ſi in teſtamento.* 17. *C. De impub. ſubſtit.* Idque moribus primùm inductum fuiſſe, teſtatur *l.* 2. *&* 4. *De vulgar.* &
4 Juſtinianus in fin. hujus §. Verùm † hoc accipiendum eſt, cùm liberi aut inſtituuntur, aut exhęredantur, *d. l.* 2. *l. pen.* §. 5. infr. *eod.* (nam pręteritis non rectè ſubſtituitur, cùm teſtamentum annihilent, §. 1. ſup. *De exher. lib.*) item, ſi poſt mortem non ſint recaſuri in poteſtatem alterius, cui jus ſuum adimi non debet. *d. l.* 2.

f Haeres Erit. Quo caſu expirat, quaſi deficiente conditione, vulgaris ſubſtitutio: eòque in eum eventum pupillariter filio impuberi, facto hæredi, ſubſtituitur. Receptum tamen eſt, ut, etiamſi non uterque, ſed alter tantùm caſus exprimatur, in utrumque tamen tacitè ſubſtitutum eſſe intelligatur, *l.* 4. *eod. l.* 4. *C. eod.*

g Tutelam Venerit. Quod fit decimoquarto anno: tunc enim deſinit alterius tutela, & minor in ſuam tutelam venit, ſupr. *quib. mod. tutel.* Nam tutela reſpectu perſonę dicitur, quę illa ętate libera eſſe incipit, & obligari poteſt, *l. puberes.* 101. *De verb. oblig.* Curatio autem, quę ſuccedit, non perſonę, ſed bonis datur. *l.* 8. *C. De nupt.*

h Patri Fit Haeres. Ex ſubſtitutione vulgari: quia primo inſtitutionis deficiente gradu, ſuccedit ſecundus.

i Substitutus. Ex ſubſtitutione pupillari, quę eſt teſtamentum filii, *l.* 2. *eodem.* §. 3. inf. *eod.* Et quoniam adita jam hęreditate deſiit patris eſſe hęreditas, facta utique filii patrimonium, *l. ſed ſi plures.* 10. §. 2. *eod.* Gloſſ. in *l.* 1. §. *veteres.* *De acquir. poſſ.* Bart. in *l.* 3. in princip. *De bon. poſſ.* latè Dec. in *l. hęreditas.* 62. *num.* 2. 3. *De reg. jur.* quare in *d. l. ſed ſi plures.* §. *ad ſubſtitutos.* 4. dicitur pater non ſuis bonis ſubſtituere, ſed impuberis.

k Moribus. Cauſa † efficiens. *l.* 12. *tab.* inſtitutiones introduxit, & ſubſtitutiones vulgares, 5
l. in vulgari, 162 *De verb. ſignif.* quę & ipſę ſunt inſtitutiones ſecundo gradu factę. Pupillaris verò ſubſtitutio non lege eſt introducta, ſed moribus, *l.* 4. *eod.* Nam lex tantùm permittit ſuę, non etiam alienę familię hęredem conſtituere, *l. verbis.* 120. *De verb. sign* at per pupillarem ſubſtitutionem, non ſibi, ſed filio pater hęredem, neque ſuam, ſed filii familiam revera relinquit, §. 3. *hoc tit.* Hoc igitur pręter jus, moribus eſt receptum. Govean. in *l. eſt receptum* 14 *De juriſdict.*

l Non Possunt. Ratio † conſuetudinis, & 6
cauſa finalis hujus ſubſtitutionis, qualis & tutelę teſtamentarię, §. *ult.* ſup. *De Attilian. tuto.* Quare ea ceſſante, poſt ętatem puberem ceſſat hęc ſubſtitutio, & evaneſcit, §. *ult.* infr. *eod.* juxta regulam: Ceſſante cauſa (ſcilicet finali) ceſſat effectus: de qua Tiraq. in peculiari ea de re edito tractatu.

§. 2. Qua ratione excitati.

QVa ratione excitati, etiam conſtitutionem *a* poſuimus in noſtro Codice: qua proſpectum eſt, ut, ſi qui *b* mente captos habeant filios, vel nepotes, vel pronepotes, cujuſcunque ſexus; liceat eis, etſi puberes ſint *c*, ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis, certas perſonas *d* ſubſtituere. Sin autem reſipuerint, eandem ſubſtitutionem infirmari *e*: & hoc ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis, quæ, poſtquàm pupillus adoleverit, infirmatur *f*.

1. *Ratio introducenda hujus ſubſtitutionis: & cur æquè omnibus parentibus concedatur, & nu. 2.*
3. *Cauſa impedientes puberum ſubſtitutionem.*
4. *Ordo in exemplari ſubſtitutione obſervandus*

ALtera ſubſtitutionis hujus ſpecies, quæ Exemplaris à noſtris appellatur, quòd ad exemplum pupillaris ſit inducta.

a Etiam Constitutionem. *l. humanitatis.* 9. *C. eod.* qua
1 † opus fuit, ut hoc jus commune fieret: nam olim à principe, velut privilegium id erat impetrandum, *l. ex facto.* 43. *eod.*

b Ut, Si Qui. Parentes utriuſque ſexus, tàm mater, quàm pater, avia, quàm avus, *d. l.* 9. Nam
† contra rationem juris, ex humanitate, affectione, pietate, & cura parentum erga liberos, hęc 2
ſubſtitutio conceſſa eſt, *d.* l. 9. in princ. Ea autem in

in utriuſque ſexus parentibus par eſt. Par igitur, & æquale jus fuit ſtatuendum. Contra eſt in ſubſtitutione pupillari, quę ratione patrię poteſtatis permittitur. Qui igitur, quęve non habet in poteſtate, ut mater, is, eave hoc modo ſubſtituere non poteſt.

3 *c* Etsi Puberes Sint. Dum † tamen ante dementiam ſibi teſtamentum non fecerint, nec poſt mortem in alterius poteſtatem recidant, & præterea hæredes ipſi à parentibus in eodem, in quo ſubſtitutio fit, teſtamento inſtituantur, *d. l. humanitatis*. ubi DD. Cæteroqui nulla ſubeſſet humanitatis hujus ratio, & cauſa.

d Certas Personas. Primò † liberos eorum, ſi extant, quibus ſucceſſio ex eadem humanitatis ratione, præ reliquis debetur: tùm fratres, qui ſubinde deficientibus deſcendentibus, & aſcendentibus (ut hìc) ſecundo loco etiam aliàs ad ſucceſſionem admittantur, quibus nullis extantibus, demum licebit ſubſtituere extraneos, *d. l.* 9. in quo rurſum à pupillari diſtat, §. *non ſolùm*. 5. inf. *eod.* 4

e Infirmari. Quaſi cauſa finali, & conditione ejus extincta, *d. l.* 9.

f Infirmatur. §. *ult.* inf. *eod*

§. 3. Igitur in pupillari.

IGitur in pupillari ſubſtitutione ſecundum pręfatum modum ordinata, duo quodámmodo ſunt teſtamenta *a*: alterum patris, alterum filii, tanquam ſi ipſe filius ſibi hęredem inſtituiſſet: aut certè unum teſtamentum eſt duarum cauſarum, id eſt, duarum hęreditatum.

1. In ſubſtitutione pupillari duo cenſentur eſſe teſtamenta.

DE proprio, vi, & effectu pupillaris ſubſtitutionis.

1 *a* Sunt Testamenta. Sicut tot † ſunt ſtipulationes, quot res, *l. ſcire*. 29. *De verb. obl.* ita quot ſunt teſtatores, & hæreditates, tot videntur effectu eſſe teſtamenta: quæ idcircò hìc duo ſunt, quoad materiam, & effectum: licet reſpectu ſolemnitatis, ac formæ unum patris, & filii teſtamentum ſit, ut in *l. patris*. 20. *hoc tit.* dicitur. Alterum ergò teſtamentum eſt patris, alterum filii, velut appendix, & ſequela paterni, §. *liberis*, 6. inf. *eod.* Itaque nec dividi poſſunt, neque una hæreditas abſque altera adiri, *l. ſed ſi plures*. 10. §. 3. *hoc tit.* & vitiato teſtamento patris, corruit etiam teſtamentum filio factum, *d.* §. *liberis*. 6. *hoc tit.* Eadem propemodùm ratione duo eſſe teſtamenta perhibentur, cùm vir, & uxor, fratres, ſocii, aut alii de bonis ſuis communiter teſtantur: ſcilicet reſpectu materiæ, & hæreditatum: quæ hìc planè diverſæ ſunt, ut una abſque altera adiri poſſit, licet unum ſit reſpectu ſolemnitatis contextus, & actus unius. Ang. hìc, & DD. in *l. patris*. 20. *eod.* & Jaſ. in *l. licet*. *num.* 3. pòſt Bal. Sal. & Caſt. *C. De pactis*, per *l. quod ſi*. 10. ubi DD, *ſi cert. pet.*

§. 4. Sin autem.

SIn autem quis ita formidoloſus ſit, ut timeat, ne filius ſuus pupillus adhuc ex eo, quòd palàm ſubſtitutum acceperit, poſt obitum ejus periculo inſidiarum ſubjaceat: vulgarem quidem ſubſtitutionem palàm facere *a*, & in primis teſtamenti partibus ordinare debet. Illam autem ſubſtitutionem, per quam, & ſi hæres extiterit pupillus, & intra pubertatem deceſſerit, ſubſtitutus vocatur: ſeparatim in inferioribus partibus *b* ſcribere *c*, eamque partem proprio lino, propriaque cera conſignare *d*, & in priore parte teſtamenti cavere, ne inferiores tabulæ vivo filio, & adhuc impubere aperiantur. Illud palàm eſt, non ideò minus valere ſubſtitutionem impuberis filii, quòd in eiſdem tabulis ſcripta ſit, quibus ſibi quiſque hæredem inſtituiſset, quamvis pupillo *e* hoc periculoſum ſit.

1. *Vulgaris ſubſtitutio quando pupillarem tacitam contineat.*

FOrma ſubſtituendi pupillariter ſpecialis, & tutiſſima.

a Palam facere. Atqui in ea ineſt pupillaris, *l. 4. eod. l. 4. C. eod.* ut periculum non abſit, etiamſi pupillaris in imis tabulis abſcondatur. Reſpondeo. Primùm, non toties ſemper fit vulgaris, quoties pupillarem occultè facit teſtator. Deinde, etiam cùm fit, ut in caſu hujus §. abeſt tamen periculum, quando forma hìc poſita ſervatur. Teſtamentum enim non aperitur, niſi poſt mortem teſtatoris, *l. 1. & tot. tit. quemad. teſtamen.* at tum pupillus ſuus hæres, & neceſſarius eſt abſque aditione, nec abſtinere illa ætate à paterna hæreditate, præſertim non damnoſa poteſt: &, quamvis decedat, non tamen ſubſtituti bono decedit, ſed hæreditatem tranſmittit ad ſuos proximos, *l. ſi infanti.* 18. *C. De jur. delib. l. unic. C. De his, qui ante apert. tab.* Quòd
1 † porrò pupillaris dicitur vulgari ineſſe, hoc fit ex præſumpta teſtatoris voluntate, *l 4. C. eodem.* Quare, ubi contraria apparet voluntas, ea tacitè non ſubintelligetur, *d. l.* 4. ut hoc caſu. Fab. & Viglius hìc, cùm proviſio hominis circa ſubſtitutionem, tollere debeat eam legis proviſionem, *d. l. 4. C. eod. l. ult.* ubi Gloſſ. *C. De pact. convent.* ſed ſubſtitutus pupillariter, ſive idem ſit, qui vulgariter erat ſubſtitutus, ſive alius, admittetur non ex tacita legis, vel conſuetudinis inductione, ſed expreſſa teſtatoris voluntate: de qua ubi conſtat, præſumptiooi, & conjecturæ non eſt locus, *l. continuus.* 137. *§. cum ita. De verb. oblig.* Hoc autem caſu, quia conſtat ex teſtamento, pupillarem expreſſim in ima, & abſcondita cera factam eſſe, nullam certam ejus ſucceſſionis ſpem ex vulgari concipere ſubſtitutus poteſt: qui jam ſciat ex teſtatoris diſpoſitione tacitam pupillarem evanuiſſe, & incertus ſit, utrum ipſe, an alius pupillariter ſit ſubſtitutus.

b Inferioribus partibus. Imam ceram vocat Svetonius in *Julio. cap.* 83. Vide Alciat. *Parerg. lib. 4. cap. 6.*

c Scribere, *L. ult. C. De fid. lib.* vel ſcribere ſe ſimulare: nam & tunc ablata erit cauſa inſidiarum: putaote vulgariter ſubſtituto pupillarem expreſsè eſſe factam, quę ſpem tacitę infringat.

d Consignare. Ut ultima pars membranę, in qua ſubſtitutio pupillaris ſcripta eſt, complicetur, atque ita membrana complicata, ſeu duplicata, trajecto filo conſtringatur, & ſigillis obſignetur. Vide Viglium hìc.

e Pupillo. Cujus vita, & ętas cùm alioqui ſit inſidiis obnoxia, *l. 1. De minor.* injecta ſpe prędę, multò majore in periculo eſſet futura.

§. 5. Non ſolùm.

NOn ſolùm autem hæredibus inſtitutis impuberibus liberis, ita ſubſtituere parentes poſſunt, ut, etſi hæredes eis extiterint, & ante pubertatem mortui fuerint, ſit eis hæres is, quem ipſi voluerint *a*: ſed etiam exhæredatis *b*. Itaque eo caſu ſi quid exhæredato pupillo ex hæreditatibus, legatiſve, aut donationibus propinquorum, atque amicorum acquiſitum fuerit: id omne ad ſubſtitutum pertinebit *c*. Quæcunque diximus de ſubſtitutione impuberum liberorum, vel hæredum inſtitutorum, vel exhæredatorum, eadem etiam de poſthumis intelligimus.

1. *Patrem filio exhæredato etiam in bonis adventitiis ſubſtituere poſſe: ſecùs eſt in præterito.*
2. *Ius ſubſtitutionis unde pendeat.*
3. *Exhæredati ſubſtitutus cur legato gravari non poſſit, remiſſivè.*
4. *Exhæredati pupilli bona omnia ad ejus ſubſtitutum pervenire: diverſum in milite emancipatum ſubſtituente. num. 5.*

QUibus ſubſtitui pupillariter poſſit.

a Voluerint. Sive propinquus, ſive extraneus (etiamſi aliter in exemplari conſtitutum eſſe diximus) & denique quemcunque ſibi hæredem facere poſſet, *l. ſed ſi.* 10. *§. 1. eod.*

b Exhæredatis. *L. 1. l. penult. ff. eod.* quæ ſubſtitutio † ad pupilli exhæredati adventitia 1
etiam bona pertinebit, ut ſequentia verba oſtendunt, & *d. l. 1. l. ſed ſi plures.* 10. *§. 4. l. pen. eod.* Pater enim, cujus eſt in poteſtate filius impubes, non modò in profectitiis dare hæredem ei poteſt, ſed etiam in adventitiis, quæ olim ipſi etiam acquirebantur, §. 1. ſup. *per quas perſon.* Non tamen eodem modo ſubſtitui præteritis poterat, quia præter-

itio

ltio nulla eſt, & teſtamentum annihilat: ut paulò antè declaravimus, *l. 1. De injuſt. teſtam. l. inter.*
2 30. *De lib. & poſthum.* Ex hoc † autem planum fit,
jus ſubſtituendi liberis, ſicut & dandæ tutelæ, non pendere ab inſtitutione (alioqui mater inſtituens liberos ſimul, & pupillariter ſubſtituere poſſet) ſed à patria poteſtate; in qua cùm ſint exhæredati, nihil cauſæ eſt, cur non ut tutor, ita & hæres illis dari poſſit. Addit & illam rationem Ulp. in *d. l. ſed ſi plures.* 10. *§ ad ſubſtitutos.* 4. *ff. eod.* quòd non ſuis bonis, ſed impuberis pater ſubſtituat, ut illi ſuam hæreditatem relinqui non ſit neceſſe. Quocirca, etiamſi hodie bona adventitia non quærantur patri, non tamen ceſſat ratio, quin ſubſtituere exhæredato poſſit: cùm hoc jus non ab acquiſitione bonorum, ſed à patria poteſtate dependeat. Alia porrò ratio eſt oneris impoſiti: nemo enim niſi quatenus honorat, onerare aliquem in teſtamento poteſt, *l. cohæredi.* 41. *§. cum filiæ.* 3. *eod. l.* 1. cum ſeq. *De legat.* 3. At hæredem habere, non onus eſt, ſed proviſio pertinens ad commodum potiùs impuberis, *l. 6. De inter. act. §.* 1. ſup. *Quibus ex*
3 *cauſ. manu.* in princ. inſ. *De leg. Falcid.* Cur autem †
exhæredati ſubſtitutos gravari legato non poſſit, *l.* 2. *l. pater.* 16. *eod. l. cum quidam.* 24. *C. De legat. l. ab exhæredati.* 126. *De legat.* 1. cùm poſſit ipſe exhæredatus, quatenus legatis honoratus eſt, *d. l. cohæredi.* *§ cum filiæ.* & legatarii hæres, *l. ſi fuerit.* 5. *De legat.* 3. aliena hoc loco eſt quæſtio: de qua conſulendus hîc eſt Viglius.

c Pertinebit. Etiamſi † quid poſtea filio 4
obvenerit: non enim ſibi, ſuiſque bonis, ſed filio hæredem facit, ejuſque hæreditatem ſubſtituendo relinquit: cui ineſt omne jus, quod moriens impubes reliquit, *l. hæreditas.* 62. *De reg. jur. l. 2. De her. vel. act. ven.* Hanc rationem indicat Ulp. in *d. l. ſed ſi.* 10. *§.* 4. *l. centurio.* 15. *eod.* Diverſum † 5
eſt, cùm miles emancipato ſubſtituit: hoc enim tantùm in eo poteſt, quod à ſe ad emancipatum pervenit, *l. miles,* 4. *§. pen. De teſtam. mil. l. ſed ſi.* 10. §. 4. *eod.* non enim permiſſum eſt, de alieno in præjudicium domini teſtari, ne militi quidem, ne ejus privilegium alterius jus imminuat, *l. 2. § meritò. Ne quid in loc. public.* quod idem eadem ratione obtinet, cùm filio poſt pubertatem miles ſubſtituit: bona enim, quæ à patre milite habet filius, non etiam propria ad ſubſtitutum redibunt, *l. centurio.* 15. *ff. eod.* peræquè, atque aliàs ex cauſa fideicommiſſi, *l. precibus.* 8. *C. eod.* quę ſub finem de fideicommiſſaria ſubſtitutione expreſſim facta, prorſus accipienda eſt: quomodo gravari hæres ampliùs nequit, quàm quatenus ei relinquitur, *d. l. cohæredi.* 41. *§.* 2. *d. l.* 1. cum multis ſeq. *De legat.* 3.

§. 6. Liberis autem,

Liberis autem ſuis teſtamentum nemo facere poteſt, niſi & ſibi faciat *a*, Nam pupillare teſtamentum, pars *b*, & ſequela *c* eſt paterni teſtamenti; adeò, ut ſi patris teſtamentum non valeat *d*, nec filii quidem valebit *e*,

1. Teſtamento patris non valente, nec ſubſtitutioni locum eſſe; & num. 2, & 3.

Cauſa ſine qua non hujus ſubſtitutionis.

1 *a* Sibi Faciat. † *L. 1.* in fin. *ff. eod.* Acceſſorium enim non ſubſiſtit abſque principali, *l. cum principalis,* 139. *De reg. jur.* & in teſtamento nihil valere poteſt ſine inſtitutione, *d. l. 1. §. 1, hoc tit.*

b Pars. † *L. qui plures,* 9. in fin. *ff. eod. l. pen.*
2 *quemad. teſtam. aperian.* Ubi autem totum teſtamen-
tum ob defectum inſtitutionis corruit, ibi & partem ejus annihilari certum eſt, *l. Papinianus.* 8. *§. final. De inoffic. teſtamen.* Nam quod juris eſt in toto, eſt & in parte, *l. quæ de tota.* 76. *De rei vin.*

c Sequela, Appendicula † quędam acceſſoria, 3
d. l. qui plures. quę abſque principali ſubſiſtere nequit. *l. cum principalis.* 139. *De reg. jur. c. Acceſſorium.* 42. *eod. in* 6. quare vires habet teſtamentum pupillare à paterno, non è diverſo, *l. ex pupillari.* 44. *eod.*

d Non Valeat, Secùs, ſi valeat, & per bonorum poſſeſſionem contra tabulas tantùm reſcindatur; *l. ex duobus.* 34. *De vulgar. & pupillar.*

e Valebit. *L. 2. ff. eod.*

Digitized by Google

§. 7. Vel ſingulis.

VEl ſingulis autem liberis, vel ei, qui eorum noviſſimus impubes morietur, ſubſtitui poteſt *a*: ſingulis quidem, ſi neminem eorum inteſtatum *b* decedere voluerit: noviſſimo, ſi jus legitimarum hæreditatum integrum inter eos cuſtodiri velit *c*.

1. *Ordo ſuccedendi, ſeu jus legitimarum hæreditatum jure veteri: & quid hodie obſervetur.*

DE forma, qua non ſingulis modò, ſed & noviſſimo tantùm ſubſtitui poteſt.

a SUBSTITUI POTEST. *L. vel ſingulis.* 37. *ff. eod.*

b INTESTATUM. Abſque hærede ſcripto, quem ex ſubſtitutione velut ex ſuo teſtamento habent: quo caſu ineſt reciproca ſubſtitutio, *d. l. vel ſingulis.* 37. *l. ſi pater.* 25. *ff. eod.*

1 *c* CUSTODIRI VELIT. Quæ † conſtat jure veteri fratribus hoc caſu, cùm nec deſcendentes juſtos habere impuberes poſſint, quibus non eſt connubium, in princ. ſup. *De nup.* & patre, qui in poteſtate habuit, mortuo, aſcendentibus reliquis, velut cognatis tantùm (cùm in eorum poteſtatem recidere nequeat, qui in ſui patris ſacris ſuit) fratres, ut conſanguinei, & agnati præferantur, infr. *De legit. agn. ſucceſſ.* Hodie, quia parentes reliqui, puta mater, avus, unà cum fratribus concurrere poſſunt. Auth. *Defuncto. C. ad Trebell.* §. 2. in Auth. *De hær. ab inteſt. Novell.* 118. ideò idem dici nequit: ut meritò quæratur, utrum jam ſubſtitutio noviſſimo facta ad omnes pertinere intelligatur. Et verum eſt, ſubſtitutionem uni perſonæ factam, non extendi ad alium, niſi ex circumſtantiis aliud appareat: ut in caſu *l. Titia.* 87. §. 2. *De legat.* 2. ubi fideicommiſſaria ſubſtitutio facta omnibus intelligitur, eò quòd de toto fundo, non de cujuſque parte erat diſpoſitum, & prohibita alienatio. Idque faciliùs in fideicommiſſis, & legatis recipitur, in quibus re, & verbis legatarii ſunt conjuncti, quàm in ſubſtitutionibus pupillaribus: ubi & perſonæ, & hæreditates ſingularum perſonarum, quibus ſubſtituitur, ſunt diſcretę. Sed hac de re in aliam ſententiam, & quidem pluribus diſputat hìc Vigl.

§. 8. Subſtituitur autem impuberi.

SVbſtituitur autem impuberi, aut nominatim, veluti TITIUS HÆRES ESTO: aut generaliter, ut QUISQUIS MIHI HÆRES ERIT. Quibus verbis vocantur ex ſubſtitutione, impubere mortuo filio, illi, qui & ſcripti ſunt hæredes, & extiterunt *a*, & pro parte *b* hæredes facti ſunt *c*.

1. *Subſtitutionem ſubſtitutioni accreſcere.*

DE verbis, & formula pupillariter ſubſtituendi.

a EXTITERUNT. Poſſunt enim non omnes adiiſſe, qui nullum jus ad ſuos hæredes tranſmittunt, *l. ſi ex pluribus.* 9. *De ſuis, & legit.*

b PRO PARTE. Tàm jure inſtitutionis, quàm jure accreſcendi.

c FACTI SUNT. † *L.* 3. & *l. ſi in teſtamento.* 5. *l. qui liberis.* 8. *l. ſed ſi plures.* 10. *hoc tit.* Non enim modò partes inſtitutionis videntur repetitæ, §. *etſi.* 2. ubi dictum eſt ſup. *tit.* 1. ſed etiam, quatenus hæres quis ſit, intelligitur ſubſtitutus: quare, ſi jure accreſcendi partes aliorum quoque deficientium adjerit, in his etiam jure ſubſtitutionis pupillo ſuccedet. Nam, ſicut inſtitutio inſtitutioni, ita & ſubſtitutio ſubſtitutioni accreſcit. 1

§. 9. Maſculo igitur.

MAſculo igitur uſque ad quatuordecim annos ſubſtitui poteſt *a*: fœminæ verò uſque ad duodecim annos *b*. Et ſi hoc tempus exceſſerint, ſubſtitutio evaneſcit *c*. Extraneo *d* verò, vel filio *e* puberi hæredi inſtituto, ita *f* ſubſtituere nemo poteſt *g*, ut, ſi hæres extiterit, & intra aliquod tempus *h* deceſſerit, alius ei ſit hæres. Sed hoc ſolùm permiſſum eſt, ut eum per fideicommiſſum *i* teſtator obliget alii hæreditatem ejus *k* vel totam, vel pro parte reſtituere *l*: quod jus quale ſit, ſuo loco trademus *m*,

2. Subſtitutionem pubertate finiri, & ratio, num. 2.
3. Extraneo, vel puberi paganus directò ſubſtituere non poteſt: ſecus in milite.
4. Compendioſa ſubſtitutio facta verbis civilibus, quatenus valeat.

QUaodiu, & ad quod uſque tempus ſubſtitui pupillariter poſſit, & quando ea finiatur.

1 *a* SUBSTITUI POTEST. *L. verbis*. 7. *l. ex facto*. 43. §. 1. *ff. eod.* quare † etiamſi longius tempus comprehenſum fuerit, tamen finietur pubertate, velut tutela, *l. in pupillari*. 14. *eod.*

b DUODECIM ANNOS. Quod tempus etiam tùm deſignaſſe videtur, cùm filiæ, ſi, antequam nubat, deceſſerit, ſubſtituit, *l. pen.* ubi Bart. *ff. eod.* maximè jure veteri, ante *l. ſancimus*. 24. *C. De nupt.*

2 *c* EVANESCIT, Quia † liberi puberes facti, ſibi hæredem hac ætate ſcribere poſſunt, *d. l. ex facto*. 43. *hoc tit.* Ceſſante igitur cauſa finali hujus ſubſtitutionis, de qua in §. 1. in fin. ſup. *eod.* ceſſat, & evaneſcit ipſa quoque ſubſtitutio: & ipſo jure velut tutela expirat.

d EXTRANEO. Puta emancipato filio.

e VEL FILIO. Suo videlicet in poteſtate conſtituto.

f ITA. Verbis directis, *l. verbis*. 7. *eod.*

3 *g* NEMO POTEST. Paganus, † ſeu jure pagano, de quo hìc agitur: ſed benè jure militari, *l. centurio*. 15. *eod. l. milites*. 5. *l. miles*. 41. §. *exhæredato*. 3. *De teſtam. mil.* quæ jure militari directò valet, ſicut ex cauſa fideicommiſſi jure paganorum communi, cui hæc ſubſtitutio confertur, in *l. precibus*. 8. *C. eod.* cujus verba hoc ſenſu ſunt accipienda.

h ALIQUOD TEMPUS. Puta intra 25. annum.

i FIDEICOMMISSUM. Verbis obliquis, vel ſaltem communibus, quæ hìc pro obliquis accipiuntur. Bart. & DD. in *d. l. verbis*. & *l. centurio*. 15. *eod.* Et hæc † ſubſtitutio ab iiſdem appellatur 4
compendioſa in *d. l. precibus. C. eod.* & *d. l. verbis*. quæ ſi verbis facta ſit civilibus, an ſaltem jure fideicommiſſi obliquo valeat, quæſtionis eſt. Verius videtur, non valere: ut hìc in verb. *nemo poteſt*. *d. l. verbis*. 7. in verb. *fruſtrà fieri*. *eod.* Contrarium tamen communi ſententia receptum eſt. Bart. & DD. in *d. l. verbis*. Ang. hìc. Jaſ. in *d. l. precibus*. Panorm. & Cano. in *c. Raynutius*. 16 *De teſtam.* Philip. Franc. & alii in *c. Si pater*. 1. *De teſtam. in* 6.

k HÆREDITATEM EJUS. Teſtatoris: nam nec alterius gravare, nec alienam hæreditatem fideicommiſſo relinquere poteſt, ne miles quidem, *l. milites*. 5. *De teſtam. milit.*

l RESTITUERE. Non enim hoc modo relinquitur, ut civilis hæreditas titulo inſtitutionis, ſed ut fideicommiſſum, *l.* 2 in fin. *De codic.*

m TRADEMUS. Infrà ad *titul. De fideicom. hered.*

QVIBVS MODIS TESTAMENTA INFIRMENTVR.

Titulus Decimus Septimus.

1. Continuatio Tituli. Quid teſtamentum, injuſtum, nullum, irritum, & ruptum. Item diſpoſitio Tituli: numer. 2. 3. 4. & 5.

1 QUia † dictum eſt hactenus de conſtitutione, & generibus teſtamentorum, ac inſtitutionum, quibus illa ritè ordinantur: ideò more Juriſconſultorum, & juxtà uſitatam methodum, ſubjiciuntur nunc contraria, quibus ſcilicet modis teſtamenta benè ordinata fiant irrita, & infirmentur. Sciendum autem eſt, teſtamentum aut ſtatim ipſo jure nullum eſſe, aut ex pòſt facto infirmari, *l. 6. §. alio. 4. hoc tit.* Quod ipſo jure nullum eſt, non dicitur rumpi, aut infirmari, *l. 5. De injuſt. rupt. teſtam.* (privatio enim præſupponit habitum, *l. 5. ff. eod. l. decem. 116. De verb. obl.*) ſed aut injuſtum eſſe perhibetur, aut nullius momenti. In-
2 juſtum † eſt non jure factum, *d. l. 4. l. 1. De injuſt. teſtam.* hoceſt, cùm ſolemnia juris deſunt, *l. 1.*
3 in princ. *De injuſt. rup. irr. teſtam.* Nullius † momenti, in quo filius præteritur *d. l. 1.* Eſt enim hoc vitium non incurrens intrinſecam ſolemnitatem teſtamenti, ſed cætera, quæ extrinſecus ad ordinanda teſtamenta deſiderantur, *l. inter. 30. De lib. & poſthum.* Itaque non eſt propriè injuſtum, hoceſt, pugnans cum jure ſolemni teſtamentorum: quanquam abuſivè injuſtum quoque dicatur, *l. 3. §. 2. eod. tit.* Utrumque autem hoc genus irritum eſſe perhibetur, *d. l. 4. hoc tit.* à quo diſtat irritum factum, ſeu quod irritum fieri dicitur. Hæc enim ſpecies eſt non ſuperioris, ſed teſtamenti validi, quod ex aliquo poſteà caſu ſuperveniente infirmatur: nam hoc aut irritum fit, aut rumpitur. Irritum fit, cùm teſtamento nullum offertur vitium, ſed perſonis, à quibus dependet: ut cùm teſtator capite minuitur, *d. §. 4.* hæres deficit non adita hæreditate, *l. 1. eod.* Hoc caſu teſtamentum propriè non rumpitur, quia nullum in id vitium incurrit. In conſequentiam tamen perſonarum, quarum ex jure ſubſiſtit, fit irritum, juris ipſius, ex quo pendet, defectione. Rumpitur † autem, cùm non 4
perſonis, ſed in ipſum teſtamentum vitium incurrit, ut pro non jure facto eſſe incipiat, aut, ut hìc definitur, in §. 1. cùm in eodem ſtatu manente teſtatore, jus teſtamenti vitiatur: quod fit aut poſteriore teſtamento facto, §. 2. *hoc tit.* aut agnatione ſui hæredis, *l. 1. eod. tit.* De quo diſputat † uſque ad §. 4. Exinde de irrito, 5
ſubjectis in fine declarationibus aliquot neceſſariis. Mortuo hærede inſtituto fit prius caducum. *l. 1. §. pro ſecundo. Cod. De caduc. tollend.*

DUæ ergo erunt hujus Tituli partes.

1. De Teſtamento Rupto.
   - adgnatione ſui hæredis §. 1.
   - mutatione voluntatis teſtatoris *reali*, §. 2. & 3. non autem *verbali*, §. 6. aut *injuria cauſa*, §. 7.
2. De Irrito, §. 4. & 5.

§. 1. Teſtamentum jure factum.

TEſtamentum jure factum *a* uſque eò valet, donec rumpatur *b*, irritumve fiat. Rumpitur *c* autem teſtamentum, cùm in eodem ſtatu manente teſtatore *d*, ipſius teſtamenti jus vitiatur. Si quis autem poſt factum teſtamentum adoptaverit *e* ſibi filium per Imperatorem *f*, eum, qui ſui juris eſt, aut per Prætorem *g*, ſecundum noſtram conſtitutionem *h*, eum, qui in poteſtate parentis fuerit, teſtamentum ejus rumpitur, quaſi adgnatione ſui hæredis *i*.

1. Agnatione ſui hæredis, aut poſteriore teſtamento, rumpi teſtamentum, & num. 3.

2. Capitis diminutione teſtamentum irritum fieri.

TEſtamentum quomodo rumpatur facto teſtatoris, quaſi per agnationem: nam abſque facto teſtatoris quemadmodum annihiletur fortuita, & naturali agnatione, vel quaſi, ſuprà ad *tit. De exhær. lib.* eſt expoſitum, ut hic repeti non ſit neceſſe.

a JURE FACTUM. In quo omnia ritè facta ſunt, *l. ſi quis. 6. De falſ.*

1 *b* RUMPATUR. Rumpitur † autem aut agnatione, aut poſteriore teſtamento: de quo utroque modo ordine tractatur.

c RUMPITUR. Ab ipſo teſtatore: hoc enim propoſitum habet tractare, quomodo vel condantur teſtamenta, vel rumpantur ab ipſo teſtante: ut non mirum ſit, reliquas ſpecies teſtamenti infirmandi eſſe omiſſas.

2 *d* TESTATORE. Nam † ſi ſtatum mutet, puta capitis diminutionem patiatur, non rumpi teſtamentum, ſed irritum fieri dicitur, §. *alio*. 4. inſ. *eod.* ubi & hujus diſtinctionis ratio proponitur.

e ADOPTAVERIT. Generale verbum complectens utramque adoptionis ſpeciem, *l. 1. De adopt.* ut & hic.

f IMPERATOREM. Arrogando ſcilicet.

g PRÆTOREM. Adoptando.

h CONSTITUTIONEM. *L. pen. C. De adopt.* ſecundum quam non aliter ſit filius, & ſuus hæres adoptatus, quàm ſi à parente adoptetur.

i SUI HÆREDIS. Primus † modus, quo teſtamentum rumpitur, videlicet adoptio, per quam ſuus hæres quaſi agnaſcitur, *l. verum*. 8. *ff. De injuſt. teſtam.* & ideò quia præteritus in teſtamento invenitur, illud rumpit, ut ſuprà diximus in §. *adoptivi*. ad *tit. De exhær. lib.* Vide *l. 3. l. ſi quem*. 18. *De injuſt. teſtam. l. filio*. 23. *De lib. & poſthum.* 3

§. 2. Poſteriore quoque teſtamento.

POſteriore quoque teſtamento *a*, quod jure perfectum eſt *b*, ſuperius rumpitur *c*: nec intereſt, extiterit ne aliquis hæres ex eo, an non *d*. Hoc enim ſolùm ſpectatur, an aliquo caſu exiſtere potuerit. Ideòque, ſi quis aut noluerit hæres eſſe, aut vivo teſtatore, aut poſt mortem ejus, antequàm hæreditatem adierit, deceſſerit *e*: aut conditione, ſub qua hæres inſtitutus eſt *f*, defectus ſit: in his caſibus paterfamilias inteſtatus moritur *g*. Nam & prius teſtamentum non valet *h*, ruptum à poſteriore, & poſterius æquè nullas habet vires *i*, cùm ex eo nemo hæres extiterit.

1. Teſtamento poſteriore perfecto prius rumpi: & ratio, num. 2.

3. Teſtamenti vis non ab aditione, ſed inſtitutione dependet.

ALter modus, quo ex teſtatoris facto teſtamentum prius rumpitur, poſteriore ſcilicet teſtamento perfecto.

a TESTAMENTO. Non codicillo, §. *ult.* inſ. *De codic.* ideò, ſi prius habet clauſulam codicillarem, valebit jure codicilli evacuata inſtitutione: ſic, ſi plures ſint voluntates, in quibus non ſit hæreditatis inſtitutio, ſed diviſio tantùm facta, vel legata relicta, utique ſubſtinebuntur.

b PERFECTUM EST. Et valiturum ſit, *l. ſi jure*. 18. *De legat. 3.* † Nam ſecus, ſi imperfectum

1 ſit, ratione aut voluntatis, aut ſolemnitatis, §. *ex eo*, 6. inſ. *eod.* Non enim habetur pro facto, in quo ſupereſt aliquid agendum, Gloſſ. & Jaſ. *nu.* 3. *l. cum Syllanianum*. 11. *C. De his, quibus ut indig.* Spec. *De ſal. advoc. num.* 11. Excipitur teſtamentum inter liberos, quod rumpit prius tribus concurrentibus. 1. ſi in priore extranei inſtituti. 2. ſi in poſteriore venientes ab inteſtato inſtituti. 3. ſi adfuerint quinque teſtes, Alex. dicens communem *num.* 9. in *l. hac conſultiſſima* 21. §. *ſi quis autem. C. De teſtamen.* Jul. Clar. *De teſtament. quæſt.* 97. *num.* 1. 2. Idem puto, ſi partim extranei, partim ab inteſtato venientes ſint inſtituti: nam his accreſcit portio reliquorum *d. l. hac conſultiſſima*. 21. §. *ex imperfecto*. in fin. *C. De teſtam* & ſic hi pro ſolis inſtitutis habentur. Legata tamen valent, quia teſtamentum valet, & ab inſtitutis præſtanda ſunt, etiam in priore teſtamento relicta, ſi habeat clauſulam codicillarem, *l. eam*. 14. *C. De fideicommiſſ.* aliàs ſecùs, ſed cum inſtitutione extra-

Digitized by Google

extranei corruunt. *d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto l. 3. C. De teſtament. l. Papinianus. 8. §. fin. De inoſ. teſtam.* At teſtamentum inter liberos ſemper clauſulam habet codicillarem. Jaſ. in *l. eam.* 14. *num.* 11 *C. De fideicom.* Inter quos teſtamentum ſolemne coram ſeptem teſtibus factum, an revocetur perſequens inter eoſdem coram duobus factum, longa eſt altercatio. Philip. Port. *opin. lib.* 2. *concluſ.* 8. contra quem pro ultimo teſtamento concludit Zuntus in reſponſo pro vxore à *nu.* 589. uſque ad 693. ubi probat hanc eſſe receptiſſimam, & veriſſimam,

2 *c* Rumpitur. † *L.* 2. *l. cum in ſecundo.* 16. *De injuſt. rupt. teſtamen.* Nam voluntas ultima ſemper eſt ambulatoria uſque ad ſupremum ſpiritum, *l.* 4. *De adimend. legat.* & prius habet hanc conditionem, niſi ſequatur poſterius *l.* 3. *De adim. legat.* Angel. *conſ.* 258. *Teſtator fecit.* etiamſi in poſteriore non fiat mentio de priore, nec apponatur clauſula caſſans. Angel. ibidem, & hic: quia ſecundo teſtamento tacite ineſt. Bald. *l. fin. quæſt.* 5. *C. De edict. div. Adria. toll.* nec unius hominis plura diverſa teſtamenta eſſe poſſunt: complectuntur enim hæreditatem, hoc eſt univerſum dominium, & jus defuncti, quod unum eſt, eòque diverſimodè deferri nequit; ſicut nec unius rei plura dominia, dominique plures eſſe poſſunt. Itaque, cùm hæc teſtamenta diverſa, & ipſa ſibi invicem contraria ſiot, nec ſe compatiantur, poſterius derogat priori, juxt. *reg. l. pacta* 12. *C. De pact.* Nam hæc æquè ſibi invicem ſunt contraria, atque duæ venditiones, quibus vna merx diverſo pretio venditur, *l.* 7. *§.* 1. *l. ab emptione* 58. *De pact.*

d An Non. Ejus enim, quod nullum eſt, non expectatur eventus, §. 1. ſup. *De exhæred. lib.* nec † teſtamenti vis ab aditione hæredis pendet, ſed 3
ab inſtitutione. *l.* 1. *De hær. inſtit. §. ante. infra De leg.*

e Decesserit. Non enim, inſtitutus tranſmittit hæreditatem ad hæredes, ſi non adjerit, *l.* 9. *De ſuis & legit.* quibuſdam perſonis exceptis, que recenſentur in *l. unic. C. De his, qui ante aper. tab.*

f Institutus Est. Sicut inſtitui poteſt, *§. hæres* ſup. *De hæred. inſtit.*

g Moritur. *L. ſi quis.* 9. *De lib. & poſthu.* in princ. infra *De hæred. quæ ab inteſt.*

h Non Valet. Ne jure quidem codicilli, niſi hoc expreſſum ſit, *l. cohæredi.* 41. *§.* 2. *De vulg.*
l. eam. 14. *C. De fideicommiſſ.* 2

i Nullas Habet Vires. Utpote deſtitutum, *§. cum autem.* inf. *De hæred. quæ ab inteſt.*

§. 3. Sed & ſi quis.

Sed & ſi quis priore teſtamento jure perfecto, poſterius æquè jure fecerit, etiamſi ex certis rebus in eo hæredem inſtituerit *a*: ſuperius tamen teſtamentum ſublatum eſſe *b*, divi Severus, & Antoninus reſcripſerunt *c*. Cujus conſtitutionis verba & hìc inſeri juſſimus, cùm aliud quoque præterea *d*, in ea conſtitutione expreſſum ſit. Imperatores Severus, & Antoninus Cocceio Campano. Teſtamentum ſecundo loco factum *e*, licet in eo certarum rerum hæres ſcriptus ſit, perinde jure valere, ac ſi rerum mentio facta non eſſet. Sed & teneri hæredem ſcriptum, ut contentus rebus ſibi datis *f*, aut ſuppleta quarta ex lege Falcidia *g* hæreditatem reſtituat his, qui in priore teſtamento ſcripti fuerant, propter inſerta *h* ſecundo teſtamento fideicommiſſi verba, quibus, ut valeret prius teſtamentum, expreſſum eſt *i*: dubitari non oportet. Et ruptum quidem teſtamentum hoc modo efficitur.

1. *Quod non tenet jure inſtitutionis, id nec valet jure legati, vel codicilli.*

2. *Condens teſtamentum ſecundum, & nihilominus volens valere primum, quatenus valeat.*

Ampliatio, & extenſio ſuperioris modi.

a Instituerit. Puta ex quota aliqua, vel in rebus etiam ſingularibus. Nam, ſi cohæres non ſit datus, erit is hæres in toto, & ex aſſe, perinde atque ſi nullæ partes eſſent nominatæ, *l.* 1. *§.* 4 *l. ſi alterius.* 10. *De hær. inſt.* Vide Gloſſ. & DD. in *l. quoties.* 13. *C. De hær. inſt.*

b Sublatum Esse. Quoniam una univerſitas non poteſt diverſis ex teſtamentis deferri.

c Rescripserunt. *L. ſi quis.* 29. *ad S. C. Trebellian.*

d Praeterea. Videlicet de Falcidia, & fideicommiſſo, ut intelligi ex ipſis verbis licet. 1

e Secundo Loco Factum, Hoc eſt, poſteriore tempore, poſterius.

f Sibi

f Sibi Datis. In quibus eſt inſtitutus.

g Falcidia. Quæ ad fideicoiomiſſa producitur ex *S. C. Trebelliano*. *l.* 2. 3. 9. 10. 11. 13. 15. *C. ad leg. Falcid.* ad donationes, & codicillos ab inteſtato, ex conſtitutionibus: vide infr. *De fid. her.*

h Propter Inserta. Nam, niſi ea verba ſubjecta eſſent, nihil deberetur rupto teſtamento, *l. Papinianus.* 8. §. *fin. De inoff. teſta.* *l. eam.* 14. *C. De fideicomm.* quod † eoim non tenet jure inſtitu-
1 tionis, illud nec tenet jure legati, vel codicilli, niſi teſtator aliter caverit, *d. l. eam.* ubi DD.

2 *i* Expressum Est. Cùm † autem valere nequeat jure teſtamenti, quando à ſecundo ruptum ſit, ſequitur, ut benigna interpretatione ex teſtatoris voluntate valeat, veluti codicillus, & fideicommiſſi jure, *l. querebatur.* 19. *De teſtam. milit.* id enim voluiſſe videtur teſtator, qui prius teſtamentum, velut codicillum confirmarit, *d. l. querebatur. l. conficiuntur.* 8. *De jur. cod. l. ſi quis ita.* 21. *De vulga.* Nam, cùm illud ruperit novo taſtamento, & tamen valere voluerit, intelligitur voloiſſe valere, prout jure valere poteſt, *l. nemo.* 55. cum ibi not. *De lega.* 1. hoc eſt, jure fideicommiſſi, nt in *l. ult. C. De codicill.* ne fruſtra coofirmaſſe videatur, *l. ſi quando.* 109. *De legat.* 1.

§. 4. Alio autem modo.

Alio autem modo teſtamenta jure facta infirmantur: veluti, cùm is, qui fecit teſtamentum, capite diminutus ſit *a*: quod quibus modis accidat, primo libro retulimus. Hoc autem caſu irrita fieri teſtamenta dicuntur: cùm alioqui &, quæ rumpuntur, irrita fiant: & ea, quæ ſtatim ab initio non jure fiunt, irrita ſint *b*. Sed & ea, quæ jure facta ſunt, & poſtea propter capitis diminutionem irrita fiunt, poſſumus nihilominus rupta dicere. Sed, quia ſanè commodius erat ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui: ideo quædam non jure facta dicuntur, quædam jure facta rumpi, vel irrita fieri.

1. *Filiusfamilias teſtamentum nec condere, nec relinquere poteſt,*

Supra dictum eſt, quomodo actione, & facto teſtatoris teſtamentum infirmetur: nunc, quemadmodum ex paſſione, & capitis minutione ejuſdem irritum fiat, ſubjicitur.

a Capite Diminutus Sit. Qualicunqne diminutione, *l. ſi quis.* 6. §. *irritum. De injuſt. rupt. irrit. teſt.* etiam
1 minima, ut in §. *ſeq.* in fioe. Nam † filiusfamilias teſtamentum neque coodere, nec relinquere poteſt, in princ. ſup. *quibus non eſt permiſſum facere teſtam.*

b Irrita Sint. Non fiant. Quippe privatio præſuppooit habitum, *l. decem. De verb. oblig.* & quod ab initio oon jure ſit teſtamentum, id non ſit, ſed eſt irritum, *l.* 1. *De injuſt. rupt. teſt.* unde nota diſcrimeo inter irritum fieri, & irritum eſſe: De quo ſup. in *Rubr.*

§. 5. Non tamen.

Non tàmen per omnia inutilia ſunt ea teſtamenta, quæ ab initio jure facta, propter capitis diminutionem *a* irrita facta ſunt. Nam, ſi ſeptem teſtium ſignis ſignata ſunt *b*, poteſt ſcriptus hæres ſecundum tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem agnoſcere *c*: ſi modò defunctus, & civis Romanus *d*, & ſuæ poteſtatis mortis tempore *e* fuerit *f*. Nam, ſi ideo irritum factum ſit teſtamentum, quia civitatem *g*, vel etiam libertatem *h* teſtator amiſit, aut quia in adoptionem ſe dedit, & mortis tempore in adoptivi patris *i* poteſtate ſit: non poteſt ſcriptus hæres ſecundum tabulas *k* bonorum poſſeſſionem petere.

1. Ta-

5. Tabulæ ab eo, qui non eſt paterfamilias, relinqui non poſſunt.

EXceptio à ſuperiore modo, quæ jure prætorio eſt inducta.

a DIMINUTIONEM. Scilicet minimam ipſius teſtatoris, qui ſe arrogandum dedit.

b SIGNATA SUNT. Et ita jure prætorio valeat teſtamentum, ut dictum eſt ſuprà *De teſtam.* §. 3. & *De exh. lib.* §. 1.

c AGNOSCERE. Ut in *l. poſthumus.* 12. *l. filio.* 17. *De injuſt. rupt. teſta.*

d CIVIS ROMANUS. Aliud igitur, ſi per maximam, mediamque minutionem civitatem amiſerit: nec enim ſuffecerit, illum ſui juris eſſe, cùm utrumque conjunctè hìc requiratur.

e MORTIS TEMPORE. Quo tempore valere debet.

f FUERIT. Hoc eſt emancipatus, vel aliàs liberatus à jure adoptivi patris, *l.* 1. §. *exigit. De bon. poſſ. ſecund. tab. l. conficiuntur.* 8. §. 2. *De jur. codicill.*

g CIVITATEM. Media capitis diminutione.

h LIBERTATEM. Maxima minutione, qua etiam civitas unà cum libertate aufertur.

i ADOPTIVI PATRIS. Qui jure peculii bona poſt mortem occupat, ut dictum eſt ad *tit. De hæred. inſt.* in princ. & *per quas perſonas nob. acquir.*

k SECUNDUM TABULAS. Quia † tabulæ nul- 5
læ ab eo relinqui poſſunt, qui non eſt paterfamilias. *l. verbis.* 120. *De verb. ſignif.* §. 1. ſup. *quibus non eſt permiſſum fac. teſt.* Itaque, cùm ne jure quidem prætorio valeant, dari ſecundum eas bonorum poſſeſſio nequit, *l.* 1. §. *pen. De bon. poſſ. ſecund. tab. l.* 1. §. *pen. ſi tab. teſt. extab.* Exigit enim prætor, ut is, cujus bonorum poſſeſſio datur, utroque tempore jus faciendi teſtamenti habuerit, & cùm facit teſtamentum, & cùm moritur. *l.* 1. §. *exigit.* 5. *De bon. poſſ. ſecund. tab.*

§ 6. Ex eo autem,

EX eo autem ſolo non poteſt infirmari teſtamentum, quòd poſtea teſtator id noluerit valere *a*: vſque adeò, vt & ſi quis poſt factum prius teſtamentum poſterius facere cœperit; & aut mortalitate præventus *b*, aut quia eum ejus rei pœnituit, id non perfecerit *c*: divi Pertinacis oratione *d* cautum ſit, ne aliàs tabulæ priores jure factæ irritæ fiant, niſi ſequentes jure ordinatæ, & perfectæ fuerint *e*. Nam imperfectum teſtamentum ſine dubio nullum eſt *f*.

1. Teſtamenta quomodo revocentur. num. 2. & 4

3. Imperfectum poteſt eſſe teſtamentum bifariam.

DEclaratio ſuperiorum.

a VALERE. *L.* 2. *De injuſt. teſtam.* Non † enim ſola voluntate
1 conduntur teſtamenta. § *fin.* infr. *eod.* ſed ea ſolemnitate, de qua ſupr. dictum eſt ad *tit. De teſtam.* cum ſeq. Si revocet apud acta, puto valere, quia ita condi poteſt. *l. omnium* 19 *C. De teſtam.* Quare nec ſola voluntate revocantur, juxta regulam *l nihil.* 36 *De reg. jur.* Sed & revocatio fieri debet expreſſis verbis *d. l. ſancimus.* ubi Bart. *C. De teſtam. l. hæredes palam.* 21. §. *ſi quid De teſtam.* Alexan. *l. ſi ita ſcriptum.* 13 §. *regula. De lib. & poſt.* alioqui facilè reperirentur, qui dicerent ſe audiviſſe revocationem §. *planè.* ſupr. *De teſta. milit* Vide Clar. *De teſtam. quæſt.* 91. *num.* 2. niſi revocatio fiat coram quinque, aut tribus teſtibus, & concurrat decennium à condito teſtamento lapſum. Jaſ. *l. ſancimus.* 27 per illum tex. *nu* 15. *C. De teſtam.* Bart *l. ſi jure.* 18. *De legat.* 3. Alex. *conſil.* 104. *Paucis. volum.* 2. nec ſuffecerit, ſi diceret ſe non poſſe ſervare, quia non plus haberet ad alendum ſe: nam hoc implicat, quod libenter vellet ſervare, niſi indigeret ad alimenta, ita judicavimus. Bart. *l. demonſtratio.* 17. §. 1. *De condit. & demonſt.* Bal. *l.* 3. *C. De fal. cauſ.* Alia cauſa eſt legatorum, quæ nuda voluntate & relinquuntur, & adimuntur, *tot. tit. De adim. legat.* Sed † quid in teſtamentis nuncu- 2
pativis? & idem putaverim, ut ſcilicet coram ſeptem teſtibus eodem modo revocari debeant, quo conduntur. Cæterùm, quod Ulpian. in *l.* 1. §. 5. *ſi tab. teſtam. null. extab.* ait, mutata voluntate teſtatoris ſcriptum hæredem non poſſe adire, ita accipiendum eſt, ſi mutatio voluntatis aliqua teſtamenti ruptione ſit declarata: puta, ſi ſigilla inciderit, &c. ut text. ibid oſtendit, & *l. cohæredi.* 41. *De vulg. & pup. l.* 1. §. *pen. De bon poſſ ſecund tab.*

b PRAEVENTUS. Hoc † dicitur imperfectum 3
eſſe ratione voluntatis, Bald. in *l. hac conſultiſſima.* 21. §. *ex imperfecto nu.* 1. 2. 3. *C. De teſtam.* De quo plura DD. in *l. fideicommiſſa.* 114. §. *quoties. De legat.* 3. Tiraq. *de privil. piæ cauſ. privilegio.* 6. qui

tamen

tamen *privil.* 7. contendit, illud valere ad piam cauſam, ſi tantùm ſit imperfectio voluntatis, reſpectu totius teſtamenti, non reſpectu diſpoſitionis, de qua agatur. Et hanc in fine dicit eſſe communem, per *l. in teſtamento.* 38. *De fideicom. libert.* licet inter liberos id genus voluntatis non valeat. Bald. in *d. §. ex imperfecto. num.* 2. 3. inter quos tamen valet imperfectum ratione tantùm ſolemnitatis teſtamentum. *d. §. ex imperfecto.* in Auth. *De imperf. teſtam.* ſicut & ad pias cauſas, *c. Relatum.* 11. *De teſtam.* & inſtituto hærede, qui ab inteſtato ſucceſſurus ſit, *l.* 2. *De injuſt. rupt. teſt.*

c Non Perfecerit. Hoc nulla ratione valere poteſt, quod ipſe teſtator perficere noluit: quodque imperfectum eſt tam quoad voluntatem, quàm quoad ſolemnitatem.

d Pertinacis Oratione. Cujus meminit Capitolinus in vita Pertinacis Imperatoris.

e Perfectae Fuerint. Quæ requiruntur in confectione, eadem in refectione *l.* 1. *§. ſi quis.*
4 ubi Jaſ. *num.* 5. *De oper. nov. nunc.* Si † tamen in primo extranei, in ſecundo reſpectu tantùm ſolemnitatis imperfecto, qui ab inteſtato ſucceſſuri erant, legitimi ſint inſtituti, poſterius rumpit prius. Bart. in *l. militis.* 36. *De mil. teſt. per l. hac conſultiſſima.* 21. *§. ſi quis. C. De teſtam. l.* 2. *De injuſt. teſt.*

f Nullum Est. Eòque nihil habet virium, *d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto,* juxta regulam jam ſæpè traditam: Quod nullum eſt, nullum parit effectum, in §. 1. ſup. *De exhe. lib. &c.* nec teſtamentum prius rumpit, *l.* 2. *l. ſi bene.* 11. *De injuſt. rup. teſtam. l. ſi jure.* 18. *De legat.* 3. *l. hac conſultiſſima.* 21. *§. pen. C. De teſtam. l. ult. C. fam. erciſ.* & *l. ex ea ſcriptura.* 29. *De teſtam.* neque jure codicilli valet, *l. fideicommiſſa.* 11. *§.* 1. *De legat.* 3. *l.* 1. *De jur. codicill. l. ex teſtamento.* 29. *C. De fideicom.* niſi adjecta clauſula codicillari, *l.* 3. *De mil. teſtam. l. cohæredi. §. cum filia. De vulg. ſubſt. l. ult. C. De codicill. l. Lucius.* 93. *§. ult. De legat.* 3. & niſi in caſu *§. ult.* infr. *De fideicom. hæredit.* & *l. in teſtamento.* 38. *De fideicom. libert.* Alia cauſa eſt, ſi teſtamentum prius teſtator reſignet, cancellet: nam corruit etiam alio necdum facto, *l.* 1. 2. *De his, quæ in teſtam. delen.* Sed, & ſi quid ei addat, vel detrahat, novum teſtamentum cauſabitur, nec valebit, niſi ex nova, juſtaque ſolemnitate, *l. hæredes.* 21. *§. ſi quis poſt. De teſt. l. tribunus.* 20. *l. ejus.* 34. cum l. ſeq. *l. Seius.* 41. *De teſt. mil.* Hjero. Ver. *rep. l. ex facto.* 43. *nu.* 31. *De vulg. & pup.*

§. 7. Eadem oratione.

Eadem oratione expreſſit, non admiſſurum ſe hæreditatem ejus, qui litis cauſa *a* principem hæredem reliquerit *b*: neque tabulas non legitimè *c* factas, in quibus ipſe ob eam cauſam *d* hæres inſtitutus erat, probaturum: neque ex nuda voce *e* hæredis nomen admiſſurum: neque ex ulla ſcriptura, cui juris auctoritas deſit *f*, aliquid adepturum. Secundum hoc divi Severus, & Antoninus ſæpiſſimè reſcripſerunt *g*: licet enim (inquiunt) legibus *h* ſoluti ſimus *i*, attamen legibus vivimus.

1. Principem ratione litis hæredem inſtitui non poſſe. & num. 2. nec nuda voce. num. 3. & quibus legibus ſit ſolutus princeps. num. 4.

Ampliatio ſuperiorum, quòd etiam principe inſtituto obtineant.

1 *a* Litis Causa. Ne † quis creditorum, hæredum ab inteſtato, &c. intentare litem hæredi tàm potenti auderet.

2 *b* Reliquerit. Obnoxium † enim calumniæ eſt. Paul. *lib.* 5. *tit.* 12. & invidioſum principi, tales hæreditates adire, & terrore ſui abſterrere propinquos, & creditores, ne jus ſuum perſequi audeant, *l. pen. De hær. inſti. tot. tit. C. ne lic. poten* cum tit. ſeq. quamvis enim contra principem hæredem perſequi jus ſuum unicuique ſolutum ſit, Paulus *lib.* 4. *tit.* 5. eſt tamen periculoſum, cum leone ſpolia dividere, ut apologus oſtendit, & potentioribus pares eſſe non poſſumus, *l.* 3. & *tot. tit. De alien. jud. mut. cauſ. fact.*

c Non Legitime. Abſque debita ſolemnitate.

d Eam Causam. Ut quamvis injuſtæ, nihilominus ex auctoritate principis valerent, nemine præſertim ob majeſtatem ſcripti hæredis eas impugnare audente. Et nota ex principis confirmatione non valere, nec confirmari teſtamentum, quod tempore mortis non valet.

e Nuda Voce. Nuda † voluntatis ejuſmodi nuncupatione, qua ſola nemo hæres, niſi adhibitis teſtibus, & aliis ſolemnitatibus paulò antè commemoratis, rectè inſtituitur, ut dictum eſt ad *tit. De mil. teſt.* verbi gratia, ſi quis jactet ſe hæredem facturum principem. *l. ult. De teſtam.* Paul. *l.* 5. *tit.* 12. 3

f Desit. Non igitur opus eſt probare, quo animo fuerit teſtator, ſed ſufficit oſtendi, non jure factum eſſe teſtamentum: vide *l.* 3. *l. voluimus.* 20. *C. De teſtam. l. ex imperfecto.* 23. *De legat.* 3. ubi additur ratio: Servare eum legem convenit, qui eam facit. Sic enim agitur ſincerè, & ſic exempla

pla parantur, cùm judex, alios quod monet, ipſe facit.

g RESCRIPSERUNT. Noo extat eorum reſcriptum, ſed ſimile in *l. ex imperfecto. C. De teſtam.*

h LEGIBUS. *D. l.* 3. *C. De teſtament. l. digna vox.* 5. *C. De legib. l. princeps. ff. eod. tit.* Paul. *l.* 4. *tit.* 5. Teſtamentum, in quo Imperator hæres ſcriptus eſt, inoſſicioſum argui poteſt. Eum enim, qui legem facit, pari majeſtate legibus obtemperare convenit.

i SOLUTI SIMUS. Civilibus †, de quibus hic 4 tractatur, & ex quibus ſolemnia teſtamentorum conſtaut: non etiam naturalibus, aut juris gentium, Bart. DD. in *l. digna vox.* 5. *C. De legib.*

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO,

Titulus Decimus Octavus.

a INOFFICIOSO. Hoc eſt, facto contra officium pietatis, quam parentes liberis, & hi viciſſim illis debent, *l.* 2. *hoc tit.* *In* enim particula adverſativa eſt: ut *in* infelix, indoctus, ingratus, &c. Sic in Svetooio in *Calig. cap.* 38. & in *Neron. cap.* 32. dicitur ingratum, in quo bene meritis nihil relinquitur. Cic. *lib.* 1. in *Verrem* coojungit, teſtamentum improbum, inhumanum, inoſſicioſum. Govea. *lib.* 1. *Lect. cap.* 5. ubi plurimùm de hac materia diſputat. Improbum dici putat, in quo turpes iuſtituuntur perſonæ, vel (quaotum ego arbitror) in quo turpes, improbæque conditiones adjiciuutur: Inhumaoum, in quo beue meritorum non habetur ratio: Inoſſicioſum, quod fit contra officium liberis, pareutibus, & propinquis debitum. Paul. *lib.* 4. *tit.* 5, inoſſicioſum dicitur teſtameotom, quod fruſtra liberis exhæredatis, non ex officio pietatis videtur eſſe conſcriptum: fruſtra fit exhæredatio, quæ non tenet. Nam, ſi teneat, hoc eſt, ſi juſta ſit, nec impugnari poſſit, inoſſicioſum teſtamentum non eſt: quia uihil contra debitum officium ſit factum.

1. *Continuatio Tituli, & querelę inoſſicioſi teſtamenti explicatio methodica.*

1 QUartus † modus rumpendi teſtameotum, eſt querela inoſſicioſi teſtamenti, *l. Papinianus.* 8. §. *penult. ff. eo.* qua non modo teſtamenta reſcinduntur, ſed etiam hæreditates petuntur, *l.* 6. 7. *l. nam &* 15. §. *ult. ff. eod. l.* 3. *C. eod.* Vnde & petitio hæreditatis de inoſſicioſo appellatur, *l. ſi quis filium.* 34. *C. eod. l. pen.* §. *ſed quemadmodum. De bonorum poſses. cont. tabul.* Eſt autem hæc actio civilis, *l. filio.* 16. §. *ult.* ubi DD. *ff. eod. l. non putavit.* 8. in princ. verb. *jure civili. De bon. poſs. cont. tab.* ſubſidiaria, *l.* 4. ver. *ſubſidiarium auxilium, C. De lib. præter.* §. *tam autem.* 3. *hoc tit.* petitorii judicii, *l. si quis.* 34. *C. eod.* temporalis, *l. ſcimus.* 36. §. *ult. C. eod. l.* 6. *ff. eod.* qua teſtamentum accuſatur, ut inoſſicioſum, teſtator uegle cti officii tanquam furioſus arguitur. *l.* 2. 3. *cum ſeq.* ideoque petitur tali teſtamento reſciſſo *l. qui repudiantis.* 17. *eod.* hæreditas agenti ut proximo ab inteſtato hæredi adjudicari, reſtitui: quod nihil aliud eſt, quàm vindicatio hæreditatis, de inoſſicioſo: quapropter officium erga proximos legitimos hæredes prætermiſſum, intendunt hi ſuam eſſe hæreditatem, & ſibi reſtituendam eſſe, *l. qui repudiantis.* 17. verb. *vindicaſset. l.* 2. *l.* 6. *l.* 7. *l. nam &.* 15. *l. mater.* 19. *ff. eod. l. cum duobus.* 13. *l. ſi quis.* 34. *C. eod.* Partes duæ ſunt: accuſatio teſtatoris, ſeu teſtamenti, ut inoſſicioſi, *l.* 2. 3. *eod.* & vindicatio hæreditatis, *d. l.* 2. 6. *eod.* cum aliis alleg. Cauſam trahit ex jure veteri, *l. quoniam.* 32. *C. eod. l.* 1. in fin. *ſi quis à parent. ma. l. quoties.* 91. *De reg. jur.* civili, *l. non putavit.* 8. *De bon. poſſ. cont. tabul.* legis Gliciæ. *l.* 4. *eod.* Cujac. *lib. Obſ.* 2. *cap.* 21. latæ propter frequentiam injurioſarum exhæredationum. *l.* 2. *l.* 3. *eod.* vel præteritionum, *l.* 3. verb. *præteriti. ff. eod.* quæ ſint loco exhæredationis, §. *ult.* ſupr. *De exhæredat. lib.* Nam paterna teſtamentum annihilat, ut ſupra *De exhæred. lib.* §. 1. 2. ut reſciſſione hujus querelæ tum non ſit opus. *l.* 5. *De injuſt. rupt. teſtam.* Datur liberis *l.* 4. *l. liberi.* 28. *C. eod.* & parentibus, *l.* 1. *l. nam. &* 15. *eod.* noo collateralibus, *l.* 1. *eod.* niſi fratribus, *l. fratres.* 21. *C. eod.* vtrinque conjunctis, aut conſanguineis, *l. fratres.* 27. *C. eod.* ono caſu: nempe turpibus perſonis inſtitutis, aut ingratis libertis, *d. l. fratres* 27. iis ſcilicet, qui ab inteſtato proximi ſunt, *l.* 1. *l.* 6. *l. pater.* 14. *eod.* Datur in rem, hoc eſt, teſtamentum, quod arguitur, *l.* 2. 3. 5. 6. *ff. eod.* & hæreditatem inde relictam: *l.* 5. *l. Papinianus.* 8. §. *ultim. ff. eod.* unde petitur portio ab inteſtato petitori debita, *l. Papinianus* 8. §. *quoniam.* 8. *l. mater.* 19. *eod.*

19. *eod.* Color agendi ſumitur à quaſi furore teſtantis, qui ſuos contra pietatis officium exhæredavit, *l.* 2. *l.* 5. *eod.* Finis eſt, ut parentes, & liberi teſtamentaria contumelia liberati, §. *hoc autem*. *Novell.* 115. debitam hæreditatem conſequantur, *l. filiam*. 15. *C. eod. l. poſthumus*. 6. §. 1. *ff. eod.* Effectus abſolutorii judicii, quòd actor ſuccumbens in expenſas condemnetur, *l.* 1. *eod. l. properandum*. 11. §. *ſive autem*. ubi Jaſ. *num.* 5. *C. De judic.* indignumque ſe reddat relictis, *l. Papinianus*. 8. §. *meminiſſe*. 14. *eod. l. quæſitum*. 40. *De acq. hær.* ea ratione *l. ſi patronus*. 18. *De bon. lib. l. ſi peculium*. 20. in princ. *De ſtatu lib.* quæ fiſcus aufert, *l. filius*. 22. §. 1. *eod. l. alia*. 8. *C. De his, quibus, ut indig.* Condemnatorii, quòd inteſtatum faciat teſtatorem, *l.* 6. §. 1. *l. cum*. 21. §. *ultim. eod. l. cum duobus*. 13. *C. eod.* reſciſſo teſtamento, *l. qui repudiantis*. 17. §. 1. *l. Titia*. 13. *eod.* quaſi furioſi, *l.* 2. 3. *l. Titia*. 13. *l. qui repudiantis*. 17. §. *ultim. eod. l. fideicommiſſa*. 36. *De legat.* 3. Reſcindebantur igitur teſtamenta per hanc actionem in ſolidum, adeò ut nec legata deberentur jure veteri, *d. l. Papinianus*. 8. §. *ultim. eod.* etiamſi adjecta eſſet clauſula codicillaris, Molin. *C. De inoff. donat. num.* 2. per *l. Titia*. 13. *eod.* vel repetitio ab inteſtato facta, *l. Titia*. 13. *eod.* quia pro furioſi teſtamento habebatur, cui nec codicilli faciendi poteſtas eſt. *d. l. Titia. l. nec fideicommiſſa*. 36. *De legat.* 3. Nam qui teſtamenti faciendi jus non habet, nec codicillorum habet. *l. conficiuntur*. 8. §. 1. *ff. De jure codicill.* §. *ult.* infr. *De codicill.* Hodie volunt noſtri tantummodò inſtitutionem evacuari, legata deberi. Auth. *Ex cauſa. C. De lib. præter.* Gloſſ. ad verb. *non valent.* in *d. l. Papinianus*. 8. §. *ult.* & ibi Bart. *nu.* 1. & DD. per §. *hoc autem*. *Novell.* 115. & ideo clauſulam codicillarem adjectam ſuſtinere teſtamentum jure fideicommiſſi, Bart. *nu.* 23. & DD. Auth. *Ex cauſa. C. De liber. præter.* de quo dixi in §. *ultim.* ſupr. *De exhered. liber.* Hic autem modus reſcindendi teſtamentum, quia latiùs patet reliquis, ideò de eo ſpecialiter quoque hìc tractatur in *l. item*. 15. §. *ait*. 20. *De injur.* ſtrictim tamen, ſicut in Inſtitutionibus fieri convenit: ac primùm de cauſa, & ratione hujus querelæ in §. 1. ſecundò, quibus detur, vel non, in §. 2. deinde de contrariis, quæ querelæ obſtant, uſque ad finem.

Titulus tribus partibus triumphat.
1. Continet cauſam querelam inofficioſi inducentem, §. 1.
2. Perſonas, quibus querela competit, §. 2. & 3.
3. Cauſas querelam impedientes, §. 4. & 5.

§. 1. Quia plerumque parentes.

QVia plerumque parentes ſine cauſa *a* liberos ſuos exhæredant, vel omittunt *b*: inductum eſt, ut de inofficioſo teſtamento *c* agere *d* poſſint liberi, qui queruntur, aut iniquè ſe exhæredatos *e*, vel iniquè præteritos *f*: hoc colore, quaſi non ſanæ mentis fuerint *g*, cùm teſtamentum ordinarent *h*. Sed hoc dicitur, non quaſi *i* verè furioſus ſit k, ſed rectè *l* quidem fecerit teſtamentum, non autem ex officio pietatis *m*, Nam, ſi verè furioſus ſit, nullum *n* eſt teſtamentum.

1. *Filium ob ingratitudinem poſſe exhæredari.*
2. *Inofficioſum teſtamentum quod, & cui inofficioſi probatio incumbat.*
3. *Quæſtio nullitatis quomodo proponenda, & quandiu duret.*

CAuſa querelæ inofficioſi.

1 *a* Sine Causa. Nam † ex juſtis cauſis ingratitudinis permittitur exhæredatio, etiam jure noviſſimo, §. *Aliud.* in Auth. *Ut cum de appell. cognoſc.* & teſtamentum ratum manet, §. *ſive igitur. eod. tit. Novell.* 115. Paul. *lib.* 4. *tit.* 5.

b Vel Omittunt. Hoc declarandi gratia additur. Nam ſatis erat, exhæredationis tantùm meminiſſe. Omiſſio enim, quæ pro exhæredatione eſt, locum facit querelæ, ut §. *ult.* ſup. *De exhær. lib.* non alia, quæ teſtamentum ipſo jure annihilat, §. 2. *hoc tit.* §. 1, cum ſeq. ſup. *De exhæred. lib.*

c Inofficioso Testamento. Etiam in quo Imperator eſt ſcriptus hæres. Paul. *lib.* 4. *tit.* 5. *l. Papinianus*. 8. §. *ſi imperator*. *ff. eod.* §. *ult.* ſupr. *tit.* 1. ubi dixi.

d Agere. Ad reſciſſionem teſtamenti, & petitionem hæreditatis ab inteſtato, ut antè expoſitum eſt.

e Exhaeredatos. In teſtamento paterno.

f Praeteritos. In teſtamento matris, vel parentis materni: cujus præteritio pro exhæredatione habetur, *l.* 3. *l. filiam*. 15. *C. eod.* §. *ult.* ſup. *De exhæred. lib.* Paul. *lib.* 4. *tit.* 5. Nam ſi pater præterierit liberos in poteſtate conſtitutos, irritum eſt teſtamentum, ut ſuprà poſuimus ad *tit. De exhered.*

red. lib. & conſequenter inofficioſi querela locum non habet, cum alio jure ad defuncti bona perveniri poſſit. §. 3. infr. *eod.*

g Fuerint. Rectiùs hoc colore, quàm ſi accuſetur defunctus de injuria facta: cùm quia accuſatio injuriæ morte ejus extincta eſt. *l. ult. C. De revoc. donat. l. ſi eum.* 10. §. *qui injuriarum. Si quis caut.* §. *non autem.* infr. *De perpet. & temp. act. tot. titul. C. Si reus vel accuſat. mort. fuer.* tum quoniam injuriam propriè non facit, qui nihil contumeliæ cauſa fecit, ſed jure communi exhęredationis uſus eſt, *l. nec magiſtratib.* 32. cum leg. ſeq. *de injur. l. Proculus.* 26. *De damn. infect. l. nullus.* 56. *l. nemo.* 114. *De reg. jur.* Denique quia teſtamentum jure civili ex hac exhæredationis cauſa impugnari nequit, *l. verbis.* 120. *De verb. ſign.* ut alia fuerit quęrenda impugnationis cauſa: quæ rectè ſumitur quaſi ab inſania teſtatoris. Hæc enim jus teſtamenti infringit, §. *furioſi.* ſupra *Quibus non eſt*, *&c.*

h Ordinarent. *L.* 2. 3. 5. *eod.*

i Quasi. *Quaſi*, hìc pro *Quod* ſumitur, veritatis nota: paulò antè, ut & aliàs plerunque pro nota improprietatis.

k Furiosus Sit. Nam ſic teſtamentum diceretur non valere, quippè quod furioſus condere prohibetur, §. *furioſi.* ſup. *Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum* ut poſteà ſequitur, verſic. *nam ſi.* atque ita non competeret querela, ubi nullitatis quæſtione teſtamentum annihilari poſſet, § 3. infr. *eod.* Et præterea furor eſſet probandus, *c. fin. De ſucceſſ. ab inteſt.*

l Recte. Solemniter, jure.

m Pietatis. Quod liberis, parentibus, & fratribus debetur, *l. nam etſi.* 15. *ff. eod.* §. 1. in Auth. *De hæred. & Falc.* Unde † inofficioſum te- 2
ſtamentum dictum eſt, quod in eo teſtator officium propinquis debitum prætermiſerit: itaque officium hoc ſibi deberi, & ſe hoc meritum eſſe, ut fundamentum intentionis agens olim probare debebat, *l. liberi.* 28. *C. eod. l.* 2. *C. Theodoſ. eod.* Hodie non item, ſed hæres, *l. ſi quis.* 33. *C. eod.* Auth. *Non licet. C. De lib. præter.* §. *ſive igitur.* Auth. *Ut cum de appell. cognoſc.*

n Nullum. Et per conſequens, non habet locum querela, quia alio, ut dictum eſt, remedio, videlicet quæſtione nullitatis, ad hæreditatem perveniri poteſt, ut in §. ſequenti dicitur. Ea au-
tem † quæſtio proponitur, implorato judicis offi- 3
cio. Invoc. in *c. ult. De off. jud.* Bald. in *l.* 1. *num.* 3. *De fer.* Bart. in *l. ſi expreſſim.* 19. *num.* 12. *De appellat.* Ferra. in *for. lib. appell.* verb. *fuiſſe, & eſſe nullam. num.* 4. & durat. 30. annis. Guid. Pap. q. 597. ex not. in *l.* 3. ubi Gloſſ. ad verb. *perſecutione. C. De præſcrip. 30. annor.*

§. 2. Non tantùm autem.

NOn tantùm autem liberis permiſſum eſt, teſtamentum parentum inofficioſum accuſare, verùm etiam liberorum *a* parentibus *b*. Soror autem, & frater *c*, turpibus *d* perſonis *e* ſcriptis hæredibus ex ſacris conſtitutionibus *f* prælati ſunt. Non ergò contra omnes hæredes *g* agere poſſunt. Ultra fratres igitur, & ſorores cognati nullo modo aut agere poſſunt, aut agentes vincere *h*.

1. *Parentes contra liberorum ſuorum teſtamenta inofficioſi agere poſſe.*
2. *Sorori, & fratri quando inofficioſi querela detur, & quando non. num.* 3.

QUibus querela hæc detur.

a Liberorum. Teſtamenta ſcilicet. Vide Cujac. *lib.* 8. *cap.* 23.

b Parentibus. *L.* 1. *l. pater.* 14. cum leg. ſeq. *l. adverſus.* 30. *ff. eod. l. ſcripto.* 7. *ſi tab. teſt. extab.* nam & † bis piè relinquitur, *d.*
1 *l. nam etsi.* 15. *ff. eod.* & quarta legitima debetur, in Auth. *Ut cum de app. & de hær. & Fal.* idemque officium pietatis liberis non extantibus tribuendum eſt. Ariſtoteles *lib. Ethic.* 8. Dico, liberis non extantibus: nam horum cauſa potior eſt, & filiis potius, quàm parentibus hæreditas defertur. *l. pater.* 14. *d. l. nam etsi.* 15. *ff. eod.* Quare, quandiu liberi ſuperſunt, cùm ab inteſtato parentes non ſuccedant, querelam non habent, *l.* 6. §. *pen. l. Papinianus.* 8. §. *ſi quis.* 15. *eod.*

c Et Frater. Etiam poſthumus, *l. poſthumus.* 5. *De inoff. teſtam.* Vide Cujac. *lib.* 3. *Obſer. cap.* 5. Utrinque tamen conjunctus, aut ſaltem conſanguineus: nam uterino non datur, *l. fratres.* 27. *C. eod.*

d Turpibus. Infamibus † infamia non mo- 2
dò juris, ſed etiam facti: ut volunt Gloſſ. Bart. Bald. & DD. in *l.* 1. *De his qui notan. infam.* per *d. l. fratres.* 27. in verb. *levis notæ macula.* Bald. in *l.* 1. *num.* 5. *C. De Sum. Trin.* Caſtr. in *l. quid ergo.* 13. § *quantum. De his qui notan. infa.*

e Personis. Etiam libertis ipſius teſtatoris, quamvis non infamibus. *d. l. fratres.*

f Constitutionibus. *L. fratris.* 21. *l. fratres.* 27. *C. eod.*

g Hæredes. Puta integræ famæ, & exiſti- 3
mationis, † quibus inſtitutis non admittuntur ad petitionem legitimæ cum parentibus, nec

iis

lis partem faciunt, ſecundum communem. Dec. *conſil.* 296. *In caſu.* circa fin. *poſt* Alex. in *l. planè* . 34. §. *ſi duobus.* in fin. *De legat.* 1. Jaſ. in Auth. *Noviſſima* . *mater.* 49. *C. eod.*

h Vincere. *L.* 1. *hoc tit.* quia nec ulla quarta legitima ab inteſtato illis debetur.

§. 3. Tàm autem naturales.

Tam autem naturales *a* liberi, quàm ſecundum noſtræ conſtitutionis diviſionem *b* adoptati, ita demum de inofficioſo teſtamento agere poſſunt, ſi nullo alio jure *c* ad defuncti bona pervenire poſſint. Nam qui alio jure ad hæreditatem *d* totam, vel partem ejus veniunt, de inofficioſo agere non poſſunt *e*. Poſthumi quoque, qui nullo alio jure *f* venire poſſunt, de inofficioſo teſtamento agere poſſunt *g*. Sed hæc ita accipienda ſunt, ſi nihil eis penitùs à teſtatoribus teſtamento relictum eſt: quod noſtra conſtitutio *h* ad verecundiam naturæ *i* introduxit. Sin verò quantacunque pars hæreditatis *k*, vel res eis fuerit relicta *l*: de inofficioſo querela quieſcente, id, quod eis deeſt, uſque ad quartam *m* legitimæ partis *n* repleatur *o*: licet non fuerit adjectum *p*, boni viri arbitratu debere eam repleri *q*,

1. *Querela inofficioſi quando locum habeat*, & *num.* 2. & *an poſthumis ſit neceſſaria numer.* 3.
4. *Relictum in teſtamento, an, & quatenus liberos à querela inofficioſi excludat: & quando ad ſupplementum agi poſſit.*
5. *An legitima portionis relictum, ut inofficioſi ita & nullitatis querelam excludat.*
6. *Legitima liberorum qua, & quotuplex num.* 7.
8. *De actione ad ſupplementum: quid, quandiu duret, & tranſitoriam eſſe ad hæredes.*

Cauſa ſine qua non, duplex: prima, ut alio jure ad ſucceſſionem pervenire non poſſit: ſecunda, ut nihil relictum ſit.

a Naturales. Ad differentiam adoptivorum, naturales vocat ex juſtis nuptiis conceptos: ut in *l. fin. De his qui ſunt ſui juris*, & in *l. ſi pater.* 29. *De adopt.* in princ. & paſſim ſupr. *De adopt.*
1 Quanquam † reſpectu matris, naturales etiam ſpurii ex S. C. ad querelam admittantur, *l. ſi ſuſpecta.* 28. §. 1. *eod.*

b Diviſionem. *L. pen. C. De adopt. l.* 4. *C. De lib. præterit.*

c Alio Jure. Civili, quo ſolo hæreditas datur.

d Ad Hæreditatem. Quæ eſt juris civilis, nec prætorio jure defertur. §. 1. *inf. De bon. poſſ.* Hìc igitur non excluditur prætorium remedium, velut extraordinarium, quod certè ordinandæ litis cauſa cum querela concurrit, *l.* 2. *C. eod. l. Papinianus.* 8. in princ. *eod.* Paul. *lib.* 4. *tit. De inoff. teſta.* Cujac. *Obſer. lib.* 8. *cap.* 23. *lib.* 2. *cap.* 21. an aliàs dubitari poteſt, *l. ſi ponas* . 23. *eod.* Certè *l. ult.* §. *nam cum. C. De lib. præter.* vocat querelam ultimum adjutorium, & oſtendit adjutum poſſeſſione bonorum non potuiſſe ad querelam decurrere.

e Non Poſſunt. Ut † emancipatus præteri- 2
tus, qui poſſeſſionem bonorum petere poteſt contra tabulas, *l. ſi ponas.* 23. *ff. eod.* Nam cauſa teſtamenti quia favorabilis eſt, *l. ſi pars.* 10. *ff. eod.* & querela tantùm ſubſidiarium, & extraordinarium eſt remedium, Uiglius hìc, *num.* 6. ideò locum habere non debet, ubi præſtò eſt, *l. in cauſa.* 17. *De minor.*

f Alio Jure. Puta præteritionis, ex qua teſtamentum dicere nullum quandocumque poſſunt, ſupr. *De exhered. lib.* item exhæredationis, *l. non putavit. De bon. poſſ. cont. tab.* Vide ſupr. § 2. cum ſeq. *De exhered. lib.* & petendi ſupplementum, ut ſequitur.

g Agere Poſſunt. Nam utuntur jure reliquorum liberorum: ut dictum eſt ad *tit. De exhered. libero* . Hodie † tamen iſti exhæredari ne- 3
queunt, *l. ſi quis.* 33. §. *legis. C. De inoffic. teſtam.* ut ibidem ſuprà notavimus. Quare his querela jam non eſt opus, cùm, ſi exhæredentur, teſtamentum ipſo ſit jure nullum, *d.* §. *aliud.* in Auth. *Ut cum de appellat.*

h Conſtitutio. † *L. omnimodo.* 30. *C. eod.* 4
quæ tamen non prorſus hoc jus introduxit, ſed ma-

gis emendavit . Quod ut intelligatur , paulò diſtinctiùs hæc explicanda ſunt . Intereſt igitur , utrum liberis relinquatur ſimpliciter legatum , an verò pro legitima portione , aut in portionem legitimam , *l. ſi cum.* 10. *C. De mil. teſtam.* ſicut & in patrono plurimum refert, *l. ſi verò.* 8. §. *ſi ſervo.* junct. *l.* 3. §. *si debita. De bon. lib.* Si liberis ſimpliciter legatum ſit relictum , non excluduntur à querela inofficioſi , niſi illud agnoſcant , *l. ſi pars* . 10. §. *ultim. l. Papinianus* . 8. §. *si conditioni.* 10. *l. nihil.* 12. *l. filius.* 22. *l. pen. eod.* Tale enim ſimplex relictum non ut à patre , ſed à quolibet extraneo factum , non poteſt ab accuſatione neglecti officii teſtamentum paternum excuſare , cùm in eo patris officium liberis debitum nullum extet, neque agnoſcatur . Cæterùm agnita ejuſmodi voluntate , & judicio defuncti per capionem ejus , quod ita relictum eſt , approbato , omnis via querelæ eſt præcluſa , ita ut nec ad ſupplementum legitimæ agi poſſit , ut ſuperiora oſtendunt , *d. l. Papinianus.* 8. §. *si conditioni. l. pen. & ult. eod.* Nec hac in parte videri poteſt aliquid à Juſtiniano fuiſſe correctum , cùm *l. omnimodo.* 30. *l. ſiquando.* 35. §. *& generaliter. l. ſcimus* . 36. in princip. non de hoc caſu ſimplicis legati loquantur , verùm de illo , quod non ſimpliciter , ſed in quartam , ſeu pro legitima filio relictum , aut donatum eſt : quo caſu ceſſat querela , ſi tota pars legitima , nempè quarta relicta teſtamento , vel inter vivos (eo tamen nomine) aut cauſa mortis data ſit , *d. l. Papinianus.* 8. §. *si quis.* 6. *l. si non mortis.* 25. *eod. l. cum quæritur.* 6. *C. eod.* cùm non poſſit argui pater velut minus officio functus , qui debitam lege portionem reliquit . *l. ſi quis.* 33. in prin. *C. eod* quare & querela patroni eodem relicto excluditur , *l.* 3. §. *si dubita. De bon. lib.* item & parentis . *l.* 1. *si à parent. man.* Quòd ſi minus ea quarta , aliquid tamen hoc nomine relictum eſſet , olim dabatur querela , niſi adjecta fuiſſet clauſula , ut id ad quartam uſque boni viri arbitratu compleretur , *d. l. si non mortis.* junct. *l.* 4. *C. Theodoſ. eod. l.* 1. *C. Gregor. eod.* quod Juſtinianus mutavit , voluitque excludi querelam , etiamſi minus relictum , nec expreſſio de replendo facta ſit , atque ipſo jure petitionem ſupplementi ineſſe , *d. l. omnimodo.* in verb. *ut ſive adjiciatur in teſtamento de adimplenda legitima portione , ſive non , &c. d. l. ſcimus.* 36. in princ. quæ *d. l. omnimodo* quaſi quædam Gloſſa eſt , in verb. *ſcimus antea conſtit. relatam fuiſſe* , qua cautum eſt , ſi pater minorem debita portione quantitatem filio reliquiſſet , omnimodo , etſi non adjiciatur , boni viri arbitratu repleri : filio attamen ipſo jure ineſſe eandem repletionem , ſicut & cùm in aliquo inſtitutus eſt . Paulus *lib.* 4. *tit.* 5. *l.* 3. cum ibi nota. *C. eodem &c.* Quòd ſi porrò filius illud minus relictum ſimpliciter recepiſſet , prorſus ab omni olim petitione velut agnita defuncti voluntate (ut & in caſu ſuperiore) excludebatur , ita ut nec ad ſupplementum agere poſſet , *l. parentibus.* 8. *C. eod.* qui porrò inter vivos quid hoc nomine ceperat , non videbatur accipiendo ultimam patris agnoviſſe voluntatem , cùm illa nondum ad effectum perducta eſſet , *l. ſi quando.* 31. §. 1. *C. eod.* ideoque ad ſupplementum rectè agebat , aut id , quod datum erat , conferebat , *d. l. si non mortis.* querela inofficioſi ſalva . *d. l. ſi quando.* §. 1. quæ demonſtrat , id apud veteres in controverſia fuiſſe . Sed Juſtinianus rectiùs voluit , filium accipiendo ejuſmodi relictum ſibi nullum inferre præjudicium , quin repletionem petere poſſit . Videtur enim non ad agnoſcendam defuncti voluntatem (ut in caſu ſuperiore) ſed magis ad finem & modum legitimæ accipere : niſi hujus repletioni ſpecialiter poſt mortem patris renunciarit , *d. l. si quando* . §. *ultim.* viuente enim illo ſecus eſſet , *d. l. ſi quando.* §. 1. cùm viventis hæreditati , quæ nulla ſit , non rectè renuncietur , *l. qui ſuperſtitis.* 93. *De acquir. hær. l. pactum quod dotali.* 15. *C. De pact. l. pactum.* 3. *C. De collat.* præterquàm jurejurando , *c.* 2. *De pact. in* 6. & id quidem uſu ſervatur universaliter , quomodocunque tandem legatum ſit propter generalitatem , *d. l. ſiquando.* §. 1. & §. *ultim. d. l. omnimodo. C. De inoff. teſtam.* quæ generalis eſt . Ex quibus utcunque intelligi poteſt , quid hac in parte à Juſtiniano novi inductum ſit , quid non ſit . An autem hoc legitimæ portionis relictum ut inofficioſi , ita & nullitatis querelam excludat , alia quæſtio eſt , cujus definitionem mox ſubjiciemus.

i Verecundiam Naturae. Quæ jure debetur parentibus. *l.* 1. *cum ſeqq. ll. De Obſ. à lib. præſtan.* Valer. Max. *l.* 8. *cap.* 7. cujus exemplum exibet. §. 1. infr. *De codicill.*

k Haereditatis. Quæ ſolo relinquitur titulo inſtitutionis , §. *penult.* infr. *De codicill. l. non codicillum* . 14. *C. De teſtam.*

l Relicta. Quæ quovis titulo poteſt relinqui. Ac ſanè utrumque conſtat , & olim ſatis fuiſſe ad excluſionem querelæ , quacunque ratione , quartam liberis relinqui , *d. l. Papinianus.* 8. §. *ſi mortis.* 6. *d. l. ſi non mortis.* 25. *eod.* Nec enim videri poterat inofficioſus , vel ſuorum immemor , qui tantum iis reliquiſſet , quantum lex vellet . Certum eſt & Juſtinianum quocunq; titulo permiſiſſe minus relinqui , ut & hoc caſu excluſa querela tantùm repletioni locus ſit , *d. l. omnimodo.* 30. *d. l. ſcimus.* 36. d. Auth. *Noviſſima.* in verb. *quovis relicto titulo.* & in corpore , unde ſumitur . §. 1. in Auth. *Nov.* 18. quæ disertè de inofficioſo agit , *De triente , & ſemiſſ.* quod jus Gloſſ. & Doct. in Auth. *Noviſſima.* volunt corrigi , per §. *aliud.* in Authent. *Ut cum de appell. Nov.* 115. velut jus noviſſimum *l. ultim. De conſt. princ.* ut jam neceſſario inſtitutionis titulo legitimam relinquendam eſſe arbitrentur. In † quo uni- 5
madvertendum eſt , etiamſi per relictum quartæ loco , querela inofficioſi , ut extraordinaria excludatur juribus ſuprà allegatis , non tamen hoc jure veteri ſatis fuiſſe ad validandum , tuendumque à præteritionis nullitate patris teſtamentum : cùm lex velit liberos , præſertim ſuos aut inſtitui , aut nominatim exhæredari , ideoque nec ſatis ſit legatum eis relinqui , ut dictum eſt . §. 1. ſupr. *De exher. lib.* nec fideicommiſſum etiam univerſale , *l. ita* 27. §. *qui rogatus* . 9. *ad Trebell.* Nam pro præteritis ſunt , qui nec inſtituuntur , nec , ut oportet , exhæredantur , §. *eadem.* 12. infr. *De hære. qua*

ab

ab intſt. Neqoe hoc loco admittenda eſt diſtinctio inter legatum ſimpliciter factum, & relictum loco legitimæ. Neotro enim legi ſatisfit, ſed tantùm aut inſtitutione, aut exhæredatione. Dicere autem ejuſmodi relictum in legitimam, pro inſtitutiooe eſſe, ut quidam voluerunt, quos refert Jaſ. in Autheot. *Noviſſ.ma. num.* 28. *C. De inoff. teſtam. & l. inter.* 30. *num.* 9. & 10. *De lib. & poſthum.* verebitur profecto is, qui cogitabit ad excluſionem querelæ inofficioſi, ſufficere quovis modo quartam relinqoi jure veteri, vel minus quarta jure novo (ſalva repletione) non modò qualibet vltimæ voluotatis ſpecie, *d. l. omnimodo.* ſed etiam donatione cauſa mortis. *d. l. Papinianus.* 8. §. 6. *eod.* atqoe adeò donatione inter vivos, *d. l. ſi non mortis.* 24. *eod. l. quoniam.* 29. *C. eod.* At ejoſmodi donationem, quæ fit extra cauſam teſtamenti, & contractus jure fiat, an putabit quiſquam pro inſtitutione, quæ in teſtamento fieri debet, eſſe? Concludeodum ergò eſt, etſi io quartam relictum, accuſationem inofficioſi reſciſſoriam, extraordinariam, & odioſam repellat, quia cauſam tollit inofficioſi, cùm inofficioſus dici nequeat, qui ſic reliqnit, oon tamen purgare teſtamentum à vitio præteritionis. Itaque quod *d. l. Papinianus.* 8. §. *ſi quis mortis.* 6. *ff. eod.* ait, eum, qui mortis cauſa quartam filio relinqit, ſecurè teſtari, pro ſubjecta materia verum eſt: ſcilicet quoad excludendam (de qua eo in titulo agitur) inofficioſi querelam. Atqoi illi tantummodò locos eſt, cùm teſtamentum valet, non etiam quando nullum eſt, §. 2. *hoc tit.* Nullum autem eſt profectò ex præteritione liberorum, §. 1. ſupr. *De exhær. lib.* ut ad eam, *d. l,* 8. §. 6. trahi oon debeat. Quocirca paulò pòſt ibidem in *d. l.* 8. §. *quoniam.* 8. exemplnm in exhæredato ſubjicitur: & rectè. Nam exhæredato filio, ſi in quartam relinquatur, excluſa erit querela, quia teſtamentum jure veteri valet, exhæredatione nominatim facta: quod de præteritione dici nequit. Relinquitur ergo jure antiquo non ſatis fuiſſe ad validandum teſtameotum, legitimam quovis titulo filio relinqui, etiamſi ſuffecerit ad excludendam querelam, ut eſt communis concluſio: Jaſ. in d. Auth. *Noviſſima. num.* 28. *cum ſeq. & in d. l. inter.* poſt Bal. Imoſ. & alios, *num.* 9. & 10. *De lib. & poſthum.* ſed neceſſe fuiſſe, filinm, qui noo exhæredaretur, io aliqua inſtitui parte, §. 1. *De exhær. lib.* Quod cùm ita ſit, nec hoc jus emendatum reperiatur, venit mibi in mentem exiſtimare, idem & jure novo obtinere: nempe ut ad excludendam quidem inofficioſi odioſam reſciſſoriam, & extraordinariam accuſationem, ſufficiat quovis titulo in legitimam aliquid relictum eſſe, cùm officiom præſtitum inofficioſi non poſſit argui: quod qoidem, ſi ea minus ſit, expleatur ex *d. l. omnimodo. d. l. ſcimus. C. eod.* & ita accipio d. Auth. *Noviſſima. C. hoc tit. De inoff. teſt.* locatam, ot rubricæ ſuæ conveniat, & §. 1. in Anth. *De trient. & ſemiſſ.* Ad ſuſtinendum autem, & defendendum à quæſtione oullitatis teſtameotum, oullo id modo ſatis ſit, ſed neceſſe habeaot parentes aut inſtituere liberos, aut ex juſtis, atqoe nominatis cauſis exhæredare. *d.* §. *ad hac aliud.* §. *ſive. ver. ad irritum. Novell.* 115. quod qnidem ſi factum noo ſit, erit ipſo jure oullom teſtamentum, ut contra legis ordinationem factum, *d.* §. *ad hoc aliud.* in verb. *ne qua ratione liceat præterire, aut exhæredare.* junct. *l. non dubium.* 8 *C. De legib.* ut querelæ inofficioſi locus eſſe hoc caſu nequeat, *d.* §. 2. *hoc tit.* & proiode fruſtra de relicto in quartam ex *d. l. omnimodo.* tum diſputetur, cùm illud tantùm ad qoerelæ excluſionem, ut diximus, valeat. Cæterùm ſi forma legis ſervata ſit, teſtameotum firmum eſt: ac inſtitutionem qoidem liberorum noo erit neceſſe in totam legitimam eſſe factam, qood lex non requirit, ſed ſi in minore parte inſtitutus ſit filius, ad legitimæ repletionem, ex *d. l. omnimodo.* patebit ei aditus, querela omnino excluſa, §. *hac autem diſpoſuimus.* in Auth. *Ut cum de app. Novell.* 115. Sin autem exhæredatione nominatis ex cauſis perſcripta, forma legis ſervetur, valebit ob legis obſervantiam teſtamentnm. Et hoc caſu DD. ſimpliciter, & indiſtinctè tradunt, oullum alind, quàm inofficioſi quærelæ remedium exhæredato ſupereſſe. Bald. *nu.* 2. & 22. Jaſ. *num.* 28. nbi dicit, eſſe communem, in Auth. *Ex cauſa. C. De lib. præter.* ad quam exclndendam neceſſe habeat hæres cauſas ingratitudinis à teſtatore nominatas probare, nec alias confingere poſſit. *d.* §. *ſive igitur.* in Auth. *ut cum de appell. Novell.* 115. *l. omnimodo.* 30. *C. eod.* propter quod etiam expreſſio cauſarum requiri videtur. Cæterùm ego, ſecundum ea, quæ paolò antè diſputata ſunt, exiſtimo diſtinguendum, ut ſiquidem tum iovenîatur quarta data, aut relictum aliquid io legitimam quovis etiam titulo, excluſa ſit querela, data ad ſupplementnm actione ex *d. l. omnimodo. d. l. ſcimus.* quæ non ſunt correctæ. *Novell. Ea conſtit.* ſed magis confirmatæ, n *d.* §. *hec autem diſpoſuimus.* ſin autem nihil hoc nomine relictum ſit, omnino iooffîcioſi agi debeat. Et hæc qnidem io filiis obtinent, quæ noſtri in d. Auth. *noviſſima.* ad aſcendentium etiam legitimam extendunt: ad fratrum autem quartam, atque querelam porrigi non poſſunt, ut paulò pòſt ſubjicietur.

m Ad Quartam. Hoc eſt uſque ad legitimam: quæ † olim ad exemplum Falcidiæ, ut te- 6
ſtatur Paulus *lib. Sent.* 4. *cap.* 5. indiſtinctè erat quarta pars hæreditatis, quam ab inteſtato fuerant accepturi: hodie legitima liberorum eſt triens, ſi quatuor ſiot filii, vel pauciores: ſemis, ſi plnres. *Novell.* 18. *De trien.* Idemque in parentum quoque legitima obtinet, ſcilicet (quooiam plures non ſunt parentes, ot de ſemiſſe quæri nequeat) uti eorum legitima triens eſſe judicetur. Ita ſe habet communis opinio in d. Auth. *noviſſima. C. eod.* ubi id teſtatur Jaſ. *num.* 35. Ripa in *Rubr. ſol. mat. num.* 44. Alexand. *conſil.* 70. *vol.* 1. Et ſatis conſtat ex *Novell.* 18. Joſtiniannm anxiſſe portionem omnium eorum, qui de inofficioſo agere poſſunt. Ex quo videri poſſet, etiam fratrum legitimam turpibus perſonis inſtitutis eſſe augmentatam. Quod quamvis probet ibid. Cujac. communiter tamen repudiatur: quia de quarta fratrum nulla facta eſt emendatio; nec, cur fieret, cauſa fuit. Gloſſ. in d. Authent. *Noviſſima.* ad verb.

titulo. circa fin. & ibidem Jaſ. *num.* 36. ac Bald. apertiùs in *l. fratres*. 27. *num.* 9. & 10. *C. De inoff. teſtam.*

7 *n* LEGITIMAE PARTIS. Sicut † duplex eſt ſucceſſio: una ex teſtamento, altera ab inteſtato, & utraque legitima appellatur, *l. lege*. 130. *De verb. ſignific. l.* 3. *De pet. hæred.* ita duplex legitima eſt, quarum altera ab inteſtato, altera ex teſtamento debetur. Legitima ab inteſtato, eſt ea portio hæreditatis, quam quis ab inteſtato erat accepturus, quæ propriè legitima non eſt, de qua in Auth. *Noviſſima*. *C. De inoffic. teſtam.* & *Novell.* 18. *De triente*. ſed legitima ſucceſſio ab inteſtato. *l. parentibus*. 8. *C. De inoffic. teſtam.* Legitima ex teſtamento, eſt illius portionis quarta, *l.* 8. *§. quoniam*. *eod.* hodie, ut dixi, nonnunquam tertia etiam, vel dimidia, qua excluditur quis à petitione totius legitimæ, ſicut hæres per quartam Falcidiæ, à petitione totius hæreditatis. Paul. *lib. Sent.* 4. *cap.* 5.

8 *o* REPLEATUR. Condictione † ex *d. l. omnimodo*. *C. eod.* quæ vulgò actio ad ſupplementum legitimæ vocatur: eſtque civilis, & rei perſecutoria, ut petitio hæreditatis: velut expoſui *tit. De petit. hæred.* eòque non quinquennio finitur, ut accuſatio inoſſicioſi. *l. contra*. 16. *ff. eod. l. ſcimus*. 36. *§. illud*. *C. eod.* ſed durat 30. annis. Jaſ. *num.* 24. & 25. ubi dicit eſſe communem contra Bart. in *l. certi condictio* 9. in princ. *ſi cert. pet.* DD. communiter in *l. ſi quis filium*. 34. *C. De inoffic. teſtam.* Ripa in *l. ult. num.* 235. *C. De revo. donat.* Boer. *Deciſ.* 250. *num.* 1. Grammat. *Deciſ.* 103. *num.* 46. ut petitio hæreditatis, *l.* 7. *C. De petit. hæred.* & etiam non præparata tranſmittitur ad hæredes. DD. in *d. l. omnimodo*. Dec. *conſil.* 303. Guid Pap. *Deciſ.* 82.

p ADJECTUM. Id quod adjici olim erat neceſſarium, *l.* 4. *C. Theodoſ. De inoffic. teſtam. l. ſi non mortis*. 25. *ff. eod.* alioqui dabatur querela contra extraneos inſtitutos hæredes, *l.* 3. *C. eod.* non etiam, ut apparet, adverſus fratres, maximè ſi accuſator inſtitutus eſſet, non tamen uſque ad quartam. Paul. *lib.* 4. *tit.* 5. Filius in judicio patris ſi minus quarta portione conſecutus ſit, ut quarta ſibi à cohæredibus fratribus citra inoſſicioſi querelam impleatur, jure deſiderat.

q REPLEAT. Imò etiamſi teſtator repletionem prohibuerit, *l. ſi quando*. 35. *§. fin. C. De inoffic. teſtam.* ex ratione *l. nemo*. 55. *De legat.* 1.

§. 4. Si Tutor.

SI tutor nomine pupilli, cujus tutelam gerebat, ex teſtamento patris ſui legatum acceperit, cùm nihil erat ipſi tutori relictum à patre ſuo: nihilominus poterit nomine ſuo de inoſſicioſo patris teſtamento agere *a*. Sed ſi è contrario pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inoſſicioſo egerit, & ſuperatus eſt: ipſe, quod ſibi in teſtamento eodem legatum relictum eſt, non amittit.

1. *Nemini ſuum officium debet eſſe damnoſum*: & *officii neceſſitatem excuſare*, *num.* 2.

DE contrariis: ac primùm de pœna querelæ temerè intentatæ: & quomodo agnitione voluntatis, quaſi tacita renunciatione, querela excludatur.

a AGERE. *L. adverſus*. 30. *§.* 1. *eod. l. ſi non*. 15. *l. ſancimus*.
1 25. *C. De adm. tut.* quia † ipſe nihil accepit, & officium illi ſuum damnoſum eſſe non debet, *l. ſed ſi quis*. 7. *quemadmod. teſtament. aperiant.* & quod gerit nomine tutorio, ipſe pro ſe feciſſe non putatur, *d. l. ſancimus*. *l. tutorem*. 22. *De his, quibus, ut indig.* Quòd ſi ſuo quid nomine accepiſſet, querelam non haberet, quaſi agnita, & ratificata defuncti voluntate, *l. Papinianus*. 8. *§. ſi conditioni*. 10. *l. nihil*. 12. *eod.* etiamſi hodie ad ſupplementum nihilominus agere poſſit, *d. l. ſi quando*. *§. final.*

b NON AMITTIT. Ex ratione *d. l. ſancimus*.
quia † ex officio facere coactus eſt: cujus neceſſi- 2
tas excuſat, *l. tutorem*. 22. *De his, quibus, ut indign.* Cæteroquin amittit, qui oppugnat ſuo nomine, & ſuperatus eſt. *l. Papinianus*. 8. *§. meminiſſe*. 14. *eod.*

§. 5. Igitur quartam.

IGitur quartam *a* quis debet habere, ut de inoſſicioſo teſtamento agere non poſſit: ſive jure hæreditario, ſive jure legati *b*, vel fideicommiſſi: vel ſi mortis cauſa quarta donata fuerit *c*, vel inter

vivos

vivos *d*, in iis tantummodò caſibus, quorum noſtra conſtitutio *e* mentionem facit, vel aliis modis, qui conſtitutionibus continentur *f*. Quod autem de quarta diximus, ita intelligendum eſt: ut, ſive unus fuerit, ſive plures, quibus agere de inofficioſo teſtamento permittitur: una quarta *g* eis dari poſſit, ut ea pro rata, ideſt, pro virili portione eis diſtribuatur *h*.

1. Legitima unde deſcendat, & ejus computatio, & quod hodie tàm liberis, quàm parentibus Titulo inſtitutionis ſit relinquenda, & quomodo: & quid de fratribus. num. 2. 3. & 4.

De alio contrario. De quarta, quæ querelam excludit.

a Quartam. Legitimæ portionis ab inteſtato, *l. parentibus*. 8. facit Authen. *Unde*. *C. eodem*. Non enim inofficioſum eſt, in quo quarta relinquitur. *Novell.* 18.
1 Legitimam † ex eo dictam, quòd Falcidia ſit, hoceſt, quarta portionis ab inteſtato contingentis, aſſeverat Govea. in *l.* 1. *De vulg.* & in *l.* 1. *ad legem Falcidiam*, & *lib.* 2. *cap.* 1 *l. quæ nuper.* 31. *C. De inoff. teſtam.* & *Novell. De hered. & Falcid.* Quare, priuſquam ſuppleatur, deducenda ſunt æs alienum, funeris impenſæ, libertates, *l. Papinianus*. 8 *§. quoniam*. *§. quarta*. *De inoffic. teſtam. l. cum quæritur*. 6. *C. eod.* prorſus, ut in Falcid. *§. fin.* inf. *De l. Falcid.* Cujac. hujus quartæ jus putat à Marco inductum, *lib. Obſerv.* 3. *cap.* 8. Vide eundem *ad Paul. lib.* 3. *tit.* 8. Sed hæc quarta hodie ad trientem, & ſemiſſem reducta eſt. Jaſ. in d. Auth. *Noviſſima. nu.* 49. ut antè dictum eſt, & paulò pòſt ſubjicietur.

b Jure Legati. *L. cum quis*. 6. *l. parentibus*. 8. *C. eod. l. Papinianus*. 8. *§. ſi quis*. 6. cum
2 ſeq. *ff. eod.* Hoc † primùm Juſtiniano placuit, *d. l. omnimodo*. cum ſeq. poſteà ad jus antiquum reverſus, de quo Jaſ. in *l. inter.* 30 *nu.* 10. *De lib. & poſthum.* noluit alio, quàm inſtitutionis titulo quartam poſſe relinqui, nedum liberis, *§. aliud quoque*. in Auth. *ut cum de appell. cog.* Alexand. *conſ.* 70. & 177. *volum.* 2. *conſ.* 168. *volum.* 5. ubi Molin. *conſ.* 125. *lib.* 6. verùm etiam parentibus, ut communiter traditur in Auth. *Noviſſima. C. eod.* ubi Jaſ. *num.* 37. dicit hanc eſſe communem, licet contra diſputari poſſit ex *l.* 1. *ſi à parent. l.* 3. *§. ſi debita*. *De bon. lib.*
3 At † fratribus ſatis fuerit, quoquo modo, & titulo relinqui: nam ut quarta in his mutata non eſt, velut ſuprà expoſuimus: ita nec jus illius, *d. l. omnimodo*. 30. *l. ſcimus*. 36. *C. eod.* Salicet. in *l. fratres*. 27. *num.* 7. *C. eod.* Jaſ. *d. l. omnimodo*. *num.* 3.
4 Totam † tamen quartam relinqui, ne liberis quidem opus eſt, ſed ſufficit in aliqua hæreditatis portione inſtitutionem fieri, ut querela omnis excludatur, & tantummodò ad ſupplementum legitimæ agi poſſit, *d. Novell.* 115. *§. hæc autem*. *antepenult.* § 3. in verb. *quantacunque pars hæreditatis*. *hoc tit.* Gloſſ. ad verb. *titulo*. & DD. in d. Auth. *Noviſſima*. ubi Jaſ. *num.* 15. Ex quo hodie querelæ non eſſe uſum probat Govea. in *l.* 1. *De vulg. & pup.* & *cap.* 5. *Lect. lib.* 1. etiamſi Viglius hìc contra contendat. *in rub. hujus tit.* Atqui certè uſu receptum eſt, querelæ etiam hodie locum eſſe, cùm exhæredatio liberorum deſcendentium, vel aſcendentium parentum cauſa juſta inſerta, de cujus tamen veritate dubitatur, facta eſt, Bal. *num.* 2. Jaſ. *num.* 10. & 22. in Auth. *Ex cauſa*. *C. De lib. & præt.* Bald. *conſ* 112. & 89. *lib.* 5. *per l. omnimodo*. 30. *l. ſi quis filium*. 34. *§. fin. C. De inoff. teſtam.* Sed de tota hac re copioſiùs, diſtinctiùs certè, atque explicatiùs egimus in *d. §.* 3. ſup. *eod.* unde qui volet, petat.

c Donata Fuerit. *D. l. ſi non mortis*. 25. *ff. eod.*

d Inter Vivos. Donatione ſcilicet ei facta.

e Constitutio. *L. pen C. eod.*

f Continentur. Ut ſi hac lege donavit, ut in quartam imputet, *l. ſi quando*. 35. *§. & generaliter*. *C. De inoff. teſtam l. cum quo*. 56. *§. ult. ad leg. Falcid.* Item ſi dotis, vel donationis propter nuptias nomine dedit: quæ hodie imputantur in quartam ex novis conſtitutionibus Leonis, & Zenonis, *l. quoniam*. 29. *C. eod.* cùm olim contra eſſet, *l.* 1. & 2. *C. Gregor. De inoff. teſtam.* Paul. *lib.* 3. *ſentent. tit.* 8.

g Una Quarta. Scilicet totius hæreditatis: non enim hìc loquitur de quarta legitimæ portionis, quam ſinguli ab inteſtato eſſent accepturi, ſed de quadrante totius hæreditatis, unde ſingulis deinceps ſua quarta præſtatur; ut in textu ſequitur.

h Distribuatur. Ut ita † ſinguli capiant 5
ex teſtamento quartam ejus, quod ab inteſtato erant habituri, quæ vulgò legitima dicitur. Verbi gratia: Si unus ſit filius, quartam totius hæreditatis ex teſtamento habere debet ad querelam excludendam: quæ eſt quarta portio ejus, quod ab inteſtato illi debetur, nempe totius ex aſſe hæreditatis. Sin duo ſint filii, quarta eodem modo totius hæreditatis ad eos excludendos relicta, vel repleta ſufficit: ex qua rursùs uterque conſequitur quartam ejus portionis, quam ab inteſtato eſſet habiturus. Duo enim filii ab inteſtato ſuccedentes ſemiſſem ſinguli eſſent accepturi, cujus quarta pars eſt ſextunx., hoceſt, uncia cum dimidia. Tantundem autem hìc ex teſtamento accipiunt, quadrante totius hæreditatis inter utrumque diviſo: atque eodem in pluribus res redit. Sed hodie iſti, quartæ hæreditatis triens, extantibus quatuor, vel paucioribus liberis ſemiſſis pluribus pro legitima

ma ſubſtitutus eſt, d. Auth. *Noviſſima*. *C. eod. tit.* parentibus verò indiſtinctè triens: ut dicit hanc eſſe communem. Jaſ. in d. Authent. *Noviſſima*. *numer.* 35. Unde hodie tertiam ſinguli accipiunt ejus, quod ab inteſtato obveniret, velut olim quartam: quod computare volenti ratio ipſa non obſcurè exhibebit. In fratribus tamen jus quartæ vetus immutatum obſervatur: ut ſup. 3. §. dictum eſt.

DE HÆREDVM QVALITATE, ET DIFFERENTIA,

Titulus Decimus Nonus;

1. *Continuatio, & Diſpoſitio Tituli.*

1 Effectus teſtamenti, quod ab iis, de quibus hactenus dictum eſt, contrariis, irritum fieri non poteſt, præcipuus eſt, ut ex illo detur,
1 atque adeatur hęreditas. Benè † igitur, atque ordine declaratis teſtamentorum juribus, ultimò de adeunda hęreditate velut fine, & effectu eorundem, diſſeritur. Sed hac de re nihil definiri poteſt, niſi cognita hęredum qualitate, & differentia. Quare hoc titulo, primò de hæredum differentiis, & qualitate, tùm de adeunda hęreditate tractatur. Hæredum differentia tria eorum conſtituit genera, facitque alios neceſſarios, de quibus in §. 1. alios ſuos, & neceſſarios, de quibus in §. 2. alios extraneos hæredes, de quibus in §. 3. Qualitas ad aditionem neceſſaria eſt, ut ſit cum illis teſtamenti factio: de qua in §. 4. & 5. De ipſa porrò aditione hæreditatis, in ſequentibus ad finem uſque exponitur. Sunt prætereà aliæ differentiæ hæredum, ut quòd alii ſunt fiduciarii, *l. Sejus.* 46. *ad Trebell. l. certi.* 9. §. 1. ubi Ruiſard. *ſi cert. per.* alii honorarii, *l. ſed &* 24. in fin. *fam. erciſc.* alii quaſi hæredes, ut Xenon nomine pauperum, Gloſſ. verb. *Xenonem*. *l. si quis ad declinandam*. 43. *C. De Epiſc. & Cler.* alii ex conſtitutione, ut arrogatus *l.* 2. §. 1. *fam. erciſc.* alii ſucceſſores rei, *l. etiam*. 8. *De jurejur.* qui etiam appellantur ſucceſſores ſingulares. *c. Sæpe. De reſtit. ſpol.*

EMicat rubrica illis verbis DE HÆREDUM QUALITATE, ET DIFFERENTIA, ideò duas conſtituo Tituli partes.

1. De differentiis hæredum
   - 1. Neceſſariorum, §. 1.
   - 2. Suorum, & Neceſſariorum, §. 2.
   - 3. Extraneorum, §. 3.
2. De Qualitate
   - Neceſſaria, §. 4. & 5.
   - Voluntaria. §. 6. 7. & 8.

§. 1. Hæredes autem.

HÆredes autem aut neceſſarii dicuntur, aut ſui, & neceſſarii, aut extranei. Neceſſarius hæres eſt ſervus hæres inſtitutus *a*: ideò ſic appellatus, quia ſive velit, ſive nolit *b*, omninò poſt mortem teſtatoris protinus *c* liber, & neceſſarius hæres *d* fit. Vnde qui facultates ſuas ſuſpectas habent *e*, ſolent ſervum ſuum primo, aut ſecundo, aut etiam ulteriore gradu hæredem inſtituere: ut ſi creditoribus ſatis non fiat, potiùs ejus hæredis bona *f*, quàm ipſius teſtatoris *g* à creditoribus poſſideantur, & vel diſtrahantur, vel inter eos dividantur. Pro hoc tamen incommodo,

illud

illud ei commodum præſtatur : ut ea , quæ poſt mortem patroni ſui ſibi acquiſiverit *h*, ipſi reſerventur *i*. Et quamvis bona defuncti non ſufficiant creditoribus, iterum tamen ex ea cauſa res ejus, quas ſibi acquiſiverit, non veneunt *k*.

1. *Ad adeundam hæreditatem nemo cogitur.*
2. *Servus neceſſarius hæres inſtitutus petere bonorum ſeparationem poteſt, & numer. 3.*

DE neceſſariis hæredibos.

a INSTITUTUS. Ob præmium acceptæ ex teſtameoto libertatis, *l.* 1. *C. De neceſſ. & ſer. hær. l.* 1. *C. qui manum. non poſ.* nam ſecus, ſi ex teſtameoto eam noo aceipiat , nec tempore mortis ſit io domini ſamilia , *§. cæteri*. 3. in fin. inf. *eod.*

b VELIT, SIVE NOLIT. In neceſſario hærede oritur obligatio ex neceſſitate *l. obligamur*. 52. §. *neceſſitate*. *De oblig. & act.*

c PROTINUS. Reſer ad utrumque, ſcilicet protinus à morte teſtatoris , eum & liberum fieri , & hæredem . Ex qooapparet, aditionem nullam expectari , ſed ſtatim à morte teſtatoris hæc ipſo jure ſie induei, & exiſtere , *l.* 2. *De condict. furt.* ut & in ſuis, *l. lege*. 12. *De teſtam. l. in ſuis*. 14. *De ſuis , & legit.*

d HABEBS. Ipſo † jure , abſque aditione ,
1 ad quam nemo cogi poteſt . *l. nec emere*. 16. *C. De jur. delib.* Govea. Lec. *lib.* 2. *cap.* 3. Nam ad adeundum, ne à domino quidem , ant parente cogendi hæredes ſunt , cùm actus ſit ſpontaoeæ voluntatis, *l.* 6. §. *ult. l. ſi metus*. 84. *De acqu. hæred.* Spontè autem , quin etiam neceſſarii ſolemoiter (ut olim certa fuit ejus rei ſolemnitas, §. *ult.* inf. *eod.* ubi dicetur) adire poſſint , nolla cauſa eſt . Govean. *d. cap.* 3.

e HABENT. Ne non ſufficiant ereditoribus , & ſub haſta venum eant , *l.* 1. *C. qui manum. non poſſ.* Eòque metuunt , ut ab hæredibus inſtitutis damnoſa hæreditas adeatur , §. *in extraneis*. infr. *eod.* §. 1. ſup. *quibus ex cauſ. manum.*

f BONA. Adita enim hæreditate , bona vendontur , non nomine defuncti , ſed nomine hæredis, qui adeondo dominus ſactus ſit hæreditatis. Dec. *l. hereideas*. 62. *num.* 2. *De reg. jur.* & debitor ereditorum ejus , *l. more*. 8. *De acqu. hæred.* ut in jus defuncti ſuccedens , *l. ſed ſi plures*. 10. §. 2. *De vulg. l. ult. C. De jure delib.* unde totius juris ſucceſſor dicitur *l. æris*. 15. *C. De donat.* Ad onera autem hæreditaria hæres obligator, quatenus eſt hæres, noo quatenus habet prælegatum . *l.* 1. *C. ſi cert. pet.* Itaque defunctus extra inſamiam eſt , quæ aliquo modo eum ſequitur , cujus bona à creditoribns ſub haſta publicè venduntur : ut Ciceto *pro Quintio* oſtendit , & §. 1. ſup. *quibus ex cauſ. majo.* & inf. *De ſucceſſ. ſubl.* io princ. ubi vide. Hinc antem notant DD. bona poſt aditam hæreditatem cenſeri hæredis , non ampliùs defuncti. Jaſ. *l. penult. nu.* 8. *Si cert. petat.* poſt Gloſſ. ibi verb. *hæreditati.* in *l. ejus qui*. 41. *eod. titul. l. ſed ſi plures*. 10. §. *ſi filio*. *De vulgar.*

g TESTATORIS. Cujus intereſt hoc caſu habere hæredem , *l.* 6. *De inter. act.* Cajus *lib. poſteriore Inſtit.*

h ACQUISIVERIT. Non ex cauſa hæreditaria , *l.* 1. in fin. *De ſeparat.*

i RESERVENTUR . Petita † bonorum ſeparatione : ut rectè hìc Accurſ. Vide Tit. in *Parat. De ſeparat. bon.* 2

k NON VENEUNT . Aliter † eſt in debitoribus, qui bonis ceſſerunt : hi enim ad pinguiorem 3 redeuntes fortunam, rursùs creditoribus ſiuot obnoxii , §. *fin.* inf. *De actio.* ſcilicet quia bonorum ſeparationem à ſuis ipſorum bonis , atque debitionibus petere nequeunt : qnod contrà ſe habet in defuncto , & hærede , *tot. tit. De ſeparat. bonor.*

§. 2. Sui autem .

SVi autem , & neceſſarii hæredes ſunt , veluti filius, filia , nepos , neptiſve ex filio , & deinceps cæteri liberi , qui modò in poteſtate morientis fuerint *a* . Sed, ut nepos , neptiſve ſui hæredes ſint , non ſufficit eum, eamve in poteſtate avi mortis tempore fuiſſe : ſed opus eſt , ut pater ejus , vivo patre ſuo , deſierit ſuus hæres eſse , aut morte interceptus , aut qualibet alia ratione *b* liberatus à patris poteſtate *c* : tunc enim nepos , neptiſve in locum patris ſui ſuccedit . Sed ſui quidem hæredes ideò appellantur , quia domeſtici hæredes ſunt *d* , & vivo quoque patre quodammodo domini exiſtimantur . Vnde etiam ſi quis inteſtatus moriatur , prima cauſa eſt in ſucceſſione liberorum *e* . Neceſſarii verò ideò dicuntur ,

quia omninò ſive velint, ſive nolint, tàm ab inteſtato, quàm ex teſtamento *f*, hæredes fiunt *g*. Sed his *h* prætor permittit *i* volentibus abſtinere ſe *k* ab hæreditate *l*: ut potiùs parentis, quàm ipſorum bona ſimiliter à creditoribus poſſideantur.

1. *Sui hæredes, & neceſſarii qui: & nu. 2. & 3.*
4. *Sui hæredes cur neceſſarii dicantur.*
5. *Beneficium abſtinendi cujus juris.*
6. *An liberi hodie in feudis jus abſtinendi habeant, niſi ſimul feudum repudiare velint, remiſſivè.*

De ſuis, & neceſſariis, germanicè *Leibes vnd noterben*.

1 *a* FVERINT. † *L. lege Cornelia. 12. De teſtam. l. qui in aliena. 6. §. 3. De acqu. hæred.* etiam adoptivi, & legitimati, §. *& quoniam.* in Auth. *Quib. mod. nat.* Olim erat & uxor, quæ in viri: & nurus, quæ in filiiſamilias manum convenerat. Cujac. in *l. in ſuis. 11. De lib. & poſthum.* & ad Ulpianum *tit.* 29.

b ALIA RATIONE. Suprà *quibus mod. jus pat. poteſt. ſol.*

c POTESTATE. Vel etiam exhæredatus, *l. qui in aliena. 6. §. interdum. De acqu. hæred. §. cum autem.*
2 8. inf. *De hæred. quæ ab inteſt.* Suus † enim dicitur, qui eſt in poteſtate, & proximum à patrefamilias gradum obtinet, ita ut in ſuccedendo primas ferat: remotiores enim non ſunt ſui hæredes, quamvis in poteſtate exiſtant, cùm non ſint hæredes, quia à proximis excluduntur, *l. ſcripto. 7. Si tab. teſtam. null. extab.*

3 *d* HÆREDES SUNT. Suum † Latinis proprium ſignificat. *l. cedere. 213.* verſ. *ſuum æs*, ideſt proprium, quod alii nobis debent. *De verb. ſignif.* ut ſuus judex *l. 3.* verſ. *apud ſuum judicem conveniri. C. Quod cum eo, qui in alien. poteſt.* & Rubr. ſupr. *De his, qui ſunt ſui juris.* Cicero pro *Amerino*. Sua quemque fraus, ſuus terror vexat, ſuum quemque ſcelus agitat. Hinc ſui hæredes, quod ſuam propriam hæreditatem ex lege 12. Tabul. etiam vivente patre debitam accipiant: ita ut ſibi ipſi quodammodo, ſeu ſui ipſius ſint hæredes *αὐτοκληρονόμοι*: maximè cùm patris, & filiorum, qui in ejus poteſtate exiſtunt, eadem perſona eſſe fingatur, *l. fin. C. De impub. ſubſtit.* Vide *l. in ſuis. 11. De lib. & poſthum. l. 7. De bon. damnat.* ubi Paulus ſcribit, ſuorum hæredum nomen liberis inditum eſſe, quòd lex, & ratio naturalis iis parentum hæreditatem addicant, & ad debitam ſucceſſionem eos vocent, *l. 1. §. largius. De ſucceſſ. edict.* Suum denotare quoque patriam poteſtatem vult hìc Cujacius: non enim ſui ſunt, niſi qui in poteſtate exiſtunt: quemadmodum ſupr. in *tit. De teſtam.* domeſticum ad familiam, & patriam poteſtatem refertur: unde ſui hæredes etiam domeſtici dicuntur. Plin. in *Paneg.* Sed non dubium eſt, ſuorum nomen eſſe ex lege 12. Tab. Ulp. *tit.* 26. *l. liberorum. 220. De verbor. ſignificat.* ut de origine tàm vetuſti vocabuli non ſit magnoperè laborandum.

e LIBERORUM. §. 1. inf. *De hæred. quæ ab inteſt.*

4 *f* EX TESTAMENTO. Nam † tametſi ſuccedant jure inſtitutionis, tamen, cùm ipſo jure ſint hæredes, neceſſarii ſunt exemplo ſervorum, §. 1. ſup. *eod.* quibus ex lege Romuli ſimiles erant, *l. in ſuis. 11. De lib. & poſthum.* cæteroqui jus hoc verbis magis, quàm rebus impoſitum eſſet, contra *l. ult. C. De uſur. l. 2. C. com. De legat.* Deinde nec inſtitutio mutat conditionem eorum, ſed confirmat: &, ſi ab inteſtato neceſſarii ſunt, quàmlibet inviti, multò magis ex teſtamento, ubi diſpoſitio legis ſimul, & teſtatoris concurrit. Fortiùs enim duo vincula ligant, quàm unum. Auth. *Itaque. C. comm. De ſucceſſ.*

g HÆREDES FIUNT. *L. is qui putat. 15. l. neceſſariis. 56. De acqu. hæred. l. conditionibus. 5. De condit. & demonſtr.* & dixi ſupr. *De exhæred. lib.* §. 1. Unde regula; Si filius, ergò hæres, Gloſſ. *l. neceſſariis. 57.* verb. *teneantur. De acqu. hæred.* quæ hodie valet in feudalibus, ſi filius eorum velit eſſe particeps. *c. 1.* ubi Bal. in princ. *An agn. vel fil.* In aliis non æquè, ut contra Gloſſ. *d. l. neceſſariis.* dicit eſſe magis communem Tiraq. *in Tractat. Le Mort. part. 7. declar. 2. num. 8.* Menoch. *remed. adipiſ. 4. numer.* 80.

h SED HIS. Non etiam ſervis hæredibus inſtitutis. Ulpian. *Inſtit. cap.* 22.

i PRÆTOR PERMITTIT. Nota, † beneficium abſtinendi non eſſe ex jure civili, ſed prætorio. *l. neceſſariis. 57. De acqu. hæred.* 5

k ABSTINERE SE. Niſi fraudem fecerint in inventario, tunc coguntur inviti eſſe hæredes, vel duplo puniuntur, ut velint creditores. Odofred. Fulgoſ. *l. final. §. licentia. C. De jur. delib.* & ibi Caſtrenſ. per *l. ſi ſervum. 71. § fin. De acqu. hæred.*

l AB HÆREDITATE. † *D. l. neceſſariis. l. nam nec. 89. De legat. 1. l. 1. §. 3. Si quis omiſſ. cau. teſtam.* 6
Sed in feudis, an liberi hodie jus abſtinendi habeant, niſi ſimul feudum repudiare velint, quæſtionis eſt: de qua vide *c. 1.* ubi Alvar. *num. 3. An fil. vel agn. c. 1. §. hoc quoque. De ſucceſſ. feud.* Caſtrenſ. *l. pro hærede. 20. §. ſi quid. num. 4. 5. De acquir. hæredit.* Jacobin. in *Inveſt.* Schurff. *conſil. 47. num. 5.* & *conſil. 50. num. 14. cent. 1.* Curt. *parte 4. num. 148. in tractat. feud.* Zaſ. *parte 8. num. 6.* & ſequent. Salicet. & Jaſ. in *l. 2.* circa finem, *C. De jure emphyteu.* & quos cumulat Tiraquell. in *tractat. de nobil. quæſt. 35. num. 5. & 6.* Jure Saxonum videntur retinere feudum repudiata hæreditate poſſe, *Landr. lib. 1. artic. 9.* & Reinh. in *different. 55.* quoniam ſeparata ſunt, *c. 1. De eo, qui fin. fec. c. In generali. Si de feud. defunct. con.* unde nihil infertur, *l. ultim. De calum.* contra tamen ſtatutum *conſtit. pro. 47. parte 2.* ſcilicet, ut feudum ſine hære-

hæreditate conſequi nequeat : ut per conſequentiam fiat hìc jam neceſſarius hæres : quanquam hæc quæſtin videtur non magni mnmenti, quando cum beneficin adire hæreditatem , atque ita omnia ſibi jura ſervare integra filius poſſit , DD. §. *Titius*. *ſi de feud. defunct.* Illud etiam diſputabile , utrum in dubio præſumantur filii ſe abſtinuiſſe , an potiùs immiſcuiſſe ? in qun videtur communius receptum, prn abſtentione præſumi , dnnec immiſtio , velut aditio (quæ facti ſunt) probetur . Alexand. *l. ei qui* .1 a. *De acquir. hered. l. ſi cum dotem.* 22 § *tranſgrediamur . ſolut. matrim.* multa tamen in contrarium adducit Tiraquell. *De retract. prox.* §˙1. Gloſſ. 9. *numer.* 31. verſic. *eſt præſumptio , quod filius patri ſucceſſit* , per Glnſſ. §. 1. verb. *parentes* . *Ut hi , qui ob. ſe hab. perhib. &c.* allegans & illud *Gal.* 4. Si filius, ergo hæres :cujus meminit Gloſſ. *l. 1. C. ſi minor. ſe hæred.* latè Menoch. *remed. adipiſcen.* 4. *num.* 76. Imò etiam ſi filius abſtineat , nihilominus eſt , & manet hæres . Tiraquell. *præall. loc.* per *l. 1. §. qui ſunt in poteſtate. Si quis omiſſ. cauſ. teſt. l. cum quaſi.* 30. *§. ſed etſi ſuus. De fideicommi. liberta*. Verum eſt enim fuiſſe aliquando hæredem , & ſufficit aliqun momento fuiſſe *l. ultim. De condit. inſt.* & qui ſemel hæres, nunquam deſinit eſſe hæres . Menoch. *d. remed.* 4. *numer.* 153. de qun tamen vide Joan. Ign. *l. 1. §. ſi pater. numer.* 25. *De S. C. Syllanian.*

§. 3. Cæteri, qui teſtatoris.

CÆteri , qui teſtatoris juri ſubjecti non ſunt *a* , extranei hæredes appellantur *b* . Itaque liberi quoque noſtri , qui in poteſtate noſtra non ſunt *c* , hæredes à nobis inſtituti , extranei hæredes videntur *d* . Qua de cauſa , & qui hæredes à matre inſtituuntur , eodem numero ſunt *e* : quia fœminæ in poteſtate liberos non habent *f* . Servus quoque hæres à domino inſtitutus , & poſt teſtamentum factum ab eo manumiſſus , eodem numero habetur .

1. Liberos emancipatos extraneos cenſeri : & ratio. Idem de ſervo poſt inſtitutionem emancipato num. 2.

DE extraneis .

a Subjecti Non Sunt . Extranei igitur ſunt omnes non deſcendentes , licet ſanguine juncti . Clar. *De teſtam. quæſt.* 77. circa fin. verſ. *& intelligo extraneos omnes* : iden Authen. *Quod ſine. C. De teſtam.* nnn obtinet in parentibus , ut dixi in *conſil.* 9n. *nu. ult.*

b Appellantur . Quia ſunt extra familiam defuncti , eòque opponuntur ſuis, & domeſticis .

c Non Sunt . Emancipati , aut alin modo patria poteſtate liberati .

1 *d* Videntur . † *L. tutelas.* 7. *De cap. dimin. l.* 6. *De bon. poſſ.* Licet igitur emancipati ex jure noviſſimo civili ſuccedant , ita ut non modò bonorum poſſeſſionem intra annum jure prætnrio petere poſſint , *l.* 4 *C. qui admitt.* ſed etiam hæreditatem jure civili ad 3n. annos , in Authen. *De hær. ab inteſt. Novell.* 118. in princ. tamen ſui hæredes nnn ſunt . Neque enim deletum eſt ſuitatis , & emancipationis nmne diſcrimen : alioqui ipſam quoque emancipationem , ut nullius uſus , ſublatam eſſe dicendum eſſet . Quamobrem emancipati etiamnum aditione npus habent , & hæreditatem necdum aditam non tranſmittunt , ut ſui , DD. in *l. Gallus.* 29. *§. & quid ſi tantum. De lib. & poſthum. l. emancipata.* 9. cum ibi not. *C. qui admit.* ut nec parentes , quibus & ipſis aditione opus eſt , §. 1. verb. *adeat hæreditatem.* infr. *De Senatuſconſ. Tertyll. l.* 2. *§. ſi mater non adierit. ff. eod.* velut & aliis hæredibus extraneis , *l. unic. §. in noviſſimo . C. De cad. toll. l. ſi ex pluribus.* 9. *De ſuis & legit.* Paul. *lib.* 4. *tit.* 8.

e Numero Sunt . *L.* 4. §. 2. *De bon. poſſ. con. tab. l. pronunciatio.* 195. *cum ſeq. De verb. ſignif.* Unde adire maternam hæreditatem coguntur . Paul. *lib.* 4. *tit.* 10.

f Non Habent . *§. fœmina.* ſup. *De adopt.*

g Habetur . Scilicet † ut jure extranei ſuccedat , nnn ut hæres neceſſarius : quippe qui libertatem ex teſtamentn non adipiſcatur , nec tempore mortis (quod ſpectatur , §. 2. cum ſeq. infr. *De hæred. qua ab inteſt.* ſup. §. *præcedent.* in verb. *tempore mort.*) in familia dnmini fuerit , *l. ſed ſi.* 6. §. 3. *De hæred. inſtit.* 2

§. 4. In extraneis hæredibus.

IN extraneis *a* hæredibus illud obſervatur , ut ſit cum eis teſtamenti factio *b* : ſive hæredes ipſi inſtituantur , ſive hi , qui in poteſtate eorum ſunt *c* : & id duobus temporibus *d* inſpicitur : teſtamenti

quidem

quidem facti tempore, ut conſtiterit inſtitutio *e*: mortis verò teſtatoris, ut effectum habeat *f*: hoc amplius, & cùm adit hæreditatem, eſſe debet cum eo teſtamenti factio: ſive purè, ſive ſub conditione *g* hæres inſtitutus ſit. Nam jus hæredis eo maximè tempore inſpiciendum eſt, quo acquirit hæreditatem *h*. Medio autem tempore inter factum teſtamentum, & mortem teſtatoris, vel conditionem inſtitutionis exiſtentem, mutatio juris non nocet hæredi: quia (ut diximus) tria tempora inſpici debent *i*.

1. *Ut teſtamentum valeat, quæ requirantur.*

HActenus dictum eſt de differentiis hæredum. Sequitur de qualitate, quæ ad aditionem eſt neceſſaria, ſcilicet, ut cum illis ſit teſtamenti factio.

a IN EXTRANEIS. De ſuis, & neceſſariis non fuit neceſſe, hoc admonere, cùm omninò ex perſona teſtatoris factionem teſtamenti habeant, *l. non minus.* 31. *De hæred. inſtit.*

b TESTAMENTI FACTIO. Quæquid ſit, in §. ſeq. explicatur.

c EORUM SUNT. Nam illi ipſi ex eorum jure, & capite æſtimantur, *d. l. non minus.*

d DUOBUS TEMPORIBUS. *L.* 1. §. *exigit.* ubi Gloſſ. verb. *utroque tempore*. *De bonor. poſſ. ſecund. tab.* quando ſtatim à morte aditur hæreditas: cæterùm ſi in aliud tempus differatur, hoc amplius etiam tempore aditæ hæreditatis factionem eſſe teſtamenti hæredi oportet, ut paulò pòſt ſequitur, & probat *l. ſi alienum.* 49. *De hæred. inſtit.* Quare in fine ſubjicitur, tria hæc tempora ſpectanda eſſe: quanquam hoc aditionis tempus cum tempore mortis conjungi (ut hìc) translatitium eſt, quia ad illud retrotrahitur, atque ita cum eo confunditur, *l. omnia.* 154. *l. omnis.* 181. *De reg. jur.* & dictum eſt ad *tit. De acquir. hæred.* ac etiam paulò pòſt dicetur.

e INSTITUTIO. Nam ut † teſtamentum va- 1
leat, neceſſe eſt eo ipſo tempore, quo conditur, valere, *d. l. non minus.* 31. *De hæred. inſtitut. tot. tit. De reg. Cat.* Valere autem non poteſt, niſi ſcribatur hæres, qui capax ſit: cùm ex inſtitutione conſiſtat teſtamentum: nec ejus particeps ſit, niſi qui particeps eſt juris civilis, & civitatis. *l.* 1. *C. De hæred. inſtit.* & factionem habeat teſtamenti, quæ publici civilis eſt juris, *l.* 3. *De teſtam.* Poteſt tamen ſub conditione ſcribi hæres, cui non eſt ejuſmodi factio, in id ſcilicet tempus, quo capere poteſt, *l. in id tempus.* 62. *De hæred. inſtit. l. ſi ſervus.* 82. *De acquir. hær.* de cujus rationa dictum eſt ſupr. §. 1. & 2. *De hær. inſtit.*

f EFFECTUM HABEAT. Nam, cùm aditio ad tempus mortis retrotrahatur, *l. omnia.* 154. *l. omnis.* 181. *De reg. jur. l. ſi ex re.* 34. §. *ult. De ſtip. ſer.* hoc quoque tempore factionem eſſe teſtamenti neceſſarium eſt.

g CONDITIONE. Non dicit, ex die: quia ſic nemo inſtitui poteſt, §. *hæres.* 7. ſupr. *De hær. inſtit.*

h HAEREDITATEM. *L. non oportet.* 52. *De legat.* 2. *l. in tempus* 62. *De hæred. inſtit.*

i INSPICI DEBET. Non igitur tempus medium inſpicitor, *l. ſed ſi.* 6. §. 3. *De hæred. inſtit.*

§. 5. Teſtamenti autem factionem.

TEſtamenti autem factionem non ſolùm is habere videtur, qui teſtamentum facere poteſt *a*: ſed etiam qui ex alieno teſtamento vel ipſe capere poteſt *b*, vel alii acquirere *c*, licet non poſſit facere teſtamentum. Et ideo furioſus, & mutus, & poſthumus, & infans, & filiusfamilias, & ſervus alienus, teſtamenti factionem habere dicuntur. Licet enim teſtamentum facere non poſſint, attamen ex teſtamento vel ſibi, vel aliis acquirere poſſunt *d*.

1. *Teſt[...]nti factio duplex.*

DEfinitio [...]s qualitatis: & quinam habeant fac[...] teſtamenti.

a FACERE POTEST. Hi tamen propriè teſtamenti factionem habere dicuntur.

b CAPERE POTEST. Ut furioſus, impubes.

c ACQUIRERE. Ut ſervus, filiusfamilias.

d POSSUNT. Eſt † igitur duplex teſtamenti 1
factio: una teſtamenti faciendi: altera ex teſtamento capiendi.

§. 6. Ex-

§. 6. Extraneis autem.

EXtraneis *a* autem hæredibus deliberandi *b* poteſtas eſt de adeunda hæreditate *c*, vel non adeunda *d*. Sed ſive is, cui abſtinendi poteſtas eſt, immiſcuerit ſe bonis hæreditatis *e*: ſive extraneus *f*, cui de adeunda hæreditate deliberare licet, adjerit: poſteà relinquendæ *g* hæreditatis *h* facultatem non habet *i*, niſi minor ſit vigintiquinque annis. Nam hujus ætatis hominibus, ſicut in cæteris omnibus cauſis k deceptis: ita & ſi temerè damnoſam hæreditatem ſuſceperint, Prætor ſuccurrit *l*. Sciendum eſt tamen, D. Adrianum etiam majori vigintiquinque annis veniam dediſſe *m*, cùm poſt aditam hæreditatem grande æs alienum *n*, quod aditæ hæreditatis tempore latebat, emerſiſſet *o*. Sed hoc quidem D. Adrianus cuidam ſpeciali beneficio præſtitit *p*: divus autem Gordianus poſteà in militibus tantummodò hoc extendit *q*.

1. *Iure civili ſui non habent tempus deliberandi: ſecus jure pretorio.*
2. *Cretio quid.*
3. *Suus hæres dicitur ſe immiſcere, & retinere: alienus adire, & repudiare: & utriuſque effectus, num. 4. 5. & 6.*
7. *Fraus in facto veniam conſequitur.*
8. *Ius ſingulare non eſt trahendum in conſequentiam.*

DE jure deliberandi, quod adire volentibus hæredibus datur: & aditionis effectu. De quo ſvide ad *titul. De acquir. hæred.*

a EXTRANEIS. Quis de adeunda hæreditate, vel repudianda agit, idcircò tantùm extraneorum
1 meminit. Et certè † jure civili ſui non habent tempus deliberandi, quia neceſſarii hæredes ſunt, eòque deliberare non poſſunt, an adire velint, cùm abſque deliberatione, & aditione ſtatim ſint ipſo jure hæredes. Jure prætorio cùm detur illis beneficium abſtinendi, habent & tempus deliberandi, *l. ait.* 7. cum legib. ſequent. *De jur. deliber.*

b DELIBERANDI. Per certum tempus. Hodie uſque ad annum. Vide *Paratit. De jure delib.*

c HAEREDITATE. Utrum adire velint, an repudiare, *l. cum antiquioribus.* 19. *C. De jur. deliber.*
2 Cretio, † inquit Ulpianus *titul.* 22. eſt certorum dierum ſpatium, quod datur inſtituto hæredi ad deliberandum. Sed cretio à teſtatore dabatur: qua ſublata, *l. cretionum.* 17. *C. De jur. delib.* tempus deliberandi plenius à Prætore conſtitutum eſt, *l.* 1. *De jur. delib.* quod olim arbitrarium fuit, *d. l.* 1. hodie ex Juſtiniani conſtitutione eſt annuum, *l. cum antiquioribus.* 19. *C. De jure delib.*

d NON ADEUNDA. Nam qui poteſt adire, poteſt & repudiare, ex doctrina contrariorum.

3 *e* HAEREDITATIS. Suus † hæres dicitur ſe immiſcere, *l.* 1. *C. Si minor ſe abſt. l. ſi duo.* 38. *De acq. hær.* Gloſſ. *l. ult.* in princ. verb. *immiſcuerit. C. De jur. deliber.* & retinere hæreditatem, *l.* 7. *De jur. delib. l. ſi patronus.* 12. *§. ult. De bon. libert.* & agnoſcere, *l. ſi filius.* 10. *C. De pet. hær.* & abſtinere, *d. l. ſi duo.* 38. *De acquir. hæredit. l.* 1. *l.* 2. *C. De rep. hæred. tot. tit. C. Si min. ſe abſti.* & recuſare, *l. ultim. C. De rep. vel abſti. hæred.* extraneus verò adire, & repudiare, *l.* 1. *§. permittitur.* ubi Bartol. *ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. impuberibus.* 11. *l. tum bonis.* 87. *De acquir. hæred.* Suus non opus habet aditione, *l. quemadmodum.* 7. *De inoff. teſta.* cùm ipſo jure ſit hæres, *l. in ſuis.* 14. *De ſuis & legit.* Paul. *lib.* 4. *tit.* 10. etiam jure Sax. Gloſſ. *lib.* 1. *art.* 33. & in eum continuetur dominium hæreditatis, *l. in ſuis.* 11. *De lib. & poſthum.* non etiam poſſeſſio, *l. cum heredes.* 23. *De acq. poſſ. l.* 3. *§.* 1. *De bon. poſſ.* Govea, autem. *lib.* 2. *cap.* 3. putat, etſi ſuo hæredi aditio non ſit neceſſaria, *d. l. in ſuis.* tamen non iden adire ſpontè eum non poſſe, *l. nec emere.* 16. *C. De jure delib.* pro quo *l. mater.* 19. *ff. eod.* ſicut in feudis cum confectione inventarii adire debet, ut jura ſua ſibi integra reſervet, Jacob. Bel. & DD. in *c. Titius. Si de feud. defunct.* & *c.* 1. *An agn. vel fil.*

f SIVE EXTRANEUS. Nota † hìc, immiſcere ſe hæreditati, & adire, ſimilia eſſe. Etſi igi- 4
tur ſuus ſtatim ipſo jure acquirit hæreditatem, tamen non obligatur creditoribus, aut oneribus hæreditatis, donec ſe immiſceat, & immiſcendo abſtinendi jus repudiet, atque amittat, *l. fin.* ubi Gloſſ. ad verb. *ſuus. C. De cura fur.* Vide in *l.* 1. & *tot. tit. C. Si min. ſe hær. abſt.* Paul. *lib.* 3. *cap.* 4.

g RELINQUENDAE. Paulus † *lib.* 3. *cap.* 4. 5
Qui ſemel conſtituit ad ſe hæreditatem pertinere, aut ſe rebus immiſcuit, repudiare eam non poteſt, etiamſi damnoſa ſit.

h HAEREDITATIS. In totum, vel pro parte, ut nec legatarius partem agnoſcere, partem

 repu-

repudiare poteſt . Paulus *libro Sentent.* 3. *cap.* 6. *l. legatarius.* 38. *De leg.* 1. *l.* 1. *De acquir. hæred.*

6 *i* Non Habet. † *L.* 3. & 4. *C. De repud. vel abſtinenda hæreditate* : quia adeundo , vel immiſcendo quaſi contrahit , *§. hæres.* infrà *De obligat. quæ ex quaſ. contract.* à contractu autem perfecto , invita altera parte abiri non poteſt , *l.* 5. *C. De obligat. & action.* E diverſo quoque , qui ſemel repudiavit, ampliùs ad hæreditatem non admittitur , *l.* 4. *C. eod. §. ult. hoc tit.* ſuis exceptis , *l. ſiquis.* 8. *De jur. delib. l. ult. C. De rep. hæred. l. ult. C. De codicill.*

k Causis. Vide *Parat. De min.*

l Praetor Succurrit. Beneficio inintegrum reſtitutionis, *l. aut Prætor.* 7. *§.* 2. *De minorib. l. ult. C. De repud. hæred. l. ult. C. De jur. delib.* Vide *tit. C. Si min. hær. l. neceſſariis.* 57. *De acquir. hær.* de quo nobili Prætoris officio cognoſcitur, *l. quod ſi.* 24. *§. ult. De min.*

m Veniam Dedisse. Reſtituiſſe in integrum, ex generali , ut noſtri loquuntur , clauſula : *Si qua mihi juſta cauſa videtur. l.* 1. in fin. *Ex quib. cauſ. major.* quam tamen ibi dixi non ita patere.

n Æs Alienum. Cui obligatur adeundo hæres. *l. more.* 8. verſic. *hæreditas. De acq. hæred.* ex *l.* 12. *l. ult. C. De hæred. action.*

o Emersisset. Et † ſic deceptus erat hæres 7 errore facti , cui ſolet venia dari , *l.* 1. 2. *& tot. tit. De jur. & fact. ign.* hic tamen difficilius : quod iniquum videbatur , jus creditoribus aditione hæredis quæſitum *§. hæres.* infr. *De obl. ex qua. cont.* auferri. *l. ultim. De pact. l. apud.* 20. *De opt. legat. l. id quod noſtrum.* 11. *De reg. jur.*

p Praestitit. Ita † ut eſſet jus ſingulare , 8 nec trahendum ad conſequentias , contra regulam juris communis , *d. l.* 3. & 4. *C. De repud. hæred.* fac. *l.* 1. *De conſt. prin. l. jus ſingulare.* 16. *De legib.*

q Extendit. *L. fin. C. De jur. delib.*

§. 7. Sed noſtra benevolentia.

SEd noſtra benevolentia commune omnibus ſubjectis imperio noſtro hoc beneficium præſtitit , & conſtitutionem *a* tàm æquiſſimam , quàm nobiliſſimam ſcripſit : cujus tenorem ſi obſervaverint homines *b* , licet eis & adire hæreditatem , & in tantum teneri , quantum valere bona hæreditatis contingit : ut ex hac cauſa , neque deliberationis auxilium ſit eis neceſſarium , niſi omiſſa obſervatione noſtræ conſtitutionis , & deliberandum exiſtimaverint , & ſeſe veteri gravamini aditionis ſupponere maluerint *c*.

1. *Effectus inventarij : & forma ejus conficiendi.*

AGitur de confectione inventarii.

a Constitutionem. *L. fi.* 9. *C. De jur. delib.*

1 *b* Homines. Si † conficiant enim inventarium , juxta *d. l. fin.* non tenentur ultra vires hæreditarias & in concurſu creditorum , ipſis quoque jus ſuum contra hæreditatem integrum eſt : ut , ſi fortè in aliquo defunctus jis fuerit obligatus , illud quoque petere poſſint , *d. l. ult. §. in computatione* . ubi Gloſſ. ad verb. *confundentur* . Conficiendum autem ita eſt inventarium , ut intra 30. ab adita hæreditate dies , citatis creditoribus , adhibito notario , & teſtibus (hæredi enim in cauſa propria non creditur , *§. ſed neque hæres ſcriptus.* ſupr. *De teſt.*) inchoetur , ac intra 60. dies , aut menſes tres , vel ſi bona diſperſa ſint , intra annum abſolvatur , & ſubſcriptione confirmetur , ut tradunt Bal. Jaſ. & DD. *in d. l. ultim. §. cum igitur* , ubi Bald. *nu.* 3. 4. 5. cum ſeq. *C. De jur. delib.* & in *l. de creationibus.* 20. *C. De Epiſc. audient* . Moribus tamen noſtris non cogitur hæres de bonis immobilibus, ut quæ per ſe pateant , repertorium condere , ſed tantùm de mobilibus , quorum quantitatem aut juſto inventario , aut mediante juramento petentibus cohæredibus , creditoribus , legatariis , aliiſque , quorum ſcire intereſt , manifeſtare compellitur , argumento *d. l. ult. §. licentia.* ubi Gloſſ. ad verb. *illius* . *l.* 2. *C. Quando & quibus quarta pars*, lib. 10.

c Maluerint. Hoc non obtinet jure noſtro Saxon. quo hæres etiamſi abſq; beneficio inventarii adeat , non tamen ultra vires hæreditatis tenetur , Landr. *lib.* 1. *art.* 6. Gloſſ. lat. *art.* 22. *eod. lib.* Reinhard. *diff.* 38. Hennig. God. *conſ.* 15. *De ſucceſſ. feud.*

Digitized by Google

§. 8. Item extraneus hæres.

ITem extraneus hæres teſtamento inſtitutus, aut ab inteſtato ad legitimam hæreditatem vocatus, poteſt aut pro hęrede gerendo, aut etiam nuda voluntate *a* ſuſcipiendæ hæreditatis *b* hæres fieri *c*. Pro hærede autem gerere quis videtur *d*, ſi rebus hæreditariis tamquam hæres *e* utatur *f*, vel vendendo res hæreditarias, vel prędia colendo, locandove *g*, & quoquo modo voluntatem ſuam declaret, vel re, vel verbis *h*, de adeunda hęreditate *i*: dummodò ſciat, eum, in cujus bonis pro hærede gerit, teſtatum, inteſtatumve obijſſe, & ſe ei hæredem eſſe *k*. Pro hærede enim *l* gerere, eſt pro domino gerere *m*. Veteres enim hęredes pro dominis appellabant *n*. Sicut autem nuda *o* voluntate *p* extraneus *q* hæres fit: ita contraria deſtinatione *r* ſtatim *s* ab hæreditate repellitur *t*. Eum, qui ſurdus, vel mutus natus, vel poſteà factus eſt, nihil prohibet *u* pro hærede gerere *x*, & acquirere ſibi hæreditatem; ſi tamen intelligit *y*, quod agit *z*.

1. *Reg.* Nuda voluntate adiri hæreditatem, *explicata.*
2. *Adiens hæreditatem præſumitur hæres, niſi aliud probetur: & quis dicatur pro hærede ſe gerere, nu. 3.*
4. *Paria eſſe, verbis, vel facto voluntatem declarare.*
5. *Hæredis etymon.*
6. *Voluntas in materia ultimarum voluntatum cum effectu accipitur.*
7. *Inter repudiare, & recuſare differentia.*

LOquimur de forma, & modo adeundæ hæreditatis.

a NUDA VOLUNTATE. No-
1 tetur † hæc regula, nuda voluntate adiri hæreditatem: non enim à conſeoſu plurium dependet, ut pactum, *l. 1. De pact.* ſed ab unius, videlicet hæredis animo, atque affectiooe, *l. nec emere. 16. C. De jur. delib.* Id olim aliter habebatur, cùm ſolemnitas civilis in adeunda hæreditate, ut actu civili requireretur, *l. actus, 78. De reg. jur.* erant enim cretionum verba neceſſaria, *l. eum qui. 51. §. ult. De acq. hered.* hæc videlicet: *cùm Mævius me heredem inſtituerit, eam hereditatem adeo*: quæ coram teſtibus, & libripende pronunciabantur. Varro *lib. 5. De ling. Latin.* Ulpian. *lib. 22.* Cic. *ad Attic. lib. 13.* Itaque qui fari, & hæc verba prononciare nequibant, iis poteſtas adeundi non erat, *l. pupillus. 9. De acq. hered.* Pro hærede autem ſe gerere poterant. *l. mutum. 5. De acquir. hered. l. ſervus. 65. §. ſi pupillo. pen. ad S. C. Trebell.* Geſtio enim facti eſt, facta aotem abſque verbis expediuntur: nec tamen minus quàm verba voluntatem declaraot. *l. Paulus. 5. Rem rat. hab.* Olim ergò aliud erat adire, aliud pro hærede ſe gesere: nunc ſublatis eretionum ſolemnibus, *l. cretionum. 17. C. De jur. delib.* nihil ioter hæc iotereſt, *l. pro herede. 20. De acquir. her.*

b SUSCIPIENDAE HAEREDITATIS. Abſque facto, & geſto, verbis tantùm declarata voluntate adeundæ hæreditatis, etiam antequàm pro hærede ſe gerat.

c HAERES FIERI. Ergò antè non eſt. Dec. *conſ. 635. Viſo. num. 13.*

d VIDETUR. *L. pro herede. 20. De acquir. hered.*

e TANQUAN HAERES. Id † quod pręſumi- 2
tur, niſi aliud probetur, ex proteſtatione, aut aliunde *l. pro herede. 20.* in princ. *De acquir. here.* vel juramento etiam, *l. Anteſtius. 62. De acquir. her.* ex doctrina Gloſſ. in *l. ſi cui. 7. §. iiſdem.* verb. *doceatque. De accuſ.*

f UTATUR. Vel † agnoſcat animo ſucceſſio- 3
nem, licet nihil attingat hæreditariom: ut ſi res anteà ſibi pignoratas, nunc ut hæreditarias poſſideat, *l. gerit. 88. De acquir. hered.* Pro hærede enim gerere, non tàm facti eſt, quàm animi, *l. pro herede. 20. De acq. hered.* ex quo facta æſtimantur. *l. qui injuria. 55. De furt.*

g LOCANDOVE. Vide Paul. *lib. 4 tit. 8.*

h VEL VERBIS. Nota † paria eſſe, utrum 4
verbis, ao facto voluntas declaretur, *l. Paulus. 5. Rem rat. hab. l. de quibus. 32. De legibus.*

i HAEREDITATE. *L. gerit. 88. De acquir. hered.*

k HAEREDEM ESSE. *L. ſi is, ad quem. 22. De acquir. hered.* cum ſimil. Aditionis cauſa efficiens, eſt voluntas: ut poſteà dicitur in verb. *nuda voluntate*. Voluntas, quæ à mentis judicio, & intelligentia rei impellitor, nec agit in incognita, præſupponit totius rei plenam notitiam, *l. in totum. 76. De reg. jur. l. qui enim. 12. §. 1. ff. Rem rat. hab.* Gloſſ. in *c. Concertationi. 8.* ver. *ſciverit. De appell. lib. 6.* Dyn. in *c. Rarum. 9. De reg. jur. in 6.* Unde nec velle, nec contrahere intelligitur, qui non circumſtan-

tias omnes habet exploratas, *l. nec ignorans.* 10. *C. De donat.* Gloſſ. in *c.* 1. verb. *permiſſione* . *De prob. fea. al.e.* per Loth. ubi Jacob. Bel. Laud. Alva. Roman. *conſil.* 343. *Ex propoſito.* circa fin. Jaſ. in *l. naturaliter.* 12. §. *nihil commune. num.* 32. *De acquir. poſſ.* Tiraq. *De retract. prox.* §. 1. Gloſſ. 9. *num.* 115. cum infinitis ibi allegatis. Et pro ignorante etiam dubitans habetur, *l. ultim. C. De condict. indeb.* vel errans. *l. mater.* 14. *De inoff. teſtam.*

l Pro Haerede Enim. Ratio definitionis, ab etymologia nominis.

m Gerere. Nam dominus fit adeundo. *l. ſi is, ad quem.* 22. *De acquir. hered.*

5 *n* Appellabant. Nam † *heres* ab *herus* eſt: unde & abſque dipthongo in *Pandect. Florent.* ſcribitur. Ut igitur heres, ita & herus veteribus dominum ſignificabat. Feſtus *lib.* 8. Plautus in *Menæchmis* : *Abſtuli hanc* , *cujus heres* (hoc eſt dominus) *nunquam eris poſt hunc diem* . Itaque hæc verba , *Hereditatis meæ dominus eſto* , utilem habent inſtitutionem, *l. his verbis.* 48. *De hered. inſtit.*

o Nuda. Sola, ut nudum pactum.

p Voluntate. Conſenſus eſt plurium συμφωνία, voluntas unius.

q Extraneus. Rectè de extraneo. Nam ſuus recuſando non indiſtinctè omne jus ſuum amittit, *l.* 4. *C. De acq. hered. l. ultim. C. De rep. hered. l. ult. C. De codicill.*

6 *r* Destinatione. Voluntas † in materia ultimarum voluntatum cum effectu accipitur (ſicut & aliàs verba cum effectu accipi ſolent, *l.* 1. §. 1. *Quod quiſque jur.*) ſcilicet pro voluntate declarata, enunciata, ut paulò antè nuda voluntas, & ſententia, ſup. *De teſta.* §. 1. & *ult.* quare deſtinationem accipe de προαιρέσει, declarata verbis, vel facto. *l. gerit.* 88. *De acquir. hered. l. in totum.* 77. *De reg. jur.* Nam deſtinatio mente retenta nullum parit effectum. *l. ſi repetendi.* 7. *C. De condict. ob cauſ. l. ſi majoris.* 25. *C. De tranſact.*

s Statim. Ita ut amplius non admittatur, *l.* 4. *C. De rep. her.* Jus enim alii eſt quæſitum, ut in *l. apud.* 20. *De opt. leg. l. ult. De pact.*

t Repellitur. *L. is poteſt.* 18. *l. recuſare.* 95. *De acquir. hered. l. recuſare.* 6. *ad S. C. Trebell.* Eadem enim eſt doctrina contrariorum, *l. nihil.* 35. *De reg. jur.* Intereſt † autem inter repudiare hæreditatem, & recuſare: illud juris eſt, quod aditioni opponitur: hoc facti: repudiant ſoli hæredes, recuſant etiam fideicommiſſarii. Paul. *lib.* 3. *tit.* 4. ubi Cujac. 7

u Prohibet. Habet enim teſtamenti factionem, ut infans, furioſus, &c. §. 5. ſup. *eod.*

x Gerere. Non dicit, adire, propter jus vetus, unde hic locus ſumptus eſt. *l.* 5. *De acq. her.*

y Intelligit. Nota aditionem præſupponere intelligentiam. *l. pupillus.* 9. *de acquir. hered.* Quamobrem ejus, qui non intelligit, nomine, tutor, aut curator adire debet, *l. ſi infanti.* 18. *C. De jur. delib. l. pupillus.* 9. *De acquir. hered. l. ult. C. De curat. furioſ.*

z Quod Adit. *L. nutum.* 5. *l. pater.* 93. *De acquir. hered.*

DE LEGATIS,

Titulus Vigeſimus.

1. *Continuatio, & diſpoſitio Tituli.*

1 POſtquàm † in genere hactenus de teſtamentis, & præcipua eorum parte, quæ ad inſtitutiones, & exhæredationes pertinet, eſt diſputatum: nunc commodùm ad reliquas partes magis ſingulares tranſitur: inter quas præcipua eſt legatum: nam illud olim in teſtamento duntaxat relinqui poterat, §. *præterea inteſtatus. pen.* inf. *De fideicom. her.* ex quo etiam rerum dominia, non quidem titulo univerſali, ſed tamen ex cauſa univerſitatis, nempe hæreditatis, acquiruntur, §. *ultim.* ſup. *Per quas perſon. nob. acqu.* De eo autem, ordine hoc in titulo tractantur: quid ſit legatum, §. 1. deinde quotuplex ſit, in §. 2. quæ ſit natura legatorum propria, uſque ad §. *non ſolum* 5. quæ res legari poſſint, vel non poſſint, fuſiſſimè (ſicut & à Paulo ob materiæ ubertatem factum eſt *lib. ſenten.* 3. *tit.* 6. & à compoſitoribus in *Pandectis*) uſque ad §. *legari.* 24. exinde quibus legari poſſit, vel non, uſque ad §. *ante.* 30. poſtremò, qua forma legata relinquantur, uſque ad finem.

Tria

Digitized by Google

TRia erunt ad hujus Rubricæ captum præludia;
1. Definitio legati §. 1. h. t.
2. Species, ſeu legatorum genera §. 2. & 3.
3. De exequatione legatorum, & fideicommiſſorum. §. 4.
His delibatis Pandectarum morem ſecutus, Titulum in 3. partes ſegregabo.

- 1. De rebus, quæ legari poſſint, & ſunt, vel
  - Corporales
    - 1. In commercio actu,
      - Propriæ teſtatoris, §. 5. 6. 12.
      - Alienæ, d. §. 5. 7. & 10.
      - Hæredis d. §. 5.
      - Legatarii §. 11.
    - 2. In commercio potentia §. 8.
    - 3. Extra commercium §. 5. verſ. *ſed ſi talis.*
    - 4. Extra commercium facta. §. 17. 18. 19.
  - Incorporales
    - 1. Ius activum, hoc eſt creditum. §. 14. & 21.
    - 2. Ius paſſivum, hoc eſt debitum §. 15. & 16.
    - 3. Ius peculii §. 20.
- 2. De perſonis, quibus legari poſſit, §. 24. 25. 26., & 29.
- 3. De modo legandi, qui concernit, vel
  - Rem, quæ
    - Legatur in genere
      - Simpliciter §. 22.
      - relicta optione §. 23.
    - In individuo
      - Singulæ res ſingulis
      - una pluribus. §. 9.
  - Formam, & hæc reſpicit
    - 1 Demonſtrationem §. 27.
    - 2. Cauſam impulſivam §. 28.
    - 3. Cauſam finalem §. 32.
    - 4. Locum teſtamenti §. 30.
    - 5. Tempus §. 31.

§. 1. Poſt hæc videamus.

POſt hæc videamus de legatis: quæ pars juris extra propoſitam quidem materiam *a* videtur: (nam loquimur de iis juris figuris *b*, quibus per univerſitatem *c* res nobis acquiruntur) ſed cùm omninò de teſtamentis, deque hæredibus, qui teſtamento inſtituuntur, locuti ſimus: non ſine cauſa *d* ſequenti loco poteſt hæc juris materia tractari. Legatum itaque eſt donatio *e* quædam *f*, à defuncto relicta *g*, ab hærede præſtanda *h*.

1. *Cauſa efficiens legati eſt ſingularis: materia univerſalis eſſe poteſt.*
2. *Cur de legatis hic tractetur.*
3. *Definitio legati explicata.*

DEfinitio.

a PROPOSITAM MATERIAM. Hic enim tractatur de cauſis acquirendi univerſalibus, cujuſmodi non eſt legatum, cùm ſit titulus donationis ſingularis, §. *ult.* ſup. *Per quas perſon.*

b JURIS FIGURIS. Cauſis, ſpeciebus, & modis, ut in *l. 1. De oblig. & act. l. mortis. 31. De donat. cauſ. mort.*

1 *c* UNIVERSITATEM. Univerſitas † quidem legari poteſt, ſed non defertur per univerſitatem, hoc eſt titulo univerſali, §. *ult.* ſup. *Per quas perſon.* Cauſa igitur efficiens (de cauſis autem acquirendi dominii duntaxat hic agitur) ſingularis eſt, licet materia poſſit eſſe univerſalis, ſicut & in aliis titulis ſingularibus: ut cùm univerſitas venditur, *tot. tit. De hered. ven.* donatur, DD. in *l. ult. C. De pact. l. licet. 19. eod. tit.* hypothecatur, &c. *l. ult. C. Quæ res pig.*

2 *d* NON SINE CAUSA. Quia † legatum, ut diximus, eſt acceſſio, pars, & appendix teſtamenti: de quo vide Jaſ. & DD. in *l. 1. ff. eod.* In toto igitur jure teſtamentorum explicando, alienum eſſet partem, ſeu acceſſionem hanc prætermittere.

e DONATIO. Quia eſt cauſa merè lucrativa, §. *ſi res aliena. hoc tit. l. legatum. 36. De lega. 2. l. ſi hereditatem. 32. Mandat.* Paul. *lib. 4. ſent. tit. 5.* ideò vocatur prælegatum modus emolumenti, *l. 1. C. Si cert. pet.* qua parte ab hæreditate, ut titulo univerſali, & oneroſo ſeparatur, *l. hæreditatis. 119. De verb. ſignif.* Deinde donandi verbum eſt directum, ut eo etiam à fideicommiſſo ſecernatur, ut ait Cujacius in *Paratit. De legat. 1.*

f QUÆDAM. Species ab aliis donationibus diſtincta.

g A DEFUNCTO RELICTA. Non à vivente, ut donatio cauſa mortis, quæ in vivis fit per modum contractus: neque mediatè per manum hæredis, ut fideicommiſſum: ſed immediatè à defuncto, jure recto: Ulp. *tit. 24. §. 2.* infrà *De fideicommiſſ. hæred.* qua nota diſcriminatur hodie legatum à fideicommiſſo, ſublatis reliquis differentiis: quas cùm I. C. in definitione legati pro jure ſui temporis poſuiſſent, Ulp. *tit. 24. l. legatum. 119. De legat. 1. l. legatum. 36. De legat. 2.* Juſtinianus eam definitionem præciſis veteris Juriſprudentiæ veſtigiis, ut ad jus præſens eſſet accommodata, interpolavit.

h AB HÆREDE PRÆSTANDA. Deſunt † hæc verba apud Theoph. hic, & Harmenop. & *l. legatum. 116. De legat. 1. l. legatum. 36. De legat. 2.* Cæterùm Cujacius putat neceſſaria: ab hærede enim relinquitur legatum, & ab eo petitur, *ff. Quar. legat.* Gloſ. *c. Raynaldus. 18. De teſtam.* verb. *petendo.* & quidem ab inſtituto ſolùm jure veteri, unde Inſtitutiones deſumptæ ſunt, §. *præterea. 9. inſ. De fideicom. hered.* 3

red. quo ſenſu paulò pòſt Imperator refert, à legatario olim legari non potuiſſe, §. 1. infrà *De ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict.* & filiam Lentuli, à quo legata codicillis eſſent relicta, nihil horum debuiſſe, §. 1. inſt. *De codicil.* at fideicommiſſum etiam à legatario, fideicommiſſario, hærede hæredis, &c. *l.* 5. cum ſeq. *De legat.* 3. *l. cohæredi.* 41. §. 2. *De vulg. ſubſt.* Vide Cujacium in *Paratit. tit. De legat.* Addiderant I. C. eſt donatio teſtamento relicta, quo ſolo relinquebantur olim legata, §. 1. inſ. *De codic. d.* §. *præterea.* 9. inſ. *De fideicom. hæred.* & qua nota hæc à fideicommiſſis etiam diſtinguebantur, quæ codicillis atque aliter relinqui poterant, ut inſ. *De codicill.* Sed, quia Juſtinianus hoc diſcrimen ſuſtulit, §. 1. infr. *eod.* ideò de definitione quoque diſpunxit.

§. 2. Sed olim.

SEd olim quidem erant legatorum genera *a* quatuor: per vindicationem *b*, per damnationem *c*, ſinendi modo *d*, per præceptionem *e*, & certa quædam verba cuique generi legatorum aſſignata erant *f*, per quæ ſingula genera legatorum ſignificabantur. Sed ex conſtitutionibus Divorum Principum *g*, ſolemnitas hujuſmodi verborum penitùs ſublata eſt *h*.

1. *Legatorum genera quatuor, eorumque explicatio: num.* 2. 3. 4.

DIviſio.

a Genera. Quæ differebant inter ſe materia, forma, & effectu. Cajus *lib.* 2. *tit.* 5. Ulp. *tit.* 24. *De leg.* Paul. *lib.* 3. *Sent. cap.* 6. & Theoph. hic.

b Vindicationem. Puta †
1 *Do, lego, capito, ſumito, ſive habeto,* & hoc modo legari duntaxat poterant res, quæ utroque tempore & teſtamenti, & mortis, ex jure Quiritum eſſent teſtatoris, Ulp. *tit.* 24. *De legat.* Nam vindicari, vel propria auctoritate capi (quorum utrumque hac forma legatario concedebatur, Cajus *lib.* 2. *tit.* 5. unde & nomen ab effectu inditum eſt) non poſſunt niſi res propriæ: & quidem olim tantùm, quæ juris eſſent Quiritum. Quare non niſi in propriis eam præſtare teſtator poterat facultatem: ex ratione *l. nemo.* 55. *De reg. jur. l.* 4. *De off. proconſ. l. traditio.* 20. *De acqu. dom.*

2 *c* Damnationem. Nomine † à forma verborum ducto: *Hæres meus damnas eſto, dato, facito, heredem meum dare jubeo.* Hoc jus legandi optimum eſſe dicit Ulpianus *tit.* 24. Latiùs enim patet cæteris, quia res etiam hæredis, vel aliena hoc modo poteſt relinqui: conſtituitur enim debitor hæres, & quaſi per ſententiam, quæ pro veritate eſt, *l. ingenuum.* 25. *De ſtat. hom.* & executionem paratam habet, *l. à Divo.* 15. *De re judic.* damnatur, ut aliquid det, præſtet. Sententia enim teſtatoris, vim legis, nedum rei judicatæ habet. Etſi igitur res non ſit in bonis teſtatoris, dare nihilominus, ut debitor, hæres cogitur, qui alienam etiam rem debere poteſt, & quem difficultas præſtationis non liberat, *l.* 2. *De verb. oblig.* Eòque & de evictione hæres hoc caſu olim tenebatur. Cajus *preall eg. loc.* Hoc autem genus ſimile eſt fideicommiſſo. Non enim immediatè, ſed per manum hæredis eo modo relinquitur: rectis tamen, & imperativis verbis, ac tantùm in teſtamento: quibus olim notis à fideicommiſſo diſtinguebatur.

d Sinendi Modo. Qui † inerat verbis. 3
Hæres meus damnas eſto, ſinere Lucium Titium ſumere illam rem, ſibique habere. Hoc modo tantùm res teſtatoris, & hæredis, ac plerunque incorporales, quæ vindicari, tradique nequeunt, rectè relinquebantur, non etiam alienæ, quòd eam ſinendi poteſtatem in rebus alienis hæres nullam haberet. Paul. *lib.* 3. *tit.* 6.

e Præceptionem. Ut, *Lucius Titius illam rem præcipito.* † quomodo hæredibus tantùm rectè 4
prælegatur, ut capiant ex hæreditate: nam à ſemetipſo hæredi legari nequit. Ulpianus *tit.* 24. & quidem res tantùm teſtatoris, nempè hæreditariæ, de quibus præceptio fiebat, hoc modo rectè prælegabantur. Paul. *lib.* 3. *cap* 6.

f Aſſignata Erant. Quæ videre licet apud Ulpianum *d. titul.* 24. & Cajum *titul.* 5. *lib.* 2.

g Divorum Principum. Conſtantini, Conſtantii, & Conſtantis, *l. in legato.* 21. *C. De leg.*

h Sublata Eſt. Cùm autem ex varietate verborum hæc genera diſtinguerentur, ut dictum eſt, ſequi neceſſe fuit, ut ſublatis verborum formulis, ipſa quoque genera tollerentur: quod Juſtinianus penitus perfecit, *l.* 1. & 2. *C. Com. De legat.*

§. 3. Noſtra autem.

NOſtra autem conſtitutio *a*, quam cum magna fecimus lucubratione, defunctorum voluntates validiores eſſe cupientes, & non verbis, ſed voluntatibus eorum faventes *b*, diſpoſuit, ut omnibus

legatis

legatis una ſit natura : & quibuſcunque verbis *c* aliquid relictum ſit *d*, liceat legatariis id perſequi : non ſolùm per actiones perſonales *e*, ſed etiam per in rem *f*, & per hypothecariam *g* : cujus conſtitutionis perpenſum modum ex ipſius tenore perfectiſſimè accipere poſſibile eſt.

1. Vt legantis voluntas una, ita idem dicitur eſſe juris effectus.
2. Legatario actionem ex teſtamento perſonalem competere. & rei vindicationem : item pigneratitiam, num. 3. & in quibus rebus eam habeat ; & quam eligere poſſit. ibid.

PRopria legatorum. Et primùm, qualis ſit natura legati, abſolutè conſiderata : & quemadmodom ex magna varietate in unam figuram generibus legatorum illis ſublatis ſit redacta.

a CONSTITOTIO. *L. 2. C. comm. De legat.*

1 *b* FAVANTAS. Ratio hujus † correctionis, quæ meritò valet in ultimis voluntatibus, *l. 3. §. conditio. De adim. leg. l. cum virum. 16. C. De fideicom.* Ut enim eſt legantis voluntas, qui ex æquo benignè facere vult legatariis : ita jure idem effectus eſſe debet in quibuſcunque legatorum ſpeciebus, juxta regulam; Qualis cauſa, talis effectus.

c QUIBUSCONQOE VARRIS. Scilicet vindicatioois, damnationis, præcipiendi, ſinendi modo.

d RELICTOM SIT. Recto tamen jure, Ulp. *tit.* 24. hoc eſt, à teſtatore immediatè, non ab hærede mediatè, ſicuti fideicommiſſa.

2 *e* PERSONALES. Ex † teſtamento, *l. 1. & 2. C. Comm. De legat.* ex quo hæres adeundo hæreditatem, quaſi contrahendo obligatur, & conveniri perſonali actione, velut debitor ex ejoſmodi obligatiooe poteſt, *§. hæres. infr. De oblig. quæ ex quaſ. contract.*

f IN REM. Hoc eſt, per rei viodicationem: quæ ſuperiore latiùs patet, & datur legatario, tanquam domino, non modò in hæredem, ut perſooalis actio, ſed contra quemeunque poſſeſſorem, pro natura hujos actionis, *§. 2. infr. De actio. l. 1. C. De alie. jud. mut. cauſ. fac.* & certè plus cautioois eſt in rem, quàm io perſonam, *l. plus cautionis. 28. De reg. jur.* Idque ſumptum videtur ex genere legati, quod olim per vindicationem fiebat.

g HYPOTHECARIAM. Nam † pro legato 3
univerſa defuncti (oon hæredis, Schneid. & DD. hìc, & *l. 1. C. Comm. De legat.*) bona ſunt obligata : ideò in quaſeunque res à defuncto relictas, hypothecaria poteſt agi, quoad legatario ſatisfiat, *l. 2.* obi Gloſſ. & DD. præſertim Jaſ. *num.* 8. *C. comm. De legat.* Dico, à defuncto relictas : nam res hæredis pignori hoc nomine non teoentur *l. Paulus.* 29. in princ. *De pignor.* oiſi teſtator eas expreſſim obligarit : cur enim id minus poſſit, quàm legare, *§. non ſolum. infr. eod.* Vide Ferra. in *for. act. hyp.* verb. *& memoratis. num.* 14. Ang. hìc. Competunt igitur tres pro legato actiones : perſonalis, realis, & hypothecaria. Perſonalis tamen, & realis non poſſunt ſimul intentari, quia ſunt contrariæ, *l. 1. C. De furt.* ſed altera alteram electione elidit, *l. cum filius. 76. §. varus. De legat. 2.* Hypothecaria autem eom alia concurrit, quia, cùm ſit cautionis loco, noo tollitur electione, ſed ſolutione, *l. ſi rem. 9. De pignor. act.* cum rei tamen vindicatione adverſus eundem oon poſſe eam cumulari, vult Bald. in Auth. *Contra. num.* 11. *C. ad S. C. Trebell.*

§. 4. Sed non.

SEd non uſque ad eam conſtitutionem ſtandum eſſe exiſtimavimus. Cùm enim antiquitatem invenimus legata quidem ſtrictè concludentem *a* : fideicommiſſis autem, quæ ex voluntate magis *b* deſcendebant defunctorum, pinguiorem naturam indulgentem *c* : neceſſarium eſſe duximus, omnia legata fideicommiſſis exæquare, ut nulla ſit inter ea differentia *d* : ſed quod deeſt legatis, hoc repleatur ex natura fideicommiſſorum : & ſi quid amplius eſt in legatis, per hoc creſcat fideicommiſſorum natura. Sed ne in primis legum cunabulis permiſtè de his exponendo, ſtudioſis adoleſcentibus quandam introducamus difficultatem, operæpretium eſſe duximus interim ſeparatim priùs de legatis, & poſteà de fideicommiſſis tractare *e* : ut natura utriuſque juris cognita, facilè poſſint permiſtionem eorum eruditi ſubtilioribus auribus accipere.

1. *Legata quomodo olim relinqui potuerint, & quomodo fideicommiſſa: & quid hodie juris, num. 2. & 3. & lex 1. de leg. 1. declarata, ibid. legati item, & fideicommiſſi differentia. num. 4.*

ALtera legati proprietas, & natura, quam habet relativè, reſpectu videlicet fideicommiſſi, à quo multiplici olim differentia ſecernebatur. Hodie verò utrumque exæquatum eſt, & in unam naturam transfuſum.

2 *a* CONCLUDENTEM. Ut † reliqua omnia, quæ civilibus verbis conſtant, *l. quicquid*. 99. *l. quoties*. 80. *De verb. oblig.* Quare tantùm in teſtamento, ac codicillis teſtamento confirmatis, & poſt hæredis inſtitutionem, verbiſque duntaxat Latinis, ac certis poterant relinqui, §. *præterea*. infr. *De fideicom. hæred.* §. *ante*. infr. *hoc tit.* Ulpian. *tit.* 24. & ſunt ſtricti juris, nec comprehendunt, niſi quod verbis eſt comprehenſum *l. prædia*. 27. §. *final. De fund. inſt. legat.* Cùm tamen apparet, utrum teſtator voluerit, id & tale judicari debet, non attentis verbis, *l.* 2. *C. Com. De legat.* cùm non apparet, putatur, illam ſpeciem voluiſſe, quam verba exprimunt. *l. non aliter*. 69. *l. ille*. 25. §. *cum in verbis*. *De legat.* 3.

b MAGIS. Quàm ſolemnitate civili.

c INDULGENTEM. Etenim † quòd non verbis, ſed æquitate relicti conſtabant: ideò quibuſcunque verbis, & quacunq; in voluntate, etiam ab inteſtato, & ante hæredis inſtitutionem poterant relinqui.

d DIFFERENTIA. Hoc † primum Juſtinianus induxit, ut ex hoc loco patet, & *l.* 2. *C. Comm. De leg.* & §. *ult.* infr. *De obligat. ex quaſi contract.* Quamobrem quod ex Ulp. in *l.* 1. *De legat.* 1. citatur, per omnia eſſe legata exæquata fideicommiſſis, id à Triboniano pro ſuo more conciſum eſt. Nam cùm Ulpianus hoc dixiſſet pro ſubjecta quartæ Falcidiæ materia, aut fortè addidiſſet determinationem, puta *penè*, *propemodum*, aut ſimile quid, &c. compoſitores, ut id reſponſum congrueret ad *d. l.* 2. eo diſpuncto, adjecerunt, *per omnia*: id quod illis à Juſtiniano non modò permiſſum, ſed etiam præceptum fuit, *l.* 1. *C. De vet. jur. enucleand.* Sunt, qui putent, legata fideicommiſſis exæquata, non vice verſa, qui refelluntur his verbis: *Ut nulla ſit inter ea differentia:* quod intellige quoad effectum, non quoad formam, ut ſequitur. 3

e TRACTARE. Hinc † apparet, etſi effectu non differant, figura tamen, & ſubſtantia aliud eſſe legatum, aliud fideicommiſſum: id quod ex forma verborum poteſt judicari. Nam, quod immediatè à teſtatore relinquitur, legatum eſt: quod mediatè, per manum, & ex fide hæredis, fideicommiſſum eſt: neque hæc ſpecifica utriuſque differentia eſt ſublata. 4

§. 5. Non ſolùm autem teſtatoris.

NOn ſolùm autem teſtatoris, vel hæredis res *a*, ſed etiam aliena *b* legari *c* poteſt: ita ut hæres cogatur redimere eam, & præſtare: vel, ſi eam non poteſt redimere *d*, æſtimationem ejus dare *e*: ſed ſi talis *f* ſit res, cujus commercium *g* non eſt *h*, vel adipiſci non poteſt: nec æſtimatio ejus debetur *i*, veluti ſi quis campum Martium, vel baſilicas, vel templa, vel quæ publico uſui deſtinata ſunt *k*, legaverit. Nam nullius momenti tale legatum eſt. Quod autem *l* diximus, alienam rem poſſe legari: ita intelligendum eſt, ſi defunctus ſciebat alienam rem eſſe: non ſi ignorabat *m*. Forſitan enim ſi ſciviſſet alienam rem eſſe, non legaſſet *n*. Et ita Divus Pius *o* reſcripſit. Et verius eſt, ipſum, qui agit, ideſt legatarium *p* probare oportere, ſciviſſe alienam rem legaſſe defunctum: non hæredem probare oportere, ignoraſſe alienam: quia ſemper neceſſitas probandi incumbit illi, qui agit.

1. *Res aliena qua ratione olim legari potuerit, quomodo hodie: & quid de jure Canonico, remiſſivè.*
2. *Commercium quid.*
3. *Ubi res non debetur, ibi nec ejus æſtimatio: Fallit, ut ibid. & explicata lex ſed ſi res, 40. De legat. 1.*
4. *Deſtinata quatenus hic intelligantur: & an deſtinatio pro re perfecta habeatur, ibid.*

MAteria: quænam res legari poſſint, quæ item non poſſint.

a HAEREDIS RES. *L. Sticho*. 36. *De uſuf. lega. l. unum*. 67. §. *ſi rem*. 6. in fin. *De lega.* 2. Et teſtatoris quidem res, ac hæredis debetur indiſtinctè, aliena verò, non item: ut patet ex diſtinctione ſequente.

b ALIENA. † *L. cum ſervus*, 39. in fin. *De legat.* 1. *l. ſi pecunia*. 12. *De legat.* 2. *l. cum alienam*. 10. *C. eod.* Quod olim tantummodò poterat fieri per damnationem, non etiam per vindicationem, *l. Stichus*. 39. *De manumiſſ. teſtam.* Hodie quibuſcunque verbis poteſt, dummodò ſciat teſtator rem eſſe alienam, ut paulò pòſt declarabit. An autem idem obtineat jure Canonico, propter *c. Filius*. 5. 1

De te-

De teſtam. Vide apud Jaſon in *d. l. cum alienam. numer.* 11. Nec ſanè negari poteſt, quin manifeſtum diſcrimen inter jus humanum, & Eccleſiaſticum faciat *d. c. Filius.* 5. videlicet quoad eos, qui lege DEI vivunt, ut ait textus, non autem lege hujus ſeculi: hoc eſt, cùm res alicujus Eccleſiæ, Prælato eſt legata, quod jus ſingulare non eſt ad conſequentias trahendum. Sic pecunia legari poteſt, quæ non eſt in hæreditate: nam ex venditione rerum haberi poteſt, *l. officio.* 26. *Famil. erciſcund.*

c LEGARI. Idem eſt in fideicommiſſo, *l. prædia.* 10. *C. eod.* Paul. *lib.* 4. *Sent. tit.* 1.

d NON POTEST REDIMERE. Quia dominus non vendat, vel immodico pretio vendat, *l. non dubium.* 14. *§. fin. De legat.* 3.

e DARE. *D. l. ſi pecuniam.* 12. *De legat.* 2. *d. l. non dubium.* 14. *l. quatuor.* 30. *De legat.* 3. Id quod ex legato damnationis ſumptum eſt. Cajus *lib.* 2. *tit.* 5.

f SED SI TALIS. Exceptio à ſuperiore regula duplex ſubjicitur: prima, ſi ejus rei non ſit commercium legatario: altera, ſi teſtator neſcierit rem eſſe alienam.

2 *g* COMMERCIUM. † Ulp. *tit.* 19. Commercium eſt jus emendi, & vendendi invicem, hoc eſt, de re contrahendi. Quarum rerum non eſt commercium, hæ pretio æſtimari non poſſunt, *l. liber homo.* 13. *Ad leg. Aquil.* ut non mirum ſit, hic nullam earum æſtimationem deberi, cùm ea iniri non debeat, neque poſſit, *l. apud Julianum.* 39. *§. conſtat. De legat.* 1. ubi Bart. & DD. Idem ſervatur in feudo relicto, Curt. *tract. feud. par.* 4. *num.* 121.

h NON EST. Vel in genere, & promiſcuè, *l. cum ſervus.* 39. *§. alt.* cum ſeq. *De legat.* 1. vel ipſi tantùm legatario, *l. mortuo.* 49. *§. Labeo. De leg.* 2. *l. multum.* 34. *De verb. oblig.* quanquam exempla ſubjuncta demonſtrant, de primo genere rerum, quæ extra omnium commercium ſunt, hic agi.

3 *i* DEBETUR. Notanda † hæc theſis: Ubi res non debetur, ibi nec deberi ejus æſtimationem: niſi militia, hoc eſt, reditus officiorum in Scholis annuus ſit legatus, *l. fideicommiſſa.* 11. *§. ſi ſervo.* 14. *De legat.* 3. Nam in ea ineſt æſtimatio, *d. l. mortuo.* aut niſi non ex jure, ſed ex caſu aliquo ſuperveniente legatarius fiat incapax legati, quod licitè relictum fuit. Qua etiam in ſpecie æſtimatio debetur, *l. filiusfamilias.* 114. *§. ſi quid. De legat.* 1. *§. ſi res aliena.* 6. inf. *eod.* Porrò in *l. ſed ſi res.* 40. *De legat.* 1. quæ obſtare videtur, rectè Cujacius hic, & *l.* 34. *De verb. oblig.* monet ſecundam negativam eſſe diſpungendam, ut ſit ſenſus: Re à legatario, qui ejus commercium non habet, relicta per fideicommiſſum alteri, cui jus poſſidendi ſit, æſtimationem deberi: ut in *d. l. mulier.* & *d. l. mortuo. §. Labeo.* Trahi poteſt hinc argumentum, re feudali per teſtamentum relicta, contra *c.* 1. *De ſucc. feud.* ne quidem æſtimationem deberi. Cur. *tract. feud. parte* 4. *num.* 133. per Bal. *c.* 1. *§. donare. Qual. olim feud.* & *l.* 1. in 1. *lect. C. De Sacroſanct. Eccleſ.* Bart. & DD. *l. apud Julianum.* 39. *§. conſtat. De legat.* 1. An æſtimatio debeatur, ſi ſtatutum prohibeat alicui relinqui, ut uxori, vel forenſi prædium. Salic. *l. ea lege* 3. *in oppoſitione* 10. *C. De cond. ob cauſ.* Jaſ. *l. filiusfamilias.* 117. *§. Divi.* 2. & *§. ſi quid. ff. De legat.* 1. *l. ſed ſi res.* 42. & *l. cætera.* 43. *§. ſi duobus. ff. De legat.* 1. Gloſſ. *l. unic. C. Non licere habitat. lib.* 11.

k DESTINATA SUNT. Nam de his ſicut contrahi non poteſt inter vivos, ita nec in ultima voluntate diſponi, *§.* 1. inſ. *De inutil. ſtipul. §. alt.* inſ. *De contrah. empt. l. ſi in emptione.* 34. *§. omnium.* 1. cum ſequen. *l. liberi.* 70. *l. littora.* 51. cum ſimil. *De contrah. empt.* Deſtinata † autem accipe reſpectu 4
finis, & de his, quæ jam publica facta ſunt: nam non idem fuerit in iis, quæ eò quidem deſtinata ſunt, nondum tamen publica facta: quod incidit in illam diſputationem, An deſtinatio habeatur pro re perfecta: de qua Jaſ. & DD. in *l. cætera.* 41. *§. ſed ſi paravit. ult. De legat.* 1. Tiraq. *in retract. prox. §.* 1. Gloſſ. 7. *num.* 105. cum ſeq. & Gloſſ. 8. *num.* 25. non idem etiam in his, quæ non in uſu publico ſunt, ſed in patrimonio Reipublicæ, vel Eccleſiæ. Jaſ. poſt alios in *d. l. cum alienam. num.* 11. ubi tradit communiter concludi, harum rerum æſtimationem deberi. Hæc igitur exceptio accipiatur de his, quarum non eſt commercium, ut ſuprà poſuit.

l QUOD AUTEM. Altera exceptio ſumpta à ſcientia, vel ignorantia teſtatoris.

m IGNORABAT. Nam procliviores ſumus in rebus noſtris, aut hæredum legandis, quàm in alienis. In his enim gravatur hæres onere redemptionis, quod teſtator hæredi non facilè imponere præſumitur; *l. unam.* 67. *§. ſi rem.* 6. *De legat.* 2. *l. cum alienam.* 10. *C. eod.* Præſumitur autem ignorantia, *l. verius.* 21. *De probat.* niſi in conjunctis, *l. cum alienam.* 10. *C. De legat.* niſi in facto proprio, *l. quanquam.* 7. *ad S. C. Vellejan.* ut in *l. habitatio.* 10. *C. De uſufr.* ubi dixi.

n NON LEGASSET. Hæc ratio ceſſat in conjunctis, quartum intra gradum, vel arbitrio judicis æſtimandis, Gloſſ. & DD. *d. l. cum alienam.* 10. *C. De lega.* quibus facilè donari, & ideò legari præſumitur, *l. ſi ſervus communis.* 37. *De donat. int. vir. & uxor.* Quare legatum rei alienæ talibus indiſtinctè debetur, *d. l. cum alienam.* in fin.

o DIVUS PIUS. Ut teſtatur Paul. *lib.* 4. *tit.* 1. Ea tamen conſtitutio non extat, ſed Alexandri, in *d. l. cum alienam.*

p LEGATARIUM. Ab hærede, *tot. tit. Quor. leg.* & ideo debet probare ex regula *l.* 2. *De probat. l. actor.* 23. *C. eod. tit.* Eſt & alia hujus rei ratio: quia ſemper præſumitur ignorantia facti, donec probetur ſcientia, *l. verius.* 21. *De probat.*

§. 6. Sed

§. 6. Sed etſi,

SEd etſi rem obligatam creditori aliquis legaverit, neceſſe habet hæres eam luere *a*. Et in hoc quoque caſu idem placet, quod in re aliena: ut ita demum luere neceſſe habeat hæres, ſi ſciebat defunctus rem obligatam eſſe *b*. Et ita Divi Severus, & Antoninus reſcripſerunt *c*. Si tamen defunctus voluit legatarium luere, & hoc expreſſit: non debet hæres eam luere *d*.

1. *In certis non eſt locus conjecturæ, ſed ſimpliciter ſtandum eſt voluntati defuncti.*

EXemplum, & ampliatio præcedentis deciſionis, quæ ad legatum rei hypothecatæ extenditur.

a Eam Luere. Exoluto debito, pro quo res fuit obligata, atque ita eam redemptam legatario præſtare, *l. licet.* 15. *De dot. præleg. l. ſi res obligata.* 57. *De legat.* 1. Etiamſi uni heredum prelegata ſit, ex communi hæreditate luitur. *l. rem pignori.* 28. *Fam. ercis.* Quod ſumptum eſt ex legato damnationis. Paul. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. Nam reſpectu pignoris res videtur aliena, cùm à creditore alienari poſſit, *tot. tit. De diſtract. pig.* Idem obtinet etiamjure Saxon. ſi tamen geradam oppignoraverit, non cogitur hæres luere: quia non eſt juris hæreditarii, eòque nec hæres eo nomine tenetur: cùm non relinquatur ullo legati titulo, nec poſſit quidem. Ergò & ſuccedens neptis, velut heres in eo jure, ſibi cogitur luere.

b Obligatam Esse. *L. prædia.* 6. *C. De fideicommiſſ.* Quam ſcientiam legatarius probare debet: ut in caſu ſuperiore, *d. l. verius.* Probatur autem, ſi doceatur ipſe teſtator obligaſſe: nec enim præſumi debet factum ignoraſſe proprium, *d. l. quanquam.* 8. *ad Velle.*

c Rescripserunt. Paul. *lib.* 3. *tit.* 6.

d Non Debet Eam Luere. Quia † in certis non eſt locus conjecturis, *l. continuus.* 137. §. 2. 1
De verb. oblig. ſed ſimplicìter ſtandum eſt voluntati defuncti, *l. ſi pluribus.* 33. *De legat.* 1. *l. non aliter.* 69. *De legat.* 3.

§. 7. Si res aliena,

SI res aliena legata fuerit, & ejus rei vivo teſtatore *a* legatarius dominus factus fuerit: ſiquidem ex cauſa emptionis, ex teſtamento actione *b* pretium conſequi poteſt *c*. Si verò ex cauſa lucrativa, veluti ex donatione, vel ex alia ſimili cauſa *d*, agere non poteſt. Nam traditum eſt, duas lucrativas cauſas in eundem hominem, & eandem rem concurrere non poſſe *e*. Hac ratione, ſi ex duobus teſtamentis eadem res eidem debeatur *f*: intereſt, utrum rem, an æſtimationem ex teſtamento conſecutus ſit. Nam, ſi rem habet, agere non poteſt *g*, quia habet eam ex cauſa lucrativa: ſi æſtimationem, agere poteſt *h*.

1. *Bis lucrari eandem rem, & habere non poſſumus.*

2. *In re ineſt æſtimatio: non autem contrà.*

SEcunda ampliatio, qua idem jus ad rem alienam, cujus dominus factus eſt legatarius, extenditur.

a Vivo Testatore. Vel etiam mortuo: ut Gloſſ. & DD.

b Ex Testamento Actione. Videlicet perſonali: nam realis dari ei, qui rem habet, non poteſt.

c Consequi Potest. *L. hujuſmodi.* 84. §. *qui ſervum. De legat.* 1. Id enim ei abeſt, & eatenus rem non habere, aut certè non lucratus eſſe videtur, ut *l. ſi quis.* 28. *De neg. geſt. l. Labeo.* 14. verſ. *quia videtur ei abeſſe, cui pretium abeſt. De verb. ſignificat.* quemadmodum lucrari ex legato debet, cùm ſit titulus, ut diximus, lucrativus donationis in princ. ſup. *eod.*

d Simi-

d Simili Causa. Puta legatu, fideicommiſſo, uſucapiune.

1 *e* Non Posse. Quia † bis lucrari eandem rem, & habere non poſſumus, *l. omnes.* 17. *l. ex promiſſione.* 19. *De oblig. & act. l. inter.* 83. §. *ſi rem. De verb. oblig.*

f Debeatur. Titulo ſcilicet lucrativo legati, de quo hic agitur.

g Non Potest. Neque ad rem: quia peteret, quod intus habet, Gluſſ. *marg. l. ult. unde vi.* §. 2. in fin. infr. *De actio.* Et quoniam quod ejus eſt, ampliùs ejus fieri non poteſt, §. *ſic itaque.* infrà *De act.* neque ad æſtimationem: quia ubi res non debetur, ibi nec debetur æſtimatio, §. *non ſolum.* ſup. *eod.*

h Aderr Potest. Nam † res non continetur æſtimatione, ſicut contrà in re eſt æſtimatio: & aliud eſt res, aliud pretium rei, quando res abeſt. Denique affectio ad rem haberi poteſt, etiam ſupra rei æſtimationem, *l. ſi in emptione.* 35. *De minor.* Cùm igitur rem ono habeat, qui æſtimatiunem eſt conſecutus, nihil impedit, quin eam petere poſſit. 2

§. 8. Ea quoque res.

EA quoque res, quæ in rerum natura non eſt, ſi modò futura eſt *a*, rectè legatur: veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit *b*.

1. *Res, quæ ut exiſtat, ſperari non poteſt, non cenſetur eſſe in commercio.*

TErtia ampliatio, qua ad res, quæ nondum ſunt, ſed futuræ ſunt, definitio ſuperiur extenditur.

1 *a* Futura Est. Nam † de quibus nun eſt prubabilis ſpes, eas in natura futuras eſſe, illæ nun ſunt in commercio, §. 1. infrà *De inutil. ſtipul.*

b Natum Erit. Hoc ſumptum eſt ex legatu damnationis, ut Ulpian. & Cajus *præalleg. loc.* oſtendunt: hoc autem legatum non eſt purum, ſed conditiunale. Itaque, ſi nihil natum fuerit, nihil debetur, *l. quod in rerum natura.* 24. *De legat.* 1. *l. etiam.* 17. *De legat.* 2. *l.* 1. in fin. *De condit. & demonſtr.* Idemque in contractibus ubtinet, *l. interdum.* 73. *De verb. obl. l. emptio.* 8. *De contrah. empt.*

§. 9. Si eadem res.

SI eadem res duobus legata ſit, ſive conjunctim *a*, ſive disjunctim *b*: ſi ambo perveniant ad legatum, ſcinditur *c* inter eos legatum. Si alter deficiat *d*, quia aut ſpreverit legatum, aut vivo teſtatore deceſſerit *e*, vel alio quolibet modo *f* defecerit: totum ad collegatarium pertinet *g*. Conjunctim autem legatur, veluti ſi quis dicat; TITIO, ET SEIO HOMINEM STICHVM DO, LEGO *h*: disjunctim ita; TITIO HOMINEM STICHVM DO, LEGO; SEIO HOMINEM STICHVM DO, LEGO *i*. Sed & ſi expreſſerit eundem hominem Stichum, æquè disjunctim legatum intelligitur.

1. *Conjunctim tripliciter legari: & quotuplex conjunctio: & hujus materiæ explicatio · & num.* 4. 5. & 6.
2. *Proprium copulæ in legatis.*
3. *Decedente ante legantem legatario, legatum extingui.*

DE conjunctiune legatorum.

1 *a* Conjunctim. Quod † triplici fit modo: unde triplicem conjunctionem Juriſconſulti induxerunt. Unam, verbi: alteram, rei: tertiam, rei, & verbi, *l. triplici.* 142. *De verb. ſignif. l. re conjuncti.* 89. *De legat.* 3. Sed quia conjunctio verbi æquè uppooitur conjunctiuni rei, atque miſta, & huic effectu ſemper ineſt: ideu pru ſubjecta materia, quando conjuncti upponuntur disjunctis, hoc eſt, re tantùm conjunctis, tunc duplicis tantùm conjunctinois fit mentio: quarum altera disjunctim legatur, altera conjunctim: quæ conjunctio

junctio

junctio tàm verbis, quàm re, & verbis conjunctos comprehendit. Non enim res, ſed forma orationis hìc conſideratur: nec opus eſt conjunctiones haſce diſtingui in ea materia, ubi jus utriuſque eſt idem: ut hic, & in *l. unica. § is ita. cum §. ſeq. C. De caduc. toll.* Paul. *lib. Sent.* 3. *tit.* 6. Ulp. *tit.* 24. Cajus *lib.* 2. *Inſtit. tit.* 5. De duabus igitur conjunctionum ſpeciebus hìc nonnihil pro ſubjecta materia dicamus. Ac primùm de reali: quo genere res una disjunctìm pluribus legatur: quod cùm ſit, legatum in ſolidum olim debebatur ſingulis, quando per vindicationem legatum erat, *l. 1. §. 2. De uſufruct. accreſc. l. unica. § ſin vero. C. De caduc. tollend.* Ulpianus *tit.* 24. in verb. *totum deberi*, pro quo Cujacius non rectè legit, Partes deberi. Singulis namque totum debetur, cùm tota res ſingulis ſit legata, neć prius legatum revocetur per poſterius, niſi id evidentiſſimè doceatur, *l. ſi pluribus.* 33. *De legat.* 1. Sed, cùm uterque concurrit, concurſu partes fiunt, quia utrique res tota præſtari nequit, *d. l. 1. §. 2. De uſufruct. accreſ.* Quòd ſi alter deficiat, alter totum vendicat abſque onere, quia totum illi legatum eſt: & hoc accipit jure ſui legati, non alieni, ut alienum onus ſuſtinere non debeat, *l. unica. §. ſin verò neutri. C. De caduc. toll.* Cùm per damnationem duobus eadem res legatur disjunctìm (de qua ſpecie agit *d. l. unic. §. ubi autem.* quem text. Gloſſ. ibi malè de legato vindicationis interpretatur) re conjuncti non ſunt, ſed ſolidum cuique debetur. Ulpian. *tit.* 24. quia intelligitur uni res, alteri æſtimatio eſſe relicta. Cajus *lib. 2. tit. 5. d. l. ſi pluribus. De legat.* 1. Nam quia hoc modo res aliena legari poteſt, cujus debetur æſtimatio, ſi res præſtari nequeat: ideò tacitè teſtator hac forma legandi alteri rem, alteri æſtimationem rei reliquiſſe videtur: nec jus ullum accreſcendi, aut conjunctionis in hoc genere legati erat, præſertim cùm in legato damnationis ne conjunctis quidem illud datum ſit, ut paulò pòſt dicetur. Et hęc quidem in legato disjunctìm facto obtinuerunt. In conjunctis verò rurſus diſcrimen fuit, utrum per vindicationem, an per damnationem legatum conjunctìm eſſet. Nam legato per damnationem conjunctìm facto, nulla erat conjunctio, quod ad jus accreſcendi attinet: partes enim ſtatim ab initio fiebant, & cuique ſua virilis debebatur abſque jure accreſcendi: utique cùm deficientis olim portio non accreſceret alteri capienti, ſed in hæreditate maneret, & lucro hæredis cederet: ex lege autem Papia poſtmodùm facta ſit caduca, & fiſco acquiratur. Diverſum erat in legato vindicationis conjunctìm facto: hic enim alteri alterius pars accreſcebat, cum onere tamen partis, propter conjunctionem: Ulpia. *tit.* 24. Cajus *lib. 2. tit.* 5. Sed Juſtinianus ſicut ſuſtulit genera horum legatorum, §. 1. *ſup. eod.* ita & has differentias abolevit, *l. unica. §. ubi autem legatis. C. De cad. tollend.* ut jam nihil interſit, utrum per vindicationem, an damnationem, an alio modo conjunctìm, aut disjunctìm legetur. Manet tamen differentia inter legatum, quod fit disjunctivè, & quod conjunctivè. Nam utroque modo rectè quidem relinquitur, *l. unica. §. & hoc locum. C. De caduc. toll.* & tamen diverſimodè, cùm in altero legatarii disjungantur, & ſeparatim cuique res legetur: unde ſequens eſt, totam rem unicuique deberi: in altero conjungantur una oratione, ſingulis ut non tota res, ſed partes rei viriles legatæ videri debeant. Hæc † eſt enim vis, & 2
natura copulæ, ut, quoties unum jus pluribus perſonis conjunctìm defertur, toties intelligantur viriles partes ſingulis deferri, *l. ſi mihi.* 110. *De verb. obl. l. 2. §. ſi quis.* 3. ubi Jaſ. & Doct. *De eo, quod cert. loc. l. nomen.* 164. §. *partitionis. De verb. ſignif.* Itaque rectè inquit Juriſconſultus in hoc genere legati partes ab initio fieri, *l. planè* 34. *§. ſi conjunctìm.* 5. *De legat. 2. d. l. re conjuncti. De legat.* 3. Nam & in contractu, quando plures vel ſtipulantur, vel promittunt conjunctìm, partes viriles cuique ſtatim quæruntur, niſi aliud ſit actum, *d. l. ſi mihi, & Titio.* Sed ſi partes facit copula (hoc enim eſt copulæ proprium) cur inter conjunctos eſt jus accreſcendi, ac non potiùs cuique debentur viriles, ut in contractibus? *§. quod ſi.* 4. *inſ. De inutil. ſtip. l. ſi mihi, & Titio.* 110. *De verb. obl.* in quibus ſupervacua potiùs exiſtimatur eſſe conjunctio, quàm ut jus accreſcendi inducatur. *l. fundus.* 64. *De contrah. empt.* Reſpond. hoc ſumi non ex verbis, cùm etiam in ultima voluntate conjunctio ex vi copulæ partes faciat, *d. l. planè.* 34. *§. ſi conjunctìm.* 5. *De legat.* 1. ſed ex præſumpta teſtatoria voluntate: qui cùm legatarios conjunxerit, videtur potiùs unum, aut omnes totam rem habere voluiſſe, quàm hæredem. Totam enim iis rem legavit, & omnes copula orationis in unam quaſi perſonam, unumque corpus redegit, ita ut unius perſonæ loco omnes habeantur, *l. Titia.* 34. *De legat. 2. l. unic. §. is ita. C. De caduc. tollend.* Sed & plenius ultimas voluntates interpretari tranſlatitium eſt, *l. in teſtamentis.* 12. *De reg. jur. c. Cum dilecti. De donat.* Quæ cùm ita ſe habeant, apparet inter hæc genera legatorum, quoad jus accreſcendi, manere diſcrimen. In disjuncto enim, altero non concurrente, tota res ex ſuo legato alteri debetur: eòque abſque onere, quod alteri impoſitum erat, accipitur tota. In conjuncto tantùm pars ex ſuo legato unicuique debita eſt: ideò alterius deficientis pars accreſcens, cum ſuo onere accreſcit, ut pòſt dicetur. Ex his autem intelligi poteſt, in hac materia non diſtingui inter conjunctorum genera, ſed inter disjunctos tantùm, & conjunctos, ſive illi verbis tantùm, ſive re, & verbis conjungantur. Nam exempla hìc text. ſubjecta oſtendunt, re, & verbis conjunctum pro ſimpliciter conjuncto haberi: ut non mirandum ſit, hìc tertiam conjunctionis ſpeciem eſſe omiſſam. Cæterùm quando incidit quæſtio, uter ex conjunctis alteri præferatur, hìc conjunctum re, & verbis diſcerni à conjuncto re, vel verbis tantùm neceſſe eſt: quia ille reliquis præfertur, ut in *d. l. re conjuncti. d. l. triplici.* De quo nunc otioſè quærere nihil attinet: cùm nec hujus loci ſit, neque noſtri etiam inſtituti, alienis diſputationibus annotationes haſce complere, quas explicationi textus horum elementorum, non etiam oſtentationi ingenii, aut doctrinæ cupio eſſe deſtinatas. Satis ergò ſit, iſta de conjunctione, quantum præſenti materiæ opus eſſe videbatur, præmonuiſ-

Digitized by Google

monuiſſe. Reliqua, quæ deſiderantur, provectiores petant ex Commentariis DD. ad *d. l. re conjunctis, &c.* & præſertim ex Cujac. qui hanc materiam, ut reliquas fermè omnes ex tenebris ad lucem revocavit.

b DISJUNCTIM. Utrolibet enim modo poteſt legari, *l. unica. §. & hoc locum.* in fin. *C. De caduc. tollend.*

c SCINDITUR. Sublato jure legati damnationis, *d. l. unica. §. ubi autem.* Scinditur porrò in viriles. Nec hoc caſu, quando omnes concurrunt, diſcrimen effectum eſt, etiamſi in legato conjunctivo ab initio ſint partes, *d. l. planè. §. 5.* in disjunctivo verò non ſint, ſed fiant concurſu, *d. l. planè. §. 5.* verſ. *ſed ſi in pupillari.*

d DEFICIAT. Rectè, *Deficiat.* Nam, ſi ab initio ſit incapax, nihilominus partem facit, nec alter totum capit: quia hoc videtur voluiſſe teſtator legando illi partem, quem ſciebat eſſe incapacem, *l. hujuſmodi. 84. §. ſi Titio. 7. d. l. planè. 34. §. ſi conjunctim. 5. De legat. 1,*

3 *e* DECESSERIT. Notandum hìc eſt, † legatum extingui, decedente ante legantem legatario: quia ejus dies necdum ceſſit, ut legatarius ad ſuum hæredem nihil hujus juris tranſmittere poſſit, *l. qui duos. 18. De manu. teſt.* De quo plura ad *tit. Quando dies legati cedit.*

f MODO. Puta maxima, aut media capitis diminutione: de quo in *l. 1. C. De hered. inſtit.* & *tit. De his, quibus, ut indig.*

g PERTINET: Excluſo † Fiſco, qui olim ad- 4
mittebatur. Ulpian. *tit. 20. l. ſi pluribus. 23. De legat. 1. l. 1. §. interdum. De uſufruct. accreſcend.* cum quadam tamen differentia. Nam in legato conjunctivo redit pars deficientis ad collegatarium, jure accreſcendi: eòque cum onere accreſcit. In legato verò disjunctivo tota res ad eum jure non decreſcendi pertinet, & ideo abſque onere alterius capitur, *d. l. unic. §. ubi autem legatarii. C. De caduc. tollend.* Cujus differentiæ ratio ſuprà eſt expoſita.

h DO, LEGO. Hi † dicuntur conjuncti re, & verbis: facilè ut ex hoc exemplo intelligi poſſit, conjunctionem miſtam pro ſimplici hac in materia capi. Dicuntur autem hoc in exemplo conjuncti verbis, quòd una oratione illis legatur, *d. l. re conjuncti. 89. De legat. 3.* Conjuncti re, quoniam una res illis legatur: cùm verò partes ab ipſo teſtatore inter legatarios ſcinduntur: ut, TITIO, ET MAEVIO ÆQUIS PARTIBUS DO, LEGO: conjunctio verbi, non etiam rei ſubeſſe putatur, *d. l. triplici. 142. De verb. ſignific.*

i DO, LEGO. Hi † re conjuncti dicuntur: quia, 5
etſi in ſolidum illis res legatur: tamen concurſu conjunguntur, & partes faciunt, *l. unic. §. ſi verò. C. De cad. tollend. l. 1. §. 2. De uſufruct. accreſc.*

§. 10. Si cui fundus alienus.

SI cui fundus *a* alienus legatus fuerit, & emerit proprietatem detracto *b* uſufructu, & uſusfructus ad eum pervenerit, & poſteà ex teſtamento agat: rectè eum agere *c*, & fundum petere *d* Iulianus ait: quia uſusfructus *e* in petitione *f* ſervitutis *g* locum obtinet. Sed officio judicis continetur, vt deducto vſufructu, jubeat æſtimationem præſtari *h*.

1. *Fundi appellatione quid veniat.*
2. *Emendata hujus §. lectio.*
3. *Vſusfructus quatenus, eſt ſervitus, non eſt pars fundi.*
4. *Ratio decidendi hujus §.*

DE fundo alieno legato, cujus proprietatem legatarius redemit.

1 *a* FUNDUS. Fundus † complectitur ſuo ſignificatu & proprietatem, & uſumfructum, *l. rectè dicimus. 25. De verb. ſign.* & fructus pendentes fundo cohærent, ſimulque debentur. Paulus *lib. 3. Sent. tit. 6.* quia pars fundi ſunt, *l. fructus. 44. De rei vindic.*

2 *b* DETRACTO. Rectiùs † ita, quàm *Deducto.* Sic enim habet exemplar Florentinum in *l. non quocunque. 82. §. 2. De legat. 1.* unde hic locus eſt deſumptus.

c EUM AGERE. Ita ut non poſſit videri plus petere, *§. plus autem.* infr. *De action.*

d PETERE. Hoc eſt, rectè agi petendo totum fundum: in quo non modò ineſt proprietas, ſed etiam uſusfructus.

e USUSFRUCTUS. Quem acquiſivit, non quem petit. Petit enim nunc cauſalem uſumfructum, velut partem fundi: acquiſivit autem formalem. Nam † uſusfructus, quatenus eſt ſervitus, non 3
eſt pars fundi, *d. l. rectè. 25. De verb. ſign.* cùm in jure, non in parte conſiſtat. *l. Mævius. 66. §. pen. De legat. 2.*

f IN PETITIONE. Hoc eſt reſpectu propoſitæ actionis.

g SERVITUTIS. Hinc apparet, præcedens verbum *uſusfructus*, non de uſufructu cauſali, ſed formali, hoc eſt, de jure ſervitutis accipiendum eſſe.

h PRAESTARI. Etſi judicium legatorum ſua natura non eſt bonæ fidei, ſicuti nec quælibet ex teſtamento actio, *l. ſi heres. 6. De eo, quod cert. loc.* tamen imitatur naturam actionum bonæ fidei: quia recipit interpretationem ex bono, &

æqoo, *l. Titia.* 87. §. *uſuras* . *De legat.* 2. *l.* 1. §. *belliſſimè* . *Vt legatorum nomine caveatur* . Quare hoc † caſu etſi non plus re petit, qui totum fundum petit, tameo, quooiam uſusfructus poſt conſolidationem deſiit eſſe ſervitus, & incepit eſſe cauſalis, ac pars dominii, quæ io toto fundo ioeſt: ideò æquum eſt, officio judicis uſumfructum deduci, qui ex cauſa lucrativa penes petitorem eſt: ex ratione §. *ſi res.* 6. ſupr. *eod.* & tanti litem æſtimari, quaotum à legatario abeſt: hoc eſt, ut æſtimatio proprietatis, vel potiùs pretium illi reſtituatur, *d. l. non quocunque.*

§. 11. Sed, ſi rem legatarii.

SEd, ſi rem legatarii quis ei legaverit, inutile eſt legatum *a*: quia, quod proprium eſt ipſius, amplius ejus fieri non poteſt *b*: & licet alienaverit eam *c*, non debetur nec ipſa res, nec æſtimatio ejus *d*.

1. *Legatum rei alienæ non valere. Fallit, ut nu. 2.*

HIc de re propria legatarii legata.

a LEGATUM. Sicut & fidei-
1 commiſſum, † *l. proprias.* 13. *C. eod.* Sicut enim ſuæ rei emptio non conſiſtit, *l. ſuæ rei.* 16. *ff. De contrah. empt.* ita nec donatio, quę venditioni comparatur, §. *perficiuntur.* ſup. *De donat.* & conſequenter nec legatum, quod definitur eſſe donatio, *l. legatum.* 37. *ff. De leg.* 2.

b NON POTEST. §. *ſic itaque* . 14. infr. *De actio.* plusquàm ſemel . *l. & an eadem.* 14. §. *pen. De excep. rei jud.*

c ALIENAVERIT EAM. *L. cætera.* 43. §. 1. *De legat.* 1. Quod enim legatum ab initio non valet, id poſtea non convaleſcit, *l.* 1. *De regul. Caton.* niſi † ſub ejuſmodi conditione legatum ſit relictum, 2
ſi vivo teſtatore alienaverit. *d. l.* 1. in fin.

d ÆSTIMATIO EJUS. Ex regula tradita ad §. *non ſolum* . ſupr. *eod.* Ubi non debetur res, ibi nec æſtimatio, &c.

§. 12. Si quis rem ſuam.

SI quis rem ſuam quaſi alienam legaverit, valet legatum *a*: nam plus valet, quod in veritate eſt, quàm quod in opinione *b*. Sed & ſi legatarii eſſe putavit *c*, valere conſtat: quia exitum voluntas defuncti habere poteſt *d*.

1. *Regulę*, Plus valere, quod in veritate eſt, quam in opinione, *quando locus ſit.*

2. *Voluntatem teſtatoris errori prævalere.*

IN hoc §. agitur de re teſtatoris legata, quam putavit alienam.

a VALET LEGATUM. Cùm enim alienam putans legarit, multò faciliùs præſumitur legaturus fuiſſe, ſi rem ſuam eſſe ſciſſet, *d. l. unum.* 67. §. *ſi rem.* 6. *De legat.* 2.

1 *b* IN OPINIONE. † *L.* 2. §. *ſi à pupillo.* 10. *ff. Pro empto.* maximè in favorabilibus. *l.* 4. *De manumiſſ. vind. l. penult.* §. *qui ignoravit.* 4. *De jur. & fact. ignor.* Secùs eſt in delictis, injuriis, & aliis, quæ ab animo, & προαιρέσει æſtimantur, *l. cum qui.* 18. §. 3. *De injur. l. is, qui putat.* 15. *De acquir. hered.*

c PUTAVIT. Hæc enim eſt cauſa legati προκαταρκτικὴ quæ etiamſi vera non ſit, nihilominus valet legatum. §. *longè magis.* infr. *eod.*

d HABERE POTEST. Præponderat † in tamen er- 2
rori voluntas teſtatoris, qua præſumitur legatarium honorare, nec actum inutilem facere voluiſſe, *l. ſi quando.* 112. *De legat.* 1.

§. 13. Si rem ſuam legaverit.

SI rem ſuam legaverit teſtator, poſteàque eam alienaverit, Celſus exiſtimat, ſi non adimendi animo *a* vendidit, nihilominus deberi. Idque & divus Severus, & Antoninus reſcripſerunt *b*. Iidem reſcri-

reſcripſerunt, eum, qui poſt teſtamentum factum prædia, quæ legata erant, pignori dedit, ademiſſe legatum non videri *c*: & ideo legatarium cum hærede ejus agere poſſe, ut prædia à creditore luantur. Si verò quis partem rei legatæ alienaverit, pars, quæ non eſt alienata, omninò debetur *d*. Pars autem alienata ita debetur, ſi non adimendi animo alienata ſit *e*.

1. *Quando per alienationem rei legatæ legatum revocetur, quando non.*

2. *Argumentum à toto ad partem valet affirmativè.*

DE alienatione rei legatæ.

a Adimendi Animo. Puta, † ſi ex aliqua neceſſitate vendidit, *l. rem legatam.* 18. *De adim. legat.* Nam, ſi ſpontè, & non coactus, videtur adimendi animo alienaſſe, *d. l. rem legatam. l. fideicommiſſa.* 11. §. *ſi rem ſuam.* 11. *De legat.* 3. *l. legatum.* 24. §. 1. *De adim. legat.* niſi contrarium probetur *l. cum ſervus.* 15. *De adimend. legat.* Et idem in fideicommiſſo obtinere tradit Paul. *lib.* 4. *tit.* 1. 1

b Reſcripſeront. Non extat.

c Non Videri. *L.* 3. *C. De legat.* Paul. *lib. Sent.* 3. *tit.* 6. Nam oppignoratæ manent in dominio teſtatoris. Quare, cùm res hac ratione bonis non eximatur, nec legatum ademptum videri debet.

d Debetur. *L. ſi ex toto.* 8. *De legat.* 1.

e Alienata Sit. Quod † enim juris in toto obtinere diximus, idem valet & in parte. *l. quæ de tota.* 76. *De rei vind.* 2

§. 14. Si quis debitori.

SI quis debitori ſuo liberationem legaverit, legatum utile eſt *a*: & neque ab ipſo debitore, neque ab hærede ejus poteſt hæres petere *b*, neque ab alio, qui hæredis loco eſt *c*. Sed & poteſt à debitore conveniri, ut liberet eum *d*. Poteſt etiam quis vel ad tempus *e* jubere, ne hæres petat.

1. *Non modò res corporales, ſed etiam jura legari poſſe.*

DE liberatione legata.

a Utile Est. *Tot. titul. ff. De liber. legat.* Quia † non modò res corporales, ſed etiam jura legari poſſunt. §. *tam autem.* infrà *eod.* 1

b Petere. Nam, ſi petat, exceptione repellitur. *l.* 3. *De liberat. legat.*

c Loco Est. Succeſſore videlicet debitoris: puta bonorum poſſeſſore, fideicommiſſario, &c.

d Liberet Eum. Per acceptilationem. *d. l.* 3. Item ut reddat inſtrumentum debitionis. Bal. *l. inſtrumenta.* 24. *num.* 9. *C. De fideicom.* per *l. hujuſmodi.* 84. §. *ult. De legat.* 1.

e Ad Tempus. Puta, ne à debitore intra quinquennium petat. Nam & ad tempus legari poteſt. *l. non ſolum.* 8. §. 1. *De liber. leg.*

§. 15. Ex contrario, ſi debitor.

EX contrario, ſi debitor creditori ſuo, quod debet, legaverit: inutile eſt legatum, ſi nihil plus eſt in legato *a*, quàm in debito: quia nihil amplius per legatum habet *b*. Quòd ſi in diem, vel ſub conditione debitum ei purè legaverit, utile eſt legatum propter repræſentationem *c*. Quòd ſi vivo teſtatore dies venerit, vel conditio extiterit: Papinianus ſcripſit *d*, utile eſſe nihilominus legatum, quia ſemel conſtitit *e*: quod & verum eſt. Non enim placuit ſententia exiſtimantium *f*, extinctum eſſe legatum, quia in eam cauſam pervenerit, à qua incipere non poteſt *g*.

1. *Ex eo ſolo non videtur plus eſſe in legato, quàm in credito, quòd illius actiones ſint pinguiores.*

T Ractatur de jure crediti, relicto creditori

a In Legato. Vel in re, vel in tempore, vel in cauſa, vel in utilitate loci, §. *plus autem.* infrà *De act.*
1 Ex † quo notandum eſt, ex eo ſolo non videri plus eſſe in legato, quàm in credito, quòd illius actiones ſint pinguiores.

b Per Legatum Habet. *L. debitor.* 11. *l. legavi.* 25. *ff. De liberat. leg. l. ſin autem.* 29. *De legat.* 1.

c Repraesentationem. Hoc eſt, præſentem ſolutionem ejus debiti, quod ſub conditione, vel ex die aliàs eſſet conſecuturus, *d. l. ſin autem. l. ſi creditori.* 28. *De liberat. lega. l. Mævius.* 66. in princ. *De legat.* 2. nam & dies pars pecuniæ eſt, *l.* 1. §. 1. *De edend.* ut in legato dotis, de quo paulò poſt. Ut ergò qui tardiùs ſolvit, minus ſolvit; *l. ſi cui.* 12. in fin. *De verb. ſignif.* ſic qui citiùs, plus ſolvere intelligitur, Gloſſ. *d. l.* 1. §. 1. ſicut & plus petere, qui ante diem petit. §. *plus autem.* infrà *De action.*

d Scripsit. In *l.* 5. *Ad leg. Falcid.*

e Semel Constitit. Notanda eſt hæc regula, quæ eſt contraria regulæ Catonianæ.

f Existimantium. Ut Pauli in *l. debitor.* 82. *De legat.* 2. & *l. pluribus.* 140. *De verb. obligat.* & Marcelli in *l. exiſtimo.* 98. *De verb. oblig.* Quorum tamen ſententia in certis caſibus contractuum, de quibus loquuntur, vera eſt: non etiam in legatis, & ultimis voluntatibus, favore harum recepta.

g Non Potest. Præſertim hoc caſu, ubi ea remanet utilitas, quòd ſaltem pluribus, & pinguioribus actionibus petere debitum poſſit.

§. 16. Sed, ſi uxori maritus.

S Ed, ſi uxori maritus dotem *a* legaverit, valet legatum: quia plenius eſt legatum *b*, quàm de dote actio. Sed ſi, quam non accepit, dotem legaverit: D. Severus, & Antoninus reſcripſerunt, ſiquidem ſimpliciter legaverit, inutile eſſe legatum *c*: ſi verò certa pecunia, vel certum corpus, aut inſtrumenta dotis in prælegando *d* demonſtrata ſunt, valere legatum *e*.

1. *Reſtitutio dotis aliter olim, aliter nunc fiebat: & in quibus rebus legatum dotis plenius ſit actione dotis, num.* 2.
3. *Legatum dotis incertum non valet, & quando dotis legatum valeat: quando non, num.* 4.
5. *An credatur teſtatori confitenti dotem datam, remiſſivè.*

D E legato dotis, quod eſt velut exemplum regulæ ſuperioris.

a Dotem. Cæterùm ſi aliud, quàm dotem, utrumque debetur, & dos, & legatum: niſi nomine dotis legatum probetur. *l.* 2. §. 1. *De dot. præleg. l. unica.* §. *ſciendum C. De rei uxor. act.*

1 *b* Plenius Est Legatum. Nam † dos, quæ numero, pondere, & menſura conſtabat, olim reddebatur annua, bima, trima die, hoc eſt, tribus penſionibus annuis, ſeu trium annorum. Ulp. *tit.* 6. *De dot.* Jure novo, dos, quæ eſt in mobilibus, poſt annum demum exigi poteſt, *l. unic.* §. *cumque. C. De rei uxor. actio. l.* 1. *De dot. præleg.* Legatum porrò harum rerum ſtatim debetur, & peti poteſt: quamobrem utile eſt velut debiti in
2 diem, ut in §. *præced.* Deinde † in immobilibus rebus dotis, etſi non eſt utilitas repræſentationis, neque jure veteri, quia & tum ſtatim reddi debuerunt, Ulp. *tit.* 6. nec jure novo, *d. l. unic.* §. *cumque*; tamen plenius nihilominus eſt legatum actione dotis: non modò reſpectu facultatis agendi (nam hoc non ſatis eſſet, ut ad §. ſuperiorem annotatum eſt) ſed etiam exactionis realis: quia actio dotis non datur in ſolidum, ſed in quantum maritus, ejuſque hæres ſuus facere poteſt, *l. etiam.* 18. *Sol. matr. l. non tamen.* 20. *De re judi.* actio verò ex teſtamento in ſolidum, *l.* 2. *De dot. præleg.* Fuit & alia hujus apud veteres ratio. Nam actio de dote non tranſibat in hæredem, ſed tantùm dabatur mulieri, & ejus patri, cujus in poteſtate eſſet, niſi per ſtipulationem aliter non foret cautum: ut ex *d. l.* 2. & *tot. tit. De dot. præleg.* paſſim apparet, & poſteà dicetur in §. *fuerat.* inf. *De actio.* ut plus fuiſſe in legato, quàm actione dotis facilè etiam hinc intelligatur.

c Inutile Esse Legatum. Quia † eſt legatum generis, & univerſitatis, *l.* 1. *ff. eod.* Gloſſ. 3
l. quod dicitur. 5. verb *ſed dotis. De impenſ. in res dotal. fact.* quæ declarari in certa ſpecie nequit: poteſt enim vel minimus nummus dos eſſe. Itaque ſimile eſt hoc legatum legato fundi, aut domus, *l. ſi domus.* 71. *l. legato.* 37. *De legat.* 1. Et conſequo-

Digitized by Google

quenter non valet, ut nec ejuſmodi dotis promiſſio. *l. cum poſt.* 69. *§. gener.* 4. *De jur. dot.*

d Praelegando. Hoc eſt, in repræſentando per legatum, ſolutionem dotis, quæ alioqui in diem deberetur. Itaque rectè dicitur dos prælegari, præ, & ante diem ſcilicet, qua debeatur, non legari: interdum etiam relegari: quòd non tam dari, quàm reddi, & relegari, ſeu retrò dari accepta videatur. *l. cum pater.* 77. *§. fidei.* 22. *De legat.* 2. *l. cum quis.* 2, *§. dicebam. De dot. præleg.* Paul. *lib.* 4. *Sent. tit.* 1.

e Valere Legatum. Exitum enim habere voluntas poteſt, ut ſuprà in *§. ſi quis.* 11. *hoc tit.* Et perinde legatum valet, atque cùm legantur quaſi creditori 100. aurei, qui revera tamen non debeantur, *l. legavi.* 25. *De liberat. leg.* Sed tota res in diſtinctionem ſummatim contrahatur. Aut † 4
igitur alia res uxori legatur, aut dos. Si alia, debetur cum dote: ſin dos, aut ea data eſt, aut non data: ſi data, valet indiſtinctè legatum, quia certum eſt. Debetur enim id, quod eſt in dotem datum. Porrò † an credatur teſtatori confiten- 5
ti dotem eſſe datam, alia quæſtio eſt. De qua Jaſ. Ang. & DD. in §. *fuerat.* infr. *De actio. tot. tit. C. De dote cauta non numera.* ubi dixi, Gloſſ. & DD. in *l. aſſiduis.* 12. *C. qui pot. in pign.* Sin nulla data ſit, diſtinguitur, utrum dos in genere legata ſit, an in certa ſpecie. Illo caſu non valet legatum, quia quid, & quantum debeatur, explicari nequit: hoc caſu valet, quia certa res legata eſt.

§. 17. Si res legata ſine facto.

Si res legata ſine facto *a* hæredis perierit, legatario decedit *b*. Et, ſi ſervus alienus legatus ſine facto hæredis *c* manumiſſus fuerit, non tenetur hæres *d*. Si verò hæredis ſervus legatus ſit, & ipſe eum manumiſerit, teneri eum Iulianus ſcripſit: nec intereſt, ſciverit, an ignoraverit, à ſe legatum eſſe. Sed & ſi alii donaverit ſervum, & is, cui donatus eſt, eum manumiſerit: tenetur hæres, quamvis ignoraverit à ſe eum legatum eſſe *e*.

1. *Legatum ſpecie, interitu ſpeciei extinguitur: ſecus in legato generis.*

2. *Manumiſſione res interit quoad obligationem.*

Hoc in §. agitur de interitu rei legatæ.

a Sine Facto. Secus enim eſt, ſi vel ipſe occiderit, vel in mora tradendi fuerit, *l. cum res.* 49. *§. ult. De legat.* 1. *l. ſi ſervum.* 91. *De verb. oblig.*

b Legatario Decedit. Non modò ut domino, *d. l. à Titio. De furt. l. pignus.* 8. *C. De pign. act.* Paul. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. ſed etiam ut creditori, *l. non amplius.* 26. Gloſſ. 1. *l. Titia*, 36. *De lega.* 1. *l. ſi ex legati.* 23. *De verb.*
1 *obli.* Quod † verum eſt, re, hoc eſt, certa ſpecie legata. Nam legatum generis, puta pecuniæ, non extinguitur interitu ſpeciei: quia illud huic non ineſt, ſed contrà hæc illi: ideo cum ſpecie non intelligitur genus, generiſque debitum interire, *l. incendium.* 11. *C. Si cert. pet.* DD. in *d. l. ſi ex legati, &c.*

c Facto Haeredis. Cæteroqui contrà eſt. *d. l. cum res.* 48. *§.* 1. & 2. *De lega.* 1.

d Haeres. *L. ſi hæres.* 35. *De legat.* 1. *l. ſervum.* 91. *De verb. oblig. l. ſi mihi alienum.* 92. *De ſolut.* Nam † manumiſſione interit res, quoad 2
obligationem, *d. l. ſi mihi.* quia deſinit eſſe in commercio, *l. liberi.* 70. *De contrab. empt.* cum ſimil.

e Legatum Esse. Quandoquidem facto ipſius deſiit eſſe in commercio: quo facto non poteſt alterius jus minuere, etiamſi dolo careat: alioqui res fraudem habebit. *l. ſi quis.* 112. *De lega.* 1. *l. ſi ſervum.* 91. *De verb. obligat. l. debitorum.* 25. *C. De pact.* Vide ſuprà *Quibus ex cauſ. manumit.*

§. 18. Si quis ancillas.

Si quis ancillas cum ſuis natis legaverit: etiamſi ancillæ mortuæ fuerint, pàrtus legato cedunt *a*. Idem eſt, & ſi ordinarii ſervi *b* cum vicariis *c* legati fuerint: quia licet mortui ſint ordinarii, tamen vicarii legato cedunt. Sed, ſi ſervus fuerit cum peculio *d* legatus: mortuo ſervo, vel manumiſſo, vel alienato, peculii legatum extin-

guitur *e*. Idem eſt, ſi fundus inſtructus *f*, vel cum inſtrumento *g* legatus fuerit: nam fundo alienato *h*, & inſtrumenti legatum extinguitur *i*.

1. *Ancilla cum natis legata, nati cedunt legato: ſecus, ſi ſola ancilla.*
2. *Servi ordinarii, & vicarii: num. 3.*
3. *Legatum fundi inſtructi quid continent: & quid legatum fundi cum inſtrumento, num 4. & quæ ſit horum legatorum differentia. num. 6.*
5. *Alienationem rei in materia legatorum, pro ejus interitu haberi.*

SErmo eſt de acceſſione rei legatæ.

1 *a* Legato Cedont. Sunt † enim ſeparata, *l. ſi ancilla.* 62. *cum l. ſeq. De lega.* 1. *l.* 3. *De pecul. legat.* Secus antem fuerit, ſi ſola ancilla ſit legata. Nam partus non debebitur, ut nec peculium, *l. ſi legatus.* 24. *l. denique.* 8. §. *ul. De pecul. legat.* quia nec in acceſſione eſt, *d. l.* 3. nec in fructu, §. *in pecudum.* 31. ſupr. *De rer. diviſ.*

2 *b* Ordinarii Servi. † Qui alios habent in peculio, iiſque præſunt, & imperant. *l. ſi ſervus.* 17. *De pecul.*

3 *c* Vicariis. Qui † in aliorum ſunt peculio, & eorundem vices gerunt. *l. ſi peculium.* 5. §. *vicario. De pecul. legat. l. ſi ſervo.* 25. *eod. tit.* unde Martialis.

Eſſe ſat ſervum, jam nolo Vicarius eſſe.

d Cum Peculio. Quod aliàs non debetur, *l. ſi legatus.* 24. *De pecul. legat.*

e Extinguitur. Ex ratione *l. cum principalis.* 139. *De reg. jur.* Nam peculium relationem habet ad ſervum, eique accedit, *l.* 1. & 2. *De pecul. legat.*

4 *f* Fundus Instructus. Quod † legatum continet neceſſaria tantùm ad fundi culturam inſtrumenta, *l. quæſitum.* 12. §. *ſed ſi fundus.* 15. *De fund. inſtruct. legat.*

g Cum Instrumento. Quo legato non modò neceſſaria, ſed quæcunque paterfamilias in fundo inſtrumenti nomine habuit, comprehenduntur. *d.* §. *ſed ſi fundus.*

h Alienato. Notandum † hìc eſt, alienationem rei haberi pro ejus interitu: quod quidem ad legatum attinet. 5

i Extinguitur. *L.* 5. *De fund. inſtruct. legat.* Quoniam inſtrumentum eſt acceſſorium fundi legati: in quo tamen ſubtile diſcrimen facit Paul. in *d. l.* 5. Nam † quando fundus cum inſtrumento legatur, plana eſt ſententia teſtatoris, quòd voluerit inſtrumentum accedere fundo. Illo igitur alienato nihil debetur, quia in certis non eſt locus conjecturis, *l. continuus.* 137. §. *cum ita. De verb. oblig.* Sin autem fundum, & inſtrumentum, aut fundum inſtructum legavit, duo legata ſunt æquè principalia: ideo quamvis ne in his quidem regulariter debeatur inſtrumentum fundo alienato, tamen poterit deberi, ſi mens teſtatoris talis fuiſſe probetur: quæ hìc non tàm eſt perſpicua, quàm in ſpecie præcedente. 6

§. 19. Si grex legatus.

SI grex legatus fuerit, & poſteà ad unam ovem pervenerit: quod ſuperfuerit, vindicari poteſt *a*. Grege autem legato etiam oves, quæ poſt teſtamentum factum gregi adjiciuntur, legato cedere Iulianus ait *b*. Eſt enim gregis unum corpus *c* ex diſtantibus capitibus, ſicut ædium *d* unum corpus eſt ex cohærentibus lapidibus. Ædibus denique legatis, columnas, & marmora, quæ poſt teſtamentum factum adjecta ſunt, legato dicemus cedere *e*.

1. *Grex corpus univerſale: & inter corpus ædium & gregis differentia. numer. 2.*

DE grege legato.

a Vindicari Potest. *L. ſi grege.* 21. *De leg.* 1.

b Julianus Ait. *D. l. ſi grege.* cum leg. ſeq. quæ tamen non habet auctorem Julianum, ſed Ulpianum.

1 *c* Unum Corpus. Univerſale † ſcilicet, *l.* 1. §. *ult.* cum legibus ſequ. *l. in rem.* 23. ubi Gloſſ. §. *penult. De rei vind.* Et ideò velut reliqua corpora univerſalia, augmentum, & diminutionem recipit, *l. proponebantur.* 76. *De judic. l. item veniunt.* 20. *De pet. hær.* Secùs ergò trecentis legatis, quæ ſunt apud Titium: ſi fortè poſteà Titio plus mutuo dederit, non creſcit legatum certæ quantitatis, ut ſingulare, ſed hoc potiùs hæredi accreſcit, quamvis in certa pecunia inſtituto: quoniam etiam in his eſt jus accreſcendi *l. quoties.* 13. *C. De hæred. inſt.* non legatis particularibus Jaſ. *l. ſi grege.* 22. *De legat.* 1. quanquam in hac ſpecie non ſit legatum

gatum certæ quantitatis, ſed debitum, unde legatum præſtandum, quod maius eſſe poteſt legato, nec totum debetur, ſed ſumma inde legata. Ergò, etſi augeatur, non pertinet ad legatum.

2 *d* Ædium. Hoc † tamen intereſt, quòd ædium corpus ſit concretum; *συνημμένον*, & uno ſpiritu conſtans: gregis verò, dejunctum, *l. rerum. 30. De uſucap. d. l. in rem. 23. §. pen. De rei vindic.*

e Legato Cedere. Jure acceſſionis, *l. ſervum. 44. §. 3. l. cætera. 41. §. penult. De legat. 1.*

§. 20. Si peculium legatum fuerit.

Si peculium legatum fuerit, ſine dubio, quicquid peculio accedit, vel decedit vivo teſtatore, legatarii lucro, vel damno eſt *a*. Quòd ſi poſt mortem teſtatoris, ante aditam hæreditatem aliquid ſervus acquiſierit: Iulianus ait, ſi quidem ipſi manumiſſo peculium legatum fuerit, omne, quod ante aditam hæreditatem acquiſitum eſt, legatario cedere: quia hujuſmodi legati dies ab adita hæreditate cedit *b*. Sed ſi extraneo peculium legatum fuerit, non cedere ea legato *c*, niſi ex rebus peculiaribus *d* auctum fuerit peculium. Peculium autem, niſi legatum fuerit, manumiſſo *e* non debetur *f*: quamvis, ſi vivus manumiſerit, ſufficit, ſi non adimatur *g*. Et ita divi Severus, & Antoninus reſcripſerunt. Iidem reſcripſerunt, peculio legato, non videri id relictum, ut petitionem habeat pecuniæ, quam in rationes dominicas impendit *h*. Iidem reſcripſerunt, peculium videri legatum *i*, cùm rationibus redditis liber eſſe juſſus eſt, & ex eo reliqua k inferre.

1. *Peculium adinſtar univerſitatis augmentum, & diminutionem habere.*

2. *Repetens à ſervo reſiduum tantùm rationum in teſtamento, reliquum omne ei legaſſe cenſetur.*

De peculio legato.

1 *a* Vel Damno Est. Nam † univerſitates augentur, & minuuntur, uſque dùm dies legati cedit: hoc eſt, donec debeantur, *l. denique. 8. §. ult. De pecul. leg.* Univerſitatem autem eſſe peculium, dubitari non debet. Gloſſ. in *l. quod dicitur. 15.* verb. *ſed dotis. De impenſ. in res dotal. fac.* Jaſ. in *l. 3. num. 10. C. De eden.*

b Cedit. Libertas, velut uſusfructus legatum, non tranſmittitur ad hæredes: ut quod ſit jus perſonale. Ideò fruſtra dies ante hæreditatem aditam cederet, quando ceſſio inventa ſit propter tranſmiſſionem. *l. 3. Quando dies legati ced. l. unica. §. libertatibus. C. De caduc. toll.* Quoniam igitur legati bujus dies cedit ab adita hæreditate, ideo ad illud uſque tempus legatum augetur: poſt, non item. Rerum namqne debitarum acceſſiones non debentur, niſi poſt petitionem, vel moram. *l. videamus. 38. De uſur.*

c Legato. Quia ceſſit dies à tempore mortis: & ideo nihil amplius debetur, quàm quale tùm fuit peculium, *d. l. denique. 8. De pecul. legat.*

d Peculiaribus. Puta partu ancillarum, fœtu pecudum, quæ ſunt in peculio. *d. l. denique.* hoc enim lucrum non extrinſecus accedit, ſed ex re ipſa eſt.

e Manomisso. Idemque, ſi extraneo legetur ſervus. *l. ſi legatus. 24. l. denique. 8. §. ult. De pecul. legat.*

f Non Debetur. *L. unica. §. ſed ne. C. De communi ſervo manumiſſ. l. 1. C. De pecul.* ſicut nec fundo legato debetur inſtrumentum, *l. 2. §. 1. De fund. inſtr. legat.*

g Adimatur. Nam præſumitur donari ſervo, quod illi non aufertur.

h Impendit. *L. ſi peculium. 6. §. 4. l. dominus. 23. §. 1. De pecul. legat.*

i Legatum. Ex † ratione contrariorum. 2
Nam qui tantùm repetit à ſervo reſidua rationum, hoc eſt, quæ putatis rationibus domino comperiuntur deberi, is reliquum omne legaſſe ei videtur, *d. l. denique. 8. §. interdum. De pecul. legat. l. quæſitum. 12. §. idem reſpondit. 23. De fund. inſtruct.*

k Reliqua. Quæ rationibus ſubductis, acceptiſque, & expenſis computatis debita remanent, & ſuperſunt, *l. quamvis. 32. l. Julius. 81.* cum leg. ſequente, *l. qui ſub conditione. 111. De cond. & demonſtr.*

§. 21. Tàm

§. 21. Tàm autem corporales.

TAm autem corporales res legari poſſunt, quàm incorporales *a*: & ideo, quod defunctodebetur, poteſt alicui legari, ut actiones ſuas hæres legatario præſtet *b*: niſi exegerit vivus teſtator pecuniam. Nam hoc caſu legatum extinguitur *c*. Sed & tale legatum valet: DAMNAS ESTO *d* HÆRES MEVS DOMVM ILLIVS REFICERE: vel, ILLVM ÆRE ALIENO LIBERARE *e*.

1. *Legato damnandi qua legari poſſint.*

DE legato rerum incorporalium.

a INCORPORALES. Paul. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. ut actiones, nomina, *l. cætera.* 41. *De lega.* 1.

b PRÆSTET. Nec enim pecuniam, ſed tantùm nomen, & actionem præſtare hæres debet, *l. legatum.* 105. *l. ſi ſic legatum.* 75. *l. ſervum.* 44. *De leg.* 1. eòque nec periculo nominis tenetur, ut in *l.* 4. *De hær. vend.*

c EXTINGUITUR. Quia res legata, nempe obligatio extinguitur, in princ. infrà *Quibus mod. toll. oblig. l. ſi ſic legatum.* 75. §. 1. *De legat.* 1. *l. fideicommiſſa.* 11. §. *ſi rem. De legat.* 3.

d DAMNAS ESTO. Utitur hoc exemplo: quia
1 † illo genere damnandi, facta, & res incorporales legari ſolent, & verè debent, jure quidem iſto veteri, unde hæc deſumpta ſunt. Cajus *lib.* 2. *cap.* 5. Ulp. *tit.* 24. Paul. *lib. Sent.* 3. *cap.* 6.

e LIBERARE. *L. mortuo.* 49. *De leg.* 2. Paul. *lib. Sent.* 3. *cap.* 6.

§. 22. Si generaliter.

SI generaliter *a* ſervus, vel res alia legetur, electio legatarii eſt *b*, niſi aliud teſtator dixerit *c*.

1. *Legato genere electio ſpeciei penes legatarium eſt, niſi aliud teſtator expreſſerit, & num.* 2.

DE legato generali.

a GENERALITER. Idem, ſi alternativè, *l. Lucio.* 23. *De legat.* 2. *l. planè.* 34. §. *pen. De legat.* 1.

1 *b* LEGATARII EST. † *L. ſi ſervus.* 108. §. 2. *De leg.* 1. quia ſcilicet vendicandi jus habet, quamcunque ſpeciem velit, quæ legato generis contineatur, *l.* 2. *De opt. legat. l. ſi domus.* 71. *l. legato,* 37 *De legat.* 1.

2 *c* DIXERIT. Ut † cùm legatur per damnationem: *Damnas eſto hæres dare illum, vel illum fundum, aut hominem. &c.* Hic enim ipſa verborum vis non transfert jus dominii, aut vindicationis in legatarium, ſed hæredem tantùm conſtituit debitorem, & proindè dat illi electionem, *l. ſi ita relictum.* 43. §. *ult. l. cum ſervus.* 39. §. *Sejo. De legat.* 1. *l.* 4. *De tritic. vin. & ol. legat.* Ulp. in *fragmentis. eod. tit.* 24. Eſt enim electio debitoris, tam in obligatione generis, *l. fidejuſſorem.* 52. *Mandat. l. ſi quis argentum.* 35. *C. De donat.* quàm alternativa, *l. plerumque.* 10. in fin. *De jur. dot.* in *c. In alternativis.* 70. *De reg. jur. lib.* 6. Et teſtator in dubio præſumitur ſe juri communi conformaſſe, *l. hæc verba.* 3. ubi Jaſ. *num.* 27. & 28. *De legat.* 1. Bar. & Angel. in *l. hæredes mei.* 57. §. *cum ita. ad Trebellian.* Bald. in *l. precibus.* 8. *num.* 13. *C. De impub. ſubſt.* Socin. *conſil.* 90. *Abundc.* 8. *num.* 1. *vol.* 1. nec voluiſſe auferre hæredi jus commune. arg. *d. l. unum.* §. *ſi rem. De legat.* 2. Bald. in *d. l. precibus. num.* 40. Quamvis itaque quoad ſubſtantiam legati, nihil refert, quibus verbis hodie legetur: tamen conjectura voluntatis de verbis nihilominus ſumitur. Eòque hoc diſcrimen etiam hodie retinetur à DD. ut, ad quem legatarium, hæredemve verba directa ſint, ejus ſit electio. DD. in *d. l. legato.* 37. *De leg.* 1.

§. 23. Optionis legatum.

OPtionis legatum, id eſt, ubi teſtator ex ſervis ſuis, vel alijs rebus optare legatarium juſſerat *a*, habebat olim in ſe conditionem *b*: & ideo, niſi ipſe legatarius *c* vivus optaſſet, ad hæredem legatum non tranſ-

mitte-

Digitized by Google

mittebat *d*. Sed ex conſtitutione noſtra *e* & hoc in meliorem ſtatum reformatum eſt: & data eſt licentia hæredi legatarii optare ſervum, licet vivus legatarius hoc non fecerit *f*. Et diligentiore tractatu habito, & hoc in noſtra conſtitutione additum eſt: ſive plures legatarii extiterint, quibus optio relicta eſt, & diſſentiant in corpore eligendo: ſive unius legatarii plures hæredes ſint, & inter ſe circa optandum diſſentiant, alio aliud corpus eligere cupiente, ne pereat legatum (quod plerique prudentium contra benevolentiam introducebant) fortunam eſſe hujus optionis judicem, & ſorte hoc eſſe dirimendum, ut, ad quem ſors pervenerit, illius ſententia in optione præcellat *g*.

1. *In legato verbis directis facto, optionem eſſe legatarij*
2. *Electio olim ſolius legatarii erat, nec tranſmittebatur ad hæredem: & ratio.*
3. *L. illud. 19. De opt. leg. in dubium vocatur.*

DE optionis legato.

a JUSSERAT. Exemplum legati vindicationis.

b CONDITIONEM. Scilicet, ſi vivus optaſſet.

1 *c* LEGATARIUS. Hinc † apparet, legatarii eſſe optionem, cùm per vindicationem legatur. Ulp. *tit.* 24. ſeu, ut nunc loquuntur DD. directis ad legatarium verbis: ſive expreſsè legetur optio, ut in §. præſente; ſive tacitè, ut in §. præcedente. Ulpian. *d. tit.* 24. Secus autem & hìc eſt in legato damnationis, ſeu directis ad hæredem verbis. Ulpian. *d. tit.* 24. *l. ſi ita relictum.* 43. §. *ult. De leg.* 2. quod etiam hodie, ut dictum eſt, DD. uſu retinendum putant.

d NON TRANSMITTEBAT. † Eligere enim eſt προαιρέσεως, & judicii: quæ perſonalia ſunt, quia in quaque perſona variant, *l. inter.* 31. *De ſolu.* eòque nec tranſmitti oportere videbantur, *l. unica.* §. *ne autem.* cum ſeq. *C. De cad. toll.* 2

e NOSTRA. *L. ultim. C. Com. de leg.*

f NON FECERIT. Quare † quod in *l. illud.* 19. *De opt. leg.* ex Paulo citatur, tranſmitti optionem, hoc additum eſſe à Triboniano, negativa diſpuncta, aut ſaltem hac de re fuiſſe inter I. C. diſceptationem, ac Pauli ſententiam Juſtinianum eſſe ſequutum, veriſimile eſt. 3

g PRÆCELLAT. *L. ultim. C. Com. de legat. l.* 2. *C. Quando & quibus. lib.* 10. Sed de hac, & jure Saxonum introducta diviſionis, atque optionis ratione dictum eſt ad *tit. Famil. erciſc.*

§. 24. Legari autem illis.

LEgari *a* autem illis ſolùm poteſt, cum quibus Teſtamenti factio eſt *b*. Incertis verò perſonis *c* neque legata, neque fideicommiſſa *d* olim relinqui conceſſum erat. Nam ne miles quidem incertæ perſonæ poterat relinquere, ut divus Adrianus reſcripſit. Incerta autem perſona videbatur, quam incerta opinione animo ſuo teſtator ſubjiciebat *e*: veluti ſi quis ita dicat: QVICVNQVE FILIO MEO FILIAM SVAM IN MATRIMONIVM DEDERIT, EI HÆRES MEVS ILLVM FVNDVM DATO *f*. Illud quoque, quod jis relinquebatur, qui poſt teſtamentum ſcriptum primi Conſules deſignati eſſent, æquè incertæ perſonæ legari videbatur. Et denique multæ aliæ hujuſmodi ſpecies ſunt. Libertas quoque incertæ perſonæ non videbatur poſſe dari: quia placebat nominatim ſervos liberari. Sub certa verò demonſtratione, id eſt, ex certis perſonis incertæ perſonæ rectè legabatur: veluti; EX COGNATIS MEIS *g*, QVI NVNC SVNT *h*, SI QVIS FILIAM MEAM VXOREM DVXERIT, EI HÆRES

MEUS

MEVS ILLAM REM DATO. Incertis autem perſonis legata, vel fideicommiſſa relicta, & per errorem *i* ſoluta, repeti non poſſe, ſacris Conſtitutionibus k cautum eſt *l*.

1. *Habentibus teſtamenti factionem ſaltem paſſivam legari poſſe: ſecus, ſi neutram, & ratio.*
2. *Incerta perſonæ legari non poſſe, & num. 3.*
4. *Legatum tale*, Cognatis meis, qui nunc ſunt, *cur valeat.*

TErtia pars hujus Tituli, de perſonis, quibus legari poſſit, vel non poſſit: & an incertæ perſonæ legari poſſit.

a LEGARI. Regula ex Ulp. *tit.* 24.

1 *b* FACTIO EST. Paſſiva † ſaltem. Poteſt enim filiisfamilias, infantibus, ſervis, & aliis legari, qui teſtamenti factionem activè non habent. Ratio autem hujus eſt, quòd jura teſtamentorum, & quæ his cohærent, cùm ſint juris civilis, *l.* 3. *De teſtam.* non poſſunt eſſe cum iis communia, qui neutro modo factionem teſtamenti habent, *l. ſi ſervo.* 101. §. 1. *De legat.* 1. *l.* 4. *De his, quæ pro non ſcriptis habentur.*

c INCERTIS PERSONIS. Regulæ declaratio per antitheſin, & exemplum contrarium, quod
2 ex illa ſequitur. Nam † legari incertæ perſonæ hac ratione non poterat, quod tempore teſtamenti (id autem attenditur, §. *an ſervo.* 29. *infr. eod.*) ignotum ſit, utrum incerta perſona, cui legabatur, teſtamenti factionem habeat, an non: & quia alioqui certum eſſe debet conſilium teſtantis. Ulpia. *tit.* 24. Paul. *lib.* 3. *cap.* 6.

3 *d* FIDEICOMMISSA. Paul. † *lib. Sentent.* 3. *cap.* 6. Legatum, inquit, niſi rei certæ ſit, & ad certam perſonam referatur, nullius eſt momenti. Item Ulp. *tit.* 24. Contrarium tamen ferè indicat Ulp. *tit.* 25. Niſi dicas, argumentum à contrario ſenſu non eſſe ſumendum contra legem, cujus hìc aperta eſt definitio, *l.* 2. ubi Bald. & Salicet. *C. De cond. inſert.*

e SUBJICIEBAT. Paulus *l. ſubſignatum.* 39. §. *ult. De verb. ſign.* Incertus, inquit, poſſeſſor eſt, quem ignoramus.

f DATO. Ulp. *tit.* 24. Multæ aliæ ſpecies, ut *lego advocatis*, *&c.*

g COGNATIS MEIS. *L. quidam.* 5. *de reb. dub.* Ulp. *d. tit.* 24.

h QUI NUNC SUNT. Hìc † enim non eſt eadem incertitudo, cùm ab illa generalitate hominum tota res abſtracta, cognatione unius familiæ concluditur. Deinde hoc legatum habet rationem judicii, & conſilii, videlicet affectionem erga cognatum ſanguinem, ex qua præſumitur facilis in propinquos donatio, *l. ſi ſervus communis.* 39. *De dona. int. virum, & ux. l.* 1. cum ſeq. *C. De neg. geſt. l. Neſennius.* 34. *eod.* Hi autem omnes certi ſunt, ut incertæ perſonæ relictum dici non poſſit. Vide etiam omninò *l. ſi quis ad.* 48. *C. De Epiſcop. & Cler.* 4

i ERROREM. Juris videlicet, non facti, *l. error.* 9. *C. Ad Leg. Falc. l.* 1. ubi DD. *De condic. indeb.*

k CONSTITUTIONIBUS. Quæ non extant.

l CAUTUM EST. Quia ejuſmodi legatum naturaliter eſt debitum, *l. fideicommiſſum.* 62. *De condict. indeb. l. error.* 9. *C. Ad Leg. Falcid. l. non dubium.* 16. *C. De teſtam. l. pen.* §. *ſed facti. De fact. & jur. ignor.* Hodie ſi ſolvantur poſt conſtitutionem, cujus fit mentio in §. *ſeq.* debita ſolvuntur.

§. 25. Poſthumo quoque alieno.

POſthumo quoque alieno inutiliter antea legabatur *a*. Eſt autem alienus poſthumus, qui natus inter ſuos hæres teſtatori futurus non eſt *b*. Ideoque ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat poſthumus avo. Sed nec hujuſmodi ſpecies penitus eſt ſine juſta emendatione relicta: cùm in noſtro Codice conſtitutio poſita ſit *c*, per quam & huic parti medemur, non ſolùm in hæreditatibus *d*, ſed etiam in legatis *e*, & fideicommiſſis *f*: quod evidenter ex ipſius conſtitutionis lectione clareſcit. Tutor autem nec per noſtram conſtitutionem *g* incertus dari debet *h*: quia certo judicio debet *i* quis pro tutela ſuæ poſteritati cavere k. Poſthumus autem alienus, hæres inſtitui & antè poterat *l*, & nunc poteſt: niſi in utero ejus ſit, quæ jure noſtro uxor eſſe non poteſt *m*.

1. *Poſthu-*

Digitized by Google

1. *Poſthumo alieno cur legari non poſſit.*
2. *Emendata hujus §. lectio: & quomodo inter ſuos hic poſthumus non dicatur fore: & de differentiis alienorum poſthumorum, remiſſivè.*
3. *Poſthumis olim nec hæreditas, nec legata, nec fideicommiſſa relinqui poterant: hodie ſecus, num. 4. 5. & 6.*
7. *Tutor incertus teſtamento dari non poteſt.*

1 AN poſthumo alieno legari poſſit, *a* Legabatur. Non † modò quòd incerta eſſet perſona, ſed quia turpitudinis ſuſpicione id non carebat, *l. ſi quis.* 9. *De liber. & poſth.* Nam legari ſolet ob affectionem ſanguinis, ſuis, & propinquis. *l. Titius.* 25. ubi Jaſ. *num.* 9. *De lib. & poſthum.* & in *l. cætera.* 41. *§. ſi quis. num.* 9. *l. ſi domus.* 71. *§. ſi fundus. num.* 22. *l. qui filiabus.* 17. *num.* 26. *De legat.* 1. ob benemerita extraneis, *l. nec adjecit.* 9. *Pro ſoc.* cujuſmodi nulla in poſthumum cadunt. Deinde quoniam jure civili cum illo non erat teſtamenti factio, qui nondum eſſet civis, imò nec homo quidem, eòque nec inſtitui olim ſemper poterat, §. 1. infrà *De bon. poſſeſſ. l. poſthumus.* 6. *De inoff. teſtam. l.* 1. *§. ſi filius. l. extraneo.* 6. *De vent. in poſſeſſ. mit. l.* 3. *De bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. l. Titius.* 25. *§. Lucius.* ubi Cujacius, & Govean. in princ. *De lib. & poſthum.*

2 *b* Futurus Non Est, Hoc † eſt, qui non naſcitur ſuus: ita Cujacius ex veteri exemplari legit: & eandem lectionem exemplum ſubjectum de nepote ex emancipato comprobat, qui non modò non hæres, ſed nec inter ſuos naſcitur. Itaque hoc accipiendum ſic eſt, ut non ſit inter ſuos hæredes, neque potentia, nec actu: velut exemplum appoſitum declarat. Nam poſthumus nepos ex filio hærede ſuo, inter ſuos quidem hæredes non eſt actu, quia pater eum præcedit, §. 1. ſup. *De hered. qual.* ſed potentia, quia ſuccedere in locum patris, & ſuus hæres illo mortuo, aut emancipato fieri poteſt, *§. poſthumorum.* 3. ſup. *De exhered. liber.* & quamvis natus inter ſuos hæredes non eſt, tamen eſt inter ſuos, hoc eſt, in poteſtate. Eſt igitur medius inter ſuum, & alienum poſthumum. Nam alienus hìc dicitur, qui alibi extraneus, ſuprà *De hered. qual. & different.* hoc eſt, qui non naſcitur in poteſtate, puta ex filio, ut hìc ſubjicitur, emancipato, atque ita extra familiam natus eſt. Sed de differentiis poſthumorum alienorum, plura Cujac. in *d. l. Gallus.* in princ. *De lib. & poſthum.*

c Posita Sit. Quæ aut è priore editione diſpuncta eſt, aut, quòd Græca eſſet, veriſimiliter intercidit: ut multæ ignorantia Græcarum literarum à deſcriptoribus Latinis ſunt omiſſæ. Conſentaneum eſt autem, utrumque ea conſtitutione fuiſſe inductum, ut & incertæ perſonæ, & † alieno poſthumo legari deinceps poſſit: quemadmodum & hodie poteſt, ut hìc declarant DD. & in *l. quidam relegatus.* 5. *De reb. dub.* Et ſanè multę cauſæ honeſtæ relinquendi eſſe poſſunt, ut propinquitas, amicitia, benemerita parentum, &c. ex quibus poſthumus ſperatur. 3

d Hæreditatibus. Ut † illis jure civili relinqui poſſit hæreditas, cùm olim tantùm jure prætorio admitterentur, §. 1. infr. *De bonor. poſſeſſ.* 4

e In Legatis. Quæ † olim nec jure prætorio, nec jure civili capere poterant. Vide Cujac. in *d. l. Titius. §. Lucius.* 5

f Fideicommissis. Quæ † olim jure tantùm prætorio, non etiam jure civili capiebant. 6

g Constitutionem. Vel eandem, vel aliam, quæ & ipſa deſideratur.

h Dari Debet. *L. tutor.* 20. *De teſtam. tut.*

i Debet. Liberatur † enim à ſatiſdatione tutor teſtamentarius: quare idoneus eligi à teſtatore debet. Incertus autem an ſit idoneus, ignoratur; nec certum hìc eſt judicium teſtantis: cùm fidem certi hominis non ſequatur, eòque nec rectè liberis ſuis provideat. 7

k Cavere. Hinc apparet, hoc maximè ad cautionem rei pupillaris placuiſſe: cujus intereſt, ne incerti, parùmque cogniti admittantur.

l Poterat. Jure prætorio, non civili, ut ait Cujacius ex §. 1. inf. *De bon. poſſeſſ. l. poſthumus.* 6. *De inoff. teſtament. l.* 1. *§. ſi filius. De vent. in poſſeſſ. mitt.* & aliis juribus, quę ſuprà allegata ſunt. Sed verba hæc non ſatis quadrant. Hæredem enim inſtituere, non juris prætorii, ſed civilis eſt: & hic ipſe locus non congruit ſuperiori, ubi profeſſus eſt, ſua conſtitutione in hæreditatibus (quæ ſunt juris civilis) huic ſe parti medicinam attuliſſe. Sed has veteris juris ſubtilitates, neque compoſitores penitus extricandi curam habuerunt: nec in iis nos nimiùm curioſos, in his ſtudiorum initiis eſſe oportet.

m Non Potest. Vel quia alii nupta, vel propter affinitatem, aut conſanguinitatem intra quartum gradum, *l. poſthumum.* 27. *l. filius.* 28. *§. pen. De lib. & poſthum.* ut dictum eſt ſuprà ad *tit. De nupt.*

§. 26. Si quis in nomine.

SI quis in nomine *a*, cognomine, prænomine, agnomine legatarij teſtator erraverit; ſi de perſona conſtat, nihilominus valet legatum. Idemque in hæredibus ſervatur: & rectè. Nomina enim, ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt: qui ſi alio quolibet modo intelligantur, nihil intereſt *b*.

1. *Nominum propriorum ſpecies, & explicatio.*
2. *Error nominis, pronominis, &c. non vitiat legatum, ſi de perſona conſtet: ſecus, ſi non conſtet.*

AN rectè legetur iis, quorum aut nomen ignoratur, aut in nomine erratur.

1 *a* IN NOMINE. Propria † nomina, inqnit Charifius, in 4. ſpecies dividuntur: Prænomen, Nomen, Cognomen, & Agnomen: ut Publius Cornelius Scipio Africanus. Pronomen eſt, quod nomini præponitur, ut Publius: nomen, quod familiæ originem declarat, ut Cornelius: Cognomen, quod nomini ſubjungitur, velut proprium, ut Scipio: Agnomen, quod extrinſecus adjici ab eventu ſolet, ut Africanus. Hæc ille. Notandum tamen eſt, Ciceronem cognomen ferè pro agnomine uſurpare: ut Craſſus cognomine *Dives*. Et Antonius Auguſtinns *lib. 3. Emendat. cap. 8. poſt med.* ait, delendam eſſe vocem agnominis, ut veteribus incognitam, atque à grammaticis confictam: cui alii non aſſentiuntur, cùm id nomen in omnibus manuſcriptis exemplaribus extet.

b NIHIL INTEREST. *L. 4. C De teſt.* Nam, † 2
ſi de perſona conſtet, nominis nulla habetur ratio: quia nomen inventum eſt, ut perſonam deſignet, *l. ſi ita 8. §. 2. De bon. poſſ. ſecund. tab.* Ubi igitur habetur finis, non curatur de mediis, ſecundum Bald. in *l. 3. C. De inſtit. & ſubſtit. §. ſi quis autem ſuſpectus.* ſupr. *De ſuſpect. tutor.* Perinde igitur eſt, ſive quis nomine proprio, ſive certa demonſtratione, ac periphraſi deſignetur, *l. quoties. 9. §. ſi quis. De hered. inſtit. l. certum 6. Si cert. petat.* Quòd ſi deſignatio porrò non ſatis fungatur vice nominis, neque certam perſonam exprimat, ad nihilum redigetur legatum, *l. in tempus. 62. §. 1. De hered. inſtit. l. duo ſunt Titii. 30. De teſtament. tutel.*

§. 27. Huic proxima eſt.

HVic proxima eſt illa juris regula, falſa demonſtratione legatum non perimi *a*: veluti ſi quis ita legaverit: STICHVM SERVVM MEVM VERNAM *b* DO, LEGO. Licet enim non verna, ſed emptus ſit: ſi tamen de ſervo conſtat, utile eſt legatum *c*. Et convenientèr, ſi ita demonſtraverit, STICHVM SERVVM, QVEM A SEIO EMI, ſitque ab alio emptus: utile eſt legatum, ſi de ſervo conſtat.

VT falſo nomine legatarii, ſic falſa demonſtratione rei legatæ, legatum non vitiatur.

a PERIMI. *L. falſa. 33. De condit. & demonſtr.*

b VERNAM. Domi meæ natum.

c LEGATVM. *L. demonſtratio. 17. De condit. & demonſtr.*

§. 28. Longè magis legato.

LOngè magis legato falſa cauſa *a* adjecta non nocet *b*: veluti cùm quis ita dixerit: TITIO, QVIA ME ABSENTE NEGOTIA MEA CVRAVIT, STICHVM DO, LEGO. vel ita: TITIO, QVIA PATROCINIO EIVS CAPITALI CRIMINE LIBERATVS SVM, STICHVM DO, LEGO. Licet enim neque negotia teſtatoris unquam geſſerit Titius, neque patrocinio ejus liberatus ſit: legatum tamen valet. Sed, ſi conditionaliter enunciata fuerit cauſa, aliud juris eſt *c*: veluti hoc modo: TITIO, SI NEGOTIA MEA CVRAVERIT *d*, FVNDVM MEVM DO, LEGO.

Digitized by Google

1. *Falſa cauſa quando legatum vitiet, & quare, num. 2.*

3. *Particula* Si, *& particula* Quia, *quid denotent.*

VT falſa demonſtratio, ſic falſa cauſa legato non nocet.

a Falsa Cavsa. Quia tantùm eſt προκαταρκτική, non finalis: ut dictum eſt ad *tit. De condit. & demonſt.*
2 niſi † conditionaliter cauſa adjecta ſit, *l. demonſtratio.* 17. *§. quod autem. De cond. & demonſtr.* tunc enim cauſæ finalis rationem habet, *d. l. demonſtratio.* Tiraqu. *De ret. convent.* §. 2. *num.* 4. ex Bart. *l.* 2. §. *ult. De donat.* Finalis autem cauſæ falſitas vitiat, *l. ſi divortio.* 21. vbi DD. *De verb. obl.* Alex. *conſi.* 22. *num.* 3. *lib.* 5. Menoch. *conſ.* 1. *nu.* 395. & 414. Nam conditiones ſpecificè, hoc eſt, in ſua forma ſunt adimplendæ, *l. ult. ff. Mandat. l. qui hæredi.* 44. *De condit. & demonſtrat.* eòque pro præcipua cauſa finali, non modò in legatis, ſed in omni donatione, & contractu habentur, *l.* 1. & *tot. tit. C. De donat. quæ ſub modo.*

b Non Nocet. *L. demonſtratio.* 17. §. 1. *l. cum tale.* 27. *§. falſam. De condit. & demonſt.*

c Aliud Juris Est. Quia † tunc, ut dixi, 2
rationem habet cauſæ finalis: qua ceſſante, ceſſat effectus, *l. generaliter.* 40. *C. De Epiſc. & Cler.* Vid. tractat. Tiraq. Ceſſante cauſa. &, niſi conditio impleatur, legatum deficit, *l.* 2. *C. De his, quæ ſub modo. l. qui hæredi.* 44. *§. ult. De condit. & demonſt.*

d Curaverit. Notandum, † particulam *Si*, 3
indicare conditionem. Gloſſ. Bartol. & DD. *l.* 1. *De condit. & demonſt. & l.* 3. *De legat.* 1. per *l. ſi Titio.* 22. ubi Bartol. *Quando dies legat. ced.* & cauſam ea re finalem, quæ conditioni ineſt, *d. l. demonſtratio. §. quod autem. De cond. & demonſtrat.* Bart. *l.* 2. *§. ult. De donat.* Tiraq. *in retract. conven.* §. 2. *num.* 3. 4. cum multis ibi allegat. particulam verò *Quia*, referri ad cauſam impulſivam, ut ex præcedentibus exemplis, & paſſim ex *tot. tit. De condit. & demonſtr.* intelligi poteſt. Bart. *d. l. demonſtratio. §. quod autem*: quanquam interdum etiam pro ſubjecta materia cauſæ quoque finalis rationem habet. Bald. *l.* 1. *C. De falſ. cauſ. adject.* & *l.* 1. *De ſer.*

§. 29. An ſervo hæredis.

AN ſervo hæredis rectè legemus, quæritur: & conſtat, purè inutiliter legari *a*: nec quidquam proficere, ſi vivo teſtatore de poteſtate hæredis exierit: quia quod inutile foret legatum, ſi ſtatim poſt factum teſtamentum deceſſiſſet teſtator, hoc non debet ideò valere, quia diutiùs teſtator vixerit *b*. Sub conditione verò rectè legatur ſervo, ut requiramus, an, quo tempore dies legati cedit *c*, in poteſtate hæredis non ſit *d*. Ex diverſo, hærede inſtituto ſervo, quin domino rectè etiam ſine conditione legetur *e*, non dubitatur. Nam, etſi ſtatim poſt factum teſtamentum deceſſerit teſtator, non tamen apud eum, qui hæres ſit, dies legati cedere intelligitur *f*: cùm hæreditas à legato ſeparata ſit, & poſſit per eum ſervum alius hæres effici, ſi, priùſquàm juſſu domini adeat, in alterius poteſtatem translatus ſit; vel manumiſſus ipſe hæres efficitur: quibus caſibus utile eſt legatum. Quòd ſi in eadem cauſa permanſerit, & juſſu legatarii adjerit, evaneſcit legatum *g*.

1. *Servo hæredis inutiliter legari purè: ſub conditione rectè, & diverſitatis ratio, num.* 2.

3. *Cur ſervo hærede inſtituto ipſius domino legari poſſit.*

AN ſervo hæredis rectè legetur.

a Inutiliter Legari. Nam
1 † qui ſervo legat, domino, cui acquiritur, legare cenſetur, *l. non minus.* 31. *De hered. inſtit.* Domino tamen hæredi legari non poteſt: quia nemini à ſeipſo rectè legatur, *l. & quidem* 18. *l. legatum.* 116. §. 1. *De legat.* 1. Ulpian. *tit.* 24. cùm nemo à ſeſe petere, nec ipſe ſibi debitor eſſe poſſit, *l. quæſitum.* 91. *De legat.* 1. *l. debitori.* 7. ubi DD. *C. De pact.*

b Vixerit. Ex regula Catoniana, *l.* 1 *De reg. Catoniana. l. quod ab initio.* 29. *De reg. jur.* de qua ſup. ad *§. ſi rem.* cum ſequent. *hoc tit.* & ad *tit. De exhered. liber.* §. 1. cum ſequent.

c Cedit. Qui † cedit, exiſtente demum conditione, *l. cedere diem.* 213. *De verb. ſignif. l.* 1. *l.* 3. 2
cum ſequent. *De regul. Caton.* Vide *tit. Quand. dies legat.*

legat. Sed cur non idem in puro legato, cujus dies demum à tempore mortis cedit? *l. unic.* §. *in noviſſimo. C. De caduc. toll.* quamobrem non valet inquam legatum, ſi eo tempore ſervus reperiatur alienus? Reſpondeo, mortis tempus cum tempore, quo teſtamentum conditur, conjungi, §. *in extraneis.* ſupr. *De hæred. qual.* ut neceſſe ſit, diſpoſitionem ſtatim valere, ſi fortè in illo temporis puncto, quo perficitur, teſtatorem diſcedere contingat, propter regulam Catonianam: de qua vide *ff. De reg. Catonian.* At purum ejuſmodi legatum, decedente tunc teſtatore eſſet inutile, quando ſtatim deberetur: conditionale non item: quòd non ſtatim debeatur, ſed ſuſpenſum ſit in conditionem. Ideo ſufficit, exiſtente demum conditione ſervum eſſe capacem ex perſona domini, vel quòd manumiſſus ſit.

d NON SIT. *L. à filio.* 25. *l. quæſitum.* 91. *l. ſi poſt mortem.* 68. *De legat.* 1. *l. Julianus.* 86. *De cond. & demonſtr. l. debitor.* 32. § 2. *De legat.* 2.

e LEGETUR. Apud ſervum heredem inſtitutum.

3 *f* INTELLIGITUR. Non confunditur † legatum cum hæreditate, nec intelligitur ſtatim eidem utrumque deberi, ob incertum eventum: quia poteſt ſervus, antequàm adeat, vel manumitti, vel alienari, atque ita tolli hoc diſcrimen. Nam dominus non eſt hæres, ut in ſuperiore caſu, quia non eſt inſtitutus: etiamſi per ſervum acquirere hæreditatem poſſit, *l.* 6. *De acquir. hered.* cum ſimilib. Vnde tempore mortis cedit illi rectè legati dies, & hoc debetur: neque enim adhuc hæres, aut debitor eſt, utpote necdum per ſervum adita hæreditate, ſed tantùm creditor, & legatarius. Vtrùm autem futurus ſit hæres, id pendet ex aditione ſervi: qui aut poteſt non adire, ut ſi moriatur: aut 1
poteſt antè alienari: quos ob eventus dominum legato privari, fuerit iniquiſſimum. In ſuperiore verò caſu non eodem modo cedere poteſt legati dies in perſona hæredis: nam, ſi velit ſibi legatum deberi à tempore mortis, hæres eſſe nequit: at, niſi ſit hæres, & eſſe velit, deficit legatum, *l. Papinianus.* 8. §. *fin. De inoffic. teſtam.* Denique aliter dici nequit, quàm ibi inevitabilem, & præſentaneam jurium eſſe confuſionem: hîc non item, cùm ab incerto eventu tota res pendeat. Sed hæc exilia ſunt, & ſpinoſa, neque magnum habent uſum.

g EVANESCIT LEGATUM. Confuſione jurium: quia idem fit debitor, qui fuit creditor, *l. quæſitum.* 91. *l. planè.* 34. §. *ſi duobus. De leg.* 1.

§. 30. Ante hæredis inſtitutionem.

ANte hæredis inſtitutionem inutiliter anteà legabatur *a*: ſcilicet, quia teſtamenta vim ex inſtitutione hæredis accipiunt *b*, & ob id veluti caput, atque fundamentum *c* intelligitur totius teſtamenti hæredis inſtitutio *d*. Pari ratione nec libertas *e* ante hæredis inſtitutionem dari poterat *f*. Sed, quia incivile eſſe putavimus *g*, ordinem quidem ſcripturæ ſequi (quod & ipſi antiquitati *h* vituperandum fuerat viſum *i*) ſperni autem teſtatoris voluntatem: per noſtram Conſtitutionem *k* & hoc vitium emendavimus, ut liceat & ante hæredis inſtitutionem, & inter medias hæredum inſtitutiones *l* legatum *m* relinquere *n*, & multò magis libertatem, cujus uſus favorabilior eſt.

1. *Legari hodie rectè ante hæredis inſtitutionem poſſe & c.*

PArs Tituli ultima; qua forma, & modo legari poſſit.

a ANTEA LEGABATUR. Ulpian. *tit.* 1. & 24. Ante hæredis inſtitutionem legari non poteſt, quoniam & poteſtas teſtamenti ab hæredis inſtitutione incipit. Paul. *lib. Sent.* 3. *cap.* 6.

b ACCIPIUNT. *L. quod per manus.* 10. *De jur. codicill.*

c FUNDAMENTUM. Sine quo legata, & acceſſiones non conſiſtunt.

d INSTITUTIO. *L.* 1. *De hered. inſt. tuend.*

e LIBERTAS. A genere ad ſpeciem. Nam datio libertatis in teſtamento, eſt ſpecies legati.

f POTERAT. Niſi in militis teſtamento, Ulpian. *ibid.*

g PUTAVIMUS. Facit † & illa ratio, quòd hodie legata non eodem, quo olim, modo pendeant ab inſtitutione, cùm etiam codicillis abſque teſtamento relinqui poſſint. 1

h ANTIQUITATI. Ut Papinianus in *l. cum pater.* 77. §. *fidei.* 12. *De legat.* 2. Vide de hoc Everhard. in *loc. legal. Ab ordine. n.* 6. cum ſeqq.

i VISUM. Qui in reliquis potiùs ſententiam, & voluntatem, quàm ſcripturæ ordinem ſpectarunt, *l. ſi idem.* 14. *l. cum pater.* 77. §. *fidei tua. De legat.* 2. *l. ſi mihi.* 12. §. 3. *De legat.* 1. *l.* 6. *De ſolutio*, In hac ſpecie non item: quòd ea res non ab ordine ſcripturæ, ſed à juris ratione dependere videatur: ſcilicet

Digitized by Google

licet quia abſque principali fundamento acceſſorium, & quicquid ſuperſtruitur, non conſiſtit, *l. agi.* 26. *De excep. rei judica.* & quoniam non niſi teſtamento (cujus vis in inſtitutione poſita eſt) relinqui legata olim poterant, §. *antepen.* infr. *De fi-*
2 *deicom. hæred.* Sed † cùm actus teſtamenti ſit continuus; *l. heredes.* 21. §. *ult. De teſtam.* rectius eſt non conſiderari, quid prius, poſteriuſve fiat, cùm totum illod, qood fit, unus ſit unius temporis actus. Et, cùm fidejuſſio præcedere principalem, unde dependet, obligationem poſſit, infr. *De fidejuſſ.* in prin. eur non & legata inſtitotionem?

k Constitotionem. *L. ambiguitates.* 24. *C. De teſtament.* Contjus putat aliam, qoæ non extet, deſignari.

l Institutiones. Ut; *Titium ex ſemiſſe heredem facio, Mevio decem lego, Sempronius ex reliqua parte heres eſto.*

m Legatum. Vel exhæredationem facere, *l.* 3. ubi Cujac. *De lib. & poſthum.*

n Relinquare. Hoc etiam olim obtinuiſſe videtur. Paul. *lib.* 3. *cap.* 6.

§. 31. Poſt mortem quoque.

Poſt mortem *a* quoque hæredis, aut legatarii, ſimili modo inutiliter legabatur *b*: veluti ſi quis ita dicat: CVM HAERES MEVS MORTVVS FVERIT *c*, DO, LEGO. Item: PRIDIE *d*, QVAM HAERES, AVT LEGATARIVS MORIETVR. Sed ſimili modo & hoc correximus *e*, firmitatem hujuſmodi legatis ad fideicommiſſorum ſimilitudinem *f* præſtantes: ne in hoc caſu deterior cauſa legatorum, quàm fideicommiſſorum inveniatur.

1. In tempus mortis rectè legari: & cur poſt mortem hæredis, aut legatarii, legatum non valeat. nu. 2.

Poſt mortem hæredis, aut legatarii an legari poſſit.

1 *a* Post Mortem. Nam † in mortis tempus legari poteſt. Paul. *lib.* 3. *tit.* 6. ut *Heres meus cùm morietur, dare damnas eſto.* Neque enim ita ab hærede hæredis, qui incertus eſt, ſed ab hærede legatur, *l. ſi pecunia.* 12. §. 1. *De legat.* 2.

b Legabatur. Paul. *lib. Sentent.* 3. *cap.* 6. Cu-
2 jus † duplicem rationem affert Ulpian. *cap.* 24. Primùm, qoia incertum ſit, quis futurus ſit hæredis, aut legatarii hæres. Ut autem incertæ perſonæ legari non poteſt: ita nec à perſona incerta. Secondò, quia mandare alieno hæredi non licet: at fideicommitti hoc modo potuiſſe, infrà textus oſtendit.

c Mortuos Fuerit. Non, cùm morietur: nam & olim ita legari poterat, *d. l. ſi pecunia.* §. 1.

d Pridie. Nam hic dies ante mortem planè incertus eſt, & non niſi, cùm jam mortuus fuerit hæres, ſciri poteſt, quis ille dies, *pridie quàm morietur*, futurus ſit: & proinde hoc modo cùm nihil debeatur, niſi mortuo hærede, atque ita dies legati poſt mortem cedat, videtur & poſt mortem legatum eſſe.

e Correximos. *L. ſcrupuloſam.* 11. *C. De contrahend. ſtipulat.* quia ſunt exæquata legata fideicommiſſis, §. 3. ſupr. *eod.*

f Similitudinem. Nam fideicommitti etiam olim hoc modo poterat, *l. filiusfam.* 114. §. 3. *De legat.* 1. *l. ſi fuerit.* 5. *De legat.* 3. Ulpian. *tit. De fideicom. l. fideicommiſſ.* 11. §. *filio. De leg.* 3. *l.* 1. §. *ſi emancipato. De collat. bonor.* quòd cognitione prætoria, quæ conſtat æqoitate, *l. in omnibus.* 14. *De reg. jur.* hæc expedirentur. inf. *De fideicom.* in princ.

§. 32. Pœnæ quoque nomine.

Pœnæ quoque nomine inutiliter legabatur *a*, & adimebatur, vel transferebatur *b*. Pœnæ autem nomine legari videtur, quod coercendi hæredis cauſa relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat *c*: veluti ſi quis ita ſcripſerit: HÆRES MEVS SI FILIAM SVAM IN MATRIMONIVM TITIO COLLOCAVERIT: vel ex diverſo: SI NON COLLOCAVERIT, DATO DECEM AVREOS

Aa 2 SEIO;

SEIO; aut ſi ita ſcripſerit: HÆRES MEVS SI SERVVM STICHVM ALIENAVERIT: vel ex diverſo; SI NON ALIENAVERIT, TITIO DECEM AVREOS DATO. Et in tantum hęc regula obſervabatur, ut quàmplurimis principalibus conſtitutionibus *d* ſignificaretur, nec principem quidem agnoſcere, quod ei pœnæ nomine legatum ſit *e*. Nec ex militis quidem teſtamento talia legata valebant, quamvis alię militum voluntates in ordinandis teſtamentis valde obſerventur. Quinetiam nec libertatem pœnæ nomine dari poſſe placebat: eo ampliùs nec hæredem pœnæ nomine adjici poſſe *f*, Sabinus exiſtimabat: veluti, ſi quis ita dicat: TITIVS HÆRES ESTO, SI TITIVS FILIAM SVAM IN MATRIMONIVM SEIO COLLOCAVERIT, SEIVS QVOQVE HÆRES ESTO. Nihil enim intererat, qua ratione Titius coerceretur, utrum legati datione, an cohæredis adjectione. Sed hujuſmodi ſcrupuloſitas non placuit: & generaliter ea, quæ relinquuntur, licet pœnæ nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alium translata: nihil diſtare à cæteris legatis conſtituimus, vel in dando, vel in adimendo, vel in transferendo: exceptis videlicet iis *g*, quæ impoſſibilia ſunt *h*, vel legibus interdicta *i*, aut aliàs probroſa *k*. Hujuſmodi enim teſtatorum diſpoſitiones valere, ſecta meorum temporum non patitur *l*.

1. *Finis legatorum.*
2. *Differentia legatorum pœnæ nomine, quę nunc obſervantur, & quę rejiciuntur.*
3. *Legata impoſſibilia, contra leges, & probroſa, cur non valeant.*

AN pœnæ nomine rectè legetur.

a Legabatur. Et fideicommittebatur. Ulpian. *tit.* 25.

b Transferebatur. Nam & libertatis jus hoc modo infringi videbatur, *l. filio.* 71. §. 2. *De*
1 *cond. & demonſtr.* & aberat ea † res longiſſimè à fine legatorum, quæ benefaciendi, non territandi, & puniendi cauſa relinquuntur. Vide Ulpian. *cap.* 24. Sic nec cum convicio legari poteſt, *l. turpia.* 54. *De legat.* 1. aut hæres inſtitui, *l. quoties.* 9. §. *ſi quis.* 5. *De hæred. inſtit.* niſi ſolus filios, *l. his verbis.* 48. §. 1. *De hæred. inſtit.*

c Non Faciat. Ulpian. *cap.* 24.

d Conſtitutionibus. Non extant.

e Legatum Sit. *L. unic. C. De his, quæ pœn. nom. relinq.*

f Adjici Posse. Non enim tam cohæredis inſtitutio, quàm hæredi interminatio, & pœna appoſita videbatur. An ea rectè apponatur caſu, quo hæres contra conveniat, vide in *cap. Si hæredes.* 6. *De teſtam.* Dyn. *cap. Ex eo.* 38. *De reg. jur. in* 6. Jaſ. *l. properandum.* 13. §. *ſive. C. De judic.* & Auth. *Hoc amplius. C. De fideicom.*

g Exceptis Iis. In † hoc igitur differunt hęc legata à reliquis: quæ rata manent, conditione impoſſibili, vel turpi rejecta, *l.* 3. *l. non dubitamus.* 20. *De cond. & demonſt.* Hæc autem per conditionis adjectionem annullantur: & in his jus antiquum Juſtinianus reliquit integrum.

h Impossibilia Sunt. Ut: ſi Rhenum non ebiberis, dato decem.

i Interdicta. Ut: niſi liberos tuos præterieris. Item ſi cautionem fructuariam exegeris. Decius *conſil.* 565. *num.* 2. id enim eſt contra *l.* 1. *C. De uſufruct.*

k Probrosa. Ut quæ ſunt turpia natura: veluti, Niſi filiam tuam duxeris: Niſi in foro nudus ſaltaveris: niſi Titium occideris, dato centum.

l Non Patitur. Duo † enim vitia concurrunt. 1. quia præcipitur impoſſibile, aut (quod 3
perindè eſt, *l.* 1. 9. 14. 20. 27. *De condit. inſtit. l.* 4. *C. eod.*) turpe, cujus nulla debet eſſe obligatio, *l. impoſſibilium.* 185. *De reg. jur. l. generaliter.* 26. *De verb. obligat.* Secundò, quoniam pœna contra leges adjicitur, *l. non dubium.* 5. *C. De legibus.* & *tot. tit. C. De his quæ pœn. nom.* Indignum igitur duplici eſt ratione, tàm inſanam ejuſmodi voluntatem ſervari.

DE

DE ADEMPTIONE, ET TRANSLATIONE LEGATORVM,

Titulus Vigeſimus Primus.

1. *Continuatio Tituli: quotuplex legatorum ademptio, & quomodo fiat, num. 2. & 3.*

1 QVibus † modis relinquantur legata, hactenus dictum eſt: nunc è contrario pro Juriſconſultorum more traditur, qua ratione eadem adimantur, &
2 transferantur. Adimitur † legatum aut expreſsè, aut ta-
3 citè. Ademptio † expreſſa ſit in teſtamento, aut codicillis teſtamento confirmatis: nam ſic duntaxat olim ipſo jure legata adimi poterant, *l. ſi quis.* 15. *De vulg. & pupil.* Tacita fit ſola animi inductione, utcunque declarata, vel præſumpta: quomodo legata doli mali exceptiooe petenti oppoſita, tolluntur. *l.* 3 *§. ult. ff. eod. l. militis.* 36. *§.* 3. *De teſtam. mil.* ex ratione *l.* 4. *§. præterea. De dol. mal. exceptione.* Sed hodie cùm qualibet voluntate rectè legata relinquantur, conſentaneum etiam eſt quavis ſententiæ ſignificatione adimi ipſo jure poſſe. In tranſlatione etiam eſt ademptio, cùm in aliam perſonam legatnm transfertur. Cæterùm quando perſona non mutata, tantùm in loco, tempore, &c. fit translatio, non ineſt ademptio, *l. translatio.* 6. *ff. eod.*

TItulus ergò in duas partes dividitur.
1. De Ademptione. §. 1.
2. De Translatione legatorum. §. 2.

§. 1. Ademptio legatorum.

ADemptio legatorum (ſive eodem teſtamento adimantur, ſive codicillis *a*) firma eſt *b*. Sed eſt, ſive *c* contrariis verbis fiat ademptio: veluti ſi quod ita quis legaverit, *Do, lego*: ita adimatur, *Non do, non lego*: ſive non contrariis, ſed aliis quibuſcunque verbis *d*.

1. *Emendata hujus §. lectio.*
2. *Ademptio tacita variis modis fit.*

DE ademptione.

a Sive Codicillis. Olim teſtamento confirmatis, *d. l. ſi quis. §.* 3. *De vulg. & pupill.*

b Firma Est. *L.* 1. *&* 3. *ff. eod. l. datum.* 17. *C. De legat.*

1 *c* Sive. † Rectiùs ita legitur, quàm in vulgaribus, *Sed &c.* *Eſt* autem hìc ponitur pro valere. q. d. Ademptio ſubeſt, & valet, ſive fiat contrariis verbis, ſive quibuſeunque.

d Quibuscunque Verbis. Agit † hìc 2
tantùm de ademptione expreſſa, quæ fiat verbis. Nam tacita non modò fit verbis, ſed ſequitur ex facto aliquo, præſumpta teſtatoris volnntate: puta alienatione ſpontanea, *l. rem legatam.* 18. *ff. eod.* Paul. *lib.* 3. *tit.* 6. *l.* 3. *C. De legat.* item ex inimicitiis, aut injuriis inter teſtatorem, & legatarium ortis. *d. l.* 3. *§. ult. l. ex parte.* 22. *ff. eod.*

§. 2. Transferri quoque.

TRansferri quoque legatum ab alio ad alium poteſt *a*: veluti ſi quis ita dixerit: *Hominem Stichum, quem Titio legavi, Seio Do, lego*: ſive

in eodem teſtamento, ſive in codicillis hoc fecerit: quo caſu ſimul & Titio adimi videtur *b*, & Seio dari *c*.

1. *Modi transferendi, remiſſivè.*
2. *Legata ſoluta quando repeti poſſint.*

1 AGitur de translatione.

a Ad Alium Poteſt. *L.* 5. *ff. eod.* Hujus † autem modi ſolius meminit, quia in illo ſolo ineſt ademptio, de qua hìc agere inſtituit. Reliquæ transferendi figuræ petantur ex *l. translatio.* 6. *De adim. legat.*

b Adimi Videtur. Hinc notandum, in ejuſmodi translatione ineſſe ademptionem.

c Et Sejo Dari. Quare † ſoluta legata repeti poterunt, ſi poſteà prolatis codicillis, vel alio teſtamento, appareat ademptio, ſeu translatio, *l.* 2. §. 1. *De condict. indeb.* Paul. *lib. Sent.* 3. *c.* 6. in fin. 2

DE LEGE FALCIDIA,

Titulus Vigeſimus Secundus.

1. *Continuatio, & ſummaria Tituli explicatio.*
2. *Lex Falcidia à quo, & quo tempore lata: ejus verba, & capita duo, eorumque explicatio.*

1 IN ſuperioribus dictum eſt † de adimendis, vel transferendis legatis: nunc conſequenter de iiſdem minuendis: quæ ademptio ex parte, ſeu partialis eſt. Fit autem potiſſimùm per legem Falcidiam: de qua primùm exponitur, quid ſit, & ex quibus cauſis introducta, uſque ad §. 2. Deinde qui lege Falcidia uti poſſint, uſque ad §. 3. In tertio materia, quibus de rebus Falcidia detrahatur. In quarto uſque ad finem, de forma, & qua ratione per legem Falcidiam legata mi-
2 nuantur. Ea † lex à Falcidio Tribuno plebis lata eſt, temporibus Auguſti adhuc Triumviri: ut eſt apud Appianum, Dionem, Euſebium. Ejus verba extant in *l.* 1. *ff. eod.* duobus his capitibus comprehenſa: Qui Cives Romani Sunt, (hinc apparet, hoc Plebiſcitum univerſos Quirites obligare, cùm omnes complectatur) Qui Eorum Post Hanc Legem Testamentum, (nam hoc ſolo legata olim relinqui poterant, §. *antepen.* infr. *De fideicomm. hæred.*) Facere Volet, Ut Quam Pecuniam, (hoc eſt, res hæreditarias. Cicer. *in Top. l. rei.* 5. *l. pecunia.* 4. cum ibi not. *De verb. ſignif.*) Quasque Res, (extra patrimonium etiam relictas, *l. res.* 5. *De verb. ſignific.*) Quibusque Dare, (videlicet per vindicationem) Legare (per damnationem, aut alio legandi modo) Volet, Jus, Poteſtasque Esto, Ut Hac Lege Sequenti Licebit. Hoc primum caput eſt legis, quo & confirmatur lex 12. Tab. ne tacitè videatur ſublata ex *l.* 1. *Ad Leg. Aquil. l. ult. De conſtit.* & tollitur lex Voconia, quæ vetabat eum, qui cenſus eſſet, cuiquam plus legare, quàm ad hæredem eſſet perventurum. Cic. *in Verr.* Theoph. *hoc tit.* Sequitur alterum caput. Quicunque Civis Romanus Post Hanc Legem Rogatam (leges enim futuris imponuntur negotiis, *l. legem.* 7. *De legibus.*) Testamentum Faciet, Is Quantam Cuique Civi Romano (cum his enim tantùm teſtamenti factio eſt, & his duntaxat, vel quod perinde eſt, iis, qui ſunt in eorum poteſtate, legari poteſt.) Pecuniam Jure Publico (ſcilicet teſtamenti, *l.* 3. *De teſtam.*) Dare, Legare Volet, Jus, Poteſtasque Esto: Dummodo Ita Detur Legatum, Ne Minus, Quam Quartam Partem (quæ hodie in liberis, & parentibus eſt triens. Authent. *Noviſſima. C. De inoffic. teſtamen.* & in Authent. *De triente.*) Hæreditatis (atque ita jure hæreditario, *l. in quartam.* 91. *ff. eod.*) Eo Testamento Hæredes Capiant. (hoc eſt lucrentur. Id enim capere ſignificat, *l. qui pretio.* 8. *l. ſi mulier.* 12. *De donat. cauſ. mort.* & alioqui quartam abſque onere hæredes habere debent. *l.* 6. *C. eod.*) Iis, Quibus Quid Ita Datum, Legatumque Erit, Eam Pecuniam Sine Fraude Sua (hoc eſt ſine ulla dodrantis diminutione, ex Lege Voconia) Capere Liceto: Isque Hæres, Qui Eam Pecuniam Dare Jussus, Damnatus Erit, Eam Pecuniam Debeto Dare, Quam Damnatus Est.

TItulus hic ad tria capita redigitur.
1. De diſpoſitione legis Falcidiæ, & quibus competat §. 1. & 2.
2. De materia, ex qua detrahatur Falcidia, §. 3.
3. De forma, & ratione ineundæ legis Falcidiæ. §. ult.

§. 1. Supereſt, ut de Lege.

SVpereſt, ut de Lege Falcidia diſpiciamus, quà modus noviſſimè legatis *a* impoſitus eſt. Cùm enim olim Lege duodecim tabularum libera erat legandi poteſtas, ut liceret vel totum patrimonium legatis erogare *b* (quippe cùm ea lege ita cautum eſſet; *Uti quiſque legaſſet ſuæ rei, ita jus eſto c*) viſum eſt hanc legandi licentiam coarctare: idque ipſorum teſtatorum *d* gratia proviſum eſt *e*, ob id, quòd plerumque inteſtati *f* moriebantur recuſantibus ſcriptis hæredibus pro nullo, aut minimo lucro hæreditates adire. Et cùm ſuper hoc tàm lex Furia *g*, quàm lex Voconia *h* latæ ſunt, quarum neutra ſufficiens ad rei conſummationem videbatur: noviſſimè lata eſt lex Falcidia *i*, qua cavetur, ne plus legari liceat, quàm dodrantem totorum bonorum: id eſt, ut, ſive unus hæres inſtitutus eſſet, ſive plures, apud eum, eoſve pars quarta remaneret.

1. *Legis Falcidiæ extenſio*,
2. *Erogari, onerari, &c. patrimonium, quando dicatur.*
3. *Lex Furia, Voconia, Falcidia. & num. 4. & 5.*

1 *a* LEGATIS. Lex † Falcidia de legatis lata eſt, ſed Pegaſiano S. C. producta ad fideicommiſſa (quæ poſt latam tempore triumviratus legem Falcid. jam potiente rerum Auguſto, ſuot inducta. infr. *De fideicom.*) teſtameoto duotaxat relicta: conſtitutione divi Pii, ad ea, quæ etiam ab ioteſtato, vel qualitercunque relinquuotur: reſcripto Severi, ad donatiooes cauſa mortis, *l. 5. l. in donationibus.* 12. *l. penult. C. eod.*

2 *b* EROGARE. Erogari, † vel exhauriri dicitur patrimonium, cùm totus as legatis abſumitur: ut hìc & in §. 2. in verb. *exhauſta*. Onerari, cùm ultra dodrantem legatur, §. 2. in verbis, *Supra modum onerata. hoc. tit.* Delibari, quando minus dodrante relinquitur. *l. legatum.* 17. *C. De legat.* Paul. *lib.* 3. *tit.* 8.

c ITA JUS ESTO. *L. verbis.* 120. *De verb. ſignif.* obi additur verbum, *quiſque*: proquo fuiſſe in lege 12. Tab. *paterfamilias* auctor eſt Cornificius. Ex qno intelligi poteſt, non ſemper integrè, & incorrupta fide, legis 12. Tab. verba citari, ſed ſæpe ſententiam verbis magis notis, & uſitatis exponi: ut & à Cicerone factum eſt io *lib. De Legib.*

d TESTATORUM. *L. ſive allegas.* 15. cum Authe. *Sed cum teſtator.* ubi DD. *C. eod.* atque adeò etiam legatariorum, quibus, non adeunte hærede, nihil deberetur. §. *quantitas.* 3. in fin. inf. *eod.*

e PROVISUM EST. Scripto ſcilicet hærede adire noleote, ob cauſam, quæ ſequitur, §. 1. *De hæred. quæ ab inteſt.*

f INTESTATI. Nec enim facilè quis adeat hæreditatem legatis exhauſtam ob minimum lucrum, cum magno damno, propter emergens æs alieoum, aut litium moleſtias eſſe poſſit, *l. hæreditatis.* 119. *De verb. ſignif.*

g LEX FURIA. † A C. Furio Tribuno pleb. lata in eam ſententiam, ne cui ſupra mille aſſes, hoc eſt (ut interpretatur Theoph.) aureos legare, mortiſve cauſa dooare liceret: ſi qois ſibi plures legatos aſſes accepiſſet, quadruplum ejus, quod plus, quàm licebat, accepiſſet, redderet. Ulp. *tit.* 1. & 28. Theop. hìc. Sed hac lege tantùm de ſingulis legatariis cavebatur, non de univerſis: quare, ſi plures erant, quibus, ſiogulis mille aſſes legati eſſeot, tota hæreditas, præſertim noo opuleota, facilè abſumebatur, ut in idem vitiom res recideret, hærede exhauſtam hæreditatem repudiante. Itaque hanc legem jure imperfectam vocat Ulp. in *d. tit.* 1. 3

h VOCONIA. Succeſſit † igitor lex Voconia, quam Q. Voconius trib. pl. abrogata Furia in hanc ſeotentiam tulit: Ne qui cenſus eſſet, hoc eſt, H. S. centum millia in bonis haberet, plus cuiquam relinqueret, quàm ad hæredem, hæredeſve perveniret, quemadmodum ex *Verrina Cic.* 3. intelligitur. Sed eadem lex in idem vitium incurrebat, quòd plures in legatarios diſtributis bonis omne patrimonium abſumi nihilominus poterat. 4

i FALCIDIA. Quæ † non de ſingulis legatariis, ſed de omnibos, totaque hæreditate ſanxit, nt legare ita liceat, dum tamen pars quarta patrimonii hæredi cooſervetur; quare ot maximè legetur 5

getur multis, non tamen plus, quàm dodrantem, hoc eſt, novem uncias hæreditatis relinquere iis licet, quarta parte, ſeu quadrante pecuniæ ſemper lucro hæredis poſt hanc legem cedente. Sunt igitur omnino hac de re quatuor leges latæ, lex 12. Tab. quæ neque modum, neque finem legatis imponebat: lex Furia deinde, & Voconia: quæ duæ modum quidem ſtatuebant, finem nullum faciebant. Falcidia verò & modum, & finem fecit, ut perfectiſſima hoc in genere habita, & meritò reliquis antiquatis uſu recepta ſit. Ampſius vult Cujac. *Nov.* 18. non modò legitimam, ſed etiam quartam Falcidiæ auctam eſſe: ne deterior ſit cauſa eorum, qui inſtituti ſunt, quàm qui non ſunt. Abſurdum enim fuerit, plus hos ex legis *Novellæ* beneficio conſequi, quàm illos.

§. 2. Et cùm quæſitum eſſet.

ET cùm quæſitum eſſet, duobus hæredibus inſtitutis (veluti Titio & Sejo) ſi Titii pars aut tota exhauſta ſit legatis, quæ nominatim ab eo data ſunt, aut ſupra modum onerata: à Sejo verò aut nulla relicta ſint legata, aut quæ partem ejus duntaxat in partem dimidiam minuant: an quia is quartam partem totius hæreditatis, aut amplius habet, Titio nihil ex legatis, quæ ab eo relicta ſunt, retinere liceret: placuit, ut quartam partem ſuæ partis ſalvam habeat, poſſe retinere. Etenim in ſingulis hæredibus ratio legis Falcidiæ ponenda eſt *a*.

1. *Ratio valens in omnibus hæredibus, etiam valere debet in ſingulis.*

QUinam detrahant Falcidiam: & quòd non modò omnes, verùm etiam ſinguli hæredes ex ſua parte retinere quartam poſſint, *l. in ſingulis. 77. ff. eod.*

a PONENDA EST. † *D. l. in ſingulis. 77. l. in ratione. 11. §. 2. ff. eod.* Quæ enim ratio eſt in omnibus hæredibus, eadem valet, & valere debet in ſingulis, *l. quæ de tota. De rei vind. l. 1. & tot. tit. ſi pars hære. petat.* 1

§. 3. Quantitas autem patrimonii.

QVantitas autem patrimonii, ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur, mortis tempore ſpectatur *a*. Itaque ſi (verbi gratia) is, qui centum aureorum patrimonium in bonis habebat, centum aureos legaverit: nihil legatariis prodeſt, ſi ante aditam hæreditatem per ſervos hæreditarios, aut ex partu ancillarum hæreditariarum, aut ex fœtu pecorum tantum acceſſerit hæreditati, ut centum aureis legatorum nomine erogatis, hæres quartam partem hæreditatis habiturus ſit: ſed neceſſe eſt, ut nihilominus quarta pars legatis detrahatur *b*. Ex diverſo, ſi ſeptuaginta quinque legaverit, & ante aditam hæreditatem in tantum decreverint bona (incendiis fortè, aut naufragiis, aut morte ſervorum) ut non amplius, quàm ſeptuagintaquinque aureorum ſubſtantia, vel etiam minus relinquatur, ſolida legata debentur *c*. Nec ea res damnoſa eſt hæredi, cui liberum eſt non adire hæreditatem. Quæ res efficit, ut ſit neceſſe legatariis, ne deſtituto teſtamento *d* nihil conſequantur *e*, cum hærede in portionem legatorum paciſci *f*.

1. *Quan-*

1. *Quantitas hereditatis, tempore mortis ſpectatur.*
2. *Teſtamentum deſtitutum quod.*
3. *Non adita hereditatis effectus.*
4. *Legatarius heredem ad adeundam hereditatem non nocituram compellere non poteſt: ſecus in fideicommiſſario univerſali.*

MAteria: & de quibus bonis detrahatur Falcidia.

1 *a* SPECTATUR. *L.* † *in quantitate. 73. ff. eod.* Exinde enim incipit eſſe hæreditas, hoc eſt, jus à defuncto relictum, *l. hereditas 63. De reg. jur.* & prætereà aditio ad illud tempus retrotrahitur, *l. omnia. 153. l. omnis. 181. De reg. jur. l. ſi ex re. 28. §. ult. De ſtipul. ſervor.*

b DETRAHATUR. Nam omne commodum, & incommodum hæreditatis, à morte teſtatoris ad hæredem, velut ad dominum pertinet, non ad legatarios, *d. l. in ratione.* infr. *De fid. her.* ubi dicetur.

c DEBENTUR. Quia res perit domino. *l. pignus. 9. C. De pign. act.*

d DESTITUTO TESTAMENTO. Videlicet † hærede adire nolente, *d. l. in quantitate.* Hoc enim teſtamentum deſtitutum appellatur. *§. cum autem. 9.* infr. *De here. que ab inteſt.* 2

e CONSEQUANTUR. Nam † non adita hæreditate, legata extinguuntur, nec debentur ab inteſtato, niſi hoc ſpecialiter à teſtatore ſit cautum, *l. eam quam. 14. C. De fideicommiſſ.* 3

f PACISCI. Nec † enim hæredem ad adeundam hæreditatem poſſunt cogere, velut univerſales fideicommiſſarii. *l. ſi quis. 17. Si omiſſ. cauſ. teſtam.* Nam hic omnia onera ſubit, & fit effectu hæres: ut jure hæredem, cui aditio nihil nocitura ſit, cogere poſſit. *l. 1. l. cogi. 16. Ad S. C. Trebell.* legatarius non item, ut nec fideicommiſſarius particularis, *l. nam quod. 14. §. ult. Ad Trebellian.* 4

§. 4. Cùm autem ratio.

CVm autem ratio legis Falcidiæ ponitur, antè deducitur æs alienum *a*, item funeris impenſa *b*, & pretium ſervorum manumiſſorum *c*: tunc demum in reliquo ita ratio habetur, ut ex eo quarta pars apud hæredem remaneat: tres verò partes inter legatarios diſtribuantur, pro rata ſcilicet portione ejus, quod cuique eorum legatum *d* fuerit. Itaq; ſi fingamus quadringentos aureos legatos eſſe, & patrimonij quantitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum eſſe, quarta pars legatariis ſingulis debet detrahi *e*. Quòd ſi trecentos quinquaginta legatos fingamus *f*, octava debet detrahi. Quòd ſi quingentos legaverit, initiò quinta *g*, deinde quarta detrahi debet. Ante enim detrahendum eſt, quod extra bonorum quantitatem eſt, deinde quod ex bonis apud hæredem remanere oportet.

1. *In L. Falcidia bona intelliguntur, deducto ære alieno.*
2. *Sumptus funerum in L. Falcidia cur detrahatur.*
3. *Modus retinendæ, & deducendæ Falcidiæ. & num. 4. & 5.*

DE forma, & ratione ineundæ legis Falcidiæ.

1 *a* ÆS ALIENUM. † *L. in imponenda. 6. C. eod. l. qui fundum. 87. §. 1. ff. eod.* Nam bona intelliguntur, deducto ære alieno, *l. ſubſignatum. 39. §. bona. De verb. ſignific.* De bonis autem præſtantur legata. *l. ultim. §. licentia. C. De jur. deliber.* quare & de his Falcid. detrahitur.

2 *b* FUNERIS IMPENSA. † *L. penult. De relig. & ſumpt. fun.* & jure quidem: cùm hæc impenſa reliquis præferatur, & tanquam debitum privilegiatum ante omnia ſit ſolvendum. *l. 3. C. De relig. & ſumpt. fun. l. in reſtituenda. 4. C. De pet. hered. l. ultim. §. in computatione. C. De jur. delib.*

c MANUMISSORUM. *L. ſi ſervus. 33.* cum leg. ſequent. *ff. eod.*

d LEGATUM FUERIT. Paulus † *lib. 3. Sent. tit. 8.* quoties de modo quartæ retinendæ quæritur, propter periculum plus petendi, officio judicis omnibus æſtimatis quarta facienda eſt, quæ apud hæredem remaneat: aut certè exigenda cautio à legatario, ut, quod plus dodrante percepit, reſtituat. 3

e DEBET DETRAHI. † *D. l. in quantitate. §. ult. ff. eod.* pro modo ſcilicet cujuſque legati: ut, cui centum ſunt legata, vigintiquinque: cui 40. decem: 4

Digitized by Google

cem : cui 80. viginti , atque ita ſingulis quarta ſui legati detrahatur.

f Fingamus. Ab eo, qui 400. in bonis habet.

5 *g* Initio Quinta. De † uno, vel pluribus legatis. Primùm quinta pars, hoc eſt centum detrahantur, atque ita quantitas legatorum ad quantitatem hæreditatis redigatur, ut, ſicut 400. tantùm ſunt in bonis, ita & in legatis nihil amplius relinquatur. Deinceps verò ad hæreditatis quantitatem, poſtquàm legata ſunt revocata, facile fuerit quartam Falcidiæ inde decerpere.

DE FIDEICOMMISSARIIS HÆREDITATIBVS*.

Titulus Vigeſimus Tertius.

* HÆREDITATIBVS. Fideicommiſſa ex eo dicta ſunt, quòd fidei hæredis hæc relicta committantur. §. *ult.* infr. *eod.* Eſt enim, Auctore Ulp. *tit.* 25. fideicommiſſum (ſubintellige genus, ſcilicet, liberalitas, relictum, *l. 6. Si cui plus, quàm per Leg. Falcid. l. pen. De ma. teſt.*) quod non verbis civilibus, ſed precativè relinquitur. Svidas diſtinguit legata à fideicommiſſis ea ratione, quòd illa ex teſtamento, ſeu jure teſtamenti, & directo relinquantur immediatè: hæc verò mediatè ex fide, factoque, & quaſi per manum hæredis. Fideicommiſſa aut ſunt univerſalia, quæ partem hæreditatis continent: aut particularia, quibus non pars hæreditatis, ſed res ſingulæ relinquuntur. in princ. inf. *tit.* 1. De particularibus in ſequenti *tit.* De univerſalibus (quæ digniora, & jure præmittenda ſunt *l. 1. De rei vind.*) in iſto tractatur. Ac primùm de origine fideicommiſſorum in §. 1. de forma hæreditatis fideicommiſſariæ relinquendæ in §. 2. quam & fiduciariam nominat *l. certi condictio.* 9. §. 1. *Si cert. peta.* De effectu, & S. C. Trebell. in 3. de modo minuendi fideicommiſſa, uſque ad §. *ult.* in quo de ratione probandi fideicommiſſum nonnihil aſpergitur.

ELegans hic Titulus, & in praxi frequentiſſimus, antiquitatem continet, quam turpe eſt ignorare, quoniam Inſtitutionum ordo ſcientificus, & doctrinalis eſt.
Vnde in 3. partes ipſum divido.

1. Fideicommiſſorum originem continet. §. 1. hoc tit.
2. Formam hæreditatis fideicommiſſariæ relinquendæ. §. 2. 9. & 10.
3. Effectum hæreditatis fideicommiſſariæ reſtitutæ ex S. C. Trebell. & Pegaſ. & jure novo inſpecto. §. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

§. 1. Nunc tranſeamus.

NVnc tranſeamus *a* ad fideicommiſſa *b* : ſed prius eſt *c*, ut de hæreditatibus fideicommiſſariis *d* videamus. Sciendum itaque eſt, omnia fideicommiſſa primis temporibus infirma fuiſſe: quia nemo invitus cogebatur præſtare id, de quo rogatus erat *e*. Quibus enim non poterant hæreditatem, vel legata relinquere *f*, ſi relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ex teſtamento poterant hæreditatem *g*. Et ideo fideicommiſſa appellata ſunt, quia nullo vinculo juris *h*, ſed tantùm pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Poſteà D. Auguſtus primus, ſemel, iterumque gratia perſonarum *i* motus, vel quia per ipſius k ſalutem rogatus, quis diceretur, aut ob inſignem quorundam *l* perfidiam, juſſit Conſulibus auctoritatem ſuam interponere *m*. Quod quia juſtum *n* videbatur, & populare *o* erat, paulatim converſum eſt in aſſiduam juriſdictionem *p*: tantuſque eorum favor factus eſt, ut paulatim etiam prætor proprius crearetur *q*, qui de fideicommiſſis jus diceret *r*: quem fideicommiſſarium appellabant.

1. Hære-

1. *Hæreditas fideicommiſſaria quæ.*
2. *Fideicommiſſa quamvis videantur non obligare, hodie tamen vim obligationis habent.*
3. *Relicta per fideicommiſſum perſonis incapacibus, an ipſo jure valeant.*
4. *Relictum per ſalutem principis imperatum, vim habet.*
5. *Fideicommiſſa exequi, juſtum.*
6. *Prætorem de certa quantitate fideicommiſſorum jus dixiſſe.*

a TRANSEAMUS. Expoſitis ſcilicet legatis, quæ tempore, & jure fuerunt priora.

b FIDEICOMMISSA. Veluti ad proxima adjuncta. Exæquata enim ſunt legata fideicommiſſis. §. 4. ſuprà *De legat.*

c PRIUS EST. Sicuti prius eſt, ut de toto diſputetur, quàm de ſingulis partibus; & de univerſitate, quàm de rebus ſingularibus, *d. l.* 1. in princ. *De rei vind.*

1 *d* FIDEICOMMISSARIIS. Ut † cùm fidei committitur hæredis, uti hæreditatem alteri, aut totam, aut pro parte reſtituat, *l.* 1. 2. 3. 4. *Ad S. C. Trebellian.*

2 *e* ROGATUS ERAT. Nam † ut in contractibus inter vivos precarium non conſtituit obligationem, *tot. tit. De precar.* ita nec ex precibus teſtatoris hæres obligabatur, quemadmodum nec ex commendatione, *l. fideicommiſſa.* 11. §. 2. *De legat.* 3. quia qui rogat, poteſtati alterius rem committit; quod autem relinquitur alterius arbitrio, non inducit obligationem *l. in vendentis.* 13. *C. De contrah. empt.* cum ſimil. Rogare itaque non importat neceſſitatem, *cap.* 1. ubi Felin. *nu.* 2. *De offic. delegat.* ut nec conſilium dare, §. 2. infr. *De mand.* vel commeodare, *d. l. fideicommiſſa.* 11. §. 2. *De legat.* 3. Sed quoniam inhumanum videbatur, fidem fallere, *l.* 1. in prin. *De pact.* quam teſtator ſecutus eſſet, §. *ult. hoc tit.* ideo paulatim fideicommiſſorum jura iovaluerunt: ex ea etiam fortè ratione, quòd rogatio vim babeat præcepti, quando fit ab eo, qui præcipere poteſt. *l.* 1. §. 1. ubi Glo. ad verb. *quemadmodum. ff. Quod juſ.*

f RELINQUERE. Proſcriptis, deportatis, *l.* 1. *C. De hered. inſt.* Cic. *in Verrin.* 3. & *lib.* 2. *De Fin.* item filiis ſpuriis, *l. humanitatis.* 8. cum Auth. ſeq. *C. De nat. lib.* Sed & olim lege Voconia prohibitum erat mulieri, ultra quadrantem boaorum relinquere. Cic. 3. *in Verrin.* & *De Fin. lib.* 2. Dioo *lib.* 46. Gell. *lib.* 16. *cap.* 5. Quintil. *lib.* 9. *cap.* 2. Flor. *lib.* 41.

3 *g* POTERANT. † Hanc tacitam fidem appellat Ulp. *tit.* 25. Inſtituebaot enim bæredem, qui capere poterat, ejuſque fidei committebaot, ut hæreditatem totam, vel ex parte perſonis prohibitis reſtitueret: ut multi nunc inſtituunt Eccleſias, & pia loca, ita tamen, ut optima pars bonorum perſonis prohibitis, puta liberis ſuis ex damnato coitu ſuſceptis, cedat, & reſtitui ab Eccleſia tacitè onerata, aot certè reditus annui ſolvi debeant. Auth. *Licet.* in fin. *C. De nat. liber.* Hoc tamen ut olim, ita & nunc tantùm facti eſt, non juris: neque à Juſtin. hic ponitur, quaſi ejuſmodi relicta nuoc valeant, contra legis prohibitionem, ſed ut inde ortus, & incrementa fideicommiſſorum perſpici, & intelligi poſſint. Ex malis enim moribus ſæpè bonæ oriuntur leges. Cæteroquin hoc verum manet, relicta perſonis capere prohibitis, ne quidem fideicommiſſi jure valere. *l.* 1. *C. De hered. inſtit. l.* 3. *De his, quæ pro non ſcript. haben. l. omnibus.* 26. *Ad S. C. Trebell. l. nemo.* 55. *De legat.* 1. Niſi cum propter corporis vitium fideicommiſſarius rem relictam capere oequit: quo caſo æſtimatio debetur, *l. ſi res.* 40 *l. filiusfam.* 114. §. *ſi quid alicui.* 4. *De legat.* 1. *l. fideicom.* 11. §. *ſi ſervo. De leg.* 3.

h VINCULO JURIS. Nam cùm hic teſtator præcipiendi poteſtatem cootra leges non haberet, *d. l. nemo.* 55. *De leg.* 1. ideo precibus ab hærede contendebat.

i GRATIA PERSONARUM. Perſonali exemplo, de quo in *l.* 1. §. *ultim. De conſtit. princip.*

k PER IPSIUS. † Auguſti ſcilicet. Fuit enim 4
olim uſitatum, per ſalutem, aut genium, aut veoerationem principum jurare, vel obteſtari: reſque ea in religionem verſa, & ad majeſtatem principis pertinere credita eſt, *l. ſi duo.* 13. §. *ult. De jurejur. l.* 2. *C. De reb. cred.* Quare ob religionem æquum videbatur, vim ineſſe relicto, *l. cum pater.* 77. §. *filius. De leg.* 2. in Auth. *De jur. à moriente præſtito.*

l QUORUNDAM. Eorum, qui cùm ſanctè rogati, & ideo hæredes inſtituti eſſent, oon tamen reſtituerent.

m INTERPONERE. Ut oſtendit §. 1. infr. *De codicil.*

n JUSTUM. Quod † io duobus erat poſitum: 5
1. quia juſtum, & favorabile eſt, voluntatem teſtatoris exitum habere, nec fidem illi datam fallere. 2. qoia æquum eſt, unumquemque id, propter cujus præſtationem aliquid accepit, ac locupletior factus eſt, præſtare, ut *tot. tit. ff.* & *C. De condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecut.*

o POPULARE. Populo gratum, & acceptum, ſcilicet, ad ſuſtinendas ſingulorum voluntates, qui vel ob imperitiã oon ſemper directis, & civilibus verbis legatorum uti noruot. Itaq; favorabile, & gratum populo erat, quomodocuoque relicta valere.

p JURISDICTIONEM. Hoc eſt, ut jam non amplius gratia perſonarum, aot pro circumſtantia ſingulari, ſed univerſaliter, & communiter jus de fideicommiſſis inviolatè præſtandis aſſiduè diceretur: implorato extra ordinem judicis officio. Unde Ulpia. extraordinarias fideicommiſſi perſecutiones appellat, *l. pecunia.* 178. §. *penult. De verb. ſignif. l. minor.* 40. *De minor.* & tantùm per interpretationem inter creditores fideicommiſſarius refertur. *l. in fraudem.* 27. *Qui & à quib. manum.*

q PROPRIUS CREARETUR. *L.* 2. *C. Qui pot. in pig. l. quæſitum.* 78. §. *penult. De leg.* 3. *l.* 4. in fin. *Quib. ad lib. proclam. l. ſi cui.* 18. *De condit. & demonſt. l.* 2. §. 17. *De orig. jur.* cujus loco in provinciis de his præſes cognoſcit, *l. cum etiam.* 5. *C. De rebus credit.* qui vice omnium Romæ magiſtratuum fungitur, *l. ex omnibus.* 10. *ff. De off. præſ.*

r JUS DICERET. Ad † certam tameu uſque 6
quantitatem. Nam de fideicommiſſis majoris momenti, noo prætorem fideicommiſſarium, ſed Conſules jus dixiſſe teſtatur Fabius *lib.* 3. *cap.* 6.

§. 2. In

Digitized by Google

§. 2. In primis igitur.

IN primis igitur ſciendum eſt, opus eſſe, ut aliquis recto jure *a* teſtamento hæres inſtituatur, ejuſque fidei committatur, ut eam hæreditatem alii reſtituat. Alioqui inutile eſt teſtamentum, in quo nemo hæres inſtituitur *b*. Cùm igitur aliquis ſcripſerit; *Lucius Titius hæres eſto*: poterit adjicere; *Rogo te, Luci Titi, ut, quamprimùm poteris hæreditatem meam adire, eam Cajo Sejo reddas, reſtituas*. Poteſt autem quiſque & de parte reſtituenda hæredem rogare *c*: & liberum eſt, vel purè *d*, vel ſub conditione *e* relinquere fideicommiſſum, vel ex certo die *f*.

1. Ut fideicommiſſaria hæreditas valeat, neceſſaria eſt directa hæredis inſtitutio in teſtamento: & quid, ſi clauſula codicillaris ſit adjecta, num. 2.

FOrma fideicommiſſariæ hæreditatis relinquendæ.

a Recto Jure. Hoc eſt †
1 directis verbis aliquis hæres inſtituatur, ut in *l. centurio.* 15. *De vulg. & pup.* Hoc autem eam habet ſententiam, ut neceſſe ſit ad hoc, ut fideicommiſſaria hæreditas relinqui poſſit, teſtamentum valere inſtituto aliquo directo hærede, abſque quo teſtamentum non ſubſiſtit, *l. non codicillum.* 14. *C. De teſtamen.* §. *ante.* ſupr. *De legat.* Nam ut maximè valere velut alia voluntas poſſit, adjuncta clauſula codicillari. *l. ult.* in princ. *C. De codicill. l. eam quam.* 14. *C. De fideicom.* ubi DD. tamen ex eo fideicommiſſaria hæreditas relinqui, aut deberi non poteſt, ut nec ipſa hæreditas, §. *ult.* infr. *De codicill.*

b Instituitur. §. *Ante.* 30. ſupr. *De legat.*
d. l. non codicillum. 14. *C. De teſtament.* eo † tamen 2
caſu, quo valet teſtamentum non jure teſtamenti, ſed jure codicilli, probabile eſt hodie fideicommiſſariam hęreditatem deberi, non ut hæreditatatem, ſed ut fideicommiſſum, Auth. *Ex cauſa.* cum ibi not. *C. De lib. præter.* & Auth. *ult. C. De fideicommiſſ.*

c Rogare. Nam idem juris eſt de parte, quod de toto, *l. quæ de tota.* 76. *De rei vind.*

d Vel Pure. Ut in propoſito antea exemplo.

e Sub Conditione. Ut, cùm morieris, reſtituas. Nam dies mortis incertus, pro conditione eſt, *l.* 1. §. 1. *De condit. & demonſtr.*

f Ex Certo Die. Ut poſt annum, quinquennium, pubertatem, &c. peræquè ut legata relinqui poſſe dixi, §. *hæres.* 7. ſupr. *De hæred. inſtit.*

§. 3. Reſtituta autem hæreditate.

REſtituta autem hæreditate, is quidem, qui reſtituit, nihilominus hæres permanet *a*: is verò, qui recipit hæreditatem, aliquando hæredis *b*, aliquando legatarii *c* loco habetur. Et Neronis quidem temporibus, Trebellio Maximo, & Annæo Seneca conſulibus, *d* Senatuſconſultum factum eſt *e*, quo cautum eſt *f*, ut, ſi hæreditas ex fideicommiſſi cauſa reſtituta ſit, omnes actiones *g*, quæ jure civili hæredi *h*, & in hæredem *i* competerent, ei, & in eum darentur, cui ex fideicommiſſo reſtituta eſſet hæreditas. Poſt quod Senatuſconſultum prætor utiles actiones *k* ei, & in eum, qui recepit hæreditatem, quaſi hæredi, & in hæredem dare cœpit.

1. Semel factus hæres non poteſt deſinere eſſe hæres.
2. S. C. Trebellianum explicatum.
3. In legatarium actiones omnes pro parte hæreditatis tranſire, & num. 4.

DE S. C. Trebelliano, ejuſque effectu, quomodo ſcilicet per illud, jus omne ab hærede in legatarium tranſeat.

a Permanet. *L.* 1. §. 1. *Ad S. C. Trebell.* Ulp. *tit.* 25. Nam qui ſemel factus eſt hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres, *l. ait prætor.* 7. §. *ſed quod Papinianus.* 7. in fin. *De minoribus. l. ei qui ſolvendo.* 88. *De hæred. inſtit.*

b Aliquando Hæredis. Ut cum tota hæredi-

reditas illi eſt relicta, & reſtituta, *l. 4. l. ille.* 13. *l. quamvis.* 40. *Ad S. C. Trebell.*

c ALIQUANDO LEGATARII. Ut cùm pars boοorum eſt relicta, *l. ſi quis.* 8. in fin. cum leg. ſeq. *De leg.* 2.

d CONSULIBUS. Hi conſules non reperiuntur in Catalogo, & Faſtis conſulum: quia fuerunt aliis demortuis ſuffecti, nimirum Pub. Mario Celſo, & Luc. Aſinio Gallo, 8. Neronis anno, 8. Kalend. Septembr.

e SENATUSCONSULTUM FACTUM EST. *L.* 1. in princ. *Ad S. C. Trebell.*

2 *f* CAUTUM EST. Paulus † *lib. 4. tit.* 2. Senatuſconſulto, inquit, Trebelliano proſpectum eſt, ne ſolus hæres omnibus hæreditariis actionibus oneretur: & ideo quoties hæreditas ex cauſa fideicommiſſi reſtituitur, actiones in fideicommiſſarium transferuntur: qoia unicuique fidem damnoſam eſſe non oportet: quod intellige lege Falcidia non interveniente. *l. 1. §. 9. Ad Trebellian.* Nam ubi huic locus eſt, ex S. C. Pegaſiano reſtituitur hæreditas. Paul. *lib. 4. tit.* 3. unde onera non tranſeunt in fideicommiſſarium, qui noo loco hæredis, ſed legatarii habetur, ut in *§. ſeq.* Sed hæc poſteà immutata ſunt, & Pegaſiani jus in Trebellianum transfuſum. Porrò intervenit Falcidia, cùm ſupra dodraotem rogatus eſt hæres reſtituere: oon intervenit, cùm aut infra quadrantem, aut totam hæreditatem reſtituit. Paul. *lib. 4. tit.* 3.

g OMNES ACTIONES. Pro † parte ſcilicet hæreditatis, quæ eſſet reſtituta: ut, ſi in ſolidum, & ex aſſe reſtitueretur, in ſolidum tranſirent actiones: ſin ex parte, ex parte onera transferrentur: id quod indicat Paul. *d. tit.* 2. iu verb. *ne ſolus.* & declarabitur paulò pòſt copioſiùs. 3

h HAEREDI. Activè ſcilicet, quarum eſt creditor, & ex quibus agere poteſt.

i IN HAEREDEM. Paſſivè, quarum eſt debitor, & quibus conveniri poteſt.

k UTILES ACTIONES. Hoc eſt † hæreditarias, quæ in hærede dicuntur directæ; in fideicommiſſario utiles. Noo enim directæ in eum transferuntur (cùm illum S. C. non fecerit hæredem, ſicut facere poterat) ſed utiles, velut in ceſſionarium, *l. 1. & 2. C. De her. vend.* Utilitas autem in eo eſt, quòd breviore maou poteſt hiſce actionibus agi, quàm directis, quibus primò à creditoribus, & legatariis conveniendus eſſet hæres: & ab hoc fideicommiſſarius, atque è contrà fideicommiſſario cum hærede, & huic cum debitoribus agendum eſſet. Utilius igitur fuit, omiſſa perſona hæredis, utiles ultrò, citròque actiones in fideicommiſſarium tranſire, ut vitaretur circoitus. *l. dominus.* 53. ubi Bart. *De cond. indeb. l. cum fundus.* 31. *§. ſervum. Si cert. pet. l. ſi uſusfructus.* 9. *Uſufruct. quemad. caveat*: & ne fruſtra fieret per plura, quod fieri poteſt per pauciora. *l. 1. Quod met. cauſ. l. ampliorem.* 39. *§. in refutatoriis. C. De appell.* 4

§. 4. Sed quia hæredes ſcripti.

SEd quia hæredes ſcripti *a*, cùm aut totam hæreditatem, aut penè totam plerumque reſtituere rogabantur, adire hæreditatem ob nullum, vel minimum lucrum recuſabant *b*: atque ob id extinguebantur fideicommiſſa *c*: poſteà Veſpaſiani Auguſti temporibus, Pegaſio, & Puſione Conſulibus *d* Senatus cenſuit, ut ei, qui rogatus eſſet hæreditatem reſtituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur *e*. Ex ſingulis *f* quoque rebus, quæ per fideicommiſſum relinquuntur, eadem retentio permiſſa eſt. Poſt quod Senatuſconſultum ipſe hæres onera hæreditaria *g* ſuſtinebat: ille autem, qui ex fideicommiſſo recipiebat partem hæreditatis, legatarii partiarii *h* loco erat: id eſt, ejus legatarii, cui pars bonorum *i* legabatur: quæ ſpecies legati, Partitio vocabatur: quia cum hærede legatarius partiebatur hæreditatem. Vnde quæ ſolebant ſtipulationes inter hæredem, & partiarium legatarium interponi k, eædem interponebantur inter eum, qui ex fideicommiſſo recepit hæreditatem, & hæredem *l*: id eſt, ut lucrum, & damnum hæreditarium pro rata parte inter eos commune eſſet.

1. Senatuſconſultum Pegaſianum cur introductum.
2. Legis Falcidiæ, & S. C. Pegaſiani differentia; item Pegaſiani, & Trebelliani. num. 3.
4. Bona dupliciter capi, & quid Partiarius legatarius. num. 5.

IN hoc §. agitor de modo minnendi fideicommiſſa ex S. C. Pegaſiano. Nam Trebellianum tantùm actiones transtolit in fideicommiſſarium, eùm adhue nulla ex fideicommiſſis eſſet quartæ deductio. Poſt verò S. C. Pegaſiamum quartam deduci ampliata lege Falcidia permiſit. *l. ſi hæres.* 70. cum ſeq. *Ad Trebell.*

1 *a* HAEREDES SCRIPTI. Trebellianum † non ſatis conſulebat cauſæ teſtamentariæ, etiamſi onera in fideicommiſſarium transferret. Sæpè enim inveniebatur vel tota, vel penè tota hæreditas legatis, & fideicommiſſis exhauſta, ita ut nullum ſibi negotium cum ea hæres eſſe vellet: atque ita hæreditate non adita, cauſa teſtamenti unà cum fideicommiſſis deſtituebatur: prorsùs ut alio remedio fuerit opus.

b RECUSABANT. Ut in *l.* 4. *Ad Trebell.* Quia hæreditatum multa ſunt onera, moleſtiæ, & pericula: idcircò ab iis, quibus nullum, aut modicum erat propoſitum commodum, repudiabantur.

c FIDEICOMMISSA. Deſtituto videlicet teſtamento, ex quo legata, & fideicommiſſa relicta pereunt, *l. cam. 14. C. De fideicom. l. ſi nemo. 9. De teſta. tut.*

d CONSULIBUS. Neque hi in Conſulom catalogo reperiuntur: ut veriſimile ſit, eos demortuis prioribus, vel amotis iis, qui in Faſtis numerantur, eſſe ſuffectos: quod & Cont. *in Faſt. Conſul.* annotavit.

2 *e* CONCEDITUR. Quanquam † igitur ſimiles ſunt quartæ; tamen in eo eſt differentia, quòd quartam ex hæreditate retineat hæres ex S. C. cæterùm Lege Falcidia hæres non hæreditati, ſed legatis quartam detrahit. Nam lex ultra dodrantem legari vetat: S. C. oltra dodrantem fideicommitti non prohibet. Ex quo fit, ut prælegata, & ſimilia, in hanc quartam (ut quidam volunt) computentur, quia ſunt pars hæreditatis, & in bonis hereditariis, non etiam imputentur in Falcidiam, *l. in quartam* 91. *Ad Leg. Falcid.* cùm non ſint vera hæreditatis pars. Jaſ. in *l.* 1. ubi DD. *De legat.* 1. Cæterùm Cujacios diſcrimen hoe abrogat, & aliter *d. l. in quartam* interpretatur: qoem omninò vide *Obſer. lib.* 8. *cap.* 4. item Cont. *Diſput. lib.* 1. *cap.* 3. qui volunt, prælegata, ac ſimilia in neutram quartam imputari, *l. qui non militabat.* 78. *De hæred. inſtit.*

f EX SINGULIS. Idem juris obtinet in ſingularibus fideicommiſſis, ſcilicet, ut quarta deduci poſſit.

g ONERA HAEREDITARIA. In † eo diſcre- 3
pabat Pegaſianom à Trebell. Hoc enim transfert onera in fideicommiſſarium, illud non item, ex juris antiqui, ſcilicet 12. Tabul. diſpoſitione, *l. ea quæ.* 6. *C. Famil. erciſc. l. pacto,* 26. *C. De pactis.*

h PARTIARII. Bona † dupliciter capiuntur, 4
aliquandò deducto ære alieno, *l. ſubſignatum.* 39. §. 1. *De verb. ſign.* aliquandò verò pro ipſa hæreditate. *l. bonorum.* 208. *De verb. ſign. l.* 3. *& tot. tit. De bon. poſſ.*
Partiarius † legatarius vocabatur, cui non pars 5
bonorum deducto ære alieno, ſed hæreditatis, in qua onera inſunt, erat legata: ut eam cum ipſo hæres partito divideret. Ulp. *tit.* 24. *l. nomen.* 164. §. *Partitionis. De verb. ſign.* Et hoc caſu omnia onera inter legatarium, & hæredem ex voluntate teſtatoris dividebantur, *l. ſi quis ſervum.* 8. §. *ult. De leg.* 2. quod ſecus eſt in legato partis bonorum: cùm de his ante omnia æs alienum, omneque onus ſit deducendum, *l. cum autem.* 9. *De leg.* 2.

i PARS BONORUM. Ut in *d. l.* 164. §. *partitionis.*

k INTERPONI. Quod neceſſe erat: nam alioqui ad onera hæreditatis legatarius, qui non eſſet mero jure hæres, nulla ratione tenebatur: ſicut nec donatarius, quamvis ex titulo lucrativo poſſideat. *l. æris.* 15. *C. De donat.* Eſt autem legatum donatio, ſup. *De legat.* in princip. & titulus ſingularis.

l ET HAEREDEM. Paul. *lib.* 4. *Sentent. tit.* 3. Inter hæredem, & fideicommiſſarium, cui ex Pegaſiano reſtituitur hæreditas, partis, & pro parte ſtipulatio interponitur, ut hæredi inſtituto pro quarta actiones, pro cæteris verò portionibus fideicommiſſario competant.

§. 5. Ergò ſiquidem non plus.

ERgò ſiquidem non plus, quàm dodrantem hæreditatis ſcriptus hæres rogatus ſit reſtituere *a*, tunc ex Trebelliano Senatuſconſulto reſtituebatur hæreditas, & in utrumque actiones hæreditariæ pro rata parte dabantur *b*: in hæredem quidem jure civili: in eum verò, qui recipiebat hæreditatem, ex Senatuſconſulto Trebelliano tamquam in hæredem. At, ſi plus, quàm dodrantem, vel etiam totam hæreditatem reſtituere rogatus eſſet, locus erat Pegaſiano Senatuſconſulto *c*: & hæres, qui ſemel adierat hæreditatem (ſi

modò

Digitized by Google

modò ſua voluntate *d* adjerat) ſive retinuerat quartam partem, ſive retinere noluerat, ipſe univerſa onera hæreditaria ſuſtinebat *e*. Sed quarta quidem retenta *f*, quaſi partis, & pro parte ſtipulationes interponebantur, tanquam inter partiarium legatarium, & hæredem *g*: ſi verò totam hæreditatem *h* reſtitueret, emptæ, & venditæ hæreditatis ſtipulationes interponebantur *i*. Sed ſi recuſabat ſcriptus hæres adire hæreditatem, ob id, quòd diceret eam ſibi ſuſpectam eſſe, quaſi damnoſam: cavebatur Pegaſiano Senatuſconſulto, ut deſiderante eo, cui reſtituere rogatus eſſet, juſſu prætoris *k* adiret, & reſtitueret hæreditem: perindeque ei, & in eum, qui reciperet hæreditatem, actiones darentur *l*, ac juris eſt ex Trebelliano Senatuſconſulto *m*. Quo caſu nullis ſtipulationibus eſt opus *n*, quia ſimul & huic, qui reſtituit *o*, ſecuritas datur, & actiones hæreditariæ ei, & in eum *p* transferuntur, qui recipit hæreditatem *q*, utroque Senatuſconſulto in hac ſpecie concurrente *r*.

1. *Deductio quartę in fideicommiſſis ex S. C. Pegaſiano introducta.*
2. *Aditionis coactę effectus.*
3. *Stipulationes inter hæredem, & fideicommiſſarium interponi ſolitas, & quid iis continebatur. num. 4.*
5. *Stipulationibus emptę, & venditę hęreditatis quid cautum ſit.*
6. *Concurſus S. C. Pegaſiani, & Trebelliani.*
7. *Summa S. C. Pegaſiani.*

DEclaratio ſoperiorum uberior.

a Restitoere. Ita ot nullius quartæ deductione opus ſit, cùm quartam ex voluntate teſtatoris retioeat.

b Darantor. *L. 2. C. Ad Trebell.* directæ in hæredem, jore eivili: utiles in fideicommiſſarium, ex S. C. Trebell. ut ſequitur.

1 *c* Proasiano Senatusconsulto. Nam † hoc quartæ deductionem in fideicommiſſis induxit, S. C. Trebelliano omiſſam,

2 *d* Soa Voluntate. Quia † coactus adire ſicuti nihil retinet, ita nec quicquam oneris ſuſtinore cogitur, *l. qui totam.* 45. *Ad Treb.*

e Sostinebat. Ex S. C. Pegaſ. etiamſi ſtipulationes, de quibus dictum eſt, interponerentur.

3 *f* Retenta. Qua † retentione ex S. C. Pegaſ. hæres quidem ooeribus hæreditariis obligabatur: ſed quia eodem S. C. fideicommiſſarius erat loco partiarii legatarii: ideo quæ more majorum ioter hunc, & hæredem ſtipulationes interponebantur, eæ etiam eum fideicommiſſario celebrabantur.

4 *g* Et Haeredem. Quarum † ſumma fuit, ot lucra, & damna pariter inter ſe hæres, & fideicommiſſarius pro rata, quam quiſque acciperet, portione ſuſtineret. Ulp. *tit.* 25. Theo. hic. Ex quo intelligi licet, hæredem ex hoc S. C. quartam non habere liberam: quod quomodo accipiendum ſit, paulò pòſt exponetur.

h Totam Haereditatem. Puta quòd voluntatem deſuncti implere hæres malit, quarta non deducta, *l. qui totam.* 45. *Ad Trebell.*

5 *i* Interponebantur. Quibus † cavebatur, ut omnes jus tranſiret in emptorem, omneqoe ad illum perveniret, quod fuiſſet apud hæredem. *l. in illa.* 50. *De verb. oblig. l.* 2. *De her. vel act. vend.* Sed de his plura in *d. l.* 2. *ff. De her. vel act. vend.* & apud doctiſſ. Cujac. *Obſer. lib.* 2. *cap.* 30.

k Praetoris. Etiam magiſtratuum monicipalium in provinciis. Paul. *lib.* 4.

l Darentur. *L.* 4. *Ad Trebell.* Ulp. *tit.* 25. Iniquum enim eſſet hæredem invitum adeundo obligari.

m Trebelliano Senatusconsulto. §. *Reſtituta.* 3. ſupr. *eod.* Itaque † quamvis reſtitutio 6 fiat ex hoc S. C. tameo ob effectum dicitur etiam fieri ex Treb. *d. l.* 4. *l. qui totam.* 45. *Ad Treb.* Paul. *lib.* 4. *tit.* 4. maximè cùm vis omnis Pegaſiani per Juſtiniaunum ſit in Trebell. transfuſa. Ad quam antiqui juris emendationem conſentaneum eſt, I. C. io Pandectis reſponſa eſſe interpolata juxta *l.* 1. & 2. *C. De vet. jur. enucl.*

n Est Opus. Nam hoc caſu ex S. C. actiones, & ooera ipſo jure utiliter ab hærede in fideicommiſſarium tranſeunt.

o Qui Restituit. Ne cooveniri poſſit. Paul. *lib.* 4. *Sent. tit.* 3.

p Ei, Et In Eum. Videlicet in fideicommiſſarium, qui quodammodo per alterum adire videtur.

q Haereditatem. Ut ſcilicet omne jus ab hærede in fideicommiſſarium derivetur. Ulp. *tit.* 25.

r Concurrente. Summa † igitur hujus S. 7 C. fuit, ut hæres contra teſtatoris voluntatem quartam retineat: & quanquam ipſo jure onera ſuſtineat, tamen uſitatis ſtipulationibus de onerum communicatione, atque ita de totius juris hæreditarii partitione cavere ſibi poſſit: invitus etiam ad adeundum cogatur, omni hoc caſu jure in eogentem fideicommiſſarium translato: ut ex §. *ſequente.* apparet.

§. 6. Sed quia ſtipulationes.

SEd quia ſtipulationes ex Senatuſconſulto Pegaſiano deſcendentes *a* & ipſi antiquitati diſplicuerunt *b*, & quibuſdam caſibus captioſas *c* eas Papinianus appellat, & nobis in legibus magis ſimplicitas, quàm difficultas placet *d*: ideo omnibus nobis ſuggeſtis tàm ſimilitudinibus, quàm differentiis utriuſque Senatuſconſulti, placuit exploſo Senatuſconſulto Pegaſiano, quod poſtea ſupervenit *e*, omnem auctoritatem Trebelliano Senatuſconſulto *f* præſtare, ut ex eo fideicommiſſariæ hæreditates reſtituantur: ſive habeat hæres ex voluntate teſtatoris quartam, ſive plus *g*, ſive minus, ſive nihil penitus *h*: ut tunc, quando vel nihil, vel minus quarta apud eum remanet, liceat ei vel quartam, vel quod deeſt, ex noſtra auctoritate *i* retinere, vel repetere ſolutum *k* quaſi ex Trebelliano Senatuſconſulto *l*, pro rata portione *m* actionibus tàm in hæredem, quàm in fideicommiſſarium competentibus. Si verò totam hæreditatem ſponte reſtituerit, omnes hæreditariæ actiones fideicommiſſario, & adverſus eum competant *n*. Sed etiam id, quod præcipuum Pegaſiani Senatuſconſulti fuerat, ut, quando recuſaret hæres ſcriptus ſibi datam hæreditatem adire, neceſſitas ei imponeretur totam hæreditatem volenti fideicommiſſario reſtituere, & omnes ad eum, & contra eum transferre actiones: & hoc tranſpoſuimus ad Senatusconſultum Trebellianum, ut ex hoc ſolo neceſſitas hæredi imponatur, ſi ipſo nolente adire, fideicommiſſarius deſideret *o* reſtitui ſibi hæreditatem, nullo damno, nec commodo apud hæredem remanente *p*.

1. *S. C. Pegaſiani ſtipulationes cur captioſa dicantur a Papiniano.*
2. *S. C. Trebellianum cur in locum Pegaſiani inductum.*
3. *An heres hodie quartam habeat liberam, aut pro rata ad onera hereditaria maneat obſtrictus.*
4. *An Iuſtinianus utiles tantùm actiones in fideicommiſſarium derivari voluerit ex S. C. Trebell. non etiam directas.*
5. *Heres reſtituens hereditatem fideicommiſſario contra agentes creditores, & legatarios, exceptionem habet, nec cautione opus eſt.*

DE Juſtiniani emendatione, qua S. C. Pegaſiani vim in S. C. Trebellianum transfudit.

a Descendentes. Scilicet uſurpatione, & quoad fideicommiſſa. Nam ante S. C. factum hæredibus, & legatariis partiariis in uſu fuerunt, ut ſuprà dictum eſt.

b Displicuerunt. Cùm ante S. C. Pegaſ. inter hæredem, & partiarios legatarios interponerentur.

1 *c* Captiosas. Nam † ob ſtipulationes inter hæredem, & fideicommiſſarium conceptas, non cogebantur creditores, & legatarii fideicommiſſarium convenire, cùm illorum contractu non tenerentur: ſed poterant cum hærede in ſolidum agere, *l. 2. l. debitorum.* 25. *C. De pact. l. 2. C. De hered. vend.* ut hæ ſtipulationes cum moleſtiis, & oneribus non eximerent, & longus eſſet actionum omnium circuitus: quem vitandum eſſe paulò antè oſtendi ex *l. dominus.* 53. ubi Bartol. *num.* 1. *De condic. indeb.*

d Placet. Quod placet Imperatori in legibus conſtituendis, idem placeat nobis in iis interpretandis, §. 2. verb. *levi, ac ſimplici via.* ſupr. *De juſtit. & jure.*

e Supervenit. Eoque quatenus erat contrarium Trebelliano, velut jus poſterius derogabat, *l. ult. De conſtit. l. 1. Ad Leg. Aquil. l. pacta noviſſima.* 12. ubi Jaſ. *num.* 3. & DD. *C. De pact.* ut innovatione antiquati Trebelliani S. C. fuerit opus.

f Trebelliano Senatusconsulto. Ut † quod eſſet planius, & rectius, & abſque ambagibus, ac ſtipulationibus, ipſo jure quoad effectum, & utiliter transferret id], quod tàm longo circuitu ex Pegaſiano reſtituebatur. 2

g Sive Plus. His duobus caſibus reſtitutio fiebat ex Trebell. *l. 2. Ad Trebellian.*

h Nihil Penitus. His duobus caſibus facienda

enda erat reſtitutio ex Pegaſiano: qua in parte jus vetus eſt emendatum.

i Auctoritate. Scilicet hujus deciſionis. Nam aliam hodie non habemus.

k Solutum. Quando errore facti, non juris ſolutum eſt, *l. error. 9 C. Ad Leg. Falcid. l. ſi hæres. 63. Ad Trebell.* Paulus *lib. 4. tit. 3.*

l Quasi Ex Trebel. Senatosconsulto. *Quaſi*, nota improprietatis: ut ſuprà *Per quas perſon.* in princ. & *De oblig.* in fin. infr. *De oblig. ex quaſi contr. ex quaſi delicto, &c.* Nec enim verè ex Trebelliano erat repetitio ſoluti, cùm nulla inde eſſet quartæ deductio. Sed hodie, quando conſtitutione Juſtiniani ex Trebell. quarta deducitur, velut olim ex Pegaſ. ſequens eſt, inde etiam indebiti eſſe repetitionem.

3 *m* Rata Portione. Hinc † & ex ſuperioribus, ut ſuo loco oſtendi, ratiocinari quis poſſet, hodie hæredem quartam non habere liberam, ſed pro rata ad onera hæreditatis manere obſtrictum: qua de re vide Gloſſ. & DD. communiter in *l. 2. C. Ad Trebell.* & in *l. ult. eod. tit.* in *l. 1. §. ſi is qui quadringenta. 17. ff. Ad Trebell.* Ego in ſumma ſic exiſtimo, penes hæredem quartam remanere abſque onere vel legati, vel æris alieni: etiam cùm ei æs alienum eſt injunctum, *l. ſi filia. 20. §. Papinianus. 5. Fam. erciſ.* ſive eam habeat ex voluntate teſtatoris, ut quia præcepit deduci, vel quòd ſuprà dodrantem nihil eſt legatum, *l. 2. C. Ad Trebell.* ſive contra voluntatem teſtatoris, exhauſta legatis hæreditate ex S. C. deducat. Nam æs quidem alienum prius de tota hæreditate detrahitur, quàm quartæ deducendæ, aut præſtandi fideicommiſſi ineatur ratio, *§. cum autem. 4.* ſupr. *De leg. Falcid. l. ultim. §. licentia. C. De jur. delib.* Paul. *lib. 4. titul. 3.* ut & legata, in quibus Falcidia ceſſat. *l. in teſtamento. 7.* cum multis Auth. ſeqq. *C. Ad Leg. Falcid.* Paul. *d. tit. 3.* Deinde à legatis tàm univerſalibus, quàm particularibus quarta detrahitur, *l. ultim. C. De. fideicomm.* æquè ut in Falcid. §. 4. ſupr. *De Falcid.* Quod niſi fieret, ſed quarta aut ære alieno gravata, aut legatis exhauſta relinqueretur, jam quartam bonorum non conſequeretur hæres, contra mentem S. C. quia bona intelliguntur, deducto ære alieno, *d. l. ſubſignatum. 39. §. 1. De verb. ſignif.* Porrò etiam legata æs alienum ſunt, reſpectu hæredis, qui ſolvere debet. Quare, ſi hoc onus quartæ hæredis adhæreret, res ad antiquam reditura eſſet confuſionem, ut nemo propter minimum lucellum adire vellet. Hæc cum ità ſe habeant, cur hìc traditur pro rata actionem in hæredem competere, & ſcindi jus hæreditarium inter hæredem, & fideicommiſſarium? Reſpondeo: Non loquitur de effectu, ſed de jure. q. d. ſicut ex *l. 12.* Tab. inter reliquos cohæredes pro rata activè, & paſſivè actiones ſcinduntur, *l. ea quæ. 6. C. Fam. erciſ. l. 2. C. De hæred. act.* ita ex hoc S. C. inter hæredem, & fideicommiſſarium fit jurium omnium partitio, ut quiſque iis agere, & conveniri pro rata poſſit. Neque inde ſequitur, quin fideicommiſſarius univerſalis, ut qui effecto hæres efficiatur, & omne onus ſuſtineat, contra creditores ſi fortè æs alienum emergat, quod initiò non fuerat deductum, & legatarios, ſi quibuſdam nondum per omnia ſatisfactum ſit, tueri hæredem debeat: aut quin competat indebiti condictio, ſi fortè aliquid errore plus, quàm per Trebell. debebatur, ſolutum ſit. Nam extra hos caſus non poteſt huic quæſtioni facilè reperiri locus: cùm, ut antè oſtenſum eſt, omne prius onus cùm æris alieni, tùm legatorum evacuetur, quàm quartam decerpat hæres. Porrò *l. 1. §. ſi is. 17. Ad Trebell.* aliam rationem habet: quia ibi pecunia, hoc eſt, res ſingularis, non portio hæreditatis retinebatur: ut dicemus ad *§. ſi quis. 8.* infr. *eodem*.

n Competant. † Abſque ullis ſtipulationibus S. C. Pegaſiani: idque ex S. C. Trebelliano, quod actiones ita transfert ſaltem utiliter. *§. reſtituta.* ſupr. *eod.* ſic Paul. *lib. 4. tit. 2.* ait, omnes actiones tranſire in fideicommiſſarium, ne hæredi fides ſua ſit damnoſa. Sed an idem Juſtinianum ſecutum eſſe putandum eſt, ut ſcilicet tantùm utiles actiones derivari in fideicommiſſarium voluerit, non etiam directas? Verius videtur etiam hodie tantùm utiles tranſire: tum quia jus vetus hac in parte non invenitur correctum: tum quòd ait hìc reſtitutionem fieri ex S. C. Trebelliano, quod tantùm utile jus transferebat, *§. reſtituta* verb. *utiles actiones*. ſupr. *eod.* Poſtremò, quoniam ne hodie quidem fideicommiſſarius eſt hæres: ut qui nec inſtitutus ſit, neque hæreditatem adierit, verùm alterius facto, & reſtitutione fideicommiſſum, non ut hæres, ſed ut fideicommiſſarius accipiat: proindeque, cùm duret eadem juris veteris ratio, ne nunc quidem directis eum actionibus teneri putandum eſt. 4

o Desideret. Prætor enim in cogendo officium non impertit, niſi fuerit poſtulatum, *l. 4. §. hoc autem. 6. De dam. infect.*

p Apud Hæredem Remanente. † Adeò ut exceptionem habeat contra agentes creditores, & legatarios, nec cautione opus ſit, de qua in *l. 4.* & *l. cum hæreditas. 36. Ad S. C. Trebell.* Cum autem hæres tantùm exceptione juvetur: facilè apparet, cum etiam hoc caſu directo hæredem manere, qui ſemel factus ſit hæres: juxta regulam *l. ei qui ſolvendo. 88. De hæred. inſt.* Multò minus ergò dubitandum eſt, quin (ut paulò antè diximus) extra hunc caſum fideicommiſſarius pro hærede non ſit, ubi tantundem juris non habet, quàm hìc: cùm à coacto ad adeundum hærede, tota illi reſtituitur hæreditas, & omnino in locum hæredis ſuccedit, & ejus jure utitur. Nam & tum quartam non hæres deducit, *d. l. 4.* ſed ipſe fideicommiſſarius loco hæredis, aliàs non detracturus, *l. 1. §. ſi is qui quadringenta. ff. Ad S. C. Trebell.* quod niſi illi concedatur, res redibit ad antiquum inconveniens: quia ſicuti hæres præciſa ſpe deductionis quartæ, hæreditatem adire ob minimum lucrum, plerunque recuſat: atque ita ad nihilum redigitur ultima voluntas: ſic niſi eadem quartæ deductio hoc caſo fideicommiſſario concedatur, idem incommodum conſequetur; propterea quòd hæres adire nolit, fideicommiſſarius autem ut adeat, non ſit eum ob nullum aut minimum lucrum, adempta Falcidiæ deductione, coacturus. 5

§. 7. Nihil autem intereſt.

NIhil autem intereſt, utrum aliquis ex aſſe hæres inſtitutus, aut totam hæreditatem, aut pro parte reſtituere rogetur: an ex parte hæres inſtitutus, aut totam eam partem, aut partem partis reſtituere rogetur. Nam & hoc caſu eadem obſervari præcipimus *a*, quæ in totius hæreditatis reſtitutione diximus.

1. *Summa* §.

AMpliatio, qua ea, quæ de tota hæreditate diſpoſita ſunt, extenduntur ad partes hæreditatis.

1 *a* Præcipimus. Scilicet, † ut hæres ſupra dodrantem gravatus, detrahere partem quartam poſſit: ſin infra dodrantem, poſſit retinere, quod ſibi relictum eſt, aut utroque caſu recuſatis hæreditatum moleſtiis, totam hæreditatem reſtituere fideicommiſſario, cui reliqua pars hæredis accreſcendi jure quæritur, *l.* 1. §. *ſed & quoties.* 4. *l. cogi.* 16. §. *ſi quis.* 3. *Ad S. C. Trebell.*

§. 8. Si quis una aliqua re.

SI quis una aliqua re deducta, ſive præcepta, quæ quartam continet (veluti fundo, vel alia re *a*) rogatus ſit reſtituere hæreditatem: ſimili modo ex Trebelliano Senatuſconſulto reſtitutio fiat, perinde ac ſi quarta parte retenta, rogatus eſſet reliquam hæreditatem reſtituere. Sed illud intereſt, quod altero caſu, id eſt, cùm deducta, ſive præcepta aliqua re, reſtituitur hæreditas, in ſolidum ex eo Senatuſconſulto actiones transferuntur, & res, quæ remanet apud hæredem, ſine ullo onere *b* hæreditario apud eum remanet, quaſi ex legato *c* ei acquiſita. Altero verò caſu, id eſt, cùm quarta parte retenta rogatus eſt hæres reſtituere hæreditatem, & reſtituit: ſcinduntur actiones, & pro dodrante quidem transferuntur ad fideicommiſſarium, pro quadrante remanent apud hæredem *d*. Quinetiam licèt una re aliqua deducta, aut præcepta *e*, reſtituere aliquis hæreditatem rogatus ſit, in qua maxima pars *f* hęreditatis contineatur: ęquè in ſolidum transferuntur actiones *g*, & ſecum deliberare debet is, cui reſtituitur hęreditas, an expediat ſibi reſtitui *h*. Eadem ſcilicet interveniunt, & ſi duabus, pluribuſve deductis, pręceptiſve rebus *i*, reſtituere hęreditatem rogatus ſit. Sed & ſi certa ſumma *k* deducta, pręceptave, quę quartam, vel etiam maximam partem hęreditatis continet, rogatus ſit aliquis hęreditatem reſtituere, idem juris eſt. Quę autem diximus de eo, qui ex aſſe hęres inſtitutus eſt, eadem transferimus & ad eum, qui ex parte hęres ſcriptus eſt *l*.

1. *Quarta Trebellianica immunis eſt ab omni onere: & num.* 2. *& explicata* l. 1. §. ſi is qui. Ad S. C. Trebell. *num.* 3. *ejuſque ratio*, n. 6.
4. *Præcipere quid.*
5. *Pluralitas rerum ſingularium non mutat titulum ſingularem.*

HÆres rei ſingularis, in qua inſtitutus eſt, ſine onere hæreditario eam rem accipit, & legatarii loco habetur.

a Vel Alia Re. Singulari.

1 *b* Ullo Onere. Quia † hic hæres non retinet ullum jus univerſitatis, ſed tantùm habet rem ſingularem, ut legatarius. Quare nec onera hæreditaria ſuſtinere debet, ſed ea omnia cum hæreditate in fideicommiſſarium tranſeunt, *l. quoties.* 13. ubi DD. *C. De hered. inſtit.*

c Ex Legato. Scilicet † rei ſingularis. Ut 2
igitur legatarius non ſuſtinet onus hæreditatis, ita nec

nec hoc caſu hæres utiliter, & conſiderato effectu: nam ſtricta juris ratione directæ actiones eum tenent, & de tali quarta rei ſingularis poteſt accipi *l.*
3 1. §. *ſi is qui.* 17. *Ad S. C. Trebell.* ex qua † perperam colligunt DD. quartam indiſtinctè liberam apud hæredem eſſe abſque onere legatorum: cùm ibi pecuniam, velut rem ſingularem, hæres deducere fuerit rogatus: quæ ita relicta ſingulari titulo accipitur, *l. ſi legatus.* 30. §. *ult. Ad Treb.* & inf. *hoc* §. verſ. *ſed etſi.*

d Apud Hæredem. Ita tamen, ut fideicommiſſarius indemnem ſervare hæredem teneatur, condictorum alioqui veluti indebitè ſolutum, ſi à creditoribus, aut legatariis conveniatur.

4 *e* Præcepta. Præcipere † quaſi præcapere eſt, propterea quòd prælegata capiat antè hæres, quàm diviſio hæreditatis, vel reſtitutio fiat. *l.* 1. §. *ſi hæres* 8. *Ad Treb. l. ult. De leg.* 2.

f Maxima Pars. Ut ſi domus, aut prædium magni pretii relictum ſit ex hæreditate non admodum copioſa.

g Transferuntur Actiones. *D. l.* 1. §. *ſi hæres. Ad Treb.* & ratio hujus diſcriminis traditur in *l. ſi legatus.* 30. §. 3. *eod. tit.*

h Sibi Restitui. Hoc eſt, utrum velit, an nolit hæredem cogere ſuo periculo ad adeundam hæreditatem.

i Rabus Pluralitas † enim rerum ſingularium, 5
non mutat titulum ſingularem, *l.* 1. § *ult. De rei vind.* ut cùm plures res venduntur, donantur, in ſtipulationem deducuntur, *l. ſcire debemus.* 29. *De verb. obl.*

k Certa Somma. Hinc † apparet ratio, *d.* 6
l. 1. §. *ſi is qui. Ad Trebell.* cur videlicet hæres, cui certa pecunia legatur, ſit juris ſingularis ſucceſſor: quod idem probat *d. l. ſi legatus.* 30. §. *ult. Ad Trebell.* & §. 1. infr. *tit.* 1.

l Scriptus Est. Ut ſi tantùm rem ſingularem, quam rogatus ſit retinere, accipiat, eadem ratione actionibus hæreditariis poſt reſtitutam hæreditatem non teneatur.

§. 9. Prætereà inteſtatus quoque.

PRæterea inteſtatus quoque moriturus, poteſt rogare *a* eum, ad quem bona ſua vel legitimo jure *b*, vel honorario *c* pertinere intelligit: ut hæreditatem ſuam totam, partemve ejus, aut rem aliquam (veluti fundum, hominem, pecuniam) alicui reſtituat: cùm alioqui legata niſi ex teſtamento non valeant *d*. Eum quoque, cui aliquid reſtituitur, poteſt rogare, ut id rurſum alii aut totum, aut partem, vel etiam aliquid aliud *e* reſtituat,

1. *Inteſtatus decedens nihilominus fideicommittere poteſt.*
2. *Legata nonniſi in teſtamento potuiſſe relinqui: hodie ſecus.*
3. *Fideicommiſſarium gravari poſſe: ut etiam de ſuo alteri reſtituat.*

AMpliatio, qua ea, quæ dicta ſunt de fideicommiſſis in teſtamento relictis, extenduntur ad relicta ab inteſtato.

a Rogare. Fideicommiſſum
1 † relinquere poſſunt, qui poſſunt facere teſtamentum, licet non fecerint. Ulpian. *cap.* 25. Nam hæredibus ab inteſtato hæreditatem ſponte relinquit, qui per teſtamentum eos non excludit, *l. conficiuntur.* 8. *De jure codic.* Ideoque onerare ab inteſtato eos poteſt, quos tacita voluntate honoravit, *l.* 3. *eod. l.* 1. §. 2. *l. recuſare.* 6. §. 1. *Ad S. C. Trebell.* fideicommiſſis ſcilicet, non legatis olim, ut dixi ſup. *De lega.* in princ. & probat hic text. hodie utriſque, *l.* 1. *C. Com. de leg.* §. 2. ſup. *De lega.*

b Leoitimo Jure. Ex leg. 12. Tab. & ſubſeqq. legib. *l.* 1. cum ſeq. *De ſuis & legit. hæred. l. lege.* 130. *De verb. ſign.*

c Honorario. Ex jure prætorio delatis bonorum poſſeſſionibus, ut in *l.* 1. §. 2. *Ad Trebell.*

d Non Valeant. Notandus † hic locus 2
eſt: ex quo intelligi poteſt, legata olim non potuiſſe relinqui, niſi in teſtamento: quòd imperativè relinquuntur, & civilibus verbis: quibus tantùm in teſtamento locus eſt, *l. ab exhæredato.* 126. *De leg.* 1. Sed hæc hodie ſublata ſunt, confuſa legati, & fideicommiſſi natura, *l.* 2. *C. Commu. de leg.* Quamobrem etiam ab inteſtato legata directò nunc poſſunt relinqui; & ab his Falcidia detrahitur ab inteſtato, quemadmodum hic dicitur decerpi de fideicommiſſis, &c.

e Aliquid Aliud. Puta † ſuum, aut alie- 3
num. Poteſt enim teſtator gravare hæredem, aut fideicommiſſarium, aut legatarium, ut non modò à teſtatore relicta, verùm etiam de ſuis rebus, aut alienis aliquid tertio reſtituant, perinde atque in legatis, *l.* 1. §. 3. *Ad S. C. Trebell. l.* 1. §. *penult. & ultim.* cum legib. ſeqq. *De leg.* 3. §. *non ſolum.* ſup. *De leg.*

§. 10. Et

§. 10. Et quia prima.

ET quia prima fideicommiſſorum cunabula à fide hæredum pendent, & tàm nomen *a*, quàm ſubſtantiam *b* acceperunt: ideo divus Auguſtus *c* ad neceſſitatem juris eadem traxit. Nuper & nos eundem principem ſuperare contendentes, ex facto, quod Tribonianus vir excelſus, exquæſtor *d* ſacri palatii noſtri ſuggeſſit, conſtitutionem *e* fecimus: per quam diſpoſuimus *f*, ſi teſtator fidei hæredis ſui commiſit *g*, ut vel hæreditatem, vel ſpeciale fideicommiſſum reſtituat, & neque ex ſcriptura, neque ex quinque teſtium numero *h* (qui in fideicommiſſis legitimus *i* eſſe noſcitur k) poſſit res manifeſtari *l*, ſed vel pauciores, quàm quinque, vel nemo penitus teſtis intervenerit: tum ſive pater hæredis *m*, ſive alius *n*, quicunque ſit, qui fidem hæredis elegerit *o*, & ab eo reſtitui aliquid voluerit: ſi hæres perfidia tentus *p* adimplere fidem *q* recuſat, negando rem *r* ita eſſe ſubſecutam: ſi fideicommiſſarius jusjurandum ei detulerit *ſ*, cùm priùs ipſe de calumnia juraverit *t*: neceſſe eum habere, vel jusjurandum ſubire *u*, quod nihil tale à teſtatore audiverit, vel recuſantem ad fideicommiſſi vel univerſalis, vel ſpecialis ſolutionem coarctari, ne depereat ultima voluntas *x* teſtatoris fidei hæredis commiſſa *y*. Eadem *z* obſervari cenſuimus, etſi à legatario, vel fideicommiſſario aliquid ſimiliter *a* relictum ſit. Quòd ſi is, à quo relictum dicitur, confiteatur quidem aliquid à ſe relictum eſſe, ſed ad legis ſubtilitatem *b* decurrat, omninò ſolvere cogendus eſt *c*.

1. *Fideicommiſſa unde dicta: eorum forma, num.* 2. *effectus, num.* 3.
4. *Exquæſtor quis.*
5. *Probatio fideicommiſſi per quinque teſtes quando requiratur: & num.* 6. *& quando juretur, num.* 7. 8. 9. 10. 11. 12.
13. *Juramentum calumniæ quod: & quando præſtandum, ibid.*
14. *Textus hic Inſtitut. cum juribus, quæ quinque teſtium numerum in ultimis voluntatibus requirunt, conciliatus.*

QUibus modis fideicommiſſum probari poſſit.

1 *a* Tam Nomen. Hinc † enim dicta ſunt fideicommiſſa, quòd fidei hæredis committantur.

2 *b* Substantiam. Hoc † eſt formam, vim, & effectum. Quoniam non alia forma quærenda eſt in fideicommiſſo: nec intereſt, epiſtola, libello, ab inteſtato, ſcriptura, ſine ſcriptura, verbis, nutu, relinquantur. Indiſtinctè enim fides, cui relictum committitur, ab hærede præſtanda eſt. *l. & in epiſtola* 22. *C. De fideic. l. nutu.* 21. *De leg.* 3.

c Ideo D. Augustus. Effectus † fideicom-
3 miſſi, quòd implendi neceſſitatem hæredi afferat. Ratio, quia æquum eſt, & favoris plenum, fidem præſtari, *l.* 1. *De pact.* cùm grave ſit, eam fallere, *l.* 1. *De conſtit. pecun.* & ignominioſum, *l.* 5. *ff. Commodat.* maximè reſpectu morientium, qui amplius interpellare, & de perfidia conqueri non poſſunt.

d Exquæstor. Exquæſtor † dicitur quæ- 4
ſtorius, ſicut exconſul, conſularis, qui ſcilicet quæſtura functus eſt.

e Constitutionem. *L. ult. C. De fideicom.*

f Disposuimus. Deciſionem hanc de re nova, & jus novum eſſe dicit hìc Juſtin. & in *d. l. ult.* Fruſtra igitur leges antiquæ objiciuntur, ut *l. ſi veritas.* 23. *l. ex teſtamento.* 29. *C. De fideicom.*

g Commisit. Vel ſervata debita ſolemnitate, quæ tamen probari non poteſt, vel quia abſque alia ſolemnitate, ſoli hæredis fidei teſtator commiſit, atque ita omni ſolemnitati fidem hæredis præpoſuit.

h Testium Numero. Liquet † igitur, ne- 5
que ſcripturam, neque teſtes ad ſolemnitatem requiri, ſed tantùm ad probationem: quare, cùm probatio per juramentum haberi poteſt, teſtes, aut ſcriptura non requiruntur. Illud tamen ſciendum eſt: quando fideicommiſſum adhibita externa probatione, puta ſcriptura, vel teſtibus relin-

qui-

quitur, tunc probatiooem non aliam, quàm qoinque teſtiom admitti, *l. ult. C. De codicill. l. ultim. C. De donat. cauſ. mort.* Quod lex ita diſpoſuit, ne quid ſalſitatis committatur per duos fortè teſtes compoſitum, *l. ult.* verſ. *lex etenim. C. De fideicom.* Eoque magis eſt probatioois, quàm fideicommiſſi, aut codicillorum ſolemnitas.

i Legitimos. Lege definitus, pro numero ſufficiente, *d. l. ult.* cum aliàs duo ſufficiant, *l. ubi numerus.* 12. *De Teſtib.* ut vel hinc appareat, probationis hanc eſſe ſolemnitatem, non voluntatis.

6 k Esse Noscitur. † *D. l. ult. C. De codicill.* Quod verum eſt, quando externa probatio, puta ſcriptura, vel teſtes adhibentur. Neque tameo inde ſequitur, quin alia quoque ratione illis non adhibitis valere actus poſſit, ſcilicet, ſi ea ratio lege ſit approbata: ut cùm teſtamentum, vel codicillus abſque teſtibus in acta publica redigitur, *l. omnium.* 19. *C. De teſtamentis*, aut ſolemnitas ob ruſticitatem, vel neceſſitatem peſtis, bellive lege remittitur, *l. ult.* ubi Jaſ. *C. De teſtament.* aut ob militiam, ſup. *De mil. teſtam. l. licet.* 19. *C. De pact.* aot aliam cauſam: ita & hoc caſu, etſi deſint teſtes, valet tamen fidei hæredis relicta voluotas, cùm hoc ſtatuerit Juſtinianus ex rationibus in text. ſequent.

7 *l* Manifestari. Notetur † prima ratione neceſſitas, & inopia, ac defectus aliarum probationum. Non igitur dici poteſt, hìc agi de eo tantùm caſu, quo inopia probatioois fideicommiſſarius ad jusjurandum recurrere cogitur, cùm hìc, & in *d. l. ultim.* diſertè illam addat ſpeciem, quando ſcilicet abſque ſcriptura, vel teſtibus nudæ hæredis fidei commiſſum eſt.

m Pater Hæredis. In quo minor eſt ratio dubitandi: quia liberi voluntatem qualemcunque parentis ratam habere debeot, *l. ultim. C. Famil. erciſcund.*

n Sive Alius. Extraneus, io quo major eſt ratio dubitandi.

8 *o* Elegerit. Secunda † ratio: Electio fidei hæredis, quam teſtator omnibus ſolemnibos præpoſuit, quæ adhibere vel ooluit, vel non potuit.

9 *p* Perfidia Tentus. Tertia † ratio: Odium perfidiæ.

10 *q* Adimplere Fidem. Quarta † ratio: Favor implendæ fidei, morienti datæ.

11 *r* Negando Rem. Quinta † ratio: Odium mendacii, & negatæ veritatis, cui mendacio multæ in jore pœnæ præſtituuntur, *l. ultim. C. De rei vindic. l. 4. C. Ad Leg. Aquil. l. cum pater.* 60. *Ad Leg. Falcid.*

s Ei Detulerit. Ut in *l. cum etiam.* 5. *C.*
12 *De reb. cred.* † Sexta ratio: Quòd noo modò teſtator, ſed ipſe etiam actor fidem, & conſcieotiam eligit hæredis, at illi mavult credere, quàm quibuſvis teſtibus. Denique, ut dicitur io *l. ultim. C. De fideicom.* teſtem, & judicem in cauſa propria hæredem conſtituit: ut planè ſit iniquiſſimum, expectationi tantæ de ſe fidei non ſatisfacere.

13 *t* Juraverit. Quòd † ſcilicet non ad vexandum, aut urendum religione hæredem, ſed verè credens ita ſe rem habere, jusjurandum deferat. Cujuſmodi calumniæ juramentum, qoamvis aliàs in uſu eſſe deſierit, in omni tamen jurisjurandi judicialis delatione cùm petitur, eſt præſtandum, *l. jusjurandum.* 24. §. *qui jusjurandum. De jurejur.* Qui jusjurandum, inqoit Ulpiao. defert, priùs de calumoia jurare debet, ſi hoc exigatur.

u Sobiæ. Ita ut referri non poſſit: cùm agatur de conſcientia hæredis propria. *l. Marcellus.* 11. *Rer. amo.* at ſibi relictum exigeoti hæres teſtamento non appareote deferre jurameotum poteſt, *l. ultim. C. De reb. credit.*

x Ultima Voluntas. Generale verbum, & ideo omne relictum complectitur, dummodò hæredis fidei ſit relictum. Eadem enim eſt in omnibus ratio, nempè odium perfidiæ, favor implendæ fidei, &c. DD. in *d. l. ult.* atqoe ita etiam uſu ſervatur. Excipienda tamen eſt donatio cauſa mortis, quia fit inter vivos per modum contractos, nec conſtat ea fide hæredis, *l. ult. C. De donat. cauſ. mort.*

y Commissa. Hæc ratio ſæpè ponderatur hac in Deciſione, & io *d. l. ult.*

z Eadem. Major videbator eſſe in hærede ratio: ideo & hoc ſpecialiter adjecit.

a Similiter. Ut ſi fideicommiſit legatario, aut fideicommiſſario, ut aliquid reſtituant.

b Subtilitatem. Quòd ſcilicet quinque teſtes non ſint adbibiti, & ideo ex voluntate non ſolemoi nihil debeatur, *d. l. ex teſtamento. d. l. ſi veritas. C. De fideicom. l. ult.* §. *ult. De codicill.*

c Cogendus Est. Hic † textus omnibus ultimarum voluntatum juribus derogare videtur, quæ 14
requirunt ad minimum quinque teſtes, *d. l. ult. C. De codicil. l. ult. C. De donat. cauſ. mort.* Et, niſi adhibeantur, volunt, quaſi ex imperfecta voluotate nihil deberi, *d. l. ſi veritas. d. l. ex teſtamento.* Quibus ut hæc nova Juſtin. deciſio concilietur, alii eam accipiunt ſecundum terminos ſuprà poſitos, ſcilicet cùm hæres oegavit quicquam eſſe relictum, ot in verb. *negando rem ita eſſe ſubſecutam, &c.* & haoc pœnam eſſe negationis volunt. DD. communiter huic locum aſſeruot duobus concurrentibus, cùm videlicet teſtator & ſolemoiter teſtari potuit, & omnibus ſolemnitatibos fidem hæredis prætulit. Mihi videtur non magis hunc textum obſtare reliquis juribus, quàm exceptionem regulæ, aut delationem jurisjurandi judicialis, ſolemnitati probatiooum. Nam diſparata ſunt, ſolemnitas, & probatio, quæ requiritur in actu faciendo, ſeu fideicommiſſo relinquendo, de qua *d. l. ult. C. De codicill.* & probatio de actu, & teſtameoto jam facto, ſeù fideicommiſſo relicto: ibi requiruntur ſeptem, vel novem teſtes: hìc verò cùm quæritur de teſtamento jam facto, vel fideicommiſſo per codicillos relicto, tantùm duo ſufficiunt *l. ubi.* 12. *De teſtib.* In hac igitur ſpecie noſtra & *d. l. ult. C. De fideicommiſſ.* cùm non agatur de fideicommiſſo relinquendo, ſed de relicto, quod duobus teſtibus probari poteſt, non mirum huic probationi jurisjurandi delationem, ut in aliis, ſuccedere. Itaque, ot in judicio delata conditione jurisjurandi reus jurare cogitur, aot referre, aot ſolvere, *l. delata.* 9. *C. De reb. cred. l. manifeſta.* 38. *ff. De jure jur.* non admiſſa exceptione ordinis judiciarii, quòd actori incumbat probatio, non reo, *l. qui accuſare.* 4. *C.*

De

De edend. l. actor. 23. *C. De probat.* quod ante litem conteſtatam de probatione non ſit quærendum, *tot. tit.* extr. *Ut lit. non conteſt. &c.* ita non eſt putandum, adverſari regulis ultimarum voluntatum, ſi cogatur hæres jurare, aut ſolvere, cùm ejus ſacramento fideicommiſſarius rem defert. *l. ult. C. De reb. cred.* Nam referre non poteſt, cùm agatur de facto ejus proprio, cujus ignarus ſit actor, & de quo, velut alieno, jurare non cogitur, *l. jusjurandum*. 34. in princ. & §. *ait prætor*. 5. ubi Bartol. *num.* 13. *De jurejurand. d. l. Marcellus. Rer. amota. l.* 4. ubi Bald. *De in lit. juran.* & in *l. generaliter*, 13. §. *fin. C. De reb. cred.* Caſtr. & communiter DD. in *d. l. manifeſta. De jurejurand.* cùmque breviandarum litium cauſa hæc jurisjurandi conditio ſit inventa, *l.* 1. *De jurejurand.* cur non eadem ratione hìc admittatur: ut tantò facilius exitum voluntas invenire poſſit, non admiſſa ſolemnitatis quæſtione? Quando ergo de veritate conſtare poteſt ex jurejurando, non eſt recipienda ſolemnitatis exceptio, cùm hæc ipſa inventa ſit ad voluntatem teſtatoris declarandam, *l. ult. C. De fideicom.* Ea autem conſcientia hæredis optimè demonſtrari hìc poſſit, cujus confeſſio, pro liquidiſſima ſit probatione, & (ut loquuntur) legitima, ac probata. Hippoc. latè in *rub. De prob. num.* 67. cum multis ſeq. per doct. Bald. in *l. de iis.* 42. *num.* 4. *C. De Epiſc. & Cler.* ex *l. Publia.* 26. §. *fin. Depoſ. l generaliter.* 13. *C. De non numer. pecun.* & idem Hippocr. *conſil* 94. *Auxilium. num.* 30. 31. cum ſeq. Ubi igitur finis rei haberi poteſt, non eſt magnopere de mediis curandum *l.* 3. ubi Bald. *C. De inſtit.* & idem in Auth. *Hoc ſi debitor.* verſ. *dixit autem. C. De pignorib.* Juramentum tamen calumniæ à deferente poteſt exigi *d. l. ult.* ſicut aliàs. *l. jusjurandum.* 34. §. *qui jusjurandum.* 3. *De jurejur.*

DE SINGVLIS REBVS PER FIDEICOMMISSVM RELICTIS,

Titulus Vigeſimus Quartus.

1. *Continuatio, & argumentum Tituli.*

1 ORdinarium † eſt in jure, poſt univerſalia explicare particularia: ut ſuprà *De teſt. & legat. & ff. De pet. hær. l.* 1. *De rei vind.* Quare & hìc expoſitioni fideicommiſſorum univerſalium, tractatus de fideicommiſſis ſingularibus rectè ſubjungitur. Fideicommiſſa à fide hæredis dicta eſſe, oſtenſum eſt tit. ſuperioris princ. Eorum definitionem ita tradit Ulp. *tit.* 25. Fideicommiſſum eſt, quod non civilibus verbis, ſed precativè relinquitur: nec ex rigore juris civilis proficiſcitur 2 ſed ex voluntate datur relinquentis.

QUoad particularia fideicommiſſa tria tantùm ſtudentibus exhibet Imperator,
1. Perſonas, a quibus fideicommitti poſſit §. 1. verſ. *& vel ipſum.*
2. Materiam §. 1. in princ. juncto §. 2. 3. & 4. uſque ad lit. F.
3. Formam, §. ult. ibi *verba autem.*

§. 1. Poteſt autem quis.

POteſt autem quis etiam ſingulas *a* res per fideicommiſſum relinquere: veluti fundum, argentum, hominem, veſtem, pecuniam numeratam *b*: & vel ipſum hæredem rogare, ut alicui reſtituat, vel legatarium *c*, quamvis à legatario legari non poſſit *d*.

1. Lega-

1. *Legata ſingularia hic enumerata quomodo intelligenda: & à legatario olim legari non potuiſſe: ſecus hodie. num. 2.*

QUæ à quibus relinqui poſſint.

a SINGULAS. Non tantùm univerſitatem, de qua hactenus eſt dictum.

1 *b* PECUNIAM NUMERATAM. Pecuniæ † numeratæ relictum eſſe ſingulare, hic textus oſtendit, & §. *ſi quis.* 8. verſ. *ſed etſi.* ſup. *tit.* 1. Et ſanè nomina hæc omnia, ut fundus, argentum, homo, ſunt quidem generalia, ſed hic ſpecificè ſumuntur. Nam, etiamſi in genere bonum quid relinquatur, tamen intelligitur relicta eſſe ſpecies, quæ ex genere eſt ſumenda, *l. legato generaliter.* 37. cum ibi not. *De lega.* 1.

c LEGATARIUM. Quia, cùm honoratus ſit legato, poteſt & onerari, *l. ſi fuerit.* 5. §. 1. *De leg.* 3.

d NON POSSIT. Jure † veteri. Cùm enim 2 legata imperativè relinquerentur, non poterant, niſi ab hærede relinqui: cui ſoli, ut ſucceſſori, verbis civilibus teſtator imperare poteſt. Sed hoc hodie eſt emendatum, *l.* 2. *C. Communia de leg.* §. 1. 2. ſup. *eod.* ut mirum ſit, hunc locum tàm oſcitanter, & ſine emendatione, ex veteri aliquo I. C. tranſcriptum eſſe.

§. 2. Poteſt autem non ſolùm.

POteſt autem non ſolùm proprias res teſtator per fideicommiſſum relinquere, ſed & hæredis, aut legatarii, aut fideicommiſſarii, aut cujuſlibet alterius *a*. Itaque & legatarius, & fideicommiſſarius non ſolùm de ea re rogari poteſt, ut eam alicui reſtituat, quæ ei relicta ſit, ſed etiam de alia, ſive ipſius, ſive aliena ſit. Hoc ſolùm obſervandum eſt, ne plus quiſquam rogetur alicui reſtituere, quàm ipſe ex teſtamento ceperit *b*. Nam quod amplius eſt, inutiliter relinquitur. Cùm autem aliena *c* res per fideicommiſſum relinquitur, neceſſe eſt ei, qui rogatus eſt, aut ipſam redimere, & præſtare, aut æſtimationem ejus ſolvere.

1. *Nemo ulteriùs ex ultima voluntate debet onerari, quàm ſit honoratus.*

AMpliatio regulæ ſuperioris, ſcilicet quòd non modò teſtatoris, ſed etiam alienæ res relinqui poſſint.

a CUJUSLIBET ALTERIUS. Res quidem aliena relinqui poteſt cuivis, ſed non à quolibet, *l. cum alienam.* 10. *C. De legat. l. ſed ſi.* 40. *De leg.* 1. *l. heredum.* 25. *l. prædia.* 11. *C. eod.* Paul. *lib.* 4. *tit.* 1. Nam tantum ab iis relinqui poteſt, qui ſunt in teſtamento honorati, ut poſt dicetur.

1 *b* CEPERIT. Nemo † enim ulteriùs debet ex ultima voluntate onerari, quàm ſit honoratus, *l. filiusfamilias.* 117. §. *ut quis.* 6. *De leg.* 1. *l.* 1. in fin. cum multis ſeqq. *De leg.* 3. Idque etiam in hærede procedit: ut legatorum, vel fideicommiſſorum nomine non ultrà teneatur, quàm ex hæreditate cepit, *l.* 1. §. *ſi is qui.* 17. *Ad Treb.* Nam etſi hæres æri alieno ſe ſupra vires hæreditarias per aditionem obſtringit, ut dictum eſt ſuprà ad *tit. De her. qual.* non tamen eodem modo ad legata, & fideicommiſſa: cùm de bonis teſtatoris præſtanda ſint, & de his Falcidiam etiam detrahere poſſit. Cùm igitur nihil bonorum ſupereſt, præſtari legata non poſſunt. Quod tamen Juſtinianus hodie in pœnam non conficientis inventarium, emendavit, voluitque hæredem, qui ſine beneficio inventarii adiit, etiam ad legata ſupra vires hæreditarias teneri, §. *ſi verò non fecerit,* ubi Gloſſ. ad verb. *legatorum.* in Auth. *De her. & Falc.* Gloſſ. in *l. ult.* §. *ſin verò.* ad verb. *cenſuerunt. C. De jur. delib.* Sed hoc jure Saxonum non obtinet, quo etiam abſque inventario adiens indiſtinctè, ſupra hæreditatis vires non tenetur. Landr. *lib.* 1. *art.* 6. Gloſſ. Latin. *art.* 22. *eo. lib.* Reinh. *diff.* 28. Henning. God. *conſil.* 15. *De ſucceſſ. feud.*

c ALIENA. Opinione, & ſententia teſtatoris, videlicet, quam teſtator ſcit eſſe alienam. Nam, ſi ignoret, ſervanda erit diſtinctio, *l. cum alienam.* 10. *C. De legat.* quæ tamen non obtinet ob præſumptam propinquorum charitatem, *l. unum ex familia.* 69. §. *ſi rem.* 8. *De leg.* 2. & favorem piæ cauſæ, *l. quidam* 25 §. *ſi quis filium.* 2. *Ad Treb. l. Paulus.* 29. *ff. De fideicom. libert.*

§. 3. Li-

§. 3. Libertas quoque ſervo.

Libertas quoque ſervo per fideicommiſſum dari poteſt, ut hæres eum rogetur *a* manumittere, vel legatarius, vel fideicommiſſarius. Nec intereſt, utrum de ſuo proprio ſervo teſtator roget, an de eo, qui ipſius hæredis, aut legatarii, vel etiam extranei *b* ſit. Itaque & alienus ſervus redimi, & manumitti debet. Quòd ſi dominus eum non vendat, ſi modò nihil ex judicio ejus, qui reliquit libertatem, perceperit *c*: non ſtatim extinguitur fideicommiſſaria libertas, ſed differtur *d*, quoad poſſit tempore procedente, ubicunque occaſio ſervi redimendi fuerit *e*, præſtari libertas.

1. *Fideicommiſſa propriè mediante alio relinqui: legata directè.*
2. *In libertate per fideicommiſſum relicta, non refert, extraneus ſit ſervus, an non: ſecus in legatis.*

Libertas etiam alieno ſervo per fideicommiſſum relinqui poteſt.

1 *a* Rogetur. Nam † hoc proprium eſt fideicommiſſi, quaſi de manu alterius mediatè relinquere: cùm legata etiamnum directò à teſtatore, & immediatè dentur.

2 *b* Extranei. In † fideicommiſſo nihil intereſt, *l. libertates. 16. De fideic. lib.* in legato contra fuit, quia impoſſibile eſt, alieno ſervo directè, & abſque alterius facto libertatem dari, *d. l. libertates. l. ſervo. 9. C. De man. teſt. l. 2. C. De his qui à non dom.* Quare nec hæredis, nec legatarii ſervis directò libertas rectè relinquitur, *§. ult. hoc tit.* & *d. l. ſervo. 9. C. De teſtam. man.*

c Perceperit. Non enim ſufficit legatum eſſe, cum ſola perceptione, tanquam agnita defuncti voluntate ad implendum relictum obſtringatur, *l. deberi. 6. C. De fideicom. lib.* Redimere tamen alienum tum demum cogitur, cùm tantum acceperit ex teſtamento, quantum ad redimendum ſatis eſt, *l. generaliter. 24. De fideicom. lib.*

d Differtur. *L. deberi. 6. C. De fid. lib.*

e Redimendi Fuerit. Ut ſi dominus eum poſteà vendat.

§. 4. Qui autem ex fideicommiſſi.

Qui autem ex fideicommiſſi cauſa manumittitur, non teſtatoris fit libertus, etiamſi teſtatoris ſervus ſit, ſed ejus, qui manumittit *a*. At is, qui directò ex teſtamento liber eſſe jubetur, ipſius teſtatoris *b* libertus fit, qui etiam Orcinus *c* appellatur. Nec alius ullus directò ex teſtamento libertatem habere poteſt, quàm qui utroque tempore teſtatoris fuerit *d*, & quo faceret teſtamentum, & quo moreretur *e*. Directa autem libertas tunc dari videtur, cùm non ab alio ſervum manumitti rogat, ſed velut ex ſuo teſtamento libertatem ei competere vult *f*. Verba autem fideicommiſſorum hæc maximè in uſu habentur: *Peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo g*: quæ perinde ſingula firma ſunt, atque ſi omnia in unum congeſta eſſent.

1. *Libertus Orcinus: & §. hujus lectio emendata.*
2. *Quando ſervus directò ex teſtamento capiat libertatem, quando non.*
3. *Verba fideicommiſſorum quæ olim in uſu: & quid hodie juris.*

Quibus verbis libertates, & fideicommiſſa reliqua ſoleant relinqui.

a Manumittit. Quoad reverentiam, & jus ſucceſſionis, non quoad operas, *l. qui ex cauſa. 29. De bon. lib.*

b Testatoris. *L. directus. 10. C. De man. teſt. l. 4. §. 7. De fid. lib.*

c Orcinus. *L. 3. De leg. tut. l. dominus 22. De pec. leg. l. 4. De bon. lib. l. 4. §. 7 De fid. lib.* Orcinus † autem libertus dicitur, perinde atque libertus defuncti. Nam Orcum pro defuncto veteres dixerunt, Gell. *lib. 1. cap. 24.* Quare melior eſt hæc lectio, quàm Alc. *lib. Præter. 1*, qui orthinus Græca voce, 1

ve-

velut directus legit. Nam & Theoph. *χαριεντικῶς*, vertit. Vide Ulpian. *tit.* 2. & ibi Cujac.

d TESTATORIS FUERIT. *L. Servius exiſtimabat.* 35. *ff. De manum. teſt.* cui obſtare videtur *l. ſi ſervi.* 30. *eod.* ubi vide.

2 *e* MORERETUR. † *D. l. Servius.* 35. Etenim, ſi tempore teſtamenti in poteſtate ejus non ſit, directò capere à teſtatore nequit, propter regulam Caton. Rurſùm ſi tempore mortis alienus ſit, jam natura impoſſibile eſt, eum directam accipere libertatem, cùm, ut manumittatur, domini facto ſit opus.

f COMPETERE VULT. *L. quidam.* 19. *De manu. teſt.*

g FIDEI TUAE COMMITTO. Item † deprecor, cupio, deſidero, impetro, ex *l. fideicom.* 11. §. 1. *De leg.* 3. Hodie porrò omne verbum legitimum teſtatoris ſenſum ſignificans, inducit fideicommiſſum, val legatum, *l.* 2. *C. Communia. de Leg.* hoc cùm directò, & immediatè, illud cùm mediatè, & ex alterius fide, factoque relinquitur: dummodò certum quid relinquatur: quod non fit verbo Commendo, & ſimilibus: quia nihil determinatè, deſignatèque ſic relinquitur, eòque vim fideicommiſſi ejuſmodi habere non poſſunt, *d. l. fideicommiſſa.* §. 1. 3

DE CODICILLIS,

Titulus Vigeſimus Quintus.

1. *Continuatio, & diſpoſitio Tituli.*

1 HActenus † dictum eſt, quemadmodum ex teſtamentis res acquirantur: reſtat, ut de Codicillis, velut teſtamento minùs ſolemni, unde etiam dominia obveniunt, aliquid ſubjiciamus.

DUas partes habet hic Titulus

1. Codicillorum originem, cauſam efficientem, & finem diſputat Imperator in §. 1.
2. De Materia, & forma permiſtim agit in §. 2. 3. & 4. uſque ad finem.

§. 1. Ante Auguſti tempora.

ANte Auguſti tempora conſtat codicillorum jus in uſu non fuiſſe: ſed primus Lucius Lentulus (ex cujus perſona etiam fideicommiſſa eſſe cœperunt) codicillos introduxit. Nam, cùm decederet *a* in Africa, ſcripſit codicillos teſtamento confirmatos, quibus ab Auguſto *b* petiit per fideicommiſſum, ut faceret aliquid. Et cùm divus Auguſtus voluntatem ejus impleſſet, deinceps reliqui *c* ejus auctoritatem ſecuti, fideicommiſſa præſtabant: & filia Lentuli *d* legata *e*, quæ jure *f* non debebat, ſolvit. Dicitur autem Auguſtus convocaſſe Prudentes *g*, inter quos Trebatium quoque, cujus tunc auctoritas maxima erat, & quæſiſſe, an poſſet recipi hoc, nec abſonans à juris ratione codicillorum uſus eſſet? & Trebatium ſuaſiſſe Auguſto, quod diceret utiliſſimum, & neceſſarium hoc civibus eſſe propter magnas, & longas peregrinationes, quæ apud veteres fuiſſent: ubi ſi quis teſtamentum facere non poſſet *h*, tamen codicillos poſſet. Poſt quæ tempora cùm & Labeo *i* codicillos feciſſet, jam nemini dubium erat, quin codicilli jure optimo admitterentur.

1. *Diverſa hujus loci lectio.*
2. *Ratio, & modus condendi novi juris.*
3. *An extra Italiam olim teſtamentum condere non liceat: & quis Labeo I. C. remiſſivè, n.* 4.

1 DE origine, & uſu codicillorum.

a DECEDERET. Hoc eſt, † moreretur. Quamquam Theophilus legiſſe videtur, *Diſcederet in Africam*. Sed illa lectio melior. Nam ante mortem, codicilli nullum habent effectum. At hìc apparet, tum temporis ex occaſione mortis, de codicillorum effectu fuiſſe diſputatum.

b AUGUSTO. Quem hæredem inſtituerat, unà cum filia, & aliis quibuſdam, ut Theoph.

c RELIQUI. Cohæredes, ſcilicet Auguſto dati.

Cc *d* Fi-

d Filia Lentuli. Ipſa quoque cohæres.

e Legata. Codicillis relicta.

f Quae Jure. Alia namque erat cauſa filiæ, quàm Auguſti. Ab hoc fideicommiſſum erat relictum, quod etiam abſque teſtamento valet: ſed à filia, ut hic dicitur, erant relicta legata, non teſtamento, ſed iiſdem illis codicillis. Ideò rectè additur, eam jure non debuiſſe, quia illis temporibus legata tantùm poterant teſtamento relinqui, §. *præterea. antepen.* ſupr. *De fideic. hær.* dixi ſuprà §. 1. *De lega.*

2 *g* Prudentas. Nota † rationem condendi novi juris.

3 *h* Non Posset. An † igitur non liceat extra Italiam teſtamentum condere? Verius eſt licere, cùm hæc ſactio loco non ſit alligata: ut tradunt Bart. *num.* 21. & 24. & communiter DD. in *l.* 1. *C. De ſum. Trin.* Videtur igitur loqui de facto, non de jure, ut in *l. conficiuntur.* 8. 1. §. *ff. eod.* ut cum per provincias peregrinanti non ſemper cives Romani, qui ad teſtationem requiruntur, præſtò ſunt. Ex quo inferri poſſe videtur, etiam peregrinos in codicillis rectè adhiberi, ut teſtes. Quid enim minus, quàm fœminas? Gloſſ. & DD. in *d. l. ult. C. eod.*

i Labeo. Juriſconſultus † ea ætate præcipuus: de quo *l.* 2. in fin. *De orig. jur.* & Tacit. *lib.* 3. *Anna*, 4

§. 2. Non tantùm autem teſtamento.

NOn tantùm autem teſtamento facto poteſt quis codicillos facere, ſed & inteſtatus quis decedens fideicommittere *a* codicillis poteſt *b*. Sed, cùm ante teſtamentum *c* factum codicilli facti erant, Papinianus ait *d*, non aliter vires habere, quàm ſi ſpeciali poſteà voluntate confirmentur. Sed divi Severus, & Antoninus reſcripſerunt *e*, ex iis codicillis, qui teſtamentum præcedunt, poſſe fideicommiſſum peti, ſi appareat, eum, qui poſteà teſtamentum fecit, à voluntate, quam in codicillis expreſſerat, non receſſiſſe *f*.

1. Codicilli poſt teſtamentum facti ut valeant: & an revocatione ſpeciali poſt conditum teſtamentum aliud opus ſit, num. 2. & 3.

COdicillos ab inteſtato etiam valere, nec confirmatione habere opus.

a Fideicommittere. Non tamen olim legare, ut dictum eſt *d.* §. *præterea.* ſupr. *De fideic. hær.* *d.* §. 1. ſup. *De lega.* aut libertates, vel tutelas dare *l.* 1. *De confir. tutor.* ne hodie quidem, niſi teſtamento confirmentur. Cujac. *Obſ. lib.* 18. *cap.* 7.

b Potest. *L.* 3. *l. conficiuntur.* 8. *l. ab inteſtato.* 16. *ff. eod.*

1 *c* Ante Testamentum. Nam † poſteà facti, etiamſi ſpecialiter confirmati in eo non eſſent, valebant tamen, tanquam illius acceſſio, *l.* 3. §. *ultim. ff. eod.*

2 *d* Papinianus Ait. *L.* † *ante* 5. *ff. eod.* idemque ſenſiſſe videtur Paulus in *l. impuberem.* 22. §. *qui codicillos. Ad Leg. Cornel. De falſ.* Ut enim olim legata ante inſtitutionem relicta non valebant, ita nec codicilli. §. *antè.* ſupr. *De leg.* Deinde defunctus condito poſteà teſtamento præcedentes codicillos revocaſſe videbatur. *d. l. antè.* 5. verſ. *ult.* Diverſum erat in codicillis ab inteſtato relictis. Hi enim non opus habebant confirmatione, cùm ad nullum principale teſtamentum referrentur, *l. ab inteſtato.* 16. *ff. eod.* Unde nec agnatione poſthumi, ſicut codicilli ex teſtamento dependentes, rumpebantur, *l. ab inteſtato.* 16. *l. qui gravi.* 11. *ff. eod.*

e Rescripserunt. *L. ult. De fideicommiſſ. hær. l.* 6. *C. De codicillis.*

f Non Recessisse. Sicut † in legatis eſt immutatum, ita & in codicillis. Præſumptio igitur olim erat contra codicillum, ut intelligeretur eum teſtator revocaſſe, quando non expreſsè confirmabat. Hodie præſumptio eſt pro codicillis, ut putentur tacitè eſſe confirmati, niſi ſint expreſsè revocati: quod melius ex ratione *l. ſancimus.* 27. *C. De teſt.* cum ſimil. 3

§. 3. Codicillis autem hæreditas.

COdicillis autem hæreditas *a* neque dari, *b* neque adimi *c* poteſt, ne confundatur jus teſtamentorum, & codicillorum *d*: & ideo nec exhæredatio *e* ſcribi: directò autem hæreditas codicillis *f* neque dari,

ri, neque adimi poteſt. Nam per fideicommiſſum hæreditas codicillis jure relinquitur *g*. Nec conditionem hæredi inſtituto codicillis adjicere *h*, neque ſubſtituere *i* directo k quis poteſt.

1. *Hæreditatem dari per inſtitutionem, adimi per exhæredationem: & num. 2.*
3. *Cur hæreditas in codicillis, aliave ultima voluntate nec dari, nec adimi poſſit directò: & quæ ſit ratio, latè num. 4. & quare per fideicommiſſum in iiſdem relinqui poſſit: num. 5.*
6. *Hæreditas directò in codicillis data, in vim fideicommiſſi valet.*
7. *Conditionem in codicillis adjici non poſſe.*
8. *In codicillis ſubſtitui directò non poſſe: tacitè autem, & obliquè poſſe.*

MAteria codicillorum, quòd iis tantùm fideicommiſſa, non etiam hæreditates relinqui poſſint.

a HÆREDITAS. Vel ex aſſe, vel ex parte.

1 *b* NEQUE DARE. Per † inſtitutionem, aut ſubſtitutionem directam, *l. ſi idem. 7. C. eod.* atque ita honeſtiore cum titulo, & pleniore honore tribuitur hæreditas, quàm legatum. *l. 5. §. ſed ſi portio. De legat. præſtan.* Nam obliquè relinqui poteſt, ut poſtea ſubjicit. Quo caſu propriè hæreditas non eſt, ſed fideicommiſſum univerſale, ſeu fideicommiſſaria hæreditas. ſup. *tit. 1.*

2 *c* ADIMI. Per † exhæredationem liberorum, aut expreſſam ademptionem inſtitutionis extraneo factæ, ex doctrina contrariorum, *l. non codicillum. C. 14. De teſtam.*

d CODICILLORUM. *D. l. 7. C. eod.* Si idem, inquit, codicilli, quod teſtamenta poſſent, cur diverſum his inſtrumentis vocabulum mandaretur, quæ vis, ac poteſtas una ſociaſſet? Sed Papi. in *l.* 3 *quod per manus. 10. ff. eod.* aliam † rationem tradit, ne ſcilicet per codicillos, qui ex teſtamento valent, *l. 3. §. ultim. l. ab inteſtato. 16. ff. eod.* ipſum teſtamentum, quod vires per inſtitutionem hæredum accipit, confirmari videatur. Et ſanè ſi liceret codicillis hæreditatem dare, vel adimere, ſequeretur teſtamentum infirmari, & revocari per codicillos poſſe: atque ita per acceſſorium confirmari, aut infirmari principale, & illius majorem eſſe vim, quàm hujus: quod dictu foret abſurdiſſimum. Maluit autem aliam rationem ponere Juſtinian. quia hodie codicilli non perinde pendent ex teſtamento, ut olim. Quamquam hoc verum ſit, etiam nunc facto teſtamento, codicillos ejus partem eſſe, vel acceſſionem: nam non poteſt, niſi una ultima, & præcipua eſſe voluntas. *§. poſteriore.* ſup. *Quib. mod. teſt. inf.* Aret. in *l. moribus. 2. §. 2. prius. De vulg. ſubſti.* per *l. Neſennius. 32.* ubi Bal. *De excuſ. tut.*

e EXHÆREDATIO. Eorum, qui vel in teſtamento ſcripti, vel ex lege ſunt hæredes. Nam reliquorum nulla eſt exhæredatio.

4 *f* CODICILLIS. Neque † alia ultima voluntate, aut inter vivos conventione, puta donatione cauſa mortis. *l. licet. 19. C. De pact. l. hæreditas. 5. C. De pact. convent.* aut ſtipulationibus. *l. 4. C. De inutil. ſtipul.* Non ob eam tamen, quam DD. allegant, rationem, ne libera teſtandi facultas auferatur. Ea enim nullo pacto ne ſic quidem minuitur, cùm omne id, quod in vim ultimæ voluntatis, ut poſt mortem duntaxat valeat, diſponitur, naturam habeat ultimæ voluntatis, ſcilicet ut revocari poſſit, eòque libertatem teſtandi nulla neceſſitudine conſtringat, *l. pactum dotale. 4. C. De pact. conven.* Deinde, ne ab inteſtato quidem ejuſmodi pacta, & contractus valeant, *d. l. licet. 19.* ubi Jaſ. *numer. 4.* Gloſſ. *in l. hæreditas. 5.* ad verb. *nulla actione. C. De pact. conven.* ut hanc dicit eſſe communem Alex. ita ut ne quidem in vim fideicommiſſi valere debeat, *conſ. 28. num. 6. lib. 3.* ex *l. 4.* in verb. *nullius momenti. C. De inutil. ſtip. d. l. licet. 19.* Verior igitur illa ratio, quòd jura certo tantummodò, & ſolemni modo familias transferri voluerint, cùm in his omnis fortuna civium ſit collocata. Patet in Adoptionibus, Emancipationibus, & aliis familiarum tranſlationibus. Hæreditate autem, quia familia, & omne jus teſtatoris in hæredem transfertur, ideo nonniſi ſolemni, & quidem civili modo, puta teſtamento, eam dari permiſerunt. Nam & familia juris eſt civilis, *§. ult.* ſupr. *De legit. agn. tut. l. jus agnationis 34. De pact. l. pronunciatio. 195. l. hæreditatis 119. l. pecuniæ. 178. De verb. ſign. l. hæreditas. 50. De reg. jur.* quod genus ut non conſtituitur, niſi actu juris civilis, *l. actus. 77. De reg. jur. tot. tit. De adopt.* ita conſentaneum eſt, nec adimi, aut, quod perinde eſt (ſup. *De adempt. lega.*) transferri, niſi modo aliquo civili poſſe. Additur & alia ratio in *d. l. 4.* & in *l. ult. C. De pact.* ſcilicet quòd ejuſmodi videantur contra bonos eſſe mores, ut quæ votum captandæ alienæ mortis, ob lucellum, quod inde ſperatur, inducant: quæ ratio magis valet in contractibus: quia partibus palam fiunt, nec celari poſſunt, & ſtatim irrevocabiliter obligant. *l. ficus. 5. C. De oblig. & act.* cum ſimil. quàm in ultimis voluntatibus: quæ revocabiles ſunt, & ſecretò fieri poſſunt, ac plerunque etiam quando teſtibus communicantur, fiunt ignorante eo, cujus bono cedunt: ut eadem hìc captatio non ſit uſquequàque pertimeſcenda. Teneatur & tertia illa ratio, quòd ſicut diſcrimen inter teſtamenta, & codicillos retineri neceſſe eſt, ut ſuprà poſui: ita etiam non ſint confundenda contractuum, & teſtamentorum jura: ne confuſio actionum inter vivos, & ultimarum voluntatum conſequatur. Confunderentur autem, ſi æquè pactis, atque ultimis voluntatibus relinqui hæreditates poſt mortem poſſent.

g JURE RELINQUITUR. † *L. 2. C. eod. l. 4. C.* 5
De his quib. ut ind. l. quidam 5. §. ſed cum vetere. C. De neceſſ. ſer. l. Scævola. 76. Ad Trebell. l. pen. De cond. inſt. Alia eſt enim ratio fideicommiſſi, alia hæreditatis:

 hære-

hæreditate transfertur familia, quæ eſt juris civilis. Ergò tantùm actu civili transferri poteſt, ut dictum eſt. Fideicommiſſum non conſtat ſolemnitate civili, ſed ex jure fluit naturali, & æquitate, ſuprà *De ſing. reb. per fideicom. relict.* velut etiam codicilli. §. 1. *hoc tit.* Quare nihil cauſæ, quin per codicillum rectè hæreditas fideicommiſſaria relinquatur: de qua, ut de reliquis fideicommiſſis, hæredes ab inteſtato Falcidiam detrahere poſſunt, *l. 2. in fin. ff. eod.* Ex quo ſequitur, etiam ex alia quavis voluntate, puta donatione mortis, qua tota bonorum univerſitas relinquitur, quartam detrahi. *l. ſi mor-*
6 *tis. 5. l. in donationibus. 12. C. Ad Leg. Falcid.* Sed hoc † verum eſt, quando verbis obliquis teſtator eſt uſus. Nam, ſi directò inſtituat, videbitur teſtamentum facere voluiſſe: nec valebit jure codicillorum voluntas, *l. Scævola. 76. Ad Trebell. d. l. non codicillum. C. De teſt.* niſi adjecta ſit clauſula codicillaris, quæ perficit, ut verba directa inſtitutionis trahantur ad fideicommiſſum, & valeant. *Cornel. conſ. 52. nu. 1. 2.* cum ſeqq. *vol. 2.* aut aliunde conſtet, voluiſſe teſtatorem jure codicilli valere. Bart. & DD. in *d. l. Scævola,* & *d. l. illud. §. tractari. hoc tit.* Jaſ. in *l. ea, quam. 14. nu. 14. C. De fideicom.* ut ſi juſſerit valere omni meliore modo, quo valere poteſt. Socin. *conſ. 142. Reverende. num. 4. vol. 1.* per doctrinam Bart. in *l. verbis. 7. De vulg. & pupill.* Innoc. in *cap. 2. De ordin. cognit.* aut ſi à milite relictum ſit. *l. quærebatur. 19. l. militis. 36. De milit. teſtam.* aut ad pias cauſas, ut alibi dictum eſt. DD. in *l. 1. C. De ſacroſan. Eccleſ.* Vide Tiraq. *in privil. piæ cauſ.* aut à parente inter liberos. Bart. & DD. in *d. l. militis.* Nam ejuſmodi teſtamentum tacitè habet clauſulam codicillarem, quamvis non expreſſam. Iaſ. in *d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. num. 8. C. De teſtam.* cùm magna affectio, ſeu conjunctio ſanguinis ſit pro clauſula codicillari. Hipp. in *rub. De fideiuſſ. num. 235.* ex doctrina Jaſ. in *l. non dubium. C. De teſt.* Glo. in *l. in teſtamento. 38. De fideicom. libert.* Bald. in *l. ſi jure. 11. C. De teſt. manumiſſ.*

b Adjiceret. † Quia, qui conditionem adjicit, 7
effectu adimit hæreditatem, in caſu deficientis conditionis, *l. pen. De cond. inſtit.* Et conditio facit inſtitutionem, *l. 6. ff. eod.* Quod igitur juris in toto, eſt & in parte. *d. l. liberi. 7. ff. eod.*

i Subſtitueret. *L. ſi idem. 7. C. eod. d. l. 6. eod.* Quoniam ſubſtitutio nihil aliud eſt, quàm ſecunda inſtitutio, ut dictum ad *tit. De vulg.*

k Directo. † Sed tantummodò verbis obli- 8
quis, & per fideicommiſſum, ut dictum eſt. Tacitæ tamen ſubſtitutionis declaratio videtur codicillis fieri poſſe, per ea, quæ tradit Bald. in *l. precibus. 8. num. 10. & 11. C. De impub. ſub.* nam actus quàmlibet perfecti recipiunt formam ex intervallo declaratoriam, licet non diſpoſitoriam, ut ait ex *l. heredes palàm. 21. §. ſed etſi. De teſtam.*

§. 4. Codicillos autem.

Codicillos autem etiam plures *a* quis facere poteſt, & nullam ſolemnitatem ordinationis *b* deſiderant.

1. *Codicillos plures quis facere poteſt, ſecus in teſtamentis.*

1 De forma, & ſolemnitate codicillorum. *a* Etiam Plures. Non † modò unius exempli, quomodo teſtamenta plura fieri poſſunt. *§. penul. ſuprà De teſtament. ordin.* ſed etiam diverſos, & diverſarum rerum: quod non eſt in teſtamentis, in quibus poſterius rumpit prius, *§. poſteriore. ſup. Quib. mod. teſt.* At codicilli, quamvis plures, & diverſi, omnes ſuſtinentur: quia ſunt, velut particularia, & diverſa, ſeparataque legata: niſi appareat, teſtatorem prioribus derogare voluiſſe. *l. 1. & 3. C. eod. l. 5. & 6. ff. eod.*

b Ordinationis. Rectè *ordinationis*. Nam probationis aliqua ſolemnitas deſideratur, *l. ult. C. eod. l. ultim.* in verb. *teſtium ſolemnitatis. C. De fideicommiſſ.*

INSTI-

INSTITVTIONVM IVRIS D. IVSTINIANI LIBER TERTIVS.

DE HÆREDITATIBVS QVÆ AB INTESTATO DEFERVNTVR

Titulus Primus.

1. Hæreditatem duplici jure deferri: continuatio Tituli, & ejuſdem diſpoſitio.

1 HÆreditas † defertur aut ex teſtamento, aut ab inteſtato. *l.* 1. in prin. *Si tab.teſtam. null. extab. l.*3. *De petit. her.* hæc propriè legitima vocatur. *l. legitima.*8. *De pet.her.* & juſta. *l.* 3. §. 1. *Pro ſoc.* illa teſtamentaria, *d.l.*3.non improprie legitima. *l. lege.* 130. *De verb. ſigni.* De illa hactenus eſt ſuperiore libro expoſitum, quia jure prior eſt, *l.* 7. *Si tab. teſt. l.* 6. *De injuſt. teſt.* §. *cum autem.* 8. infr. *eod.* ſequitur jam juſto ordine ab inteſtato ſucceſſio: cui non antè locus eſt, quàm deficiente teſtati cauſa, §. *proximus.* 5. infr. *De leg. agn. ſucc.* §. *cum autem.* 8. *hoc tit.* Hujus initio traditur definitio, in §.1. Et quòd ejus utilitas primo loco deſcendentibus defertur, ideo de his ante cęteros hęredes legitimos hoc in tit. agitur. Porrò deſcendentium genera plura ſunt: quorum varia etiam olim in ſuccedendo fuerunt jura: potiſſima verò cauſa fuit ſuorum: de quibus deinceps uſque ad §. *emancipati.* 9. tractatur: exinde de ſucceſſione emancipatorum, & adoptivorum, uſque ad §. *item.* 15. Hinc ad finem uſque de diſcrimine veteris juris inter mares, & fœminas ſublato. Ac poterant hæc, & debebant certè in Inſtitut. tradi breviùs, omiſſa tàm longa veteris juris, & quidem abrogati repetitione, ex edicto ipſius Iuſtiniani in *Proœm.* ſuprà *eod.* Cæterùm

Opere in longo fas eſt obrepere ſomnum,
Et quandoque bonus dormitat Homerus.

DIVISIO TITVLI.

NOn miror omnium populorum leges in hoc convenire, ut filli primùm ab inteſtato ſuccedant: natura quippe ſimul, & parentum communi voto ad debitam ſucceſſionem vocantur, ut ex reſponſo Papiniani colligitur in *l. ſcripto.* 7. in fine *ff. Si tabula teſt. nulla ext. Vnde liberi*, & ut ait Paulus in *l. cum ratio.* 7. *ff. De bonis damnat.* Ratio naturalis, quaſi lex quædam tacita, liberis Parentum hæreditatem addicit.

Sed ut in deferenda liberis hæreditate facilè antiquæ leges conſenſerunt: ita in aliorum graduum ſucceſſionibus magna intuetur varietas; itaut nulla magis juris civilis pars tam variè jactata reperiatur, quam hæc De ſucceſſionibus ab inteſtato. Ad cujus captum, ſciendum, ſucceſſionem ab inteſtato deferri, vel ex jure *Antiquo*, vel *Novo*. *Novum* eſt in *Novella* 118. Jus autem *Vetus* proponitur hic cum titulis 8. ſequentibus, & in primis incipit Imperator à lege 12. Tab. quæ loquebatur vel de ſucceſſione *Ingenui*, vel *Liberti*. De Prima, tanquam de nobiliori, in hoc Titulo agit: de ſecunda in Titulo 8. hujus libri. Verba legis 12. Tab. circa ingenuos erant hæc; INTESTATORUM HÆREDITATES PRIMO SUORUM HÆREDUM, VELINT, NOLINT, SUNTO: ET IN LOCUM FILIORUM, NEPOTES SUCCEDUNTO.

Sic loquebatur in 1. capite: in 2. ita,

SI INTESTATUS MORITUR, CUI SUUS HÆRES NEC EXTABIT, AGNATUS PROXIMUS FAMILIAM HABETO.

De 1. igitur capite legis 12. Tab. in hoc Titulo acturus Imperator poſt præmiſſam inteſtati definitionem, in §. 1. hoc tit. De tribus agere proponit,

1. De deſcendentibus ſuis §. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.
2. De deſcendentibus, qui inter ſuos beneficio Prætoris vocantur, ex quo anteà erant ſui §. 9. 10. 11. 12. 13. 14.
3. De deſcendentibus Conſtitutionum beneficio inter ſuos vocatis §. ult. hoc tit.

§. 1. Inteſtatus decedit.

INteſtatus decedit *a*, qui aut omninò teſtamentum non fecit *b*, aut non jure fecit *c*, aut id, quod fecerat, ruptum, irritumve *d* factum eſt: aut ſi ex eo nemo hæres extiterit *e*.

1. *Condens teſtamentum minus ſolemne, inteſtatus dicitur decedere.*

2. *Ruptum, & irritum teſtamentum in hac materia non differre.*

SEx modis decedit quis inteſtatus. Gloſſ. per hunc tex. §. *cum igitur.* verb. *inteſtatus.* in Auth. *De non eligen. ſecun. nuben.*

a DECEDIT. Quod ad hanc materiam attinet: verba namque ſecundum ſubjectam materiam ſunt accipienda.

b NON FECIT. Hic propriè dicitur inteſtatus. *l. 1. De ſuis & leg.* vel ſi adimplere nequiverit inchoatum. *l. ult.* verſ. *illud. C. De cod.cill.* aut non poteſt probari teſtamentum eſſe factum. *l. 1. §. ult. Quemad. teſtam. aper.*

1 *c* NON JURE FECIT. Non † ſervatis ſolemnitatibus, de quibus ſuprà dictum eſt *tit. De teſtam. ord.* quarum aliqua deficiente, totum teſtamentum pro nullo, & non facto habetur. *l. ſi unus.* 12. *C. De teſtamen.* quia paria ſunt, aliquid non fieri, vel non legitimo modo fieri. *§. ſciendum* 2. ſup. *De ſatiſdat. tut. l. quoties.* 6 *Qui ſatiſd. cog. l.* 1. in fin. ubi Gloſſ. ad verb, *inhabilis*. *Quod cujuſque univerſ. l. 1. §. penult. ff. Quorum bonor.* Nam quod non fit ſolemniter, incurrit in legis ordinationem: quod autem contra legem fit, eſt ipſo jure nullum. *l. non dubium.* 5. *C. De legib.* qua de re dictum eſt ſupra ad *tit. De exhered. lib.* & *tit. Quib. mod. teſt.* ac alibi paſſim in materia ultimarum voluntatum.

d RUPTUM, IRRITUMVE. Hæc † differunt inter ſe in cauſa teſtamentaria. *l. 1. De injuſt. teſtamen. l. filium.* 20. *De bonor. poſſ. contr. tab.* ſupr. *Quib. mod. teſtam. infir.* ab inteſtato verò nequaquàm: nihil enim hic intereſt, quacunque ratione irritum ſit teſtamentum. 2

e EXTITERIT. *L. 1. De ſuis, & legit. l. inteſtatus.* 64. *De verbor. ſignifi.* quod aliàs deſtitutum, aliàs deſertum teſtamentum appellatur in §. *cum autem.* 8. inf. *eod.* eum ſequent. §. 3. ſupr. *De Leg. Falcid.* & pro non facto habetur. *l. ſi nemo* 9. *De teſtam. tutel. l. ſi nemo.* 181. *De reg. jur. l. ea, quam.* 14. *C. De fideicom.* ſicut & inſtitutus in eo hæres pro non ſcripto, & inſtituto. *l. 2. §. ſed ſi mater.* 7. *Ad S.C. Tertyll.* adeò ut alteri non obſtet. *l. 1. De ſuis & legit. l. ſi necem.* 4. *§. ſi deportatus.* 2. *De bon. liberto.* Fulgoſ. *conſil.* 102. Bald. *conſil.* 379. *Thema. lib.* 4.

§. 2. Inteſtatorum autem.

INteſtatorum autem hæreditates ex lege duodecim Tab. *a* primùm ad ſuos hæredes pertinent *b*. Sui autem hæredes exiſtimantur (ut & ſuprà diximus *c*) qui in poteſtate *d* morientis fuerunt; veluti filius, filiave, nepos

nepos, neptiſve ex filio, pronepos, proneptiſve ex nepote, ex filio nato *e*, prognatus, prognatave *f*. Nec intereſt, utrum naturales ſint liberi, an adoptivi *g*.

1. *Verba l. 12. tab. de ſucceſsione legitima: item Vlpiani de eadem. num. 2.*
3. *In ſucceſsione legitima tantundem præſtat lex atque natura.*

LOquimur de ſucceſſione ab inteſtato ſuorum, quorum prima eſt cauſa.

1 *a* Duodecim Tab. In † qua ſic cautum fuit: *Paterfamilias uti legaſſit ſupra pecunia, tutelave rei ſua, ita jus eſto*, *l. verbis.* 120. *De verbor. ſignific. At, ſi inteſtatus moritur, ſeu ſuus non extabit heres, agnatus proximus familiam habeto.* in princip. infr. *De leg. agnator. ſucceſſ.* Ulpia. *tit.* 26.

2 *b* Pertinent. Ulpia. *tit.* 26. † Inteſtatorum ingenuorum hæreditates pertinent primùm ad ſuos hæredes, id eſt liberos, qui in poteſtate ſunt, exterosque, qui in liberorum loco ſunt: id cautum & jure divino *Num.* 27. *&c.* & naturali, *l. cum ratio.* 7. *De bon. damn. l. ſcripto.* 7. *ff. Unde lib. l. nam etſi.* 15. *De inoff. teſtament. cap. jus naturale. diſtinct.* 1. & civili, §. 1. in Auth. *De hered. ab inteſt.* Auth. *In ſucceſſione. C. De ſuis & legitim.*

c Supra Diximus. Ad tit. *De hered. qualit. & differe.*

d In Potestate. Sive naturaliter, ſive civiliter. *l.* 1. §. *ſuos. De ſuis & legit.* §. 2. ſupr. *De hered. qual.* ut & poſteà declaratur in verſic. *nec intereſt*.

e Ex Filio Nato. Secus enim in natis ex nepote filiæ: hic enim cùm non ſequatur familiam patris, gignere liberos in poteſtate avi materni futuros nequit. §. *ultim.* ſuprà *De exhær. liber.*

f Prognatave. Aliàs, *progenitus*, *progenitave*.

g An Adoptivi. Nam † in legitima ſucceſſione tantundem præſtat lex, quantum natura. Vide ſuprà, & in *ff. De adop.* & in Auth. *Quib. mod. nat. effic. ſui*. 3

§. 3. Quibus connumerari.

QVibus connumerari neceſſe eſt *a* etiam eos, qui ex legitimis quidem matrimoniis non ſunt progeniti, curiis tamen civitatum *b* dati; ſecundum divalium conſtitutionum *c*, quæ ſuper his poſitæ ſunt tenorem, hęredum ſuorum *d* jura nanciſcuntur. Necnon eos, quos noſtræ amplexæ ſunt conſtitutiones *e*: per quas juſſimus, ut, ſi quis mulierem in ſuo contubernio *f* copulaverit, non ab initio affectione maritali *g*, eam tamen, cum qua poterat habere conjugium *h*, & ex ea liberos ſuſtulerit: poſteà verò affectione procedente, etiam nuptialia inſtrumenta *i* cum ea fecerit, & filios, vel filias habuerit: non ſolùm eos liberos, qui poſt dotem editi ſunt, juſtos, & in poteſtate patris eſſe: ſed etiam anteriores *k*, qui & iis, qui poſteà nati ſunt, occaſionem legitimi nominis pręſtiterunt *l*. Quod obtinere cenſuimus, etiamſi non progeniti fuerint poſt dotale inſtrumentum confectum liberi, vel etiam nati ab hac luce fuerint ſubtracti *m*.

1. *Legitimati ſuorum loco habentur.*
2. *Legitimare tàm curiis civitatum, quàm Principum permiſſum.*
3. *Contubernium quid.*
4. *Matrimonium jure civili ex contubernio præſumi.*
5. *Matrimonium contractum cum concubina, utrum aut de jure, aut de facto honeſtè contrahatur.*
6. *Dotalium inſtrumentorum confectio an ſit de ſubſtantia legitimationis.*
7. *Legitimationem retrotrahi ad tempus conceptus.*
8. *Legitimationem per ſubſequens matrimonium, optimum eſſe legitimandi modum.*
9. *An per oblationem curiæ, vel legitimationem principis, naturalis in præjudicium legitimorum, & juſtorum poſſint legitimari, remiſſivè.*

SPurios curiis civitatum datos inter ſuos connumerari.

1 *a* Necesse Est. Ut ſint † ſuorum loco, non modò in allodialibus: *l. cum quis.* 10. cum Auth. ſequen. *C. De natural. liber.* §. *ultim.* ſupr. *De nuptiis.* §. *dubitatum*. in Authentica *De inceſtuoſ. nuptiis*. Authentic. *Quod jus. C. De natural. liber.* Jaſon in *l. Gallus*. 29. §. *& quid ſi. numer.* 89. *De liber. & poſthum.* per §. *reliqui.* in Authentic. *Quibus modis natural. efficiunt. ſui.* quoad inſtitutiones, præteritiones, exhæredationes. Salicet. in Authentic. *Item ſi quis. numer.* 5. *C. De natural. liber.* Bald. in *l. cum in adoptivis*. 10. *numer.* 5. *C. De adoption.* Jaſon in Authentic. *Si qua. numer.* 48. *C. De ſacroſanct. Eccleſ.* Roman. *conſil.*

34. Dec.

34. Dec. *conſil.* 257. *numer.* 2. & 264. *numer.* 1. & 576. *num.* 6. Socin. *conſil.* 221. *numer.* 5. *volumin.* 2. ſed etiam in feudalibus §. *naturales* ubi DD. *Si De feud. def.* Curt. *conſil.* 72. *num.* 61. Tiraquell. *De jure primogen. queſtion.* 34. *num.* 54. Zaſ. *in epitom. feud. part.* 8. in fine Chaſ. *in conſuetudin. Burgund. rubr.* 8. §. 13. verb. *ab inteſtato. nume.* 5. Schurf. *conſil.* 1. *nume.* 17. *centur.* 1.

2 *b* Curiis Civitatum. Nota, † legitimari non modò curiæ principali, ſed etiam curiis civitatum oblatos: cùm ut hujus beneficii illicio plures muneribus publicis gerendis offerantur: tum ut oblati legitimi facti, majore cum dignitate decurionatum gerere poſſint. Vide ſup. *De nuptiis*, §. *ult.*

c Constitutionum. *L. ſi quis* 3. *l. quoniam* 4. *C. De natur. liber.* in Authen. *Quibus modis natural. efficiuntur ſui.*

d Suorum. Auth. *Quibus modis natur. effic. ſui. Nov.* 89. *cap.* 2. §. *ſi quis igitur.* 1.

e Constitutione. *L. cum quis à muliere.* 10. *l. nuper.* 11. *C. De natur. liber.* §. *final.* ſupr. *De Nupt.* d. §. *ſi quis igitur.* Vide in c. *Tanta.* 6. *Qui fil. ſint legitim.*

3 *f* Contubernio. Quod † eſt conſuetudo conjugali ſimilis, facti, non juris. *l.* 3. *C. De inceſt. nuptiis.*

g Maritali. Non eo animo, & voluntate, ut in uxorem habeat: nam alioqui nuptias ſtatim conſenſus faceret. *l. nuptias.* 32. *De regul. juris. l.*

4 *penultima. C. De inceſt. nuptiis.* maximè † jure civili, quod ex contubernio præſumit matrimonium. *l. ſi vicinis.* 9. *C. De nuptiis.* *l. in libera.* 24. ubi Gloſſ. ad verb. *intelliguntur.* Bald. & DD. *De ritu nupt.* non etiam jus Pontificium. Gloſſ. *final.* in d. *l. in libera.* Gloſſ. in *c. illud.* 11. verb. *uxorem.* ubi Innocent. *De præſump.* Bald. Salicet. & DD. in d. *l. ſi vicinis.* 9. cui hodie etiam in foro civili ſtatur. Socin. *conſil.* 39. *Viſis. numer.* 9. *volumin.* 1. per §. *quoniam.* in Authentic. *Quibus modis natural. efficiuntur legitimi.* & alii allegat.

5 *h* Conjugium. Utrum † de jure, an etiam de facto? Quidam utrumque requirunt: ut ejuſmodi ſit, ut non modò ſecundùm jus, ſed etiam de honeſtate, & bonis moribus conjugium eſſe poſſit. Angel. in §. *ſed & alium.* in Authentic. *Quibus modis natural. efficiuntur legit.* Bald. in Authentic *Si quis. C. De natural. liber.* & in *l.* 2. *numer.* 3. *C. Quibus rebus judic.* Cag. in *l. ſi qua illuſtris.* 5. *num.* 5. *C. Ad S. C. Orphit.* Rimin. *conſil.* 92. *numer.* 16. *volum.* 3. *conſil.* 211. *numer.* 5. *volumin.* 1. Curt. junior *conſil.* 53. *numer.* 2. *volum.* 1. latè Hipp. Riminal. *in conſi. matrimon.* 80. *num.* 14. & 15. ubi vult eſſe communem. Alciat. *tractat. præſump. reg.* 2. *præſ.* 5. Quod dogma ſi recipiatur, magna erit limitatio ad *d. c. Tanta. Qui filii ſint legitimi*, & ſuſtinebit cauſam noſtrorum nobilium: qui viri nobilis liberos ex ignobili fœmina ſuſceptos, per ſubſequens matrimonium nolunt legitimari: quaſi cum ignobili, abſque generis dedecore, & nota conjugium non conſtet: argumento eorum, quæ tradit Bald. in *d. l.* 2. *numer.* 3. Bartol. in *l.* 3. §. *ſi emancipatus. numer.* 1. *De honor. poſſeſſ. cont. Tab.* per *leg.* 1. cum Auth. ſeq. *C. De natural. liber.* Nicol. Anton. Gra. *conſil. matr.* 82. *In hoc dubio. num.* 82. *vol.* 1. Cæpoll. *cautel.* 251. *num.* 2. Jaſ. in *l. neque.* 5. *nu.* 41 *C. De teſtam.* Ego tamen ſequendam puto aliorum ſententiam, qui exiſtimant, hæc textus verba de jure, non de honeſtate accipienda eſſe: alioqui vix conſtabit *d. c. Tanta.* cùm ſemper objiei poſſit, honeſtas non eſſe eum ea nuptias, quæ ante pudorem vulgarit. Bald. in *c. Innotuit.* 20. *num.* 10. *De electio.* Dec. *conſ.* 155. *Diligenter. numer.* 2. Anton. de Roſell. in *tractat. leg. lib.* 1. *tit. De matrimon. præſumpt.* Boer. *deciſion.* 240. & *primo. num.* 16. Cæpoll. *caut.* 251. *Legitimatio. num.* 4. & optimè Caſtr. *conſ.* 429. *Præſuppoſito. numer.* 1. *lib.* 2. & contra intentionem nobilium, de qua modo dictum eſt, ſæpè reſponſum, ac judicatum eſt: ut intelligi licet ex Schurff. *conſil.* 1. *cent.* 1. & *practici meminerunt.* Ac in dubio etiam pro legitimatione, velut cauſa favorabili, eſt pronunciandum. *c. Per tuas.* 12. *nu.* 12. *Qui fil. ſint legit.* Felin. in *c. Per tuas.* 10. *n.* 12. in fin. *De probat.* Panor. in *c. Lator.* 5. *nu.* 6. *Qui fil. ſint legit.* Alciat *præſ. reg.* 2. *præſ.* 5. *nu.* 2.

i Instrumenta. Quæ † jure civili ad ſo- 6
lemnitatem hujus rei ſunt neceſſaria §. *fin.* ſupr. *De nupt.* ut in quibuſdam lex ad ſolemnitatem ſcripturam requirit. De quibus Gloſſ. & DD. in *c.* 1. *De cenſibus lib.* 6. Jure verò Pontificio, & moribus noſtris non requiruntur. DD. in *d. c. Tanta. Qui fil. ſint. legit.* Bald. in Auth. *Licet patri. C. De nat. lib.* Schurff. *conſil.* 1. *num.* 15. *volum.* 1. qui tradunt etiam abſque dote, & in extremo vitæ ſpiritu ejuſmodi matrimonium contrahi, atque ita liberos legitimari poſſe. De quo Bald. in *l. ea, quam.* 14. *num.* 27. *C. De fideicom.* & in §. *naturales. Si de feud. def.* Schurff. *d. conſil.* 1. *numer.* 22.

k Antea natos. Legitimatio † enim retro- 7
trahitur ad tempus conceptus. Bald. in *l. qua in provincia.* 57. §. *divus.* in princip. *De rit. nupt.* Jaſ. in *l. generaliter.* 6. §. *cum autem. num.* 9. & 10. *C. De inſtit. & ſub.* & in *d. l. Gallus.* §. & *quid ſi tantum. numer.* 85. & 89. *De liber. & poſthum.* Anton. de Butr. & Canon *d. c. Tanta.* per *c. Lator.* 5. *c. Per Venerabilem.* 13. *Qui filii ſint legitimi.* Alexand. *conſil.* 5. *numer.* 5. & 10. *volumin.* 7. & *conſil.* 25. *numer.* 4. *volumin.* 1. Vide latè Tiraquell. *De jur. primogen. quæſtio.* 34. *numer.* 34.

l Praestiterunt. Nam † ſæpiùs amore li- 8
berorum ex concubina ſuſceptorum, contrahitur cum ea matrimonium, ut legitimentur honeſtiore quodam modo: qui inter omnes legitimationis ſpecies optimus eſt, & præſtantiſſimus, omneque vitium conceptionis purgat. *d. c. Tanta.* Dec. in *cap. Cum in cunctis.* 7. *num.* 9. *De elect.* & *conſil.* 155. *Diligenter. num.* 4. & 5. Angel. *conſil.* 20. ſuper *num.* 1. Hippo. *ſing.* 542. num. 3. Curt. *conſil.* 74. ſuper *num.* 61. Tiraq. *De jur. primogen. quæſt.* 34. *num.* 54. Chaſſ. in *conſuet. Burg. rub.* 8. §. 13. verb. *ab inteſtato. nu.* 1. Schurff. *d. conſi.* 1. *num.* 19. *cent.* 1.

m Subtracti. *L. cum quis.* 10. *l. nuper.* 11. *C. De nat. lib.* ubi ratio dubitandi, & decidendi exponitur, & unde colligitur etiam invitis liberis juſtis, eorumque in damnum, patrem poſſe naturales ita legitimare. Angel. hìc. Utrum † au- 9
tem per oblationem curiæ, vel legitimationem principis naturales in præjudicium liberorum legitimorum, & juſtorum poſſint legitimari, vide apud Bart. Jaſ. & DD. in *d. l. Gallus.* §. & *quid ſi tantum. De lib. & poſthum.* Alex. *conſil.* 5. *volum.* 7. *conſil.* 25. *vol.* 1. Tiraquel. in *tract. De jur. primog. quæſt.* 34. per tot.

§. 4. Ita

§. 4. Ita demum tamen.

ITa demum tamen nepos, neptiſve, pronepos, proneptiſve, ſuorum hæredum numero ſunt, ſi præcedens perſona *a* desierit in poteſtate parentis eſſe: ſive morte id acciderit, ſive alia ratione *b*, velut emancipatione. Nam, ſi per id tempus, quo quis moritur, filius in poteſtate ejus ſit *c*: nepos ex eo ſuus hæres eſſe non poteſt: idque & in cæteris deinceps liberorum perſonis dictum intelligimus *d*. Poſthumi quoque *e*, qui ſi vivo parente nati eſſent *f*, in poteſtate ejus futuri forent *g*, ſui hæredes ſunt *h*.

1. Suus hæres quando quis dicatur, & num. 2.
3. Poſthumi quando liberorum loco ſint, & ſuorum hæredum & num. 4. 5. & 6.

DEclaratio. Quia dictum eſt in §. 1. ſuprà *eod.* ſuos eſſe etiam nepotes, in poteſtatè morientis conſtitutos; ideò hìc exponit, quomodo id ſit intelligendum, & quando nepotes, ut ſui, hæreditatem cernant.

a PRAECEDENS PERSONA.
1 Ut † filius præcedit nepotem, hic pronepotem: quare, quandiu filius vivit, qui gradu proximior eſt, nepos ſuus hæres avo dici nequit: cùm præcedens in gradu pater hæreditatem capiat, eumque, ut remotiorem, excludat. §. 2. ſupr. *De hæred. qualit. & diff.*

b ALIA RATIONE. De qua dictum eſt ſuprà *Quib. mod. jus patr. poteſt. ſolvit.*

c EJUS SIT. Vide in §. *cum autem*. 8. inſ. *eod.*

2 *d* INTELLIGIMUS. Ut † quandiu supereſt nepos, pronepoti jus ſui hæredis eſſe nequit: quod intellige de recta linea deſcendentibus. §. *cum filius*. 7. inſ. *eod.* §. 2. ſupr. *De hæred. qual.* Nam qui ab alio in eadem familia natus eſt, puta ex filio demortuo, is in ſui patris locum jure repræſentationis ſuccedit; & ſuus cum patruo hæres eſt, quamvis ſit gradu remotior: cùm enim nemo eum in ſua linea præcedat; jure ſuitatis, ut admittatur, conſentaneum eſt. *l. ut.* 3. *C. De ſuis & legit.* Quando autem filii ſuccedant in locum patris, tractat Joſ. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 11.

e POSTHUMI QUOQUE. Etſi † propriè appellatione filiorum non contineantur. *l. ultim. De aſſig. libert.* in ſucceſſionibus tamen pro filiis ſunt, ut & in tutelis. §. *ult.* ſupr. *Qui teſt. tut.* Qua de re dictum eſt in §. 2. ſupr. *De exhæred. liber.* 3

f NATI ESSENT. Quia † pro natis habentur, 4
cùm de eorum agatur commodo, *l. qui in utero.* 1. & 2. *De ſtatu hom.*

g FUTURI FORENT. Et † quidem proximi 5
hæredes, ut ſupr. *De exhæred. lib. & De hæred. qual.* expoſitum eſt.

h SUI HAEREDES SUNT. Quia † tanquam 6
ſui & rumpunt teſtamentum præteriti, & ab inteſtato capiunt hæreditatem. *l. Gallus.* 29. *De lib. & poſth.* Vide ſupr. *De exhæred. lib. & De hæred. qual. & different.*

§. 5. Sui autem hæredes.

SVi autem hæredes fiunt etiam ignorantes *a*: &, licet furioſi ſint, hæredes poſſunt exiſtere *b*: quia quibus ex cauſis ignorantibus *c* nobis acquiritur, ex his cauſis & furioſis *d* acquiri poteſt *e*. Et ſtatim à morte parentis quaſi continuatur dominium *f*. Et ideo nec tutoris auctoritate opus eſt pupillis *g*, cùm etiam ignorantibus acquiratur ſuis hæredibus hæreditas *h*: nec curatoris aſſenſu acquiritur furioſo, ſed ipſo jure *i*.

1. Sui

1. Sui hæreditas etiam ignorantibus acquiritur, & furioſis: & quomodo: nec opus eſſe aditione num. 2. 3. 4. 5. & 6.

EXponitur quomodo ſui ſucceſſionem ab inteſtato acquirant.

a IGNORANTES. *L. 1. §. 3. Si quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. furioſus. 63. De acquir. hæred.* cujus rei ratio in textu ſequitur.

b POSSUNT EXISTERE. 1 Ratio † dubitandi eſt in *d. l. furioſus. 63.* ſcilicet quia furioſis, ignorantibus, dubitantibus acquiri hæreditas non poteſt. *l. is qui putat.* 15. cum legib. ſeq. *l. ſi quis.* 21. *§. fin.* cum legib. ſeq. *l. pater.* 92. *De acq. hæredit.* nam hæreditas animo, & voluntate (quæ hic nulla eſt) aditur. §. *fin.* ſupr. *De hæred. qualit. & differ.*

2 *c* IGNORANTIBUS. Acquiritur † autem ſuis hæredibus hæreditas non modò ignorantibus, ut ſequitur in textu, ſed etiam invitis. *l. lege.* 12. *De teſtam.* Unde neceſſarii heredes dicuntur, quamvis jure prætorio abſtinendi beneficium habeant. §. 2. ſupr. *De hæred. qual. & diff.*

3 *d* FURIOSIS. Quoniam † ignorantibus comparantur. *l. ſi à furioſo.* 24. *De oblig. & actio.*

e ACQUIRI POTERIT. *D. l. ſi à furioſo.* & *l. ſi à furioſo.* 12. *Si cert. petat.*

4 *f* DOMINIUM. † *L. in ſuis.* 11. *De lib. & poſthum.* quare non opus eſt hic aditione: neque enim aditur jus, quod quæſitum eſt: & per conſequens nec animo, & voluntate aditionis, eòque nec ſcientia opus eſt.

g PUPILLIS. *L. 1.* & ibi DD *C. Si ut ab her. ſe ab.* Secus eſt in hæreditate extranei adeunda, quoniam quod facti, non juris eſt, obligationem inducit. *l. pupillum.* 49. *De acq. her. l. ſi infanti.* 18. *C. De jur. delib.*

h HÆREDITAS. Quoad † commodum eorum, 5 & acquiſitionem: non etiam ut teneantur creditoribus, & obligentur. Salvum enim manet abſtentionis beneficium, donec ſe immiſceant. *d. l. 1. & tot. tit. C. Si ut ab hæred. ſe abſti.* Gloſſ. in *l. fin.* ad verb. *ſuos. C. De cur. furioſ.* & ut extraneus non tenetur, antequam adeundo ſe obliget, ſic nec ſuus, donec per immiſtionem jus abſtinendi renunciet. §. *extraneus.* 6. ſupr. *De hæred. qual. & diff.* Item intellige hoc, quoad jus dominii, & hæreditatis, ut hic dicitur: non quoad poſſeſſionem, quæ facto apprehendenda eſt, nec continuatur etiam in ſuos hæredes: ut eſt communis ſententia Doct. in *l. cum heredes.* 23 *De acquir. poſſeſſ. l. in ſuis.* 11. contrà Gloſſ. ibi *De lib. & poſthum.* & in *l. cum miles.* 30. *Ex quibus cauſ. mai.* Jaſ. in *l. ſi ſorori.* 14. *nu.* 2. *C. De jure delib.* Tiraq. in *tractat Le Mort ſaiſit le vif. in 3. declar. praf. numer.* 2. 3. 4. cum ibi allegat. & dixi *in Parat. tit. Quor. bonor. num.* 5.

6 *i* IPSO JURE. *L.* † *ult. §. 1. & 2. C. De curat. furioſ.* quod verum eſt ſecundùm materiam ſubjectam, in ſuis hæredibus: ſecus fortè in hæreditate extranea, quæ abſque aditione furioſo non acquiritur, ut nec integræ mentis hæredibus, §. *extranei.* ſupr. *De hæred. qual.* Abſurdum autem fuerit, dementes meliori eſſe conditione, quàm ſapientes. *l. 4. Quod vi, aut clam.* Adire porrò furioſi nequeunt, quia id voluntatis eſt, §. *ult. De heredum qual.* qua carent, *l. furioſi.* 40. *De reg. jur.* dixi ſup. §. 2. *Quibus non eſt permiſſum fac. teſta.* An autem eorum nomine curator rectè adeat, diſcendum eſt ex *l. ult. §. de tali*, ubi Gloſſ. Magna, & Salicet. *C. De curat. furioſ.*

§. 6. Interdum autem licèt.

INterdum *a* autem licèt in poteſtate parentis, mortis tempore ſuus hæres non fuerit, tamen ſuus hæres parenti efficitur: veluti ſi ab hoſtibus quis reverſus fuerit poſt mortem patris ſui. Ius enim poſtliminii hoc facit *b*. Per contrarium evenit, ut, licet quis in familia defuncti ſit mortis tempore, tamen ſuus hæres non fiat: veluti ſi poſt mortem ſuam pater judicatus fuerit perduellionis *c* reus; ac per hoc memoria ejus damnata fuerit *d*. Suum enim hæredem habere non poteſt *e*, cùm fiſcus ei ſuccedat *f*, ſed poteſt dici ipſo quidem jure ſuum hæredem eſſe, ſed deſinere *g*.

1. Particula, interdum, ſignificatio.
2. Fictio juris poſtliminii.
3. Perduellionis crimen, ejuſque ſpecialia. num. 4. & 5.

EXceptio duplex à §. 1. ſup. *eod.* quæ regula tradita eſt §. 2. ſupr. *eod.*

1 *a* INTERDUM. Hæc † particula index eſt exceptionis, & denotat regulam eſſe in contrarium *l. admonendi.* 31. ubi præter alios Coraſ. ad verb. *interdum. De jurejur.*

2 *b* HOC FACIT. Quod † fingit eum nunquam abfuiſſe, eòque & in poteſtate tempore mortis fuiſſe, *l. 1. §. 3. De ſuis & legit.* Quare licet pater captus apud hoſtes decedat: tamen filius domi ſuus hæres fit, quia fingitur pater ipſo momento captivi-

Digitized by Google

ptivitatis, quo filios adhuc erat in poteſtate, mortuus fuiſſe. *l. lege.* 12. *De teſtament.*

3 *c* Perduellionis. Perduellionis † crimen eſt, hoſtilia adverſus Rempublicam moliri: quod nunc crimen læſæ majeſtatis nominatur. Sed non contrà, quicquid læſæ majeſtatis delictum eſt, continuò in perduellionatum incidit: nec, quod hìc dicitur, in alia læſæ majeſtatis ſpecie, quàm perduellionatu obtinet, *l. ult. Ad Leg. Jul. majeſt.* ubi vide Cont.

4 *d* Damnata Fuerit. Quod † ſpeciale fuit in perduellionibus, cùm aliàs morte etiam in læſæ majeſtatis reo crimen extinguatur, *d. l. ult.*

e Non Potest. Quod † & ipſum ſpeciale eſt: nam alioqui damnatis ſuccedunt liberi in dimidia parte, altero bonorum ſemiſſe tantùm publicato, *l. fin. De bon. damnat.* 5

f Ei Succedat. In ſolidum, liberis excluſis, *l. quiſquis.* 5. *C. Ad Leg. Jul. majeſt.*

g Sed Desinere. Non enim poteſt allegare ſe illius ſuum eſſe hæredem, cujus memoria damnata eſt, nec reduci mentione aliqua juris poteſt.

§. 7. Cùm filius, filiave.

CUm filius, filiave, & ex altero filio nepos, neptiſve exiſtunt, pariter *a* ad hæreditatem avi *b* vocantur *c*: nec, qui gradu proximior eſt *d*, ulteriorem *e* excludit *f*. Æquum enim eſſe videtur, nepotes, nepteſque in patris ſui locum ſuccedere *g*. Pari ratione *h*, & ſi nepos, neptiſve ſit ex filio, & ex nepote pronepos, proneptiſve, ſimul vocantur. Et quia placuit, nepotes, nepteſve, item pronepotes, pronepteſve in parentis ſui locum ſuccedere *i*: conveniens eſſe viſum eſt, non in capita k, ſed in ſtirpes *l* hæreditatem dividi: ut filius partem dimidiam hæreditatis habeat, & ex altero filio duo, pluresve nepotes alteram dimidiam: item ſi ex duobus filiis nepotes, nepteſve exiſtant *m*, ex altero unus fortè, aut duo, ex altero tres, aut quatuor: ad unum, aut duos dimidia pars pertineat, ad tres, vel ad quatuor altera dimidia *n*.

1. *Species hujus §. declarata.*
2. *Jura ſuitatis, & repræſentationis in ſucceſſione collateralium non obtinere, limitat. num. 3.*
4. *Succedere in capita, & in ſtirpes. num. 5.*
6. *An fratrum filii ſuccedant in capita, aut ſtirpes.*

DEclaratio §. *ita demum.* 4. ſup. *eod.* Quod enim ibi dictum eſt, propiore gradu conſtitutos, eſſe ſuos, remotioribus excluſis; id obtinere in his, qui ex eadem ſtirpe, lineaque, non etiam qui diverſa, propagantur, hìc oſtenditur: nam nepotes ex uno fratre præmortuo, ſuccedunt jure repræſentationis in locum patris, ac velut ſui hæredes cum patruis hæreditatem cernunt.

1 *a* Pariter. In † hoc caſu æquis portionibus ſuccedunt. Loquitur enim de duabus perſonis, filio ſcilicet, filiave, & nepote, nepteve, ex altero filio præmortuo. Secus, ſi plures ab eo relicti eſſent: non enim pariter cum patruo in capita, & ad æquales portiones admitterentur, ſed in ſtirpes: ac ſimul omnes unam duntaxat patris demortui portionem, quam is ſuperſtes habiturus erat, acciperent, *l.* 3. *C. De ſuis & legit.* ut poſtea in textu ſequitur. Quanquam pariter alio ſenſu poteſt hìc accipi: videlicet pari jure ſuitatis, & ſucceſſionis: ut referatur ad æquale, & par jus ſucceſſionis, non diviſionis: id quod & ſequentia ſubindicant: nec, inquit, qui gradu proximior eſt, ulteriorem excludit.

2 *b* Avi. Non † etiam collateralium, *l.* 3. *C. De legit. hered.* Nam jura ſuitatis in ſucceſſione collateralium non obtineot; & proinde neque jus repræſentationis: eòque proximior gradu excludit remotiorem: quia unuſquiſque jure proprio ſuccedit, non prædeceſſoris: cujus differentiæ ratio paulò pòſt in fine hujus §. explicabitur: idque apud Saxones translatitium eſt. Faſch. *diff.* 25. per *art.* 3. *lib.* 1. quanquam jus Novellarum in primo collateralium, puta fratrum gradu, jus repræſentationis indulſit: ut ſcilicet in hoc filii fratrum cum patruis in ſucceſſione demortui patrui ſuccedant. Auth. *Ceſſante. C. De legit. heredib.* & *Nov.* 118. *De hered. ab inteſt.* §. *hoc etiam.*

c Vocantur. Nepos, neptiſve, cum filio, filiave.

d Proximior Est. Filius, filiave.

e Ulteriorem. Nepotem, Neptemve.

f Excludit. Id quod Leg. 12. Tab. cautum fuiſſe docet *l.* 3. *C. De ſuis & legit.*

g Succedere. Et id Leg. 12. Tab. cavetur, *l.* 3. *C. De legit. her.* Ulp. *tit.* 26. nam, niſi ſuccederent in locum patris, ſed venirent jure ſuo, ſequens eſſet, eos à patruis excludi, ut uno gradu proximioribus.

h Pari Ratione. Quia † jus repræſentationis in infinitum durat, & in deſcendentes propaga- 3

1. *Sui hæreditas etiam ignorantibus acquiritur, & furioſis: & quomodo: nec opus eſſe aditione num. 2. 3. 4. 5. & 6.*

EXponitur quomodo ſui ſucceſſionem ab inteſtato acquirant.

a IGNORANTES. *L. 1. §. 3. Si quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. furioſus. 63. De acquir. hæred.* cujus rei ratio in textu ſequitur.

b POSSUNT EXISTERE. Ra-

1 tio † dubitandi eſt in *d. l. furioſus.* 63. ſcilicet quia furioſis, ignorantibus, dubitantibus acquiri hæreditas non poteſt. *l. is qui putat.* 15. cum legib. ſeq. *l. ſi quis.* 21. *§. fin.* cum legib. ſeq. *l. pater.* 92. *De acq. hæredit.* nam hæreditas animo, & voluntate (quæ hic nulla eſt) aditur. *§. fin.* ſupr. *De hæred. qualit. & differ.*

2 *c* IGNORANTIBUS. Acquiritur † autem ſuis hæredibus hæreditas non modò ignorantibus, ut ſequitur in textu, ſed etiam invitis. *l. lege.* 12. *De teſtam.* Unde neceſſarii heredes dicuntur, quamvis jure prætorio abſtinendi beneficium habeant. *§. 2.* ſupr. *De hæred. qual. & diff.*

3 *d* FURIOSIS. Quoniam † ignorantibus comparantur. *l. ſi à furioſo.* 24. *De oblig. & action.*

e ACQUIRI POTEST. *D. l. ſi à furioſo.* & *l. ſi à furioſo.* 12. *Si cert. petat.*

4 *f* DOMINIUM. † *L. in ſuis.* 11. *De lib. & poſthum.* quare non opus eſt hic aditione: neque enim aditur jus, quod quæſitum eſt: & per conſequens nec animo, & voluntate aditionis, eòque nec ſcientia opus eſt.

g PUPILLIS. *L.* 1. & ibi DD *C. Si ut ab hær. ſe ab.* Secus eſt in hæreditate extranei adeunda, quoniam quod facti, non juris eſt, obligationem inducit. *l. pupillum.* 49. *De acq. hær. l. ſi infanti.* 18. *C. De jur. delib.*

h HÆREDITAS. Quoad † commodum eorum, 5 & acquiſitionem: non etiam ut teneantur creditoribus, & obligentur. Salvum enim manet abſtentionis beneficium, donec ſe immiſceant. *d. l. 1. & tot. tit. C. Si ut ab hæred. ſe abſti.* Gloſſ. in *l. fin.* ad verb. *ſuos. C. De cur. furioſ.* & ut extraneus non tenetur, antequam adeundo ſe obliget, ſic nec ſuus, donec per immiſtionem jus abſtinendi renunciet. *§. extraneus.* 6. ſupr. *De hæred. qual. & diff.* Item intellige hoc, quoad jus dominii, & hæreditatis, ut hic dicitur: non quoad poſſeſſionem, quæ facto apprehendenda eſt, nec continuatur etiam in ſuos hæredes: ut eſt communis ſententia Doct. in *l. cum hæredes.* 23 *De acquir. poſſeſſ. l. in ſuis.* 11. contrà Gloſſ. ibi *De lib. & poſthum.* & in *l. cum miles.* 30. *Ex quibus cauſ. maj.* Jaſ. in *l. ſi ſorori.* 14. *nu.* 2. *C. De jure delib.* Tiraq. in *tractat Le Mort. ſaiſit le viſ.* in 3. *declar. præf. numer.* 2. 3. 4. cum ibi allegat. & dixi *in Parat. tit. Quor. bonor. num.* 5.

i IPSO JURE. *L.* † *ult. §.* 1. & 2. *C. De curat.* 6 *furioſ.* quod verum eſt ſecundùm materiam ſubjectam, in ſuis hæredibus: ſecus fortè in hæreditate extranea, quæ abſque aditione furioſo non acquiritur, ut nec integræ mentis hæredibus, *§. extranei.* ſupr. *De hæred. qual.* Abſurdum autem fuerit, dementes meliori eſſe conditione, quàm ſapientes. *l.* 4. *Quod vi, aut clam.* Adire porrò furioſi nequeunt, quia id voluntatis eſt, *§. ult. De hæredum qual.* qua carent, *l. furioſi.* 40. *De reg. jur.* dixi ſup. *§.* 2. *Quibus non eſt permiſſum fac. teſta.* An autem eorum nomine curator rectè adeat, diſceſſum eſt ex *l. ult. §. de tali*. ubi Gloſſ. Magna, & Salicet. *C. De curat. furioſ.*

§. 6. Interdum autem licèt.

INterdum *a* autem licèt in poteſtate parentis, mortis tempore ſuus hæres non fuerit, tamen ſuus hæres parenti efficitur; veluti ſi ab hoſtibus quis reverſus fuerit poſt mortem patris ſui. Ius enim poſtliminii hoc facit *b*. Per contrarium evenit, ut, licet quis in familia defuncti ſit mortis tempore, tamen ſuus hæres non fiat; veluti ſi poſt mortem ſuam pater judicatus fuerit perduellionis *c* reus; ac per hoc memoria ejus damnata fuerit *d*. Suum enim hæredem habere non poteſt *e*, cùm fiſcus ei ſuccedat *f*, ſed poteſt dici ipſo quidem jure ſuum hæredem eſſe, ſed deſinere *g*.

1. *Particula*, interdum, *ſignificatio*.
2. *Fictio juris poſtliminii*.
3. *Perduellionis crimen, ejuſque ſpecialia. num.* 4. & 5.

EXceptio duplex à §. 1. ſup. *eod.*

1 *a* INTERDUM. Hæc † particula index eſt exceptionis, & denotat regulam eſſe in contrarium *l. admonendi.* 31. ubi præter alios Coraſ. ad verb. *interdum. De jurejur.* quæ regula tradita eſt §. 2. ſupr. *eod.*

b HOC FACIT. Quod † fingit eum nunquam 2 abfuiſſe, eòque & in poteſtate tempore mortis fuiſſe, *l.* 1. §. 3. *De ſuis & legit.* Quare licet pater captus apud hoſtes decedat: tamen filius domi ſuus hæres fit, quia fingitur pater ipſo momento captivi-

ptivitatis, quo filius adhuc erat in poteſtate, mortuus fuiſſe. *l. lege. 12. De teſtament.*

3 *c* PERDUELLIONIS. Perduellionis † crimen eſt, hoſtilia adverſus Rempublicam moliri: quod nunc crimen læſæ majeſtatis nominatur. Sed non contrà, quicquid læſæ majeſtatis delictum eſt, continuò in perduellionatum incidit: nec, quod hìc dicitur, in alia læſæ majeſtatis ſpecie, quàm perduellionatu obtinet, *l. ult. Ad Leg. Jul. majeſt.* ubi vide Cont.

4 *d* DAMNATA FUERIT. Quod † ſpeciale fuit in perduellionibus, cùm aliàs morte etiam in læſæ majeſtatis reo crimen extinguatur, *d. l. ult.*

e NON POTEST. Quod † & ipſum ſpeciale eſt: nam alioqui damnatis ſuccedunt liberi in dimidia parte, altero bonorum ſemiſſe tantùm publicato, *l. fin. De bon. damnat.* 5

f ET SUCCEDAT. In ſolidum, liberis excluſis, *l. quiſquis. 5. C. Ad Leg. Jul. majeſt.*

g SED DESINERE. Non enim poteſt allegare ſe illius ſuum eſſe hæredam, cujus memoria damnata eſt, nec reduci mentione aliqua juris poteſt.

§. 7. Cùm filius, filiave.

CVm filius, filiave, & ex altero filio nepos, neptiſve exiſtunt, pariter *a* ad hæreditatem avi *b* vocantur *c*: nec, qui gradu proximior eſt *d*, ulteriorem *e* excludit *f*. Æquum enim eſſe videtur, nepotes, neptesque in patris ſui locum ſuccedere *g*. Pari ratione *h*, & ſi nepos, neptiſve ſit ex filio, & ex nepote pronepos, proneptiſve, ſimul vocantur. Et quia placuit, nepotes, neptesve, item pronepotes, proneptesve in parentis ſui locum ſuccedere *i*: conveniens eſſe viſum eſt, non in capita k, ſed in ſtirpes *l* hæreditatem dividi: ut filius partem dimidiam hæreditatis habeat, & ex altero filio duo, pluresve nepotes alteram dimidiam: item ſi ex duobus filiis nepotes, neptesve exiſtant *m*, ex altero unus fortè, aut duo, ex altero tres, aut quatuor: ad unum, aut duos dimidia pars pertineat, ad tres, vel ad quatuor altera dimidia *n*.

1. *Species hujus §. declarata.*
2. *Jura ſuitatis, & repræſentationis in ſucceſſione collateralium non obtinere. limitat. nu. 3.*
4. *Succedere in capita. & in ſtirpes. num. 5.*
6. *An fratrum filii ſuccedant in capita, aut ſtirpes.*

DEclaratio §. *ita demum.* 4. ſup. *eod.* Quod enim ibi dictum eſt, propiore gradu conſtitutos, eſſe ſuos, remotioribus excluſis; id obtinere in his, qui ex eadem ſtirpe, lineaque, non etiam qui diverſa, propagantur, hic oſtenditur: nam nepotes ex uno fratre præmortuo, ſuccedunt jure repræſentationis in locum patris, ac velut ſui hæredes cum patruis hæreditatem cernunt.

1 *a* PARITER. In † hoc caſu æquis portionibus ſuccedunt. Loquitur enim de duabus perſonis, filio ſcilicet, filiave, & nepote, nepteve, ex altero filio præmortuo. Secus, ſi plures ab eo relicti eſſent: non enim pariter cum patruo in capita, & ad æquales portiones admitterentur, ſed in ſtirpes: ac ſimul omnes unam duntaxat patris demortui portionem, quam is ſuperſtes habiturus erat, acciperent, *l. 3. C. De ſuis & legit.* ut poſtea in textu ſequitur. Quanquam pariter alio ſenſu poteſt hìc accipi: videlicet pari jure ſuitatis, & ſucceſſionis: ut referatur ad æquale, & par jus ſucceſſionis, non diviſionis: id quod & ſequentia ſubindicant: nec, inquit, qui gradu proximior eſt, ulteriorem excludit.

2 *b* AVI. Non † etiam collateralium, *l. 3. C. De legit. hered.* Nam jura ſuitatis in ſucceſſione collateralium non obtinent; & proinde neque jus repræſentationis: eòque proximior gradu excludit remotiorem: quia unuſquiſque jure proprio ſuccedit, non prædeceſſoris: cujus differentiæ ratio paulò pòſt in fine hujus §. explicabitur: idque apud Saxones translatitium eſt. Faſch. *diff.* 25. per *art. 3. lib.* 1. quanquam jus Novellarum in primo collateralium, puta fratrum gradu, jus repræſentationis indulſit: ut ſcilicet in hoc filii fratrum cum patruis in ſucceſſione demortui patrui ſuccedant. Auth. *Ceſſante. C. De legit. heredib.* & *Nov.* 118. *De hered. ab inteſt. §. hoc etiam.*

c VOCANTUR. Nepos, neptiſve, cum filio, filiave.

d PROXIMIOR EST. Filius, filiave.

e ULTERIOREM. Nepotem, Neptemve.

f EXCLUDIT. Id quod Leg. 12. Tab. cautum fuiſſe docet *l. 3. C. De ſuis & legit.*

g SUCCEDERE. Et id Leg. 12. Tab. cavetur, *l. 3. C. De legit. her.* Ulp. *tit.* 26. nam, niſi ſuccederent in locum patris, ſed venirent jure ſuo, ſequens eſſet, eos à patruis excludi, ut uno gradu proximioribus.

h PARI RATIONE. Quia † jus repræſentationis in infinitum durat, & in deſcendentes propaga- 3

pagatur, *l. 1. §. libertas. De conjung. cum emanc. lib.* In collateralibus olim (ut nunc quoque jure Sax.) nullo, ut dixi gradu, obtinuit, *l. 3. C. De legit. hered.* jure noviſſimo duntaxat in primo. in Auth. *De her. ab inteſtat. venien. §. hoc etiam.* inſ. *De legit. agna. ſucceſſ.*

4 *i* SUCCEDEBAT. Jure † repræſentationis: quod ſumptum videri poteſt ex jure ſuitatis, *l. ſcripto. 7. Si tab. teſta.* Ulp. *tit.* 26.

k NON IN CAPITA. Parens enim eorum tantùm unum caput habuit: quod cùm ipſi ſimul omnes repræſentent, & in ejus jus ſuccedant, non poſſunt in ſua ſingulorum capita ſuccedere, & partes facere: abſurdum enim eſſet, ſuccedentes plus capere, quàm is, cujus in locum ſuccedunt, cepiſſet. Hic autem tantùm pro uno ſuo capite unam partem feciſſet, & à cohæredibus accepiſſet: ergò &, quamvis numero plures ejus ſucceſſores, unam tantùm illam partem capiunt, *l. ſi viva matre. 3. C. De bon. mater.* cùm iniquum fuerit, ex qualitate, vel numero hæredum præmortui cohæredis, jus reliquorum imminui, aut immutari, *l. 2. De verb. oblig.* in princ.

5 *l* SED IN STIRPES. Capita † hìc ſignificant perſonas: & in capita dicitur fieri hæreditatis diviſio, quando hæreditas tot in partes æqualiter dividitur, quot ſunt ſuccedentium perſonæ: in ſtirpes porrò, quoties non numerantur in diviſione capita, ſeu perſonæ, ſed habetur ratio ſtirpis, ex qua ſucceditur: puta parentis demortui: in cujus vicem, atque locum omnes ſimul liberi illius veniunt, & admittuntur, *l. 3. C. De ſuis & legit.*

m EXISTANT. Aut alii deſcendentes in infinitum, ut rectè DD. Hic caſus dubitabilior eſt, quàm ſuperior: in quo quia nepotes concurrunt cum gradu proximioribus, ideo neceſſe eſt eos jure repræſentationis aſcendere in gradum parentum, ut inveniantur in pari cum proximioribus gradu: at hìc omnes in eodem gradu ſunt, & ſuo jure ſuccedunt.

n ALTERA DIMIDIA. *L. 2. C. De ſuis & legit.* quod de ſuis accipiendum eſt, *l. 3. C. De ſuis & legitim.* de quibus hic text. loquitur. Nam hi, defuncto avo, ſui, & proximi hæredes eſſe nequeunt, niſi in patris locum, & primum præmortui gradum intrent, §. 2. ſup. *De her. qual. §. ita demum.* cum ſeq. ſup. *eod. l. ſcripto. 7. Si tab. teſtam.* quod cùm ſit, ſequitur neceſſariò in ſtirpes ſucceſſio. In emancipatis meritò dubites, cùm ſuitatis in his ratio ceſſet, & veniant jure ſuo, non patris, velut & nepotes ex filia. Gloſſ. ad verb. *improbatur* in *l. pactum dotali. 3. C. De collation.* Bart. in *l. qui ſuperſtitis. 94. num.* 3. & ibidem Caſtr. *numer.* 3. *&* 4. *De acquir. hered.* Bald. in *l. ult. num.* 16. *C. De pact.* & in *d. l. pactum, num.* 13. perſ. *ſi quis poſthumos. 9. §. ſi filium. 2. De lib. & poſthum. l. ſi quis filio. 6. De injuſt. rupt. teſtam.* Sed his quoque Juſtinianus ſuorum jura in ſuccedendo tribuit, ut poſteà ſubjicietur. Quòd autem dicuntur ſuccedere jure proprio, hoc accipiendum eſt reſpectu qualitatum, & ne obſit illis parentum conditio, exhæredatio, renunciatio, &c. nec id aliter obtinet, quàm poſtquàm jam per jus repræſentationis, in primum parentum locum ſubintrarunt, ut declarat Jaſ. in *l. ſi arrogator. 22, num.* 9. *&* 20. *De adopt.* & idem obſervatur in gerada, ut filia, & neptis, vel plures admittantur ſimul in ſtirpes, non in capita: ſic memini judicatum hìc, & Lipſiæ. In † fratrum filiis major adhuc dubitatio eſt, pleriſque contendentibus, eos in ſtirpes ſuccedere: Gloſſ. in *l. lege. 14.* in fin. *C. De leg. hered.* Bart. in *l. poſt conſanguineos. 2.* in verſ. *agnati. De ſuis & leg.* quam opinionem latè propugnat Sonsh. in *tractat. feud. part.* 9 *numer.* 500. aliis verò aſſerentibus in capita eos admitti, Zaſ. *intel. lib. 1. cap. 7.* & *epit. feud. parte* 8. *numer.* 58. & in conſiliis paſſim: quæ ſententia in Imperio ex conſtitutione Caroli V. apud Saxones moribus recepta eſt. Faſch. *diff.* 28. De quo plura quærant ſtudioſi apud Contium, Forſterum, Schurrerum, & alios in *tractat. ſucceſſ. legit. ſeu ab inteſtat.* Integras enim ejuſmodi controverſiarum quæſtionum diſputationes, ratio operis, & inſtituti hujus non admittit. 6

§. 8. Cùm autem quæritur.

CVm autem quæritur, an quis ſuus hæres exiſtere poſſit: eo tempore quærendum eſt, quo certum eſt, aliquem ſine teſtamento deceſſiſſe *a*: quod accidit & deſtituto *b* teſtamento. Hac ratione, ſi filius exhæredatus fuerit *c*, & extraneus *d* hæres inſtitutus, & filio mortuo *e*, poſtea certum fuerit hæredem inſtitutum ex teſtamento non fieri hæredem, aut quia noluit eſſe hæres *f*, aut quia non potuit *g*, nepos avo ſuus hæres exiſtet: quia quo tempore certum eſt *h* inteſtatum deceſſiſſe patremfamilias, ſolus invenitur nepos *i*: & hoc certum eſt k. Et licet poſt mortem avi natus ſit, tamen avo vivo conceptus *l*, mortuo patre ejus *m*, poſteaque deſerto *n* avi teſtamento, ſuus hæres efficitur. Planè ſi & conceptus, & natus fuerit poſt mortem avi; mortuo patre ſuo, deſertoque poſteà avi teſtamen-

to, ſuus

Digitized by Google

to, ſuus hæres avo non exiſtet: quia nullo jure cognationis patrem ſui patris attigit *o*. Sed nec ille eſt inter liberos avi, quem filius emancipatus adoptavit *p*. Hi autem cùm non ſint ſui (quantum ad hæreditatem *q*) liberi: neque bonorum poſſeſſionem petere poſsunt, quaſi proximi cognati *r*. Hæc de Suis Hæredibus *s*.

1. *Suus necne quis ſit quando ſcire referat,*
2. *Deſtitutum teſtamentum quod.*
3. *Exhæredatio non tollit jus familiæ, nec eſt modus ſolemnis ſolvendæ patriæ poteſtatis.*
4. *Verba hæc,* Et hoc certum eſt, *videri ſuperflua.*
5. *Poſthumos in jure ſuitatis pro natis, quoad ipſorum commodum, haberi.*
6. *Teſtamentum deſertum quod.*
7. *Nepos poſt avi mortem conceptus, jure tranſmiſſionis ad ſucceſſionem venit.*
8. *Nepotes poſt mortem avi concepti, in reliquis contractibus pro liberis haberi: & an cognati dici poſſint. num. 9.*

DE circnmſtantia temporis, quo de ſuitatis jure quæri poſſit, & quodnam tempus ſit inſpiciendum.

1 *a* Decessissa. Suus † necne ſit aliquis non mortis tempore, ſed poſtquam certum eſſe cœpit, inteſtato mortuum eſſe patremſamilias, exquiri debet. *l.* 1. §. *ſciendum.* 6. *De ſuis & legit. l. ult. De condit. inſtit.* Ex eo enim incipit hujus queſtionis utilitas: §. *proximus*. 5. infr. *De leg. agn. ſucceſſ.* de qua fruſtra diſputatur, priuſquàm cooſtiterit, cauſam teſtati nullam ſopereſſe. Nam ex teſtamento, cujus exiſtentia jus inteſtati ſubmovet, & excludit, non ratione, neque vi ſuitatis, ſed inſtitutionis ſucceditur; ideòque hæredes ab inteſtato, donec certum ſit, inteſtati cauſa deficiente teſtamento locum eſſe, non admittuntur, *l. ſi quis*. 6. §. 1. *De injuſt. rupt. teſt. l. ſcripto*. 7. *Si tab. teſt. null. ext.* Quandiu valere poteſt cauſa teſtamenti, tandiu ab inteſtato non ſucceditur, *l. quandiu*. 89. *De reg. jur. l. quandiu*. 39. *De acq. hæred.* Præſumitur autem quiſque inteſtatus deceſſiſſe, donec probetur teſtamentum, *c. fin. De ſucceſſ. ab inteſt.* Quamobrem inſpicietur in quæſtione ſuitatis, tempus mortis, §. 2. ſup. *De hæred. qual.* §. 3. ſup. *eod*. niſi factum ſit teſtamentum, aut de eo dubitetur, num factum ſit: tunc enim res eſt in pendenti, & expectatur, dum certum eſſe incipiat, inteſtatum deceſſiſſe, §. *proximus*. 5. inſr. *De leg. agn. ſucceſſ.* Alia tempora conſiderantur in extraneis hæredibus, ut dictum eſt ad §. *in extraneis*. 4. ſup. *De hæred. qualitat. & different.*

2 *b* Destituto. Ex † quo nullus hæreditatem adjit, §. *quantitas*. 3. ſup. *De leg. Falcid.* Nam id propter non factam aditionem, viribus, & effectu deſtituitur, ut hìc interpretatur Theophilus, & oſtendit exemplum ſubſequens, in verb. *aut quia noluit eſſe hæres, aut quia non potuit*: id quod paulò poſt etiam deſertum teſtamentum appellatur.

c Exhæredatus Fuerit. Nam, ſi inſtitutus ſit, fruſtra de ſuitate quæritur, ut antè dictum eſt: ſin præteritus, teſtamentum erit ipſo jure nullum, ſup. *De exhær. liber.* §. 1. Exhæredatum igitur eſſe oportet, ut valeat teſtamentum, & extranei inſtitutio.

d Et Extraneus. Extranei hæredes dicuntur reſpectu ſuorum, §. *extraneis*. 6. ſup. *De hær. qual. & differ.*

e Filio Mortuo. Etenim, ſi viveret, hoc caſu deſtituto teſtamento, & per conſequens exhæredatione annihilata (nam ubi totum teſtamentum corruit, ibi ejus partem, nempe exhæredationem annihilari certum eſt, *l. Papinianus*. 8. §. *ult. De inoff. teſtam.*) ipſe ab inteſtato ſuccederet, & ut gradu proximior nepotem ex ſe genitum excluderet, §. 2. ſupr. *De hæred. qual.* §. 3. ſupr. *eod.* quoniam † exhæredatio non tollit jus familiæ, 3 nec eſt modus ſolemnis ſolvendæ patriæ poteſtatis, *l. fin.* in fin. *ff. Unde legit*. Vnde dicitur etiam exhæredatos nihilominus manere conſanguineos, *l.* 1. §. *penult. De ſuis, & legit.* & reliquos agnatos excludere, *l.* 2. §. 1. *De ſuis & legit.*

f Noluit Esse. Repudiata hæreditate: ut repudiari ex variis cauſis ſolet, *l.* 4. in fin. *Ad S. C. Trebell.*

g Non Potuit. Ut quia ſit ſub conditione inſtitutus: & conditio defecit: aut quia mortuus, deportatus &c.

h Certum Est. Deſtituto jam teſtamento, & jure ab inteſtato quæſito, poſtquàm ſcilicet hæres certò repudiavit, aut in eum caſum res devenit, ut hæreditas adiri non poſſit.

i Nepos. Patre utique ejus, qui gradu præcedebat, jam demortuo.

k Certum Est. Ipſum ſcilicet ſuum hæredem eſſe, & tum demum deſtituto teſtamento rectè de ſuitate quæri: nam res ad inteſtati cauſam redit, & ipſe in familia, ac poteſtate, & quidem proximus in familia defuncto reperitur: quanquam † fortaſſe hæc verba, *Et hoc certum* 4 *eſt*, à ſciolo aliquo adjecta ſunt: videntur enim eſſe ſuperflua, nec Theophilus habet.

l Conceptus: Qui † in ſuis commodis pro 5 nato habetur, *l. qui in utero*. 1. & 2. *De ſtat. hom.* etiam in materia ſuitatis, *l. vel ſi vivo*. 7. *De ſuis & legit.* & §. 2. ſuprà hoc tit. §. *poſthumi*. 2. ſuprà *De exhær. lib.*

m Patre Ejus. Nam, ſi viveret pater, hunc à ſuitatis jure, ut dixi, excluderet.

n Deserto. Deſertum † teſtamentum hìc 6 vocat, quod ſuprà deſtitutum, ex quo ſcilicet nemo hæreditatem adjit.

o Attigit. † *L. ſi quis*. 5. §. 1. *Si tab. teſtam* 7 *null. extab. l. item. prætor*. 8. *De ſuis & legit.* Nam

poſteà conceptus, & natus non in avi familia, ſed ſui patris, qui à morte illius ſui juris, ſuæque familiæ factus eſt, naſcitur: & conſequenter avo, in cujus familia nunquam fuit, ſuus hæres eſſe nequit, *l. filium.* 20. *§. videamus.* 2. *De bon. poſſ. cont. tab. l.* 1. *§. poſt ſuos.* 7. *De ſuis & legit. hæred.* Secus eſſet, ſi filii familia ab avi ſacris nunquam fuiſſet planè ſeparata, ſed jus ejus pependiſſet: ut ſi filius præteritus apud hoſtes captivus decedat, *l. illa.* 32. *§.* 1. *De her. inſtit. l. ſi quis poſthumos.* 9. *§. ſi filium. De lib. & poſth.* Hodie tamen nepotem hunc ex perſona ſui patris, qui tempore mortis avi capax fuit, virtute tranſmiſſionis admitti plerique putant. Bart. in *l. ult. C. Ad S. C. Orphit.* Bald. in *l.* 1. *C. De his qui ante apert. tab.* Angel. in *§. poſthumorum.* 3. ſup. *De exhær. lib.*

p Adoptavit. Quia non eſt in avi familia, ſed ſui patris adoptivi, cujus familia per emancipationem ab avi ſacris eſt ſeparata.

8 *q* Hæreditatem. Nam † in contractibus, privilegiis, prohibendis nuptiis, bonis libertorum, &c. nepotes etiam poſt avi mortem concepti pro liberis habentur: non enim hìc quæritur de jure ſuitatis in avi familia obtinendo, ſed de jure ſanguinis, quod, ut naturale, *l. jura ſanguinis.* 8 *De reg. jur.* in filium, quamvis exhæredatum, vel emancipatum, & hinc in nepotem continuatur. *l. Paulus.* 47. *§. Paulus reſpondit. De bon. lib.* Bart. in *l. quod dicimus.* 131. *De verb. ſign.* Bald. in *l. qui ſe patris.* 3. *C. Unde liberi.*

r Proximi Cognati. Ne auferant jus aliis agnatis, à tempore mortis quæſitum. *l.* 1. in fin. *Unde cogn.* qui enim tunc in vivis proximus invenitur, hæres fit, *d. l.* 1. *§. ſi quis igitur.* 5. in verb. *ſi obierit, ſequens quaſi proximus remittetur*; & *§. ſi quis proximior.* 6. in verb. *ubi natus non eſt, admittimus eum, qui poſt ventrem proximus, &c.* Quare liberi, qui non admittuntur ut ſui jure civili, hi nec ex edicto prætoris recipi poſſunt, ut cognati. *l. Titius.* 6. cum legibus ſeqq. *De ſuis & legitim. d. l.* 1. *Unde cogn. l. ſcripto.* 7. *Unde lib. l. de bonis.* 6. *§.* 1. *De Carbon. edict.* quoniam † agnati, cognative non poſſunt propriè ejus diei, cujus mortis 9
tempore (quod in ſucceſſionibus ab inteſtato conſiderari jam ſæpè dictum eſt) in rerum natura non fuerunt, *d. l. Titius.* 6. cum legibus ſeqq. *l.* 1. *ff. Unde cognat.* & neceſſe eſt, hæredem idoneum eſſe tempore mortis defuncti, ut tunc capax ſit, *§. in extraneis.* 4. ſup. *De hæred. qual. & differ.* cùm autem tunc non fuerint in rerum natura, jus quæſitum eſt proximis agnatis, aut cognatis, quod illis poſtmodum auferri nequit. *l. ult. De prox.* Sed hoc ex jure tranſmiſſionis hodie limitatur, ut dictum eſt.

ſ Suis Hæredibus. Hinc apparet, Juſtinianum, quod initiò dixi, hunc Tit. in certas partes diſtribuiſſe, quarum in prima hucuſque de ſucceſſione ſuorum tractavit: quia verò liberi, non omnes ſui, ſed quidam etiam emancipati ſunt: ideo rectè, atque ordine, poſtquàm illorum ſucceſſionem executus eſt, de emancipatorum jure, quod ab inteſtato habent, ſubjicit.

§. 9. Emancipati autem liberi.

EMancipati autem liberi jure civili *a* nihil juris habent: neque enim ſui hæredes ſunt, quia in poteſtate parentis eſſe deſierunt: neque ullo alio jure *b* per legem duodecim Tabularum vocantur, ſed prætor naturali æquitate *c* motus, dat eis bonorum poſſeſſionem, *Unde liberi*, perinde ac ſi in poteſtate parentis tempore mortis fuiſſent: ſive ſoli ſint, ſive cum ſuis hæredibus concurrant *d*. Itaque duobus liberis exiſtentibus, emancipato uno, & eo, qui tempore mortis, in poteſtate fuerit: ſane quidem is, qui in poteſtate fuit, ſolus jure civili hæres eſt, & ſolus ſuus hæres: ſed, cùm emancipatus beneficio prætoris in partem *e* admittitur, evenit, ut ſuus hæres pro parte *f* hæres fiat.

1. *De emendatione juris ſuccedendi, quoad emancipatos.*

HActenus de ſucceſſione ſuorum, nunc ad ſecundam hujus tituli partem, videlicet ſucceſſionem emancipatorum, tranſgreditur Imperator.

a Jure Civili. Leg. 12. Tab. ut paulò pòſt ſequitur in hoc eodem §. in verb. *per leg.* 12. *Tab. vocantur.* quæ tantùm ſuos, & agnatos vocat. in princ. inf. *De agn. ſucceſſ.* Emancipatio autem & jus ſui hæredis, & agnationis adimit, cùm utrumque ſit civile, & familiæ: eoque diſſoluto familiæ nexu per contrarium actum civilem, quo extra familiam filius mancipatur, hoc eſt, alienatur, ut ea, quæ familiæ cohæreant, ſimul ſolvantur, conſequens eſt, *l. cum principalis.* 178. *De reg. jur.*

b Alio Jure. Civili †: & hoc quidem uſque ad 1

jus

Jus noviſſimum duravit: de quo in *Nov.* 118. *De hær. ab inteſt. veni.* Auth. *In ſucceſſione. C. De ſuis & legit.* Nam licet emancipatio ſolemnis ſublata ſit, *l. ult. C. De emancipat. lib.* vis tamen, effectuſque duravit, §. *præterea.* 5. ſup. *Quib. mod. jus pat. pot.* §. 1. verſ. *minima.* ſupr. *De cap. dimi.* Conſtat etiam ex temporum notatione, *d. l. ult.* utpote poſt conſularum Lampadii, & Oreſtis latam, non extitiſſe in prima editione Codicis, ſecundum quem Inſtitutiones ſuiſse ordinatas, oſtendit cùm ratio temporum, tum citario, quam paſſim in his fieri videmus *tot. ex Cod. conſt.* quæ tamen ut in altera editione diſpunctæ nuſquam nunc reperiuntur. Quanquam de eo hìc quæri nihil attinet, cùm ne in ſecunda quidem Codicis emendatione hoc jus fuerit immutatum. Atque hinc intelligi poteſt, cùm veteris juris emendatio tam circa adoptivos, quàm ſuper differentia inter mares, & fœminas ſublata, adeò copioſè paulò pòſt inculcetur, cur non idem tamen factum ſit hac quoque in parte. Illæ enim emendationes in Codice extabant, unde in Inſtitutiones translatę ſunt. At circa emancipatos nulla in eo, ne quidem recognito, veteris juris correctio: cùm conſtitutiones, quæ ibi extant, tantùm ſuos ad legitimam ſucceſſionem vocent, *tot. tit. C. De ſuis & legit.* emancipatis bonorum poſſeſſione duntaxat intra annum conceſſa, *l. 4. & tot. tit. C. Qui admitt. &c.* ut nulla inde emendatio iſtius juris huc potuerit transferri. Atqui per *Nov.* 118. mutatio hac in parte (nempe quoad ſucceſſiones) facta, & jure facta eſt. Nam emancipatione ſolemni, quæ caput minuebat, quaſi cauſa ſublata, *l. ult. C. De emanc.* tolli effectum, conſentaneum fuit. Sed de hac futura emendatione compoſitores Inſtitutionum tum temporis nihil potuerunt ſuſpicari.

c Æquitate. Emancipatio enim non tollit naturæ vinculum, & jus ſanguinis, *l. jura ſanguinis.* 8. *De reg. jur.* § *minus.* 11. inf. *eod.* ex quo jure gentium, & communi naturæ voto peræquè emancipatis, atque ſuis liberis hæreditas paterna debetur, *l. nam & hoc* 15. *ff. De inoff. teſta. l. ſcripto.* 7. §. *fin. Si tab. teſtam. Unde lib.*

d Concurrant. *L. ult. C. De ſuis & legit. l. 4. Si tab. teſta. l. ſed cum.* 6. §. 1. *De bonor. poſſeſſ. l. 1. ff. Unde lib.*

e In Partem. Dimidiam, data bonorum poſſeſſione, jure enim honorario ſuccedit. *l. 5. C. De condic. indeb.*

f Pro Parte. Dimidia, quoad effectum, cùm poſſeſſio bonorum alteram partem ei detrahat, & decerpat.

§. 10. At hi, qui emancipati.

At hi, qui emancipati à parente in adoptionem *a* ſe dederunt, non admittuntur ad bona naturalis patris quaſi liberi *b*: ſi modò, cùm is moreretur *c*, in adoptiva familia fuerint. Nam vivo eo emancipati ab adoptivo patre perinde admittuntur ad bona naturalis *d* patris, ac ſi emancipati ab ipſo eſſent, nec unquam in adoptiva familia fuiſſent *e*. Et convenienter, quod ad adoptivum patrem pertinet, extraneorum loco *f* eſſe incipiunt. Poſt mortem verò naturalis patris emancipati ab adoptivo patre, & quantum ad hunc adoptivum *g* patrem pertinet, æquè extraneorum loco fiunt, & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilò magis *h* liberorum *i* gradum nanciſcuntur *k*. Quod ideò ſic placuit, quia iniquum erat *l*, eſſe in poteſtate patris adoptivi *m*, ad quos bona naturalis patris pertinerent, utrum ad liberos ejus, an ad agnatos.

1. *Adoptionem hic ſpecificè pro arrogatione ſumi.*
2. *Adoptionem imitari naturam: & de ſucceſſione filii emancipati, qui arrogatus eſt.*
3. *Pater naturalis quis.*
4. *Arrogati poſt emancipationem, extraneorum loco habentur.*
5. *Arrogatus poſt mortem patris naturalis, ab arrogatore emancipatus, neutri ſuccedit: & rationibus, & num. 7. & quid hodie juris. num. 6.*

Exceptio à §. ſuperiore: non idem jus eſſe emancipatis ab alio arrogatis.

a Adoptionem. Generale
1 † verbum, quod pro adoptione ſpeciali, & arrogatione ſumitur. *l. 1. De adopt.* Hic autem pro arrogatione poſitum eſt: quia emancipati cùm ſint ſui juris, propriè loquendo non adoptantur, ſed arrogantur. Ideo verò de arrogatis agit, non de adoptatis, quòd adoptio jura ſucceſſionum ex Juſtiniani conſtitutione non mutat: ut ſupr. *De adopt.* dictum eſt, & poſteà ſubjicitur.

b Quasi Liberi. Ex † edicto *Unde liberi*, ut 2
oſtendit §. ſequens, & §. *admonendi.* 13. infr. *eod.* Nam ſicut natura non patitur aliquem habere duos patres: ita nec jus civile, quod in adoptionibus naturam imitatur. *l. 2. l. adoptio.* 16. *De adoptio.* §.

 mino-

minorem. ſupr. *De adopt.* Quare cùm arrogato unus tantùm ſit pater jure civili, is videlicet, qui arrogavit: ſequitur, & hujus unius hæreditatem eum cernere poſſe: ad patris verò naturalis bona, neque jure civili recipi, cùm in familia ejus non ſit, §. *emancipati.* ſup. *eod.* nec prætorio, vel ex edicto *Unde liberi*; quia illo tanùtm ſui, & emancipati vocaotur liberi, §. *admonendi*, 13. inf. *eod.* at hìc nec ſuus, neque emancipatus reperitur tempore mortis, quod inſpicitur, & de quo hìc loquimur: vel ex edicto *Unde agnati*, quoniam agnatus non eſt: nam ut cognatus admittitur, §. *admonendi.* 13. infr. *eod.* infr. *De ſucceſſ. cogn.*

c Morabatur. Etenim capacitatem illius temporis ioſpici ſuprà dictum eſt, §. *cum autem.* 7. *hoc tit.* & §. *ſui.* 2. §. *extraneis.* 5. *De hered. qual.* ſupr.

3 *d* Naturalis. Qui † natura pater eſt ex juſtis nuptiis, ad differentiam patris adoptivi, §. *admonendi*. 13. cum §. ſeq. infr. *eod. l. adoptivum*. 8. *ff. De in jus vocan.* quomodo & oaturales liberi dieuotur, §. *minus*. 15. infr. *eod.* in princ. ſup. *De adopt.* ubi dixi.

e Fuissent. Ceſſat enim hìc abſurditas de duobus patribus, & recurrit ratio æquitatis: niſi enim huic ſubveniat hoc caſu prætor, utraque ſucceſſione & naturalis, & adoptivi patris, cui pro extraoeo habetur, cariturus eſt: idquod fuerit iniqunm *l.* 4. *Si tab. teſtam.*

4 *f* Extraneorum Loco. Nam † nec civili, nec naturali jure amplius cum hoc conjungitur, *l.* 1. §. 3. *l.* 4. *Si tab. teſtam.* & emancipatione ſic tollitur eivilis adoptionis poteſtas, ut ne veſtigium quidem remaneat, *l. in omni*. 13. *De adopt.* adoptio enim oon jus ſanguiois, ſed agnationis affert, *l. qui in adoptionem.* 23. *De adopt.* quod jus civile contrario actu emancipationis totum tollitur: ut nihil amplius juris ſuperſit, velut & ante adoptionem nihil erat.

g Adoptivum. Patrem ſcilicet, à quo emancipantur.

h Nihilo Magis. Hoc eſt, jure nanciſcuntur.

i Liberorum. Nam cognatorum jus habent, & ut cognati recipiuntur. §. *admonendi*. 13. inſ. *eod.*

5 *k* Nanciscuntur. Primò † ne ex patris adoptivi voluntate pendeat, quoſnam velit patri naturali ſuccedere, & remotis propinquis alium obtrudere hæredem. *l. pen. C. eod.* Nec enim ſucceſſionum caſus ab alieno pendere arbitrio debent, *l. captatorias.* 70. *l. illa.* 32. ubi Bart. *De hæred. inſtitu.* Deinde ne jus aliis liberis, aut agnatis patris naturalis à tempore mortis ejus (quo filius hic etiamnum erat in familia aliena, atque ita ſucceſſionis hujus incapax) quæſitum (tranſit enim in hæredes aditione facta, dominium à morte teſtatoris, *l. omnia.* 154. *l. omnes.* 181. *De reg. jur. l. ſi ex re.* 34. §. *fin. De ſtip. ſerv.*) illis ex facto alterius auferatur. *l. id quod noſtrum.* 11. *l. non debet.* 74. *De reg. jur. l. fin. De pact. l. apud Aufidium.* 20. *De opt. legat.* Tertiò, quòd in ſucceſſionibus, ut jam ſæpè dictum eſt, conſideratur tempus mortis: & qui eo tempore capax noo eſt, poſteà admitti ut hæres ab inteſtato non poteſt, *d.* §. *cum autem.* 8. ſuprà *eod.* Hic autem filius tempore mortis non fuit capax hujus hæreditatis, cùm illo tempore eſſet io familia aliena: ergò nec ex pòſt facto fieri poteſt. Quartò, quia hìc non fit injuria filio, utpotè cùm ſpontè ſe arrogandum dederit, & nonniſi volens, aut propter ſuum delictum emancipari à patre adoptivo poſſit, *l. jubemus.* 5. *C. De emancip. lib l. nonnunquam.* 32. cum legib. ſeqq. *ff. De adopt.* Anth. *Quibus mod. nat. effic. ſui. Nov.* 74. *cap.* 3. quod incipit, *Et nos non latuit* (de quo tamen vide Gloſſ. & DD. in *l. nec avus.* 4. *C. De emanc. lib.* Bar. in *l. quidam.* 131. *De verb. obl.*) Volenti autem, vel commerenti oulla fit injuria, *l. nemo.* 145. *De reg. jur. l.* 1. *De injur. l.* 4. *C. De adult. l. iſti.* 8. *Quod met. cauſ.* Sed † hæc uſum hodie nullum habent, quia cognati perinde ſuccedunt, ut agnati. *Nov.* 118. *De hær. ab inteſtat.* hic autem jus cognatioois habet, in fin. §. *admonendi.* 13. 6

l Iniquum Erat. Cùm nemo alteri, quàm ſibi, & filio ſuo impuberi poſſit facere hæredem: vide ſup. *De pupill. ſubſtit.*

m Patris Adoptivi. Qui † videns arrogatum à naturali patre præteritum, illi mortuo per emancipationem ſubjicere hunc poſſet hæredem: atque ita io poteſtate haberet, utrum ad liberos, an ad agnatos alterius hæreditatem vellet pertinere: quod abſurdum fuerit, quando hæreditates alieno arbitrio dari, aut deferri non debeant, *d. l. illa.* 32. *l. captatorias.* 70. *De hæred. inſtit.* etiamſi teſtator miles ſit. *l. captatorias.* 11. *C. De Teſt. Militis.* 7

§. 11. Minus ergò juris habent.

Minus ergò juris habent adoptivi filii, quàm naturales *a*. Namque naturales emancipati, beneficio prætoris *b* gradum liberorum retinent *c*, licet jure civili perdant: adoptivi verò emancipati & jure civili perdunt gradum liberorum, & à prætore non adjuvantur *d*: & rectè. Naturalia *e* enim jura civilis ratio *f* perimere non poteſt: nec quia deſinunt ſui *g* hæredes eſſe, poſſunt deſinere filii, filiæve, aut nepotes, nepteſve *h* eſſe. Adoptivi verò emancipati extraneorum loco incipiunt eſſe: quia jus, nomenque filii, filiæve, quod per adoptionem *i* conſecuti ſunt, alia civili ratione k, id eſt, emancipatione *l* perdunt.

1. *Ado-*

1. *Adoptivorum, & naturalium differentia, & num. 2.*
3. *Emancipationem eſſe actum civilem, & num. 4. & 5.*

ANtitheſis emancipatorum, & adoptivorum.

a QUAM NATURALES. Nam
1 † hi quamvis emancipati, jure naturæ, & ſanguinis filii manent: illi non item.

b BENEFICIO PRÆTORIS. *L. ult. C. De leg. her. l. 4. Si tab. teſtam.*

2 *c* RETINENT. Ex † jure naturæ, & ſanguinis, quod mutari, aut perdi nequit, *l. jura ſanguinis. 8. De reg. jur. l. eas. 8. De cap. minutis.* ut ſequitur in verſ. *naturalia, &c.*

d NON ADJUVANTUR. *D. l. 4. Si tab. teſtam.* quia nullum conjunctionis veſtigium remanet. *d. l. in omni. 13. De adopt.*

e NATURALIA. *D. l. jura ſanguinis. 8. De regul. jur.*

3 *f* CIVILIS RATIO. Emancipationis: † quæ cùm ſit actus civilis diſſolvendæ poteſtatis, & ſeparandi filium à patre, poteſt tollere actus, & vincula ejuſdem juris, non etiam vinculum naturæ, *d. l. eas. De cap. minutis. d. l. jura ſanguinis. De reg. jur.* juxta regulam *l. nihil. 35. De reg. jur.*

g DESINUNT SUI. Jure † civili per emancipa- 4
tionem: quia hoc eſt merè jus civile, lege. 12. indnctum *l. in ſuis. 11. De lib. & poſthumis.* §. 2. ſup. eod. §. 1. inf. *De leg. agnat. ſucceſſ.* §. *ult.* ſupr. *De legit. agn. tutel.* Et hinc nota, licet hodie caput non minuat emancipatio, adimere nihilominus ſuitatem.

h NEPTESVE. Cùm natura tales ſint geniti, & procreati.

i PER ADOPTIONEM. Tantùm, & ſic per ſolum actum civilem, qui contrario actu totus tollitur.

k RATIONE. Nota † emancipationem actum 5
eſſe civilem, *l. actus legitimi. 77. De reg. jur.*

l EMANCIPATIONE. Quæ tantum habet efficaciæ ad diſſolvendum jus familiæ, quantum adoptio ad conciliandum, ex regula *l. nihil, 35. De reg. jur.*

§. 12. Eadem hæc obſervantur.

EAdem hæc obſervantur & in ea bonorum poſſeſſione, quam contra tabulas teſtamenti parentis liberis præteritis, id eſt, neque hæredibus inſtitutis, neque, ut oportet, exhæredatis prætor pollicetur *a*. Nam eos quidem, qui in poteſtate parentis, mortis tempore fuerint *b*, & emancipatos vocat prætor ad eandem *c* bonorum poſſeſſionem: eos verò, qui in adoptiva familia fuerint per hoc tempus, quo naturalis parens moreretur, repellit *d*: item adoptivos liberos emancipatos ab adoptivo patre, ſicut ab inteſtato, ita longè minus contra tabulas teſtamenti *e* ad bona ejus non admittit: quia deſinunt numero liberorum eſſe *f*.

1. *Favor teſtamentorum.*
2. *Cui non licet, quod minus eſt, multò minus, quod plus.*
3. *Extraneum teſtamenti non habere querelam.*

RAtio ſuperioris differentiæ, ſumpta à ſucceſſione teſtamentaria. Quod enim æquum eſt in bonorum ſucceſſione decernenda contra tabulas: idem valere debet in bonorum poſſeſſione præter tabulas.

a POLLICETUR. Vide ſup. *De exhere. lib.* & in *Paratit. De bonor. poſſeſſ.* cum tit. ſeq.

b FUERINT. Hi enim tantùm ſui ſunt, §. 1. cum ſeq. ſup. *De hered. qual.* §. 3. & 4. ſupr. *eod.*

c AD EANDEM. Pari ordine, atque portione, *l. 1. De bon. poſſ. cont. tabul.*

d REPELLIT. *L. pen.* in princ. *C. De adopt.*

e TABULAS TESTAMENTI. Quarum † ma- 1
gnus eſt favor, & contra quas ſine juſtiſſima cauſa querelæ, ac reſciſſiones non admittuntur, *l. ſi pars. 10. De inoff. teſtam.* & not. hìc argumentum quaſi à minore ad majus: qui † non admittitur ab 2
inteſtato, multò minus admittitur contra teſtamentum: cui non licet, quod minus eſt, multò minus licet, quod majus eſt. Vide in *c. Cui licet. 53. De reg. jur.* in 6.

f LIBERORUM ESSE. Et ſunt † prorſus ex- 3
tranei: ut in §§. præcedentibus dictum eſt. Extraneis autem non datur querela, aut reſciſſio contra teſtamentum. *l. 1. De inoff. teſt.* & ſup. *eod. tit.*

§. 13. Admonendi tamen ſumus.

ADmonendi tamen ſumus, eos, qui in adoptiva familia ſunt, quive poſt mortem *a* naturalis *b* parentis ab adoptivo patre emancipati fuerint: inteſtato parente naturali mortuo, licet ea parte edićti, qua liberi *c* ad bonorum poſſeſſionem vocantur, non admittantur, alia tamen parte vocari, id eſt, qua cognati *d* defunćti vocantur. Ex qua parte ita admittuntur, ſi neque ſui hæredes liberi, neque emancipati obſtent, neque agnatus quidem ullus interveniat *e*. Antè enim *f* prætor liberos vocat tàm ſuos hæredes, quàm emancipatos: deinde *g* legitimos hæredes: dehinc *h* proximos cognatos.

1. *Ordo ſuccedendi jure prætorio, & num.* 2.

LImitatio ſuperioris regulæ. Adoptivus filius tempore mortis excluditur quidem, ut agnatus, à ſucceſſione patris naturalis, prout dićtum eſt: admittitur verò, tanquam cognatus, ex edićto *Unde cognati*, cùm jus cognationis naturale adoptio, aut emancipatio tollere non poſſit. Ex quo liquet, eorum, quæ hac de re antè diſputata ſunt, oon magnum eſſe hodie uſum.

a Post Mortem. Nam, ſi ante mortem emancipeotur, velot à patre natorali emancipati, admittuntur, §. *at hi.* 10. ſup. *eod.*

b Naturalis. Hoc eſt, veri, juſti, qui ex legitimis noptiis genuit, *l.* 5. *De in jus voc.*

c Qua Liberi. Tam ſui, quàm emancipati, §. *at hi.* 10. ſup. *eod.*

d Cognati. *Tot. tit. ff. Unde cognat.* quia cognatio natnralis per adoptionem non eſt extinćta. *l.* 1. *eod. tit.* Et hoc quidem in jam natis tempore mortis, atque adoptatis obtinet: ſecus eſſet in nondum natis, vel conceptis: ut dićtum eſt io §. *cum autem.* 8. in fin. ſup. *eod.*

1 *e* Interveniat. Quanquam † enim naturaliter gradu ſunt propiores, tamen quia io remotiore reperiuntur ordine, ideò à reliquis, qui ſunt ordinis propioris, quamvis gradu remotioribus excluduntur. † Tres enim facit ordines ſuc- 2 ceſſionum Prætor: quorum primus eſt liberorum, quibus io familiam alienam adoptat. connumerari non poſſont: cùm aliom patrem, oempe adoptivum habeant, nec eodem tempore duos patres habere poſſint, ut ſup. *d.* §. *at hi. num.* 2. dićtum eſt. Secundus agnatorum. Tertius cognatorum, ut paulò pòſt ſequitur, & traditur in *l.* 1. *Quis ord. in bon. poſſ.* Sed hodie ſublato agnationis, & cognationis diſcrimine, cùm utrique ex æquo cognati, & agnati ſecundum gradus prærogativam, ex jore civili ſuccedant. Auth. *Poſt fratres.* & *tot. tit. C. De leg. hær.* & in Auth. *De ſucceſſ. quæ ab inteſt. Novel.* 118. ſequens eſt, hunc filium reliquos gradu remotiores excludere, eòque nullum, aut non magnum hujus juris uſum ſupereſſe.

f Ante Enim. Quàm hunc ordinem admittat.

g Deinde. Primo ordine deficiente, vocat ſecundum agnatorum.

h Dehinc. Tertiò tandem, ubi nemo hæres ex ſuperioribus ordinibus extat, cognati admittuotur, *l.* 1. & *tot. tit. Quis ordo in bonor. poſſeſſ.* & *l.* 1. *Si tab. teſtam.*

§. 14. Sed ea omnia antiquitati.

SEd ea omnia antiquitati quidem placuerunt: aliquam autem emendationem à noſtra conſtitutione *a* acceperunt, quam ſuper iis perſonis compoſuimus, quæ à patribus ſuis naturalibus in adoptionem aliis dantur. Invenimus etenim nonnullos caſus *b*, in quibus filii & naturalium parentum ſucceſſionem propter adoptionem amittebant: & adoptione facilè per emancipationem ſoluta, ad neutrius patris ſucceſſionem vocabantur. Hoc ſolito more corrigentes, conſtitutionem *c* ſcripſimus, per quam definimus, quando parens naturalis filium ſuum adoptandum alii de-

derit

Digitized by Google

derit, integra omnia jura ita ſervari, atque ſi in patris naturalis poteſtate permanſiſſet: nec penitus adoptio fuiſſet ſubſecuta, niſi in hoc tantummodò caſu *c*, ut poſſit ab inteſtato ad patris adoptivi venire ſucceſſionem *d*. Teſtamento autem ab eo facto *e*, neque jure civili, neque prætorio *f*, ex hæreditate ejus aliquid perſequi poteſt, neque contra tabulas bonorum poſſeſſione agnita, neque inofficioſi querela inſtituta: cùm nec neceſſitas patri adoptivo imponatur, vel hæredem eum inſtituere, vel exhæredatum eum facere, utpote nullo vinculo naturali copulatum *g*, neque ſi ex Sabiniano Senatuſconſulto *h* ex tribus maribus fuerit adoptatus. Nam & in hujuſmodi caſu, neque quarta ei ſervatur, neque ulla actio ad ejus perſecutionem ei competit *i*. Noſtra autem conſtitutione exceptus eſt is, quem parens naturalis adoptandum ſuſceperit. Vtroque enim jure, tam naturali, quàm legitimo in hanc perſonam concurrente: priſtina jura tali adoptioni ſervavimus, quemadmodum ſi paterfamilias ſeſe dederit arrogandum k: quæ ſpecialiter, & ſingulatim ex præfatæ conſtitutionis tenore poſſunt colligi.

1. *Filium adoptivum impunè præteriri, & exhæredari: olim ſecus.*
2. *De S. C. Sabiniano.*
3. *Ius trium liberorum olim ſpeciale, hodie commune.*

COrrectio juris veteris, de qua ad *tit. De adopt.* dictum eſt. Cæterùm valde mirandum eſt, in Inſtitut. hoc jus novum neque magnæ rei, aut induſtriæ, *l. pen. C. De adopt.* toties repeti, atque ad faſtidium inculcari: quod utrum jactaotia, an oſcitantia noſtrorum aceiderit, noo habeo dicere.

a Constitutione. *L. penul. C. De adopt.*

b Nonnullos Casus. Ut in §. *at hi.* ſup. *eod.*

c Constitutionem. *D. l. penult.*

d Successionem. §. 2. ſup. *De adopt.* ut dixi.

1 *e* Ab Eo Facto. Poteſt † igitur in teſtameoto ab adoptivo patre tum præteriri, tum exhæredari: nec querelam ullam, aot jus reſcindendi, vel legitimam peteodi habet. *d. l. penult.* verſ. *ſed ne articulum*: quod olim ſecus fuit: nam inſtitui, aut exhęredari debebat, §. *adoptivi.* ſuprà *De exhær. lib.* & qoerelam inofficioſi adoptivus habebat, §. *tam autem.* ſup. *De inoff. teſtam.* peræquè atque arrogatus. Sed hoc in adoptatis mutavit Juſtinianus, non in arrogatis, ut ſequitur.

f Praetorio. Poſt ſeilicet conſtitutionem Juſtiniaoi: nam antè ſecus fuit, ut dictum eſt.

g Copolatum. Hoc loco confirmatur, quod ſupra ad *tit. De exhær. lib.* & *tit. De hæred. inſtit.* diximus, noo eſſe neceſſe, extraneum inſtitoi hæredem, aot exhæredari.

h Sabiniano Senatusconsulto. Hujus
Senatuſconſ. † vis fuit, ut, qui unum ex tribus filiis 2
alicujus adoptaret, is illi quadrantem ſuæ hæreditatis relinquere cogeretur: ut hìc voluit Theoph. quod privilegium ad jura trium liberorum, quę olim favore multiplicatæ ſobolis magnis beneficiis honeſtata erant, poteſt referri. Hujus autem Senatoſconſulti fit mentio in *d. l. penult.* §. *quæ autem. C. De adopt.* & in *l. fin. C. De decurio. lib.* 10. quod niſi à Juſtiniano expreſsè eſſet abrogatum, potuiſſet videri adhuc durare, cùm jura communia ſua geoeralitate oon derogent ſpecialibus, *l. decurionibus.* 3. *C De ſilentia. lib.* 12. Jaſ. poſt Gloſſ. & DD.
in *l. poſtquam.* 5. *nu.* 16. *C. De pact.* Sed † hodie 3
privilegia illa trium liberorum deſiernot eſſe jus ſpeciale, & facta ſunt jus commune, *l.* 1. & 2. *C. De jure libero.*

i Competit. Ex *d. l. pen.* §. *quæ autem.*

k Arrogandum. Io his enim ſervantur vetera jura. *d. l. penult.* De quibus dictum eſt ſup. *De adop. & exhæred. lib.* & *De inoff. teſtam.*

§. 15. Item vetuſtas.

ITem vetuſtas ex maſculis progenitos plus diligens, ſolos nepotes, vel neptes, qui, quæve ex virili ſexu deſcendunt, ad ſuorum *a* vocabat ſucceſſionem, & juri agnatorum eos anteponebat *b*: nepotes autem, qui ex filiabus nati ſunt, & pronepotes ex neptibus, cognatorum loco numerans *c*, poſt agnatorum lineam *d* eos vocabat tàm in

avi,

avi, vel proavi materni, quàm in aviæ, vel proaviæ, ſive paternæ, ſive maternæ ſucceſſionem. Divi autem principes *e* non paſſi ſunt talem contra naturam *f* injuriam ſine competenti emendatione relinquere: ſed, cùm nepotis, & pronepotis nomen *g* commune ſit utriſque, tam qui ex maſculis, quàm qui ex fœminis deſcendunt: ideo eundem *h* gradum, & ordinem ſucceſſionis eis donaverunt. Sed, ut amplius aliquid ſit eis, qui non ſolùm naturæ, ſed etiam veteris juris *i* ſuffragiis muniuntur: portionem nepotum, vel neptum k, vel deinceps (de quibus ſuprà diximus) paulò minuendam eſſe exiſtimaverunt: ut minus tertia parte acciperent *l*, quàm mater eorum, vel avia *m* fuerat acceptura, vel pater eorum *n*, vel avus paternus *o*, ſive maternus *p*, quando fœmina mortua ſit, cujus de hæreditate agitur *q*: iiſque (licet ſoli ſint) adeuntibus, agnatos minimè vocabant *r*. Et quemadmodum lex duodecim tabularum filio mortuo nepotes, vel neptes, pronepotes, vel proneptes in locum patris ſui ad ſucceſſionem avi ſui vocat *ſ*: ita & principalis diſpoſitio in locum matris ſuæ, vel aviæ, eos cum jam deſignata partis tertiæ diminutione vocat *t*. Sed nos, cùm adhuc dubitatio maneret inter agnatos, & memoratos nepotes, quartam partem *u* ſubſtantiæ defuncti agnatis ſibi vindicantibus ex ejuſdem conſtitutionis *x* auctoritate *y*: memoratam quidem conſtitutionem à noſtro Codice ſegregavimus, neque inſeri eam ex Theodoſiano Codice in eo conceſſimus *z*. Noſtra autem conſtitutione *a* promulgata, toti juri *b* ejus derogatum eſt: & ſanximus, talibus nepotibus ex filia, vel pronepotibus ex nepte, & deinceps, ſuperſtitibus, agnatos nullam partem mortui ſucceſſionis *c* ſibi vindicare: ne hi, qui ex tranſverſa linea veniunt, potiores *d* iis habeantur, qui recto jure deſcendunt *e*. Quam conſtitutionem noſtram obtinere ſecundum ſui vigorem & tempora, & nunc ſancimus: ita tamen, ut, quemadmodum inter filios, & nepotes ex filio antiquitas ſtatuit, non in capita, ſed in ſtirpes dividi hæreditatem *f*: ſimiliter nos inter filios, & nepotes ex filia diſtributionem fieri jubeamus, vel inter omnes nepotes, & neptes, & inter pronepotes, & proneptes *g*, & alias deinceps perſonas: ut utraque progenies, matris, vel patris, aviæ, vel avi, portionem ſine ulla diminutione conſequatur: ut, ſi fortè unus, vel duo ex una parte, ex altera tres, aut quatuor extent: unus, aut duo dimidiam, alteri tres, aut quatuor alteram dimidiam hæreditatis habeant *h*.

1. *In ſucceſſionibus duo vincula plus ligantur.*
2. *Succeſſio ex S. C. Orphitiano. & num. 3.*
4. *Emendata lectio hujus §. verſ. ſed nos.*

Sequitur tertia pars tituli, de ſucceſſione marium, & fœminarum & differentiis hac in parte veteris Juriſprudentiæ ſublatis.

a Ad Suorum. Ut ſuccederent jure ſuorum hæredum: de quo initio hujus tit. & *tit. De hæred. qual.* dictum eſt.

b Anteponebat. Quia ſui erant hæredes, & ſic in primo ſucceſſionis ordine: qui ſecundum agnatorum ordinem, omneſque in eo conſtitutos, quàmvis gradu propiores, excludit: prout antè oſtenſum eſt in §. *admonendi.* 13. & quia filiæ in linea deſcendenti æquè ſunt agnatæ, ac mares. Alex. *l. cum quedam.* 19. *num.* 14. *De juriſdict. omn. jud.* Cephal. *conſ.* 134. *num.* 41.

c Numerans. Non enim jure repræſentationis in locum parentis ſuccedunt, velut nepotes ſui hæredes ex filio relicti, ut diximus in §. *cum filius.* ſup. *eod. l.* 3. *C. De leg. hær.* quia filia familiæ ſuæ finis eſt, *l. pronunciatio*. 195. in fin. *De verb. ſignif.* nec filios in poteſtate habet, quemadmo-

admodum ſup. *De adopt.* dictum eſt, & *§. cæteri.* ſup. *De hæred. qual.* quando illi, cùm ex juſtis nuptiis concepti ſunt (de quibus hìc agitur) patris, non matris familiam ſequantur. ſupr. *De pat. poteſt. l. cum legitimæ.* 24. *De ſtatu hom.* quare filia jus ſuitatis, vel cognationis ſuæ tranſmittere in eos, qui alienæ ſunt familiæ, & ſibi planè extranei non poteſt. *§. 1.* inſ. *De leg. agnat. ſucceſſ.*

d Agnatorum Lineam. Exiſtente igitur agnato excludebantur: quemadmodum & adoptivi, ut paulò antè dictum eſt.

e Divi Autem Principes. Valent. Theodoſ. & Arcad, *Cod. Theod. lib. 5. tit. 1. l. ſi defunctus. 9. C. De ſuis, & leg. l. illam. 19. C. De collat.*

f Contra Naturam. Quæ utriuſque ſexus liberos pari voto, & affectu ad ſucceſſionem vocat. *l. 4. C. De lib. præter.*

g Nomen. Et jus: nam nominis appellatione jus crebrò ſignificari, ſæpiùs admonuimus.

h Eundem. Primum ſcilicet.

1 *i* Veteris Juris. In † ſucceſſionibus enim duo vincula plus ligant, quàm unum. Auth. *Itaque. C. Commun. de ſucceſſ.* ideò prærogativa videbatur illis deberi, qui jure naturæ, & civili juvarentur: præ illis, quibus tantũ natura ſuffragaretur

k Vel Neptum. Ex filia deſcendentium: de his enim dixit anteà.

l Acciperent. Verbi gratia: ſupereſt filius, & nepos ex filia: quæ, ſi viveret, acciperet ſemiſſem, & æqualiter cum fratre bona paterna partiretur. Nepos igitur ex filia, cum diminutione tertiæ partis accipiebat ex *d. conſtit.* portionem maternam.

m Vel Avia. Ut cùm defunctus eſt aviæ maternæ pater, de cujus ſucceſſione jam agatur.

n Patre Eorum. Immiſcet hìc alios caſus ſeparatos à ſuperiore, & tamen comprehenſos eadem conſtitutione: quia Impp. eandem trientis diminutionem toties voluerunt obtinere, quoties in qualibet fœminarum hæreditate remotior gradus cum proximiore concurrit, & admittitur. Nam

2 † S. C. Orphitiano ſoli liberi primi gradus, hoc eſt, filii, & filiæ, hæreditatem matris cernebant, nepotibus excluſis. in princ. inf. *De S. C. Orphit.* Itaque ad exemplum ſuperiorum ita ſunt admiſſi principum conſtitutione, ut cum diminutione tertiæ partis ſuccederent. Mulieri ergò ſuperſtite filio, & ex altero filio demortuo nepotibus ſuccedentibus, hi in portionem patris, hoc eſt, ſemiſſem, qui patri eorum obventurus erat, cum diminutione ſextantis, hoc eſt, duabus unciis detractis, atque ita quadrantem accipiebant.

o Avus Paternus. Ex fœmina natus, de cujus hæreditate agitur: atque ita, quando quæſtio eſt de hæreditate paternæ proavię cũ filiis dividẽda.

p Sive Maternus. Quando de ſucceſſione agitur maternæ proaviæ, cujus ex filio, qui ſucceſſuris pronepotibus avus maternus eſt, neptis hos pronepotes reliquit.

3 *q* Aditur. Cùm † enim fœminis nonniſi primi gradus liberi, hoc eſt, filii ex S. C. Orphitiano ſuccedant, ſatis juſta cauſa viſa eſt, ne nepotes, & pronepotes aliter, quàm ſub diminutione trientis cum filiis admitterentur, atque hanc hi prærogativam retinerent.

r Vocabant. Oſtendit igitur nepotibus cum patruo ſuccedentibus trientem detractum fuiſſe: illo autem extante, ipſos ſucceſſiſſe: niſi quatenus agnati quartam detrahebant: ut paulò poſt ſequitur.

ſ Avi Vocat. *L. 3. C. De ſuis, & legit. §. cum filius.* ſup. *eod.*

t Vocat. Scilicet, quando fœminæ hæreditas cum filiis erat dividenda: qui cùm ſoli S. C. Orphitiano vocarentur, viſum fuit, illis prærogativam hanc concedere, detracto nepotibus, aut pronepotibus triente, ut minus illi de ſublato S. C. Orphitiani beneficio conqueri poſſent: nam præter filios neminem detrahere potuiſſe, conſentaneum eſt, & probat hìc Franc. Hotoman.

u Quartam Partem. Quæ quædam Falcidia vocatur in *l. ſi defunctus. 4. Cod. Theod. De legit. hæreditatib.*

x Ejusdem Constitutionis. Alii † 4
Codices habent *Cujuſdam*: ſed *Ejuſdem* rectiùs legunt Ferra. Can. Cont. nam hanc eam ipſam eſſe, ad quam modò digitum intendit, conſtitutionem declarat *d. l. 4. De leg. hær. Cod. Theodoſ.*

y Auctoritate. Etenim quando de hæreditate fœminæ agebatur, neque filii ſupereſſent, qui ex S. C. Orphitiano maternam hæreditatem caperent, agnatos, quaſi ex lege Falcidia, ſucceſſiſſe in quartam partem, & eam nepotibus detraxiſſe, oſtendit. *d. l. 4. C. De leg. hered. in Cod. Theodoſ.*

z Concessimus. Inſerta quidem eſt, ſed detracta ea clauſula, per quam illa propinquorum quarta introducebatur. *d. l. ſi defunctus. C. Theodoſ. De leg. hered.*

a Constitutione. *L. ult. C. De ſuis, & legit.*

b Toti Juri. Quatenus ſcilicet quartam agnatis dabat: nam detractionem trientis, quam patiebantur nepotes ex filia, non hæc conſtitutio ſuſtulit, ſed Novell. 18. in Auth. *De trien. & ſemiſſ. cap. 4.* quod incipit, *Neque illo.*

c Successionis. Sive de maſculi, ſive de fœminæ ſucceſſione agatur: in quo olim fuit differentia: ut antè dictum eſt, & oſtendit hìc Theoph.

d Potiores. In quartæ deductione, quæ videri poteſt fuiſſe injuſta: cum abſurdum ſit ſecundum ordinem detrahere Falcidiam, primo liberorum ordini: quorum cauſa ſi in dodrante potior eſt agnatorum juri, cur non & in reliqua quarta? tum idem jus obtinere debeat in parte, quod in toto. *l. quæ de tota. 76. De rei vindic.*

e Descendunt. Nota rationẽ ordinis ſucceſſionũ.

f Hæreditatem. Nam nepotes jure repręſentationis tantùm in patris partem, quam ipſe vivus accepturus erat, etiam hodie ſuccedunt. *d. §. cum filius.* ſup. *eod.*

g Pronepotes. Sive cùm filiis gradu prioribus ſuccedant, ſive inter ſe gradu pares: puta, ſi alter filius duos, alter tres nepotes reliquerit: ut ſubjecta exempla oſtendunt. An autem idem jus ſuccedendi habeant liberi ex vitioſa radice, puta, filio illegitimo nati: vide apud Panor. in *c. Cauſam. 4.* Extra. *Qui fil. ſint legit.* Gloſſ. *Landr. lib. 1. art. 5.*

h Habeant. *L. ult C. De ſuis, & legit. l. illam. 19. C. De collat.*

DE

DE LEGITIMA AGNATORVM SVCCESSIONE.

Titulus Secundus.

1. *Continuatio Tituli: & de legitima agnatorum ſucceſſione, tàm jure veteri, quàm hodie,*

1 EXpedito † primo ſucceſſinnis ab inteſtato ordine, qno liberi comprehenduntur, tranſit Juſtinianus ad ſecundum, qui ad agnatos pertinet, *l.* 1. *Quis ordo. l.* 1. *Si tab. teſtam.* Nam hi lege 12. Tab. poſt ſuos vocantur, nullo aſcendentium ordine conſtituto: quippe cùm pater, aut avus, qui defunctum in poteſtate habebat, jure peculii, non ſucceſſionis, hona caperet, *l.* 2. *De caſtrenſ. pecul.* §. 1. ſup. *Quib. non eſt permiſſ.* §. *ſi igitur. Novell.* 118. *De hered. ab inteſta.* emancipato antem velut agnatus contracta fiducia ſuccederet. §. *ult. hoc tit.* Mater verò, & deſcendentes ex linea materna: ut qui agnati non eſſent, planè à ſecundo agnatorum ordine ſemoverentur. infr. *tit.* 1. in princ. Sed hodie aſcendentibus ſecundum deſcendentes hæreditas excluſis agnatis defertur in Authent. *De hered. ab inteſt.* §. 2. ut jam tres ſint ordines ſucceſſionum: primus deſcendentium, ſecundus aſcendentium, tertins agnatorum. De legitima porrò agnatorum ſucceſſione primò hìc tractatur, quomodo in pari gradu exiſtentes mares ſuccedant, in §. 1. deinceps in §. 2. & 3. quomodo fœminæ: pòſt in 4. 5. & 6. quo ordine ſuccedant: poſtremò, qua ratione parentes contracta fiducia jure agnationis admittantur, in §. *ultimo*.

NOs quoque in tres partes dividimus Titulum.
1. Quinam agnati ad ſucceſſionem vocentur. §. 1. 2. 3.
2. Quo ordine ſuccedant. §. 4. 5. 6.
3. An Pater emancipato filio velut agnatus ſuccedat. §. ult.

§. 1. Si nemo.

SI nemo ſuus hæres, vel eorum, quos inter ſuos hæredes *a* prætor, vel conſtitutiones *b* vocant, exiſtat *c*, qui ſucceſſionem quoquo modo *d* amplectatur: tunc ex lege duodecim Tabularum *e* ad agnatum proximum pertinet hæreditas *f*. Sunt autem agnati (ut primo quoque libro tradidimus *g*) cognati per virilis ſexus *h* perſonas cognatione conjuncti, quaſi à patre connati. Itaque ex eodem patre nati fratres, agnati ſibi ſunt, qui & conſanguinei *i* vocantur *k*: nec requiritur, an etiam eandem matrem habuerint *l*. Item patruus fratris filio, & invicem is illi agnatus eſt. Eodem numero *m* ſunt fratres patrueles, ideſt, qui ex duobus fratribus procreati ſunt: qui etiam Conſobrini vocantur *n*. Qua ratione etiam ad plures gradus agnationis pervenire poterimus. Ii etiam, qui poſt mortem patris *o* naſcuntur, jura conſanguinitatis *p* nanciſcuntur. Non tamen omnibus ſimul agnatis dat lex hæreditatem: ſed iis, qui tunc proximiore gradu ſunt *q*, cùm certum eſſe cœperit, aliquem inteſtatum deceſſiſſe *r*. Per adoptionem quoque agnationis jus conſiſtit *ſ*, veluti inter filios naturales, & eos, quos pater eorum adoptavit. Nec dubium eſt, quin ii impropriè *t* conſanguinei *u* appellentur. Item ſi quis ex cæteris agnatis tuis, velu-

veluti frater, aut patruus, aut denique is, qui longiore gradu eſt, adoptaverit aliquem, agnatus *x* inter tuos *y* eſſe non dubitatur.

1. *Quandiu ſpes eſt ſui heredis, tandiu excluditur agnatus. & num. 7.*
2. *Verba Leg. 12. Tab. & cur agnati cognatis, & mares fœminis prælati.*
3. *Agnati qui, & qui conſanguinei propriè, numer. 4. & 5. & conſanguinitatis verbo uti Canoniſtas. num. 6.*
8. *Ius familiæ, & agnationis adoptione acquiri, impropriè autem adoptivos conſanguineos dici, num. 9. & 10.*

a SUOS HÆREDES. Puta emancipatos liberos, de quibus ſuperiore titulo dictum eſt.

b CONSTITUTIONES. Principum, de quibus in §. *pen. & ult.* ſup. *tit.* 1.

1 *c* EXISTAT. † Vel ſperetur: nam quandiu ſuus hæres in ſpe eſt, tandiu locus agnatis non eſt. Ulp. *tit.* 26. *l.* 3. *Si pars hæred. l. pen. Unde legit. l. cum quidam.* 30. §. 1. *De acqu. hæred.*

d QUOQUO MODO. Sive ea veteri, ſive ex nova lege, aut S. C. item ſive ex jure civili, ſive jure prætorio.

2 *e* DUODECIM TABULARUM. Quam † ſic refert Ulpianus *titul.* 26. *ſi inteſtatus moritur, cui ſuus nec extabit heres, agnatus proximus familiam habeto.* Paulus in *l. pronunciatio.* 195. *De verb. ſignif. agnatus proximus familiam, hoc eſt, hereditatem habeto.* Unde non mirum eſt, agnatos cognatis, & mares fœminis fuiſſe jure civili in ſucceſſionibus prælatos. Lex enim 12. Tab. familiam, & hæreditatem ad proximum in familia voluit pertinere, in qua fœminæ raro, cognati nunquam reperiebantur: deinde fœminæ cùm ſint finis familię, eam propagare non poterant, &c.

f HÆREDITAS. *L.* 1. & 2. *De ſuis, & legit.* Ulp. *tit.* 26.

g TRADIDIMUS. *Tit. De leg. agn tut.* in princ.

3 *h* VIRILIS SEXUS. Ita † non tantùm in tutelarum quæſtione definitur agnatio, Ulpianus *titul.* 11. ſed etiam in ſucceſſionibus ab inteſtato. *l.* 2. §. *agnati. De ſuis, & legit.* Ulp. *d. tit.* 26. Nam fœminæ, quamvis agnatæ, neque tutelam adminiſtrant, neque agnato ex Lege Voconia hęredes ſunt, conſanguinea ſorore excepta. §. *ceterum.* 2. *hoc tit.* & per filios conſervatur agnatio, Schurff. *conſ.* 20. *nu.* 2. *centur.* 2. *conſ.* 60. *num.* 13. *centur.* 3. non per filias: §. *fin.* ſup. *De pat. pot.* ideò negandum non eſt, filium patri proximum agnatum eſſe: id enim à Pomponio in *l. filius.* 12. *De ſuis, & legit.* dictum puto comparatione agnatorum inferioris gradus. Gloſſ. *l. in ſucceſſione.* 48. *C. De decur. lib.* 10.

i CONSANGUINEI. *L. inter agnatos.* 5. *Unde legit. l. ult.* §. 1. *De gradib. l.* 2. *De ſuis, & leg.* Paul. *lib.* 4. *tit.* 8.

4 *k* VOCANTUR. Conſanguinei † propriè dicuntur per patrem ſanguine juncti fratres, & ſorores. Unde conſanguinitas pro fraternitate ſumitur, & ſpecies agnationis perhibetur. Cujac. *lib.* 11. *cap.* 26.

5 *l* HABUERINT. Imò † hi propriè nunc conſanguinei, ad differentiam reliquorum fratrum dicuntur, qui ex diverſis matribus eodem patre nati ſunt. *l. fratres,* 27. *C. De inoff. teſtam.* Auth. *Itaque. C. Comm. de ſucceſſ.* Nec ſanè, quod ad agnationem attinet, refert, utrum ex eadem, an diverſis matribus naſcantur: ſemper enim conſanguinei ſunt, & in hoc agnatorum ordine indiſtinctè admittuntur: ſed in comparatione graduum hujus ordinis, cùm quæritur, uter altero proximior ſit, refert, ex una matre ſint, an non: *l.* 1. & 2. *De ſuis, & legit.* quia utrinque conjuncti reliquis præferuntur. Auth. *Itaque. C. Commun. de ſucceſſ.* Auth. *Ceſſante.* cum ſeq. *C. De leg. hered.* quod diſcrimen jure civili tantùm in fratribus, & eorum filiis, non etiam ulteriùs in remotioribus conſideratur. Auth. *Poſt fratres.* ubi Caſtrenſ. *C. De legit. hered.* Fabr. inſt. *De ſer. cog.* Jacob. De Belloviſo in Auth. *De her. ab inteſt. ven. Nov.* 118. *c.* 3. §. *ſi verò neque fratres.* latè Everhard. *conſ.* 44. *Caſus.* per tot. Sed jure Sax. in infinitum durat. Faſch. *diff.* 26. quia hoc jure frater ex uno tantùm latere propinquus, uno gradu fratribus utrinque junctis remotior eſt, & conſequenter omnes ejus deſcendentes in ulteriorem gradum tranſeunt. Ita mores habent.

m EODEM NOMINE. Scilicet agnatorum: nam conſanguinei propriè, tantùm ſunt fratres.

n VOCANTUR. *L. ult.* §. *quarto gradu.* 15. *De grad. & affin.* §. *quarto gradu.* 4. inſ. *De grad. cognat.*

o MORTEM PATRIS. Loquitur ergò de his, qui concepti ſunt à patre adhuc vivente, & nati demum eo mortuo, quos poſthumos vocamus. *l.* 1. in fin. *De ſuis, & legit. l. ult. Unde legit.* §. 2. & 3. ſupr. *De exhær. lib.* Nam propriè alicui agnati non ſunt, qui demum poſt ejus mortem concipiuntur, & naſcuntur, ut ſuperiore titulo declaratum eſt, & in *l. Titius.* 6. *De ſuis, & legit. hered.*

p CONSANGUINITATIS. *L.* 1. in princ. *De De ſuis, & legit.* Hoc † tamen poſteà verbo uſi ſunt 6
Canoniſtæ ad ſignificandam omnis generis cognationem. Extr. *Tit. Decretal. De conſangu.*

q GRADU SUNT. *L.* 2. *De ſuis, & legit.*

r DECESSERIT. Sine ſuo hærede: qui † quan- 7
diu ſperatur, tandiu locus agnatis non eſt: velut ſi uxor defuncti prægnans ſit, aut filius apud hoſtes. Ulp. *tit.* 26.

ſ CONSISTIT. *L.* 1. §. *ult. l.* 2. §. 2. *De ſuis,*
& legit. nam † jus familiæ, & agnationis civile 8
eſt. §. *ſed agnationis.* ſup. *De leg. agnat. tutel.* ideò per adoptionis actum civilem acquiritur. *l. qui in adoptionem.* 23. *De adopt.* ſicut & tollitur. §. *minus.* 11. ſup. *De hæred. quæ ab inteſt.*

t IMPROPRIE. Aliud enim jus agnationis eſt, quod civile reputatur, ut diximus: aliud jus conſanguinitatis: quod cùm ſit nexus ſanguinis, eſt jus naturale. *l. ſi is qui.* 44. *De adopt. l.* 1. in fin. *De ſuis, & legit. l. jura ſanguinis.* 8. *De regul. jur.*
Quare † cùm adoptivi conſanguinei appellantur, 9
non

non vi ſignificationis propriè id dici, ſed reſpectu effectus civilis putandum eſt. *l. 1. §. ult. l. 2. §. 2. De ſuis, & legitim. l. 2. §. ſi ſit. 13. l. ſi quis. 7. Ad S.C. Tertyll.*

u Consanguinei. Ideò † autem appellantur conſanguinei, quanquam impropriè, quoniam jura conſanguinitatis in materia ſucceſſionum, & aliis actibus civilibus obtinent. *l. 1.* in fin. *De ſuis, & legit. l. 2. d. §. ſi ſit. l. ſi quis. 7. Ad Tertyll.* Agitur autem hìc de ſucceſſione: rectè ergò pro materia ſubjecta conſanguinei appellatiu iis eſt attributa.

x Agnatus. Non inter conſanguineos: nam hoc nomen ſolos fratres deſignat.

y Inter Tuos. Nam, qui adoptatur, iiſdem fit agnatus, quibus & pater agnatus eſt, & legitimam eorum hæreditatem conſequitur. *l. 2. §. 2. De ſuis, & legit.*

§. 2. Cæterùm inter maſculos.

CÆterùm inter maſculos quidem agnationis jure hæreditas, etiamſi longiſſimo gradu ſint *a*, ultrò, citròque *b* capitur. Quod ad fœminas verò attinet: ita placebat, ut ipſæ conſanguinitatis *c* jure tantùm capiant hæreditatem, ſi ſorores ſint *d*: ulterius non capiant *e*: maſculi autem ad earum hæreditates, etiamſi longiſſimo gradu ſint, admittantur. Qua de cauſa fratris tui, aut patrui tui filiæ, vel amitæ tuæ hæreditas ad te pertinebat: tua verò ad illas *g* non pertinebat. Quod ideò ita conſtitutum erat, quia commodius videbatur ita jura conſtitui *h*, ut plerunque hæreditates ad maſculos confluerent *i*. Sed quia ſanè iniquum *k* erat, in univerſum *l* eas *m* quaſi extraneas *n* repelli: Prætor eas ad bonorum poſſeſſionem admittit ea parte, qua proximitatis *o* nomine bonorum poſſeſſionem pollicetur: ex qua parte ita ſcilicet admittuntur, ſi neque agnatus ullus *p*, neque proximior cognatus *q* interveniat. Et hæc quidem lex duodecim Tabularum nullo modo introduxit: ſed ſimplicitatem legibus amicam *r* amplexa, ſimili modo omnes agnatos, ſive maſculos, ſive fœminas, cujuſcunque gradus, ad ſimilitudinem ſuorum *ſ* invicem ad ſucceſſionem vocabat *t*. Media autem Iuriſprudentia *u*, quæ erat quidem lege duodecim Tabularum junior, Imperiali autem diſpoſitione anterior: ſubtilitate quadam *x* excogitata, præfatam differentiam *y* inducebat, & penitùs eas *z* à ſucceſſione agnatorum repellebat, omni alia ſucceſſione incognita: donec prætores paulatim aſperitatem juris civilis corrigentes, ſive, quod deerat, adimplentes, humano *a* propoſito alium ordinem ſuis edictis addiderunt: & cognationis linea proximitatis nomine introducta, per bonorum poſſeſſionem *b* eas adjuvabant, & pollicebantur his bonorum poſſeſſionem, quæ VNDE COGNATI appellatur. Nos verò legem duodecim Tabularum ſequentes, & ejus veſtigia hac in parte conſervantes: laudamus quidem prætores ſuæ humanitatis, non tamen eos in plenum huic cauſæ mederi invenimus *c*. Quare etenim uno, eodemque gradu naturali concurrente, & agnationis titulis, tàm in maſculis, quàm in fœminis æqua lance conſtitutis *d*, maſculis quidem dabatur ad ſucceſſionem venire omnium agnatorum: ex agnatis autem mulieribus nulli penitùs *e*, niſi ſoli ſorori, ad agnatorum ſucceſſionem patebat aditus. Ideò nos in plenum omnia reducentes, & ad jus duodecim Tabularum *f* eandem diſpoſitionem exæquantes, noſtra conſtitutione *g* ſancimus, omnes legitimas perſonas, ideſt, per

viri-

virilem ſexum deſcendentes *h*, ſive maſculini generis, ſive fœminini ſint, ſimili modo ad jura ſucceſſionis legitimæ ab inteſtato vocari, ſecundum ſui gradus prærogativam *i*: nec ideò excludendas, quia conſanguinitatis jura *k*, ſicut germanæ, *l* non habent.

1. *Infinitas quoto gradu æſtimetur, & nu. 2.*
3. *Cur maſculi fœminis prælati ſint in ſucceſſione ab inteſtato.*
4. *Succeſſio proximitatis propriè ad fœminas pertinet.*
5. *Agnatus quamvis remotior fœminam proximiorem excludit.*
6. *Media Iuriſprudentia quæ.*
7. *Conſanguinitas ad quos propriè referatur.*

DE legitima fœminarum agnatarum ſucceſſione.

1 *a* Gradu Sunt. Quam † infinitatem plerique decimo gradu concludunt. in §. *final.* infr. *De cognat. ſucceſſ.* ſed abſque certa aliqua lege.

b Ultro, Citroque. Eſt enim mutuum iter in ſucceſſionibus.

c Consanguinitatis. Hoc eſt, fraternitatis, ut jam ſæpè dictum eſt, non agnationis jure.

d Sorores Sint. Idque ex lege Voconia, ut oſtendunt Ulpianus *tit.* 26. Paul. *Sent. lib.* 4. *cap.* 8. Nam propriè conſanguinitas ad fratres, ſororeſque duntaxat pertinet, qui reliquos agnatos excludunt. *l.* 3. §. *conſanguinei*. *l.* 2. in princ. *De ſuis, & legit. hered.* Theoph. hìc.

e Non Capiant. Hoc non lege 12. Tab. inductum eſt, quæ, ut paulò pòſt indicatur, indiſtinctè utriuſque ſexus proximos vocabat, ſed lege Voconia. Paul. *lib.* 4. *tit.* 8. ne fœminæ divites factæ, ſe viris æquarent. Cæterùm Juſtinianus jus vetus reduxit.

2 *f* Longissimo Gradu Sint. Iterum † hìc repetit, longiſſimo gradu matri ſuccedere: prorſus, ut veriſimile non ſit, ad decimum gradum hanc ſpem fuiſſe conſtrictam: cur enim id non potiùs expreſſiſſet? Quanquam fatear in hac mortalitate vix uſu poſſe venire, ut ultra hunc gradum de hæreditate proximi quæratur.

g Ad Illas. Utpotè non conſanguineas.

h Constituit. Ad publicam ſcilicet utilitatem, quò leges collimare debent.

3 *i* Confluerent. Quòd † hi ſint potiores, & digniores. *l. in multis.* 9. *De ſtat. hom.* familias conſervent. *l.* 1. §. *quamvis*. 5. *De ventr. inſpic.* ſupr. *De her. quæ ab inteſt.* *l. liberorum*. 220. *l. pronunciatio*. 195. *l. familia*. 196. *De verb. ſignif.* domi, atque foris magis Reipub. commodent, ut ipſos potiùs, quàm fœminas abundare publicè ſit utilius: quæ rationes etiam in legibus Moſaicis, *Num.* 27. *verſ.* 3. cum ſeq. & in conſuetudinibus feudalibus. *c.* 1. *De ſucceſſ. feud.* cum ſimilibus etiam quoad ſucceſſiones, conſiderantur: maximè in nobilibus familiis, quæ per mares retinentur, & propagantur, quod commodè ſine opibus fieri nequit: quia vanum eſt de nobilitate, ſive divitiis diſputare, ut ait Hormannoct. *rep. rub. De acqu. poſſ. num.* 36. Corne. *conſ.* 90. *Scrupuloſè*. in fin. *lib.* 3. *conſ.* 43. *Preclarè*. *num.* 23. *lib.* 1.

k Iniquum. Inſpecta ratione naturali.

l In Universum. Ut nunc fit in feudis.

m Eas. Remotiores ſecundo gradu, ſcilicet, quando non ſunt ſorores conſanguineæ.

n Quasi Extraneas. Cùm eſſent natura proximæ.

4 *o* Proximitatis. Quia † fœminæ jure agnatorum, quo ultra conſanguinitatem carent, non vocabantur: ideò proximitatis nomine, peculiariter quaſi ex edicto, *Unde cognati*, ſunt admiſſæ. Itaque ſucceſſio proximitatis propriè ad fœminas pertinet. *l.* 4. *Unde cogn.* & inf. *De cogn. ſervil.* quæ incidit in edictum, *Unde cognati*, ut ſequitur.

5 *p* Agnatus Ullus. Non dicit, *proximior*: ſed in genere, *ullus*: quare verbum ſequens, *proximior*, non ad agnatum, ſed cognatum referendum eſt, ut contextus, & ratio requirit. Nam † agnatus, quamvis remotior, cùm eſſet in ſecundo ordine, fœminas proximitatis jure venientes, quamvis propiores, excludebat: ut patet ex ſequentibus. Hæ enim quodammodo ex edicto, *Unde cognati*, ſuccedebant, ut oſtendit hìc Theoph. quos extantibus agnatis, non admitti hoc jure, jam ſæpè dictum eſt.

q Cognatus. Fœminæ enim, ut diximus, quaſi ex edicto, *Unde cognati*, ſuccedebant: ut infrà in verb. *pollicebatur his bonorum poſſeſſionem*, *Unde cognati*, &c. Cui conſentaneum eſt, ut remotiores cognatos excludant, non propinquiores, *l.* 1. & *tot. tit. ff. Unde cognat.*

r Legibus Amicam. Nota textum.

ſ Suorum. In quibus non erat diſtinctio. *l.* 4. *C. De lib. præt. tot. tit. De ſuis, & legit.*

t Vocabat. Id quod copioſiùs traditur in *l. penult. C. De legit. hered.* à Paulo *lib. Sentent.* 4. *cap.* 8.

6 *u* Jurisprudentia. Quæ † ſecuta eſt leg. 12. Tab. *l.* 2. *De orig. jur.* & uſque ad occupatam ab Auguſtis Rempublicam viguit: qui rigorem, & iniquitatem illius juris, quod jam antè Prætores ſuis edictis molliverant, contrario jure civili conſtituto paulatim ſuſtulerunt. 7

x Subtilitate. Nimia, ut dicitur in *d. l. penult.*

y Differentiam. Non piam, *d. l. pen.* Reipub. tamen, & conſervationi familiarum, ut videbatur, utilem.

z Eas. Scilicet, non conſanguineas: prout antè dictum eſt, & ſequitur in verb. *niſi ſoli ſorori*.

a Humano. Pleno humanitatis, & conſentaneo juri naturæ, ſeu gentium, quod etiam huma-

nom Livio, & aliis appellatur.

b Bonorum Possessionem. *Unde cognati*, ut ſequitur.

c Invenimus. Quia fœminas propiores gradu, permittebant contra prærogativam naturæ, ab agnatis remotioribus excludi: cùm illas non in ſecundo legitimorum, ſed in tertio cognatorum ordine vocarent.

d Constitutis. Etenim fœminæ perinde agnaſcuntur proximis in familia, atque mares, & eodem cum his gradu conſiſtunt.

e Nulli Penitus. Ex quo liquet, quod antè dictum eſt: mulieres non conſanguineas, hoc eſt ſecundo gradu remotiores, ab omnibus agnatis, etiam remotiſſimis, fuiſſe exclusas, quòd non in ſecundo, ſed tertio cognatorum ordine vocarentur.

f Duodecim Tabularum. Paulus *lib.* 4. *tit.* 8.

g Constitutione. *L. pen. & l. ult. C. De leg. her.*

h Descendentes. Hoc eſt, agnatos, & agnatas: nec enim hìc Juſtinianus cognatis etiam maribus, nedum fœminis jura agnatorum tribuere voluit (quod poſteà confuſo agnationis, & cognationis diſcrimine factum eſt, in *Novell.* 118. *De hered. ab inteſt. venient.*) ſed utrunque ſexum in ordine ſuo duntaxat exæquare.

i Praerogativa. Ut ita fœminæ gradu propiores, agnatis remotioribus præferantur.

k Consanguinitatis Jura. Nota † conſanguinitatem propriè ad fratres, & ſorores duntaxat referri, nec extendi ulteriùs. 7

l Germanae. Conſanguineæ, ſeu ſorores.

§. 3. Hoc etiam addendum.

HOc etiam addendum noſtræ conſtitutioni exiſtimavimus *a*, ut transferatur unus tantummodò gradus *b* à jure cognationis in legitimam ſucceſſionem: ut non ſolùm fratris filius, & filia *c*, ſecundum quod jam definivimus, ad ſucceſſionem patrui ſui vocentur: ſed etiam germanæ conſanguineæ *d*, vel ſororis uterinæ *e* filius, & filia *f* ſoli *g*, & non deinceps perſonæ *h* unà cum his *i* ad jura avunculi ſui perveniant: & mortuo eo *k*, qui patruus quidem eſt ſui fratris filiis, avunculus autem ſororis ſuæ ſoboli, ſimili modo ab utroque latere *l* ſuccedant, tanquam ſi omnes ex maſculis deſcendentes, legitimo jure *m* veniant, ſcilicet ubi frater, & ſoror ſuperſtites non ſunt *n*. His etenim perſonis præcedentibus, & ſucceſſionem admittentibus *o*, cæteri gradus remanent penitùs ſemoti *p*, videlicet hæreditate non in ſtirpes, ſed in capita *q* dividenda *r*.

1. *Cognatorum cum agnatis ſucceſſionem ad unum eſſe productum gradum: & quid hodie, num.* 2.
3. *Jus repræſentationis olim non admiſſum: hodie ſecus.*
4. *Fratrum liberi an in ſtirpes ſuccedant, aut in capita.*

AMpliatio, qua conceſſum ſuprà fœminis agnatis ſuccedendi jus, ad unum cognatorum gradum extenditur.

a Existimavimus. *D. l. penult. §. in his igitur. C. De leg. hered.*

2 *b* Unus Gradus. Nam † præter gradum hìc expreſſum, deſcendentes cognati ex fœmina, non habebant par jus cum agnatis: ut paulò antè dictum eſt. Sed poſteà jure Novellarum, tota cognatio tranſlata eſt in legitimam agnationem, ut pari nunc jure, cognati juxtà, ac agnati admittantur. in Authentic. *De hered. ab inteſt. Novell.* 118.

c Et Filia. Atque ita agnati.

d Germanae Consanguineae. Quæ ex eodem patre ſoror eſt, non eadem ex matre. in princ. ſup. *eod.*

e Uterinae. Quæ ex eadem matre, eodemque utero, non eodem patre procreata eſt.

f Filius, Et Filia. Atque ita hi cognati ex fœmina cum agnatis ejuſdem gradus admittuntur. Dico, ejuſdem gradus: nam, ſi extarent fratres, & ſorores defuncti, excluderentur iſti, nec jure repræſentationis venirent, ut paulò pòſt ſequitur, & apparet ex *l. pen. §. in his igitur. C. De leg. hered.* Sed hoc ipſum, quod hìc & in *d. l. pen.* diſponitur, hodie mutatum eſt: non enim modò fratrum ex utroque parente conjunctorum filii præferuntur conſobrinis conſanguineis, aut uterinis, ſed horum quoque parentibus, hoc eſt, fratribus ipſis conſanguineis, & uterinis. Authent. *Ceſſante*, Auth. *Poſt fratres. C. De leg. hered.*

g So-

2 *g* Soli. Hoc eſt † hi ſoli cognati: non etiam ulteriores, agnatis in eodem gradu conjunguntur, quod hodie quoque correctum eſt: & cognati, quamvis ulterius remoti, tamen agnatis ejuſdem gradus pariter, & indiſtinctè concurrunt. in Auth. *De hered. ab inteſt. venien. Novell.* 118.

h Personae. Remotioris gradus cognati.

i Cum His. Agnatis ſcilicet fratrum filiis: pertexit enim ſpeciem propoſitam.

k Mortuo Eo. De cujus hereditate agitur, patruo ſcilicet, & avunculo: qoi his patruus eſt, illis avunculus: ut ſequitur.

l Utroque Latere. Et filii fratris, & filii ſororis: atque ita ex latere maſculino, & fœminino indifferenter.

m Legitimo Jure. Ex lege, veluti agnati.

3 *n* Non Sunt. Limitatio: † nam hoc jure frater, ut propior gradu, excludebat demortui fratris, vel ſororis liberos, velut agnatos uno gradu remotiores, nec jus repræſentationis in collateralibus admittebatur. *l.* 3. *C. De legit. heredit.* id quod & mores Saxon. hodie ſervant.

o Admittentibus. Non repudiaotibus, ſed adeuntibus: nam repudiante primo grado, fit locus ſubſequenti proximo. *l.* 1. *& tot. tit. De ſuis, & legit. & tit. Unde legit.* §. 6. inf. *eod.*

p Semuti. Hodie tamen in hoc gradu à latere admittitur jus repræſentationis, & filii præmortui fratris, vel ſororis cum ſuperſtite fratre in bonis patrui, aut avunculi in ſtirpes ſuccedunt, hoceſt, capiunt, quantum eorum pater, aut mater, ſi viveret, accepiſſet. Auth. *Ceſſante*. eum ſeq. *C. De legit. her.*

q In Capita. Id à Juſtiniano abolitum eſſe contendit Accurſ. cujus partes novis rationibus tutatos ſum in *Nov. De her. ab inteſt.* Cont.

r Dividenda. Quia ſunt † omnes in pari gra- 4
du, & ſuo jure, ſuaque perſona quiſque veniunt. Non enim in parentum locum ſubintrant, alioqui cum patruis ſuis ſuperſtitibus, loco parentum ſuorum demortuorum admitterentur: id quod hìc fieri negatur: meritò igitur in capita ſucceduot. *l.* 2. *De ſuis, & legit. l. penult.* in fin. in verb *ſucceſſio non in ſtirpes, ſed in capita dividatur. C. De legit. her.* Diverſum eſſe diximus io deſcendentibus, in § *cum filius*. ſupr. *De her. quæ ab inteſt.* Et hinc nota, etiam filios fratrum, ex Azonis ſententia, non in ſtirpes, ſed in capita ſuccedere. Conſtant. *lib.* 5. *Epito.* ſicuti patruos, avuncolos, & alios eodem gradu exiſtentes. *Nov.* 118. *c.* 3. quod incipit, *Si igitur*. etiamſi in parentibus noo idem æquè obſervetur. Hi enim non in capita, ſed in ſtirpes ita ſuccedunt, ut ſemis alter aſcendentibus ex linea paterna, alter verò maternis cedat parentibus, *Nov.* 118. *c.* 2. quod incipit, *Si igitur defunctus*. Ulp. *tit.* 26. *Agnatorum hereditates dividuntur in capita, veluti ſi ſit, &c.* ſed cùm hodie jure repræſentationis filii fratrum ſuccedant cum patruis, hoc certè caſu conſentaneum eſt, eos tantùm in ſtirpem admitti, ut ſupr. *De her. quæ ab inteſt.* dictum eſt, & indicat hic Cont. & in *d. Nov. De her. ab inteſt. venien.*

§. 4. Si plures ſint.

SI plures ſint gradus agnatorum, apertè lex duodecim Tabularum proximum vocat *a*. Itaque ſi (verbi gratia) ſint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus, frater potior habetur *b*. Et quamvis ſingulari numero uſa lex 12. Tab. proximum *c* vocet: tamen dubium non eſt, quin, ſi plures ſint ejuſdem gradus, omnes admittantur *d*. Nam & propriè proximus ex pluribus gradibus intelligitur *e*: & tamen non dubium eſt, quin, licet unus ſit gradus *f* agnatorum, pertineat ad eos *g* hæreditas,

1. *Proximus quis hic dicatur. & num.* 3.
2. *Frater, & filius fratris demortui quomodo ſuccedant.*

QUo ordine ſuccedant agnati: nempè ut proximus gradu remotiores excludat: pares autem pariter admittantur.

1 *a* Proximum Vocat. *Proximus † hereditatem habeto. l. pronunciatio.* 195. *De verbor. ſignif.* ut in princip. hujus tituli dictum eſt. Proximum autem in hac materia accipimus, quem nemo antecedit. *l.* 3. §. 3. *De ſuis, & legit. l. proximus.* 92. *De verb. ſign.* ſive unus, ſive plures in eodem gradu exiſtant. *l. proximi.* 155. *De verb. ſign.*

2 *b* Habetur. Hoc † ſcilicet jure 12. Tab. & veteri, ut io §. præcedente, & *d. l. pen.* & Paulus *lib.* 4. *tit.* 8. quia oon erat hic locus ſucceſſioni, §. *placebat.* 6. inf. *eod.* Paulus *lib.* 4. *tit.* 8. ſed omittentium partes reliquis ejuſdem gradus accreſcebant. Paulus *lib.* 4. *tit.* 8. Secùs eſt jure noviſſimo. Auth. *Ceſſante. C. De leg. hered.* nam in hoc primo gradu collaterali eſt jus repræſeotationis jure civili, non etiam jure Saxonum, ut jam ſæpiùs repetitum eſt. Hoc autem jus repræſentationis non obtinet in diſpoſitionibus hominum, ex ſententia Sichardi in *l.* 1. 2. *num.* 29. *C. De ſecund. nupt.* per *l. proximus.* 92. *De verbor. ſignif.* verùm contra ſtatuendum eſt, quoniam etiam homines intelliguntur ſecundum legis diſpoſitionem contrahere voluiſſe: & cùm eorum diſpoſitiooi inſit lex, ineſt

Digitized by Google

& repræſentatio, quæ in eundem gradum fratris filios collocat.

c PROXIMUM. Nota, numero ſingulari contineri pluralem, *l. qui filiabus*. 17. §. 1. *De leg.* 1. Vide Fab. & Ang. hìc.

d ADMITTANTUR. *L.* 2. §. 1. *De ſuis, & legit.* non in ſtirpes, ſed æqualiter in capita. *l.* 2. *De ſuis, & legit. l.* 1. *Si pars hæred. pet.*

3 *e* INTELLIGITUR. Proximus † enim relativè dicitur, ſeu reſpectivè, ad differentiam remotioris: ideò de duobus, aut tribus gradibus ordine differentibus, proximum dici palàm eſt.

f GRADUS. Nec alii ſint, vel propiores agnati, vel remotiores: puta, ſi ex tota familia nulli, quàm fratrum filii præterea ſuperſint: ut hìc proximi ſint, quos nemo nec antecedat, neque deinceps ſequatur. *d. l. proximus*. 92. *De verbor. ſignif.*

g AD EOS. Etiam ad unum tantùm, ſi fortè ex tota cognatione, unus duntaxat ſuperſit. *l.* 2. §. 3. *De ſuis, & legit.*

§. 5. Proximus autem.

PRoximus autem, ſiquidem nullo teſtamento facto quiſquam deceſſerit, per hoc tempus requiritur, quo mortuus eſt is, cujus de hæreditate quæritur *a*. Quòd ſi facto teſtamento quiſquam deceſſerit, per hoc tempus requiritur, quo certum eſſe cœperit, nullum ex teſtamento hæredem exiturum; tunc enim *b* propriè quiſque inteſtatus deceſſiſſe intelligitur *c*. Quod quidem aliquando longo tempore declaratur. In quo ſpatio temporis ſæpè accidit, ut proximiore mortuo, proximus eſſe incipiat, qui moriente teſtatore non erat proximus.

CIrcumſtantia temporis, quod in æſtimanda proximitate eſt conſiderandum.

a QUÆRITUR. *L.* 2. §. 4. & 5. *De ſuis, & legit.*

b TUNC ENIM. *Etiam*, addit Cont.

c INTELLIGITUR. Deſtituto ſcilicet jam teſtamento, ut in *l.* 2. §. 4. & 5. *De ſuis, & legit.* §. *cum autem*. 8. ſup. *De hær. quæ ab inteſt.* ubi etiam dictum eſt.

§. 6. Placebat autem.

PLacebat *a* autem in eo genere percipiendarum hæreditatum, ſucceſſionem non eſſe *b*: idest, ut, quamvis proximus, qui ſecundum ea, quæ diximus, vocatur ad hæreditatem, aut ſpreverit hæreditatem, aut, antequam adeat, deceſſerit *c*: nihilo magis *d* legitimo jure ſequentes admittantur. Quod iterum prætores imperfecto jure corrigentes, non in totum ſine adminiculo relinquebant: ſed ex cognatorum ordine eos vocabant, utpotè agnationis jure eis recluſo *e*. Sed nos nihil perfectiſſimo juri deeſſe cupientes, noſtra conſtitutione *f*, quam de jure patronatus, humanitate ſuggerente protulimus, ſancimus, ſucceſſionem in agnatorum hæreditatibus *g* non eſſe eis denegandam; cùm ſatis abſurdum *h* erat, quod cognatis à prætore apertum eſt, hoc agnatis eſſe recluſum: maximè cùm in onere *i* quidem tutelarum, & primo gradu deficiente, ſequens ſuccedit k: & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permiſſum *l*.

l. Legi-

1. *Legitimam ſucceſſionem proximiori deferri, & num. 3.*
2. *Quid ſit ſucceſſio.*
4. *Semel excluſis quomodo prætor olim ſubvenerit: & hodie id neceſſe non eſſe, nu. 5.*
6. *Ubi tutelæ locus eſt, illic & ſucceſſioni.*

DE ſucceſſorio edicto.

a Placebat. Ulp. *titul.* 26. *l. ſi ex pluribus*. 9. *De ſuis, & legit.*
1 quia † legitima ſucceſſio proximiori defertur, & non alii. Paul. *lib.* 4. *tit.* 8.

2 *b* Non Esse. Quidnam † ſit ſucceſſio, vide ad *tit. De ſucceſſ. edict.* Porrò DD. in *l.* 1. *C. eod.* definiunt, eſſe jus, quo proximo deficiente, vel excluſo, ad alium proximè in ulteriore gradu ſequentem jus ſucceſſionis tranſit, qui priore adeunte prorſus fuiſſet excluſus. Hujuſmodi in legitimis ſucceſſionibus (ut ſunt agnatorum) nulla erat olim ſucceſſio, cùm hæreditas ex lege proximiori ſtatim, ipſo jure deferretur: eoque abſtinente, vel non adeunte, nullum jus, utpotè jam alteri quæſitum, ſequenti eſſet jure civili, ſed tantùm jure prætorio. Ulp. *tit.* 26. Paul. *lib.* 4. *tit.* 8. Verùm hoc Juſtinianus emendavit, voluitque in hæreditatibus eſſe ſucceſſionem, ut eſt & in tutelis. *l.* 3. *§. pen. De legit. tutel.*

c Decesserit. Non enim tranſmittit hæreditatem non aditam, qui non eſt ex deſcendentibus. Vide *l. unic. C. De cad. toll. & tot. tit. C. De his, qui ante aper. tab.*

3 *d* Nihilo Magis. Hoc eſt, † non admittuntur proximi, *l.* 2. *De ſuis, & legit.* Ulp. *tit.* 26. Paul. *lib. Sent.* 4. quia ſtatim à morte non facto teſtamento, vel eo facto, mox atque cœpit eſſe certum, inteſtatum deceſſiſſe, proximo ex lege hæreditas defertur: quo eveniente reliqui remotiores ipſo jure excluduntur: qui quando non ſint illo in temporis puncto (quod conſiderari ſolùm in §. præcedente diximus) capaces, utpotè propiore agnato exiſtente, & remotiores excludente, idcircò ex caſu pòſt contingente ſemel excluſi ampliùs non admittuntur. *§. cum autem.* 8. ſup. *De hær. quæ ab inteſtat.* quemadmodum & qui ſemel per aditionem remoti ſunt, *l. ſi ex pluribus.* 9. *De ſuis, & legit.* Ulp. *tit.* 26. ac, niſi intra tempus beneficio juris prætorii utantur, fiſcus bona vacantia occupat. *l.* 1. *De ſucceſſ. edict.*

e Recluso. Cùm † enim lege ſemel excluſi 4
per proximum, ampliùs ut legitimi ſucceſſores, & agnati admitti contra legem non poſſent (nec enim edictum legi derogat, *l.* 1. *Ex quib. cauſ. majo.* multò minus legitimos hæredes facit. §. 1. infr. *De bon. poſſ.*) vocavit eos prætor, ut cognatos: quòd etſi non lege, tamen natura proximi reperirentur. *l.* 1. *& tot. tit. De ſucceſſ. edict.*

f Nostra Constitutione. Quæ deſideratur, Græca fortaſſe.

g Haereditatibus. Ut † jam non velut 5
cognati ex edicto ſucceſſorio prætoris, ſed ut agnati ex nova Juſtiniani lege, qua jus 12. Tab. abrogatum eſt, ſuccedant, hodie hujus diſcriminis non magnus eſt uſus, cùm agnationis, & cognationis differentiæ ſint ſublatæ, ut antè dictum eſt ex *Novell.* 118.

h Absurdum. Nota argumentum ab abſurdo: de quo Everhard. in *loc. legal. Ab abſurd.* per tot.

i In Onere. Siquidem † in oneribus hoc 6
æquum eſt, multò magis in titulis lucrativis obtinere debet. Quò enim tutela, eòdem & ſucceſſio tranſire debet, *l. quo tutela.* 73. *De reg. jur.* in fin. ſup. *De legit. patr. tutel.*

k Succedit. *L.* 3. *§. pen. De legit. tutel.* Nota interim argumentum à tutelis ad ſucceſſiones, ab onere ad emolumentum.

l Permisso. Idem enim debet jus eſſe in lucro, quod eſt in damno: cùm ſimilis ſit utrobivis ratio, & contrariorum eadem doctrina. ſupr. *De legit. patr. tut. l. ſecundum.* 10. *De reg. jur. l.* 3. *§. ult. De eo, quod cert. loc.* cum ſimilibus.

§. 7. Ad legitimam ſucceſſionem.

AD legitimam ſucceſſionem nihilominus vocatur etiam parens *a*, qui contracta fiducia *b* filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, ac deinceps emancipat. Quod ex noſtra conſtitutione *c* omnimodo inducitur, ut emancipationes liberorum ſemper videantur quaſi contracta fiducia fieri *d*: cùm apud antiquos non aliter hoc obtinebat, niſi ſpecialiter contracta fiducia parens manumiſiſſet.

 1. Eman-

1. *Emancipatio contracta fiducia.*

DE legitima parentum ſucceſſione.

a Parens. Poſt liberos, & fratres, ut indicat *l. 2. C. Ad S. C. Tertyll.* nec enim per omnia, ut patroni ſuccedebant, *l. 1. §. 2.* cum legibus ſequentibus, *Si quis à parent. manum.*

1 *b* Contracta Fiducia. Ex † veteri emancipationis ſolemnitate, cujus fit mentio in §. *præterea*. ſup. *Quib. mod. jus patr. poteſt. ſolv. l. fin. C. De emancipatio. lib.* in qua filium emancipandum imaginaria venditione fiduciario emptori pater vendebat, cum hac fiducia, ut illi revenderetur: atque ita ex tertia venditione, ac revenditione ſervus patris factus ab eodem manumittebatur, paterque, velut patronus, jura patronatus conſequebatur, & jure manumiſſionis ab inteſtato ſuccedebat. ſupr. §. *præterea*. & ibi Theoph. *Quib. mod. jus patr. pot. ſolv.* & infr. *De ſucceſſ. lib.* Cajus *Inſtit. lib. 1. tit.* 6. Cujacius *Obſervat. lib. 8. cap. 23. l. 1. §. 1. Si à paren. manu.*

c Constitutione. *L. final. C. De emancipat. libero. §. præterea.* ſupr. *Quib. mod. jus patr. poteſt.*

d Fiducia Fieri. Cùm enim tota ſolemnitas emancipationis, in qua contrahebatur fiducia, ſit ſublata, neceſſe fuit patri, qui fiduciam amplius contrahere nequibat, aliter provideri, & eam fingi ineſſe, ſicut ſtipulatio à lege fingitur, *l. unic.* in princ. *C. De rei uxor. act.*

DE SENATVSCONSVLTO TERTYLLIANO.

Titulus Tertius.

1. *Continuatio Tituli.*

1 CUm † dictum ſit, patrem quoque inter agnatos ſuccedere, conſequens eſt, & de ſucceſſione matris, ac parentum maternorum ſubjicere. Hi porrò quando, & quomodo ad hæreditatem liberorum admittantur, hoc Titulo exponitur.

TRes autem ſunt præcipuæ partes hujus Tituli.
1. Qualiter ſuccedat mater filio jure antiquo, §. 1. & 2.
2. Qualiter jure novo Imperatoris, §. 3. & 4.
3. Quibus liberis ſuccedat, §. ultim.

§. 1. Lex duodecim Tabularum.

LEx duodecim Tabularum ita ſtricto jure utebatur *a*, & præponebat maſculorum progeniem: & eos, qui per fœminini ſexus neceſſitudinem ſibi junguntur, adeò expellebat, ut ne quidem inter matrem, & filium, filiamve ultrò, citròque *b* hæreditatis capiendæ jus daret: niſi quòd prætores *c* ex proximitate *d* cognatorum eas perſonas ad ſucceſſionem, bonorum poſſeſſione, *Vnde cognati*, accommodata, vocabant. Sed hæ juris *e* anguſtiæ poſteà emendatæ ſunt. Et primus quidem Divus Claudius *f* matri ad ſolatium liberorum amiſſorum *g*, legitimam eorum detulit hæreditatem *h*. Poſteà autem Senatuſconſulto Tertylliano *i*, quod Divi Adriani k temporibus factum eſt, pleniſſimè *l* de triſti ſucceſſione matri, non etiam aviæ *m* defe-

deferenda cautum eſt : ut ingenua trium liberorum jus habens, libertina quatuor *n*, ad bona filiorum, filiarumve admittatur inteſtato mortuorum *o*, licet in poteſtate parentis ſit *p* : ut ſcilicet, cùm alieno juri ſubjecta eſt *q*, juſſu ejus adeat hæreditatem *r*, cujus juri ſubjecta eſt *ſ*.

1. *Matrum, & liberorum ex Leg. 12. Tabul. ſucceſſio.*
2. *Proximitas inter matrem, & filios arctiſſima.*
3. *Matrem nubendo patria poteſtate non liberari.*
4. *In hæreditate aditionem ab omnibus, qui in poteſtate non ſunt, requiri.*

a VTEBATUR. Ulpianus *titul.* 26.

b ULTRO, CITROQUE.
1 Nam † fœmina, quæ neminem in ſua familia habet deſcendentem, §. *fœmina*. 10. ſup. *De Adopt.* ſcilicet cùm ſit caput, & finis ſuæ familiæ, *l. pronunciatio*. 195. §. *fin. De verb. ſign.* meritò ſuos hæredes non habebat. *l. nulla*. 13. *De ſuis, & leg.* Sed nec filii huic erant agnati, cùm in patris, non in matris familia naſcerentur. Quare nec jure ſuorum, neque jure agnatorum matri ſuccedebant, & conſequenter nec jure cognatorum, cùm horum nulla eſſet ex lege duodecim Tabularum ſucceſſio. inf. *De ſucceſſ. cognat.* in princ. Itaque matribus ex lege duodecim Tabularum aut proximus agnatus illius familiæ, in qua ipſa nata erat, ſuccedebat, ſup. *De legit. agn. ſucceſſ.* in princ. aut, ſi in manum viri conveniſſet, maritus. Nam coemptione inter conjuges facta, alter alteri ſuus hæres efficiebatur, ut oſtendit Ulp. *in frag. tit.* 22. §. *ſui hæredes, & tit.* 29. in princ. Gell. *lib.* 3. *c.* 2. *& lib.* 18. *c.* 6. Boet. *in Top.* Servius in *lib.* 7. *Æneid.* Multò verò minus mater ex lege duodecim Tabul. ſuccedere liberis poterat : cùm nec ſuus hæres, nec cognata illis, utpotè paternam ſequentibus familiam, eſſet.

c PRÆTORES. Qui ſucceſſionem cognatorum introduxerant, inf. *De ſucceſſ.* in princ.

2 *d* PROXIMITATE. Quæ † certè natura inter matrem, & filios eſt arctiſſima. Unde in honorem ſanguinis id meritò inductum eſt, ob cujus conjunctionem ad propria penè bona ſic admitti videntur, *l.* 1. §. *largius*. *De ſucceſſ. edict.* Similis ratio traditur in *l. jure*. 7. *De jur. dot.*

e JURIS. Prætorii, addit Cont.

f DIVUS CLAUDIUS. Sveton. *in ejus vita, cap.* 19.

g AMISSORUM. Ex lege : nam Principis conſtitutio nova lex eſt, ex qua legitima debetur hæreditas, *l.* 1. *&* 3. *De pet. hær.*

h HÆREDITATEM. Sicut contrà liberis maternam hæreditatem oratio Antonini detulit. Ulpianus *titul.* 26. infr. *De Senatuſconſult. Orphitian.* in princ.

i S. C. TERTYLLIANO. *L.* 2. *& tot tit. Ad Senatuſconſult. Tertyllian.* Vide Ulpianum *titul.* 26.

k DIVI ADRIANI. Divum Pium intelligi vult Cujacius, qui ab Adriano adoptatus, ejus quoque nomen retinuit, quem hujus rei auctorem facit Zonaras.

l PLENISSIMA. Vide Paulum *lib.* 4. *titul.* 9.

m AVIÆ. Tantùm enim primo gradui, hoc eſt matri, Senatuſconſulto deferebatur ſucceſſio, non ulterioris gradus aſcendentibus : quod correctum eſt *Novell.* 118. Mater jure Saxonum excludit ſorores, & fratres, *Landr. lib.* 1. *art.* 17. ubi tamen patri poſtponitur, ſed non ſervatur, *part.* 3. *conſtit.* 17.

n QUATUOR. Vel natura, quòd tres, quatuorve peperiſſet, vel ex beneficio principis. Vide Paul. *lib. Sent.* 4. *tit.* 9.

o MORTUORUM. Etiam ex teſtamento τὸ νόμιμον μέρος dedit, auctore Zonara : unde hodie aſcendentibus legitima debetur. *Novell.* 115. ſup. *De inoff. teſtam.*

p PARENTIS SIT. Ipſa † ſcilicet mater (ut 3
ſequentia declarant) quæ nubendo patria poteſtate non liberatur, *l. ſi uxorem*. 5. *C. De cond. inſer. l.* 2. §. 1. *ff. Solut. matr. l. ſi ut proponis*. 7. *C. De nuptiis. l. filiæ*. 12. *C. De collat.* Nam ſi filius, cujus de hæreditate agitur, in poteſtate patris, aut avi fuiſſet, is jure peculii bona occuparet, & excluderet matrem, ac reliquos omnes. Vide *ff. De caſtrenſi peculio*, & ſuprà *Per quas perſonas nobis acquiratur*.

q SUBJECTA EST. Hinc intelligi poteſt, hìc agi de matre, quæ in poteſtate ſit.

r HÆREDITATEM. Sicuti † juſſus ejuſ- 4
modi in adeunda hæreditate requiritur, *l. ſi quis*. 6. *De acquirend. hæred.* Vide *l. ultim. C. De bon. quæ lib.* & hinc nota, etiam parentes, & omnes, qui non ſunt in poteſtate, ut extraneos, aditione opus habere, §. *cæteri*. ſup. *De hæred. qual.*

ſ SUBJECTA EST. Non ut ſerva, ſed ut filiafamilias : nam de ſervorum ſucceſſionibus hìc non agitur, ſed inf. *tit. De ſerv. cognat.*

§. 2. Præferuntur autem.

PRæferuntur autem matri liberi defuncti *a*, qui ſui ſunt, quive ſuorum loco ſunt, ſive primi gradus *b*, ſive ulterioris *c*. Sed & filiæ ſuæ *d* mortuæ filius, vel filia præponitur ex conſtitutionibus matri defunctæ, ideſt, aviæ ſuæ. Pater verò utriuſque *e*, non etiam avus, & proavus *f* matri anteponitur *g*, ſcilicet cùm inter eos ſolos *h* de hæreditate agitur. Frater autem conſanguineus *i* tàm filii, quàm filiæ *k* excludebat *l* matrem: ſoror autem conſanguinea pariter cum matre admittebatur *m*. Sed ſi fuerant frater, & ſoror conſanguinei, & mater liberis onerata: frater quidem matrem excludebat, communis autem erat hæreditas ex æquis partibus fratribus, & ſororibus.

1. Liberi relicti à filio, matrem à ſucceſſione excludunt: & num. 2. ſecùs in avo, & proavo. num. 3. & ſororem unà cum matre in ſucceſſionem filii admitti. num. 4.

DEclaratio S.C. Tertylliani: quando ſcilicet ex eo mater ad ſucceſſionem admittatur, & quinam illi præferantur.

a DEFUNCTI. Filii ſcilicet,
1 † ut ſequentia oſtendunt: nam hic habet ſuos hæredes, non filia, aut fœmina, ut paulò antè dictum eſt.

b PRIMI GRADUS. Videlicet filii.

2 *c* SIVE ULTERIORIS. † Scilicet nepotes, pronepotes, & deinceps. *l. 2. §. liberi. ff. eod.* nam hi omnes liberorum appellatione veniunt, *l. liberorum. 220. De verb. ſignif.* quibus potiùs, ut deſcendentibus, quàm matri aſcendenti debetur parentum hæreditas, *l. cum ratio. 7. De bon. damnat. l. nam etſi. 15. De inoffic. teſtam.*

d SED ET FILIAE SUAE. Hinc apparet. ſuperiora capienda eſſe de filio defuncto, qui ſolus hæredes ſuos relinquit.

e UTRIUSQUE. Tàm filii, quàm filiæ, emancipatorum ſcilicet, *l. 2. §. objicitur. ff. eod.* nam quando patris in poteſtate manentes decedunt, non relinquunt ſucceſſionem, aut hæredes: ſed jure peculii, & poteſtatis, ea pater occupat, *l. 1. & 2. & tot. titul. De caſtrenſ. pecul. §. 1.* ſuprà *Quibus non eſt permiſſ. fac. teſtament.*

f ET PROAVUS. Ut † enim S.C. aviam prætermittit, ſic avum, & proavum præ matre repellit, *d. l. 2. §. objicitur.* 3

g MATRI ANTEPONITUR. Ex hoc S.C. Cujacius *Novell.* 118. & jure contractæ in emancipatione fiduciæ. *§. fin.* ſup. *tit. 1.* Sed jure noviſſimo mater pariter cum patre admittitur. Auth. *Defuncto. C. eod.*

h EOS SOLOS. Patrem ſcilicet, & matrem, vel inter hanc, & avum, proavum, &c. ut interpretatur hìc Theoph. nam, ſi quidem alii concurrant, ut deſcendentes, ſervatur, quod ſuprà eſt poſitum: ſin collaterales, ea, quæ ſequuntur, obtinent.

i CONSANGUINEUS. Vel natura, vel lege adoptionis, *l. ſi quis. 7. ff. eod.*

k QUAM FILIAE, De cujus ſucceſſione agitur.

l EXCLUDEBAT. Potiore † igitur jure erat, quàm ſoror, quæ non præibat matri, ſed cum ea concurrebat, ut ſequitur. 4

m ADMITTEBATUR. *L. 2. §. ſi ſit conſanguinea. ff. eod.* I. C. oſtendit id S. C. Tertylliano cautum fuiſſe, *l. in ſucceſſione. 9. C. De legit. hered.*

§. 3. Sed nos conſtitutione.

SEd nos conſtitutione *a*, quam in Codice noſtro nomine decorato poſuimus, matri ſubveniendum eſſe exiſtimavimus, reſpicientes ad naturam, & puerperium, & periculum, & ſæpè mortem ex hoc caſu matribus illatam. Ideòque impium eſſe credidimus, caſum fortuitum in ejus admitti detrimentum. Si enim ingenua ter, vel liberti-

na

na quater non peperit : immeritò defraudabatur ſucceſſione ſuorum liberorum . Quid enim peccavit *b* , ſi non plures , ſed paucos peperit ? Et dedimus jus legitimum plenum matribus , ſive ingenuis , ſive libertinis , & ſi non ter enixæ fuerint , vel quater , ſed eum tantùm , vel eam , qui , quæve morte intercepti ſunt , ut ſic vocentur ad liberorum ſuorum legitimam ſucceſſionem *c* . Sed cùm anteà conſtitutiones *d* jura legitimæ ſucceſſionis perſcrutantes , partim matrem adjuvabant *e* , partim eam prægravabant *f* , nec in ſolidum eam vocabant , ſed in quibuſdam caſibus *g* tertiam ei partem abſtrahentes *h* , certis legitimis dabant perſonis , in aliis *i* autem contrarium faciebant *k* : nobis viſum eſt *l* , recta , & ſimplici via matrem omnibus perſonis legitimis anteponi , & ſine ulla diminutione *m* filiorum ſuorum ſucceſſionem accipere *n* , excepta fratris , & ſororis *o* perſona , ſive conſanguinei *p* ſint , ſive ſola cognationis jura habentes *q* : ut, quemadmodum eam toti alii ordini legitimo præpoſuimus , ita omnes fratres , & ſorores , ſive legitimi *r* ſint , ſive non *ſ* , ad capiendas hæreditates *t* ſimul vocemus: ita tamen , ut ſi quidem ſolæ ſorores agnatæ , vel cognatæ , & mater defuncti , vel defunctæ ſuperſint , dimidiam quidem mater , alteram verò dimidiam partem omnes ſorores habeant *u* . Si verò matre ſuperſtite , & fratre , vel fratribus ſolis , vel etiam cum ſororibus , ſive legitima , ſive ſola cognationis jura habentibus , inteſtatus quis , vel inteſtata moriatur: in capita diſtribuatur ejus hæreditas *x* .

1. *Mulierem ob ſterilitatem non coarguendam.*

2. *Matris cum liberis ex conſtitutione ſucceſſio.*

EMendatio hac in parte juris veteris, & S.C. Tertylliani à Juſtiniano ſacta, *l. ult. C. eod. l. 2. C. De jure libero.*

a Constitutione. *L. 2. C. De jure lib. l. ult. C. hoc tit.*

b Peccavit. Cùm † per
1 eam non ſteterit , quæ ſobolis procreaodæ cauſa ſe viro conjunxit , oec puerperii dolores, aut educationis difficultates reformidavit.

c Successionem. Ob honorem ſanguinis , ut dicitur io *l. 1. §. largius . De ſucceſſ. edict. l. 2. C. De jur. lib. l. ult. C. hoc tit.*

d Constitutiones. Conſtantini , in *l. 1. & 2. De legit. hered.* in *Cod. Theodoſ. lib. 5.*

e Adjuvabant. Dando illis legitimam ſucceſſionem, quam lex 12. Tab. ſolis agnatis, excluſa matre, tribuebat.

f Praegravabant. Adimendo trientem , quem fratribus , & agnatis in ſolatium ademptæ ſucceſſionis deſerebant , ut ſequitur *l. 1. 2. 3. C. Theodoſ. De legit. hæred.*

g Quibusdam Casibus. Cùm habebat jus trium liberorum.

h Abstrahentes. Vide ſupr. *§. final. De hæred. quæ ab inteſtat. & De legit. hær.* in *Cod. Theodoſ.*

i In Aliis. Caſibus: ſcilicet cùm mater non erat trium liberorum parens.

k Contrarium Faciebant. Ut matri tantùm trientem concederent , reliquam hæreditatem deſerrent agnatis . Theoph. hic . Vide in *d. Cod. Theodoſ.*

l Visum Est. *L. ultim. C. Ad S. C. Tertyll.*

m Diminutione. Trientis ſcilicet.

n Accipere. *L. ult. C. De jur. lib.*

o Et Sororis. Sive ex utroque latere conjuncti ſint , ſive taotùm ex uno , ut ſequitur.

p Consanguinei. A patre juncti , qui ex Senatuſconſulto reliquis etiam agnatis præſtabaot.

q Habentes. Hoc ampliùs eſt in Juſtiniani cooſtitutione : nam S. C. taotùm conſanguineos, illa etiam uterioos fratres reliquis agnatis præfert, & cum matre ſuccedere jubet , *l. ultim. C. Ad S.C. Tertyll.*

r Legitimi. Agnati conſaoguinei , ex patre conjuncti.

ſ Sive Non. Sed agnati tantùm , & uterini.

t Haereditates. Ex lege noſtra nova , ut jam omnes legitimi indifferenter ſint , & hæredes fiant , *d. l. ult. C. Ad S.C. Tertyll.*

u Habeant. Solis itaque ſororibus extaotibus mater totum ſemiſſem , ſorores alterum capiunt : & ſic io ſtirpes ſucceditur , *d. l. ult. C. Ad S. C. Tertyll.*

x Ejus

2 *x* Ejus Haereditas. Si fratres † aut ſoli, aut unà cum ſororibus extent, pro portionibus virilibus, & in capita inter matrem, & liberos dividitur hæreditas, *d. l. ult. C. Ad S. C. Tertyll.* Itaque matrem cum liberis admiſit Juſtinianus, quæ S. C. à fratribus, & ſororibus priùs excludebatur, & tamen prærogativam dedit maſculis, ut his extantibus plenior eſſet liberorum ſucceſſio, deficientibus verò illis non eſſet ſororum eadem cauſa. Sed hoc poſtmodum quoque ſuſtulit, juſſitque ſine ullo ſexus diſcrimine, fratres, & ſorores defuncti, unà cum aſcendentibus, nedum patre, & matre, ſed etiam avo, avia, &c. in viriles portiones, & capita ſuccedere. Authent. *Ee cum ſolis.* Auth. *Defuncto. C. Ad S. C. Tertyll. §. conſequens.* in Auth. *De hared. ab inteſtat. Nov.* 118.

§. 4. Sed quemadmodum.

SEd quemadmodum nos matribus proſpeximus, ita eas oportet ſuæ ſoboli conſulere *a*, ſcituris eis, quòd ſi tutores liberis non petierint, vel in locum remoti, vel excuſati, intra annum petere neglexerint *b*: ab eorum impuberum morientium *c* ſucceſſione meritò repellentur.

1. Ex quibus cauſis mater à ſucceſſione liberorum repellatur, & in quibus liberis locum habeat, num. 2.

LImitatio ſuperiorum, ut procedant, quando mater debitum officium liberis in petendis tutoribus præſtitit, non etiam ſi neglectu liberorum ſucceſſione indignam ſeſe reddidit.

a Consulere. Nota officium parentum.

1 *b* Neglexerint. † *L. 2. §. ſi mater. ff. eod.* ubi Juriſconſultus totum hoc luculenter exponit: ac idem fortè erit, ſi non curaverit alimenta, in infirmitate deſeruerit, &c. *l. 3. De his quibus ut indig. §. ſi quis.* in Auth *Ut cum de app. cog. Nov.* 115. *l. 3. l. ſororem.* 20. *C. De his quibus ut indig.* quemadmodum & conjuges lucrum hæreditarium, ex his cauſis amittunt, *l. ſi ab hoſtibus.* 11. §. 1. ubi Gloſſ. ad verb. *lucrifacere.* & Jaſ. *num.* 4. & 7. *ff. Solut. matr.* Boer. *deciſ.* 144. in fine. item & patroni *l. cum patronum.* 10. cum leg. ſeq. *De jure patron.* Jaſ. in *l. in arenam.* 11. *num.* 1. *C. De inoff. teſtam.* Obſtat tamen in contrarium, quòd cauſæ ingratitudinis valeant tantùm in exhæredatione, non etiam ab inteſtato. Jaſ. in *d. l. in arenam. num.* 1. per illum text. & *l. omnimodo.* 30. *eod. tit.* item quòd odia conveniat reſtringi, *c. Odia.* 15. *De reg. jur.* in 6. Sed excipe cauſas lege ſic expreſſas, ut etiam ab inteſtato valere debeant, cujuſmodi eſt iſta: quæ procul dubio vim habet ab inteſtato, cùm hoc de ſolo argumento Juſtinianus hîc agat.

c Impuberum Morientium. Nam † ſecus, ſi deceſſerit pubes, cùm vitium, & neglectio nulla ſuperſit, ubi per ætatem pupillarem tutela expiravit: quare nec tutores amplius peti poſſunt, *l. 3. C. eod.* nec, qui filio puberi curatorem non petiit, à ſucceſſione excluditur. *l. 2. §. 5. & 29. ff. Qui petant tutor. l. 6. Cod. eod.* quoniam pubes ſibi curatorem petere debet. *l. 2. §. ſi mater. ff. hoc tit.* Ex quo apparet, hoc jus ad cauſas ingratitudinis non eſſe trahendum. 2

§. 5. Licet autem vulgo,

LIcet autem vulgo quæſitus ſit filius, filiave, poteſt tamen ad bona ejus mater *a* ex Tertylliano Senatuſconſulto admitti *b*.

AMpliatio, qua ad ſporiorum ſucceſſionem S. C. Tertyllianum extenditur.

a Mater. Quia cognata, & naturalis mater, *l. ſi ſpurius.* 4. *ff. Unde cognat.* Vide Cujac. *Obſer. lib.* 5. *cap.* 6.

b Admitti. *L.* 2. in prin. *ff. eod.*

DE SENATVSCONSVLTO ORPHITIANO,

Titulus Quartus.

1. *Continuatio, & argumentum Tituli.*

1 IN † ſuperiore titulo traditum eſt, qua ratione ex S. C. Tertylliano mater liberis ſuccedat: nunc vice verſa, quomodo liberi ex S. C. Orphitiano defunctæ matri hęredes fiant, ſubjicitur.

Dividitur hic Titulus in 2. partes.
1. De diſpoſitione Senatus Conſulti Orphitiani §. 1. & 3. hoc tit.
2. Communia, & differentiæ inter S. C. Tertyl. & Orphit. & legem 12. Tab. in ſucceſſione deferenda §. 2. & ult.

§. 1. Per contrarium autem.

PEr contrarium autem fit, ut liberi ad bona matrum inteſtatarum admittantur ex Senatuſconſulto Orphitiano, quod Orphitio *a*, & Ruſo conſulibus effectum eſt, divi Marci temporibus *b*: & data eſt tam filio, quàm filiæ *c* legitima hæreditas *d*, etiamſi alieno juri *e* ſubjecti ſint: & præferuntur conſanguineis, & agnatis defunctæ matris *f*. Sed cùm ex hoc Senatuſconſulto *g* nepotes, & neptes ad aviæ ſucceſſionem legitimo jure non vocarentur: poſtea hoc conſtitutionibus principalibus *h*. emendatum eſt, ut ad ſimilitudinem filiorum, filiarumque & nepotes, & neptes vocentur *i*.

1. *S. C. Orphitianum à quo factum: & quo tempore Orphitius Conſul fuerit.*
2. *Senatus, ut legem facit, ita & hæredem, non tamen Suum.*
3. *Bona materna olim à filiofamilias patri acquirebantur: hodie ſecus.*
4. *Filiorum, & filiarum appellatione nepotes propriè non contineri: aliud in S. C. Orphitiano. num. 5.*

1 *a* ORPHITIO. Unde † nomen habet. Sub Marco Aelio Antonino philoſopho, & ejus filio Commodo numerantur hi Coſſ. Cornelius Scipio Orphitius, & Velius Ruſus. Lamprid. *in Commodo.* Onuphr. *in Faſtis.*

b D. MARCI TEMPORIBUS. Cujus oratione ad conſilium Senatus id relatum fuit, *l. 1. & l. pen. ff. eod.* Caſſiodorus in *lib. De Coſſ.*

c QUAM FILIAE. Civibus tamen Romanis. Paulus *lib. 4. tit. 10.*

2 *d* LEGITIMA HAEREDITAS. Ut † hæredes fiant matri ex lege, *l. 1. & 2. De ſet. hæred.* nam Senatus legem facit, *l. non ambigitur. 8. De legib.* & conſequenter etiam hæredes, *d. l. 1. & 2.* non tamen ſuos, cùm id ſit ex leg. 12. unde aditione opus habent. Paulus *lib. 4. tit. 10.*

3 *e* ALIENO JURI. In † poteſtate patris conſtituti, cui olim hæc bona quærebantur, *l. qui in aliena. 6. De acq. hær.* ſed ex conſtitutione Conſtantini ſubinde liberorum propria manſerunt, *l. 1. C. De bon. mat. & Cod. Juſtin. De ſuis & leg. l. ſi defunctus. 9.*

f DEFUNCTAE MATRIS. Sive ingenuæ, ſive libertinæ, *d. l. 1. & tot. tit. ff. eod.*

g SENATUSCONSULTO. Quod † tantùm de filiis, & filiabus diſertè diſponebat, quorum appellatione nepotes, & liberi propriè non comprehenduntur, §. *fin.* ſupr. *De his qui teſtam. tut. da.* Vide in *l. filii. 84. De verb. ſign.* 4

h PRINCIPALIBUS. Valent. Theodoſ. Arcad. *l. ſi defunctus. 4.* cum aliis. *C. Theodoſ. De legit. hæred.* & *Cod. Juſtinian. De ſuis, & legit. l. ſi defunctus. 9.*

i VOCENTUR. Olim cum detractione quadam, quia in partem vocabantur agnati, *d. l. ſi defunctus. 4. De leg. hær.* in *C. Theodoſ.* ſed hodie ex aſſe: ut hìc, & in Auth. *De hær. ab inteſt.* §. 1. ſeu c. 1. *Nov.* 118. ut † jam hac in parte etiam filiorum appellatione nepotes, & liberi veniant, *l. filii. 84. De verb. ſignif.* 5

§. 2. Scien-

Digitized by Google

§. 2. Sciendum autem eſt.

SCiendum autem eſt, hujuſmodi ſucceſſiones, quæ ex Tertylliano, & Orphitiano Senatuſconſultis deferuntur, capitis diminutione *a* non perimi: propter illam regulam, qua novæ hæreditates *b* legitima capitis diminutione non pereunt *c*: ſed illæ ſolæ, quæ ex lege duodecim Tabularum *d* deferuntur.

1. *Succeſſionem ex S. C. Orphitiano, minima capitis diminutione non perimi.*

AMpliatio, quòd hæc ſucceſſio capitis minutione non minuatur.

a CAPITIS DIMINUTIONE. Hoc
1 † eſt, emancipatione, & minima capitis diminutione: ſecus enim fit, ſi maxima, aut media interveniat, *l.* 1. §. *capitis. ff. eod.* ut ſi ex S. C. Claudiano filia ſerva fiat. Paul. *lib.* 4. *tit.* 10.

b NOVAE HAEREDITATES. Quæ ex novis legibus poſt 12. Tab. latis deferuntur. *l.* 1. & 2. *ff. De pet. her.*

c NON PEREUNT. *D. l.* 1. §. *capitis. l. tutelas.* 7. *ff. De cap. dimin. l. capitis.* 11. *De ſuis & legit.*

d DUODECIM TABULARUM. *D. l. tutelas.* 7.

§. 3. Noviſſimè ſciendum eſt.

NOviſſimè ſciendum eſt, etiam illos liberos, qui vulgò quæſiti *a* ſunt, ad matris *b* hæreditatem *c* ex hoc Senatuſconſulto admitti *d*.

1. *Vulgò quæſitos matri ex hoc S. C. ſuccedere: ſecus in patre.*
2. *An invicem ſpurii, & legitimi ex matre ſucceſſionem habeant, remiſſivè.*

SUbjicitur alia ampliatio, quòd ſpurios Senatuſconſultum etiam admittat.

a VULGO QUAESITI. *L.* 1. §. 2. *ff. eod.*

b AD MATRIS. Cujus conditionem ſequuntur *l. lex naturæ.* 24. *De ſtat. hom.* Paul. *lib.* 4. *tit.* 10. & parentum maternorum. Ang. *num.* 4. hìc.

c HAEREDITATEM. Velut † contrà mater
1 ad eorum hæreditatem admittitur, §. *fin.* ſupr. *tit.* 1. Cæterùm idem jus ſucceſſionis non eſt patri cum liberis naturalibus, nec è diverſo. Vide Ang. Fab. Jaſo. *ad Port.* & DD. hìc. & §. *ult.* ſup. *tit.* 1. Gloſſ. *Landr. lib.* 1. *art.* 51. Pet. Duen. *reg.* 366.

d SENATUSCONSULTO ADMITTI. Etiam cum liberis juſtis, niſi mater ſit illuſtris, *l. pen. C. De S. C. Orph.* Paul. *lib.* 4. *tit.* 10. An † autem 2
invicem fratres ſpurii, & legitimi ex matre, nam cum conſanguineis tantùm nullum jus eſt, ut nec cum patre ipſo, §. 3. infr. *De ſucceſſ. cog.* jus ſucceſſionis habeant: vide apud Jaſonem hìc *in annot. ad Port. l. hac parte. ff. Unde cogn.* Gloſſ. *art.* 51. *Landr. lib.* 1. Matheſ. in *tractat. ſucceſſ.*

§. 4. Si ex pluribus legitimis.

SI ex pluribus legitimis hæredibus quidam amiſerint hæreditatem, vel morte, vel alia cauſa impediti fuerint, quo minus adeant: reliquis, qui adjerint, accreſcit illorum portio: & licet antè deceſſerint, quàm accreſceret *a*, ad hæredes tamen eorum pertinet,

1. *Transmiſſioni quando locus ſit.*

TErtia ampliatio de jure accreſcendi.

a QUAM ACCRESCERET. Poſtquam
1 † ſua tamen ex parte jam adjerant, ut paulò antè dixi: alioqui non tranſmitterent hæreditatem needum aditam, legitimi tranſverſales, *l. quoniam.* 7. *l. cum in antiquioribus* 19. *C. De jure delib.* De quo vide in *l. unic. C. De his qui ante aper. tab.*

DE

DE SVCCESSIONE COGNATORVM,

Titulus Quintus.

1. *Tertius ab inteſtato ſuccedendi ordo, à Prætore introductus, quid cognatio: unde dicta; quæ ejus ſpecies: & diviſio Tituli,*

1 POſt † ſoos hæredes, & legitimos, Prætor tertium ſucceſſionis ordinem, nempe cognatos vocat: qui, utpotè nulla legis conjunctione propinqui, ad hæreditatem, quæ juris civilis eſt, olim non admittebantur. Cognatio porrò cùm abſolutè ponitur, generis locum obtinet, & tàm agnationem, qoàm cognationem complectitur. ſup. in princ. *De legit. agnat. ſucceſſ. l. Juriſconſultus.* 10. §. 1. *De grad. & aff.* idque ex vi, & proprietate nominis. Nam ut Græci *συγγενεῖς* vocant, ita Latini geoeraliter cognatos, qui ab eodem orti ſunt, quaſi uoà, communiterve natos, *l.* 4. §. 1. *De grad. & aff.* & quod commune naſcendi initium habuerint, *l.* 1. *ff. Unde cogn.* ut cognati dicantur, taoqoam cum aliquo nati, *d. l.* 1. Cùm aotem tàm per patrem, quàm per matrem plures ſanguine, & nativitate conjungantur, ſequitur, cognationem in genere utramque coojunctionem complecti, *d. l.* 10. unde Modeſtinus ait in *l. inter.* 5. *ff. Unde legit.* in agnatis & cognatos contineri: hoc eſt, agnationi cognationem quoque ioeſſe, ut, qui agnatus eſt, etiam cognatus ſit. Hoc autem in ſignificatu cognatio hìc non accipitur: non enim de ea hoc loco diſputatur in genere, & abſolutè, ſed relativè: nempè relatione ad alias cognationis ſpecies facta: videlicet ad ſuos, & legitimos, ſeu agnatos: qui & ipſi in genere quidem cognati ſunt, ſed ſpecialiore tamen jure propiùs junguntur. Quando igitur hìc cognatio, & cognatorum jus ſpeciebus reliquis opponitur, ſpecificè etiam id nomen accipiendum eſt. Quo ſenſu rurſum ſumitur biſariam: aliàs de iis, qui per fœminas conjunguntur, §. 3. *hoc tit. l.* 4. *Unde cognati. d. l. Juriſc.* 10. §. 1. & 2. *hoc tit:* quos & proximos vocant: *d.* §. 2. aliàs in genere de omnibus, qui naturali cognatione, ſive per mares, ſive per fœminas cognati ſunt, §. 1, verſ. *qua parte. hoc tit.* quo ſigoificatu comprehenduntur etiam ſui, & legitimi, qui emancipatione, aut alio modo, jus agnatorum civile amiſerunt: eòque tantùm cognationis nexu naturali conjuncti manent, & ad ſucceſſionem aſpirare poſſunt, *l.* 1. *ff. Unde legit.* §. *admonendi.* ſup. *De her. quæ ab inteſt.* De his in §. 1. & 2. De illis, io 2, & 3. & uſque ad finem tit. tractatur.

DIviſio duabus partibus conſtat.
1. Quinam Cognatorum ordine à Prætore ad ſucceſſionem vocentur, §. 1. & 3. hoc tit.
2. Uſque ad quem gradum ſucceſſio deferatur §. ult.

§. 1. Poſt ſuos hæredes,

POſt ſuos hæredes, eoſque, quos inter ſuos hæredes Prætor, & conſtitutiones *a* vocant, & poſt legitimos *b* (quorum numero ſunt agnati, & hi, quos in locum agnatorum tam ſupradicta Senatuſconſulta *c*, quàm noſtra erexit conſtitutio *d*) proximos cognatos Prætor vocat: qua parte naturalis cognatio *e* ſpectatur *f*. Nam agnati capite diminuti *g*, quique ex his progeniti ſunt *h*, ex lege duodecim tabularum inter legitimos non habentur *i*: ſed à prætore tertio ordine k vocantur *l*, exceptis ſolis tantummodò fratre, & ſorore emancipatis, non etiam liberis eorum *m*: quos lex Anaſtaſiana *n* cum fratribus integri juris *o* conſtitutis, vocat quidem ad legitimam fratris *p* hæreditatem, ſive ſororis: non æquis tamen partibus, ſed cum aliqua diminutione *q*, quam facile eſt ex ipſius conſtitutionis *r*

verbis colligere. Aliis verò agnatis inferioris gradus, licet capitis diminutionem paſſi non ſint, tamen anteponit eos *ſ* & proculdubio cognatis *t*.

1. *Minima capitis diminutio ſucceſſionem tantùm civilem, major quamcunque adimit. & num. 2.*
3. *Cognationem emancipatione non tolli.*
4. *Integri juris filii qui hic dicantur.*

DE ſucceſſione agnatorum emancipatorum, qui pro cognatis habentur.

a Et Constitutiones. De quibus in §. 1. & ſequent. *De hereedit. quæ ab inteſtato*, ſuprà, *De legit. agnat. ſucceſſ.*

b Legitimos. Suprà *De legit. agnat. ſucceſſ.*

c Senatusconsulto. Suprà *De Senatuſconſ. Tertyll. & Orphi. l. 2. & l. 3. ff. Unde legit.*

d Constitutio. *L. pen. C. De legit. hæred.*

e Naturalis Cognatio. Non agnatio civilis.

f Spectatur. *L. 1. & l. 5. ff. Unde cognati.* Hodie legitima ſucceſſio videri poteſt, diſcrimine agnationis, & cognationis hac in parte ſublato, *§. nullam.* ſive *c. 4. De hered. ab inteſt. venient. Nov.* 118.

1 *g* Capite Diminuti. Minima † capitis minutione: puta emancipatione: *l. 3.* in verb. *capitis diminutione, quæ per adoptionem, &c. l. 5. Unde cognat. l. 1. Unde leg.* Ulp. *tit.* 26. Legitimæ enim hæreditatis jus, quod ex Leg. 12. Tab. deſcendit, capitis diminutione, videlicet minima, amittitur, *l. capitis.* 11. *De ſuis & legit.* Nam major minutio ſpem omnis ſucceſſionis adimit, *l. 1. C. De hæred. inſtit.*

h Progeniti Sunt. Sequuntur enim patris ſui familiam.

2 *i* Non Habentur. Quia † jus familiæ, & conſequenter ſucceſſionis legitimæ capitis diminutione, ſeu emancipatione perit, *l. 3. l. 5. Unde cogn. l. capitis.* 11. *De ſuis & legit. l. tutelas.* 7. *De cap. minut. l. 1. Unde legit.* Cic. *in Top. Qui capite diminuti ſunt, gentiles eſſe deſinunt.*

k Tertio Ordine. Poſt ſuos, & legitimos: quorum illi in primo, hi in ſecundo ſunt ab inteſtato ſucceſſionis ordine. Hodie ſublata agnationis, & cognationis differentia, aliter hi ordines habentur: nam primus eſt deſcendentium, ſecundus aſcendentium, tertius collateralium. in Authent. *De hæred. ab inteſt.*

l Vocantur. Ut cognati: nam † cognatio agnationi ineſt, *l. 5. ff. Unde legit.* nec, cùm ſit naturalis, actu civili emancipationis tollitur. *l. jura ſanguinis.* 8. *De reg. jur.* 3

m Liberi Eorum. Hos lex Anaſtaſiana non agnoſcebat pro legitimis. Hodie filias fratrum æquè ut fratres lex Juſtiniani admittit. *l. ult. C. De leg. hæred.*

n Anastasiana. Quæ non extat: ejus tamen fit mentio in *l. ult. C. De leg. hæred. l. 4. C. De leg. tut.*

o Integri Juris. Hoc eſt, in † familia conſtitutis, & ſuis: qui, ut paulò poſt ſequitur, capitis diminutionem in vita patris paſſi non ſunt, & ideo integri juris eſſe perhibentur. 4

p Fratris. Sive integri, ſive emancipati: ut innuit *d. l. ult.* in verb. *ſive omnes ſui, ſive emancipati, &c.* quemadmodum & ob eandem proximitatem, conſanguineas ſorores cum maribus fratribus admitti, ſæpè repetitum eſt.

q Diminutione. Ita ut dimidiam illius, quod integri accipiebant, capere eis liceret. *l. 4. C. De leg. tut. d. l. ult.*

r Constitutionis. Quam in prima Codicis editione (poſtquam Inſtitutiones compoſitæ ſunt) extitiſſe, & deinceps in emendatione ejuſdem ſubſtituta, *d. l. ult.* factoque novo ea de re jure, diſpunctam eſſe, conſentaneum eſt.

ſ Eos. Fratrem videlicet, & ſororem emancipatos, *d. l. ult. d. l. 4.*

t Cognatis. Ex regula: *Si vinco vincentem te, multò magis te, l. de acceſſionibus.* 14. *De divers. & temp. præſcript.* Gloſſ. in *l. aſſiduis.* 12. verb. licet. *C. Qui pot. in pig.*

§. 2. Eos etiam, qui.

EOs etiam, qui per fœminini ſexus perſonas ex tranſverſo cognatione junguntur, tertio gradu *a* proximitatis *b* nomine Prætor ad ſucceſſionem vocat. Liberi quoque, qui in adoptiva familia ſunt, ad naturalium parentum *c* hæreditatem hoc eodem gradu vocantur.

1. *Proximitatis verbum propriè cognationem denotat.*
2. *Adoptione cognationem non tolli.*

DE ſucceſſione cognatorum.

a Tertio Gradu. Quo ſuperiores cognatos, videlicet poſt ſuos, & legitimos, *l. 1. & 2. ff. Unde cognat.*

b Proximitatis. Id eſt, cognationis, *§. pen. & ult.* in fin. *hoc tit. l. 3. & l. 4. ff. Unde cogn. l. 8. De ſuis & legit.* Ac † propriè proximitatis nomine deſignatur cognatio per ſexum fœmininum inducta: ut hìc, & *l. 5. C. De legit. hær. §. ult.* inſr. *eod. §. 1. & 2.* ſupr. *De leg. agn. ſucceſſ.* quia in hac ſola proximitas ſpectatur: & quà 1

quiſ.

quiſque gradu proximior eſt, eò jure habetur potior: quod in aliis ordinibus interdum ſecus eſt.

2 *c* NATURALIUM PARENTUM. Quorum † fuerunt in poteſtate, & familia: in qua licèt non amplius jus agnationis (utpote per adoptionem in aliam familiam traducti) habeant: tamen jus cognationis retinent: quod cùm ſit ſanguinis, & naturæ, tolli per actum legitimum non poteſt. *l.* 1. §. 3. *ff. Unde cognat.* Cæterùm hodie non obtinent hæc in adoptione, quæ jus familiæ non amplius diſſolvit, ſed tantùm in arrogatione. *l. pen. C. De adop.* ſicuti ad *tit. De hæred. quæ ab inteſt.* dictum eſt.

§. 3. Vulgò quæſitos.

VUlgò quæſitos, nullos habere agnatos *a* manifeſtum eſt: cùm agnatio à patre ſit, cognatio à matre *b*. Hi autem nullum patrem habere intelliguntur *c*. Eadem ratione ne inter ſe quidem poſſunt videri conſanguinei *d* eſſe: quia conſanguinitatis jus ſpecies eſt agnationis *e*. Tantùm ergò cognati ſunt ſibi invicem ſicut ex matre cognati *f*. Itaque omnibus iſtis ex ea parte competit bonorum poſſeſſio, qua proximitatis *g* nomine cognati vocantur *h*.

1. Vulgò quæſitos jus agnationis non habere, nec mutuò ſibi ſuccedere. num. 2. & 3. cognatos autem eſſe. num. 4. fallit. num. 5.

DE tertio genere cognatorum, qui extra nuptias ex concubinatu, vel meretricia conſuetudine conjunguntur: deque horum ſucceſſione.

1 *a* AGNATOS. † *L.* 4. *ff. Unde cognat.* qui textus de ſpuriis loquitur: ſed idem de naturalibus, & extra conjugium ſuſceptis judicandum eſt. Ang. & DD. hìc, & in §. *penult.* ſupr. *De S. C. Orphit.* etiamſi patrem demonſtrare poſſint. Latè Forſter. in *tract. De hæred. quæ ab inteſt. lib.* 1. circa finem.

b A MATRE. Nota differentiam inter agnationem, & cognationem ſpecificè ſumptam.

c INTELLIGUNTUR. *L. vulgò.* 23. *De ſtatu hom.* Paria nimirum ſunt, non habere patrem, vel habere incertum, aut non jure habere. *d. l. vulgò.* vbi Gloſſ. & DD.

2 *d* CONSANGUINEI. Multò † minus ergò conjunguntur agnatis patris, vel hi ipſis: nec mutuum ideo inter hos eſt jus ſuccedendi. §. *ult.* in Auth. *Quib. mod. natur. effic. ſui.* Angel. Fab. Joan. de plat. hìc Forſt. *De hæred. quæ ab inteſt. lib.* 1. in fin. & *lib.* 4. circa finem.

3 *e* AGNATIONIS. Pertinet † enim ad eos tantùm, qui in ejuſdem ſunt poteſtate patris, & emancipatione ſolvitur, velut & agnatio, totumque jus civile familiæ. Cujac. *Obſer. lib.* 6. *cap.* 17. Minus tamen latè patet: cùm agnatio univerſos à patre conjunctos, conſanguinitas tantùm fratres, & ſorores complectatur, §. 1. ſupr. *De leg. agn. ſucceſſ.* Eſt igitur ſpecies quædam agnationis.

f EX MATRE COGNATI. Quare † cum maternis propinquis etiam liberis legitimis jura ſucceſſionum habent, Angel. Joan. de plat. & DD. hìc. *d.* §. *final.* in Auth. *Quib. mod. nat. effic. ſui.* etiamſi mater fuerit illuſtris. Vide Angel. & DD. hìc. Forſter. in *tract. De hæred. quæ ab inteſt. lib.* 1. in fin. & *lib.* 4. circa finem. Schurer. in *cod. tract. fol.* 215. 4

Quod † verum eſt in naturalibus, & ſpuriis, de quibus textus loquitur: ſecus in conceptis ex adulterio, aut alio damnato coitu. Nam his nec cum aliis legitimis, vel inceſtuoſis, neque inter ſe cognationis, vel ſucceſſionis jus eſt. Angel. in §. *noviſſimè. num.* 4. & 6. ſupr. *De Senatuſconſ. Orphit.* & hìc, *num.* 1. 5

g PROXIMITATIS. Nota proximitatis nomine vocari, nihil aliud eſſe, quàm ut cognatum admitti ex tertio ordine, *Unde cognati*, atque ita nomen ipſum quoque cujuſque rei jus in libris noſtris ſignificare. *l.* 4. *C. De ſer.* §. *eſt & aliud.* 3. ſupr. *De donat.*

h VOCANTUR. *L.* 2. *ff. Unde cognati.*

§. 4. Hoc loco & illud.

HOc loco & illud neceſſariò admonendi ſumus, agnationis quidem jure admitti aliquem ad hæreditatem, etſi decimo gradu *a* ſit: ſive ex lege duodecim tabularum quæramus *b*, ſive de edicto, quo prætor legitimis hæredibus daturum ſe bonorum poſſeſſionem pollicetur. Pro-

ximitatis verò nomine iis ſolis prætor promittit bonorum poſſeſſionem, qui uſque ad ſextum *c* gradum cognationis ſunt, & ex ſeptimo, à ſobrino, ſobrinaque *d* nati, natæve *e*.

1. *Infinitas in ſucceſſione vitanda.*
2. *Cognatos, ſexto: agnatos ulteriore gradu ſuccedere: & ratio.*
3. *Deſcendentes à ſobrino, ſobrinave ſeptimo gradu admittuntur: & quid hodie obtineat, num. 4.*

DEterminatio eorum, quæ de ſucceſſione collateralium hactenus ſunt expoſita, ad quotum uſque videlicet gradum ſuccedant.

1 *a* Decimo Gradu. Et † non ulteriore. Gloſſ. Ang. Fab. Plate. & DD. hìc latè Tiraq. *De retract. prox.* §. 1. Gloſſ. 9. *num.* 23. Infinitas enim vitanda eſt: potiùſque vir, & uxor, ut conjunctiores, ſunt admittendi. *l.* 1. *C. Unde vir & uxor*. Contrà tamen diſputari poſſit, nec pauci aliter opinantur: ſed hoc communiter receptum eſt.

b Quaeramus. De ſucceſſione civili.

2 *c* Sextum. Incluſivè †. Paul. *lib.* 4. *tit.* 11. *l.* 1. §. 2. *l. pen. ff. Unde cog.* Cognati enim tantùm natura ſuccedunt: quæ non patitur, aut certè vix patitur ultra eum gradum vitam cognatorum conſiſtere. *l.* 4. in princ. *De grad. & affin.* Agnati verò non natura, ſed jure civitatis, & familiæ ſuccedunt: ut in iis ea ratio ad excluſionem non ſufficiat.

d Sobrinaque. Hi enim ſunt gradu ſexto. *l.* 13. *ff. De gradibus.* §. *ſexto.* 5. infr. *tit. ſeq.*

3 *e* Nati, Nataeve. Hi † ſoli ex ſeptimo gradu admittuntur: cùm quia velut deſcendentes ſunt, quibus potiùs hereditas debetur, quàm collateralibus: tum quoniam frequentiùs natura (quam in hac ſucceſſione conſiderari diximus, *d. l.* 4.) evenit, ut hi ſuperſtites ſint, quàm alii ejuſdem gradus ex patruis, & patruelibus. Quare horum reſpectu ad ſeptimum gradum incluſivè, Paulus ſucceſſionem cognatorum extendit. *lib.* 4. *tit.* 11. Succeſſionis inquit, idcircò, gradus ſeptem conſtituti ſunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri, nec vita ſuccedentibus prorogari poteſt. Sed † hodie ſublato agnationis, & cognationis diſcrimine, cùm ut legitimi ex Novella 118. *De hered. ab inteſt.* ſuccedant, liquet indiſtinctè omnes ad decimum gradum admitti, æquè ut agnatos. Gloſſ. ult. Angel. Jaſon *ad Porc.* & communiter DD. hìc. Ac verò crediderim, etiam ultra decimum gradum in infinitum admittendos, cùm textus nullam limitationem, aut definitionem graduum addat: idque ſit favorabile. Cur enim propinqui etiam remotioris gradus non potiùs admittantur: quàm fiſcus alioqui ſucceſſurus? *l.* 1. in fin. *C. Unde vir & uxor*. cum ſimil. Et hoc ſanè jus Sax. probat, *art.* 19. ubi Gloſſ. latina *lib.* 1. vide ſuprà *De feud. in OEcono. lib.* 1. *tit.* 4. & in regnis, ac regalibus dignitatibus, abſque dubio receptum eſt. *Landr.* Bald. & DD. *cap.* 1. *De feud. Mar.* Jacob. de S. Georg. in *Inveſt.* verb. *quid ſi rex. num.* 6. Tiraq. præal. loc. *num.* 23. Clar. *De feud. quæſt.* 79. *num.* 3. ubi quidem de in feudum ſucceſſione dicit textus eſſe contrarios: nam §. *& quia. De his qui feu. dar. poſſ.* tantùm ad ſeptimum gradum admittit agnatos, ſed *cap.* 1. §. 1. *De nat. ſucceſſ. feud.* in infinitum: verùm ille de collateralibus, hic de iis, qui ſunt ex deſcendentibus primi acquirentis, eſt accipiendos. Schurff. *conſ.* 66. *cent.* 1. 4

DE GRADIBUS COGNATIONIS:

Titulus Sextus.

1 NOn additur, *affinitatis*: & in *ff. Titul.* inſcriptus eſt, *De gradibus* (ſcilicet cognatorum) & *affinibus*, non autem, ut aliqui Codices vulgares legunt in d. Pand. *affinitatis*: nulli namq; ſunt gradus affinitatis reipſa. *l.* 4. §. *gradus.* 5. *ff. eod.* ſed nomine tantùm, ſeu abuſivè *l. ult.* in princ. *ff. eod.* Unaquæq; enim generatio, vel ſucceſſio gradum efficit, qui etiam vocatur generatio. *Deut.* 23. verſ. 2. 3. Affines autem alii ex aliis nequaquam gignuntur, ſed matrimonio fiunt: ex his porrò nati, ut ex genero, nuru, &c. non tàm affines ſunt, ſed cognati. Sequitur igitur, nullos affinitatis eſſe gradus, licet jure Pontificio hujus quoq; gradus ad ſimilitudinem cognationis numerentur. Extr. *De conſang. & affinitat.* reſpectu ſcilicet prohibitionis matrimonii. *l.* 4. *C. De nupt.* qua de re ibi agitur. Nam in hac ſucceſſionum materia, de affinium conjunctione diſputare, prorſus nihil attinet, cùm ex affinitate nullum ſuccedendi jus exiſtat. *l. affinitatis.* 7. *C. Comm. de ſucceſſ.*

1. *Argu-*

1. *Argumentum Tituli: gradus unde dicti, quid, quomode jure Civili, & Canonico conſiderentur: & eorum diſtinctio per lineas, num. 2. 3. 4. 5. & 6.*

1 NUnc † ad argumentum *tit.* accedamus. Cùm paulò antè oſtenſum ſit, agnatos ad decimum, cognatos ad ſextum, vel ſeptimum uſque gradum ſuccedere, neceſſarium fuit ſubjungere, quoto quique ex his gradu ſint: ut inde conſtare poſſit, qui quibus in ſucceſſione præferantur, *l. ult.*
2 *ff. eod.* Gradus † autem dicti ſunt *μεταφορικῶς*, ad ſimilitudinem ſcalarum, locorumve proclivium, quos per gradus ita ingredimur, ut à proximo in proximum, hoc eſt, eum, qui ex illo quaſi naſci-
3 tur, tranſeamus. *d. l. ult. §. gradus*. Eſt igitur † gradus, de proximo in proximum agnatum tranſitus, & quot ſunt tranſitus in remotiorem, tot ſunt
4 gradus jure civili: quod † tantùm hæreditatum cauſa gradus conſiderat: eòque in ſingulis perſonis (ut quæ hæreditatis ſingulæ ſint capaces) gradum conſtituit. Jure † Pontificio quod, gradus con- 5
jugiorum cauſa, in quibus duæ perſonæ conjunguntur, computat, aliter ſe res habet: ut ſuprà *ad Titul. De nupti.* declaratum eſt. Licet enim quoad contrahendum matrimonium, & cæteros actus ſpirituales gradus affinitatum computentur ex jure Canonico, tamen quoad ſucceſſiones ex jure civili. Menoch. *conſil.* 16. *num.* 25. Porrò † 6
gradus hi per tres lineas, ſeu ordines ducuntur: una linea eſt aſcendentium, videlicet parentum, altera deſcendentium, videlicet liberorum, & harum utraque directa, tertia tranſverſalis collateralium, puta fratrum, & qui ex his deſcendunt.

ANte tituli diviſionem noto Urcſembecium hujus operis Auctorem conjungere & §. *illud certum* §. *repetitis* & ſeq. cum titulo De gradibus, & unum tantùm titulum conſtituere exemplo aliorum Antiquorum: verùm recentiores Codices novum agnoſcunt titulum inſcriptum DE SERVILI COGNATIONE. Quare ego ob materiæ diverſitatem in *d.* §. *illud certum* cum ſeq. contentam, duos Titulos admitto, & duas diviſiones hic ſubjicio.

DE GRADIBUS COGNATIONUM.

DUabus partibus triumphat titulus.
1. De ordine graduum §. 1. 2. 3. 4. & 5. hoc tit.
2. De eorundem computatione, §. 6. hoc tit.

DE SERVILI COGNATIONE.

DUæ inſpectiones.
1. An ratione ſervilis Cognationis deferatur ſucceſſio. §. *illud certum*.
2. Epitome ſucceſſionum ab inteſtato, tum ſuorum, §. *repetitis*, tum Agnatorum, & Cognatorum §. *amotis*.

§. I. Hoc loco neceſſarium.

HOc loco neceſſarium eſt exponere, quemadmodum gradus cognationis *a* numerentur. Quare imprimis admonendi ſumus, cognationem aliam ſupra numerari, aliam infra, aliam ex tranſverſo, quæ etiam à latere dicitur *b*. Superior cognatio eſt parentum, inferior liberorum. Ex tranſverſo *c* fratrum, ſororumve, & eorum, qui, quæve ex his generantur, & convenienter patrui, amitæ, avunculi, materteræ *d*. Et ſuperior quidem, & inferior cognatio à primo gradu incipit *e*: at ea, quæ ex tranſverſo numeratur, à ſecundo *f*.

1. *Pater & filius fons cognationis: unde meritò primum gradum obtinent, & num. 2.*

a COGNATIONIS. In genere hìc pro ſubjecta materia accipe, quæ tàm agnatos, quàm cognatos complectitur.

b A LATERE DICITUR. *L.* 1. cum legib. ſeq. *l. ult. ff. eod.* Vide Paul. *lib.* 4. *tit.* 11.

c EX TRANSVERSO. Non collocat fratrem ad dextram, ſororem ad ſiniſtram, ut vulgares ſtemmatographi: ſed unum tantùm collateralium latus facit tranſverſum.

d MATERTERAE. Nam & hi fratres ſunt parentum, & iis, qui ex fratribus nati ſunt, ex latere junguntur.

1 *e* INCIPIT. *L. 1. ff. eod.* Pater enim, & filius fons ſunt omnis cognationis. Primo igitur gradu ſuprà ſunt parentes, infrà liberi.

2 *f* A SECUNDO. † *L. 1. §. 1. ff. eod.* Nam, cùm pater, & filius primum conſtituant gradum, neceſſe eſt reliquos quaqua verſum eſſe in gradu remotiore: cùm ſingulæ perſonæ ſingulos gradus faciant. Ut igitur nepos ex filio procreatus in ſecundo eſt gradu, ita & frater natus ex patre: nam per latus patris, ad fratrem, alteram perſonam, tranſitus faciendus, eòque alter quoque gradus conſtituendus eſt.

§. 2. Primo gradu eſt ſuprà.

PRimo gradu eſt ſuprà, pater, mater: infrà, filius, filia. Secundo *a* ſuprà, avus, avia: infrà, nepos, neptis: ex tranverſo, frater, ſoror *b*. Tertio ſuprà, proavus, proavia: infrà, pronepos, proneptis: ex tranſverſo, fratris, ſororiſq; filius, filia, convenienter patruus, amita, avunculus, matertera. Patruus eſt frater patris: qui Græce πατρῷος *c* vocatur. Avunculus eſt frater matris, qui apud Græcos proprie μητρῷος *d* appellatur, & uterq; promiſcuè θεῖος dicitur. Amita eſt patris ſoror, quæ Græcè πατραδέλφη appellatur. Matertera verò matris ſoror, utraq; θεῖα, vel apud quoſdam τιθὶς *e* appellatur.

1. *Frater ſecundo gradu jure Civili numeratur, jure Canonico primo: & quid de fratribus unius vinculi, num. 2. item quid jure Saxonum obtineat. num. 3.*

DE iis, qui ſuprà infràque in primo, ſecundo, & tertio ſunt gradu.

a SECUNDO. Fit enim tranſitus in perſonam remotiorem, eòque ſecundus gradus conſtituitur, atque ita conſequenter.

1 *b* FRATER, SOROR. Quia † patris, & matris perſona, per quam conjunguntur, prior numeratur. *l. Juriſc. 10. eod.* Jure Canon. quod ſtipitem tantùm matrimonii cauſa conſiderat, frater eſt in primo gradu. *c. Ad ſedem. 2. cauſa. 35. q. 5.* Nam hoc gradu diſtat à patre: at quot gradibus pares, in linea æquali à ſtipite diſtant, totidem inter ſe hoc jure differunt.
2 Sed † minus id habet dubii in fratribus utrinque conjunctis. at in uterinis, vel conſanguineis plus dubitatur? cùm in ſucceſſione ab utrinque conjunctis excludantur. Authen. *Poſt fratres. C. De leg. her.* Authent. *Itaque. C. Comm. de ſucceſſ.* Sed ut ſe habeat illa ſucceſſionis prærogativa, verius eſt non idcircò tamen gradum jure civili mutari, ut nec jure Canonico in matrimonialibus: quare & poſt fratres, eorumque filios, nulla ejus diſtinctionis habetur ratio. Caſtr. in *d.* Authent. *Poſt fratres.* & dixi ſup. *De leg. agnat. ſucceſſ.* §. 1. Sed
jure Saxonum † frater uterinus, aut conſangui- 3
neus in ulteriore, nempe tertio gradu eſt, eòque & in infinitum hæc differentia extenditur, & durat: quoad ſcilicet ſucceſſionem: nam in conjugiis, nec moribus quidem noſtris, id mutationem in computatione graduum facit.

c ΠΑΤΡΩ͂ΟΣ. Sic veteres Codices habent & Theoph. non πατραδελφὸς, ut vulgò.

d ΜΗΤΡΩ͂ΟΣ. Ita vet. & Theoph. non μητραδελφὸς.

e ΤΙΘΙ`Σ. Hoc additur rectè ex Theoph. & manuſcriptis.

§. 3. Quarto gradu ſuprà.

QVarto gradu ſuprà, abavus, abavia: infrà, abnepos, abneptis: ex tranſverſo, fratris, ſororiſque nepos, neptiſve: & convenienter patruus magnus, amita magna: id eſt, avi frater, & ſoror: item avunculus magnus, & matertera magna: id eſt, aviæ frater, & ſoror: item conſobrinus, conſobrina, id eſt, qui, quæve ex ſororibus, aut fratribus procreantur *a*. Sed quidam rectè conſobrinos eos propriè dici putant, qui ex duabus ſororibus generantur, quaſi conſororinos: eos verò, qui ex duobus fratribus progenerantur, propriè fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filiæ naſcuntur, ſorores patrueles appellari *b*. At eos, qui ex fratre, & ſorore progenerantur, amitinos propriè dici putant. Itaque amitæ *c* tuæ filii conſobrinum te appellant, tu illos amitinos.

1. Con-

1. *Conſobrini qui dicantur, qui matrueles, & patrueles. num. 2.*

QUinam in quarto ſint gradu.

a PROCREANTUR. De his vide Paul. *lib.* 4. *tit.* 11. & ibi Cujac.

1 *b* APPELLARI. Donat. † in Terent. Cùm de fratre natus eſt alter, & alter ex ſorore, conſobrini: eùm ex fratribus, patrueles dicuntur. Promiſcuè tamen conſobrini nominantur fratrum, ſororumque liberi. Vide Cujac. hîc.

c AMITAE. Materteræ † verò filius matrue- 2
lis, ſicuti patrui patruelis, appellari videtur in *l.* 1. *ff. De parricid.*

§. 4. Quinto gradu ſuprà.

QVinto gradu ſuprà, adavus, adavia: infrà, adnepos, adneptis: ex tranſverſo, fratris, ſororiſque pronepos, proneptis, & convenienter propatruus, proamita, id eſt, proavi frater, & ſoror, & proavunculus, & promatertera, id eſt, proaviæ frater, & ſoror: item fratris patruelis, vel ſororis patruelis, conſobrini, & conſobrinæ, amitini, & amitinæ filius, filia: propior ſobrino, propior ſobrina *a*. Hi ſunt patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia.

1. *Emendata hujus §. lectio.*

DE quinto gradu.

2 *a* PROPIOR SOBRINA. Sic † legitur in manuſcriptis, & in *l.* 1. in fine. *ff. eod.* non *propius ſobrina &c.* Et ita receptum eſt conſobrinorum filios appellari, relatione ad ſobrinos facta, qui ſunt in gradu ſexto, ut ſequitur, & propriè ſobrini vocantur. *l.* 3. *ff. eod.* quibus hi uno gradu ſunt propiores. Feſtus *lib.* 14. Propius ſobrino mihi eſt conſobrini mei filius, & patris mei conſobrinus.

§. 5. Sexto gradu ſunt ſuprà.

SExto gradu ſunt ſuprà, tritavus, tritavia: infrà, trinepos, trineptis: ex tranſverſo, fratris, ſororiſque abnepos, abneptis: & convenienter abpatruus, abamita, id eſt, abavi frater, & ſoror: abavunculus, abmatertera, id eſt, abavi frater & ſoror. Item fratris patruelis, ſororis patruelis, conſobrini, conſobrinæ, amitini, amitinæ, nepos, neptis. Item propatrui, proamitæ, proavunculi, promaterteræ filius, filia *a*. Item ſobrini, ſobrinæ, id eſt, qui, quæve ex fratribus, vel ſororibus patruelibus, vel conſobrinis, vel amitinis progenerantur.

1. *Reſtituta hujus §. lectio.*

DE ſexto gradu: ad quem uſque ſucceſſionum jura in cognatis porrigi ſuprà diximus.

1 *a* FILIUS, FILIA. Hîc † habent vulg. Cod. *Item propius ſobrino, ſobrinave, filius, filia*, quod Ant. Auguſt. *lib.* 2. *cap.* 5. dicit eſſe diſpungendum. Cont. ex *l.* 1. *ff. eod.* ita legit: *Item proprioris ſobrini, ſobrinæve filius, filia, id eſt, ſobrini, ſobrinæque.* Item qui, quæque ex fratribus, vel ſororibus patruelibus, vel conſobrinis, vel amitinis, nepotes, neptesve progenerantur.

§. 6. Ha-

§. 6. Hactenus oſtendiſſe.

HActenus oſtendiſſe ſufficiat *a*, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palàm eſt intelligere, quemadmodum ulteriores quoque gradus numerare debeamus: quippè ſemper generata perſona gradum adjicit *b*, ut longè facilius ſit reſpondere, quoto quiſque gradu ſit: quam propria cognationis appellatione quemquam denotare. Agnationis quoque gradus eodem modo numerantur. Sed cùm magis veritas oculata fide, quàm per aures animis hominum inſigatur, ideo neceſſarium duximus, poſt narrationem graduum, eos etiam præſenti libro inſcribi, quatenus poſſint & auribus, & oculorum inſpectione adoleſcentes perfectiſſimam graduum doctrinam adipiſci *c*.

1. *Graduum computationem ſucceſſionum cauſa eſſe inſtitutam.*

1 DE ulteriore graduum computatione.

a SUFFICIAT. Cùm † ulteriores non admittantur ad ſucceſſiones, quarum cauſa graduum computatio eſt inſtituta.

b ADJICIAT. Nota rationem computandi gradus.

c ADIPISCI. In quibuſdam manuſcriptis libris aliquantulum hìc vacuæ membranæ relictum eſt, ad graduum, ut eſt veriſimile, deſcriptionem: in nullo tamen exemplari, quod quidem viderim, aut audierim, deſcriptio illa extat; quod & Fab. teſtatur, Contius.

§. 7. Illud certum eſt.

ILlud certum *a* eſt, ad ſerviles cognationes illam partem edicti, qua proximitatis nomine bonorum poſſeſſio permittitur, non pertinere: nam nec ulla antiqua lege talis cognatio computabatur. Sed noſtra conſtitutione *b*, quam pro jure patronatus fecimus (quod jus uſque ad noſtra tempora ſatis obſcurum, atque nube plenum, & undique confuſum fuerat) & hoc humanitate ſuggerente conceſſimus: ut, ſi quis in ſervili conſtitutus conſortio, liberum, vel liberos habuerit, ſive ex libera, ſive ex ſervilis conditionis muliere, vel contrà, ſerva mulier ex libero, vel ſervo habuerit liberos cujuſcunque ſexus, & ad libertatem his *c* pervenientibus, ii, qui ex ſervili ventre nati ſunt, libertatem meruerint, vel dum mulieres liberæ erant, ipſi *d* in ſervitute eos habuerint, & poſteà ad libertatem pervenerint, ut hi omnes ad ſucceſſionem patris, vel matris veniant, patronatus jure in hac parte ſopito. Hos enim liberos non ſolùm in ſuorum parentum ſucceſſionem, ſed etiam alterum in alterius ſucceſſionem mutuam vocavimus: ex illa lege ſpecialiter eos vocantes, ſive ſoli inveniantur, qui in ſervitute nati, & poſtea manumiſſi ſunt: ſive una cum aliis, qui poſt libertatem parentum concepti ſunt, ſive ex eodem patre, & eadem matre, ſive ex aliis nuptiis ad ſimilitudinem eorum, qui ex juſtis nuptiis procreati ſunt *e*.

1. *Hoc*

1. *Hunc non eſſe novum titulum, ſed partem ſuperioris: & emendata hujus loci lectio, in* *verſ.* Hos enim. *num.* 2.

1 SErmo eſt de ſervili cognatione.

a Illud Certum. In † veteribus Codicib. & apud Theoph. non eſt hic novus titulus, ſed ſuperioris pars: & rectè, ut apparet ex §. *pen.* & *ult. hoc tit.*

b Constitutione. Græca de jure patronatus, quæ non extat.

c His. Parentibus eorum libertorum.

d Ipsi, Patres ſcilicet.

e Procreati Sunt. Cujacius † locum ait admodum eſſe depravatum: & ita legendum: *ſive ex eodem patre, vel eadem matre, ſive aliis qualicunque copulatione nati ſint, ad ſimilitudinem &c.* 2

§. 8. Repetitis itaque.

REpetitis itaque omnibus quæ jam tradidimus, apparet, non ſemper eos, qui parem gradum cognationis obtinent, pariter vocari: eòque amplius, ne eum quidem, qui proximior ſit cognatus, ſemper potiorem eſſe; cùm enim prima cauſa ſit ſuorum hæredum, & eorum, quos inter ſuos hæredes enumeravimus: apparet, pronepotem, vel abnepotem defuncti potiorem eſſe, quàm fratrem, aut patrem, matremque defuncti *a*: cùm alioqui pater quidem, & mater (ut ſuprà quoque tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater verò ſecundum, pronepos autem tertio gradu ſit cognationis, & abnepos quarto. Nec intereſt, in poteſtate morientis fuerit, an non, quòd vel emancipatus, vel ex emancipato, aut ex fœmineo ſexu propagatus eſt *b*.

1. *Ex deſcendentibus ſuperſtitibus aſcendentes, & collaterales excludi.*

DE ordine ſucceſſionum, & qui quibus in ſucceſſione præferantur, ac primùm de ſuceeſſione ſuorum.

3 *a* Defuncti. Quandiu † enim ex linea deſcendentium aliquis ſupereſt, excluduntur aſcendentes, & collaterales, *l.* 1. & 2. *De ſuis, & legit* §. 1. in Anth. *De hered. ab inteſt. Nov.* 118.

b Propagatus Est. Utpote ſublato inter mares, & fœminas, ſuos, & emancipatos, diſcrimine: de quo dictum eſt ad *tit. De hered. quæ ab inteſt.*

§. 9. Amotis quoque ſuis.

AMotis quoque ſuis hæredibus, quoſque inter ſuos hæredes vocari diximus, agnatus, qui integrum jus habet agnationis, etiamſi longiſſimo gradu ſit, plerunque potior habetur, quàm proximior cognatus. Nam patrui nepos, vel pronepos avunculo, vel matarteræ præfertur. Toties igitur dicimus aut potiorem haberi eum, qui proximiorem *a* gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos, qui cognati ſunt: quoties neque ſuorum hæredum, quique inter ſuos hęredes ſunt, neque agnationis jure aliquis præferri debeat, ſecundum ea, quæ tradidimus: exceptis fratre, & ſorore emancipatis, qui ad ſucceſſionem fratrum, vel ſororum vocantur: qui etſi capite diminuti ſunt, tamen præferuntur cæteris ulterioris gradus agnatis.

1. Cur

1. *Cur proximitas ad cognatos propriè referatur.*

1 DE ordine ſucceſſionis agnatorum, & cognatorum.

a PROXIMIOREM. Hinc † apparet, cur proximitatis appellatio potiſſimùm ad cognatos referatur: ut ſupr. ad §. 2. *De ſucceſſ. cogn.* diximus.

DE SVCCESSIONE LIBERTORVM.

Titulus Septimus.

* QUam ſcilicet aliis reliquit. Paulò pòſt bona liberti appellat. Capitur hìc ſucceſſio paſſivè, qua ipſi liberto ſucceditur: aliter in ſuperioribus titul. ut *De legi. agn. ſucceſſ. De ſucceſſ. cog.* pro ea ſcilicet, quam agnati, cognatique non tàm patiuntur, quàm capiunt.

1. *Continuatio, & diſpoſitio Tituli.*

1 POſtquam † expoſitum eſt de ingenuorum ſucceſſione, ſequens fuit dicere, quemadmodum libertis ſuccedatur. Nam de ſervis in hac parte monere nihil attinet: cùm hi nullam hæreditatem, ſed quicquid habent tam in vita, quàm in morte, domino acquirant, & relinquant. ſup. *Per quas perſonas.* in princip. Ac primùm quomodo ex lege 12. Tabul. libertis ſuccedatur, traditur in §. 1. deinde quemadmodum jure Prætorio, in §. 2. poſteà quo pacto ex Lege Papia, in §. 3. deinceps qua ratione novo jure, & ex Juſtiniani Conſtitutione, uſque ad finem. Ex quo liquet, quatuor ſubinde diverſa de hac ſucceſſione jura fuiſſe prodita.

TItulus in duas partes dividitur.
1. De ſucceſſione Patroni in bonis liberti, §. 1. 2. 3. 4. 5.
2. Quibus libertis ſuccedat, §. ult.

§. 1. Nunc de libertorum bonis.

NVnc de libertorum bonis videamus. Olim *a* itaq; licebat liberto patronum ſuum *b* impunè teſtamento præterire. Nam ita demum lex duodecim tabularum ad hæreditatem liberti vocabat patronum, ſi inteſtatus mortuus eſſet libertus, nullo ſuo hærede relicto *c*. Itaque inteſtato quoque mortuo liberto, ſi is ſuum hæredem reliquiſſet, patrono nihil in bonis ejus juris erat. Et ſi quidem ex naturalibus liberis aliquem ſuum hæredem reliquiſſet, nulla videbatur querela *d*: ſi verò adoptivus filius fuiſſet, apertè iniquum erat, nihil juris patrono ſupereſſe *e*.

1. *Vaſal-*

Digitized by Google

1. *Vaſſallus adoptando liberos, ſpem ſucceſſionis domino, aut agnatis intervertere non poteſt.*

a OLim Itaque. Lege 12. Tab. *Uti quiſque legaſſit, &c. l. 3. De ſuis & legit. l. verbis.* 120. *De verb. ſignif.*

b Patronum Suum. Probare debet ſe patronum, ſi negetur. *l. ſi duo.* 13. *De jurejurand.*

c Relicto. *D. l.* 3. Ulp. *ti.* 27. 29. Paul. *li.* 3 *tit.* 2.

d Querela. Erat utrumque tolerabile. Theoph. *Ad quem enim potiùs parentum hereditas pertineat, quàm ad liberos? l. ſcripto.* 7. *ff. Si tab. teſt. extab. Unde lib. l. ſin. De bon. dam.* cum ſimil.

e Superesse. Quia † non natura, ſed facto 1
penè fraudulento ſucceſſio ei auferebatur, cootra regulam *l. non debet.* 75. *De reg. jur.* qua etiam hodie ratione oec vaſſallus adoptando liberos, ſpem ſucceſſionis domino, aot agnatis intervertere poteſt, *c.* 1. *§. ſi adoptivus. Si de feud. defunct.*

§. 2. Qua de cauſa.

QVa de cauſa poſteà Prætoris edicto hæc juris iniquitas *a* emendata eſt: ſive enim faciebat teſtamentum libertus, jubebatur ita teſtari, ut patrono partem dimidiam bonorum ſuorum relinqueret: &, ſi aut nihil, aut minus parte dimidia *b* reliquerat, dabatur patrono contra tabulas teſtamenti partis dimidiæ bonorum poſſeſſio *c*: ſive inteſtatus moriebatur, ſuo hærede relicto filio adoptivo *d*, dabatur æquè patrono contra hunc ſuum hæredem, partis dimidiæ bonorum poſſeſſio *e*. Prodeſſe autem liberto ſolebant ad excludendum patronum naturales liberi, non ſolùm quos in poteſtate mortis tempore habebat, ſed etiam emancipàti, & in adoptionem dati; ſi modò ex aliqua parte ſcripti hæredes erant, aut præteriti contra tabulas, bonorum poſſeſſionem ex edicto petierant. Nam exhæredati nullo modo repellebant patronum.

QUomodo ex jure Prætorio libertis ſoccedatur.

a Juris Iniquitas. Debetur enim illis portio. *l. ſi duo.* 13. *De jurejuran.*

b Dimidia. *L.* 3. *§. toties. De bon. lib.*

c Bonorum Possessio. *L.* 1. *De bon. lib.* Ulp. *tit.* 29.

d Adoptivo. Secus, ſi naturali, ut paulò pòſt ſequitur.

e Bonorum Possessio. §. 3. inf. *De bonor. poſſeſſ.* non querela, quia non eſt legitimus, niſi ab inteſtato, hæres.

§. 3. Poſteà verò lege Papia.

POſteà verò lege Papia audacta ſunt jura patronorum, qui locupletiores *a* libertos habebant. Cautum eſt enim, ut ex bõnis ejus, qui ſeſtertium centum millium patrimonium reliquerat, & pauciores, quàm tres liberos habebat *b*, ſive is teſtamento facto, ſive inteſtatus mortuus erat, virilis pars patrono deberetur. Itaque cùm unum filium, filiamve hæredem reliquerat libertus, perinde pars dimidia debebatur patrono, ac ſi is ſine ullo filio, filiave teſtatus *c* deceſſiſſet. Cùm verò duos, duaſve reliquerat hæredes, tertia pars debebatur patrono *d*: ſi tres reliquerat, repellebatur patronus.

1. Emyn-

1. *Emendata hujus §. lectio, in verſ.* Itaque.
2. *Alter patronum liberto, alter parentem, qui ex contracta fiducia admittebatur, olim filio ſucceſſiſſe.*

EXponitur, quomodo ex Lege Papia libertis ſuccedatur.

a LOCUPLETIORES. *L. liberto.26. De bon. lib. l. ult.* qui, ut pòſt interpretatur, ſeſtertium centum patrimonium reliquerant.

b HABEBAT. *D. l. liberto.*

c TESTATUS. Legendum † *teſtatus*, non *inteſtatus*, monet Cujacius: quod & Theophilus oſtendit, & juris ratio exigit, de qua Hottomanus hìc. 1

d PATRONO. Hinc † intelligi poteſt, parentem, qui ex contracta fiducia olim ſuccedebat, non eodem omninò jure, & ordine filii bona cepiſſe, quo patroni libertorum. *§. ult.* ſupr. *De leg. agn. ſucceſſ.* 2

§. 4. Sed noſtra conſtitutio.

SEd noſtra conſtitutio, *a* (quam pro omni natione, Græca lingua compendioſo tractatu habito compoſuimus) ita hujuſmodi cauſam definivit: ut, ſi quidem libertus, vel liberta minores centenariis ſint *b*, id eſt, minus centum *c* aureis habeant ſubſtantiam (ſic enim legis Papiæ ſummam *d* interpretati ſumus, ut pro mille *e* ſeſtertiis unus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum ſucceſſione, ſi tamen teſtamentum fecerint. Sin autem inteſtati deceſſerint, nullo liberorum relicto: tunc patronatus jus (quod erat ex lege duodecim tabularum) integrum reſervavit. Cùm verò majores centenariis ſint, ſi hæredes vel bonorum poſſeſſores liberos habeant, ſive unum, ſive plures, cujuſcunque ſexus, vel gradus; ad eos ſucceſſiones parentum deduximus, patronis omnibus modis unà cum ſua progenie ſemotis. Sin autem ſine liberis deceſſerint, ſi quidem inteſtati, ad omnem hæreditatem patronos, patronaſque vocavimus: ſin verò teſtamentum quidem fecerint, patronos autem, aut patronas præterjerint, cùm nullos liberos haberent, vel habentes eos exhæredaverint, vel mater, ſive avus maternus eos præterjerint *f*, ita quòd non poſſint argui *g* eorum inofficioſa teſtamenta: tunc ex noſtra conſtitutione per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, non dimidiam (ut anteà) ſed tertiam partem bonorum liberti conſequantur: vel quod deeſt eis, ex noſtra conſtitutione repleatur, ſi quando minus tertia parte bonorum ſuorum libertus, vel liberta eis reliquerit: ita ſine onere, ut nec liberis liberti, libertæve ex ea parte legata, vel fideicommiſſa præſtentur, ſed ad cohæredes eorum hoc onus redundet; multis aliis caſibus à nobis in præfata conſtitutione congregatis, quos neceſſarios eſſe ad hujuſmodi diſpoſitionem juris perſpeximus: ut tam patroni, patronæque, quàm liberi eorum, nec non qui ex tranſverſo latere veniunt, uſque ad quintum gradum ad ſucceſſionem libertorum, libertarumve vocentur, ſicut ex ea conſtitutione intelligendum eſt: &, ſi ejuſdem patroni, vel patronæ, vel duorum, vel duarum, pluriumve liberi ſint, qui proximior eſt, ad liberti, ſeu libertæ vocetur ſucceſſionem, & in capita, non in ſtirpes dividatur ſucceſſio: eodem modo & in iis, qui ex tranſverſo latere veniunt, ſervando. Penè enim conſonantia jura ingenuitatis, & libertinitatis in ſucceſſionibus fecimus.

1. *Cen-*

1. Centenarii qui: & reſtituta hujus. §. lectionum. 2. & 3.

QUartum, & novum jus à Juſtiniano ſuper libertorum ſucceſſione inductum.

a Constitutio. Quæ non extat.

b Centenariis Sint. Centenarius † dicebatur, qui cenſus 1
eſſet: cenſebantur autem duntaxat, qui H. S. centum millia, vel amplius poſſiderent: videndus eſt Cujac. *lib.* 19. *Obſer. cap.* 31.

2 *c* Minus Centum. *Mille* † reponendum confirmat Hotomanus.

d Summam. Debita portio vocatur, & pluribus deberi poteſt. *l. ſi duo.* 33. *De jurejurand.*

e Mille. † *Centum* legit Hotom. & ait tranſ- 3
poſita eſſe nomina. Centum enim ſeſtertii aureum valent: quæ centum millia eorum, mille aureos conficiunt.

f Praeterierint. Quorum præteritio pro exhæredatione eſt. *l.* 4. *De bon. poſſ. cont. Tab.* §. *ult.* ſuprà *De exhær. lib.*

g Non Possint Argui. Quod ad effectum attinet, & agentes non poſſint obtinere: verba enim cum effectu ſunt accipienda.

§. 5. Sed hæc de iis libertinis:

SEd hæc de iis libertinis hodie dicenda ſunt, qui in civitatem Romanam pervenerunt *a*: cùm nec ſint alii liberti, ſimul & Dedititiis, & Latinis ſublatis, cùm Latinorum legitimæ ſucceſſiones nullæ penitus erant: quia licet ut liberi vitam ſuam peragebant, attamen ipſo ultimo ſpiritu ſimul animam, atque libertatem amittebant, & quaſi ſervorum bona eorum jure quodammodo peculii ex lege Iunia *b* manumiſſores detinebant. Poſteà verò Senatuſconſulto Largiano cautum fuerat, ut liberi manumiſſoris non nominatim exhæredati facti, extraneis hæredibus eorum in bonis Latinorum præponerentur. Quibus etiam ſupervenit divi Trajani edictum, quod eundem hominem, ſi invito, vel ignorante patrono ad civitatem Romanam venire ex beneficio principis feſtinarat, faciebat quidiem vivum civem Romanum, Latinum verò morientem. Sed noſtra conſtitutione *c* propter hujuſmodi conditionum vices, & alias difficultates, cum ipſis Latinis etiam legem Iuniam, & Senatuſconſultum Largianum, & edictum divi Trajani, in perpetuum deleri cenſuimus: ut omnes liberti civitate Romana fruantur, & mirabili modo quibuſdam adjectionibus *d* ipſas vias, quæ in Latinitatem ducebant, ad civitatem Romanam capiendam tranſpoſuimus.

1. Lex In orbe. 17. ff. De ſtat. hom. *explicata.*

DEclaratio hujus novi juris.

a Pervenerunt. *L.* 1. *C. De dedit. lib.* & *De Lat. lib. tollend.*

b Junia. *Norbana*, ut Codices alii habent, non autem jure hæreditatis. Theoph.

c Constitutione. *L. unic. C. De Latin. liber. tollen.* Unde † apparet, *l. in orbe.* 17. *De ſtat.* 1
hom. tantùm de ingenuis antea fuiſſe intellectam: alioqui hoc novo Juſtiniani beneficio non fuiſſet opus: niſi dicere mavis, à Triboniano, ut alia multa, ita & *d. l. in orbe* eſſe interpolatam.

d Quibusdam Adjectionibus. De quibus videri poteſt Cujac. *Obſ. lib.* 18. *cap.* 21.

Digitized by Google

DE ASSIGNATIONE LIBERTORUM,

Titulus Octavus.

* PErtinet ad ſucceſſionem libertorum & aſſignatio, qua patronus uni ex ſuis liberis libertum aſſignat, ut ad eum ſolum illius redeat hæreditas. *l. 1. ff. eod.*

DIviditur Titulus in tres partes
1. Perſonas continet,
2. Effectum aſſignationis,
3. Qualiter aſſignatio expiret. { *§.* 2. 3.

§. 1. In ſumma quod ad bona.

IN ſumma (quod ad bona libertorum attinet *a*) admonendi ſumus, cenſuiſſe Senatum, ut, quamvis ad omnes patroni liberos, qui ejuſdem gradus ſunt, æqualiter bona libertorum pertineant: tamen liceret parenti, uni ex liberis aſſignare libertum, ut poſt mortem ejus ſolus is patronus habeatur *b*, cui aſſignatus eſt: & cæteri liberi, qui ipſi quoque ad eadem bona, nulla aſſignatione interveniente pariter admitterentur, nihil juris in his bonis habeant: ſed ita demum priſtinum jus recipiant, ſi is, cui aſſignatus eſt, deceſſerit, nullis liberis relictis. Nec tantùm libertum, ſed etiam libertam, & non tantùm filio, nepotive, ſed etiam filiæ, neptive aſſignare permittitur.

1. *Qualiter uni ex liberis aſſignatio fieri poſſit.*

SVbjicitur, quid ſit aſſignatio, & cujus effectus.

a ATTINET. In reliquis igitur videtur jus patronatus eſſe commune, quod æqualiter in liberos tranſit.

1 *b* HABEATUR. Secundum † ſubjectam materiam, & quoad bona: nam penes cæteros durare jus aliquod patronatus, argumento eſt, quod deficiente illo, cui aſſignatio facta eſt, iidem recipiant, quod aſſignatione fuerat interceptum. An ita feudum uni liberorum aſſignare pater queat, vide apud Alexan. *conſil.* 12. *Perſpectis. num.* 3. *lib.* 5. & apud Fichard. *in addition. ad Villalob. lit. P. num.* 36. & *lit. R. num.* 66. Sanè alias res allodiales ſuo arbitratu liberis aſſignare poteſt, *l. ult. l. quoties.* 10. *l. filii* 61. *l. filium.* 24. *C. Fam. her.* etiam legitimam in certa quantitate. *l. ſi quis filium.* 34. verb. *certa quantitas. C. De inoff. teſtam. l. quoniam.* 29. *eod tit.* Guid. Pap. *deciſ.* 487. licet id negare videatur Bart. *l. ſcius.* 4. in fin. princ. *De hered. inſt.* Coraſ. *d. l. filium quem.* 24. *num.* 87. *C. Fam. hercíſ.*

§. 2. Datur autem.

DAtur autem hæc aſſignandi facultas ei, qui duos, pluresve liberos in poteſtate habebit, ut eis, quos in poteſtate habet *a*, aſſignare libertum, libertamve liceat. Vnde quærebatur, ſi eum, cui aſſignavit,

poſteà

poſteà emancipaverit: num evaneſcat aſſignatio? Sed placuit evaneſcere: quod & Iuliano, & aliis pleriſque viſum eſt. Nec intereſt, teſtamento quis aſſignet, an ſine teſtamento: ſed etiam quibuſcunque verbis patronis hoc permittitur facere, ex ipſo Senatuſconſulto, quod Claudianis temporibus factum eſt, Sabellio *b* Ruſo, & Oſterio Scapula conſulibus.

1. Emancipato quomodo aſſignatio fieri poſſit: & emendatio hujus §. lectio. num. 2.

1 QUis quomodo aſſignare poſſit. *a* POTESTATE HABET. Emancipatis † enim nequit fieri aſſignatio, niſi jure conjunctionis: cùm videlicet ſuo, & emancipato libertus copulatè aſſignatur, *l. 9. ff. eod.*

2 *b* SABELLIO. *In* † *Pand.* ad *leg. 1. hujus tit.* legitur *Velleo*; & ibi Dionyſ. Gotophr. Theoph. autem legit *Svillio*, Cujac *Sabellio* legendum monuit: de quo Plin. *lib. 7. cap. 5.* Ant. Auguſt. *lib. 3. Emend. cap. 7.* Dicitur *Oſterio*, ſeu *Oſterio Scapula*; cujus meminit Tacit. *lib. 12.* & 16. in *Agricola*. De quo vide Ruſſardum hic, & *leg. 1. ff. eod.* cum Doctoribus ibi.

DE BONORVM POSSESSIONIBVS,

Titulus Nonus.

1. Continuatio Tituli: quid bonorum poſſeſſio, nu. 2. & Tituli diſpoſitio, nu. 3.

1 EX quatuor † modis acquirendi res per univerſitatem, propoſitis, ſup. in §. *ult. Per quas perſon. nobis acq.* primus, qui ad hæreditates, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, delatas, pertinet, hactenus eſt expoſitus: ſequitur nunc ſecundus ex jure Prætorio, quo bonorum poſſeſſiones, inſtar hæreditatum deferuntur. *l. 1. in princ. C. Si quis ignor. rem minoris eſſe, &c.* unde & nonnunquam vocatur jure honorario debita hæ-
2 reditas. *l. ſi res. 8. C. Ad exhib.* Nam † bonorum poſſeſſio non hic ſignificat nudam poſſeſſionem à dominio abſtractam, ut in *l. naturaliter. 12. §. 1.* & *tot. tit. De acquir. poſſ.* ſed ipſum rerum quaſi dominium, quod ſucceſſione Prætoria per univerſitatem adjicitur: unde definitur eſſe, Jus perſequendi, retinendique patrimonii, ſive rei, quæ cujuſque, cùm moritur, fuit, *l. 3. §. bonorum 2. ff. eod.* De cujus † cauſa efficiente, materia, & 3 fine tractatur in §. 1. de effectu, in §. 2. de ſpeciebus, & earum tranſpoſitione, in § 3. 4. 5. de actionibus, & temporibus, in §. 6. & 7. uſque ad finem Tituli.

PRo Rubricæ captu tres inſpectiones juris ſtudioſus delibabit.
1. Definitionem bonorum poſſeſſionis, quam deſumet ex *l. 3. §. bonorum. 2. ff. eod.*
2. Cauſam efficientem, materiam, & finem bonorum poſſeſſ. ex §. 1. *hujus Tituli.*
3. Effectum. §. 2.
Titulus in duas partes dividetur.
1. Species bonorum poſſeſſionis exhibebit §. 3. 4. & 5. *huj. tit.*
2. Modum petendæ bonorum poſſeſſionis demonſtrabit §. 6. & 7.

§. 1. Ius bonorum poſſeſſionis.

IVs bonorum poſſeſſionis introductum eſt à Prætore *a*, emendandi *b* veteris juris gratia *c*. Nec ſolùm in inteſtatorum hæreditatibus vetus jus eo modo prætor emendavit, ſicut ſuprà dictum eſt; ſed in eorum quoque, qui teſtamento facto deceſſerint *d*. Nam, ſi alienus poſthumus *e* hæres fuerit inſtitutus; quamvis hæreditatem jure civili *f* adire non poterat, cùm inſtitutio non valebat: honorario tamen jure *g* bonorum

Digitized by Google

poſſeſſor efficiebatur, videlicet, cùm à Prætore adjuvabatur. Sed & is à noſtra conſtitutione *h* hodie rectè hæres inſtituitur, quaſi & jure civili non incognitus. Aliquando tamen, neque emendandi *i*, neque impugnandi veteris juris *k*, ſed magis confirmandi *l* gratia Prætor pollicetur bonorum poſſeſſionem. Nam illis quoque, qui rectè teſtamento facto hæredes inſtituti ſunt, dat ſecundum tabulas bonorum poſſeſſionem *m*. Item ab inteſtato ſuos hæredes, & agnatos ad bonorum poſſeſſionem vocat *n*. Sed & remota quoque bonorum poſſeſſione, ad eos pertinet hæreditas jure civili.

1. *Cauſa efficiens bonorum poſſeſſionis, & nu. 6. & 7. finalis. & materialis. nu. 2. & 3.*
4. *Alienus poſthumus, quis.*
5. *Bonorum poſſeſſionem non ex lege 12. Tabularum, ſed ex jure civili deſcendere: & quomodo.*

1 *a* A Praetore. † Cauſa efficiens.

b Emendandi. Nam & qui ſupplet, emendat, *l. ſed cum.* 6. §. 1. *ff. eod.* §. *caeterùm.* 2. verſ. *media.* ſup. *De leg. agnat. ſucceſſ.*

2 *c* Juris Gratia. Cauſa † finalis.

3 *d* Decreverunt. Materia † bonorum poſſeſſionis.

4 *e* Alienus Posthumus. Qui, † ſi natus tempore teſtamenti fuiſſet, ſuus hæres non erat futurus, §. *poſthumo quoque alieno.* 25. ſup. *De legat.* Vide Govea. in *l. Gallus.* 29. in princ. *De liberis, & poſthum.*

5 *f* Jure Civili. Non † Lege 12. Tab. Nam alioqui contra legis prohibitionem, poſſeſſionem ei Prætor dare non poſſet, *l. non eſt.* 12. *ff. eod.* ſed ex interpretatione veterum prudentum, qui 12. Tab. interpretati ſunt: quorum placita jus civile vocantur, *l.* 2. §. *his legibus latis. De orig. jur.* & media Juriſprudentia. *d.* §. *caeterùm.* verſ. *media.* ſup. *De legit. agnat. ſucceſſ.* Etenim lege 12. Tab. cùm expreſſum eſſet, ut quis ſuum poſthumum hæredem inſtituere poſſet, ratiocinati ſunt illi contrà, poſthumi alieni inſtitutionem videri prohibitam, *l. Gallus.* 29. *De lib. & poſthum.*

g Honorario Tamen Jure. *L.* 3. *De bon. poſſ. ſecund. tab.*

h Constitutione. Quæ non extat: illius tamen fit mentio in §. *poſthumo quoque alieno.* 25. ſup. *De legat.* & hic.

i Emendandi. Hoc eſt ſupplendi. *Novell.* 73.

k Veteris Juris. Ut † in bonorum poſſeſſione contra tabulas. Altera cauſa finalis. 6

l Confirmandi. Velut † ex bono, & æquo jus civile interpretans, & idem ſuis edictis, ac executione, decretaque poſſeſſione, quaſi faciliore quadam via ad exitum deducens, atque ita confirmans, &c. Tertia cauſa finalis. 7

m Bonorum Possessionem. *L.* 1. *& tot. tit. De bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.* ex ſententia juris civilis, quæ ratam eſſe vult teſtamentorum auctoritatem, ex leg. 12. Tab. *Uti quiſque legaſſit, &c. l. verbis.* 120. *De verb. ſignif.*

n Vocat. *L.* 1. *&* 2. *De ſuis, & legit. l.* 1. *Unde legit. l. unic. ff. Ut ex leg.* qui, ut ſequitur, etiam abſque poſſeſſionis beneficio jure civili hæreditatem aſſequi poſſunt: quia tamen promptius, & expeditius eſt prætorium beneficium, ideò Prætor adjuvandi, & ad exitum celeriter perducendi juris civilis gratia, & ſcriptis hæredibus, & ab inteſtato proximis, bonorum poſſeſſionem pollicetur.

§. 2. Quos autem.

QVos autem ſolus *a* vocat Prætor ad hæreditatem, hæredes quidem ipſo jure non fiunt: nam Prætor hæredem *b* facere non poteſt. Per legem enim tantùm, vel legi ſimilem juris conſtitutionem hæredes fiunt, veluti per Senatuſconſulta *c*, & conſtitutiones principales *d*: ſed, cùm eis Prætor dat bonorum poſſeſſionem, loco hæredum *e* conſtituuntur, & vocantur bonorum poſſeſſores. Adhuc autem & alios complures gradus Prætor fecit in bonorum poſſeſſionibus dandis, dum id agebat, ne quis ſine ſucceſſore moreretur. Nam anguſtiſſimis finibus conſtitutum, per legem duodecim Tabularum jus percipiendarum hæreditatum *f*, Prætor ex bono, & æquo dilatavit *g*.

1 Præ.

1. *Prætorem hæredem facere non poſſe: & ratio, ibid.*
2. *Prætorum edicta leges non eſſe.*
3. *In ſucceſſionibus jus Civile familiæ tantùm, Prætorium verò & ſanguinis, & naturæ rationem habuit.*

DE effectu poſſeſſionis bonorum.

a SOLUS. Abſque jure civili.

1 *b* HAEREDEM. Hæres † enim dominus ſit familiæ, §. *ult.* ſupr. *De hered. qual.* Prætor familiarum dominus non eſt. Nulli namque magiſtratui ex Lege Valerii Publicolæ, jus eſt in caput, & bona civis Romani, ſed tantùm legi. *l.* 2. *De legib.* quia lex à toto populo fertur, §. *lex*. 6. in ver. *quod populus Romanus*. ſupr. *De jur. nat. gent. l. de quibus*. 32. *De legib.* cujus hæc ſomma in ſe fuit poteſtas, *l.* 1. *De conſtit. princ.* §. *ſed & quod Principi*. 7. ubi dixi ſup. *De jur. natur.* Quare Prætor, ut miniſter, & interpres, non dominus legis, & populi, dominium non adjicit, *l. qui uſumfructum*. 3. *Si uſusfruct. pet.* Ideòque in proprietate pignoris addicenda, auctoritate Principis, in quem populus jus ſuum tranſtulit, opus eſt; *l. eleganter*. 24. *De pignor. act. l. debitor*. 59. *Ad S.C. Trebell. tot. tit. C. De jur. dom. impet.* & in acquirendo dominio rei, quam Prætor ex ſecundo decreto poſſidere juſſit, uſucapione, *l. prætoris*. 5. *l. his qui*. 12. *l. ſi finita*. 15. § *Julianus*. 6. §. *ſi de vectigalibus*. 13. *De dam. infect.* Nam uſucapione adjicitur dominium, quoniam ex lege eſt. *l.* 3. *De uſucap.* Hæredem igitur Prætor non facit, quia nec dominum: & conſequenter non hæreditatem, ſed ejus vice bonorum poſſeſſionem defert: lex autem cùm magis domina ſit rerum noſtrarum, quàm nos ipſi, ut ait Cicer. ideò, ſicut nos tradendo, §. *per traditionem*. 33. ſup. *De rer. diviſ.* ſic ipſa diſponendo dominium transfert, *l. ult. C. De SS. Eccleſ. l. in rebus*. 30. *C. De jur. dot.* & conſequenter etiam hæreditatem: argumento à genere ad ſpeciem ducto.

c SENATUSCONSULTA. Quæ leges ſunt, *l. non ambigitur*. 9. *De legib.*

d PRINCIPALES. Nam † & ipſæ lex ſunt, 2
§. *ſed & quod Principi*. 7. ſup. *De jur. nat. gent. & civil.* Prætorum verò edicta, quæ non juſſu populi, ſed auctoritate magiſtratus proponuntur, non ſunt leges: nec enim harum condendarum poteſtatem habet, ut nec alius quivis magiſtratus, ſed tantùm populus, *l. de quibus*. 32. *De legib.* & in quem populus jus ſuum tranſtulit, ut eſt Senatus, *l.* 2. §. *deinde*. 4. *De orig. jur. l. non ambigitur*. 9. *De legib.* & Princeps, *l.* 1. *De conſtit. princip.*

e LOCO HAEREDUM. Effectu juris, *l.* 1. & 2. *ff. eod.*

f HAEREDITATUM. §. *emancipati*. 9. cum ſeq. ſup. *De her. quæ ab inteſt.* & tot. tit. *De leg. agn. ſucceſſ.* & *De ſucceſſ. cogn.*

g DILATAVIT. † *L. ſed cum*. 6. §. 1. *ff. eod.* 3
Lex enim familiarum tantùm rationem habuit, ad quas pertinere hæreditates, quæ & ipſæ familiæ nomine veniunt, putavit oportere. *Proximus*, inquit, *heres familiam habeto*. Vide ſup. *De leg. agn. ſucceſſ.* in princ. Cæterùm prætor etiam jus naturæ, & ſanguinis conſideravit, quod non minus, quàm ratio civilis ad ſucceſſiones vocat, *l. ſcripto*. 7. *ff. Unde lib. l. ult. De bon. damn. l. nam etſi*. 15. *De inoff. teſtam.* cum ſimil.

§. 3. Sunt autem.

SVnt autem bonorum poſſeſſiones ex teſtamento quidem hæ. Prima *a*, quæ præteritis liberis datur; vocaturque *Contra tabulas*. Secunda, quam omnibus *b* jure ſcriptis hæredibus Prætor pollicetur; ideòque vocatur *Secundum tabulas*. Et, cùm de teſtamentis priùs locutus eſt *c*, ad inteſtatos tranſitum fecit. Et primo loco ſuis hæredibus *d*, & iis, qui ex edicto Prætoris ſuis connumerantur *e*, dat bonorum poſſeſſionem, quæ vocatur *Vnde liberi f*. Secundo, legitimis hæredibus *g*. Tertio, decem perſonis, quas extraneo manumiſſori *h* præferebat. Sunt autem decem perſonæ hæ: Pater, mater, avus, avia, tàm paterni, quàm materni: item filius, filia, nepos, neptis, tàm ex filio, quàm ex filia: frater, ſoror, ſive conſanguinei, ſive uterini. Quarto *i*, cognatis proximis. Quinto, *Tanquam ex familia* k. Sexto, patrono, & patronæ, liberiſque eorum, & parentibus *l*. Septimo, viro, & uxori *m*. Octavo, cognatis manumiſſoris *n*.

1. *Prima ſpecies bonorum poſſeſſionis.*
2. *Varia hujus loci lectio, in verſ. quinto. & de bonorum poſſeſſione*, Tanquam ex familia, *remiſſivè. ibid.*
3. *Patronus quando, & quomodo ad ſucceſſionem liberti vocetur.*
4. *Viri, & uxoris ex jure Prætorio ſucceſſio, & quonam olim fuerit, & mox infrà num, 3.*

1 DE ſpeciebus poſſeſſionis bonorum.

a PRIMA. Primum † enim edictum eſt *De bonorum poſſeſſione contra Tab.* quæ præteritis liberis, & patronis datur, *l. 1. De bon. poſſ. cont. tab. l. ideò ſi. 4. l. ſcriptus. 12. De Carbon. edict. l. 2. De bon. lib.*

b OMNIBUS. Sive liberis, ſive extraneis. Hanc enim non impugnat jus civile, ut ſuperiorem, ſed confirmat, *tot. tit. De bon. poſſeſſ. ſecund. tab.*

c LOCUTUS EST. Nam prior eſt cauſa teſtamenti, quàm inteſtati. ſup. *De hær. quæ ab inteſt.* in princ. & §. *cum autem*. 8.

d SUIS HAEREDIBUS. *L. 1. Quis ord. in bon. poſſeſſ. l. 1. §. ſed videndum. De ſucceſſ. edict.*

e SUIS CONNUMERANTUR. §. *emancipati*. 9. ſupr. *De hæredit. quæ ab inteſtat. d. l. 1. De ſucceſſor. edict.*

f UNDE LIBERI. *Tot. tit. Si tab. teſt. extab. Unde lib.*

g HAEREDIBUS. *L. 1. 5.* & *tot. titul. Unde legit.*

h MANUMISSORI. Quem non contracta fiducia emancipaſſet, §. 4. in fin. inf. *eod. l. ſi ad patrem.* 10. *ff. De ſuis, & legitimis*. Eædem autem perſonæ etiam fiſco præferuntur, *l. 1. Cod. De ſecund. nuptiis*.

i QUARTO. Quarta bonorum poſſeſſio, *tot. tit. Unde cogn.*

2 *k* EX FAMILIA. Cujac. † *Tum quem ex familia*, Cont. *ex ſcrip. Tum quæ ex &c.* ac alii aliter. Porrò videntur fuiſſe prima edicti verba, ut in *l. 1. l. ſi ex duobus*. 4. *Unde leg. l. 1. l. ex illa*. 227. *De verb. ſignif.* De hac autem bonorum poſſeſſione vide Ulpianum *tit.* 29. Alciat. *lib.* 1. *Parerg. cap.* 12. Theoph. & Hotoman. hìc: qui in re, ut fit, obſoleta, ſententiis variant, in quas inquirere curioſiùs, non eſt hujus inſtituti.

l ET PARENTIBUS. † Ulp. *tit.* 28. Patronus 3
ex ſecundo edicto, *Unde legitimi*, vocatur, nullis ſcilicet ſuis liberto hæredibus extantibus. *l.* 2. §. 1. *Unde legitimi*. Cùm porrò ſuum hæredem non naturalem (nam eo extante in totum excluditur patronus) puta adoptivum filium, vel uxorem matremfamilias reliquit: non vocatur quidem patronus à Prætore, ut legitimus, quia lege excluditur ſuo hærede extante: ſed quoniam facto liberti, auferri patrono hæreditatem videbatur injurium, ideò eum ex hac edicti parte ad medietatem ſucceſſionis Prætor vocat, §. 2. ſup. *De ſucceſſ. lib.*

m VIRO, ET UXORI. † *L. 1. C. Unde vir*, 4
& uxor. l. 1. ff. eod. tit. quando videlicet & juſtum erat matrimonium, & uſque ad mortem duraverat. *l. 1. ff. eod.* Olim tamen, cùm in manum viri, poteſtatemque mulier convenerat, efficiebatur illa ſuus hæres marito, & contrà. Cujac. *Nov.* 118. quare invicem ex edicto, *Unde liberi*, ſuccedebant. Cic. *pro Flacco*, & *in Top.* Dionyſ. Hal. *lib.* 2. Ulp. *tit.* 22. 29. Gel. & Boet. paſſim. Sed hæc poſteà temporibus antiquata ſunt, ut Juſtinianus nullam illius antiquati juris mentionem in corpus juris voluerit inferri.

n COGNATIS MANUMISSORIS. Patroni. §. *pen.* ſup. *De ſucceſſ. lib.* Ulp. *tit.* 28.

§. 4. Sed eas quidem.

SEd eas quidem Prætoria introduxit juriſdictio *a*: à nobis tamen nihil incurioſum prætermiſſum eſt: ſed noſtris conſtitutionibus omnia corrigentes, *Contra tabulas* quidem, & *Secundum tabulas*, bonorum poſſeſſiones admiſimus *b*, utpotè neceſſarias, nec non ab inteſtato, *Unde liberi*, & *Unde legitimi c* bonorum poſſeſſiones. Quæ autem in Prætoris edicto quinto loco poſita fuerat, ideſt, *Unde decem perſonæ*, eam pio propoſito, & compendioſo ſermone ſupervacuam oſtendimus. Cùm enim præfata bonorum poſſeſſio decem perſonas præponebat extraneo manumiſſori, noſtra conſtitutio *d*, quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eiſdemque manumiſſoribus contracta fiducia manumiſſionem facere dedit: ut ipſa manumiſſio eorum hoc in ſe habeat privilegium, & ſupervacua fiat prædicta bonorum poſſeſſio. Subla-

Sublata igitur præfata quinta bonorum poſſeſſione, in gradum ejus ſextam anteà bonorum poſſeſſionem induximus, & quintam fecimus, quam Prætor proximis cognatis pollicetur. Cùmque anteà fuerat ſeptimo loco bonorum poſſeſſio, *Tanquam ex familia*, & octavo, *Vnde patroni, patronæque, liberi, & parentes eorum*: utramque per conſtitutionem noſtram, quam de jure patronatus fecimus, penitùs evacuavimus. Cùm enim ad ſimilitudinem ſucceſſionis ingenuorum, libertinorum ſucceſſiones poſuerimus, quas uſque ad quintum gradum tantummodò coarctavimus, ut ſit aliqua inter ingenuos, & libertinos differentia: ſufficit eis tàm *Contra tabulas* bonorum poſſeſſio, quàm *Vnde legitimi*, & *Vnde cognati*: ex quibus poſſunt ſua jura vindicare, omni ſcrupuloſitate, & inextricabili errore iſtarum duarum bonorum poſſeſſionum reſoluto. Aliam verò bonorum poſſeſſionem, quæ *Vnde vir; & uxor* appellatur, & nono loco inter veteres bonorum poſſeſſiones poſita fuerat, & in ſuo vigore ſervavimus *e*, & altiore loco, ideſt, ſexto, eam poſuimus *f*, decima quoque veteri bonorum poſſeſſione, quæ erat *Vnde cognati manumiſſoris*, propter cauſas enumeratas meritò ſublata, ut ſex tantummodò bonorum poſſeſſiones ordinariæ *g* permaneant, ſuo vigore pollentes.

1. *Bonorum poſſeſſiones quem effectum hodie habeant.*
2. *Bonorum poſſeſſionem,* Unde cognati, *ſub edicto,* Unde legitimi, *includi.*
3. *Bonorum poſſeſſioni,* Unde vir, & uxor, *quando locus ſit. & num. 4.*

DE mutatione, & tranſpoſitione harum ſpecierum.

a JURISDICTIO. Propoſitis pro juriſdictione edictis, quibus ejuſmodi bonorum poſſeſſiones pollicebatur.

1 *b* ADMISIMUS. † Quanquam edicta Prętorum hodie ex conſtitutionibus ſunt pars juris civilis §. *Prætorum quoque*. 7. ſup. *De Jur. natur. &c.* tamen quia bonorum poſſeſſiones iſtæ admiſſæ, & receptæ ſunt, prout ab antiquo fuerunt, ideò non putandum eſt, hodie ex his deferri hæreditates: nec enim hoc diſcrimen ſucceſſionis civilis, & prætoriæ ſublatum legitur: ſed ſtatuendum eſt, poſſeſſiones eſſe illius effectionis, cujus olim fuerunt: alioqui non ampliùs eſſent diverſæ ſpecies ab hæreditate civili: & ineptè hìc diceretur, eas jure Conſtitutionum receptas eſſe: ne perperam in *tit. C. Qui admitti ad bon. poſſ.* tempora poſſeſſionum annua etiam ex Conſtitutionibus ſervarentur.

2 *c* UNDE LEGITIMI. Omiſit † poſſeſſionem, *Unde cognati*, quia jure Codicis incluſa, aut certè conjuncta eſt edicto, *Unde legitimi*. *tot. tit. C. Unde legit. & cogn.* unde ad bonorum poſſeſſionem, non etiam legitimam hæreditatem vocantur, *l. ult. C. eod. tit.* quum tamen hodie, ſublata omni agnationis, & cognationis differentia, ex *Novel.* conſtitut. 115. pariter cernunt, ut ſuprà eſt expoſitum.

d CONSTITUTIO. *L. ult. C. De emancipat. lib.*

e SERVAVIMUS. Quia † in manum viri non ampliùs uxor convenit, neque hæredes ſibi invicem conjuges fiunt, eòque cum aliis ex edictis admitti nequeant, hujus conſervatio fuit neceſſaria; hodie tamen ex Auth. *Præterea. C. Unde vir, & uxor*, ſuccedunt jure civili; ut Jaſon ibi annotavit, *numer.* 11. 3

f POSUIMUS. Poſt agnatos: † nam quandiu illi ſuperſunt, maritus, & uxor habentur pro extraneis, *l. ult. C. Quor. bonor.* ſicut verè ſunt. Jaſ. in *l. 1. num.* 2. 3. 4. *C. Unde vir, & uxor*, excepto caſu d. Auth. *Præterea.* in quo nedum cum agnatis, ſed cum ipſis etiam liberis alteruter conjugum ſuccedit. 4

g ORDINARIÆ. Non quòd ſint juris civilis, ſed quoniam ordine deferuntur, *l. 1. Quis ordo in bon. poſſ.* §. *cum igitur*. 6. infr. *eod.* in verb. *eaſque per ordinem diſpoſuiſſet*, *l. 1. De ſucceſ. edic.*

§. 5. Septima eas ſecuta.

Septima eas ſecuta, quam optima ratione Prætores introduxerunt. Noviſſimè enim permittitur edicto iis etiam bonorum poſſeſſio, quibus ut detur, lege, vel Senatuſconſulto, vel conſtitutione comprehenſum eſt *a*: quam neque bonorum poſſeſſionibus, quæ ab inteſtato veniunt, neque iis, quæ ex teſtamento ſunt, Prætor ſtabili jure connumeravit: ſed quaſi ultimum, & extraordinarium auxilium *b* (prout res exegit) accommodavit, ſcilicet iis, qui ex legibus, Senatuſconſultis, conſtitutionibusve principum, ex novo jure, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato veniunt.

De ſeptima, & extraordinaria bonorum poſſeſſione.

a Comprehensum Est. Poſſeſſio ex lege, ſicut condictio ex lege, *l. unica ff. Ut ex legib. & Senatuſconſ. &c. l. ſed. 6. ff. De bonor. poſſeſſ.*

b Auxilium. *D. l. unic. ff. Ut ex legib. &c.*

§. 6. Cùm igitur plures.

Cum igitur plures ſpecies ſucceſſionum Prætor introduxiſſet, eaſque per ordinem *a* diſpoſuiſſet *b*: & in unaquaque ſpecie ſucceſſionis ſæpè plures extent diſpari gradu perſonæ: ne actiones creditorum differrentur *c*, ſed haberent, quos convenirent, & ne facilè in poſſeſſionem bonorum defuncti mitterentur, & eo modo ſibi conſulerent; ideo petendæ bonorum poſſeſſioni certum tempus præfinivit. Liberis itaque, & parentibus, tam naturalibus, quàm adoptivis, in petenda bonorum poſſeſſione anni ſpatium *d*, cæteris autem agnatis, vel cognatis centum utilium dierum dedit. Et, ſi intra hoc tempus aliquis bonorum poſſeſſionem non petierit, ejuſdem gradus perſonis accreſcit *e*: vel ſi nullus ſit, deinceps cæteris bonorum poſſeſſionem perinde ex ſucceſſorio edicto *f* pollicetur, ac ſi is, qui præcedebat, ex eo numero non eſſet. Si quis itaque delatam ſibi bonorum poſſeſſionem repudiaverit: non quouſque tempus bonorum poſſeſſioni præfinitum exceſſerit, expectatur: ſed ſtatim cæteri ex eodem edicto admittuntur *g*.

1. *Ordo, & gradus quomodo in materia ſucceſſionum differant.*

Intra quæ tempora, & quando bonorum poſſeſſiones peti debeant.

1 *a* Ordinem. Ordo † refertur ad univerſum genus hæredum: puta ſuorum, legitimorum, &c. gradus ad eos, qui in quocunque ordine proximiores, aut remotiores ſunt ordine ſucceſſivo.

b Disposuisset. *L. 1. De ſucceſſ. edict. l. 1. Quis ord. l. 5. C. Qui admit.*

c Differrentur. *L. 1. De ſucceſſ. edict.*

d Anni Spatium. *L. 1. §. largius. De ſucceſſ. edict.*

e Accrescit. *L. 3. in fin. ff. eod.*

f Successorio Edicto. *Tot. tit. De ſucceſſ. edict.*

g Admittuntur. *L. 1. §. 4. De ſucceſſ. edict.*

§. 7. In

§. 7. In petenda autem.

IN petenda autem bonorum poſſeſſione dies utiles ſinguli conſiderantur *a*. Sed bene anteriores principes & huic cauſæ providerunt, ne quis pro petenda *b* bonorum poſſeſſione curet: ſed quocunque modo *c* admittentis eam judicium *d* intra ſtatuta tamen tempora oſtenderit, plenum habeat eorum *e* beneficium.

1. *In bonorum poſſeſſione petenda dies utiles non eſſe continuos: diſtinguitur, num. 3.*
2. *Prætorem duobus modis jus dicere, aut pro tribunali, aut de plano.*
4. *Bonorum poſſeſſiones duplices eſſe, Decretales, & Edictales.*
5. *Petere in jure quid propriè ſignificet.*
6. *Diverſa hujus loci lectio: & quid judicium hic ſignificet.*

EXplicatio temporis, & dierum, & formæ petitionis bonorum poſseſſioois.

a SINGULI CONSIDERAN-
1 TUR. † *L. ultim C. Qui admit.* Dies autem utiles ſuot, quibus quis ſcivit bonorum poſſeſſionem ſibi competere, quibuſque eam petere potuit. Itaque dies utiles oon ſunt continui: nam continuò agi non poteſt; *l. 2. Quis ordo in bonor. poſſeſſ.* nec prætor continuò ſui copiam facit. *l. 1. l. ſed etſi. 26.*
2 *Ex quibus cauſ. major.* Sciendum † eſt autem, Prætorem aut pro tribuoali jus dicere, *l. pen. De juſt. & jur.* ſcilicet, cùm cauſæ cognitionem res requirit, *l. nec quicquam. 9. §. 1. De offi. Proconſ.* aut de plano, hoc eſt, de inferiore loco, & io via, procedens etiam, in tranſitu, §. 2. ſupr. *De liber.* non in ſuperiore illa tribuoalis ſella eburnea: ſcilicet, cùm res non cauſæ cognitione plena, ſed ſummaria tantùm, & magis executione, quàm cognitione habet opus, & magis in imperio, quàm juriſdictione conſiſtit, *d. l. nec quicquam. §. de*
3 *plano. 3. l. 1. C. Ut in poſſeſſ. legat.* Hæc omnibus † diebus peti, perficique poſſunt: illa, quæ coram tribunali peragenda ſunt, nonniſi ſolemnibus ſeſſionum diebus, quibus pro tribunali jus dicitur, *l. 3. & tot. tit. Quis ord. in bonor. poſſ.* Quare bonorum poſſeſſiones, quæ plenam cauſæ cognitionem requirunt, & pro tribunali petuntur, non habeot dies continuos, ſed in his tantùm numerantur dies utiles ſeſſionum, quibus pro tribunali agi poteſt. Hæ † autem poſſeſſiones Decretales vocantur, 4
quia ſcilicet decreto, & ideò eum cauſæ eogoitione decernuntur, *d. l. nec quicquam. §. ubi decretum. 1. De offic. Proc.* ut *Carbomana, ventris in poſſ. mittendi, &c. l. 3. l. ult. De Carbon. edict. l. filium. 5. §. ſi quis. 3. De legat. præſtan.* Aliæ nominantur Edictales, quarum cauſa plana eſt, & edicto definita, eòque qualicunque die peti, & de plano deceroi poteſt: cujuſmodi ſunt illæ bonorum poſſeſſiones, quæ hoc in titulo proponuntur, *d. l. filium. §. ſiquis. 3. d. l. ult. C. Qui admitti.* Quocirca omnes dies, quibus copia magiſtratus, publieè, privatèque haberi potuit, in his computantur.

b PETENDA. Judicialiter, † & ordinariè intra 5
100. dies. Hoc omnium propriè petere ſignificat, *l. amplius 15. ff. Rem rat. haber.*

c QUOCUNQUE MODO. Præciſis omoibus verborum captionibus, & apud quemlibet judicem, *l. ult. C. Qui admit.*

d JUDICIUM. Ita † legit Cujacius. Significat autem hìc judicium, voluntatis ſignum, & teſtationem: ut io *l. 1. C. Theod. De cretione, vel bon. poſſ.* qua ii, qni bonorum poſſeſſioocm deſiderant, teſtantur apud *judicium*, ſe velle, & cupere ad poſseſſionem admitti, & eam ſibi decerni: & per hoc aliqui Cod. legunt *indicium*.

e EORUM. Principum videlicet.

DE ACQVISITIONE PER ARROGATIONEM,

Titulus Decimus.

DUæ Tituli poſitiones.
1. Qualiter patri arrogatori jure antiquo, & novo acquiratur per arrogationem. §. 1.
2. Effectus hujus acquiſitionis, §. 2.

§. 1. Eſt & alterius generis.

EST & alterius generis *a* per univerſitatem ſucceſſio, quæ neque lege duodecim tabularum, neque Prætoris edicto, ſed eo jure, quod conſenſu receptum eſt *b*, introducta eſt. Ecce enim, cùm paterfamilias ſeſe in arrogationem dat, omnes res ejus corporales, & incorporales, quæque ei debitæ ſunt, arrogatori antea quidem pleno jure acquirebantur *c*: exceptis iis, quæ per capitis diminutionem pereunt, quales ſunt operarum *d* obligationes, & jus agnationis *e*. Vſus etenim, & uſusfructus, licèt his anteà connumerabantur, attamen capitis diminutione minimè eos tolli prohibuit noſtra conſtitutio *f*. Nunc autem nos eandem acquiſitionem, quæ per arrogationem fiebat, coarctavimus ad ſimilitudinem naturalium parentum *g*. Nihil enim aliud, niſi tantummodò uſusfructus, tam naturalibus parentibus, quàm adoptivis *h*, per filios familiarum acquiritur, in iis rebus, quæ extrinſecus filiis obveniunt, dominio eis integro ſervato.

1. *Tertia acquiſitionis ſpecies, per univerſitatem.*

2. *Officiales operas patroni arrogati, arrogatori non deberi.*

TErtius modus acquirendi per univerſitatem, de quo jus vetus, & novum in §. 1. & 2. exponit.

1 *a* Alterius Generis. Tertia † (ut Theophilus ait hìc) ſpecies acquiſitionis dominii per univerſitatem, §. *ult.* ſup. *Per quas perſon.* quæ ad ſolam uſusfructus acquiſitionem hodie pertinet: ut diximus ſup. ad *tit. Per quas perſon. nobis acq.*

b Receptum Est. Hoc eſt, uſu, & ex approbatione prudentium, ut Theophilus hìc luculenter exponit. Conſentaneum eſt autem, hoc jus ante leges 12. Tab. ſublatis jam legibus Regiis, uſu duraſſe, & ſervatum fuiſſe.

c Acquirebantur. *L. qui ex liberis.* 11. §. 2. *De bonor. poſſeſſ. ſecun. tab. l. ſi paterfamilias.* 15. *De adop.*

2 *d* Operarum. Officialium, † non fabrilium, Cujac. quæ arrogato ſcilicet à libertis ſuis debentur, nec alii præſtari, neque in alium tranſire poſſunt. Tranſirent autem in arrogantem hoc jure univerſitatis, ſi arrogati patroni patri adoptivo deberentur: id quod juris ratio non admittit. Sequens igitur eſt, eam debitionem extingui, *l. ut jurisjurandi.* 7. in fin. *l. operæ.* 9. *De oper. lib.* etiamſi jus patronatus, & ſucceſſionis hoc modo non amittatur, *l. ſed ſi hac* 4. §. *patronum. De in jus vocan. l. ſi libertus præterito.* 23. *l. liberto.* 49. *De bon. lib.*

e Agnationis. §. *ult.* ſupr. *De leg. agn. tutel.*

f Constitutio. *L. corruptionem.* 16. *C. De uſufruct.*

g Naturalium Parentum. §. 1. ſup. *Per quas perſ. nobis acquiratur*, & meritò, ne fictio plus operetur, quàm veritas: actus legitimus plus, quàm natura: ad cujus ſimilitudinem adoptio eſt inducta.

h Adoptivis. Per arrogationem, juxta *l. pen. C. De adopt.*

§. 2. Mor-

§. 2. Mortuo autem filio.

MOrtuo autem filio arrogato in adoptiva familia, etiam dominium rerum ejus ad arrogatorem pertranſit: niſi ſuperſint aliæ perſonæ, quæ ex conſtitutione noſtra *a* patrem in iis, quæ acquiri non poſſunt *b*, antecedant. Sed ex diverſo, pro eo, quod is debuit, qui ſe in adoptionem dedit, ipſo quidem jure arrogator non tenetur *c*, ſed nomine filii convenitur *d*: &, ſi noluerit eum defendere, permittitur creditoribus *e* per competentes noſtros magiſtratus *f*, bona, quæ ejus *g* cum uſufructu futura fuiſſent, ſi ſe alieno juri non ſubjeciſſet, poſſidere *h*, & legitimo modo ea diſponere *i*.

EFfectus hujus acquiſitionis.

a CONSTITUTIONE NOSTRA. Cujus ſit mentio in *l. ult. C. Comm. de ſucceſ.* alii legem ult. *C. De teſt. manu.* alii Græcam conſtitutionem, quæ intereiderit, intelligunt.

b NON POSSUNT. Jure ſcilicet patriæ poteſtatis, ut profectitia: quæ illius merito manent ſemel acquiſita: ſupr. *Per quas perſon. nobis acquir.* intelligit igitur hic adventitia.

c NON TENETOR. Quia ſcilicet non contraxit, & ex ratione Rubr. *Cod. Ne filius pro patre.*

d CONVENITOR. Cujus bona poſſidet.

e CREDITORIBOS. In quorum alioqui fraudem arrogationes fieri poſſent.

f MAGISTRATUS. Qui Prætorium habeant imperium, & juriſdictionem, *l. 1. De juriſdict.*

g EJOS. Arrogati ſcilicet.

h POSSIDERE. Ex primo, & ſecundo decreto. De quo vide *Parat. ad tit. De dam. infect.*

i DISPONERE. *Tot. tit. De bon. auctor. jud. poſſ. vel venund.*

DE EO, CVI LIBERTATIS CAVSA BONA ADDICVNTVR.

Titulus Decimus Primus.

1. *Continuatio, & argumentum Tituli.*

1 PRimus † modus acquirendi per univerſitatem eſt juris civilis: nempe hæreditas. Secundus ex jure prætorio, bonorum poſſeſſio. Tertius ex conſuetudine per arrogationem, de quo jam dictum eſt. Quartus ex conſtitutionibus, de quo hoc in titulo agit, ſummam conſtitutionum proponens in §. 1. deinde in ſequentibus exponens. Vide effectum, & affinia apud Jaſ. *l. ult. §. etſi præfatam. num. 2. in 3. limitat. C. De jure delib.* Affinis etiam eſt addictio bonorum occidentis liberos occiſi: de qua Cujac. *Obſer. 14. c. 4.* & *l. unic. C. Ne pro dote mulieris bona quondam mariti addic.*

Tres

TRes exhibet partes Titulus hic.
1. Summam conſtitutionis circa addictionem bonorum exhibet §. 1.
2. Quando locum habeat bonorum addictio.
3. Effectus addictiouis.

§. 1. Acceſſit novus caſus.

ACceſſit novus caſus *a* ſucceſſionis ex conſtitutione divi Marci *b*. Nam, ſi ii, qui libertatem acceperunt à domino in teſtamento, ex quo non aditur hæreditas, velint bona ſibi addici libertatum conſervandarum cauſa, audiuntur *c*. Et ita divi Marci reſcripto ad Pompilium Rufum *d* continetur. Verba reſcripti ita ſe habent: Si Virginio Valenti, qui teſtamento ſuo libertatem quibuſdam adſcripſit, nemine ſucceſſore ab inteſtato exiſtente *e*, in ea cauſa bona ejus eſſe cœperunt, ut venire debeant: is, cujus de ea re notio eſt, aditus rationem deſiderii tui habebit, ut libertatum tam earum, quæ directò, quàm earum, quæ per ſpeciem fideicommiſſi relictæ ſunt *f*, tuendarum gratia addicantur tibi, ſi idoneè creditoribus caveris de ſolido, quod cuique debetur, ſolvendo *g*. Et ii quidem, quibus directa libertas data eſt, perinde liberi erunt *h*, ac ſi hæreditas adita eſſet. Ii autem, quos hæres manumittere rogatus eſt, à te *i* libertatem conſequentur: ita ut, ſi non alia conditione velis tibi bona addici, quàm ut ii etiam, qui directò libertatem acceperunt, tui liberti k fiant: nam huic etiam voluntati tuæ, ſi ii, quorum de ſtatu agitur, conſentiant *l*, auctoritatem noſtram accommodamus. Et, ne hujus reſcriptionis noſtræ emolumentum alia ratione irritum fiat, ſi fiſcus bona agnoſcere voluerit *m*, & ii, qui rebus noſtris attendunt, ſciant commodo pecuniario præferendam eſſe libertatis cauſam; & ita bona cogenda, ut libertas iis ſalva ſit, qui eam adipiſci potuerunt, ac ſi hæreditas ex teſtamento adita eſſet.

1. *Nemine ex teſtamento hæreditatem adeunte, libertas in eo data locum non habet.*
2. *Etiam quemvis poſſe petere bona ſibi addici libertatum conſervandarum cauſa: & remiſſivè, ibid.*

SUmma conſtitutionis.

a Novus Casus. Quarta ſpecies acquiſitionis per univerſitatem: ut ſup. §. *ult. Per quas perſon.*

b Divi Marci. *L. ultim. C. De teſtamen. manum.*

c Audiuntur. *L. 6. l. 2. De fideicommiſ. lib. l. ultim. C. De manum. teſtam.*

d Pompilium Rufum. Apparet hunc creditorem fuiſſe, qui ſibi bona addici peteret.

e Existente. Nam aliàs hoc jus non obtinet *d. l. ultim.* cùm libertates teſtamento datæ intereant, ſi nemine ex ipſo teſtamento adeunte, hæredes ab inteſtato ſuccedant, *l. 2. C. eod. l. ea quam. 14. C. De fideicomm.* libertatum autem potiſſimùm ſervandarum cauſa hoc jus inductum eſt: quare non aliter locum habet, quàm cùm teſtamento libertates & datæ ſunt, & debentur. Debentur autem, ſi ne ab inteſtato quidem hæres ullus adeat, utpote necdum evacuato, aut annihilato teſtamento.

f Relictae Sunt, *D. l. ultim.*

g Solvendo. *L. 2. l. 4. §. addici. De fideicom. lib.*

h Liberi Erunt. Liberti Orcini: de quibos Cujac. *Obſervat. lib. 3. cap. 23.*

i A Te. Manumiſſore. *l. 4. §. ſi qui. 7. ff. De fid. lib.* Non igitur potuit hic uous eſſe ex ſervis: alioqui ipſe manumiſſione opus haberet, nec manumittere poſſet. Idem tamen veriſimile eſt obtinuiſſe, nemine alio, qui ſibi bona addici peteret præter ſervos apparente: ut ii, qoi cavíſſent de ſolvendo, ex Conſtitutionibus libertatem haberent, & bonis ſibi addictis reliquos manumitterent.

k Tui Liberti. Hoc eſt, ex Orcinis fiant tibi obooxii, & à te libertatem accipiant, tanquam fideicommiſſariam.

l Con-

l Consentiant. In quo facilè aſſenſiſſe credibile eſt, cùm melius ſit hac ratione liberum fieri, quàm manere ſervum.

m Voluerit. Apparet † igitur quemlibet extraneum, ac etiam fiſcum potuiſſe petere bona ſibi addici, libertatum ſervandarum cauſa: quas conſervari publicè intereſt. Vide de hoc, & aliis huc pertinentibus, *d. l. 4. ff. De fideicomm. lib.*

§. 2. Hoc reſcripto ſubventum eſt.

Hoc reſcripto ſubventum eſt & libertatibus, & defunctis, ne bona eorum à creditoribus poſſideantur, & veneant *a*. Certè, ſi fuerint hac de cauſa bona addicta, ceſſat bonorum venditio *b*: exiſtit enim defuncti defenſor, & quidem idoneus, qui de ſolido creditoribus cavet *c*. In primis hoc reſcriptum toties locum habet, quoties teſtamento libertates datæ ſunt *d*. Quid ergò, ſi quis inteſtatus decedens codicillis libertates dederit, neque adita ſit ab inteſtato hæreditas? favor conſtitutionis debebit locum habere *e*? Certè, ſi teſtatus decedat, & codicillis dederit libertatem, competere eam, nemini dubium eſt. Tunc etiam conſtitutioni locum eſſe verba oſtendunt, cùm nemo ſucceſsor ab inteſtato exiſtit *f*. Ergò, quandiu incertum ſit, utrum exiſtat, an non: ceſſabit conſtitutio: ſi verò certum eſse cœperit, neminem extare, tunc erit conſtitutioni locus. Si is, qui in integrum reſtitui poteſt, abſtinuerit ſe ab hæreditate, quamvis poteſt in integrum reſtitui, poteſt admitti conſtitutio, & addictio bonorum fieri. Quid ergò, ſi poſt addictionem libertatum ſervandarum cauſa factam in integrum ſit reſtitutus? utique non erit dicendum, revocari libertates: quia ſemel competierunt *g*.

1. *Libertatem ſemel datam non revocari.*

Explicatio reſcripti, ſeu conſtitutionis.

a Veneant. *L. 6. C. De teſtam.* Ratio, & cauſa finalis hujus juris.

b Venditio. Quam aliàs creditores ſub haſta faciunt. *tot. tit. De bonis auctor. jud.* Finis, effectus, & utilitas hujus juris.

c Cavet. Cicero *pro Quintio*.

d Datae Sunt. Materia.

e Locum Habere. *L. 2. De fideicommiſſ. lib. l. 6. l. ult. C. eod.*

f Exiſtit. Hæc omnia ſumpta ſunt ex *d. l. 4. De fideicom. lib.* ubi traduntur copioſiùs.

g Competierunt. Nota † libertates ſemel 1
datas non revocari, *tot. tit. C. Si adverſ. libertat.* ut dictum eſt ſupr. *Quib. ex cauſ. man.*

§. 3. Hæc conſtitutio libertatum.

Hæc conſtitutio libertatum tuendarum cauſa introducta eſt *a*. Ergò, ſi libertates nullæ ſunt datæ, ceſsat hæc conſtitutio. Quid ergò, ſi vivus dederit libertates, vel mortis cauſa: & ne de hoc quæratur, utrum in fraudem creditorum, an non factum ſit, idcirco velint ſibi addici bona: an audiendi ſint? Et magis eſt, ut audiri debeant, etſi deficiant verba conſtitutionis. Sed, cùm multas diviſiones ejuſmodi conſtitutioni deeſse perſpeximus, lata eſt à nobis pleniſſima conſtitutio *b*, in qua multæ ſpecies collatæ ſunt, quibus jus hujuſmodi ſucceſſionis pleniſſimum eſt effectum, quas ex ipſa lectione conſtitutionis poteſt quis cognoſcere.

1. Ceſſante libertate, ceſſat petitio bonorum.

1 AMpliatio conſtitutionis. *a* INTRODUCTA EST. Cauſa finalis: qua † ceſſante, ceſſat diſpoſitio. *cap. Cum ceſſante*. 60. *De app.* Tiraq. in *tractat. reg. ceſſante cauſa*. Si igitur nullæ libertates datæ ſint, hoc modo bona ut addicantur, peti non poteſt: ſed ea creditores, aut fiſcus vindicat.

b CONSTITUTIO. *L. ult. C. De teſtament. manumiſſ.*

DE SVCCESSIONIBVS SVBLATIS, QVÆ FIEBANT PER BONORVM VENDITIONES, ET EX SENATVSCONSVLTO CLAVDIANO.

Titulus Decimus Secundus.

1. Continuatio Tituli.

1 SEquitur † quintus, & ſextus modus per univerſitatem acquirendi ſecundum diſtinctionem §. *ult.* ſup. *Per quas perſ.* Sed in his, utpote antiquatis, nihil attinet majorem aliquam diligentiæ operam locare.

DUæ ſunt hujus Tituli partes.
1. Modum acquirendi per univerſitatem mediante bonorum venditione continet. §. 1. hoc tit.
2. Ex Senatuſconſulto Claudiano. §. 2.

§. 1. Erant ante prædictam.

ERant ante prædictam ſucceſſionem *a* olim *b* & aliæ *c* per univerſitatem ſucceſſiones: qualis fuerat bonorum *d* emptio *e*, quæ de bonis debitoris vendendis *f* per multas ambages fuerat introducta *g*: & tùm locum habebat, quando ordinaria judicia *h* in uſu fuerant. Sed, cùm extraordinariis judiciis poſteritas uſa eſt *i*, ideò cum ipſis ordinariis judiciis etiam bonorum venditiones expiraverunt, & tantummodò creditoribus datur officio judicis bona poſſidere, &, prout utile eis viſum eſt, ea diſponere k: quod ex latioribus Digeſtorum Libris perfectiùs apparebit *l*.

1. *Ven-*

1. *Venditio bonorum famoſa.*
2. *De ſolemnitate venditionis bonorum.*
3. *Ordinaria judicia quæ.*
4. *De formulis, & impetrationibus judiciorum ſublatis.*

QUintus modus acquirendi per univerſitatem.

a Succeſſionem. A Marco introductam: de qua in tit. præcedente.

b Olim. Etiam in libera Republica. Nam & Cicero ſæpe venditionis hujus bonorum meminit.

c Et Aliae. Quinta, & ſexta ſpecies per acquiſitionem, hodie ſublatæ.

d Bonorum. Pro univerſitate accipe. *l. bonorum.* 208. *De verb. ſigni.*

e Emptio. Aut venditio, ut ſequitur.

1 *f* Vendendis. Quam † venditionem comitabatur infamia: erat enim vice ſectionis leg. 12. Tab. introductæ. Gell. *lib.* 20. *cap.* 1. Tertull. in *Apologet. cap.* 3. Judicatos ſecari, inquit, in partes, leges erant: conſenſu tamen publico crudelitas eraſa eſt: & io pudoris notam capitis pœna converſa eſt, bonorum adhibita proſcriptiooe. Suffundere maluit hominis ſanguinem, quàm effundere. Cootius.

2 *g* Introducta. *L. Aufidius* † 29. *De bon. auct. jud. poſſ. l. cum bona.* 16. *eod. tit. l. Imperatores.* 40. *De pact. l.* 4. *C. De bon. auct. jud. poſſ.* Vide de ſolemnitate, & ordine hujus apud Cic. *pro Quintio*, qui *lib.* 8. *ad Atticum* ſcribit, ſine edicto non potuiſſe tranſigi de bonis poſſidendis, magiſtris eorum faciendis, & vendendis. Nam hæc ex edicto & poſtulari, & fieri ſolent. *tot. tit. ff. eod. De bon. auctor. jud. poſſ.*

h Ordinaria Judicia. Ordinaria † vocat 3
vetora, quæ ante Conſtantinum, & tranſlationem Imperii factam, io uſu Romanis fuerunt, certis formulis, & impetrationibus ordinata. *§. ult.* inf. *De interdic.* Idque more I. C. qui extra ordinem fieri dicunt, quicquid fit non uſitata judiciorum ſolemnium forma, & progreſſione. *l. pecuniæ.* 178. *De verb. ſignifi. l. ordo.* 8. *De pub. jud. §. ultim.* infr. *De interdictis.*

i Usa Est. Sublatis † per Conſtantinum for- 4
mulis, *l.* 1. *C. De formul. ſub.* per Theodoſium deinceps impetrationibus judiciorum. *l.* 2. *C. eo. tit.* & juriſdictione omni, ad morem Græcorum, quò jam tranſlatum erat Imperium, informata. *§. ult.* inf. *De interd.*

k Ea Disponere. Diſtrahere, & vendere *l. pro debito.* 6. *C. De bon. auctor. jud. poſſid.*

l Apparebit. *L.* 6. *l. cum proponas.* 9. *l. ult.* Auth. *Et qui jurat.* & *tot. tit. C. De bon. auctor. jud. poſſ.* ac *ff. eod.*

§. 2. Erat & ex Senatuſconſulto.

ERat *a* & ex Senatuſconſulto Claudiano miſerabilis per univerſitatem acquiſitio *b*: cùm libera mulier ſervili amore bacchata, ipſam libertatem per Senatuſconſultum amittebat, & cum libertate ſubſtantiam: quod indignum noſtris temporibus eſſe exiſtimantes, & à noſtra civitate deleri *c*, & non inſeri noſtris Digeſtis conceſſimus.

SExtus modus.

a Erat. Sexta ſpecies acquiſitionis per univerſitatem.

b Acquisitio. De qua Tacitus *lib.* 12. *Annal. l.* 1. *C. De Senatuſconſ. Claud.* Ulpian. *in fragment. tit.* 11. verſ. *maxima capitis diminutio.*

c Deleri. *D. l.* 1. *C. De S. C. Claud. tollend.* Sunt autem & alii modi res acquirendi, tam juris naturæ, quàm civilis: de quibus pereleganter, & copioſè Contius vir doctiſſimus. *lib.* 1. *Diſput. cap.* 12.

DE OBLIGATIONIBVS
Titulus Decimus Tertius.

1. *Continuatio, & diſpoſitio Tituli.*

1 ABſolutis † rerum dominiis, tranſit Imperator ad earundem obligationes, quæ ſuot altera rerum pars: de qua ſe poſt expoſitos dominii modos, tractaturum dixit ſupr. *§. ult. De uſu & hab.* Ac primò, ut artifex, definit, quid ſit obligatio: tum à cauſa efficiente eam dividit: ac deinceps in Titulis ſubſequentibus ſingula diviſiois membra, partes, & ſpecies perſequitur, atque exponit.

Titolus in duo membra dividitur.
1. Quid ſit obligatio, princip. §. 1.
2. Species, §. 1. verſ. *omnium autem.* 2. juncto §. 2.

§. 1. Nunc tranſeamus ad obligationes.

Nunc tranſeamus ad obligationes *a*. Obligatio *b* eſt juris *c* vinculum *d*, quo neceſſitate adſtringimur *e* alicujus rei *f* ſolvendæ *g*, ſecundum noſtræ civitatis *h* jura. Omnium autem obligationum ſumma *i* diviſio in duo genera deducitur k. Namque aut civiles ſunt, aut prætoriæ. Civiles ſunt, quæ aut legibus conſtitutæ *l*, aut certè jure civili comprobatæ *m* ſunt. Prætoriæ ſunt, quas Prætor ex ſua juriſdictione conſtituit, quæ etiam honorariæ vocantur *n*.

1. *Cujuſmodi obligatio hìc definiatur.*
2. *Obligationis Cauſa efficiens.*
3. *Genus.*
4. *Materia, & rei appellatione pœnas quoque comprehendi.*
5. *Forma, finis, & effectus. num. 6.*
7. *Obligationis definitio, & diviſio unde deſumpta.*
8. *Obligationes juris gentium à jure civili effectum ſumere.*

a Transeamus Ad Obligationes. Ut alteram partem rerum, & quidem cauſam actioonum, de quibus dicendum reſtat. *l. licet.* 42. *§. ea.* 2. *De procura.*

1 *b* Obligatio. Verba † in definitionibus propriè, & plenè ſont accipienda: item talia ſunt ſubjecta, qualia permittuntur eſſe à prædicatis. Prædicatum autem, hoc eſt, ipſa ſubjecta definitio, & deinceps diviſio, oſteodunt hic agi de obligatiooibus, quæ non modò natura, ſed etiam jure civili ſuot efficaces: quare intelligamus, hìc eam obligationem definiri, quæ & natura, & jore conſtat: quam Contius civilem vocat. *lib.* 1. *Diſputat. cap.* 9.

c Est Juris. Romani: de quo ſolo agimus, & quod complectitur jus naturale, & civile, tan-
2 quam ſpecies: ut ſuprà dixi *De jur. natur.* Jus † eſt cauſa efficiens generalis remota obligationum. *l. obligationes.* 26. *ff. eod. l.* 6. 7. *De pact.* Proxima verò cauſa, factum eſt hominis, puta contractus. *l. conſilio.* 7. *De curat. furioſ.* unde jus obligationem inducit, vel inductam probat. Hanc ſecutus methodum Imperator, ſubjicit primò diviſionem à prima cauſa, nempe jure ductam, in §. ſequente alteram, quæ à cauſa proximiore, nempe facto contractus, ſumitur. Cæterùm quod dicitur, ex facto jus oriri: non de jure illo generali cauſæ efficientis, ſed de effectu, nempe jure obligationis accipiendum eſt.

3 *d* Vinculum. Genus † eſt vinculum, ſeu nexus, non quilibet, ſed juris: unde vim obligationes omnem aſſumont. *l. obligationum ſubſtantia,* 3. *De obligat. & act.*

e Adstringimur. *L.* 3. *ff. eod.* effectus pariens actionem. *l. licet.* 42. *§. ea.* 2. *De procurat.*

f Alicujus Rei. Materia † obligationum ſuot res. Rei autem appellatio latè patet. *l. res.* 23. *De verbor. ſignif.* quare hìc pœnas quoque complectitur: noo enim modò ad pecuniam, ſed etiam ad pœnas Reip. perſolvendas obligari poſſumus. *l. omnem.* 20. *De jud.* Ex quo intelligi poteſt, qood in objectis juris dicitur, jus de rebus reddi. *§. ult.* ſupr. *De jur. nat.* nam obligationibus nectuotur res, vel perſooæ ſaltem ad res præſtandas, & actionibus, quæ inde exiſtunt, eædem res petuntur. 4

g Solvendae. *Solvendi* † verbum hìc generaliter pro qualibet præſtatione accipitur. *l. ſolutionis.* 176. *De verborum ſignific. l. ſolutionis.* 54. *De ſolution.* & fioem, effoctumque obligationis denotat. 5

h Secundum Nostrae Civitatis. Hoc eſt, Romanæ: & hinc apparet, quod dixi, jus hìc pro jure Romano poni. In quo eſt † forma obli- 6
gatioois. *l. ſervi.* 14. *ff. eod.*

i Summa. Non modò † jus civile, ſed etiam 7
naturale, ac gentium cauſa eſt obligationis. Sed hæc omnia complectitur jus Romanum: ut dictum eſt ſop. *De jur. nat.* Quare fruſtra hìc de obligatione naturali, & diſcrimine juris naturalis, ac civilis diſputatur. Naturalem obligationem facimus, quam jus Romanum talem ſtatuit: itemqoe & civilem. Utraqoe in obligationem hanc Romanam, quam efficacem jura faciunt, concurrit: quamobrem illa diviſione rectè omiſſa, obligationem juris Romani efficacem, dividit Juſtinianus à cauſa efficiente in legitimam, & honorariam.

k Deducitur. Nam & ipſum jus Romanum in hæc duo genera deducitor, Civile propriè ſic dictum, & Prætorium. *l. jus autem.* 7. *De juſt. & jur.*

l Legibus Constitutae. Ut ex legitima pa-

Digitized by Google

pactione. *l. legitima.* 6. *De pact. l. obligamur.* 52. verſ. *lege. ff. eod.*

8 *m* Comproaatar. Ut † obligationes ex commerciis juris gentium, empto, locato, &c. ex his enim quoque civilis oritur obligatio, quia in civitatem Romanam recepti hi contractus, lege approbantur: actionemque juris civilis, ex firma obligatione producere, atque ita effectum habere jubentur, *l. juris gentium.* 7. *De pact.* Ex quo apparet, jus Romanorum ut jus naturæ, & gentium, ſic etiam obligationes ejuſdem juris, quatenus iis opus Reipublicæ videbatur, complecti.

n Honoaariae Vocantur. *L. obligamur.* 52. *ff. eod.* ad quod genus pertinent & illæ obligationes, ex quibus datur in factum actio. *l. ſicut.* 42. *ff. eod.*

§. 2. Sequens diviſio.

SEquens *a* diviſio in quatuor ſpecies deducitur *b*. Aut enim ex contractu *c* ſunt, aut quaſi ex contractu, aut ex maleficio, aut quaſi ex maleficio. Prius eſt *d*, ut de iis, quæ ex contractu ſunt, diſpiciamus. Harum æquè quatuor ſunt ſpecies *e*. Aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis *f*, aut conſenſu, de quibus ſingulis diſpiciamus.

1. *Ratio ſequentis diviſionis.*
2. *Caii I. C. diſtinctio obligationum in l. 1. ff. eod. quomodo accipienda.*
3. *Cauſa efficiens obligationis, contractus: & cujuſmodi contractus hic intelligendus.*
4. *Obligationes ex contractu cur priore loco tradantur,*

1 SIcut † prima cauſa non agit abſque ſecunda, ita nec lex, neque magiſtratus confirmant obligationes, quæ non propriis viribus, hoc eſt, ex cauſa efficiente propinquiore, puta conventione, conſiſtunt. *l. obligationes.* 27. *De obligat. & act.* quare ſuperiori diviſioni, hæc altera rectè ſubjicitur. Ut enim duplex eſt cauſa efficiens obligationis: altera remotior juris, de qua diximus, altera propinquior, quæ facti eſt: ita duplicem hinc manere diviſionem conſentaneum eſt.

a Saquens. Secunda: nam Theophilus in §. *ſequens.* 16. inf. *De actionibus* vertit *δευτέρα*: & veteres, *ſequonda*, ut *ſequens* dicebant, *per qu.*

b Deducitur. Sic in vetuſt. non *dividitur*. Modeſtinus in *l. obligamur.* 52. *De oblig.* confundit

2 cauſas juris cum cauſis facti. Sed † diſtinctius eſt, hæc ſeparare, quemadmodum & Cajus facit in *l. 1. ff. eod.* unde hanc diviſionem ſumpſit Juſtinianus: quare quod ibi à Cajo ponitur, aut ex contractu, aut ex maleficio, aut proprio quodam jure ex variis cauſarum figuris obligationes naſci: accipiendum hoc eſt de iis cauſarum formis, quæ nec in delicti, nec in contractus certam ſpeciem incidunt: eòque ad quaſi contractus, vel quaſi delicta, referuntur.

c Ex Contractu. Cauſa † enim propinqua eſt factum contractus, *l. conſilio.* 7. *De curat. fur.* 3
cujus effectus eſt obligatio, unde Labeo contractum definit eſſe obligationem. *l. Labeo.* 19. *De verb. ſignific.* ſicut & aliàs effectus pro cauſa, & contrà poni ſolet. Contractum autem hìc accipe de valido, & jure civili efficace: ſive nominato, §. 1. 3. 4. infr. *tit.* 1. ſive innominato, §. 2. infr. *tit.* 1. prout & obligatio talis eſſe definitur: qualis enim cauſa, talis effectus, & è diverſo.

d Paius Est. Nam † propiùs contingunt dominii rerum acquiſitionem, & earundem com- 4
mutationem, quàm obligationes ex delicto ortæ.

e Spacies. Subdiviſio ſecundæ diviſionis à cauſa inſtrumentali ſumpta. *l. 2. §. ultim. Ad S. C. Vellejan.* Gloſſ. *lib. 1. Landr. art. 7.*

f Aut Litzais. Hæc ſpecies à Cajo eſt omiſſa: quòd jam in uſu eſſe veteris illę nominum obligationes deſiiſſent. Sed Juſtinianus hanc quoque memorandam putavit, quòd ex ejus conſtitutione, etiam ſcripto, alia tamen, quàm olim, ratione hodie contrahatur. *l. contractus.* 17. *C. De fid. inſtrument.* De quo inf. ad *tit. De lit. oblig.*

QVIBVS MODIS RE CONTRAHITVR OBLIGATIO,

Titulus Decimus Quartus.

1. *Obligationes, quæ re contrahuntur, cur potiùs re, quàm conſenſu conſtare dicantur.*
2. *Cur mutuum depoſitum, &c. potiùs re, quàm conſenſu dicantur contrahi.*
3. *Obligationes criminales quomodo re contrahi dicantur.*

OBligationis, quæ Re contrahitur,
quinque ſubjiciuntur ſpecies: e-
xemplis enim evidentiùs, quàm
definitionibus res exhibentur.
Mirum eſt omiſſam eſſe permuta-
tionem, quæ re perficitur, *l. ex
placito*. 3. *l. emptionem*. 7. *C. De
rer. permut.* ut & omnes contractus innominati. *l.
juriſgentium*. 7. in fin. princ. *De pact. l. 1. De rer.
permut.* Re quoque contrahi nuptiæ dicuntur *l. pen.*
1 *C. De inceſt. nupt.* Cur autem † has potiùs Re, quàm
Conſenſu conſtare dicimus? Non equidem, quòd
conſenſu deſtituantur, ſine quo nec mutuum con-
ſtat, *l. ſi ego*. 18. *Si cert. pet.* nec ſtipulatio, *l. o-
mnes*. 10. verb. *conſenſu contrahentium. C. De contrah.
ſtipul.* nec ullus præterea contractus. *l. 1. §. ult. De
pact. l. ſi & me, & Titium*. 32. verb. *hoc enim niſi inter
conſentientes fieri non poteſt. ff. De reb. cred. l. in omni-
bus rebus*. 55. & *l. in omnibus negotiis*. 57. *De oblig.
& actio. l. emptio*. 3. *De reſcind. vendit. l. poſt mortem*.
5. *Quando ex fact. tut. vel curat. l. ſemper in ſtipulationi-
bus*. 34. *De reg. jur. §. poſt mortem*. 10. verſic. *ſed
cum*. inſ. *De inut. ſtipulation. §. ult.* infr. *Quibus modis
oblig. toll. l. ab emptione*. 58. *ff. De pact.* ſed quòd
præcipuè Re contrahantur, & rei datione explca-
tur obligationis ſubſtantia *l. contra*. 6. in fin. *Ad
S. C. Maced.* adeò ut abſque re, ne ex ſtipulatio-
ne quidem efficax in his obligatio conſequatur. *l.
qui pecuniam*. 30. *l. rogaſti*. 11. §. 1. *ff. De reb. cred.
ſi cert. petat. l. ſi tibi*. 17. *De pact. l. cum ultra*. 9. *C.
De non num. pec.* A principaliore igitur cauſa jure fit
denominatio. Jaſ. & DD. *l. 1. De verb. oblig.* Sed
2 cur † tàm variè, ut emptio conſenſu conſtet,
mutuum non eodem modo? Conſidero in mutuo,
commodato, depoſito, & ſimilibus, qui re con-
ſtant, non hoc agi, ut mutua contrahatur obliga-
tio, ſed ut rem accipiens tantùm obligetur. *l. fu-
rioſus*. 46. *De obligat. & actio.* unde & à dando con-
tractus hi dicti ſunt. Hæc cùm ſit horum indo-
les, & ſubſtantia, non poteſt obligatio, niſi res
detur, accipiatur, conſiſtere. Etſi promittam
igitur, mutuo, vel commodato dare, idque ac-
cepies, non eſt mutuum, quia nihil tum de meo
tuum fit: nec commodatum, quia nulla tum rei
datio intervenit; qua jus, & conſenſus partium
hunc contractum volunt conſtare: neque tu obli-
garis, qui tantum accipiendo, hoc eſt, retineri vis
d. l. qui pecuniam; neque ego, quia in his contractibus
non hoc agitur, ut dans devinciatur, ſed accipiens.
Eſt igitur hoc nudum pactum de futuro mutui, vel
commodati contractu, niſi ſtipulatione muniatur;
quo caſu verborum, non rerum, jam ſubeſt nexus.
In emptione autem, & ſimilibus conventionibus,
non hoc agitur, neque ea eſt contractus natura, ut
accipiendo alter tantùm obligetur, ſed ut mutuum
ineatur vinculum, & ſynallagma, quod rectè con-
ſenſu conſtituitur, maximè in contractibus juriſ-
gentium nominatis. Sic conventione pignus indu-
citur. *l. 1. De pign. act.* quia non ut re accipiens obli-
getur, ſed ut res accipienti nexa ſit, convenit:
hactenus enim hic actus re conſtare nequit, cùm ipſa
res obligetur, & de pignore, non creditore accipien-
te obligando agatur, quia tamen is rem accipit alie-
nam, ideò non tàm conſenſu (nec enim eo fine con-
venitur) quàm ipſa rei, utpotè alienæ, acceptio-
ne obligatur, & ad ejus cuſtodiam, *§. fin. hoc tit.*
& reſtitutionem, ſorte ſoluta. *l. ſi rem*. 9. cum
ſequent. *De pign. act.* † Admonendi porrò ſumus, 3
etiam obligationes criminales perhiberi, Re con-
trahi. §. 1. inſ. *De ob. quæ ex delict.* ſed ibi res pro-
fectò delicti accipitur, quæ ſit cauſa obligationis
tantùm efficiens. *l. aut facta*. 16. *De pœn. l. 1. §. 1.
De injur.* hìc pro re pecuniaria, ſeu facto contra-
ctus: ut *l. conſilio*. 7. *De curat. fur.* quæ non tantùm
efficiens ejuſdem cauſa ſit, ſed etiam materia, ſub-
jectum, forma, & finis.

Contractus, qui re celebrantur, ſunt in triplici differentia : alii namque in gratiam accipientis tantùm contrahuntur , alii in gratiam dantis , & alii in favorem utriuſque .

Ideò in tres partes divido elegantem hunc Titulum .

1. Exponet contractus , qui in gratiam accipientis celebrantur *Mutuum* ſcilicet , ejuſque occaſione ob quandam ſimilitudinem *indebitum* , & *commodatum* ad §. 1. 2. & 3. *hoc tit.*

2. Comprehendit contractum in gratiam dantis , ut eſt depoſitum , §. 4.

3. Contractum in utriuſque commodum celebratum exhibet, *pignus* videlicet, in §. *ult.*

§. I. Re contrahitur obligatio.

RE contrahitur obligatio , veluti mutui datione *a* . Mutui autem obligatio in iis rebus conſiſtit *b* , quæ pondere , numero, menſurave conſtant: veluti vino , oleo , frumento , pecunia numerata , ære , argento , auro : quas res aut numerando , aut metiendo , aut appendendo in hoc damus *c* , ut accipientium fiant *d* : & quandoque *e* nobis non eædem res *f* , ſed aliæ ejuſdem naturæ *g* , & qualitatis *h* redduntur ; unde etiam mutuum appellatum eſt *i* , quia ita à me tibi datur , ut ex meo tuum *k* fiat : & ex eo contractu naſcitur actio *l* , quæ vocatur Condictio *m* .

1. *Cauſa efficiens principalis mutui .*
2. *Materia , forma , finis , numer. 3. 4. 5. effectus . num. 9.*
6. *In mutuo non eaſdem res , ſed ejuſdem generis reddi .*
7. *Mutuum quid ſecundum Donatum : ejuſque etymon. num. 8.*
10. *Condictio quid .*

a MUTUI DATIONE . Prima ſpecies, Mutuum . *l. 1. ff.*
1 *eod.* cujus † contrahendi principalis, & proxima effectrix cauſa, res eſt . *d. l. rogaſti . 11. §. 1. Si cert. pet. l. ſi tibi. 17. De pact. l. cum ultra. 9. C. De non num. pec. l. qui pecuniam. 30. De reb. cred.* Nam quoniam hoc agitur, ut de meo tuum fiat , vel contrà : &, qui accipit, ad idem in genere reddendum obligetur : idcircò rem accipi , & transferri ad conſtituendam hanc obligationem , neceſſe eſt . *l. 2. Si cert. pet.* Ideò ex pluribus ſi unus accipiat pecuniam, reliqui correi tantùm effectu ſunt fidejuſſores. *l. ſi non ſinguli . 5. C. Si cert. pet.*

2 *b* CONSISTIT . Quia † mutuum damus non recepturi eandem ſpeciem , hoc eſt, ſimile , ejuſdem generis , & ſpeciei rem . *l. 2. §. mutui . l. 3. hoc tit. De reb. cred. ſi cert. pet.* ideò conſiſtit mutuum, velut in ſua propria materia tantùm in rebus fungibilibus *d. l. 2. ff. De reb. cred. Si cert. pet.* cujuſmodi ſunt, quæ ad pondus, numerum, menſuram rediguntur,& æſtimantur . Propterea verò in his ſolis conſtat mutuum , quia, ſi de eadem ſpecie reſtituenda agatur , erit commodatum , vel precarium : ſin de alia , quæ non ſit in eodem genere fungibilis , & alterius latæ vice fungatur , exiſtit permutatio . Quare , ut conſtet natura propria huic contractui , res mutuò dari fungibiles opus eſt .

3 *c* IN HOC DAMUS . Forma † mutui.

4 *d* ACCIPIENTIUM FIANT . Cauſa † finalis mutui, ſecernens illud à commodato , & permutatione,

e QUANDOQUE . Rectiùs, quàm *Quoniam.* Auguſt. *lib. 3. cap. 7.*

f EAEDEM RES . Nam † alioqui iis uti non 5
poſſemus, cùm omnis earum uſus ſit in abuſu : *l. qui ſic . 55. De ſolut.* Vide *tit De uſufruct. ear. rer.* & ſup. *De uſufruct.* reſque incideret in commodatum, à quo hac ratione diſcriminatur .

g EJUSDEM NATURAE . Hoc eſt, † generis, 6
& ſubſtantiæ : puta triticum pro tritico , vinum pro vino , pecuniam pro pecunia , ejuſdem generis, & ſubſtantiæ : qua parte à permutatione ſecernitur .

h QUALITATIS . Hoc eſt bonitatis.

i APPELLATUM EST . Mutuò , & hinc inde viciſſim : nam in mutuo ego creditor ex meo tuum facio , dando : tu debitor , ex tuo meum , redden-
do. Quare † Donatus ita mutuum definit : quod 7
ſic adeſt , ut reddi debeat, & nunc meum , nunc tuum ſit .

k EX MEO TUUM . Convenit † rei nomen 8
à datione, translationeque acceptum. Varro: Si datur, quod reddatur mutuum , quod ſicuti μοῖτον meum tuum. Certè apud latinos *mutuum* reciprocum ſignificat, ut in mutuo amore, officio , & I. C. delectari concinnis nominum alluſionibus , quæ rem ipſam notarent, hinc apparet : item ex definitione nominum teſtamenti, §. 1. ſup. *De teſtam.* donationis , *l. ſenatus. 31. §. 1. De donatio. cauſ. mor.* novationis, *l. 1. De novat. &c.*

l ACTIO.

9 *l* Actio. Effectus † mutui, cujus formulam §. ſequens ſubjicit.

m Condictio. Condictio certi competit ex omni cauſa, ex qua certum petitur dari. *l. certi.*
10 9. *ff. Si cert. pet.* Condictio † nominatur actio perſonalis, qua petitur aliquid dari. *§. appellamus*. 15. infr. *De action.* Ex mutuo certi condictio datur, quia res certa eſt, quæ non reſtitui, ſed dari petitur. *d. l. certi. l. ubi.* 75. *De verbor, obligation.*

§. 2. Is quoque, qui non debitum.

IS quoque, qui non debitum accepit ab eo, qui per errorem *a* ſolvit, re obligatur *b*: daturque agenti *c* contra eum propter repetitionem condictitia actio *d*. Nam perinde ei condici poteſt, ſi paret *e* eum dare oportere *f*, ac ſi mutuum accepiſſet. Vnde pupillus, ſi ei ſine tutoris auctoritate indebitum per errorem datum eſt, non tenebitur indebiti condictione, non magis *g*, quàm mutui datione *h*. Sed hæc ſpecies obligationis non videtur ex contractu conſiſtere: cùm is, qui ſolvendi animo dat, magis voluerit negotium diſtrahere, quàm contrahere *i*.

1. *Secunda ſpecies obligationis, quæ re contrahitur, Indebitum: & cujuſmodi contractus.*
2. *Emendata hujus §. lectio.*
3. *Condictio indebiti.*
4. *Indebiti, & mutui ſimilitudo.*
5. *Pupillus quatenus indebiti teneatur.*
6. *Actiones, quæ alioquin in ſolidum dantur: in pupillum ſaltem quatenus factus eſt locupletior, competunt.*
7. *Indebitum quatenus verè contractus ſit, & quatenus quaſi contractus.*

1 SEcunda † ſpecies, Indebitum: quod licet ratione cauſæ, & finis, hoc-eſt conſenſus, ejuſque, quod agitur, non ſit contractus, tamen reſpectu effectus, hoc eſt obligationis, quæ ex datione, captioneque rei oritur, rectè inter hos contractus, qui Re conſtant, refertur: nam eodem modo Re obligat accipientem, & condictionem producit. Eſt tamen contractus tantùm innominatus: ut in *l.* 7. in fin. princ. *De pact. l.* 3. & 5. *De condict. cauſa dat.* non propriè, quia hoc non agitur, ut contrahatur: multò minùs ut mutua obligatio, & *συνάλλαγμα* conſtituatur: qua nota cootractum definit, *l. Labeo.* 19. *De verb. ſignif.* potiùs ut ſit quaſi contractus. §. 2. infr. *De oblig. quæ ex quaſi contract.* Obligatio enim hìc citra conventionem, ex rei acceptione oritur, ut in reliquis contractibus iononninatis, permutatione. *l.* 1. *De rer. permut. l.* 9. *C. eod.* tranſactione, *l. ſive.* 28. *C. De tranſact.* & aliis hujuſmodi, quos omnes huc pertinere putandum eſt.

a Per Errorem. Nam, ſi ſciens indebitum ſolvat, donare videtur. *l. cuius.* 53. *De reg. jur.* eòque nec accipiens ad id reddendum obligatur. *l.* 1. *l. quod quis.* 50. *De cond. indeb.*

b Re Obligatur. *L.* 5. *§. is quoque.* 3. *De obligat. & act.*

c Agenti. Ei, qui ſolvit.

d Condictitia Actio. Sic inf. §. *tripli.* 20. *De actio.* quæ à ſubjecto, ſeu materia, Condictio indebiti nominatur. *ff.* & *C. De condit. indeb.*

2 *e* Si Paret. Potiùs † quàm *apparet*. *§. appellamus.* 15. infr. *De actio.* Nam & Cicero veteres formulas ſic concipit, & verbis ſimplicibus magis, quàm compoſitis veteres utebantur, ut tributoria actio, pro diſtributoria, ut ait Contius. Venuſtè hoc verbum antiquum, & forenſe tribuit Cicero majori Scipioni, homini politico, & togato, cujus ætate proculdubio in uſu maximè fuit: *in Somnio Scipio.* circa finem, *Paret ergo*, &c. ubi vulg. malè, *Patet*, habent.

f Dare Oportere. Formula coodictionis antiquitùs uſurpata, cui addebatur, *damnato*. Hodie, ut † dixi, hæc condictitia actio, diffe- 3
rentiæ ſignandæ, diſtinctioniſque gratia, appellatur à materia, condictio indebiti. *tot. tit. ff.* & *C. De cond. indeb.*

g Non Magis. Non *συγκριτικῶς*, ut io *l. jubere.* 4. *De juriſd.* ſed *θετικῶς* accipiendum eſt: ut in *l.* 6. *De legat.* 1. *l.* 1. *Comm. divid.* Ita Cujac. *Obſ. lib.* 2. *cap.* 39. non comparativè, ſed poſitivè: quia ponitur hic, ut in *l.* 1. *Pro ſoc.*

h Quam Mutui. Quia † dixerat, indebiti 4
obligationem ſimilem eſſe mutuo, & eandem inde actionem naſci: ideo ex hac ſimilitudinis ratione, exceptionem ſubjicit à contrario: quaſi dicat; Qui indebitum accipit, æquè obligatur, atque ſi mutuum accepiſſet. Itaque qui ex mutuo tenetur, etiam indebito accepto obligatur, atque è contrario, quando de ſimilibus idem ſit judicium. Contrà qui ex mutuo non obligantur, hac coodictione conſtringi non poſſunt: contrariorum enim eadem eſt doctrina: pupillus † ex mutuo non obli- 5
gatur. *l. pupillus.* 59. *De obligat.* quoniam abſque tutore obligari nequit. *l. obligari.* 9. *De accuſ. tut.* ergò nec ex indebito accepto. *l. obligari.* 43. *De obligat.* Indebiti tameo competit condictio, quatenus

nus factus eſt locupletior. *l. in pupillo.* 47. *De ſolut.* Cùm enim natura ſit æquum, neminem cum alterius jactura locupletari: *l. nam hoc*. 14. *De cond. indeb.* meritò pupillus naturaliter obligatur ad id reſtituendum, quod ex alieno ſine cauſa paravit, & habet. *l.* 5. iu princip. *De auctor. tut. l. naturaliter*. 13. §. *ult. De cond. indeb.* Hactenus enim non deteriorem, ſed meliorem rem ſuam fecit: quod quia iniquum eſt, fieri cum alterius detrimento,
6 eò † quæcunque actiones aliàs ſolidę dantur, eæ in pupillum, quatenus eſt locupletior, competunt; *l.* 1. §. *an in pupillum*. 11. *Depoſiti.* atque ita omnes eæ leges, quibus traditur pupillum naturaliter obligari, vel non obligari, accipiendæ ſunt juxta *d. l.* 5. *d. l. naturaliter*. ſcilicet ut in tantum obligetur, in quantum factus eſt locupletior. *l. quod pupillus*. 41. §. 1. *De cond. indeb. d. l. in pupillo*. Vide. §. *pupillus*. 7. infr. *De inutil. ſtipulat.* etiamſi fidejuſſores, qui ſe hoc nomine obligant, in ſolidum teneantur. *l.* 1. *De novat. l. Stichum*. 95. §. 3. *De ſolut.* Subeſt enim obligatio principalis firma, ex qua pupillus conveniri poteſt, etiamſi, quatenus conveniri poſſit, incertum ſit, & ex eventu pendeat, qui non eſt conſiderandus: eòque, cùm ſufficiat initio ſubeſſe obligationem, rectè fidejuſſores in ſolidum obligantur. Vide *l. ſi pupillus*, 127. *De verbor. obligat. l. cum amplius*. 84. §. 1. *De reg. jur.* §. *antepen.* infr. *Quibus mod. tol. oblig. l.* 1. *De novat.* qui etiam pro naturali obligatione firmiter intercedunt. §. 2. infr. *De fidejuſſor.*

i CONTRAHERE. Reſpectu † igitur cauſæ 7
efficientis, & finis, hoc eſt, conſenſus, & conventionis, eſt quaſi contractus: e[illegible]e infr. *ad tit. De oblig. quæ ex quaſ. contract.* hactenus refertur: non enim verè contractus eſt, cùm non contrahere, ſed diſtrahere partes voluerint: reſpectu verò formæ, materiæ, & effectus obligationis, quæ Re conſtat, (de qua hic agitur) contractus eſt: aut certè obligatio, velut ex contractu exiſtens: quod æquè atque ex mutuo accipiens ad reddendum obligatur; quanquam materia latiùs pateat: non enim ut in mutuo rerum tantùm fungibilium, ſed omnium aliarum ſolutio indebitè facta obligationem hanc parit.

§. 3. Item is, cui res aliqua.

ITem is, cui res aliqua utenda datur, id eſt, commodatur *a*, re *b* obligatur, & tenetur commodati actione. Sed is ab eo, qui mutuum accepit, longè diſtat: namque non ita ei res datur, ut ejus fiat *c*: & ob id de ea re ipſa reſtituenda tenetur. Et is quidem, qui mutuum accepit, ſi quodlibet fortuito caſu amiſerit, quod accepit: veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronum, hoſtiumve incurſu: nihilominus obligatus remanet *d*. At is, qui utendum accepit, ſanè quidem exactiſſimam *e* diligentiam cuſtodiendæ rei præſtare jubetur: nec ſufficit ei tantam diligentiam adhibuiſſe, quantam in ſuis rebus adhibere ſolitus eſt: ſi modò alius diligentior poterat eam rem cuſtodire. Sed propter majorem vim *f*, majores *g* caſus, non tenetur *h*: ſi modò non ipſius culpa is caſus intervenit *i*: alioqui ſi id, quod tibi domi commodatum eſt, peregrè tecum ferre malueris, & vel incurſu hoſtium, prædonumve, vel naufragio amiſeris: dubium non eſt, quin de reſtituenda ea re tenearis. Commodata autem res tum propriè intelligitur, ſi nulla mercede accepta, vel conſtituta, res tibi utenda data eſt: k alioqui mercede interveniente, locatus tibi uſus rei videtur *l*; gratuitum enim debet eſſe commodatum.

1. *Commodatum in quo olim conſiſterit: & inter commodatum, & utendum datum diſcrimen. Commodati etymon, & quomodo à mutuo differat, ibid. & numer. 3. & 5.*
2. *Commodatum contractus eſt bonæ fidei.*
4. *Cujuſmodi diligentia in commodato requiratur.*
6. *Majores caſus qui dicantur: & cur propter ejuſmodi caſus commodatarius non teneatur. num. 7. fallit, ut num. 8.*
9. *Commodati, & Locati diſcrimen.*

PRoponitur tertia ſpecies, Commodatum.

1 *a* COMMODATUR. Olim † propriè pecunia dicebatur commodari, reliquæ verò res utendę dari. Fronto *lib. de Differentiis*: quo loco pecunia pro re quavis mobili accipienda eſt. Ulp. in *l. 1. ff. Commodati.* Inter commodatum, & utendum datum, Labeo ait tantum intereſſe, quantum inter genus, & ſpeciem. Commodari enim rem mobilem, non etiam ſoli: utendam verò etiam hanc dari, ut habitationem. Ex nomine tamen argui poſſet, propriè res etiam ſoli commodari. Commodatum enim ſive ab

ve ab

ve ab eo, quod ad commodum accipientis, ſive quod eum modo datur, derives, æquè obtinet in re ſoli, atque in mobili. In eo igitur prima eſt mutui, & commodati differentia, quòd illud tantùm in fungibilibus, hoc in quavis re locum habeat.

2 *b* Re. Non † conſenſu: quoniam id actum eſt, ut tantùm uſu rei accipiens obligetur, cùm ad utendum ex bona fide (unde contractus bonæ fidei eſt *l.* 3. *§. in hac. ff. Commodat.* quia nemini commodato datur, niſi quem bona fide re uſurum ſit opinio) tum uſu percepto ad reſtituendum. *l.* 3. *§.* 1. *ff. Commod. l.* 1. *§.* 1. *De obligat. & act.* & paulò pòſt in verb. *de reſtituenda re tenetur, &c.*

3 *c* Ut Ejus Fiat. Sicut † in mutuo. Eſt igitur hæc altera differentia.

d Remanet. Cùm quòd dominus factus eſt: res autem domino perit. *l. pignus.* 9. *C. De pign. act.* tum quia debitor generis eſt, qui interitu ſpeciei non liberatur. *l. incendium* 11. *C. Si cert. petat.*

4 *e* Exactissimam. Apud † Cajum legitur *exactiſſimam*, *l.* 1. *ff. eod.* & ita quidam Codices habent; ac conſentit *l. in rebus*. 18. *ff Commodat.* quamvis non eſt incommoda etiam lectio, *exactam*: id enim quomodo accipiendum ſit, declaratur ſubſequente deſcriptione: *nec ſufficit et tantam, &c.* quæ verba planum faciunt, de exactiſſima diligentia hoc intelligendum eſſe: quemadmodum & I. C. diligentiam determinat, *l.* 5. *§. nunc videndum eſt.* 2. *l. in rebus.* 18 *ff. eod. l. ſi merces.* 25. *§. qui columnam. ff. Locat.* Talia enim ſunt ſubjecta, qualia permittuntur eſſe à prædicatis. Et quia diligentia, negligentia, culpa; non variant genere toto, ſed tantùm gradibus ſecundum majus, & minus, eò pro ratione cujuſque mate-
riæ, variè ſunt interpretanda. Idcircò † autem 5
talem diligentiam commodatarius debet, quia ſolius ipſius gratia contrahitur, & res ei gratis utenda conceditur: ut injuſtiſſimum fuerit, non hanc ſaltem exactiſſimam cuſtodiendæ rei curam pro officio reponi. *d. l.* 5. *§. nunc videndum eſt.* 2. in quo tertia eſt à mutuo differentia.

f Majorem Vim. Θεῖα βία, *l. ſi merces.* 25. *§. vis.* 5. *ff. Locat.*

g Majores Casus. Qui † ſcilicet nulla humana providentia caveri poſſunt. *l.* 6. *C. De pign. act.* 6

h Non Tenetur. Quia † res domino perit, 7
non commodatario, *l. in rebus.* 18. *ff. eod. d. l. pignus.* & cùm ſit debitor ſpeciei reddendæ, illius interitu meritò liberatur. *l. ſi ex legati cauſa.* 23. *De verb. obligat.*

i Intervenit. † *D. l. in rebus* 18. *l. ſi nulla.* 8
8 *C. De pign. act.* qui enim cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur. *§. ult.* infr. *De lege Aquil.* & cùm cauſa in culpa hæret, effectus quoque, & conſecutio ut in culpa ſit, neceſſe eſt. Qualis enim eſt cauſa, talis & effectus. Damnum autem, quod ſua quis culpa dat, vel facit, non alii, ſed ſibi imputare, & ideo alteri datum reſarcire debet. *c. Damnum.* 86. *De reg. jur.* in 6. & *§. ſeq.* in fine.

k Data Est. *L. in commodato.* 17. *§.* 3. *ff. Commodat.*

l Usus Rei Videtur. Eſt † igitur hæc pro- 9
pria differentia, qua commodatum à locato diſcriminatur. *l. ſive certo.* 5. *§. nunc videndum eſt.* 2. *ff. Commodati.* Ex hujuſmodi autem proprietatibus ſingulorum contractuum, licet ſumere definitiones: quas cùm ſuprà in Iſagoge poſuerimus, hìc repeti non eſt neceſſe.

§. 4. Prætereà & is, apud quem.

PRætereà & is, apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, teneturque actione depoſiti, quia & ipſe de ea re *a*, quam accepit, reſtituenda *b* tenetur *c*. Sed is ex eo ſolo tenetur, ſi quid dolo *d* commiſerit *e*. Culpę autem nomine, id eſt, deſidiæ, ac negligentiæ *f*, non tenetur. Itaque ſecurus eſt, qui parùm diligenter cuſtoditam rem furto *g* amiſerit: quia, qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradit, ſuæ facilitati *h* id imputare debet.

1. *Dolus quid.*

2. *Culpa quid in jure.*

QUarta ſpecies, Depoſitum: dictum ex eo, quòd ponitur, ut ait Ulp. *l.* 1. *ff. Depoſiti.*

a Ea Re. Hoc eſt, ea ipſa ſpecie: nec ſufficit ejuſdem generis rem reddere, ut in mutuo.

b Restituenda. Nota, in his obligationibus tantùm accipientem ad reſtitutionem obligari; res igitur ut interveniat, neceſſe eſt.

c Tenetur. Hoc enim ſolum agitur, ut accipiens obligetur. *l.* 1. *§.* 1. *ff. De obligat.* Quanquam ergò conventum ſit de depoſito, ſi tamen non accipiat depoſitarius, vel, antequam accipiat, dominus deponere nolit, aut res perierit, vel corrupta ſit, dicendum eſt, eum non teneri, perinde ut in mutuo, & commodato. *l. qui pecuniam.* 30. *ff. Si cert. petat.*

d Dolo. Dolus † eſt machinatio animi frau- 1
dulenta, *l. ultim. C. De litigioſ.* & calliditas, *l. conſilii.*

ſtii. 47. *De reg. jur. l. igitur.* 12. *De lib. cauſ.* ſeu malitia, *l.* 4. §. *Labeo.* 15. *De dol. mali, & met. except.* ad decipiendum alterum adhibita. *l.* 1. *De dol. mal.*

e COMMISERIT. Ut in *l.* 1. §. *ſi quis ſervum.* 9. §. *an in pupillum.* 15. §. *non tantum.* 20. & paſſim *tot. tit. ff. Depoſ.*

2 *f* NEGLIGENTIAE. Nota † culpam nihil aliud io jure eſſe, & vocari, quàm deſidiam, ac negligentiam, circa cuſtodiam, vel uſum rei alienæ, quæ jure culpari poſſit. Hoc autem accipiendum eſt de culpa levi, ac leviſſima, non etiam de lata, quam præſtat depoſitarius. *l. quod Nerva.* 32. *ff. Depoſiti. l.* 1. *C. eod.*

g FURTO. Quod abſqoe colpa, & negligentia aliqua cuſtodientis, non facilè poteſt committi. *l. cum duobus.* 52. §. 2. *ff. Pro ſoc.*

h FACILITATI. Qui cum alio contrahit, ſcit vel (quod perinde eſt, *l.* 5. *Si cert. pet.*) ſcire, & explorare debet conditionem ejus. *l. qui cum alio.* 19. *Dr reg. jur.*

i IMPUTARE DEBET. *Cap. Damnon.* 86. *De reg. jur. in* 6.

§. 5. Creditor quoque.

Creditor quoque, qui pignus accepit, re obligatur *a*: quia *b* & ipſe de ea ipſa re, quam accepit, reſtituenda *c*, tenetur actione pignoratitia *d*. Sed, quia pignus utriuſque gratia datur *e*, & debitoris, quò magis pecunia ei credatur, & creditoris, quò magis ei in tuto ſit creditum *f*, placuit ſufficere, ſi ad eam rem cuſtodiendam, exactam *g* diligentiam *h* adhibeat: quam ſi præſtiterit, & aliquo caſu fortuito *i* eam rem amiſerit: ſecurum eſſe *k*, nec impediri creditum petere.

1. *Obligatio pignoris quò reſpiciat.*
2. *Exacta diligentia quomodo hic intelligenda.*
3. *Caſus fortuitus à quo probari debeat in amiſſione pignoris: & cui pereat pignus. num.* 4.

Quinta ſpecies, Pigous. Quid ſit autem pignus, & quomodo contrahatur, & quot ejus ſpecies, ad *tit. De pign. act.* & *De pignoribus* dictum eſt.

a OBLIGATUR. Ad reſtituendum ſcilicet rem, quam accipit, ut poſteà ſequitur in texto, *l.* 1. *De oblig.* nam res pignori per conſenſum nectitur, *l.* 1. *De pig. act.* unde realis obligatio. *l.* 1. *C. De hered. act.* Sed ea tantùm effectus eſt obligationis conſenſu cootractæ in pignoratitio cootractu: at hic agitur de iis obligationibus, quarum non effectio, ſed proxima cauſa efficiens eſt res, ſeu rei datio, acceptio &c. quod vel ex iſto exemplo planum ſit.

b QUIA. Ratio, quare in toto hoc Titulo accipientes re obligeotur.

3 *c* RESTITUENDA. Obligatio † igitur hæc eò reſpicit, ut accipiens ad rei reſtitutionem, ſeu in genere, ut io mutuo, ſive in ſpecie, ut in cæteris hiſce contractibus, teneatur.

d PIGNORATITIA. Directa. *l. pignoris cauſa.* 11. *C. De pign. act. l. ultim. C. De luit. pign.* nam Contraria datur creditori: de qua ad *tit. De pign. act.* Ac fortaſſe hæc obligatio, & actio cùm non veniat ex cooventiooe, ſed interpretatione ejus, quod eſt tacitè auctum, & ex æquitate conditionum, quia res amodò ſine cauſa eſt apud creditorem: ideò fuere olim forſan prætorii juris, & ex juriſdictiooe ortom habent, ſicut cooſtitutum. §. *de conſtituta.* 9. infr. *De actio.* cui in Pandectis annectuntur, & ibi prætoriis annomerantur.

e DATUR. *L.* 5. §. 2. *ff. Commod. l. contractus.* 23. *De reg. jur.* ex quo fit, ut hactenos conſenſu conſtituatur obligatio *l.* 1. *De pign. act.* ut in iis conventionibus, ioquibus ineſt συνάλλαγμα, & mutua præſtatio, atque obligatio, uſuvenire ſolet.

f CREDITUM. *L. plus cautionis.* 25. *De reg. jur.*

g EXACTAM. Coi levis culpa opponitur.

h DILIGENTIAM. Ut † in commodato ineſt. I. C. Ulp. in *l. ſi cum venderet.* 13. §. *ult. ff. De pign. act.* quod ſecundom quid eſt accipiendum, noo ſimpliciter, ſcilicet, ut (quemadmodum ibidem exponitur) veniat cuſtodia, & ea, quæ à diligente patrefamilias in rebus ſuis præſtari ſolent, à creditore exigantor. *l. ea igitur.* 14. *l. eleganter.* 24. §. *ult. eo. tit. ff. De pignor. act.* non etiam diligentia modur communis, oec indiligentis œconomi excedens ſi, qualis io commodato requiratur, *l.* 18. *ff. Commod.* §. 3. ſup. *eod.* 2

i CASU FORTUITO. Qui † ab eo probari debet. Gloſſ. & DD. in *l.* 4. *C. Dr pig. act.* per *l. publicati.* 2. *C. De teſtam. l. teſtium.* 18. *C. De teſtibus. l. ſicut.* 5. *C. De fide inſt.* bonus textus io *l. veluti.* 7. in princ. verb. *doceat. ff. Dr eden.* Eam autem probatiooem ſufficere, nec opus eſſe, ut inſuper doceat creditor, abſque culpa ſua eveniſſe: id enim præſomi volunt Gloſſ. & DD. in *d. l.* 4. & in *l. ſi quis.* 6. §. *ult. De edend.* 3

4 k SECURUM ESSE. Quia † res domino, hoc eſt, debitori perit, *l. pignus.* 9. *C. De pig. act.* eòque ſecurus eſt creditor, ut abſque metu pignoratitiæ actionis, qua pignus repetitur, creditum, hoc eſt, ſortem principalem ſibi debitam, cujus nomine pignoratio facta erat, nihilominus petere poſſit: nam aliàs petenti debitum, poteſt per modum exceptionis, pignoratitia opponi, ut pignus reſtitoator, *l. ſi rem.* 9. §. *ult. Dr pign. act.* ex regula *c. Qui ad agendum.* 71. *De reg. jur.* in 6. *l.* 1. §. 4. *ff. De ſuperficiebus.*

DE

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS *.

Titulus Decimus Quintus.

* OBLIGATIONIBUS. Rectiùs, quàm *Obligatione*, ut quidam legunt. Nam Titulus hic eſt generalis ad multos ſequentes pertinens: quibus exponitur non ſolùm, quomodo inter duos conſtituatur verborum obligatio, ut hoc in titulo: ſed etiam, quo pacto inter plures tit. ſequent. Item quomodo per ſervos, *tit. De ſtipulat. ſerv.* deinde quot ſint ſpecies ſtipulationum: quarum aliæ utiles ſunt, aliæ inutiles: & illarum genera complura, de quibus infr. *tit. De diviſ. ſtipul.* & *tit. De inutil. ſtipulat.* Poſtremò, quomodo non modò principaliter, ſed etiam acceſſoriè, ſtipulatio reliquis contractibus accedat, *titul. De fidejuſſoribus*.

1. *Continuatio, & argumentum Tituli.*

1 DIctum † eſt de obligatione, quæ re contrahitur: ſequitur altera ſpecies, ſcilicet, Verborum obligatio: quæ quomodo conſtituatur, & quem effectum habeat, paſſim hoc in titulo exponitur, & à Paul. *lib. Sent.* 2. *c.* 3. Stipulatio eſt verborum conceptio, ad quam quis congruè interrogatus reſpondet, *l.* 5. *§. ſtipulatio. eod.*

DIvido Titulum in tres partes.
1. Formam eſſentialem ſtipulationis continet, §. 1. & 2.
2. Formam accidentalem, §. 3. 4. 5. & 6.
3. Formam materialem, §. *ult.*

§. 1. Verbis obligatio.

VErbis obligatio contrahitur ex interrogatione, & reſponſione *a*, cùm quid dari, fierive nobis *b* ſtipulamur *c*: ex qua duæ proficiſcuntur *d* actiones, tàm condictio certi *e*, ſi certa ſit ſtipulatio *f*, quàm ex ſtipulatu, ſi incerta *g*, quæ hoc nomine inde utitur, quòd ſtipulum *h* apud veteres firmum appellabatur, fortè *i* à ſtipite k deſcendens.

1. *Diverſa §. lectio.*
2. *Materia.*
3. *Forma.*
4. *Effectus ſtipulationis.*
5. *Stipulationem facti eſſe incertam.*
6. *Stipulationis etymon.*

QUomodo contrahatur: & quæ inde actio detur.

1 *a* ET RESPONSIONE. In † Paulo legitur, *reſponſu*: ſicut actio dicitur *ex ſtipulatu*, pro *ex ſtipulatione*, infr. *eod.* nam veteres utebantur ſupinis, pro nominibus verbalibus. Contius. Sunt igitur partes ſtipulationis interrogatio, & reſponſio, *l.* 1. *§. verbis.* 7. *De oblig. & action.*

2 *b* NOBIS. Materia † ſtipulationis.

c STIPULAMUR. Forma † ipſa ſtipulatio, *l.* 1. *§. verbis.* 7. *De oblig. & act.* hoc eſt interrogatio, & reſponſio congruens, unico contextu facta, *l. obligamur.* 52. *De oblig. & action. l.* 1. *l. continuus.* 137. *De verbor. oblig.* 3

d EX QUA DUAE PROFICISCUNTUR. † Effectus. 4

e CONDICTIO CERTI. *L. ſi quis certum.* 24. *ff. Si cert. pet.* cum ſimilibus.

f STIPULATIO. Puta, ſi dari rem certam ſie promiſſum; quæ qualis, quantaque ſit, apparet. *l. ubi.* 75.

l. ubi. 75. *De verbor. obligat.*

5 *g* Si Incerta. Ut † eſt facti obligatio, *d. l. ubi*. 75. §. *qui id*. 7. *De verb. oblig.* quia, quantum præſtandum ſit, incertum eſt: cùm & factorum, quæ neque dum facta ſunt, ſed fieri debent, forma, & complexus incertus ſit, & in his poſt moram, obligatio ad intereſſe ſuccedat, *l. ſtipulationes*. 72. *De verb. oblig. l. ſi quis*. 13. in fin. *De re judic.* quod ad minimam plerunque ſummam reducitur, *l. ult. De prætor. ſtipul.*

h Stipulum. Paul. *lib*. 5. *Sent. cap*. 7. Iſidor. *lib*. 5. *cap*. 24.

i Forte. Hæc particula oſtendit eum divinare, ut in etymologiis hæc libertas ſemper fuit, & eſt conceſſa: ut Cicero *lib*. 1. *Offic.* fidem ab eo, quòd fiat, deducit.

k Stipite. Varro † *lib*. 4. mavult à ſtipe, 6 vel ſtipando: ſed eadem ratione à ſtipite deducitur: nam aut ſtipes à ſtipando, aut hoc ab illo derivatur. Contius.

§. 2. In hac re.

IN hac re olim talia verba tradita fuerunt: *Spondes? Spondeo. Promittis? Promitto. Fidepromittis? Fidepromitto a. Fidejubes? Fidejubeo. Dabis? Dabo. Facies? Faciam.* Vtrum autem Latina, an Græca, vel qualibet alia lingua ſtipulatio concipiatur, nihil intereſt: ſcilicet, ſi uterque ſtipulantium, intellectum ejus linguæ habeat *b*: nec neceſſe eſt, eadem lingua utrumque uti, ſed ſufficit congruenter *c* ad interrogata reſpondere. Quinetiam duo Græci latina lingua obligationem contrahere poſſunt. Sed hæc ſolemnia verba *d* olim quidem in uſu fuerunt: poſteà autem Leonina conſtitutio *e* lata eſt, quæ ſolemnitate verborum ſublata, ſenſum, & conſonantem intellectum *f* ab utraque parte ſolùm deſiderat, licet quibuſcunque verbis *g* expreſſus ſit.

1. *Promittens aliquid ſua fide, an cenſeatur jurare.*
2. *Stipulationem olim ſolemnibus verbis concipi ſolitam: & quid ſit, definitio Pomponii.*
3. *Hodie quomodo ſtipulatio concipiatur: & an ſcriptura ſtipulationem efficiat.*

DE forma ſtipulationum: quibus verbis, & vetere jure, & novo concipiantur.

1 *a* Fidepromitto. Hinc † intelligi licet, eum non jurare, qui quid fide ſua promittit: quamvis DD. aliter ſentiant in *c. Ad aures*. 3. Extr. *De iis, quæ vi, metuſve cauſ. &c.* & *c. pen.* 22 q. 1. ut ait Cont. In foro tamen ſervatur communis opinio, pro qua textus in *d. c. Ad aures*. ubi Panor. *num*. 4. & 5. Imol. *num*. 4. Hoſt. *in Rub. num*. 1. *c. Pervenit*. 2. *De fidejuſſor. c*. 1. *De ſepult*. in 6. Gloſſ. in r. *Querelam*. 4. verb. *præſtita. Ne Præla. vic. ſuas &c.* Et ita ſervari in Camera, tradit Mynſinger. *Obſer*. 17. *Cent*. 1. idque ad conſcientiam eſt tutius præſertim apud nos Chriſtianos, ut maximè apud I. C. Ethnicos aliter ſe res habuerit. Ejuſmodi enim, quæ ad conſcientiam pertinent, non jure fori, ſed jure poli, ut dicitur, ſunt determinanda, *c*. 2. *De jurejur*. in 6. *c. ult. De præſcript.* Vide tamen ea de re plura apud Didacum Covarru. in *c. Quamvis. De pact. lib*. 6 *in prim. relect. par*. §. 2. *n*. 1. 2. 3. Alciat. *in Rub. De jurejur.*

b Linguae Habeat. Sive per ſe, ſive per interpretem, *l*. 1. §. *eadem autem*. 3. *ff. De verbor. obligat.*

c Congruenter. Hoc eſt, ut, quemadmodum interrogatio concepta eſt, ita ſequatur reſponſio, *l. obligamur*. 52. *De oblig. & act.*

d Solemnia Verba. Quæ initio hujus § poſuit. Ex quo † patet, olim non ſatis fuiſſe ad 2 conſtituendam hanc obligationem, reſpondere congruenter ad id, quod eſſet interrogatum: nam hoc fit etiam in pactis, emptionibus, & ſimilibus, &c. ſed conceptas in eam rem fuiſſe certas verborum formulas, quibus ſolis, & non aliter hæc obligatio induceretur, unde Pomponius in *l*. 5. §. 1. *ff. eod. tit.* ita ſtipulationem definit, ut ſit verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum, facturumve ſe, quod interrogatus eſt, reſpondet.

e Constitutio. *L. omnes*. 10. *C. De contrah. ſtipulat.*

f Intellectum. Verba conſueta ſtipulationum, & ſubtilis, imò magis ſupervacanea obſervatio ab aula conceſſit. *l*. 4. §. *fin. C. De recept. arbitr.* Ita tamen, † ut verborum interveniat certa, & 3 continua conceptio, ex interrogatione præcedente, ac reſponſione ſubſequente formata: ſic ut apparere poſſit, ſtipulationem eſſe contractam: quam verbis conſtare oportet, ſi non ſolemnibus, at quibuſcunque, ex conſenſu contrahentium compoſitis, ut ait *l. omnes*. 10. *C. De contrab. ſtipulat.* Atque hinc facilè intelligitur, licet verba ſint præcipua cauſa hujus contractus efficiens, tamen conſen-

ſum, velut remotiorem, aut adjuvantem cauſam, concurrere oportere, *l.* 3. §. 2. *l. non ſolum*. 31. *De oblig. & act.* Sed & ſcriptura, ſcilicet ioter præſentes, & uoico cootextu id ageotes, atque diſtantes, oon minos, quàm ſono vocis verba hæc concipi, & ſtipulatinnem efficere poſſunt, *l. non figura*. 38. *De obligat.* ut in *l. juriſgentium*. 7. §. *quod ferè*. 5. *De pact.* §. *item verborum*. 9. inf. *De inutil. ſtip.* quia noo minus valet, quod ſcriptura, quàm quod vocibus lingua figuratis ſignificatur, *d. l. juriſgentium*, 7. §. *quod ferè*, 5. *De pact.* &, quod ſcriptum eſt, intelligitur actum, §. *ult.* inf. *De fidejuſſ.* ſaltem inter præſeotes. Nam inter abſentes per nuncium, vel literas, qoæ inter disjunctos commeare ſolent, hic contractus perfici oon poteſt, *l.* 1. in princ. *ff. eod.*

g Quibuscunque Verbis. Etiam nudis quis hodie obligatur. Gloſſ. *c. Indicante*. 4. in princ. verb. *verbis nudis*. *De teſtament.* per *l. unic. C. De ſuffrag. c. Quicunque*. 4. 12. *quæſt.* 2. *c. Juramenti*. 12. 22. *quæſt.* 5.

§. 3. Omnis ſtipulatio.

Omnis ſtipulatio aut purè, aut in diem *a*, aut ſub conditione fit *b*. Purè *c*, veluti, *Quinque aureos dare ſpondes?* idque confeſtim peti poteſt *d*. In diem, cùm adjecto die, quo pecunia ſolvatur, ſtipulatio fit: veluti, *Decem aureos primis Kalendis Martiis dare ſpondes?* Id autem, quod in diem ſtipulamur, ſtatim quidem debetur *e*: ſed peti priùs, quàm dies venerit, non poteſt *f*; ac ne eo quidem ipſo die, in quem ſtipulatio facta eſt, peti poteſt *g*: quia totus is dies arbitrio ſolventis tribui debet *h*. Neque enim certum eſt, eo die, in quem promiſſum eſt, datum non eſſe, priùſquàm is prætierjerit. At, ſi ita ſtipuleris; *Decem aureos annuos i, quoad vivam k, dare ſpondes?* & purè *l* facta obligatio intelligitur, & perpetuatur *m*: quia ad tempus deberi non poteſt *n*: ſed hæres *o* petendo *p*, pacti exceptione *q* ſubmovebitur *r*.

1. *Dies adjectus ſtipulationi quid operetur.*
2. *Promiſſum purè ſtatim peti poſſe.*
3. *Promiſſum in diem ſtatim quidem debetur, ante tamen diem peti non poteſt. nu.* 4.
5. *Clauſula, Quoad vivam, ſtipulationi annua non adjecta, perpetuam efficit obligationem: ſecùs in legato annuo. ibid.*
6. *Promiſſum purè ad tempus deberi non poteſt.*

De varia ſtipulationum contrahendarum forma.

1 *a* Aut In Diem. Quæ † non obligationem, ſed ejus effectum tantummodò impedit inſr. *eod.* verſ. *at ſi ita ſtipuleris*: quia dies non eſt modus inducendæ, aut tolleodæ obligationis, *l. obligationum*. 44. *De obligat.*

b Sub Conditione Fit. *L. creditores*. 10. *De verb. ſignif. l. talis*. 30. *De lega.* 1.

c Pure. Pura obligatio in materia contractoum opponitur obligationi in diem, aot conditionali: ſicot purum judicium, pura actio, intentio illi, quæ exceptiooem temporis adſcriptam habet, §. *loco*. 30. cum ſeqnent. inſr. *De act.* Quomodo aotem bæ obligationes differant eſſeotia, forma, & effectu, vide apud Tiraquel. *De retra. con.* in fio. *num.* 97.

2 *d* Peti Potest. Quia præſenti † die debetor, *l. eum, qui kalendis*. 41. §. 1. *ff. De verb. oblig. l. in omnibus*. 14. *De reg. jur. l. cedere diem* 213. *De verb. ſignificat.* Quod tamen ita iotelligendom eſt, ut tranſierit ſpatium, quo traditio fieri poſſit, §. *ultim.* infrà *De inutil. ſtipulation.*

e Statim Quidem Debetur. *D. l. cedere diem*. quia † tempus, ot oon inducit, aut tollit nbligationem, ita oec ſuſpendit, *d. l. obligationum*. 44. *De oblig. & act.* 3

f Non Potest. Solutin † enim tantùm dilata in tempus eſt, *l. centeſimis*. 46. *De verb. oblig.* quæ facti eſt, *l. aſſeveratio*. 10. *C. De non num. pec.* eòqne in diem rectè differtur. Obligatio juris eſt, idcircò tempore non ſuſpenditur: præſertim, cùm hoc agatur inter contrahentes, ut res quidem ſtatim debeatur, ejus autem differatur ad tempus præſtatin, *l. interdum*. 73. *De verb. oblig. d. l. cedere diem*. *l. eum qui*. 41. §. 1. *De verb. oblig.* 4

g Peti Potest. Quia dies pro debitore eſt, qui ſolvere ante diem poteſt, conveniri noo poteſt. *d. l. eum qui kalendis*. *l. ſtipulatio iſta*. 38. §. *inter*. 11. *l. liber homo*. 118. *ff. eod.*

h Tribui Debet. Itaqoe, cùm liceat ei vel ultimo illius diei momento ſolvere, apparet, nullam dom illn die competere actinnem: quia plus tempore peteretur, cootra *l. unic.* in fin. *Quand. dies uſusfruct. &c.* §. *plus autem*. 29. *De actionibus*, infr.

i An-

i Annoos. Sive in annos ſingulos, ſeu quotaonis: eadem enim eſt pura, una, certa, & perpetua obligatio.

5 *k* Quoad Vivam. Hæc elauſula † ſi adjecta non ſit, perpetoa erit obligatio, nec exceptione elidetor poſt mortem ſtipulantis, *l. ſi Stichum*. 16. *ff. eod.* quia ſtipulator proſpexiſſe etiam hæredi intelligitur. *l. ſi pactum*. 9. *De proba.* Secùs eſt in legato annuo redicto: etſi enim non adjecta ſit vitæ mentio, tamen io alimenta factum videtur: eòque morte legatarii finitur, *d. l. ſi Stichum*. *l. cum in annos*. 10. cum legibus ſequeotibus. *ff. Quand. dies legat. vel fideicom. ced.*

l Et Poas. Non in diem vitæ incertam, *l.* 1. *De cond. & demonſt.*

m Et Perpetuator. Ipſo jure tranſit in hæredem.

n Ad Tempus Dearı Non Potest. Tem-
6 pus † enim, ot per ſe oon eſt modus indoeendæ, ſic occ tollendæ obligationis, *l. obligationum*. 44. *De oblig. & act.* *l. cum qui*. 56. *§. qui ita*. 4. *ff. De verbor. oblig.* Sunt enim certi modi legibus conſtituti, quibus obligatio eivilis tollatur. inf. *Quib. mod. toll. oblig.* Secundum etiam naturam eſt, unumquodque eo modo diſſolvi, quo colligatum eſt. *l. nihil*, 35. *De reg. jur.* *l. ab emptione*. 58. *De pact.* Contractus, & pacta eùm ſint juris geotium, ipſo jure non poſſunt abſumere obligationem civilem, ſed taotùm per exceptionem elidere, *l. ſi unus*. 27. *§. pactus*, 2. *De pact.* Nam legitima tantùm pacta ipſo jure obligationem legitimam perimuot, *l.* 6. *l. ſi tibi*. 17. *§.* 1. *De pact.*

o Sed Haeres. Stipulationis ſcilicet.

p Patendo. Ex ejuſmodi ſtipulatione.

q Pacti Exceptione. Nam pacta qoælibet ad excipiendum proſunt.

r Submoveaitur. *D. l. obligationum*. 44. *De oblig.* ſimile in *l.* 4. *De ſervit.*

§. 4. Sub conditione ſtipulatio fit.

Sub conditione ſtipulatio fit, cùm in aliquem caſum *a* differtur obligatio *b*: ut, ſi aliquid factum fuerit *c*, vel non fuerit, ſtipulatio committatur *d*: veluti, ***Si Titius conſul factus fuerit, quinque aureos dare ſpondes?*** Si quis ita ſtipuletur; ***Si in Capitolium non aſcendero e, dare ſpondes?*** perinde erit, ac ſi ſtipulatus eſſet, cùm morietur, ſibi dari *f*. Ex conditionali ſtipulatione tantùm ſpes eſt debitum iri *g*: eamque ipſam ſpem in hæredem tranſmittimus *h*, ſi, priuſquàm conditio exiſtat, mors nobis contigerit.

1. *Futurorum non eſt determinata veritas.*
2. *Cautionem Mutianam, quæ in ultimis voluntatibus præſtatur, in contractibus non uſurpari.*
3. *Stipulatio conditionalis eſt tranſmiſſoria in hæredes: ſecùs in legato conditionali.*

De ſtipulatione conditionali: qua forma concipiatur, & quis ejus ſit effectus.

a Aliqoem Casum. Incertum, & futurum, *l. conditionales*, 54. *De verb. ſignif.* alioqui pura foret ſtipulatio, *l. ſi pupillus*. 9. *§.* 1. *De novat.* *l. in illa*. 8. *ff. eod.* *§ conditiones*. 6. *inf. eod.*

b Differatur Obligatio. Ita ut ante conditionis eventum dies non cedat, neque quippiam debeatur, *l. cedere diem*. 213. *De verb. ſign.*

1 *c* Factum Fuerit. Conditionis † eveotus in facto contingente conſiſtunt: eujus futuri indeterminata, & incerta eſt veritas.

d Committatur. Hoc eſt, exiſtente conditione ſubſiſtat, & valeat. *l. qui Romæ*. 122. *§. Agerius*. 4. *De verb oblig.*

e Non Ascendaro, Dixit de conditione caſuali: nunc de poteſtativa. Solebant aotem votum exolutori, aut ſacrificaturi, in Capitolium ad templum aſcendere: unde tam freqoens hujus conditionis, ex media Romanorum vita deſumptæ mentio.

f Siat Dari. Quia, cùm † fieri illud, & 2
conditio poteſtativa, quoad vita durat, impleri poſſit, vel non: videtur obligatio in illud tempus dilata, quo certum erit, ſtipulatorem non feciſſe, & ita conditiooem impleviſſe, quod eſt tempus mortis, *l. ita ſtipulatus*, 115. *ff. eod.* ubi Cojac. Ex quo poteſt inferri, cautionem Mutianam, quæ hoc caſu in ultimis voluotatibus præſtatur, *l. Mutiana*. 7. *l. hæres*. 79. *§. qui poſt cautionem*. 2. *De cond. & demonſt.* *l. cum filius*. 76. *§. qui Mutianam*. 7. *De legat.* 2. in cootractibus noo uſurpari: de quo Porc. hìc *nu.* 34. & Bello. poſt Gloſſ. & DD. in *d. l. ita ſtipulatus*. ubi Ripa *nu.* 45. & in *l. ſive apud*. 28. *C. De tranſact.* Rom. *ſing.* 584. *dubitatur*. Cujac. *Obſer. lib.* 14. *cap.* 32.

g Debitum Iri, Effectus hujus ſtipulationis, Conditio pendens impedit naſci obligationem, *d. l. cedere diem*, impleta retrotrahitur, & purificat contractum. *d. l. qui Romæ*. 122. *§. Agerius*. 4.

quia paria ſunt purum, & purificatum. Jaſ. *l. ſi quis cum debitore*. 39. in fin. *De pure jur.*

3 *b* Transmittimus. † *L. ſi quis*. 57. *ff. eod. l. veteris*. 13. *C. De contrah. & commit. ſtipul.* In conditionali legato ſecus eſt: *l. is cui*. 43. *De oblig.* pendet enim illud à teſtatore, qui legatario voluiſſe proſpicere, non ejus hæredi iotelligitur: *l. nec adjecit*. 9. *ff. Pro ſoc.* &, cùm legatarius nihil contrahat, nec contrahendo ullum ſibi jus quæſierit: ideò, priùſquàm dies legati cedat, nihil juris habet in relegata, *l. legata*. 41. *De cond. & demonſtr.* & proinde nihil in hæredem tranſmittit. *§. ſi eadem res*. 9. ſup. *De legat. l. heres*. 79. *§. 1. De cond. & demonſtr.* At, qui ſtipulatur, & ſibi, & hæredi ſtipulari, ac proſpicere intelligitur, *l. ſi pactum*. 9. *De probat.* & contrahendo jus aliquod, conditionale quamvis, acquirit, *l. nec emptio*. 8. *De contrah. empt. l. ſi jactum*. 12. *ff. De act. empt.* quare & ejuſmodi nomina rectè alienantur, *l. ſpem*. 7. *C. De donat. l. nomina*. 17. *De her. vend.* cùm tamen alienari à legatario ejuſmodi legata oequeant, *d. l. legata*. 41. *De cond. & demonſtrat.*

§. 5. Loca etiam inſeri.

LOca etiam inſeri ſtipulationi ſolent: veluti, *Carthagini a dare ſpondes?* Quæ ſtipulatio licet purè fieri videatur *b*, tamen reipſa habet tempus adjectum *c*, quo promiſſor utatur ad pecuniam Carthagini dandam. Et ideò, ſi quis Romæ ita ſtipuletur; *Hodie Carthagini dare ſpondes?* inutilis erit ſtipulatio *d*, cùm impoſſibilis ſit repromiſſio *e*.

1. *Carthago quando reſtituta.*
2. *Locus ſolutioni adjectus ſtipulationem efficit in diem.*
3. *Stipulationes tametſi ſtricti juris ſint, admittere tamen interpretationem.*

DE ſtipulatione in diem tacitum, ex circumſtantia loci.

1 *a* Carthagini. Aliàs *Carthagine*, *l. ult. §. ſi inter*. 4. *ff. eod.* quæ † temporibus I. C. erat inſtaurata, deducta eò Romanorum colonia, per Cajum Julium Cæſarem, ut eſt in ejus vita apud Plutarchum.

b Fieri Videatur. Quoad verba, non quoad intentionem contrahentium.

2 *c* Tempus Adjectum. Semper † enim id agitur in contractu, ut actus valeat, & impleatur eo modo, quo impleri poteſt, *l. ſi quando*. 109. *De legat.* 1. *l. quoties*. 12. *De reb. dub. l. continuus*. 137. *§. cum ita*. 2 *De verb. oblig.* Impleri verò talis promiſſio nequit, niſi ſpatio proficiſcendi ad locum ſolutioni deſtinatum, dato: hoc igitur tacitè conventum intelligitur, *d. l. continuus*. *§. cum ita*. 2. *l. interdum*. 73. *ff. eod.* alioqui impoſſibilis eſſet obligatio, ſi pura eſſet, & conſequeoter nulla, *l. impoſſibilium*. 185. *De reg. jur.* ut ſequitur paulò pòſt in textu. Et hinc † nota, licet ſtipulatio ſit ſtricti juris, eòque ultra verba non extendatur; *l. quicquid*. 99. *l. quoties*. 80. *De verb. oblig.* tamen recipere eam ex eo, quod actum eſt, interpretatiooem: maximè, quando aliàs non haberet effectum, *l. ſi ſtipulatus*. 111. *De verb. oblig.* nam omnes contractus de mundo ſunt bonæ fidei, quoad intentionem contrahentium, ut dicit Jaſ. in *§. actionum*. 1. *nu.* 4. & 37. *Inſt. De actionibus*, quod quomodo accipiendum, vide apud Cujac. *Obſer. lib.* 8. *cap.* 10. 3

d Stipulatio. *L.* 2. *§.* 4. *De eo, quod cert. loc. l. ſi ſervus*. 141. *§. ſi inter*. 4. *ff. De verb. obligat.*

e Repromissio. *§. ſi impoſſibilis*. 8. *infr. De inutil. ſtipul.*

§. 6. Conditiones, quæ ad præſens.

COnditiones, quæ ad præſens, vel præteritum tempus referuntur; aut ſtatim infirmant obligationem, aut omninò non differunt: veluti; *Si Titius conſul fuit*, vel *ſi Mævius vivit, dare ſpondes?* Nam, ſi ea ita non ſunt, nihil valet ſtipulatio. Sin autem ita ſe habent, ſtatim valet *a*. Quæ enim per rerum naturam certa ſunt *b*, non morantur obligationem, licet apud nos incerta ſint *c*.

1. *Futurorum non eſt determinata veritas.*

2. *Error naturam, & veritatem non impedit.*

DIctum eſt de conditionibus futuris ſtipulationi adjectis: nunc ſubjungitur de præteritis, vel præſentibus.

a Statim Valet. *L. conditio.* 100. *ff. eod. l. cum ad præſens;* 37. *ff. De reb. cred.* cum legibus ſequentibus: ubi & ratio hujus traditur.

1 *b* Certa Sunt. Cujuſmodi † ſunt facta præterita, aut præſentia: quare affirmationem de his aut veram, aut falſam eſſe oportet, quod ad rerum naturam attinet: etiamſi de his opinio hominis incerta eſſe poſſit. Paria ſunt igitur purum, & purificatum eſſe. Jaſ. *l. ſi quis cum debitore.* 39. in fin. *De jurejur.* At omnis de futuro, poſſibili, ſive caſuali, ſeu de futuro contingente affirmatio, non ſolùm nobis, ſed etiam in rerum natura, incerta eſt. Contius.

c Incerta Sint. *L. reſpiciendum.* 38. *Si cert. pet.* Conditiones † enim pendent ab eventu facti, & 2
naturæ, non à contrahentium ſententia, & opinione. Natura igitur inſpicitur, non hominum error, qui veritati officere, ordinemque naturæ immutare nequit, *l.* 2. *§. ſi à pupillo.* 15. *ff. Pro emptor. l. illicitas,* 6. *§. veritas. De offic. præſid.*

§. 7. Non ſolùm res.

NOn ſolùm res *a* in ſtipulatum deduci poſſunt, ſed etiam facta *b*: ut ſi ſtipulemur aliquid fieri, vel non fieri: & in hujuſmodi ſtipulationibus optimum erit, pœnam ſubjicere, ne quantitas ſtipulationis in incerto ſit *c*, ac neceſſe ſit actori probare *d*, quod ejus interſit *e*. Itaque, ſi quis, ut fiat aliquid, ſtipuletur, ita adjici pœna debet; *Si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes?* Sed 1 ſi quædam fieri, quædam non fieri una, eademque conceptione ſtipuletur quis; clauſula hujuſmodi erit adjicienda; *Si adverſus ea factum erit, ſive quid ita factum non erit: tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes?*

1. *In ſtipulationibus faciendis promiſſor ſolvendo intereſſe liberatur.*

MAteria ſtipulationum: & quid in eas deduci poſſit.

a Res. Corporales, & incorporales, ſup. *tit. De rebus corp. & incorp.*

b Facta. *L.* 2. *ff. eod.*

c In Incerto Sit. Aliàs, *incerta ſit*: ſic ſuprà *De uſucap. Ne rerum dominia in incerto eſſent*: cùm dixiſſet Cajus, *incerta eſſent*.

d Probare. Nota, cuique ſuum intereſſe eſſe probandum.

e Intersit. Id quod † plerunque ad minimam ſummam reducitur: difficulter enim omne id, quod intereſt, exactè probari poteſt, *l. ultim. De prætor. ſtipulat.* Eò autem in factis res deducitur, quia præcisè nemo ad factum obligatur, & præſtando id, quod intereſt, à faciendo liberatur, *l. ſi quis.* 15. *§. ultim. De re judicat.* Quare, ſi promiſſor non faciat, tantùm incerti actione, id quod intereſt, exigi poteſt. *l. ubi.* 75. *§. qui id quod.* 7. *De verbor. obligat.* 1

Digitized by Google

ve ab eo, quod ad commodum accipientis, ſive quod enm modo datur, derives, æquè obtinet in re ſoli, atque in mobili. In eo igitur prima eſt mutui, & commodati differentia, quòd illud tantùm in fungibilibus, hoc in quavis re locum habeat.

2 *b* Re. Non † conſenſu: quoniam id actum eſt, ut tantùm uſu rei accipiens obligetur, cùm ad utendum ex bona fide (unde contractus bonæ fidei eſt *l.* 3. §. *in hac. ff. Commodat.* quia nemini commodato datur, niſi quem bona fide re uſurum ſit opinio) tum uſu percepto ad reſtituendum. *l.* 3. §. 1. *ff. Commod. l.* 1. §. 1. *De obligat. & act.* & paulò pòſt in verb. *de reſtituenda re tenetur, &c.*

3 *c* Ut Ejus Fiat. Sicut † in mutuo. Eſt igitur hæc altera differentia.

d Remanet. Cùm quòd dominus factus eſt: res autem domino perit. *l. pignus.* 9. *C. De pign. act.* tum quia debitor generis eſt, qui interitu ſpeciei non liberatur. *l. incendium.* 11. *C. Si cert. petat.*

4 *e* Exactissimam. Apud † Cajum legitur *exactiſſimam*, *l.* 1. *ff. eod.* & ita quidam Codices habent; ac conſentit *l. in rebus*. 18. *ff. Commodat.* quamvis non eſt incommoda etiam lectio, *exactam*: id enim quomodo accipiendum ſit, declaratur ſubſequente deſcriptione: *nec ſufficit ei tantam, &c.* quæ verba planum faciunt, de exactiſſima diligentia hoc intelligendum eſſe: quemadmodum & I. C. diligentiam determinat, *l.* 5. §. *nunc videndum eſt*. 2. *l. in rebus*. 18. *ff. eod. l. ſi merces.* 25. §. *qui columnam. ff. Locat.* Talia enim ſunt ſubjecta, qualia permittuntur eſſe à prædicatis. Et quia diligentia, negligentia, culpa; non variant genere toto, ſed tantùm gradibus ſecundum majus, & minus, eò pro ratione cujuſque materiæ, variè ſunt interpretanda. Idcircò † autem 5 talem diligentiam commodatarius debet, quia ſolius ipſius gratia contrahitur, & res ei gratis utenda conceditur: ut injuſtiſſimum fuerit, non hanc ſaltem exactiſſimam cuſtodiendæ rei curam pro officio reponi. *d. l.* 5. §. *nunc videndum eſt*. 2. in quo tertia eſt à mutuo differentia.

f Majorem Vim. Θεῦ βίαν, *l. ſi merces.* 25. §. *vis.* 5. *ff. Locat.*

g Majores Casus. Qui † ſcilicet nulla hu- 6 mana providentia caveri poſſunt. *l.* 6. *C. De pign. act.*

h Non Tenetur. Quia † res domino perit, 7 non commodatario, *l. in rebus.* 18. *ff. eod. d. l. pignus.* &, cùm ſit debitor ſpeciei reddendæ, illius interitu meritò liberatur. *l. ſi ex legati cauſa*. 23. *De verb. obligat.*

i Intervenit. † *D. l. in rebus* 18. *l. ſi nulla.* 8 8. *C. De pign. act.* qui enim cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur. §. *ult.* infr. *De lege Aquil.* & cùm cauſa in culpa hæret, effectus quoque, & conſecutio ut in culpa ſit, neceſſe eſt. Qualis enim eſt cauſa, talis & effectus. Damnum autem, quod ſua quis culpa dat, vel facit, non alii, ſed ſibi imputare, & ideo alteri datum reſarcire debet. *c. Damnum*. 86. *De reg. jur.* in 6. & §. *ſeq.* in fine.

k Data Est. *L. in commodato.* 17. §. 3. *ff. Commodat.*

l Usus Rei Videtur. Eſt † igitur hæc pro- 9 pria differentia, qua commodatum à locato diſcriminatur. *l. ſive certo.* 5. §. *nunc videndum eſt*. 2. *ff. Commodati.* Ex hujuſmodi autem proprietatibus ſingulorum contractuum, licet ſumere definitiones: quas cùm ſuprà in Iſagoge poſuerimus, hìc repeti non eſt neceſſe.

§. 4. Præterea & is, apud quem.

Præterea & is, apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, teneturque actione depoſiti, quia & ipſe de ea re *a*, quam accepit, reſtituenda *b* tenetur *c*. Sed is ex eo ſolo tenetur, ſi quid dolo *d* commiſerit *e*. Culpę autem nomine, id eſt, deſidiæ, ac negligentiæ *f*, non tenetur. Itaque ſecurus eſt, qui parùm diligenter cuſtoditam rem furto *g* amiſerit: quia, qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradit, ſuæ facilitati *h* id imputare debet.

1. *Dolus quid.*
2. *Culpa quid in jure.*

Quarta ſpecies, Depoſitum: dictum ex eo, quòd ponitur, ut ait Ulp. *l.* 1. *ff. Depoſiti.*

a Ea Re. Hoc eſt, ea ipſa ſpecie: nec ſufficit ejuſdem generis rem reddere, ut in mutuo.

b Restituenda. Nota, in his obligationibus tantùm accipientem ad reſtitutionem obligari: res igitur ut interveniat, neceſſe eſt.

c Tenetur. Hoc enim ſolum agitur, ut accipiens obligetur. *l.* 1. §. 1. *ff. De obligat.* Quanquam ergò conventum ſit de depoſito, ſi tamen non accipiat depoſitarius, vel, antequam accipiat, dominus deponere nolit, aut res perierit, vel corrupta ſit, dicendum eſt, eum non teneri, perinde ut in mutuo, & commodato. *l. qui pecuniam*. 2 30. *ff. Si cert. petat.*

d Dolo. Dolus † eſt machinatio animi frau- 1 dulenta, *l. ultim. C. De litigioſ.* & calliditas, *l. conſilii.*

ſilii.

ſtlii. 47. *De reg. jur. l. igitur.* 12. *De lib. cauſ.* ſeu malitia, *l.* 4. §. *Labeo.* 15. *De dol. mali, & met. except.* ad decipiendum alterum adhibita. *l.* 1. *De dol. mal.*

e Commiſerit. Ut in *l.* 1. §. *ſi quis ſervum.* 9. §. *an in pupillum.* 15. §. *non tantum.* 20. & paſſim *tot. tit. ff. Depoſ.*

2 *f* Negligentiæ. Nota † culpam nihil aliud in jure eſſe, & vocari, quàm deſidiam, ac negligentiam, circa cuſtodiam, vel uſum rei alienæ, quæ jure culpari poſſit. Hoc autem accipiendum eſt de culpa levi, ac leviſſima, non etiam de lata, quam præſtat depoſitarius. *l. quod Nerva.* 32. *ff. Depoſiti. l.* 1. *C. eod.*

g Furto. Quod abſque culpa, & negligentia aliqua cuſtodientis, non facilè poteſt committi. *l. cum duobus.* 52. §. 2. *ff. Pro ſoc.*

h Facilitate. Qui cum alio contrahit, ſcit vel (quod perinde eſt, *l.* 5. *Si cert. pet.*) ſcire, & explorare debet conditionem ejus. *l. qui cum alio.* 19. *De reg. jur.*

i Imputare Debet. *Cap. Damnum.* 86. *De reg. jur. in 6.*

§. 5. Creditor quoque.

Creditor quoque, qui pignus accepit, re obligatur *a*: quia *b* & ipſe de ea ipſa re, quam accepit, reſtituenda *c*, tenetur actione pignoratitia *d*. Sed, quia pignus utriuſque gratia datur *e*, & debitoris, quò magis pecunia ei credatur, & creditoris, quò magis ei in tuto ſit creditum *f*, placuit ſufficere, ſi ad eam rem cuſtodiendam, exactam *g* diligentiam *h* adhibeat: quam ſi præſtiterit, & aliquo caſu fortuito *i* eam rem amiſerit: ſecurum eſſe *k*, nec impediri creditum petere.

1. Obligatio pignoris quò reſpiciat.
2. Exacta diligentia quomodo hic intelligenda.
3. Caſus fortuitus à quo probari debeat in amiſſione pignoris: & cui pereat pignus. num. 4.

Quinta ſpecies, Pignus. Quid ſit autem pignus, & quomodo contrahatur, & quot ejus ſpecies, ad *tit. De pign. act.* & *De pignoribus* dictum eſt.

a Obligatur. Ad reſtituendum ſcilicet rem, quam accipit, ut poſteà ſequitur in textu, *l.* 1. *De oblig.* nam res pignori per conſenſum nectitur, *l.* 1. *De pig. act.* unde realis obligatio. *l.* 1. *C. De hered. act.* Sed ea tantùm effectus eſt obligationis conſenſu contractæ in pignoratitio contractu: at hìc agitur de iis obligationibus, quarum non effectio, ſed proxima cauſa efficiens eſt res, ſeu rei datio, acceptio &c. quod vel ex iſto exemplo planum ſit.

b Quia. Ratio, quare in toto hoc Titulo accipientes re obligentur.

1 *c* Restituenda. Obligatio † igitur hæc eò reſpicit, ut accipiens ad rei reſtitutionem, ſeu in genere, ut in mutuo, ſive in ſpecie, ut in cæteris hiſce contractibus, teneatur.

d Pignoratitia. Directa. *l. pignoris cauſa.* 11. *C. De pign. act. l. ultim. C. De luit. pign.* nam Contraria datur creditori: de qua ad *tit. De pign. act.* Ac fortaſſe hæc obligatio, & actio cùm non veniat ex conventione, ſed interpretatione ejus, quod eſt tacitè auctum, & ex æquitate condictionum, quia res amodò ſine cauſa eſt apud creditorem: ideò fuere olim forſan prætorii juris, & ex juriſdictione ortum habent, ſicut conſtitutum. §. *de conſtituta.* 9. infr. *De actio.* cui in Pandectis annectuntur, & ibi prætoriis annumerantur.

e Dator. *L.* 5. §. 2. *ff. Commod. l. contractus.* 23. *De reg. jur.* ex quo fit, ut hactenus conſenſu conſtituatur obligatio *l.* 1. *De pign. act.* ut in iis conventionibus, in quibus ineſt συνάλλαγμα, & mutua præſtatio, atque obligatio, uſuvenire ſolet.

f Creditum. *L. plus cautionis.* 25. *De reg. jur.*

g Exactam. Cui levis culpa opponitur.

h Diligentiam. Ut † in commodato ineſt. I. 2
C. Ulp. in *l. ſi cum venderet.* 13. §. *ult. ff. De pign. act.* quod ſecundum quid eſt accipiendum, non ſimpliciter, ſcilicet, ut (quemadmodum ibidem exponitur) veniat cuſtodia, & ea, quæ à diligente patrefamilias in rebus ſuis præſtari ſolent, à creditore exigantur. *l. ea igitur.* 14. *l. eleganter.* 24. §. *ult. eo. tit. ff. De pignor. act.* non etiam diligentia modum communis, nec indiligentis œconomi excedens ſit, qualis in commodato requiratur, *l.* 18. *ff. Commod.* §. 3. ſup. *eod.*

i Casu Fortuito. Qui † ab eo probari debet. 3
Gloſſ. & DD. in *l.* 4. *C. De pig. act.* per *l. publicati.* 2. *C. De teſtam. l. teſtium.* 18. *C. De teſtibus. l. ſicut.* 5. *C. De fide inſt.* bonus textus in *l. veluti.* 7. in princ. verb. *doceat. ff. De eden.* Eam autem probationem ſufficere, nec opus eſſe, ut inſuper doceat creditor, abſque culpa ſua eveniſſe: id enim præſumi volunt Gloſſ. & DD. in *d. l.* 4. & in *l. ſi quis.* 6. §. *ult. De edend.*

k Securum Esse. Quia † res domino, hoc eſt, 4
debitori perit, *l. pignus.* 9. *C. De pig. act.* eòque ſecurus eſt creditor, ut abſque metu pignoratitiæ actionis, qua pignus repetitur, creditum, hoc eſt, ſortem principalem ſibi debitam, cujus nomine pignoratio facta erat, nihilominus petere poſſit: nam aliàs petenti debitum, poteſt per modum exceptionis, pignoratitia opponi, ut pignus reſtituatur, *l. ſi rem.* 9. §. *ult. De pign. act.* ex regula *c. Qui ad agendum.* 71. *De reg. jur. in 6. l.* 1. §. 4. *ff. De ſuperficiebus.*

DE

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS *.

Titulus Decimus Quintus.

* OBLIGATIONIBUS. Rectiùs, quàm *Obligatione*, ut quidam legunt. Nam Titulus hic eſt generalis ad multos ſequentes pertinens: quibus exponitur non ſolùm, quomodo inter duos conſtituatur verborum obligatio, ut hoc in titulo: ſed etiam, quo pacto inter plures tit. ſequent. Item quomodo per ſervos, *tit. De ſtipulat. ſerv.* deinde quot ſint ſpecies ſtipulationum: quarum aliæ utiles ſunt, aliæ inutiles: & illarum genera complura, de quibus infr. *tit. De diviſ. ſtipul.* & *tit. De inutil. ſtipulat.* Poſtremò, quomodo non modò principaliter, ſed etiam acceſſoriè, ſtipulatio reliquis contractibus accedat, *titul. De fidejuſſoribus*.

1. *Continuatio, & argumentum Tituli.*

1 Dictum † eſt de obligatione, quæ re contrahitur: ſequitur altera ſpecies, ſcilicet, Verborum obligatio: quæ quomodo conſtituatur, & quem effectum habeat, paſſim hoc in titulo exponitur, & à Paul. *lib. Sent.* 2. *c.* 3. Stipulatio eſt verborum conceptio, ad quam quis congruè interrogatus reſpondet, *l.* 5. *§. ſtipulatio. eod.*

Divido Titulum in tres partes.
1. Formam eſſentialem ſtipulationis continet, §. 1. & 2.
2. Formam accidentalem, §. 3. 4. 5. & 6.
3. Formam materialem, §. *ult.*

§. 1. Verbis obligatio.

Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione, & reſponſione *a*, cùm quid dari, fierive nobis *b* ſtipulamur *c*: ex qua duæ proficiſcuntur *d* actiones, tàm condictio certi *e*, ſi certa ſit ſtipulatio *f*, quàm ex ſtipulatu, ſi incerta *g*, quæ hoc nomine inde utitur, quòd ſtipulum *h* apud veteres firmum appellabatur, fortè *i* à ſtipite *k* deſcendens.

1. *Diverſa §. lectio.*
2. *Materia.*
3. *Forma.*
4. *Effectus ſtipulationis.*
5. *Stipulationem facti eſſe incertam.*
6. *Stipulationis etymon.*

Quomodo contrahatur: & quæ inde actio detur.

1 *a* Et Responsione. In † Paulo legitur, *reſponſu*: ſicut actio dicitur *ex ſtipulatu*, pro *ex ſtipulatione*, infr. *eod.* nam veteres utebantur ſupinis, pro nominibus verbalibus. Contius. Sunt igitur partes ſtipulationis interrogatio, & reſponſio, *l.* 1. *§. verbis.* 7. *De oblig. & action.*

2 *b* Nobis. Materia † ſtipulationis.

c Stipulamur. Forma † ipſa ſtipulatio, *l.* 1. *§. verbis.* 7. *De oblig. & act.* hoc eſt interrogatio, & reſponſio congruens, unico contextu facta, *l. obligamur.* 52. *De oblig. & action. l.* 1. *l. continuus.* 137. *De verbor. oblig.* 3

d Ex Qua Duae Proficiscuntur. † Effectus. 4

e Condictio Certi. *L. ſi quis certum.* 24. *ff. Si cert. pet.* cum ſimilibus.

f Stipulatio. Puta, ſi dari rem certam ſit promiſſum: quæ qualis, quantaque ſit, apparet, *l. ubi.* 75.

l. ubi. 75. *De verbor. obligat.*

5 *g* Si Incerta. Ut † eſt facti obligatio, *d. l. ubi*. 75. *§. qui id*. 7. *De verb. oblig.* quia, quantum præſtandum ſit, incertum eſt: cùm & factorum, quæ neque dum ſacta ſunt, ſed fieri debent, forma, & complexus incertus ſit, & in his poſt moram, obligatio ad intereſſe ſuccedat, *l. ſtipulationes*. 72. *De verb. oblig. l. ſi quis*. 13. in fin. *De re judic.* quod ad minimam plerunque ſummam reducitur, *l. ult. De prætor. ſtipul.*

h Stipulum. Paul. *lib*. 5. *Sent. cap*. 7. Iſidor. *lib*. 5. *cap*. 24.

i Forte. Hæc particula oſtendit eum divinare, ut in etymologiis hæc libertas ſemper fuit, & eſt conceſſa: ut Cicero *lib*. 1. *Offic.* fidem ab eo, quòd fiat, deducit.

k Stipite. Varro † *lib*. 4. mavult à ſtipe, 6 vel ſtipando: ſed eadem ratione à ſtipite deducitur: nam aut ſtipes à ſtipando, aut hoc ab il lo derivatur. Contius.

§. 2. In hac re.

IN hac re olim talia verba tradita fuerunt: *Spondes? Spondeo. Promittis? Promitto. Fidepromittis? Fidepromitto a. Fidejubes? Fidejubeo. Dabis? Dabo. Facies? Faciam.* Vtrum autem Latina, an Græca, vel qualibet alia lingua ſtipulatio concipiatur, nihil intereſt: ſcilicet, ſi uterque ſtipulantium, intellectum ejus linguæ habeat *b*: nec neceſſe eſt, eadem lingua utrumque uti, ſed ſufficit congruenter *c* ad interrogata reſpondere. Quinetiam duo Græci latina lingua obligationem contrahere poſſunt. Sed hæc ſolemnia verba *d* olim quidem in uſu fuerunt: poſteà autem Leonina conſtitutio *e* lata eſt, quæ ſolemnitate verborum ſublata, ſenſum, & conſonantem intellectum *f* ab utraque parte ſolùm deſiderat, licet quibuſcunque verbis *g* expreſſus ſit.

1. *Promittens aliquid ſua fide, an cenſeatur jurare.*
2. *Stipulationem olim ſolemnibus verbis concipi ſolitam: & quid ſit, deſinitio Pomponii.*
3. *Hodie quomodo ſtipulatio concipiatur: & an ſcriptura ſtipulationem efficiat.*

DE forma ſtipulationum: quibus verbis, & vetere jure, & novo concipiantur.

1 *a* Fidepromitto. Hinc † intelligi licet, eum non jurare, qui quid fide ſua promittit: quamvis DD. aliter ſentiant in *c. Ad aures*. 3. Extr. *De iis, quæ vi, metuſve cauſ. &c.* & *c. pen*. 22 q. 1. ut ait Cont. In foro tamen ſervatur communis opinio, pro qua textus in *d. c. Ad aures*. ubi Panor. *num*. 4. & 5. Imol. *num*. 4. Hoſt. *in Rub. num*. 1. *c. Pervenit*. 2. *De fidejuſſor. c*. 1. *De ſepult.* io 6. Gloſſ. in *c. Querelam*. 4. verb. *præſtita. Ne Præla. vic. ſuas &c.* Et ita ſervari in Camera, tradit Mynſioger. *Obſer*. 17. *Cent*. 1. idque ad conſcieotiam eſt tutius præſertim apud nos Chriſtianos, ut maximè apud I. C. Ethnicos aliter ſe res habuerit. Ejuſmodi enim, quæ ad conſcientiam pertineot, noo jure ſori, ſed jure poli, ut dicitur, ſuot determinanda, *c*. 2. *De jurejur.* in 6. *c. ult. De præſcrip.* Vide tamen ea de re plura apud Didacum Covarru. in *c. Quamvis. De pact. lib*. 6 *in prim. relect. par. §*. 2. *n*. 1. 2. 3. Alciat. *in Rub. De jurejur.*

b Linguae Habeat. Sive per ſe, ſive per ioterpretem, *l*. 1. *§. eadem autem*. 5. *ff. De verbor. obligat.*

c Congruenter. Hoc eſt, ut, quemadmodum interrogatio concepta eſt, ita ſequatur reſponſio, *l. obligamur*. 52. *De oblig. & act.*

d Solemnia Verba. Quæ initio hujus § poſuit. Ex quo † patet, olim non ſatis fuiſſe ad 2 cooſtituendam haoc obligationem, reſpondere congruenter ad id, quod eſſet ioterrogatum: nam hoc fit etiam in pactis, emptionibus, & ſimilibus, &c. ſed conceptas in eam rem fuiſſe eertas verborum formulas, quibus ſolis, & non aliter hæc obligatio induceretur, unde Pomponius in *l*. 5. §. 1. *ff. eod. tit.* ita ſtipulationem definit, ut ſit verborum conceptio, quibus is, qui ioterrogatur, daturum, facturumve ſe, quod interrogatus eſt, reſpondet.

e Conititutio. *L. omnes*. 10. *C. De contrah. ſtipulat.*

f Intellectum. Verba conſueta ſtipulationum, & ſubtilis, imò magis ſupervacanea obſervatio ab aula cooceſſit. *l*. 4. *§. fin. C. De recept. arbitr.* Ita tamen, † ut verborum interveniat certa, & 3 continua conceptio, ex interrogatione præcedente, ae reſponſione ſubſequente formata: ſic ut apparere poſſit, ſtipulationem eſſe contractam: quam verbis conſtare oportet, ſi oon ſolemoibus, at quibuſcunque, ex conſeoſu contrahentium compoſitis, ut ait *l. omnes*. 10. *C. De contrab. ſtipulat.* Atque bioc facilè intelligitur, licet verba ſint præcipua cauſa hujus contractus efficiens, tameo conſen-

 ſum,

ſum, velut remotiorem, aut adjuvantem cauſam, concurrere oportere, *l. 3. §. 2. l. non ſolum. 31. De oblig. & act.* Sed & ſcriptura, ſcilicet inter præſentes, & unico contextu id agentes, atque diſtantes, non minus, quàm ſono vocis verba hæc concipi, & ſtipulationem efficere poſſunt, *l. non figura. 38. De obligat.* ut in *l. juriſgentium. 7. §. quod ferè. 5. De pact. §. item verborum. 9. inf. De inutil. ſtip.* quia non minus valet, quod ſcriptura, quàm quod vocibus lingua figuratis ſignificatur, *d. l. juriſgentium. 7. §. quod ferè. 5. De pact.* &, quod ſcriptum eſt, intelligitur actum, *§. ult. inf. De fidejuſſ.* ſaltem inter præſentes. Nam inter abſentes per nuncium, vel literas, quæ inter disjunctos commeare ſolent, hic contractus perfici non poteſt, *l. 1.* in princ. *ff. eod.*

g QUIBUSCUNQUE VERBIS. Etiam nudis quis hodie obligatur. Gloſſ. *c. Indicante. 4.* in princ. verb. *verbis nudis. De teſtament.* per *l. unic. C. De ſuffrag. c. Quicunque. 4. 12. queſt. 2. c. Juramenti. 12. 22. queſt. 5.*

§. 3. Omnis ſtipulatio.

Omnis ſtipulatio aut purè, aut in diem *a*, aut ſub conditione fit *b*. Purè *c*, veluti, *Quinque aureos dare ſpondes?* idque confeſtim peti poteſt *d*. In diem, cùm adjecto die, quo pecunia ſolvatur, ſtipulatio fit: veluti, *Decem aureos primis Kalendis Martiis dare ſpondes?* Id autem, quod in diem ſtipulamur, ſtatim quidem debetur *e*: ſed peti priùs, quàm dies venerit, non poteſt *f*; ac ne eo quidem ipſo die, in quem ſtipulatio facta eſt, peti poteſt *g*: quia totus is dies arbitrio ſolventis tribui debet *h*. Neque enim certum eſt, eo die, in quem promiſſum eſt, datum non eſſe, priùſquàm is præterjerit. At, ſi ita ſtipuleris; *Decem aureos annuos i, quoad vivam k, dare ſpondes?* & purè *l* facta obligatio intelligitur, & perpetuatur *m*: quia ad tempus deberi non poteſt *n*: ſed hæres *o* petendo *p*, pacti exceptione *q* ſubmovebitur *r*.

1. *Dies adjectus ſtipulationi quid operetur.*
2. *Promiſſum purè ſtatim peti poſſe.*
3. *Promiſſum in diem ſtatim quidem debetur, ante tamen diem peti non poteſt. nu. 4.*
5. *Clauſula,* Quoad vivam, *ſtipulationi annua non adjecta, perpetuam efficit obligationem: ſecùs in legato annuo. ibid.*
6. *Promiſſum purè ad tempus deberi non poteſt.*

De varia ſtipulationum contrahendarum forma.

1 *a* AUT IN DIEM. Quæ † non obligationem, ſed ejus effectum tantummodò impedit infr. *eod.* verſ. *at ſi ita ſtipuleris*: quia dies non eſt modus inducendæ, aut tollendæ obligationis, *l. obligationum. 44. De obligat.*

b SUB CONDITIONE FIT. *L. creditores. 10. De verb. ſignif. l. talis. 30. De lega. 1.*

c PURE. Pura obligatio in materia contractuum opponitur obligationi in diem, aut conditionali: ſicut purum judicium, pura actio, intentio illi, quæ exceptionem temporis adſcriptam habet, *§. loco. 30.* cum ſequent. inſr. *De act.* Quomodo autem hæ obligationes differant eſſentia, forma, & effectu, vide apud Tiraquel. *De retra. con.* in fin. *num. 97.*

2 *d* PETI POTEST. Quia præſenti † die debetur, *l. eum, qui kalendis. 41. §. 1. ff. De verb. oblig. l. in omnibus. 14. De reg. jur. l. cedere diem. 213. De verb. ſignificat.* Quod tamen ita intelligendum eſt, ut tranſierit ſpatium, quo traditio fieri poſſit. *§. ultim.* infrà *De inutil. ſtipulation.*

e STATIM QUIDEM DEBETUR. *D. l. cedere diem.* quia † tempus, ut non inducit, aut tollit obligationem, ita nec ſuſpendit, *d. l. obligationum. 44. De oblig. & act.* 3

f NON POTEST. Solutio † enim tantùm dilata in tempus eſt, *l. centeſimis. 46. De verb. oblig.* quæ facti eſt, *l. aſſeveratio. 10. C. De non num. pec.* eòque in diem rectè differtur. Obligatio juris eſt, idcireò tempore non ſuſpenditur: præſertim, cùm hoc agatur inter contrahentes, ut res quidem ſtatim debeatur, ejus autem differatur ad tempus præſtatio, *l. interdum. 73. De verb. oblig. d. l. cedere diem. l. eum qui. 41. §. 1. De verb. oblig.* 4

g PETI POTEST. Quia dies pro debitore eſt, qui ſolvere ante diem poteſt, conveniri non poteſt. *d. l. eum qui kalendis. l. ſtipulatio iſta. 38. §. inter. 11. l. liber homo. 118. ff. eod.*

h TRIBUI DEBET. Itaque, cùm liceat ei vel ultimo illius diei momento ſolvere, apparet, nullam dum illo die competere actionem: quia plus tempore peteretur, contra *l. unic.* in fin. *Quand. dies uſusfruct. &c. §. plus autem. 29. De actionibus,* infr.

i AN-

i ANNUOS. Sive in annos ſingulos, ſeu quotannis: eadem enim eſt pura, una, certa, & perpetua obligatio.

5 *k* QUOAD VIVAM. Hæc clauſula † ſi adjecta non ſit, perpetua erit obligatio, oec exceptione elidetur poſt mortem ſtipulantis, *l. ſi Stichum*. 16. *ff. eod.* qnia ſtipulator proſpexiſſe etiam hæredi intelligitur. *l. ſi pactum*. 9. *De proba.* Secùs eſt in legato annuo redicto: etſi eoim non adjecta ſit vitæ mentio, tamen in alimenta factum videtur: eòque morte legatarii finitur, *d. l. ſi Stichum*. *l. cum in annos*. 10. cum legibus ſequeotibus. *ff. Quand. dies legat. vel fideicom. ced.*

l ET PURE. Noo in diem vitæ incertam, *l.* 1. *De cond. & demonſt.*

m ET PERPETUATUR. Ipſo jure tranſit in hæredem.

n AD TEMPUS DEBERI NON POTEST. Tem-
6 pus † enim, ut per ſe non eſt modus inducendæ, ſic nec tollendæ obligationis, *l. obligationum*. 44. *De oblig. & act.* *l. cum qui*. 56. *§. qui ita*. 4. *ff. De verbor. oblig.* Sunt enim certi modi legibus conſtituti, quibus obligatio civilis tollatur. inf. *Quib. mod. toll. oblig.* Secundum etiam natoram eſt, unumquodque eo modo diſſolvi, quo colligatum eſt. *l. nihil*, 35. *De reg. jur.* *l. ab emptione*. 58. *De pact.* Cootractus, & pacta cùm ſint juris geotium, ipſo jure non poſſunt abſumere obligationem civilem, ſed tantùm per exceptionem elidere, *l. ſi unus*. 27. *§. pactus*, 2. *De pact.* Nam legitima tantùm pacta ipſo jure obligationem legitimam perimunt, *l.* 6. *l. ſi tibi*. 17. *§.* 1. *De pact.*

o SED HAERES. Stipulationis ſcilicet.

p PETENDO. Ex ejuſmodi ſtipulatione.

q PACTI EXCEPTIONE. Nam pacta quælibet ad excipiendum proſunt.

r SUBMOVEBITUR. *D. l. obligationum*. 44. *De oblig.* ſimile in *l.* 4. *De ſervit.*

§. 4. Sub conditione ſtipulatio fit.

SVb conditione ſtipulatio fit, cùm in aliquem caſum *a* differtur obligatio *b*: ut, ſi aliquid factum fuerit *c*, vel non fuerit, ſtipulatio committatur *d*: veluti, *Si Titius conſul factus fuerit, quinque aureos dare ſpondes?* Si quis ita ſtipuletur; *Si in Capitolium non aſcendero e, dare ſpondes?* perinde erit, ac ſi ſtipulatus eſſet, cùm morietur, ſibi dari *f*. Ex conditionali ſtipulatione tantùm ſpes eſt debitum iri *g*: eamque ipſam ſpem in hæredem tranſmittimus *h*, ſi, priuſquàm conditio exiſtat, mors nobis contigerit.

1. *Futurorum non eſt determinata veritas.*
2. *Cautionem Mutianam, quæ in ultimis voluntatibus præſtatur, in contractibus non uſurpari.*
3. *Stipulatio conditionalis eſt tranſmiſſoria in hæredes: ſecùs in legato conditionali.*

DE ſtipulatione conditionali: qua forma concipiatur, & quis ejus ſit effectus.

a ALIQUEM CASUM. Incertum, & futurum, *l. conditionales*, 54. *De verb. ſignif.* alioqui pura foret ſtipulatio, *l. ſi pupillus*. 9. *§.* 1. *De novat.* *l. in illa*. 8. *ff. eod.* *§ conditiones*. 6. inf. eod.

b DIFFERTUR OBLIGATIO. Ita ut ante conditionis eventum dies non cedat, neqoe quippiam debeatur, *l. cedere diem*. 213. *De verb. ſign.*

1 *c* FACTUM FUERIT. Conditionis † eventus in facto cootingeote conſiſtunt: cujus futuri indeterminata, & incerta eſt veritas.

d COMMITTATUR. Hoc eſt, exiſteote conditione ſubſiſtat, & valeat, *l. qui Romæ*. 122. *§. Agerius*. 4. *De verb. oblig.*

e NON ASCENDERO. Dixit de conditione caſuali: ounc de poteſtativa. Solebant autem votum exoluturi, aut ſacrificaturi, in Capitolium ad templum aſcendere: unde tam frequens hujos conditionis, ex media Romanorum vita deſumptæ meotio.

f SIBI DARI. Quia, cùm † fieri illud, & 2
conditio poteſtativa, quoad vita durat, impleri poſſit, vel non: videtur obligatio in illud tempus dilata, quo certum erit, ſtipulatorem noo feciſſe, & ita conditionem impleviſſe, quod eſt tempus mortis, *l. ita ſtipulatus*. 115. *ff. eod.* ubi Cujac. Ex quo poteſt inferri, cautionem Mutianam, quæ hoc caſu io ultimis voluntatibus præſtatur, *l. Mutiana*. 7. *l. heres*. 79. *§. qui poſt cautionem*. 2. *De cond. & demonſt.* *l. cum filius*. 76. *§. qui Mutianam*. 7. *De legat.* 2. io contractibus non uſurpari: de quo Porc. hìc *nu.* 34. & Bello. poſt Gloſſ. & DD. in *d. l. ita ſtipulatus*. ubi Ripa *nu.* 45. & in *l. ſive apud*. 28. *C. De tranſact.* Rom. *ſing.* 584. *dubitatur.* Cujac. *Obſer. lib.* 14. *cap.* 32.

g DEBITUM IRI. Effectus hujus ſtipulationis, Conditio pendens impedit naſci obligationem, *d. l. cedere diem*, impleta retrotrahitur, & purificat cootractum. *d. l. qui Romæ*. 122. *§. Agerius*. 4.

quia paria ſunt purum, & purificatum. Jaſ. *l. ſi quis cum debitore*. 39. in fin. *De jurejur.*

3 *b* Transmittimus. † *L. ſi quis*. 57. *ff. eod. l. veteris*. 13. *C. De contrah. & commut. ſtipul.* In conditionali legato ſecus eſt: *l. is cui*. 43. *De oblig.* pendet enim illud à teſtatore, qui legatario voluiſſe proſpicere, non ejus hæredi intelligitur: *l. nec adjecit*. 9. *ff. Pro ſoc.* &, cùm legatarius nihil contrahat, nec contrahendo ullum ſibi jus quæſierit: ideò, priùſquàm dies legati cedat, nihil juris habet in re legata, *l. legata*. 41. *De cond. & demonſtr.* & proinde nihil in hæredem tranſmittit. *§. ſi eadem res*. 9. ſup. *De legat. l. heres*. 79. *§. 1. De cond. & demonſtr.* At, qui ſtipulatur, & ſibi, & hæredi ſtipulari, ac proſpicere intelligitur, *l. ſi pactum*. 9. *De probat.* & contrahendo jus aliquod, conditionale quamvis, acquirit, *l. nec emptio*. 8. *De contrah. empt. l. ſi jactum*. 12. *ff. De act. empt.* quare & ejuſmodi nomina rectè alienantur, *l. ſpem*. 7. *C. De donat. l. nomina*. 17. *De her. vend.* cùm tamen alienari à legatario ejuſmodi legata nequeant, *d. l. legata*. 41. *De cond. & demonſtrat.*

§. 5. Loca etiam inſeri.

LOca etiam inſeri ſtipulationi ſolent: veluti, *Carthagini a dare ſpondes?* Quæ ſtipulatio licet purè fieri videatur *b*, tamen reipſa habet tempus adjectum *c*, quo promiſſor utatur ad pecuniam Carthagini dandam. Et ideò, ſi quis Romæ ita ſtipuletur; *Hodie Carthagini dare ſpondes?* inutilis erit ſtipulatio *d*, cùm impoſſibilis ſit repromiſſio *e*.

1. *Carthago quando reſtituta.*
2. *Locus ſolutioni adjectus ſtipulationem efficit in diem.*
3. *Stipulationes tametſi ſtricti juris ſint, admittere tamen interpretationem.*

DE ſtipulatione in diem tacitum, ex circumſtantia loci.

a Carthagini. Aliàs *Carthagine*, *l. ult. §. ſi inter*, 4. *ff. eod.*
1 quæ † temporibus I. C. erat inſtaurata, deducta eò Romanorum colonia, per Cajum Julium Cæſarem, ut eſt in ejus vita apud Plutarchum.

b Fieri Videatur. Quoad verba, non quoad intentionem contrahentium.

2 *c* Tempus Adjectum. Semper † enim id agitur in contractu, ut actus valeat, & impleatur eo modo, quo impleri poteſt, *l. ſi quando*. 109. *De legat.* 1. *l. quoties*. 12. *De reb. dub. l. continuus*. 137. *§. cum ita*. 2 *De verb. oblig.* Impleri verò talis promiſſio nequit, niſi ſpatio proficiſcendi ad locum ſolutioni deſtinatum, dato: hoc igitur tacitè conventum intelligitur, *d. l. continuus*. *§. cum ita*. 2. *l. interdum*. 73. *ff. eod.* alioqui impoſſibilis eſſet obligatio, ſi pura eſſet, & conſequenter nulla, *l. impoſſibilium*. 185. *De reg. jur.* ut ſequitur paulò pòſt in textu. Et hinc † nota, licet ſtipulatio ſit ſtricti juris, eòque ultra verba non extendatur; *l. quicquid*. 99. *l. quoties*. 80. *De verb. oblig.* tamen recipere eam ex eo, quod actum eſt, interpretationem: maximè, quando aliàs non haberet effectum, *l. ſi ſtipulatus*. 111. *De verb. oblig.* nam omnes contractus de mundo ſunt bonæ fidei, quoad intentionem contrahentium, ut dicit Jaſ. in *§. actionum*. 1. *nu.* 4. & 37. *Inſt. De actionibus*, quod quomodo accipiendum, vide apud Cujac. *Obſer. lib.* 8. *cap.* 10. 3

d Stipulatio. *L.* 2. *§.* 4. *De eo, quod cert. loc. l. ſi ſervus*. 141. *§. ſi inter*. 4. *ff. De verb. obligat.*

e Repromissio. *§. ſi impoſſibilis*. 8. infr. *De inutil. ſtipul.*

§. 6. Conditiones, quæ ad præſens.

COnditiones, quæ ad præſens, vel præteritum tempus referuntur, aut ſtatim infirmant obligationem, aut omninò non differunt: veluti; *Si Titius conſul fuit*, vel *ſi Mævius vivit*, *dare ſpondes?* Nam, ſi ea ita non ſunt, nihil valet ſtipulatio. Sin autem ita ſe habent, ſtatim valet *a*. Quæ enim per rerum naturam certa ſunt *b*, non morantur obligationem, licet apud nos incerta ſint *c*.

1. Fa-

Digitized by Google

1. *Futurorum non eſt determinata veritas.*

2. *Error naturam, & veritatem non impedit.*

DIctum eſt de conditionibus futuris ſtipulationi adjectis: nunc ſubjungitur de præteritis, vel præſentibus.

a STATIM VALET. *L. conditio.* 100. *ff. eod. l. cum ad præſens.* 37. *ff. De reb. cred.* cum legibus ſequentibus: ubi & ratio hujus traditur.

1 *b* CERTA SUNT. Cujuſmodi † ſunt facta præterita, aut præſentia: quare affirmationem de his aut veram, aut falſam eſſe oportet, quod ad rerum naturam attinet: etiamſi de his opinio hominis incerta eſſe poſſit. Paria ſunt igitur purum, & purificatum eſſe. Jaſ. *l. ſi quis cum debitore.* 39. in fin. *De jurejur.* At omnis de futuro, poſſibili, ſive caſuali, ſeu de futuro contingente affirmatio, non ſolùm nobis, ſed etiam in rerum natura, incerta eſt. Contius.

c INCERTA SINT. *L. reſpiciendum.* 38. *Si cert. pet.* Conditiones † enim pendent ab eventu facti, & 2 naturæ, non à contrahentium ſententia, & opinione. Natura igitur inſpicitur, non hominum error, qui veritati officere, ordinemque naturæ immutare nequit, *l.* 2. *§. ſi à pupillo.* 15. *ff. Pro emptor. l. illicitas,* 6. *§. veritas. De offic. præſid.*

§. 7. Non ſolùm res.

NOn ſolùm res *a* in ſtipulatum deduci poſſunt, ſed etiam facta *b*: ut ſi ſtipulemur aliquid fieri, vel non fieri: & in hujuſmodi ſtipulationibus optimum erit, pœnam ſubjicere, ne quantitas ſtipulationis in incerto ſit *c*, ac neceſſe ſit actori probare *d*, quod ejus interſit *e*. Itaque, ſi quis, ut fiat aliquid, ſtipuletur, ita adjici pœna debet; *Si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes?* Sed, ſi quædam fieri, quædam non fieri una, eademque conceptione ſtipuletur quis, clauſula hujuſmodi erit adjicienda; *Si adverſus ea factum erit, ſive quid ita factum non erit: tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes?*

1. *In ſtipulationibus faciendis promiſſor ſolvendo intereſſe liberatur.*

MAteria ſtipulationum: & quid in eas deduci poſſit.

a RES. Corporales, & incorporales, ſup. *tit. De rebus corp. & incorp.*

b FACTA. *L.* 2. *ff. eod.*

c IN INCERTO SIT. Aliàs, *incerta ſit*: ſic ſuprà *De uſucap. Ne rerum dominia in incerto eſſent*: cùm dixiſſet Cajus, *incerta eſſent.*

d PROBARE. Nota, cuique ſuum intereſſe eſſe probandum.

e INTERESST. Id quod † plerunque ad minimam ſummam reducitur: difficulter enim omne id, quod intereſt, exactè probari poteſt, *l. ultim. De prætor. ſtipulat.* Eò autem in factis res deducitur, quia præcisè nemo ad factum obligatur, & præſtando id, quod intereſt, à faciendo liberatur, *l. ſi quis.* 15. *§. ultim. De re judicat.* Quare, ſi promiſſor non faciat, tantùm incerti actione, id quod intereſt, exigi poteſt. *l. ubi.* 75. *§. qui id quod.* 7. *De verbor. obligat.* 1

Digitized by Google

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI, ET PROMITTENDI,

Titulus Decimus Sextus.

1. *Continuatio Tituli, & argumentum.*

1 QUia † ſtipulari, & promittere poſſunt, non modò ſinguli, ſed etiam plures conjunctim; ideò, quemadmodum verborum obligatio inter plures contrahatur, & quis ſit illius obligationis effectus, hoc in Titulo ſubtexitur.

TItulus duas exhibet partes.
1. Quomodo rei ſtipulandi, & promittendi conſtituantur, §. 1. juncto §. 2. verſ. *ex duobus*.
2. Effectus utriuſque correatatis §. 2. in princip.

§. 1. Et ſtipulandi, & promittendi.

ET ſtipulandi, & promittendi duo, pluresve rei *a* fieri poſſunt: Stipulandi ita, ſi poſt omnium interrogationem *b* promiſſor reſpondeat; *Spondeo*: ut puta, cùm duobus ſeparatim ſtipulantibus, ita promiſſor reſpondeat; *Utrique veſtrum dare ſpondeo*. Nam, ſi priùs Titio *c* ſpoponderit, deinde alii interroganti ſpondeat: alia atque alia erit obligatio *d*, nec creduntur duo rei ſtipulandi eſſe. Duo, pluresve rei promittendi ita fiunt; *Mævi quinque aureos dare ſpondes? Et Sei eoſdem e quinque aureos dare ſpondes?* Si reſpondeant ſinguli ſeparatim, *ſpondeo*.

1. *Rei unde dicti: quid rei credendi, & debendi, quid item rei ſtipulandi, & promittendi.*

2. *Duo rei promittendi, & ſtipulandi quomodo conſtituantur: & non infrà numero 1.*

1 *a* REI. Rei † à re nominati ſunt. Reos appello non eos modò, qui arguuntur, ſed omnes, quorum de re diſceptatur. Sic rei debendi, & credendi dicuntur, qui ex aliis contractibus, quàm ſtipulationibus, puta mutuo, & re credita debent: vel quibus debetur, *l. ſi duo*. 34. *De recept. arb.* Sic ſtipulator, & promiſſor, Rei à Pomponio appellantur in *l.* 5. *De verb. oblig.* Rei ſtipulandi ſunt, quibus unius rei promiſſio ſimul facta eſt: Rei promittendi, qui eandem pariter, & in ſolidum ſinguli rem promiſerunt, *l.* 1. & 2. *l. ſi id quod*. 15. *ff. De duobus reis*.

b INTERROGATIONEM. *L.* 4. *ff. eod.*

c PRIUS TITIO. Interroganti ſcilicet.

d OBLIGATIO. Quia cum unaquaque perſona ſtipulatio per interrogationem, & promiſſionem integrè perfecta eſt. Ut † igitur duo Rei ſtipulandi conſtituantur, duæ interrogationes præcedere, una reſponſio ſequi debet: ut duo Rei promittendi ſint, uni interrogationi duæ reſponſiones ut ſubſternantur, opus eſt, *l.* 4. *ff. eod.* 2

e ET SEI EOSDEM. Non diſtinctè, ſed una copulativa oratione, antequam reſponſio ab alterutro reo fiat: alioqui diverſæ eſſent obligationes.

§. 2. Ex

§. 2. Ex hujuſmodi obligationibus.

EX hujuſmodi obligationibus, & ſtipulationibus ſolidum ſingulis debetur *a*, & promittentes ſinguli in ſolidum *b* tenentur: in utraque *c* tamen obligatione una res vertitur: & vel alter debitum accipiendo, vel alter ſolvendo, omnium perimit obligationem, & omnes liberat *d*. Ex duobus reis promittendi, alius purè, alius in diem, vel ſub conditione obligari poteſt *e*: nec impedimento erit dies, aut conditio, quominus ab eo, qui purè obligatus eſt, petatur.

1. *Fidejuſſorem non aliter, quàm principalem obligari.*

DE effectu hujus ſtipulationis.

a Debetur. In obligatione duorum Reorum ſtipulandi.

b In Solidum. In obligatione duorum Reorum promittendi: hodie tamen pro parte tantùm tenentur, juxtà Auth. *Hoc ita. C. eod.*

c In Utraque. Loquitor igitur non de una obligatione, ſed de duabus: quanquam & una obligatione, ſimul & ſtipulandi, & promittendi rei conſtitui poſſint. Vide *ff. eod.* & ibi *Parat.*

d Omnes Liberat. *L. 2. 3. ff. eod. l. 2. C. eod.*

e Potest. *L. ex duobus. 7. ff. eod.* non enim pendet una ex altera, ſed diverſæ ſuot obligationes in perſonis ſeorſim promittendi, etiamſi una ſit obligatio, reſpectu ſtipulatoris, qui unam tantùm interrogationem fecit. Aliter † ſe res habet 1 in fidejuſſore: cujus obligatio cùm ſit acceſſoria, formam ex principali ſumens, non poteſt fidejuſſor aliter, quàm principalis obligari, *l. Græcè. 8. §. illud commune. 7. De fidejuſſor.*

DE STIPVLATIONE SERVORVM.

Titulus Decimus Septimus.

1. *Continuatio Tituli: & ſervos promittere non poſſe.*

1 DIctum † eſt, quomodo liberi ſtipulentur: nunc, quemadmodum ſervi, de quorum ſtipulatione rectè quæritur: non etiam de promiſſione: quoniam promittendo, neque ipſi jure civili (quanquam naturaliter. §. 2. inf. *De fidejuſſ. l. ſervi. 14. De oblig.*) obligantur. *§. item inutilis. 6.* infrà *De inutil. ſtipulat.* cùm perſonam jure nullam habeant, *l. 3. Ne quis eum, qui in jus voc. l. 3. §. 1. De cap. minut.* & hujus planè juris ſint expertes, *l. quod attinet. 32. De regul. jur. l. qui teſtamento. 20. §. 6. verſ. ſervus. De teſtam.* neque dominum obligare, niſi peculiotenus, poſſint. *tot. tit. De pecul. l. ei qui. 7. l. cum ancilla. 11. l. penult. l. ultim. C. Quod cum eo, qui in alien. poteſt. l. 3. C. De pact.* cum ſimil.

Servi

SErvi, qui ex perſona domini jus ſtipulandi habent, ſunt in triplici differentia, alii *proprii*, alii *hæreditarii*, & alii *communes*.

Juxta has differentias Titulum in tres partes ſegrego.

1. De Servo proprio, §. 2.
2. De Servo hæreditario, §. 1.
3. De Servo communi, §. *ultim.*

§. 1. Servus ex perſona domini.

SErvus ex perſona *a* domini, jus ſtipulandi habet. Sed & hæreditas *b* in pleriſque *c* perſonæ defuncti vicem ſuſtinet *d*. Ideòque, quod ſervus hæreditarius ante aditam hæreditatem ſtipulatur *e*, acquirit hæreditati: ac per hoc etiam hæredi poſteà facto acquiritur *f*.

1. *Servus ex ſe ſtipulari non poteſt.*
2. *Hæreditas in quibus perſonam defuncti non ſuſtineat.*

1 *a* EX PERSONA. Nam ex ſe † caput non habet, *l.* 3. *De cap. dimin.* & juris civilis (quò refertur ſtipulatio. §. *de conſtituta*. 9. infrà *De actio.* *l. ult. De duob. re*, *l. ſi debitori*. 47. *De fidejuſſor.*) particeps non eſt, *l. quod attinet*. 32. *De reg. jur. d. l. qui teſtamento* 20. §. *mulier*. 6. *verſ. ſervus quoque. De teſtam.* Ex perſona autem domini caput habet, & deſignationem, *l. non minus*. 31. *De hered. inſtit.* §. *omnis autem*. 4. inf. *De nox. act.* §. *item nobis*. 3. ſup. *Per quas perſon.*

b SED ET HÆREDITAS. Ampliatio.

2 *c* IN PLERISQUE. Non † in adeunda hæreditate, non in furto, non in uſufructu, non in his denique cauſis, in quibus vivens perſona, & animus requiritur. Cont.

d SUSTINET. *L. hæreditas*. 61. *De acqu. rer. dom. l. mortuo*. 22. *De fidejuſſ.* Cajus in *l. non minus*. 31. *De her. inſt.* quia, inquit, creditum eſt, hæreditatem dominam eſſe, & defuncti locum obtinere. Unde domini loco habetur *l. ſi ante*. 157. *De interrog. act.* Ut igitur ſervus viventi domino, ita mortui hæreditati acquirit.

e STIPULATUR. Ἀσφίσας. Theoph. *l. ſervus*. 35. *ff. eod.* Secùs, ſi hæredi futuro nominatim ſtipuletur, nihil enim agit ſtipulando ei, qui necdum ſit dominus, *l. ſervus*. 16. *ff. eod.*

f ACQUIRITUR. D. *l. ſervus*. 35. cum leg. ſeq. *ff. eod.* Nam nullam vim habitura eſt ſtipulatio, niſi hæreditas adeatur, *l. interdum*. 73. §. 1. *De verb. oblig.*

§. 2. Sive autem domino.

SIve autem domino, ſive ſibi, ſive conſervo ſuo, ſive imperſonaliter ſervus ſtipuletur: domino acquirit *a*. Idem juris eſt *b* & in liberis, qui in poteſtate patris ſunt, ex quibus cauſis acquirere *c* poſſunt. Sed, cùm factum in ſtipulatione continebitur *d*, omnimodo perſona ſtipulantis continetur: veluti ſi ſervus ſtipuletur, ut ſibi ire agere liceat *e*: ipſe enim tantùm prohiberi non debet, non etiam dominus ejus *f*.

1. *Similia ſecundum id, in quo ſimilitudinem habent, eſſe comparanda.*
2. *Stipulationes ſervi, quæ facti ſunt, & perſonales, ad dominum non tranſeunt.*

FOrma, & effectus ſtipulationum ſervilium.

a DOMINO ACQUIRIT. *L. ſive mihi*. 15. *ff. eod.* Ulpianus tit. 19.

b IDEM JURIS EST. Ut ſicut per ſervum velut inſtrumentum dominus acquirit, & ipſe ſtipulatus eſſe fingitur, ita & pater per filium. §. *quod ſi quis ſibi*. 4. inf. *De inutil. ſtipul.*

1 *c* ACQUIRERE. Non ſibi, † ſed patri, *l. quodcunque*. 45. in princ. §. 4. *De verb. oblig.* quæ enim

ſimilia

ſimilia ſunt, ea ſecundum id comparari, accipiendum eſt, in quo ſimilitudinem habent. Bartol. *l. quod Nerva*. 32. *ff. Depoſ.*

d CONTINEBITUR. Ut ſibi fiat, ſibi facere, ire, agere liceat, *l. ſtipulatio*. 38. *§. hi qui*. 6. *De verb. oblig.*

e AGERE LICEAT. Sed, ſi ſtipuletur, ut domino agere liceat, valet ſtipulatio, & dominus ipſe ex ea agere poterit, & ire, *l. ſtipulatio*. 38. *§. hi qui*. 6. *De verb. oblig.*

2 *f* DOMINUS EJUS. Nam † facta perſonalia ſunt, eòque in dominum non tranſeunt, *l. qui heredi*. 44. *De cond. & demonſtr.* Quamvis enim obligatio, quæ juris eſt, ex his quoque ſtipulationibus domino acquiratur, ita ut agere poſſit, *quo ſervo ire agere liceat*: tamen ex ea obligatione non licet ad plus agere, quàm ea comprehenſum eſt. Comprehenſum autem eſt factum ſervi, non domini: illius igitur ad factum agi poteſt, ad hujus non poteſt. Ut enim alia eſt perſona domini, quàm ſervi, reſpectu naturæ, & juriſgentium, ſuprà *De jur. perſon.* ita aliud eſt factum (quod naturæ eſt) domini, quàm ſervi, argumento *l. inter*. 31. *De ſolut. l. unic. §. ne autem hoc*. 9. verſ. *ſin verò talis*. *C. De cad. toll.* & proinde non debet hoc videri tali ſtipulatione comprehenſum.

§. 3. Servus communis ſtipulando.

Servus communis ſtipulando, unicuique dominorum proportione dominii acquirit *a*: niſi juſſu unius eorum *b*, aut nominatim *c* alicui eorum ſtipulatus eſt: tunc enim ſoli ei acquiritur. Quod ſervus communis ſtipulatur *d*, ſi alteri ex dominis acquiri non poteſt *e*, ſolidum alteri *f* acquiritur: veluti ſi res, quam dari ſtipulatus eſt, unius domini ſit *g*.

1. *Res, quæ domini eſt, non iterum per ſtipulationem ſervi acquiritur.*

De ſtipulatione ſervi communis.

a ACQUIRIT. *L. ſervus*. 5. *ff. eod.*

b UNIUS EORUM. Nam, etiamſi ſervus alteri ex dominis ſtipuletur, unius juſſum prævalere dicendum eſt, quia ſervus ſingulis dominis obtemperare tenetur. *l. ult. C. Per quas perſ. nob. acq.*

c NOMINATIM. Puta Sempronio, aut Titio hero meo dare ſpondes? *d. l.* 5.

d STIPULATOR. Simpliciter, non nominatim, aut ex juſſu.

e NON POTEST. Ut ſervitus fundi unius domini, *l. proinde*. 7. *ff. eod.*

f ALTERI. Cùm ſcilicet acquiri poteſt, *d. l. proinde*. *l. ſi communis ſervus*. 17. *ff. eod.*

1 *g* UNIUS DOMINI SIT. Acquiri † etenim ex tali ſtipulatione nihil poterit, cùm, quod ejus ſit, ampliùs, magiſque illius fieri non poſſit, *l. cum res*. 4. *C. De contrah. empt. §. ſed, ſi rem*. 11. ſup. *De legat. §. ſic itaque*. 14. *De actio.* Gloſſ. hìc. Totum igitur alteri acquiretur: idque Bartolus ad inſtitores plurium dominorum noſtri temporis extendit in *d. l. ſi communis ſervus*. Quando in contractibus porrò habeat locum jus accreſcendi, diſcendum eſt ex *l. ſi mihi*. 110. ubi DD. *De verb. oblig.*

DE DIVISIONE STIPVLATIONVM,

Titulus Decimus Octavus.

1. *Continuatio, & argumentum Tituli: item ſtipulationum diviſio.*

1 Poſtquàm † expoſitum eſt, quidnam ſit ſtipulatio, & quàm variè contrahatur: commodùm nunc ſubtexitur ſtipulationum diviſio à cauſa efficiente ſumpta. Confundit autem in hac diviſione genera, & ſpecies, more Juriſconſultorum, & ex diviſione, ac ſubdiviſione unam partitionem efficit, ut in *l.* 5. *ff. De pact.* cum ſimilibus. Nam ſtipulationum aliæ conventionales ſunt, aliæ judiciales: judicialium aliæ prætoriæ, aliæ judiciales, aliæ communes, reſpectu cauſæ efficientis: qua de re hìc agitur. Reſpectu verò materiæ circa quam, ſeu objecti, ita deducuntur, ut aliæ

ſint

ſint judiciales, quæ propter judicium interponuntur: aliæ cautionales, quæ inſtar actionis habent: aliæ communes, quæ ad judicii, & ad rei ſecuritatem pertinent, *ut judicio ſiſti*, *l. 1. ff. eod.* quam diviſionem ab hac differre manifeſtum eſt, cùm hæc, ut dixi, à cauſa efficiente, illa à ſubjecto, & fine ſumatur.

SUmmam ſtipulationum diviſionem quadrifariam ab Imperatore in hoc titulo acceptam ad duo capita redigo.

1. De ſtipulationibus Neceſſariis { Iudicialibus, princip. §. noſtri. / Prætoriis, verſ. *Prætoria*. / Communibus, verſ. *Communes*. }
2. De Voluntariis, & Conventionalibus, verſ. *Conventionales*, §. noſtri unici.

§. 1. Stipulationum aliæ ſunt judiciales.

STipulationum aliæ ſunt *a* judiciales, aliæ prætoriæ *b*, aliæ conventionales, aliæ communes, tàm prætoriæ, quàm judiciales. Iudiciales ſunt duntaxat, quæ à mero judicis officio proficiſcuntur *c*: veluti de dolo cautio *d*, vel de perſequendo ſervo *e*, qui in fuga eſt, reſtituendove pretio *f*. Prætoriæ ſunt, quæ à mero *g* prætoris officio *h* proficiſcuntur, veluti damni infecti *i*, vel legatorum *k*. Prætorias autem ſtipulationes ſic exaudiri oportet, ut in his contineantur etiam ædilitiæ *l*: nam & hæ à juriſdictione veniunt *m*. Conventionales ſunt, quæ ex conventione utriuſque partis *n* concipiuntur *o*: hoc eſt, neque juſſu judicis, neque juſſu prætoris, ſed ex conventione contrahentium: quarum totidem genera ſunt, quot (penè dixerim) rerum contrahendarum *p*. Communes ſunt ſtipulationes *q*, veluti rem ſalvam fore pupilli *r* (nam & prætor *ſ* jubet, rem ſalvam fore pupillo caveri: & interdum *t* judex, ſi aliter hæc res expediri non poteſt) vel de rato ſtipulatio *u*.

1. *Iudiciales ſtipulationes quæ.*
2. *Cautio De dolo.*
3. *De officio judicis nobili, remiſſivè.*
4. *Diverſa §. lectio.*

a ALIAE SUNT. *L. 5. De verb. obligat.* unde hæc diviſio ſumpta eſt.

b PRAETORIAE. Et harum prætoriarum, ſeu judicialium in genere, aliæ judiciales ſunt, aliæ cautionales, quædam communes. In qua ſubdiviſione à materia ſumpta aliter judiciales definiuntur, quàm in hac ſumma, quæ à cauſa efficiente ducitur, diviſione, *l. 1. De prætor. ſtipul.* ut antè dictum eſt.

1 *c* PROFICISCUNTUR. Et juſſu † judicis, ut poſteà ſubjicit, interponuntur, ſuntque meræ juriſdictionis, quam judex habet, & in judicando exercet: ſive is prætor ſit, cùm judicandi munere fungitur, ſive judex à prætore datus. *l. cum.* 13. cum leg. ſequent. *l. ſolet.* 16. *De juriſdict.* Nam ex ſolo judicantis officio, & potiſſimùm mercenario, hæ cautiones proficiſcuntur.

2 *d* DE DOLO CAUTIO. † Ne circa id, quod petitur, dolo malo quid fiat, in minuendo, corrumpendo, alienando, &c. cujuſmodi cautiones ſolent in multis judiciis exigi: ut in *l. 5. ff. De pet. her. l. creditor.* 15. *De pignor. act. l. ſi poſt.* 18. *De rei vindic. l. ſi procuratorem.* 8. *§. ult.* cum legibus ſequentibus. *ff. Mandat.*

e PERSEQUENDO SERVO. Qui petitur judicio, ut in *l. item.* 14. *§. pro eo.* 11. *ff. Quod met. cauſ. l. 5. §. ult. De cond. cauſ. dat. l. redhibere.* 21. *§. ult.* cum leg. ſequent. *De ædil. edict.*

f RESTITUENDOVE PRETIO. Servi ſcilicet, vel quod pretii ejus nomine à poſſeſſore eſt acceptum: ut in *d. l. 5 §. ultim. De condict. cauſ. dat.*

g A MERO. Segregato à judicis poteſtate, & cauſarum diſceptatione.

h PRAETORIS OFFICIO. Officio † nobili, 3
ſeu miſti imperii, de quo in *l. 1. De juriſdiction.* hoceſt, quæ juſſu prætoris, & ex ejus juriſdictione interponuntur, ut poſteà ſequitur.

i INFECTI. Nam hæc à nobili prætoris officio & petitur, & exigitur, *l. 1. tot. titul. De dam. infect.*

k LEGATORUM. *Tot. titul. Ut legat. nom. cavea.*

l ÆDILITIAE. Nam officium ejuſmodi nobile, ſeu miſtum imperium eſt penes alios etiam magiſtratus, præſertim ædiles, §. *prætorum quoque.* 8. verſ. *pro-*

proponebant. ſup. *De jur. nat. gent. &c.* Vide Cont. *lib.* 2. *ſubſect. cap.* 9.

m Veniunt. Bona ratio; nam poſita eadem cauſa, neceſſe eſt eundem ſequi effectum, *l.* 5. *De verb. oblig.*

n Utriusque Partis. Reorum dixerat Pomponius, in *d. l.* 5. *ff. eod.*

o Concipiuntur. Atquo ita pro arbitrio coutrahentium finguntur, cùm prætoriarum certa ſit forma, quæ mutari uou poſſit, *l. in conventionalibus*. 52. *De verb. oblig.*

p Rerum Contrahendarum. Nam omnibus ferè contractibus, & pactis adjici ſtipulatio ſolet, *l.* 4. *De uſur. l. juris gentium*. 7. *§. quod ferè. ff. De pact.* ſecuritatis cauſa, *l.* 1. *ff. De prætor. ſtipulat.*

q Stipulationes. Quæ modò apud prætorem, ſeu ex prætorjs juſſu, ac imperio, modò apud judicem, hoc eſt, ex juſſu, & juriſdictione judicantis iuterponuntur *d. l.* 5.

r Pupilli. *Tot. tit. Rem pupilli ſalu. for.*

ſ Praetor. Cùm initiò ſcilicet tutelam decernit, ut ſup. *De Attilian. tuto.* & *§. penult. De ſatiſd. tuto.*

t Internum. In judieiis, eùm de re pupillari quæſtio, & lis incidit.

u De Rato Stipulatio. Fortè † legondnm, *vel duplæ ſtipulatio*, ut in *d. l.* 5. poſt princ. nam ſti- 4
pulationem rati Ulpian. iuter judiciales refert. *l.* 1. *De prætor. ſtipul.* Cont. Quidam etiam Codices poſtrema hæc verba uou habent, ut teſtatur Cujacius, Non tamen incommodè hæc etiam ad communes referτur. Nam licèt in judiciis, cùm interponitur à procuratore cautio, rem ratam dominum habiturum, judicialis ea ſit, *d. l.* 1. *ff. De prætor. ſtipul.* tamen qnod interdum etiam à magiſtratu, in prætoriis cautionibus, puta damni infecti, &c. ex nobili officio, & imperio extra judicii cauſam, ſtrepitumque exigitur, nt eùm fortè extraneus ſe opponit: ideò nou inconveniens eſt, eam communem perhiberi: maximè, quando nedum in judiciis, & litibus, ſed etiam in conveutionibus ſæpenumerò nſurpetur, *l. interdum*. 10. *ff. Rem rat. haber.*

DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS,

Titulus Decimus Nonus.

1. *Continuatio, & argumentum Tituli*.

1 HActenus † dictum eſt de utilibus ſtipulationibus, *l. ſi ita*. 9. *De pact. dota.* & quomodo eæ validè, atque utiliter concipiantur: nunc, quia contraria juncta ſe invicem illuſtrant, addendum eſt aliquid de inutilibus, & quomodo inutiliter contrahantur, ideſt, nulliter, *l. certi*. 9. *§. numeravi*. 3. *Si cert. petat.* quæ tamen nou reddunt actum inutilem, quando eas adhibere non eſt neceſſarium. *l. unic.* in princip. *C. De rei uxor. act.* ibique notat Salic. *num.* 6. quòd præſtet ſtipulationem iuvalidam, quàm nullam ſubeſſe. Inutiles autem ſuut, vel ob materiam, reſque, quæ in ſtipulatum deducuntur, cùm deduci non poſſint, ut in §. 1. & 2. vel ob cauſæ efficieutis defectum, puta diſſenſum, §. *penultim. hoc titul.* defectumve perſonarum, quæ obligari non poſſunt, nt in §. 3. 4. 6. 7. vel ob vitium formæ, & acceſſionum, quæ ſtipulationi inutiliter adjiciuntur, ut iu §§. ſubſequentibus, uſque ad finem.

QUare diviſio Tituli tripartita eſt.
1. Qualiter reddatur inutilis ſtipulatio ex cauſa materiæ in ſtipulationem deductæ, §. 1. 2. & 15.
2. Ob perſonæ defectum, §. 3. 4. 6. 7. 14.
3. Propter vitium formæ, & acceſſionum, quæ ſtipulationi inutiliter adjiciuntur, §. 5, 8. 9. 10. 11. 13. 16.

Corollarium. An verbum *promiſiſſe* in inſtrumento publico appoſitum ſtipulationem importet, §. 12.
Nota effectum ſtipulationis puræ, in diem, & ſub conditione ad §. 17. & 18. Vide *l. cedere diem*. 213. *ff. De verb. ſignif.* §. 1. ſuprà *De verb. oblig.* & *l. qui hoc anno*. 42. *ff. eod.*

§. 1. Omnis res.

OMnis res *a*, quæ dominio noſtro ſubjicitur *b*, in ſtipulationem deduci poteſt: ſive mobilis ſit, ſive ſoli *c*. At, ſi quis rem, quæ in rerum natura non eſt, & eſſe non poteſt *d*, dari ſtipulatus fuerit:

Digitized by Google

rit : veluti Stichum , qui mortuus ſit *e* , quem vivere credebat *f* : aut hippocentaurum , qui eſſe non poſſit : inutilis erit ſtipulatio *g* . Idem juris eſt *h* , ſi rem ſacram , aut religioſam , quam humani juris eſſe *i* credebat : vel publicam k , quæ uſibus populi perpetuò expoſita ſit *l* , ut forum , vel theatrum , vel liberum hominem *m* , quem ſervum eſſe credebat , vel cujus *n* commercium non habuerit *o* , vel rem ſuam *p* dari *q* quis ſtipuletur *r* . Nec in pendenti erit ſtipulatio ob id , quòd publica res in privatum deduci , & ex libero ſervus fieri poteſt *ſ* , & commercium adipiſci ſtipulator poteſt , & res ſua ſtipulatoris eſſe deſinere poteſt : ſed protinus inutilis eſt *t* .

1. *Rei appellatio quid hoc loco contineat.*
2. *Non exiſtentia rectè in ſtipulationem deduci.*
3. *Promiſſio de danda , vel faciendo aliquid , quod eſt contra naturam , eſt inefficax : & ratio num. 4. & quid commercium : & quæ res commercio eximantur. num. 5.*
6. *Stipulatio pura non ſuſpenditur.*

DE materia ſtipulationum , cujus defectu vitiantur.

1 *a* Omnis Rei. Rei † appellatio latè patet . *l. rei* . 5. & 23. *De verb. ſign.* & hoc loco facta quoque complectitur . *l.* 2. 4. 5. & *tot. tit. De verb. oblig.*

b Subjicitur. Actu , vel potentia : quicquid enim eſt , vel eſſe poteſt , in dominio eſt , & in commercio : & quarum rerum eſt commercium , illarum eſt ſtipulatio, quæ commerciorum cauſa excogitata eſt .

c Sive Soli. Hoc eſt, immobilis , proprium I.C. verbum. Seneca *lib.* 1. *Nat. quæſt.*

d Et Esse Non Potest. Ideò impoſſibilis, & non valet, *l. impoſſibilium*. 185. *De reg. jur.* ut alia hujuſmodi : velut, ſi quis promittat ſervum non moriturum. *l. non moriturum* . 8. *C. De contrah. ſtipulat.* Con-
2 junctim itaque hæc legantur . Multa † enim, quæ non ſunt , eſſe tamen in rerum natura poſſunt , & fore ſperantur , in ſtipulationem rectè deducuntur, ut fructus futuri, *l. interdum* . 73. *De verb. obligat.*

e Mortuus Sit. *L. ſi homo* . 69. *ff. eod. l.* 1. *§. ſi id, quod.* 9. *De oblig.*

f Credebat. Hoc addit , non quòd aliud ſit in ſcientibus , *l. domum* . 57. *De contrah. empt.* ſed quòd in ignorantibus probabilior erat dubitatio , an ſaltem non hactenus valeret ſtipulatio, ut æſtimatio , vel intereſſe deberetur : & verius eſt , ne eatenus quidem valere : ubi enim res ipſa non debetur , ibi nec rei pretium eſt in obligatione . *§. non ſolùm autem*. 5. ſup. *De legat.* Deinde hic tantùm voluit exempla ponere earum ſtipulationum , quæ ratione duntaxat materiæ ſunt inutiles . Fuit igitur caſus fingendus in eo , qui ſtipulatur mortuum, quem vivere credebat : nam, ſi ſciens faciat , jam non ratione materiæ , ſed cauſæ efficientis , puta ob defectum conſenſus vitiatur ſtipulatio . *l. non ſolùm* . 31. *De oblig. & actio.* de quo non hic, ſed poſteà in *§. ſi de alia re* . 16. tractatur .

g Stipulatio. *L. ſi ſtipuler* . 35. *ff. De verb.*
3 *oblig.* Nam † promiſſio de dando , quod natura dari nequit , vel de faciendo , quod factum impoſſibile ſit , eſt inefficax . *d. l. ſi ſtipuler* . *d. l. ſi homo* . *l.* 1. *§. ſi id, quod* . 9. *De oblig.* cùm impoſſibilium nulla ſit obligatio . *l. impoſſibilium* . 185. *De regul. jur.* Diverſum erit , ſi promiſſori tantùm ſit præſtatio impoſſibilis , propter inopiam , aut quia rem alienam promiſit . Hic enim revera non eſt in rei præſtatione impoſſibilitas , ſed in ſolutione difficultas , quæ non excuſat . *l.* 2. in fin. princ. *De verb. oblig. l.* 1. *de eo quod. cert. loc.*

h Juris Est. *L. inter* . 83. *§. ſacram* . *ff. De verb. oblig. d. l.* 1. *§. ſi id quod* . *De oblig.* Licet tamen ſtipulari , ut res privata ſacra fiat , non contrà , *l. ſtipulatio* . 38. in fin. *De verb. oblig.* privata enim in commercio eſt , ſacra non item .

i Juris Esse. Hoc opponit divinis , ut *l.* 1. *De rer. diviſ. §.* 1. vel quæ ſunt nullius in bonis. *§ nullius autem*. 5. ſup. *De rer. diviſ.* ut mox publica privatis .

k Publicam. Hæc ſuprà retulit ad res univerſitatis , *§. univerſitatis* . 4. *De rer. diviſ.* quas hic appellat publicas , ut & Cajus in *l.* 5. *ff. eod.* Vide ſup. *De rer. diviſ.* in princ.

l Exposita Sit. Hoc additur ad differentiam eorum , quæ ſunt in patrimonio populi , & ideò in commercio , *l. ſed Celſus* . 6. *De contrah. empt.*

m Liberum Hominem. *L. liber homo* . 103. *De verb. obligat.*

n Cujus. Rei ſcilicet .

o Non Habuerit. Nota † rationem : ideò 4
enim harum rerum nulla eſt ſtipulatio, quia nullum eſt earum commercium , nulla abalienatio , *l. cum ſervus* . 39. cum legibus ſequentibus . *De legat.* 1. Commercium † eſt vendendi , emendive 5
invicem jus . Ulpianus *tit.* 19. Unde mercari , res promercalis , &c. complectiturque omnem rerum permutationem , *l.* 5. *De juſt. & jur.* Commercio eximuntur res , aut natura , aut jure gentium , aut moribus civitatum . *l. ſi in emptione* . 34. *§.* 1. *De contrah. empt.* Eximuntur autem vel in univerſum , ut illa ſuperiora : vel reſpectu aliquarum , aut ſingularum duntaxat perſonarum . *l. multum* . 34. *ff. De verb. obligat.* quo de genere hic agit . Sic iis , qui ſunt cum poteſtate in provinciis , non eſt jus

com-

commercii multarum rerum. *l. non licet.* 46. *l. qui officiis.* 62. *De contrah. empt.* Sic ſervus ea lege venditus, ne redeat in poteſtatem domini, *l.* 1. *§. ult. De quæſtio.* non eſt in ejus commercio amplius, ut in *l.* 2. *De his, qui ſunt &c.*

p Rem Suam. Quoniam amplius ejus fieri nequit. *l. ſua.* 16. *De contrah. empt. l.* 4. *C. eod. l. nemo.* 82. *De verb. obligat.* Rectè tamen ejus pretium ſtipulatur. *l. qui vas.* 48. *§. ult. De furt. l. ſi alii.* 19. *De uſufruct.* Item ſub conditione, cùm ſua res deſierit. *l. ſi rem.* 31. *De verb. obligat.* ſimiles caſus in *§. item.* 15. *hoc tit.*

q Dari. Sed bene tradi, aut reſtitui. *d. l. nemo. d. l. ſi in emptione.* 34. *§. res ſua.* 4. *De contrah. empt.*

r Stipulator. Purè ſcilicet, ſecùs, ſi ſub conditione. *l. ſi rem.* 31. *De verb. oblig.*

ſ Fieri Potest. Quem expectare caſum, neque civile, neque naturale eſt, *l. inter.* 83. *§. ſacram.* 3. *De verb. oblig.*

t Inutilis Est. Pura † namque ſtipulatio (etenim in conditionali ſecus eſſe dixi) non ſuſpenditur. *l. uſusfructus.* 26. *De ſtipulat. ſer.* ſed ex præſenti vires accipit. *l. ſi filiusfamilias.* 78. *De verb. oblig.* nam tempus conceptæ ſtipulationis attenditur, non eventus. *l. ſervus.* 16. *De ſtipul. ſerv.* Quamobrem ex accidente non poteſt poſteà convaleſcere, quod ab initio nullum fuit. *l. quod initio.* 29. *De regul. jur. l.* 1. *De reg. Catonia.* Deinde res, cùm ad hunc caſum devenit, alia eſt, quàm quæ fuit promiſſa. Non igitur poteſt videri ſtipulatione comprehenſa, eòque nec debetur. Vide quatuor rerum ſpecies, quæ nequeant in obligationem deduci, apud Jaſon *l. inter.* 83. *§. ſacram. nu.* 4. *De verb. obl.* 6

§. 2. Item contrà.

Item contrà, licet ab initio utiliter res *a* in ſtipulatum deducta ſit *b*: ſi tamen poſteà in aliquam eorum cauſam, de quibus ſuprà dictum eſt *c*, ſine facto promiſſoris *d* devenerit: extinguitur ſtipulatio: at nec ſtatim ab initio talis ſtipulatio valebit, *Lucium Titium, cùm ſervus erit f, dare ſpondes?* & ſimilia: quæ enim natura ſui, dominio noſtro exempta ſunt, in obligationem deduci nullo modo poſſunt *g*.

1. *Quando promiſſor liberetur, ſi res periit.*
2. *Turpia facta in ſtipulationem deduci non debent.*
3. *Res, ratione ſtipulantis extra commercium poſita, quatenus in ſtipulationem deduci poſſint.*

De inutilibus ſtipulationibus, ratione materiæ non ſtatim, ſed ex poſt facto.

a Res. Quæ ſit in commercio.

b Deducta Sit. Ut ſtipulatio valeat initio.

c Dictum Est. Si facta ſit ſacra, religioſa, publica, ve noſtra, *l. omnes.* 17. *De oblig. & act.* aut ſervus ſit ante traditionem. *d. l. inter.* 83. *l. is qui.* 51. *De verb. oblig.*

1 *d* Promissoris. Hoc eſt, ſine † culpa, aut mora. Nam ſi facto ejus talis effecta ſit, ex dolo, culpave tenetur: cùm in illius poteſtate non ſit, ſuo ſe facto, citra ſolutionem liberare. *l. ſi ſervum.* 91. *De verb. oblig.* & culpa rem repræſentet, *l. qui reſtituere.* 68. *De rei vind.* Sin autem in mora ſolvendi fuerit, non liberatur mutatione rei, ſeu interitu: cùm mora ipſi nocere debeat, non creditori. *l.* 5. *Si cert. pet.* . *l. ſi ex legati.* 23. *De verb. obligat.* ubi Pomponius utrumque caſum excipit, videlicet & moram, & factum debitoris quodlibet, quo res interit, vel mutatur.

e Stipulatio. Velut rei interitu liberato debitore. *d. l. ſi ex legati cauſa.* Paria ſunt enim, rem extingui, vel mutari. *l.* 5. *§. rei mutatione. Quib. mod. uſusfruct. amitt.* Hac autem de re fuiſſe diſceptationem inter I. C. oſtendit *l. exiſtimo.* 98. *De verb. oblig.*

f Cum Servus Erit. Talem † enim caſum liberi hominis ominari, non minus improbum eſt, quàm mortem alicui portendere, *d. l. inter. §. ſacram.* cùm ſervitus mortalitati comparetur. *l. ſervitutem.* 209. *De reg. jur.* Ut igitur de ſucceſſione viventis, pactiones facere ob votum alienæ mortis, improbum eſt: *l. ult. C. De pact. l.* 4. *C. De inutil. ſtipulat. l. quidam.* 30. (aliàs, *l. donari.* 29. *§.* 2.) *§. ult. De donat.* ſic & ejuſmodi ſtipulationes, velut turpes, nullius ſunt momenti. Vide DD. in *l. generaliter.* 26. *l. ſtipulatio hoc modo.* 61. *De verb. oblig.* 2

g Nullo Modo Possunt. Hoc eſt, quæ natura ſua, in univerſum exempta ſunt commercio. *d. l. inter.* 83. *§. ſacram. d. l. ſi in emptione.* 34. *§.* 1. *De contrah. empt.* Nam † quæ res non natura ſua, ſed propter accidens perſonæ ſunt extra commercium ſtipulatoris, eæ licet non poſſint ſtipulanti purè promitti, quia nec acquiri: tamen rectè ſub conditione in ſtipulatum deducuntur: puta rem noſtram nobis dari, cùm noſtra eſſe deſierit. *l. exiſtimo.* 98. *l. ſi rem.* 31. *De verb. oblig.* quemadmodum & emi poteſt. *l. exiſtimo.* 61. *De contrah. empt. l. cætera.* 41. *§.* 1. *De lega.* 1. 3

§. 3. Si quis alium daturum.

SI quis alium daturum, facturumve quid ſpoponderit, non obligabitur *a*: veluti ſi ſpondeat, Titium quinque aureos daturum. Quod ſi effecturum *b* ſe, ut Titius daret, ſpoponderit, obligatur *c*. Si quis alii, quàm ei, cujus juri ſubjectus ſit *d*, ſtipuletur, nihil agit *e*. Planè ſolutio *f* etiam in extraneam perſonam conferri poteſt *g*: veluti ſi quis ita ſtipuletur; *Mihi, aut Sejo dare h ſpondes i?* ut obligatio *k* quidem ſtipulatori acquiratur: ſolvi tamen Sejo etiam invito eo *l*, rectè poſſit *m*, ut liberatio ipſo jure contingat *n*, ſed ille adverſus Sejum habeat mandati actionem *o*.

1. *Factum alienum promitti non poſſe: fallit nu. 2. & quando promiſſor liberetur, nu. 3.*
4. *Stipulationes cur inventæ.*
5. *Formam ſtipulationis à ſtipulatore immutari non poſſe. & num. 6.*

DE ſtipulatione inutili propter perſonam promiſſoris, qui dare, facere debet: aut ſtipulatoris: cui ſtipulatio quærenda eſt.

a NON OBLIGABITUR. *L. inter.* 83. *l. ſtipulatio.* 38. *§. alteri.* 17. *ff. De verb. oblig. l. ſicut.* 65.
1 *De fidejuſſ.* Nam de † ſe quemque promittere oportet, non de alieno. *d. l. ſtipulatio:* præſertim cùm alterius factum præſtari non poſſit: eòque extra commercium contrahentium id videatur poſitum. *l. quæcunque.* 11. *De obligat.* Vide Cujac. *Obſerv.* 12. *cap.* 36.
2 *b* EFFECTORUM. Tunc † enim ſuum factum, non alienum promittit. *d. l. ſtipulatio. §. alteri. l. qui autem.* 14. *§.* 2. *De conſt. pecun. l. veteris.* 13. *C. De contrah. ſtipul. l. ſi ita ſtipulatus.* 97. ubi Gloſſ. ad verb. *daturum. De verb. oblig.* Gloſſ. in *l.* 5. verb. *interrogatus. eod. tit.* Unde obligatur ad intereſſe, ut in reliquis facti obligationibus. *l. ſi quis.* 13. in fin. *De re jud. l. ſtipulationes.* 72. *De verb. oblig.* etiamſi perſonam, cujus factum promiſit, cogere non poſſit ad faciendum. Gloſſ. Ang. Fab. hìc. Panor. *conſ.* 43. *Videtur. vol.* 1.
3 *c* OBLIGATUR. Ita tamen, † ut, ſi adhibuerit tantam ejus rei conficiendæ diligentiam, quanta adhiberi potuit, liberetur: hoc enim ſolùm promiſiſſe intelligitur: etiamſi juraverit, tamen liberatur adhibita diligentia, nec ſit perjurus: *c. Ex reſcripto.* 9. ubi Gloſſ. final. & Panor. *De jurejur.* quare non aliter ad intereſſe tenebitur, quàm ſi negligentia, aut culpa ejus argui poſſit: ut communiter video eſſe receptum. Ita communiter DD. *l.* 4. *§. Cato. De verb. oblig.* ubi Molin. Bar. *conſ.* 236. Martinus, Feder. De Senis. *conſ.* 132. Martinus per *l.* 2. *Si quis caut. l. ſi vehenda.* 10. *§. pen. & ult. Ad leg. Rhod. de jactu.* Boer. *dec.* 3. *num.* 16. Schurff. *conſ.* 15. per totum. *cen.* 1. etiamſi textus hic indiſtinctè, quem dubio procul exiſtimem obtinere, ſi, niſi, vel donec curaverit, ſuo periculo rem fore ſpoponderit, quod in fidejuſſoribus receptum eſſe, & ita nonnunquam judicatum memini.

d SUBJECTUS SIT. Huic enim ſtipulari poteſt. ſup. *De ſtipulat. ſerv.* & infr. *Per quas perſon. obligat. &c.*

e NIHIL AGIT. *D. l. ſtipulatio.* 38. *§. alteri.* 17. Inventæ † ſunt enim obligationes, ut unuſquiſque ſibi acquirat, quod ſua intereſt: cæterùm ut alii detur, nihil noſtra intereſt: eſtque etiam hoc extra commercium contrahentium poſitum. *d. l. quæcunque.* 11. 4

f SOLUTIO. Quæ facti eſt, non juris. *l. aſſeveratio.* 10. *C. De non num. pecun.*

g CONFERRI POTEST. *L. ult. §.* 2. 4. *ff. De verb. oblig. l. ſi mihi.* 23. *De fidejuſſor.*

h DARE. Etenim dare ad ſolutionem refertur, ſpondere ad obligationem.

i SPONDES. Mihi ſcilicet, non Sejo: nam ſponſio ad obligationem, ut dixi, pertinet.

k OBLIGATIO. Verborum, quæ interrogatione, & reſponſione conſtituitur: is enim & ſolus interrogavit, & ei ſoli promiſſum eſt: ſequitur igitur effectus cauſam.

l INVITO EO. Stipulatore, *l. ſi ſtipulatus.* 11. cum leg. præceden. *De ſolut.*

m RECTE POSSIT. Ex forma † ipſius ſtipulationis, quam ſtipulator immutare non poteſt. *l. quod ſtipulatus.* 10. *De verb. oblig.* Ut enim non poteſt utilitatem loci ſolutionis debitori auferre. *§. loca.* 5. ſup. *De verb. oblig. l. continuus.* 134. *§.* 2. *eod. §. loco.* 30. inf. *De actio. l.* 1. & *tot. tit. De eo, quod cert. loc.* ita nec utilitatem perſonæ ſolutioni adjectam tollere: nec impedire, quo minus debitor Sejo, cui alternativè ſolutio deſtinata eſt, ſolvere poſſit. In alternativis enim debitoris eſt electio. *l. plerunque.* 10. *§. ult. De jur. dot.* in fin. *c. In alternativis.* 70. *De reg. jur. in* 6. 5

n CONTINGAT. *D. l. ſi ſtipulatus.* 11. *l. vero.* 12. *l. ſi ita ſtipulatus.* 59. *l. cum decem.* 71. *De ſolu. l. fidejuſſor.* ubi † I. C. hanc rationem tradunt, quòd certam formam habeat ejuſmodi ſtipulatio, quam ſtipulator mutare non poſſit. 6

o MANDATI ACTIONEM. Quoniam ei, tanquam ſuo procuratori, ſolvi mandavit. *l. Julianus.* 131. *§.* 1. *De verb. oblig.* qui acceptando ſolutionem, hoc mandatum videtur ratificaſſe: eòque etiam ad reſtitutionem ejus, quod accepit, tenetur: injurium quippe foret, & à ratione juris civilis alienum, eum ex aliena ſtipulatione acquirere, ac lucrari. *d. l. ſtipulatio.* 38. *§. alteri. De verb. oblig. §. alteri.* 14. inf. *eod.*

§. 4. Quòd

§. 4. Quòd ſi quis ſibi.

QVòd ſi quis ſibi, & alii, cujus juri ſubjectus non ſit, dari decem aureos ſtipulatus eſt: valet quidem ſtipulatio *a*: ſed, utrum totum debeatur ſtipulatori, quod in ſtipulationem deductum eſt, an verò pars dimidia, dubitatum eſt. Sed placuit, non plus, quàm dimidiam partem *b* ei acquiri *c*. Ei verò, qui juri tuo ſubjectus eſt *d*, ſi ſtipulatus ſis *e*, tibi acquiris *f*: quia vox tua, tanquam filii ſit: ſicuti & filii vox, tanquam tua intelligitur *g* in iis rebus, quæ tibi acquiri poſſunt *h*.

1. *Particula Et, dividit obligationes in partes æquales.*
2. *In alternativa, & copulativa ſtipulatione quatenus acquiratur.*
3. *Vox patris, & domini, vox filii, & ſervi in contrahendo eadem cenſetur.*
4. *Facta in perſonam filii collata, non acquiruntur patri.*

DIctum eſt de ſtipulatione, qua quis alternativè, ſibi, aut alteri ſtipulatur: nunc de ſtipulatione, quam quis copulatione ſibi, & alteri facit.

a STIPULATIO. *L. ſtipulatio.* 38. *l. ſi mihi.* 110. *De verb. oblig.* Non enim debet utile per inutile vitiari, *c. Utile.* 37. *De reg. jur.* in 6.

1 *b* DIMIDIAM PARTEM. *Et*, † particula dividit obligationem io partes æquales. *l.* 2. §. *ſi quis.* 3. *De eo, quod cert. loc.* Quare idem fortè erit, etiamſi res diviſionem non recipiat, ut ultra dimidiam partem oihil debeatur. Vide in *l. ſi mihi.* 110. *De verb. oblig.*

2 *c* ACQUIRI. Tot enim ſuot † ſtipulationes, quot perſonæ: extraneo autem inutiliter ſtipulatio facta eſt, ut accreſcere, quod inutile eſt, non poſſit. *l. ſi mihi.* 110. *l. ſtipulatio.* 38. § *eum qui.* 14. *l. eum qui ita.* 56. *ff. De verb. oblig.* Nec idem hìc eſt, quod in caſu ſuperiore. Ibi enim in alternativa ſtipulatione, tota obligatio in perſonam ſtipulantis concepta valet: hìc prò parte tantùm dimidia, per orationem copulativam illi quæſita eſt, nec alter ſolutiooi adjectus eſt, ſed obligationi: quæ vi verbi, ſeu copulæ, inter omnes perſonas æqualiter dividitur. *l.* 2. §. 3. *De eo, quod cert. loc. l. reos.* 11. in fin. *De duob. reis.* Secùs eſt in emptione, io qua ineſt *συνάλλαγμα*, quæque ideò non ex verbis penditur, ſed ex eo, quod actum eſt bona fide. *l. ex empto.* 11. *De act. empt.* Cùm aotem ex pretio, quod abeſt à ſtipulatione, quod toti rei commenſuratur, de toto fundo actum appareat, diceodum eſt totius rei venditionem valere, & Titii perſonam adjectam pro ſupervacua haberi. *l. fundus.* 64. *De contrah. empt.*

d SUBJECTUS EST. Secùs, ſi emancipato, qui pro extraneo eſt. *l. ſi genero.* 26. *C. De jur. dot.*

e STIPULATUS SIS. Jus, puta obligationem dandi, vel faciendi, quæ patri acquiri poſſuot: ſecùs, ſi factum io perſonam filii ſit collatum; *l. quod dicitur.* 130. *De verb. oblig.* ut paulò pòſt ſequitur in textu.

f ACQUIRIS. Quia & tibi ſtipulatus videris: *l. dominus.* 39. *l. quod dicitur.* 130. *l. eum qui.* 56. §. *qui ſibi.* 2. *ff. De verb. oblig. l.* 2. *C. De contrah. ſtipul.* nam † patris, & domini voce, filii, & ſer- 3
vi loqui, in cootrahendo intelliguotur, cùm eorum velut organa ſint, & inſtrumenta. Ariſtotel. *lib.* 1. *Polit. cap.* 3. §. *poſt mortem.* 10. inſ. *hoc tit.* quare & è diverſo idem recipiendum eſt, & ſtipulationibus, pactiſque patris liberi comprehenduntur, quamvis id non ſit cautum. *l. ſtipulatio iſta.* 38. §. *quæſitum.* 4. *De verb. oblig. l. ſi pactum.* 9. *De probat.*

g INTELLIGITUR. Nam & perſona patris, ac filii, ex vi poteſtatis una, atque eadem eſſe fingitur. *l. ult. C. De impub. ſubſtit.* & filius gerit imaginem patris. Bald. *num.* 38. in *l. fin. C. De edic. Divi Adriani* per *l. cum aliquis.* 21. *C. De jure delib.* Familia enim tota unum quaſi corpus eſt. *l. pronunciatio.* 195. verb. *ad corporis cujuſdam. De verb. ſignific.* unamqua perſonam velut ipſa quoque hæreditas repræſentat. §. 1. ſupr. *De ſervor. ſtipul.* cujus caput quidem ſit paterfamilias: *d. l. pronunciatio.* in fin. verb. *familiæ caput.* liberi verò & ſervi, velut partes, & membra. *d. l. pronunciatio.* juoct. *l. proponebatur.* 76. verb. *partibus commutatis. De judic.* Sed hæc ſecundum quid, & in favorabilibus materiis rectè dicuntur: alioqui cooſtat, natura perſonam aliam eſſe patris, aliam filii: & ideò ioterdum jure quoque diſtingui. Pater ſibi judex eſſe nequit: *l. qui juriſdictioni.* 10. *De juriſdict. tot. tit. C. Ne quis in ſua cauſa.* filio poteſt, *l. in privatis.* 76. *De judic.* quod filius accipit à fratre, oon videtur accipere à patre, *l. ult. De legat.* 3. quod jus alteri dixit pater, non cogitur pati filius. *l.* 3. §. *ſi filius.* 4. *Quod quiſque jur.* filiusfamilias rectè pro patre fidejubet, non pro ſeſe, *l. filiusfam.* 8. *C. De fidejuſſor.* In cauſa propria oemo teſtis eſſe poteſt. *l. nullus.* 10. *De teſtibus. l. omnibus.* 10. *C. eod.* at in filiorum, vel parentum cauſa interdum, *c. Videtur.* 3. *Qui matr. acc. c. Super.* 22. ubi Gloſſ. *De teſtibus.* DD. in *l. parentes.* 5. *C. De teſtibus.*

h ACQUIRI POSSUNT. Nam † facta in per- 4
ſonam filii collata, puta, ut illi aliquid fiat, patri acquiri noo poſſunt, cùm ſint perſonalia. §. *ſed cum factum.* 2. *De ſeru. ſtipul.* eòque talis ſtipulatio ioutilis eſt. *d. l. quod dicitur.* 130. *De verb. oblig.*

§. 5. Prætereà inutilis eſt ſtipulatio.

PRæterea inutilis eſt ſtipulatio, ſi quis ad ea, quæ interrogatus fuerit, non reſpondeat *a*: veluti ſi quis decem aureos à te dari ſtipuletur, tu quinque promittas, vel contrà *b*: aut ſi ille *c* purè ſtipuletur, tu ſub conditione promittas, vel contrà *d*: ſi modò ſcilicet id exprimas' ideſt, ſi cui ſub conditione, vel in diem ſtipulanti, tu reſpondeas: *præſenti die ſpondeo*. Nam, ſi hoc ſolum reſpondeas, *Promitto*: breviter videris in eandem diem, vel conditionem ſpopondiſſe. Neque enim neceſſe eſt, in reſpondendo eadem omnia repeti, quæ ſtipulator expreſſerit *e*.

1. *Diſcrepantia in ſumma, an vitiet ſtipulationem.*
2. *Diverſitas reſponſionis vitiat ſtipulationem.*

DE ſtipulatione inutili ob vitium formæ, puta interrogationis, & reſponſionis.

a Non Respondeat. *L. 1. §. ſi quis. 3. De verb. oblig.*

1 *b* Vel Contra. Hoc † exemplum ſatis quadrat ad regulam, quod ſufficere debet: exempla porrò reliqua congruunt ſecoudum quid, non ſimpliciter: diverſimodè enim in his annihilatur ſtipulatio. Hic inutilis eſt in decem, quia ad hoc non eſt reſponſum: valet autem quoad quinque; quooiam ea promiſſa ſunt, & etiam interrogata: nam decem qui ſtipulatur, etiam qninquo ſtipulatur, quando in majori ſumma minor inſit. *l. diem. 32. §. ſi plures. De recept. arb. l. 1. §. 4. De verb. oblig. §. is qui. 4. inf. De mand.* & qui reſpondet ambiguè, id loquatur, quod ex iis, quæ ſignificantur, ſenſit. *l. Nepos. 125. De verb. ſignific.* Dividitur igitur hæc ſtipulatio, ſicut diviſionem quantitas, & ſeparationem acceſſio recipit. At reſponſio differens in modo, vel conditione ab interrogatione ejuſmodi, diviſionem non recipit: quia vitium in forma eſt, quæ mutilari, dividiquè nequit. *l. heredes. 21. §. ult. De teſtam. l. ſtipulationes. 72. l. continuus. 137. De verb. oblig.* eòque nec pars in ea reperiri poteſt utilis. *l. obligationum. 44. De oblig. & act.* Ita malim, quàm dicere in *d. §. 4.* diverſitatem reſponſionis illico placuiſſe ſtipulatori. Unde enim colligas id, cùm caſus ille à ſuperiore ſit diſtinctus? nec in eo ſe fundet I. C. ſed hanc ratiooem afferat, quoniam ſumma, atque ideò reſponſio hactenus ſtipolationi congruit, proptereà quòd minor ſumma majori inſit. Cajum *tit. 37. De obligat.* nihil moror: nam nec conſtat, hunc locum inde ſumptom eſſe: & ſi eſſet, & pro Caji ſolidis, noſtri aureos poſuiſſent: tamen non attendeodum, quid Cajus ſenſerit, ſed quid quomodo in libros noſtros relatum ſit. Nec dicit Cajus inutilem omninò eſſe ſtipulationem, ſed ait integrum debitum vacillare cognoſcitur tanquam dubitans, & rem fuiſſe controverſam indicans. Deniqoe ratio *d. §. & d. §. ſi plures.* tàm firma eſt, ut abſque alia ratione hactenus ſtipulatio jure debeat valere: quamcunque tandem huic textui ioterpretationem aſſiogas.

c Aut Si Ille. Non eſt neceſſe exempla inter ſe eſſe ſimilia, ſed ſufficit ad regulam propoſitam quadrare.

d Vel Contra. Talis † eoim ſtipulatio to- 2
ta non valet, *l. 1. §. 3. ff. eod.* quia non congruunt ullæ partes interrogationis, & reſponſionis: oec in pura ſtipulatione ineſt conditio, vel contrà, quomodo io decem ſunt quinque.

e Expresserit. *L. quæ extrinſecus. 65. De verbor. obligat.* facit *l. 1. §. 2. l. Titia. 134. §. 1. ff. eod. tit.*

§. 6. Item inutilis eſt ſtipulatio.

ITem inutilis eſt ſtipulatio *a*, ſi vel ab eo ſtipuleris, qui tuo juri ſubjectus eſt *b*, vel ſi is à te ſtipuletur *c*. Sed ſervus quidem non ſolùm domino ſuo obligari non poteſt, ſed ne quidem ulli alii *d*: filii verò familiarum aliis obligari poſſunt *e*. Mutum neque ſtipulari, neque promittere poſſe, palam eſt *f*: quod & in ſurdo receptum eſt: quia & is, qui ſtipulatur, verba promittentis, & is, qui promittit, verba ſti-

pulan-

pulantis audire debet *g*. Vnde apparet, non de eo nos loqui, qui tardiùs exaudit *h*: ſed de eo, qui omninò non audit. Furioſus nullum negotium gerere poteſt *i*: quia non intelligit, quod agit *k*.

1. *Stipulatio inter patrem, & filium inutilis eſt.*
2. *Mutuum ſtipulari non poſſe.*

DE ſtipulatione inotili ex defectu cauſæ efficientis, puta ratione perſonarum contrahentium.

a STIPULATIO. Ut quivis alius cootractus inter patrem, & filium factus, *l.* 2. *De contrab. empt.*

b SUBJECTUS EST. Secùs enim eſt in emancipato. *l.* 4. *C. De pact. convent.*

1 *c* STIPULATOR. Nam, cùm † ſit una patris, & filii perſona, oon videtur alius eſſe ſtipulator, alius promiſſor. Deficit igitur obligatio, quando idem debitor, & creditor eſſe, & quiſquam ſibi ipſi debere noo poſſit. *l. legatum*. 116. §. 1. *l. qui filiabus*. 17. §. *ult. De legat.* 1. Jaſ. in *l. cum filiofamilias*. 11. *num.* 15. *eod. tit.* nam actio, & paſſio cùm ſint contraria, in uno neqoeunt eſſe ſubjecto. *l. Uranius*. 71. *De fidejuſſ. l. qui hominem*. 34. §. *ſi debitorem*. 7. *De ſolut. l. debitori*. 7. *C. De pact.* Jaſ. in *d. l. cum filiofamilias*. *num.* 16.

d ULLI ALII. Civiliter, quia pro oullis ſunt, *l. quod attinet*. 32. *De reg. jur.* ſed bene naturaliter, §. 2. inf. *De fidejuſſor. l. ſervi*. 14. *De obligat. l. naturaliter*. 13. *De cond. indeb.* quemadmodum & filii parentibus obligantur, *l. frater*. 38. §. 1. *De cond. indeb.*

e OBLIGARI POSSUNT. Cives enim ſunt, ideò contractibus, ot jure civium, extra familiam rectè utuntur, *l. filiusfamilias*. 39. *De obligat. l. ſi ſervus*. 141. §. 1. *l. cum filiusfamilias*. 49. *De verb. obl. l. ſi quis*. 44. *De pecul.* niſi quatenus obſtat S. C. Macedonianom, *tot. tit. Ad S. C. Macedon.* quæ exceptio firmat regulam in caſibus ooo exceptis. Dec. in *l.* 1 *De reg. ju.*

2 *f* PALAM EST. Quia † verba proferre, ac dictare oon poteſt, quibus utrioque hæc conſtituitur obligatio. *l.* 1. in princ. *De verb. oblig. l.* 1. §. *ult. De oblig.* quare nec ſcriptura cum verbis poſſe obligari, cooſentaoeum eſt ex *l. non figura*. 38. *De obligat.* alioqoi & inter abſeotes perfici poſſet ſtipulatio, contra §. *item*. 9. inf. *eod.* Itaque videtur *d. l. non figura* accipienda eſſe de præſentibus, qui ſtipulari viva voce, & ideò ratione etiam literarum, quaſi muta voce obligari poſſunt: non quòd ſcriptura propriè contrahatur ſtipulatio, ſed magis quòd per eam probetur. Itaque rectè I. C. ibi inquit, non nos ſtipulari ſcriptura, ſed obligari. Vide §. *item*. 9. inf. *hoc tit.* Cæterùm ut jus codicillandi noo habet, cni noo eſt teſtamenti factio: *l. Divi*. 6. §. *pen. De jure cod.* ita non videtur poſſe in ſcriptis ſtipulationem contrahere, qni nec verbis poteſt. Atqui hodie confuſo, ſaltem quoad effectum, ſtipulationum, & pactorum jure, *c.* 1. ubi DD. & in primis Fortunins Garzia *De pact.* dubitari non debet, quin mutus ſcriptura rectè obligetur: oon propria ſtipulatione, ſed quadam ſcripturæ obligatione. *l. contractus*. 17. *C. De fid. inſtr. l. optimam*. 14. *C. De contrab. ſtipul.* §. *item*. 9. inſ. *hoc tit.*

g AUDIRE DEBET. *D. l.* 1. §. *ult. De oblig. d. l.* 1. in princ.

h TARDIUS EXAUDIT. Ut in §. *item ſurdus*. 3. ſup. *Quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.*

i GERERE POTEST. Eòque nec ſtipnlari, *l. ſi à reo*. 70. §. 3. *De fidejuſſ.* argumento à genere ad ſpeciem docto: maximè, cùm abſentis, & quieſcentis loco habeatur. *l.* 2. §. 2. *De jure codicill.* quocum ſtipulatio contrahi neqnit. *l.* 1. *eod.* §. *item*. 9. inf. *hoc tit.*

k QUOD AGIT. *L. in negotiis*. 5. *l. furioſi*. 40. *De reg. jur.* eòqoe voces ejos ſine meote, & voluntate prolatæ, ſont tantùm inanis ſonitus. Verba enim ut obligent, *ἐκ προαιρέσεως*, & ex voluntate obligaodi proficiſci debent. *l. omnes*. 10. *C. De contrab. ſtipul. l. non ſolùm*. 31. *De oblig.* quæ nulla eſt io furioſo. *d. l. furioſi*. 40.

§. 7. Pupillus omne negotium.

PVpillus *a* omne negotium *b* rectè gerit *c*: ita tamen, ut, ſicubi tutoris auctoritas neceſſaria ſit *d*, adhibeatur tutor: veluti, ſi ipſe obligetur: nam alium ſibi obligare, etiam ſine tutoris auctoritate poteſt *e*. Sed, quod diximus de pupillis, utique de iis verum eſt, qui jam aliquem intellectum habent. Nam infans *f*, & qui infanti *g* proximus eſt, non multùm *h* à furioſo diſtant: quia hujus ætatis pupilli nullum intellectum habent. Sed in proximis infanti *i*, propter utilitatem *k* eorum, benignior juris interpretatio facta eſt: ut idem juris habeant, quod pubertati proximi *l*. Sed qui in poteſtate parentis eſt impubes, ne auctore quidem patre *m* obligatur.

1. Verba generalia de idoneis ſubjectis ſunt accipienda.
2. Pupillus ſtipulari ſibi poteſt, promittere non poteſt, & quatenus obligetur, naturaliter, an civiliter.
3. Infantes, & furioſi quomodo differant.
4. Patris auctoritas non eodem modo indemnitatem rebus pupilli præſtat, ut tutoris.

AGitur de ſtipulatione pupilli.

a Pupillus. Idem in prodigo. *l. certi. 9. §. ſed etſi. 7. Si cert. pet.*

b Omne Negotium. Quod
1 quidem † in hanc ætatem cadit. Etenim verba geoeralia de idoneis ſubjectis ſunt accipienda. *l.* 1. cum ibi not. *C. De ſacroſ. Eccleſ.* Non igitur conjugium contrahere, non teſtamentum facere, oe tutore quidem auctore, poteſt. Ae ſanè oegotium in hac contractus materia, *συνάλλαγμα* & commercium tantùm ſignificat, ut in §. præcedente, & *tot. tit.* & *C. De neg. geſt. l. in negotiis. 5. De reg. jur.*

c Recte Gerit. *L. 5. De neg. geſt.*

d Necessaria Sit. Ut cùm agitur, non de acquirendo, ſed de obligando: quemadmodum ſequitur, & dictum eſt ſup. *De auct. tut. l. obligari, 9. ff. De auct. tut.*

e Auctoritate Potest. Stipulari igitur
2 † poterit, quia hactenus ſibi acquirit. *l. certi. 9. §. ſed etſi. 7. Si cert. pet.* promittere abſque tutoris auctoritate non poterit, etiamſi contractus, cui apponitur promiſſio, aliàs valeat. *l. certi.* 9. §. *idem.* 5. *Si cert. pet.* quòd hactenus ſeſe obligat. *d. l. obligari. l. obligari.* 43. *De obligat. l. neque. 7. C. De contr. h. ſtipul. l. 1. C. De inutil. ſtipulat.* An autem obligetur, ſaltem naturaliter, longa diſputatio eſt. Verius eſt non obligari, *l. pupillus.* 59. *De obligat. l. quod pupillus.* 41. *De cond. indeb.* cùm deficiat æquitas, de qua in *l. Stichum,* 95. §. *naturalis. De ſolut.* niſi quatenus factus eſt locupletior. *l. ſi pupilli.* 66. *ff. De ſolut. l. cum illud.* 25. §. 1. *Quan. dies legat. l. naturaliter.* 13. §. *ultim. De condict. indeb.* aut reſpectu alterius, non ſui. *l. ſi pupillus.* 21. *ff. Ad l. Falc. l. ſi ejus.* 64. *Ad S. C. Trebell.* ut cùm pupillus novat alterius obligationem, ipſe quidem naturaliter non obligatur, quia tamen conſenſum eſt, ideo reſpectu creditoris, & debitoris, quorum prior novata eſt obligatio, & ſublata, dicitur ſubeſſe obligatio naturalis. §. 3. infr. *Quibus modis tollit. oblig.* ſecundum quem textum intelligenda eſt *l. 1. De novat.* Sic in *l. cum illud.* 25. §. *hæres.* 1. *Quan. dies lega.* naturaliter obligari pupillus, non reſpectu ſui, ſed hæredis, & legatarii, cui illud debitum relictum eſt, dicitur, quemadmodum & io *l. Stichum.* 95. §. *aditio.* 1. *ff. De ſolutio.* item fidejuſſoris: ut dixi. §. 2. ſupr. *Quibus modis re contrah. oblig.*

f Nam Infani. Hoc eſt minor ſeptem annis *l. in ſponſalibus.* 14. *ff. De ſponſal. l. ſi infanti.* 18. *C. De jur. delib.* quod accipiendum eſſe de ſeptimo aooo completo (ſicut & aliàs anni de completis intelliguntur. *l.* 3. §. *minorem. De minoribus*) oſtendit *l.* 1. §. *ſufficit.* in verb. *ſupra ſeptimum annum. De adminiſt. tut.*

g Infanti. Aliàs, *infantia*, hoc eſt, qui propiores ſunt ſeptimo anno ætatis, quàm decimoquarto, puta pueri octo, vel novem annorum. Vide DD. in *d. l. ſi infanti.* in *l. inter illam.* 217. *De verb. ſignific.* Gloſſ. & Card. in *Clem.* 1. *De homicid.* Cujac. *Obſer. lib.* 6. *cap.* 3. & in *l.* 5. *De teſtament.* Socin. in *l.* 1. §. *adipiſcimur. De acquir. poſſ.*

h Non Multum. Diſtant † tamen: quòd
iofantibus per tutores acquiritur, ita ut etiam 3
poſſidere, & uſucapere poſſint. *l.* 4. §. 1. *De uſuca. l. quamvis.* 32. §. *infans.* 2. *De acquir. poſſeſſ. l. ſi infans.* 18. *C. De jur. delib.* furioſis per curatores non item. *l. furioſis.* 63. *De acquir. hered. l. in negotiis.* 5. *De reg. jur.* Tutor enim perſonæ datur, ideò defectum perſonæ ſupplet, & eandem agendo repræſentat. *tot. tit. De auct. tut.* curator bonis datur: ideo vitium perſonæ furioſi ſupplere, & eandem repræſentare nequit: vide tamen. *l. ult.* §. 2. *C. De curat. fur.* DD. in *d. l. ſi infanti.*

i Proximis Infanti. Qui jam fari poſſunt, & aliquid intelligunt, *l.* 1. in fin. *De act. l.* 5. *De reg. jur.*

k Propter Utilitatem. Secus igitur erit, cùm non de utilitate eorum, ſed iocommodo agitur, ut in pœnalibus: vide Jaſ. & DD. in Auth. *Sacramenta. C. Si adu. ven.* Zab. in *Clem.* 1. *De homic.*

l Pubertati Proximi. Ut ſtipulari, & promittere poſſint. *d. l.* 5. §. *ultim. De oblig. & act. l. ult.* §. 1. *De verb. oblig.*

m Patre. Quia † patris auctoritas non præ- 4
ſtat rem pupilli ſalvam, ut tutoris: non enim tenetur de re malè geſta, neque ut tutor *tot. tit. De tut. & rat. &c.* ad reddendas rationes, *l. ult.* §. *ſin autem.* verb. *paterna reverentia eum excuſante à ratiociniis, &c. C. De bon. quæ lib.* Ideoque nec ſupplet, quod impuberi io contrahendo deeſt. *l. ult.* §. 1. *ff. De verb. oblig.*

§. 8. Si Impoſſibilis conditio.

SI impoſſibilis conditio obligationibus adjiciatur: nihil valet ſtipulatio *a*. Impoſſibilis autem conditio habetur, cui natura *b* impedimento eſt, quo minus exiſtat: veluti ſi quis ita dixerit: *ſi digito cælum tetigero, dare ſpondes?* At ſi ſtipuletur: *ſi digito cælum non tetigero, dare ſpondes?* purè facta obligatio intelligitur *c*: ideoque ſtatim peti poteſt *d*.

1. Con-

1. Conditio impoſſibilis vitiat ſtipulationem: ſecus in ultimis voluntatibus.

2. Conditio impoſſibilis negativa ſtipulationem non vitiat.

DE ſtipulatione inutili ex defectu cauſæ efficientis, hoc eſt, conſenſus, qui defuiſſe ex adjectione conditionis impoſſibilis intelligitur. Defectus conſenſus invalidum facit actum. Menoch. *conſil.* 1. *num.* 99.

a STIPOLATIO. *L.* 1. §. *ſi id quod. l. non ſolum.* 31. *De obligat. & act. l. certi.* 9. §. *item.* 5. *ſi cert. peta.*
1 ubi vocatur nulla ſtipulatio. † Quia contrahentium talis eſt cogitatio, ut nihil agi exiſtiment, *d. l. non ſolum. l. ſi ſtipulor.* 35. *ff. De verb. obligat.* Itaque verba ſine conſenſu non obligant. *l. omnes.* 10. verb. *conſenſu compoſitæ. C. De contr. ſtip.* §. *poſt mortem.* 10. inf. *eod.* In ultimis voluntatibus ſecus eſt, quod ibi de obligando non agatur, ut diximus ad §. *hæres.* 8. verſ. *impoſſibilis.* ſup. *De hæred. inſtit.*

b NATURA. *D. l. ſi ſtipulor.* 35. *l. continuus.* 137. §. *cum quis.* 6. *De verb. obligat.* vel cui etiam lex impedimeoto eſt, *l. conditiones.* 9. *De cond. inſtit.* nam nec cootra leges facere nos poſſe credendum eſt. *l. filius.* 15. *De cond. inſtit.* Sed hæc conditio propriè turpis dicitur, ut in §. *ſi de alia.* 16. iofrà *eod.*

c INTELLIGITUR. Hæc † conditio, ut ait 2
Contius, de futoro neceſſaria & vera, tam in rerum natura, quam apud nos, non ſuſpendit conditionem: quia cujus affirmatio impoſſibilis, ejus negatio eſt neceſſaria. Ariſt. 2. *περὶ ἑρμηνείας cap. penult.* Imò non eſt conditio, cùm res præſens ſit, & conſtet evenire aliud non poſſe, *l. in illa.* 8. *l. impoſſibilis.* 7. *De verb. oblig. l. ſi pupillus.* 127. *De verb. oblig. l. ſi pupillus.* 9. *De novat.*

d PETI POTEIT. Qualis enim eſt cauſa, talis & effectus: qualis obligatio, talis actio, poſita præſenti obligatione, velut cauſa efficiente, ponitur præſens petitio: juxta tameo declarationem §. *omnis.* 3. ſup. *De verb. oblig.*

§. 9. Item verborum obligatio.

ITem verborum obligatio inter abſentes concepta, inutilis eſt *a*. Sed cum hoc materiam litium contentioſis hominibus præſtabat, fortè poſt tempus tales allegationes opponentibus, & non præſentes fuiſſe, vel ſe, vel adverſarios ſuos contendentibus: ideo noſtra conſtitutio *b* propter celeritatem dirimendarum litium *c* introducta eſt, quam ad Cæſarienſes advocatos ſcripſimus: per quam diſpoſuimus, tales ſcripturas, quæ præſtò eſſe partes indicant, omninò eſſe credendas *d*, niſi is, qui talibus utitur improbis allegationibus *e*, manifeſtiſſimis probationibus vel per ſcripturam, vel per teſtes idoneos approbaverit, in ipſo toto die, quo conficiebatur inſtrumentum, ſeſe, vel adverſarium ſuum in aliis locis fuiſſe *f*.

1. Stipulatio inter abſentes contracta cur inutilis.

DE ſtipulatione inutili propter formam, puta, quoniam inter abſentes cootracta.

a INUTILIS EST. Deficit e-
1 nim † forma hujus obligationis, quæ non præcipuè conſenſu conſtat (in his enim aliter ſervatur, *l.* 1. in fin. *De contrah. empt. l.* 2. *De pact.*) ſed congruente interrogatione, & reſponſione, & utroque loqoente, *l.* 1. *De verb. oblig.* quod inter abſentes fieri nequit, qui tantùm per epiſtolam, vel nuncium colloquuntur, *l.* 3. *C. De inut. ſtip.* Ex quo apparet, abſentes hìc dici etiam qui in eadem ſont civitate, vel domo: dum tamen ſe invicem audire, & ſibi congruenter reſpondere coram neqocant. *l. continuus.* 137. *De verb. oblig.* Ac ſanè præſentiam, abſentiamve variè pro varietate ſubjectæ materiæ definiri, docet Gloſſ. §. 1. verb. *præſentes* in Auth. *De fidejuſſ. l.* 2. *De procurat.*

b CONSTITUTIO. *L. optimam.* 14. *C. De contrah. ſtipu.*

c LITIUM. Cujus rei moltus eſt in jure favor, *l. quidam.* 21. ubi Jaſ. & DD. *Si cert. peta. Clem.* 1. *De judic.*

d CREDENDAE. Ut io *l. non figura.* 38. *De obligation. l. ea quæ.* 57. *De donat. int. vir. & uxor. l. Titia.* 134. §. 2. *De verb. oblig.* qoo caſu non ex ſcriptura naſcitur obligatio, ſed tantùm probatio, de ſtipulatione rectè contracta: ut in §. *ult.* infr. *De fidejuſſor.* §. *ſi ſcriptum.* 12. infr. *eod. l. jurisgentium.* 17. §. *quòd fere.* 5. *De pact.* Et hoc ſenſu accipi poteſt *l. non figura.* 38. *De obligat. & action.* ſcilicet, quòd ſcriptura non cootrahatur obligatio, ſed ex ea (ut ait textus) obligemur: quia cootractam ſtipulationem probat, & ex ea præſumuntur omnia ſolemniter acta, §. *ult.* infr. *De fidejuſſo.* Atque haud ſcio, an eam legem Triboniana more ſuo noo interpolarit, & ad deciſiooem novi juris.

Digitized by Google

ris *d. l. optimam. l. contractus.* 17. *C. De fid. inſt.* informarit.

e Improbis Allegationibus. Nota improbas eſſe allegationes, quæ ſcripturæ opponuntur.

f Fuisse. Probatio negativæ loco, & tempore coarctatæ, de qua in *d. l. optimam*, & in *l. actor.* 23. *C. De probat.* qua demonſtrata, inutilis redditur ſtipolatio, & fides inſtrumeoti evertitur. *d. l. optimam.* non enim probatio hæc imponeretur, niſi probatum relevaret, Spec. *De probat.* §. *nunc dicendum.* in princip. per *l. Neque natales.* 10. *C. De prob.* Quod cùm ita ſit, liquet inter abſentes non conſtare ſtipulationem ſcriptura contractam: & proinde *d. l. non figura.* 38. *De obligat.* tantùm obtinere in præſentibus, qui verbis per ſcripturam enunciatis ſtipulantur, quique ſtipulari aliàs viva voce rectè poſſunt.

§. 10. Poſt mortem ſuam.

Poſt mortem ſuam dari ſibi nemo ſtipulari poterat *a*, non magis, quàm poſt ejus mortem, à quo ſtipulabatur. Ac nec is, qui in aliena poteſtate eſt, poſt mortem ejus ſtipulari poterat: quia patris, vel domini voce loqui videretur *b*. Sed & ſi quis ita ſtipuletur: *Pridie quàm moriar*, vel, *pridie quàm morieris, dare ſpondes?* inutilis erit ſtipulatio *c*. Sed, cùm (ut jam dictum eſt) ex conſenſu contrahentium, ſtipulationes valeant *d*: placuit nobis etiam in hunc juris articulum *e*, neceſſariam inducere emendationem *f*: ut ſive poſt mortem, ſive pridie quàm moriatur ſtipulator, ſive promiſſor, ſtipulatio concepta ſit, valeat ſtipulatio.

1. *Poſt mortem olim nemo ſtipulari poterat.*

De ſtipulatione collata in tempus mortis.

a Poterat. *L. ſcrupuloſam.* 11. *C. De contrah. ſtip.* Quòd † impoſſibilis videbatur conditio, quòd
1 alteri facta ſtipulatio: quia non contractibus, ſed teſtamentis, poſt mortem bona deferuotur, *l. hereditas.* 5. *C. De pact. convent.* quia tempus conceptæ ſtipulatioois attendendum eſt, non eventus, *l. ſervus.* 16. *De ſtipul. ſerv.*

b Videretur. Qui ſibi ipſi hoc modo ſtipulari non poterat, ut dictum eſt. Idem ergo in filio, quando eadem cum patre perſona reputetur, *l. ult. C. De impub. ſubſtitut.* ut ſup. ad §. 4. eſt dictum.

c Stipulatio. Quoniam vivo non poteſt prodeſſe: nam demum poſt mortem meam eertum eſſe incipiet, quis dies fuerit pridie quàm moriar, §. *omnis.* 3. in fio. ſupr. *De verb. oblig.*

d Valeant. Etſi ſtipulatio verbis contrahatur, tamen bine notandum eſt, ex conſeoſu verbis contrabi, ut & reipſa, *l. non ſolùm.* 31. *De oblig. l. omnes.* 10. *C. De contrah. ſtipul.* §. 1. in prine ſup. *De verb. oblig.*

e Articulum. Qoemadmodum etiam factom in legatis. §. *poſt mortem.* 31. ſup. *De legat.*

f Emendationem. *L. ſcrupuloſam.* 11. *C. De cont. & comm. ſtipul. l. unic. C. Ut actio. ab hered. & cont. hered.*

§. 11. Item, ſi quis ita ſtipulatus.

Item, ſi quis ita ſtipulatus erat: *Si navis a ex Aſia venerit, hodie dare ſpondes?* inutilis erat ſtipulatio, quia præpoſterè concepta eſt. Sed cùm Leo inclytæ recordationis *b*, in dotibus eandem ſtipulationem, quæ præpoſtera nuncupatur, non eſſe rejiciendam exiſtimaverit: nobis placuit & huic perfectum robur accommodare, ut non ſolùm in dotibus, ſed etiam in omnibus valeat hujuſmodi conceptio ſtipulationis. Ita autem concepta ſtipulatio, veluti ſi Titius dicat; *Cùm moriar, dare ſpondes?* vel, *Cùm morieris*: & apud veteres utilis erat *c*, & nunc valet. Item poſt mortem alterius rectè ſtipulamur.

1. Tex-

1. *Textum hunc diverſimodè legi.*

DE ſtipulatione præpoſtera.
1 *a* Si Navis. *Cras*, † addit Contius, ex Theophilo, ut ſit clarior præpoſteratio: ea tameo eſt & in hac ſtipulatione: cùm præpoſterè hodie quis dari ſibi ſtipuletur, adjecta conditione incerti eventus, quem expectare conveniat, & quo ſubſecuto dies dandi præterjerit: alìud fuerit, ſi non præſens conſtituatur obligatio, ſed in futurum caſum tota referatur: ut in *l. hujuſmodi.* 64. *De verb. oblig.*

b Recordationis. Ejus fit mentio in *l. præpoſteri.* 25. *C. De teſtam.*

c Utilis Erat. Aliter quàm in ſoperiore ſtipulationis forma, *Pridie quàm moriar*, *&c.* quia viventes morimur, & ultimo vitæ momento hæ conditiones impleri poſſunt, *l. ult. De condit. inſtitut.* eòque ceſſant hìc rationes ſtipulationis ſuperioris, quæ in tempos mortem ſubſeqoens confertur. Cæterùm illud tempus vitæ triboitur. Cujac. *lib.* 3. *Obſer. cap.* 34. ſicut dictum eſt ad §. *poſt mortem.* 31. ſup. *De legat.*

§. 12. Si ſcriptum in inſtrumento.

SI ſcriptum in inſtrumento fuerit, promiſiſſe aliquem, perinde habetur *a*, atque ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit *b*.

1. *Pro inſtrumento præſumi, niſi contrarium probetur.*

AGitur de probatione ſtipulationis.

a Habetur. Præſumptione juris, donec contrà probetur, *l. juriſgentium.* 7. *§. quod ferè De pact. d. l. optimam.* 14. *C. De contrah. ſtip.* facit cod. *l. non figura.* 38. *De oblig. & act.*

b Responsum Sit. Paulus *lib.* 5. *Sent. tit. De verb. oblig. l.* 1. *C. De contrah. ſtip. l. Titia.* 134. §. *pen. De verb. oblig.* §. *ult.* inſ. *De fidejuſſ.* Et hinc
nota, præſumi † pro inſtrumento, donec contra- 1
rium probetur, *l. cum precibus.* 18. *l. jubemus.* 24. *C. De probat. l. ſi poſt diviſionem.* 4. *C. De jur. & fact. ignor.* dixi ad tit. *De fid. inſtrum.* facit §. *ult.* infr. *De fidejuſſ. l. ſciendum.* 30. *De verb. obligat.* & verba accipienda eſſe cum effectu.

§. 13. Quoties plures res.

QUoties plures res *a* una ſtipulatione comprehenduntur, ſi quidem promiſſor ſimpliciter reſpondeat, *Dare ſpondeo*: propter omnes tenetur *b*. Si verò unam ex his, vel quaſdam daturum ſe ſpoponderit: obligatio in iis, pro quibus ſpoponderit, contrahitur *c*. Ex pluribus enim ſtipulationibus *d* una, vel quædam videntur eſſe perfectæ *e*: ſingulas enim res ſtipulari, & ad *f* ſingulas reſpondere debemus *g*.

1. *Tot ſunt ſtipulationes, quot res.* & n. 2.

IN hoc §. tractatur de ſtipulatione pluriom rerum, an valeat, ſi de certis tantùm reſponſom ſit.

a Plores Res. Stichus, decem, fundus, &c.

b Omnes Tenetor. Præiviſſe enim verba ſtipulator videtur, & in eadem promiſſor ſe geoerali reſponſione obligaſſe. *l. Titia.* 134. *De verb. oblig.* §. *præterea.* 5. in fin. ſup. *eod. l. juriſgentium.* 7. §. *quod ferè.* 5. *De pact.*

1 *c* Contrahitur. *L. inter.* 83. §. 2. *De verb. oblig.* nam tot † ſunt ſtipulationes, quot res, *l. quod dicitur.* 86. *l. ſcire.* 29. *De verb. obligat.* Quot igitur res promittuntor, in totidem valet ſtipulatio, & reſponſio interrogationi congruere hactenus intelligitur. Nec obeſt, quòd in aliis non valeat, qoia ex ſeparatis (ſunt autem tot ſeparatæ ſtipulationes, quot res ſunt) nihil infertur, *l. ult. De calumniat.* & in his, quæ diviſionem recipiunt, utile per inutile noo vitiatur, *l. ut mihi.* 21. §. 1. *De donat.* Dyn. in *c. Utile.* 37. *De reg. jur.* in 6.

d Stipulationibos. Quæ tam multæ ſunt, quàm res ipſæ.

e Perfectas. De quibus † ſcilicet eſt reſ- 2
ponſum: nam tot ſunt ſtipulatiooes, quot res, *l. ſcire.* 29. *l. quod dicitur.* 86. *l. Titia.* 134. §. 3. *l. pluribus.* 140. *De verb. oblig.*

f Et Ad. *Non ad ſingulas*, legit Hotomaous.

g Debemos. Ut conſtet io omnibus rebus ſtipulatio, una tantùm promiſſione geoerali opus eſt: ut in aliquibus neceſſe eſt ſigillatim reſpondere tantùm de iis, ad quarum duotaxat præſtationem obligari volomus.

§. 14. Al-

Digitized by Google

§. 14. Alteri ſtipulari.

Alteri ſtipulari (ut ſuprà dictum eſt *a*) nemo poteſt: cùm nihil intereſt ſua *b*. Inventæ enim ſunt hujuſmodi obligationes *c* ad hoc, ut unuſquiſque acquirat ſibi, quod ſua intereſt. Cæterùm, ſi alii detur *d*, nihil intereſt ſtipulatoris. Planè ſi quis velit hoc facere, pœnam ſtipulari conveniet: ut, niſi ita factum ſit, ut eſt comprehenſum, committatur pœnæ appellatio etiam ei *e*, cujus nihil intereſt. Pœnam enim cùm ſtipulatur quis, non illud inſpicitur, quod interſit ejus, ſed quæ ſit quantitas, quæque conditio ſtipulationis. Ergò ſi quis ſtipuletur, *Titio dari*, nihil agit *f*: ſed ſi adjecerit pœnam, *Niſi dederis, tot aureos dare ſpondes?* tunc committitur ſtipulatio *g*. Sed & ſi quis ſtipuletur alii, cùm ejus intereſſet *h*, placuit ſtipulationem valere *i*. Nam, ſi is *k*, qui pupilli tutelam adminiſtrare cœperat, ceſſerit adminiſtratione contutori ſuo, & ſtipuletur *l*, rem pupilli ſalvam fore: quoniam intereſt ſtipulatoris fieri, quod ſtipulatus eſt (cùm obligatus futurus ſit pupillo, ſi malè res geſſerit *m*) tenet obligatio. Ergo & ſi quis procuratori ſuo dari ſtipulatus ſit, habebit vires ſtipulatio *n*. Et ſi creditori ſuo qui ſtipulatus ſit *o*, quod ſua intereſt, ne forte vel pœna committatur *p*, vel prædia diſtrahantur, quæ pignori data erant *q*, valet ſtipulatio. Verſa vice, qui alium facturum promiſit, videtur in ea eſſe cauſa, ut non teneatur, niſi pœnam ipſe promiſerit *r*.

1. *An pœnam ultra intereſſe quis ſtipulari poſſit.*

Uberior explicatio de ſtipulatione alteri facta.

a Dictum Est, *§. ſi quis.* 3. ſupr. *eod.*

b Interest Sua. *L. ſtipulatio.* 38. *§. alteri.* 12. *De verb. oblig.*

c Obligationes. Ratio à cauſa finali, de qua ſup. ad §. 3. dictum eſt.

d Alii Detur. Vel non detur: antitheſis enim ejuſmodi ſemper ineſt, *l.* 2. *§. ult. De verb. oblig.*

e Etiam Ei. Stipulatori, *d. l. ſtipulatio.* §. *alteri.*
1 Nec † enim conſideratur intereſſe, ſed conventio, *l. cum pœna.* 38. *De recep. arb.* Quod tamen quidam durum arbitrantur, neque ex æquo & bono, aut jure Pontificio recipiendum, ſcilicet ut quis petere pœnam poſſit, ſuprà quàm ejus interſit. Jaſ. in *l.* 2. §. *fin. num.* 15. ubi tamen contrariam ſententiam defendit *De verb. oblig.* Innoc. & Canon in *c. Suam.* 9. *De pœn.* præſertim ultra duplum ejus, quod interſit, Gloſſ. in *d. l. ſtipulatio.* § *alteri.* verb. *quantitas.* ubi latè Alex. & in *l. unic.* ubi Bald. & DD. *C. De ſent. quæ pro eo quod inter.* & in *l. Julianus.* 13. *§. ibidem Papinianus.* 26. & *l. Lucius.* 47. *De act. empt.* Et hæc ferè ſententia, ut benignior, quæque fraudes uſurarum excludit, in ſummis curiis, ubi ex æquo, & bono jus dicitur, prævaluit.

f Nihil Agit. Quoniam alteri ſtipulatur, & obligationem acquirere vult.

g Committitur Stipulatio. Hoc eſt, ſi alteri datum non fuerit, quaſi extante ſtipulationis conditione, ad pœnam agi poteſt: ſibi enim ſtipulatus eſt ſtipulator: & alteri dari, in hac forma, non eſt in obligatione, ſed tantùm in conditione. Etſi autem obligatio, quæ eſt juris, ad alterum referri non poteſt, tamen factum conditionis in alium rectè confertur, ut § *ſi quis alium.* 3. ſupr. *eod.*

h Interesset. Ea ratione, quæ in exemplis adjectis proponitur.

i Valere. *D. l. ſtipulatio.* 38. *§. ſi ſtipuler.* 15. quia ſibi non alteri ſtipulatur, & obligationem ratione ſui intereſſe, quærit. *l. liber.* 118. *§. ult. De verb. oblig.*

k Si Is. Exemplo declarat, cujuſmodi intereſſe hanc ſtipulationem ſuſtentet: quod ſumptum eſt ex *d. l. ſtipulatio. §. ſi ſtipuler.*

l Stipuletur. Aliàs, *ſtipulatus ſit*: ut in *d. l. ſi ſtipuler.*

m Res Gesserit. *L.* 3. §. 1. *De adminiſtrat. tut.*

n Stipulatio. Sibi enim ſtipulatus videtur, & ſua intereſt, dari procuratori, à quo actione mandati petere poteſt. *d. §. ſi ſtipuler.*

o Stipulatus Sit. Dari ſcilicet id, quod ipſius creditori debet.

p Committatur. Adjecto priori debito, ut, niſi intra Kalendas Martii diſſolvatur, dentur pœ-

pœ

uæ, maræque nomine decem, aut commiſſoria lex exerceatur, &c.

q Erant. Sicut diſtrahi poſſunt ſolutione non facta, potiſſimùm ex conventione, *l. ſi conventione*. 4. *De pignor. action.*

r Promiſerit. *D. l. ſtipulatio*. 38. §. 1. contrariorum enim eadem eſt ut ratio, ita & doctrina: de qua dictum eſt ſup. §. 3.

§. 15. Item nemo rem ſuam.

ITem nemo rem ſuam futuram in eum caſum, quo ſua ſit, utiliter ſtipulatur *a*.

1. *Rem ſuam neminem ſtipulari poſſe*.

PRæſens §. agit de ſtipulatione inutili, ratione materiæ.

a Stipulatur. *L. nemo*. 87. *De verb. oblig.*
1 quia † quod eſt noſtrum, amplius nobis dari, magiſque noſtrum fieri nequit, eòque nec peti poteſt, §. *Sit itaque*. 14. *De actio*. infr. Quare ſicut rem rectè noſtram ſtipulamur in eum caſum, quo noſtra futura non eſt, *l. ſi rem*. 31. *De verb. obl.* ſic alienam in eum caſum, qua noſtra futura eſt, perperam ſtipulamur. Paria ſunt enim, utrum quid fiat tempore prohibito, an in tempus prohibitum conferatur, *l. quod ſponſæ*. 4. *C. De donation. ante nupt.*

§. 16. Si de alia re.

SI de alia re *a* ſtipulator ſenſerit, de alia promiſſor: perinde nulla contrahitur obligatio, ac ſi ad interrogatum reſponſum non eſſet *b*: veluti ſi hominem Stichum à te quis ſtipulatus fuerit, tu de Pamphilo ſenſeris, quem Stichum vocari credideris. Quod turpi ex cauſa *c* promiſſum eſt: veluti ſi quis homicidium, vel ſacrilegium ſe facturum promittat: non valet *d*.

1. *Defectus cauſæ efficientis ſtipulationem annihilat*.

2. *Juſjurandum contra bonos mores non eſt obligatorium*.

EXplanatio de ſtipulatione inutili, propter diſſenſum circa rem, aut turpem cauſam.

a Alia Re. Secus, ſi non in re ipſa, ſeu corpore rei, ſed tantùm in nomine ſit error, *l. ſi in nomine*. 32. *De verb. oblig.* aut in qualitate, *l. ſi id quod*. 22. *eod. tit.*

b Non Eſſet. Defectus † enim cauſæ efficientis, hoc eſt, conſenſus circa idem corpus, 1
æquè annihilat ſtipulationem, atque vitium formæ, quod illi conjunctum eſt: cùm enim alia res in ſtipulatum deducitur, alia promittitur: palam eſt, reſponſionem non congruere ſtipulationi.

c Turpi Ex Cauſa. Quæ in delictum incidit, vel bonis moribus, aut etiam legibus adverſatur.

d Non Valet. *L. generaliter*. 26. *l. ſi flagitii*. 123. *De verb. oblig. l.* 4. *C. De inutil. ſtipulat.* nam † ne quidem juſjurandum, contra bonos mores eſt obligatorium, *c. Non eſt obligatorium*. 58. *De reg. jur.* in 6. 2

§. 17. Cùm quis ſub aliqua.

CVm quis ſub aliqua conditione ſtipulatus fuerit, licèt ante conditionem deceſſerit: poſtea exiſtente conditione, hæres ejus agere poteſt. Idem eſt & ex promiſſoris parte *a*.

1. Ra-

1. *Ratio dubitandi hujus §.*

DE ſtipulatione, cujus conditio poſt mortem exiſtit, an ſit inutilis.

1 *a* PARTE. Dubitationem † faciebat, quòd obligatio poſt mortem oriri, & actio ab hærede incipere videatur: quæ olim ſtipulationem vitiabant, §. *poſt mortem.* 10. ſupr. *eod.* *l.* 1. *C. Ut act. ab hered.* Contra tamen placuit, *l. ſi quis.* 57. *ff. eod.* quia conditio exiſtens retrotrahitur ad tempus contractus, & peræquè habetur, atque ſi pura initio obligatio fuiſſet, §. *poſt miſſionem.* 4. ubi Gloſſ. ad verb. *valere.* ſupr. *De mil. teſt. l. neceſſario. De per. & com. rei vend. concordan.* ibi per Gloſſ. alleg.

§. 18. Qui hoc anno.

QVi hoc anno, aut hoc menſe dari ſtipulatus eſt: niſi omnibus partibus anni, vel menſis præteritis, non rectè petet *a*. Si fundum dare ſtipuleris *b*, vel hominem: non poteris continuò agere, niſi tantum ſpatium prærerjerit, quo traditio fieri poſſit *c*.

APpendix de effectu, & exactione ſtipulationum.

a PATET. Tempus enim totum pro debitore eſt, *l. qui hoc anno.* 42. *ff. eod.*

b STIPULERIS. Secus, ſi hodie dari ſtipuleris: quia tunc eadem die agi poteſt. *l. liber.* 118. §. 1. *ff. de verb. oblig.* vide §. *omnis.* 3. ſup. *De verb. oblig.*

c FIERI POSSIT. Nam hoc ſemper ineſſe intelligitur, §. *loca.* 5. ſup. *de verb. obl. l. continuus.* 137. §. 2. *ff. eod. tit. l. quod dicimus.* 105. *De ſolutionibus.*

DE FIDEIVSSORIBVS

Titulus Vigeſimus.

1. *Continuatio, & argumentum tituli: fidejuſſores unde dicti & quomodo hic ſumantur. num. 2. 3. & 4.*

1 QUia † non tantùm principales obligationes ſtipulatione conſtituuntur, ſed etiam acceſſoriæ fidejuſſorum, *l.* 1. §. *verbis.* 2. *De oblig. l. blanditus.* 12. *C. De fidejuſſ.* ideo poſt illas de his nunc agit, quæ conſequi, & iis adjungi ſolent. Quamquam autem reſpectu materiæ latiùs patet fidejuſſio, nec tantùm ſtipulationibus, ſed quibuſvis etiam obligationibus accedere poteſt, §. 2. *hoc tit.* tamen ratione formæ, quæ dat eſſe rei, *l. Julianus.* 9. §. *ſi quis rem* 2. *Ad exibend.* ad tractatum ſtipulationum meritò refertur, cùm verbis tantùm, & non aliter hæc obligatio contrahatur, *d. l. blanditus.* De † qua primò exponitur, quid ſit fidejuſſor. 2. materia, circa quam verſetur, & quibus obligationibus accedere poſſit. 3. De forma, & effectu fidejuſſionum, quomodo contrahantur, & quatenus ex his fidejuſſores obligentur. Dictos † autem eſſe fidejuſſores apparet ex eo, quòd fide ſua, hoc eſt, periculo, & præſtatione, *l. Lucius* 24. *ff. eod.* obligationem eſſe jubeant: hoc eſt mandent, velint, & profiteantur. Fidejuſſorem † autem hìc generaliter ſumi pro omni eo, qui pro alio obligatur, definitio ſubjecta oſtendit. Talia ſunt enim ſubjecta, qualia permittuntur eſſe à prædicatis. Aliàs cùm fidejuſſio non principali obligationi (ut hic) relativè opponitur, ſed abſolutè intra ſe deſcribitur, & in ſpecies diſtribuitur, anguſtiùs pro certa ſpecie poni ſolet: ut dixi *in paratit. ff. De fidejuſſorib.*

COmmodè ergo dividitur Titulus in 3. partes.
1. Materiam fidejuſſionem continet, §. 1. 2.
2. Formam §. 5. 7. 8.
3. Effectus §. 3. 4. & 6.

§. 1. Pro eo, qui promittit.

PRo eo qui promittit, ſolent alii obligari *a*, qui fidejuſſores *b* appellantur: quos homines accipere ſolent *c*, dum curant, ut diligentiùs ſibi cautum ſit *d*.

1. Fi-

1. Fidejuſſor quid, quid fidejubere: & cauſa finalis fidejuſſionis, num. 2. & 3.

1 *a* OBLIGAT. Definitio. Fidejuſſor † eſt, qui ſe pro alio obligat, quò creditori res ſit cautior. *d. l. Lucius. 24. ff. eo.*

b FIDEJUSSORES. Qui & adpromiſſores dicuntur, *l. 5. §. ſatis. De verb. obligat.* Aleiat. *lib.* 1. *Parerg. cap.* 2. Fidejubere † eſt aliqoid periculo ſuo eſſe 2
velle, quamvis ab alio principaliter debeatur. Fides enim, periculum: jobere, velle ſignificat.

c SOLENT. Creditores ſcilicet.

d CAUTUM SIT. Cauſa † finalis fidejuſſionis. 3
l. 1. §. verbis. 2. De oblig. & act. l. fidejuſſor. 19. §. 2. ff. eod.

§. 2. In omnibus autem.

IN omnibus autem obligationibus *a* adſumi poſſunt *b*, id eſt, ſive re, ſive verbis, ſive literis, ſive conſenſu contractæ fuerint *c*. At ne illud quidem intereſt, utrum civilis *d*, an naturalis *e* ſit obligatio, cui adjicitur fidejuſſor *f*: adeò quidem, ut pro ſervo quoque obligetur, ſive extraneus ſit, qui fidejuſſorem à ſervo accipiat, ſive ipſe dominus in id, quod ſibi naturaliter debetur *g*.

1. Dotis nomine fidejuſſores non dari.
2. Obligatio civilis quid: cauſa finalis fidejuſſionis, num. 3.
4. Servum naturaliter obligari.

MAteria circa quam.

a OBLIGATIONIBUS. *L. 1. ff. eod.*

b ADSUMI POSSUNT. Dixit de cauſa finali, quæ ſemper initiò occurrit, & cauſam efficientem ciet: jam de materia.

c CONTRACTAE FUERINT. *L. Græcè. 8. §. 1. l. ſi quis. 56. ff. eo.* Obligationum, quæ ex delicto naſcuntur, non meminit: nam his non indiſtinctè poteſt accedere fidejuſſor, *l. ſi quis. 56. §. ult. ff. eo.* prout ibidem *in Parati.* eſt expoſitum.
1 Dotis † etiam oomine fidejuſſores non daotur: quia amore, oon cautionibus cooſtare conjugia debeot. *tot. tit. C. Ne fidejuſſ. do.*

d CIVILIS. Et hæc utrùm principalis, an fidejuſſoria, *l. Græce. 8. §. ultim. ff. eo.* Appella-
2 mus † autem civilem obligationem, quæ jure civili valeat, & actionem producat, etiam naturali deficiente: uti infrà *De exception.* Ejuſmodi non ſubeſt in *l. ſi quis. 56. in princip. ff. eod* quia promiſſio operarum hominis non liberti nulla eſt: non igitur fidejuſſur accedere poteſt, *l. ſi quis. 56.*
3 *l. ſi ſub. 29. ff. eo.* Cauſa † finalis enim hujus obligationis eſt, ut alia obligatio cautior ſit periculo fidejuſſoris, non ut hìc per ſe obligetur. Quare ſi quando oulla ſubeſt obligatio, deficit materia principalis, & finis fidejuſſionis: quæ cùm ſit acceſſoria obligatio, §. *penult.* verſ. *nam eorum obligatio acceſſio eſt principalis, hoc tit. l. hi qui. 34. ff. eo.* abſque principali, cui accedat, ſubſiſtere non poteſt, *l. cum principalis. 129. §. 1. De reg. jur.*

e NATURALIS. Ea quomodo hic ſit definienda, expooit Julianus, *l. fidejuſſor. 17. §. fidejuſſor. 2. ff. De fidejuſſor.*

f FIDEJUSSOR. Ut eſſe hereditatem, quę vendatur, oportet, *l. 1. l. 7. De her. vend.* quanta, & qualis ſit, nihil intereſt, *l. qui filiifamilias. 14. eod. tit.* ita eſſe obligationem, coi accedat fidejuſſor, opus eſt: qualis ſit, oihil refert: ut minus mirandum videatur, qood ſuprà dictum eſt, pupillum hactenus naturaliter obligari, ut fidejuſſor accedere, & firmiter obligari poſſit.

g DEBETUR. Servum † naturaliter cùm ex- 4
traneis, tùm ipſi domino obligari, dubium non eſt, *l. servi. 14. De obli. l. ſi quod. 64. De cond. indeb. l. nec ſervus. 41. De pecul. l. quibus. 40 §. dominus. 3. De con. & demonſt. l. fidejuſſor. 19. §. 2. ff. De fidejuſſor.* & diximus ſup. *§. item. 6. De inutil. ſtipul.* Rectè igitur accedit fidejuſſor. *l. cum fidejubeat. 35. l. ſi à Reo. 70. §. adeò. 2. ff. eo.* Nam hìc eo ipſo accipitur, ut obligationem, ſi fortè ea non ſatis firma ſit, ſua acceſſiooe oon muniat, & ſua fide valere jubeat. Quod autem opponitur, in duriorem cauſam non poſſe fidejuſſorem aſtringi, id reſpectu formæ, & materiæ accipiendum eſt: non quoad interceſſionis effectum, & perſonas, quæ firmius ipſo principali devinciri, dummodò in eandem cauſam, poſſunt: nam perſonalia non tranſeunt ad fidejuſſores *l. exceptiones. 7. De except.* Diverſum eſt in illo, qui cùm tranſacto tempore liberatus eſſet, fidejuſſorem ex errore dedit: quòd erroris obligatio, & adeò fidejuſſio nulla ſit, tanquam conſenſu deſtituta: ut naturalem hìc obligationem, quæ conſenſu contrahitur, ſubeſſe, dici non poſſit, *l. ſi quis. 56. ff. eo.* niſi hoc ipſum necdum conſtet, an præſcriptiooe debitor liberatus ſit, *l. ſi cum. 10. Si quis caut.* Sic furioſus, cùm conſenſu careat: vel prodigus, qoi furioſo comparatur, *l. furioſi. 40. De reg. jur.* obligari ne quidem naturaliter putatur, *l. is cui. 6.* ubi DD. *De verb. obligat.* Quare pro his fidejuſſor fruſtra recipitur, *d. l. is cui. 6.* eòque fidejuſſori minori, tanquam læſo per beneficium minoris ætatis, hoc caſu non ſubve-

 nie-

nietur. *l. Marcellus*. 25. *ff. eo.* eùm ipſo jure tutus ſit, *l. in cauſa*. 16. *De minor.* ex quo tit. *d. l. Marcellus*. deſumptam eſſe apparet. Quanquam poteſt etiam *d. l. Marcellus.* rectè accipi de pupillo, prodigo, & furioſo, obligatis revera, puta delicto, naturali numeratione, conſumptione in rem ſuam quaſi ex contractu, &c. Quæ interpretatio magis mihi placet: loquitur enim Ulpianus ibi de obligato: quod cum effectu accipiendum eſt, *l.* 1 §. 1. *Quod quiſque jur.* & pro eo dubiom non eſt, quin teneatur fidejuſſor, quamvis ei mandati adverſus hunc principalem non competat actio, cùm mandatum conſenſu etiam hoc caſu conſtet, *l. qui patitur*. 18. *Mand.* conſenſu autem pupillus, prodigus, &c. firmiter non obligentur: de qoo vide Cujac. io *l. ſi hominem*. 19. *De uſucap.*

§. 3. Fidejuſſor non tantùm.

Fidejuſſor non tantum ipſe obligatur, ſed etiam hæredem obligatum relinquit *a*. Fidejuſſor *b* & præcedere *c* obligationem, & ſequi *d* poteſt.

Agitur de effectu, & eircumſtantia fidejuſſioois.

a Relinquit. *L.* 4. *ff. eo. l. fidejuſſoris*. 24. *C. eo.* ut quilibet cootrahens, *l. ex contractibus*. 49. *l. ex depoſiti*. 12. *De obligat. & act. l.* 2. *C. De pact. int. emp. l. ſi pactum*. 9. *De probat.*

b Fidajussor. Circomſtantia temporis, quando fidejuſſor accedere poſſit.

c Praecadaae. Tempore, & actu contrahendi. *l. ſtipulatus*. 6. *ff. eo.* non etiam effectu, *l. fidejuſſor*. 57. *ff. De fidejuſſ.* nam in futurum taotùm obligatur, *l. non quemadmodum*. 35. *ff. De judic.*

d Saqui Potest. Etiam ex intervallo, & quoad effectum, *l. Gracè*. 8. §. 4. *ff. De fidejuſſor.*

§. 4. Si plures ſint fidejuſſores.

Si plures ſint fidejuſſores: quotquot erunt numero: ſinguli in ſolidum *a* tenentur. Itaque liberum eſt creditori, à quo velit ſolidum petere *b*. Sed ex epiſtola *c* divi Adriani compellitur *d* creditor à ſingulis, qui modo ſolvendo ſunt litis conteſtatæ tempore *e*, partes petere. Ideòque ſi quis ex fidejuſſoribus eo tempore ſolvendo non ſit, hoc cæteros onerat *f*. Sed ſi ab uno fidejuſſore creditor totum conſecutus fuerit: hujus ſolius detrimentum erit *g*, ſi is, pro quo fidejuſſit *h*, ſolvendo non ſit: & ſibi imputare debet *i*, cùm potuerit adjuvati ex epiſtola divi Adriani: & deſiderare, ut pro parte in ſe detur actio.

1. *Fidejuſſor quando beneficio excuſſionis uti poſſit.*

De effectu fidejuſſionis, & quatenus fidejuſſores obligentur.

a In Solidum. *L.* 3. *l. reos.* 23. *C. eo.* Quoniam aut ſunt eorrei promittendi, ſi ſimul promittant, aut ſeparatim quiſque ſe in ſolidum promittendo obligant.

b Solidom Petare. *L. liberum*. 16. *l. ſicut.*
1 21. *l. reos*. 23. *l.* 3. & paſſim *C. eo.* etiam † ante principalem jure veteri, *l.* 5. *C. eod.* quod hodie mutatum eſt. Auth. *Præſente*. *C. eo.* cùm habeat fidejuſſor beneficium excuſſionis, impediens litis ingreſſum, donec principalis excutiatur: ut ootat Bal. in *d.* Auth. *Præſente.* in princ. Ferr. in *for. reſponſ. act. hypoth.* verbo, *exceptionem excuſſionis numer.* 2. ſive perſonali conveniator. d. Auth. *Præſente*, ſive hypothecaria. §. *ſed neque*. 2. in Auth. *De fidejuſſ.* Auth. *Hoc ita*, ubi poſt Gloſſ. Salic. *num.* 3. *C. De pign.* dummodò reus oon ſit abſens, aut notoriè inidoneus, vel facultatibus vel facilitate conveniendi, *l.* 2. in princ. *Qui ſatiſdar. cogant.* neque reounciarit huic beneficio, vel juraverit: oec agatur de bono & æquo, vel cauſis ſummariis. Nam in his & ſimilibus cauſis exceptio hujoſmodi repudiatur. De quibus plura Jaſ. io §. *item Si quis in fraudem*. 6. *numer.* 7. 8. 9. 10. 11. 12. cum ſeqnen. *Inſtit. De action.* ibidem Ang. Hip. in Rubr. *De fidejuſſ.* in princ. Socin. io *fallen. reg.* 124. per totum, & *conſil.* 24. *Viſis* in fin. *lib.* 1.

c Epistola. Quæ non ipſo jure obligationem dividit, ſed tantùm exceptiooem ſuppeditat, *L. inter*. 26. *l. ſi teſtamento*. 49. §. 1. *ff. De fidejuſſorib.* Videtur autem hoc primum prætorio edicto fuiſſe inductum. Paulus *lib. Sentent.* 1. *cap.* 20.

d Con-

d Compellitur. Objectu exceptionis, *l. ſi contendat*. 28. *ff. eod.*

e Tempore. *L.* 3. in fin. *C. eo.*

f Caeteros Onerat. Hinc intelligi poteſt, non ipſo jure diviſam eſſe obligationem.

g Detrimentum Erit. Non enim habet regreſſum contra fidejuſſores reliquos, niſi ceſſis illi ante ſolutionem actionibus, *l. cum aliter*. 11. *C. eo. l. ut fidejuſſor*. 39. ubi Bart. *l. cum is*. 36. *ff. eo.* juncta *l. Modeſtinus*. 76. *De ſolut.*

h Fidejussit. Nam illum mandati actione convenire poteſt, §. 6. infr. *eo. l. ſi fidejuſſor*. 6. *l. ſi pro ea*. 10. *C. Mand. l. idem*. 10. §. *fidejuſſores*. 20. *l. ſi mandavero*. 22. in princ. *l. inter*. 26. §. 3. *ff. Mand.*

i Imputare Debet. Qui exceptionem juris omiſit, *l. ſi fidejuſſor*. 29. *ff. Mand.* neque, ut ſibi cederentur actiones, operam dedit, *d. l. ut fidejuſſor. d. l. Modeſtinus*. 76.

§. 5. Fidejuſſores ita obligari.

Fidejuſſores ita obligari non poſſunt *a*, ut plus debeant, quàm debet is *b*, pro quo obligantur. Nam eorum obligatio acceſſio eſt principalis obligationis *c*: nec plus in acceſſione poteſt eſſe, quàm in principali re *d*. At ex diverſo, ut minus debeant, obligari poſſunt *e*. Itaque, ſi reus decem aureos promiſerit, fidejuſſor in quinque rectè obligatur *f*: contrà verò non poteſt *g*. Item ſi ille purè promiſerit, fidejuſſor ſub conditione promittere poteſt *h*: contrà verò non poteſt: non ſolùm enim in quantitate, ſed etiam in tempore minus, aut plus intelligitur *i*. Plus eſt enim, ſtatim aliquid dare: minus eſt, poſt tempus dare k.

1. *Quatenus fidejuſſor obligetur pro principali.*

De forma: & quemadmodum fidejuſſores pro aliena obligatione intercedere, & obſtringi poſſint.

a Non Possunt. *L. ſi qui*. 34. *l. Gracè*. 8. §. *illud*. 4. *ff. eod.*

b Debet Is. Hactenus enim nulla eſt obligatio, cui accedant.

c Obligationis. *L. hi qui*. 34. *l. ſi ita*. 42. *ff. eod.*

d Principali Re. Quia, quatenus in eo plus reperitur, non eſt alterius acceſſio, cùm non ſit, cui accedat: eoque deficiente principali, deficit, *l. cum principalis*. 178. *De reg. jur.* peræquè atque cùm nihil debetur, *l. ſi quis*. 37. *l. ſi ſub*. 29. *ff. eo.*

e Obligari Possunt. *D. l. Gracè*. 8. §. *illud. d. l. hi qui*. 34. Vide, quæ hac de re dixi uberiùs ad *tit. De fidejuſſor.*

f Obligatur. Quòd in majore ſumma minor ineſt, *d.* §. *illud.* §. *prætereà* 5. ſupr. *De inutil. ſtipulat.*

g Non Potest. Ut pro quinque debitis ſpondeat decem: obligatur tamen tali ſponſione facta, in quinque: ut dixi *De fidejuſſor.* & probat §. *prætereà inutiles*. ſupr. *De inutil. ſtipul.* ubi vide.

h Potest. Ut ipſe jure debeat, quod promiſſum eſt ſub conditione: quo caſu nullo modo, hoc eſt, ne ſub conditione quidem tenetur, *l. ſi à reo*. 70. *ff. eo.* quia diverſa eſt obligatio, *d. l. Gracè*. §. *illud*.

i Intelligitur. *L. ſi cui*. 12. *De verb. ſign. l. ſolidum*. 85. *De ſolut.* §. *plus autem*. 29. infr. *De act.* Quare † Reo purè promittente, fidejuſſor in diem ſpondere poteſt, quoniam in leviorem cauſam accipitur, *d. l. Gracè*. §. *illud*. Debitore verò in diem obligato, fidejuſſor purè ſi promittat, nihil agit: non modò quòd durior, ſed etiam alia ſit ejuſmodi, quàm principalis obligatio *l. fidejuſſor*. 16. §. 1. *ff. eo.* 1

k Tempus Dare. Dies enim pars pretii eſt, *l. ſi ſterilis* 22. §. *ſi tibi fundum*. *De act. empt. l.* 1. §. 1. *De edend. l. ſi emptione*. 34. in princ. *De cont. empt. junct. c. In civitate*. 6. *De uſuris*.

§. 6. Si quid autem fidejuſſor.

Si quid autem fidejuſſor pro reo ſolverit, ejus recuperandi cauſa habet cum eo mandati judicium *a*.

De actione, quæ fidejuſſori contra principalem datur.

a Mandati Judicium. Dixi ſupr. §. 3. ex *l.* 6. *C. Mandat.* cum aliis ibi adductis.

§. 7. Græcè fidejuſſor.

GRæcè *a* fidejuſſor plerumque ita accipitur: τῇ ἐμῇ πίϛει κελεύω, λέγω, θέλω, ſive, βύλομαι. Sed, & ſi φημὶ *b* dixerit, pro eo erit, ac ſi dixerit, λέγω *c*.

DE verbis fidejuſſionis ſolemnibus.

a GRAECE. Forma verborum, quibus fidejuſſio concipi ſolet, *l. Græcè*. 8. *ff. eod.*

b ΦΗΜΙ. Ita legitur *in d. l. Græcè*. 8.

c ΛΕΓΩ. Item ſi τιμῶ, *l. quod mi? l. blanditus*. 12. *C. eo.* ubi ita legi oportere, ſcribit Cujac. jus

§. 8. In ſtipulationibus.

IN ſtipulationibus fidejuſs orum *a* ſciendum eſt, hoc generaliter accipi: ut, quodcunque ſcriptum ſit quaſi actum, videatur *b* etiam actum. Ideòque conſtat *c*, ſi quis ſcripſerit ſe fidejuſſiſſe, videri omnia ſolemniter acta *d*.

1. *Tandiu pro inſtrumento præſumi, donec contrarium probetur.*

DE interpretatione.

a FIDEJUSSORUM. Interpretatio verborum fidejuſſionis.

1 *b* VIDEATUR. Præſumatur † donec aliud probetur, *l. optimam*. 14. *C. De cont. ſtip.* Et hinc nota, tandiu præſumi pro inſtrumento, donec omnium contrarium doceatur, *l. cum precibus*. 18. *C. De probat.* quod verum eſt quoad ſolemnitates intrinſecas, de quibus hic agit: non æquè in extrinſecis: vide Gloſſ. in *l. quæcunque*. 13. *§. ult. De Publicia.* Bart. Jaſ. & DD. in *l. ſciendum*. 30. *De verb. oblig.*

c CONSTAT. Sumptum ex *d. l. ſciendum*. 30. *De verb. oblig.*

d SOLEMNITER ACTA. Quæcunque ad perfectionem fidejuſſionis requiruntur, ut ſunt interrogatio, reſponſio, præſentia partium, actus continuatio, &c. *l.* 5. *§. ſatis*. *De verb. oblig. l.* 1. *C. De contrah. ſtip.* qua de re plura DD. in *d. l. ſciendum*. 30.

DE LITERARVM OBLIGATIONIBVS,

Titulus Vigeſimus Primus.

1. *Continuatio Tituli.*

1 EXpeditis † obligationibus, quæ ex contractu rerum, verborumque proficiſcuntur, ſubjicitur tertia diviſionis ſuprà poſitę ſpecies, videlicet obligatio literarum: de qua quæ in Iſagoge præmiſimus, hic ſunt repetenda.

Ob brevitatem non patitur diviſionem, ſed agitur, qualiter Obligatio litterarum contrahatur.

§. 1. Olim ſcriptura fiebat.

OLim ſcriptura fiebat obligatio, quæ nominibus fieri dicebatur *a*, quæ hodie non ſunt in uſu *b*. Planè *c* ſi quis debere ſe ſcripſerit, quod ſibi numeratum non eſt: de pecunia minimè numerata poſt multum tem-

temporis *d* exceptionem opponere non poteſt. Hoc enim ſæpiſſimè conſtitutum eſt. Sic fit, ut & hodie, dum quæri *e* non poteſt, ſcriptura obligetur: & ex ea naſcatur condictio *f*, ceſſante ſcilicet verborum obligatione *g*. Multum autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus conſtitutionibus *h*, uſque ad quinquennium procedebat. Sed ne creditores diutiùs poſſint ſuis pecuniis forſitan defraudari, per conſtitutionem noſtram *i* tempus coarctatum eſt, ut ultra biennij metas hujuſmodi exceptio *k* minimè extendatur *l*.

1. Literarum obligationem I. C. olim incognitam fuiſſe.

2. Exceptio non numeratæ pecuniæ quandiu duret.

a DICEBATUR. Cic. 4. *ad Att. epiſt. ult.* item *pro Cluent*, & alibi paſſim, Dionyſ. Halicar. *lib.* 4. Senec. *De benef. lib.* 3. *l.* 4. *De pecul. l.* 1. verb. *nomine facto. De ann. legat.* dixi hac de re fuſiùs ſupr. in *Iſagoge*.

b IN USO. Syngraphis enim uti cœperunt, *l. plures*. 19. *C. De fid. inſtr. & de apoch. lib.* 10.

c PLANE. Etiamſi ratio per tabulas nominum contrahendi non eſt in uſu, tamen alio exemplo demonſtratur, etiam hodie ſolis literis rectè obligationem produci. Nam ſcriptura factum intelligitur ſeriò magis fieri & ex voluntate, quàm quòd fit verbis, Bart. *l. gerit*. 88. *num.* 20. *De acq. hered.* & conſentire videtur, qui obligationem ſcribit, *l. fidejuſſor.* 26. §. 11. *De pign. l. Publia.* 26. §. 1. *Depoſ.* ſubſcribit. *l. ſicut*. 8. §. *non videtur*. 10. *Quib. mo. pign. ſol.* etiam per alium *l. vice.* 20. *C. De donat.* ſigillat. *l.* 2. *C. De reb. alien. vel non alien.*

d MULTUM TEMPORIS. De quo paulò pòſt.

e QUAERI. Per condictionem ſcripturæ, *l. ſi quaſi.* 7. *C. De non num. pecun.*

f CONDICTIO. Ex ſyngrapha. *Novell.* 18. §. *ſtudium.* Perſonalis actio, certi ex mutuo, *l. certi.* 9. *Si cert. peta.* aut alterius cauſæ, ſcriptura comprehenſæ, *l. generaliter.* 13. *C. De non num. pecun.* cui creditur ſuper ejuſmodi cauſa, *c. Si cautio.* 14. *De fid. inſt. l. cum de indebito.* 25. *De probat. d. l generaliter.* quæ niſi ſpeciatim ſit expreſſa, non erit efficax obligatio inſtrumenti, velut non apparente debiti cauſa: quod ea propter pro illiquido habetur, *d. l. cum de indebito. De probat.* Bart. *l. qui ſine.* 3. *num.* 2. *De condict. ſine cauſa. l.* 2. §. *circa. De excep. dol.* Jaſ. *l. quo minus.* 2. *num.* 166. *De fluminibus*, ut quidam volunt inter mercatores, ubi ex bono, & æquo, abſq; cauſę mentione ſcriptura obligat: vide *Can. c. Si cautio.* 14. *De fid. inſtr.* & Strach. *trac. De merca.*

g OBLIGATIONE. Cùm ſtipulatio non acceſſit: alioqui ex ſtipulatu agetur, *l. non figura.* 38. *De oblig. l.* 7. §. *quod ferè.* 5. *De pact.*

h CONSTITUTIONIBUS. Ut apparet ex fragmento conſt. Aurelii, in *Cod. Gregoriano*, *tit. De cau-*
1 *ta, & non num. pecun.* Ex quo † liquet, hanc rationem obligandi, I. C. ignotam fuiſſe, cùm apud eos exceptio non numeratæ pecuniæ eſſet perpetua, nec quicquam à reliquis modo probationis, aut durationis differret: quæ fortè res effecit vel Juriſconſ. prætermiſſa hac ſpecie, tantùm ex triplici cauſa, nempe aut re, aut verbis, aut conſenſu obligationem oriri contrahendo ſcripſerint *l.* 1. *De obligat. l.* 1. *De novat. l. Græcè*. 8. *De fidejuſſor.* Nam nominum, & tabularum ratio non tam obligationem induxiſſe, quàm probationem ejus feciſſe olim videtur, ſicut aliud quodlibet inſtrumentum. Etenim quod Paulus ait, oratione ſcripturæ nos obligari, *d. l. non figura.* hoc eam vim habet, non ut ſcriptura per ſe obliget, ſed ſtipulatio inſtrumento comprehenſa, & probata. Cæterùm quia poſteà multæ ſpecies, præſertim novo jure inductæ ſunt, quibus ſola ſcriptura conſtat obligatio: *l. contractus* 17. *C. De fide inſtrum.* ut poſt præſcriptam exceptionem non numeratæ pecuniæ, cujus hìc fit mentio, &c. ideo puto hanc quoque ſpeciem, velut jam uſu celebratam à Juſtiniano inter obligationes relatam eſſe.

i CONSTITOTIONEM NOSTRAM. *L. in contractibus.* 14. *C. De non numer. pecun.* ex qua & reliquis illius tituli patet, non tantùm mutuo, & dote, ut noſtri volunt, ſed contra quamlibet cujuſvis contractus, & cauſæ numerationem, huic exceptioni locum dari.

k EXCEPTIO. Quam non probat, hìc excipiens, ut alias, quando quid factum exceptio affirmat, *l.* 2. *De probat.* ſecundum regulam *l. in exceptionibus.* 19. *De probat.* quia hìc non dicit, ſed negat numerationem factam: neganti igitur non incumbit probatio, ſed creditori, factam allegant, *l. adſeveratio.* 10. *C. hoc tit. De non num. pec. l.* 1. *l. actor.* 23. *C. De probat.* Incurrit tamen in communes probationum regulas ea res: quia non creditur hìc ſcripturæ, quæ aliàs fidem pro creditore contra debitorem facit, *l. cum precibus*. 18. ubi Bald. & DD. *C. De probat.* ut non alia probatione ſit opus. *l. generaliter.* 13. *C. hoc tit.* In alio quoque ab indole communi exceptionum hæc declinat, quia per modum querelæ proponi poteſt, contra *l.* 5. in fin. *De dol. mal. except.* & ſic conteſtando perpetuari. *l. ſi intra* 8. *l. cum ultra*. 9. *l. in contractibus.* 14. §. *ult. C. De non num. pecun. l. unic. De condict. ex leg.* Quamobrem jure certis temporibus coarctatur, ne fides inſtrumentorum perpetuò ſit incerta, ſi contra ſemper agere excipere liceat. Sed & de numeratione pecuniæ, aut donatione rei non facta tantummodò excipere licet, *d. l. in contractibus.* in princ. Nam quoad cauſam ſcriptam, ex qua numeratio facta, vel res data ſit, creditur ſcripturæ: niſi more aliarum exceptionum, qui contrà dicit, exceptionem probet, *d. l. generaliter.* 13. *C. hoc tit.*

2 *l* Extendatur. Videtur † igitur ne debitor quidem probare ulterius poſſe, *d. l. in contractibus.* verſ. *nullo modo.* atque ita ſolis literis obligatio conſtitui abſque re. Quòd ſi, quemadmodum coocludunt DD. ad 30. annos hæc duraret exceptio, quando eam debitor ſuſcipit probandam, jam noo literis in hac ſpecie conſtitueretur obligatio poſt biennium, ſed tantùm probatio obligationis induceretur, quæ cootraria iterum probatione refutari poſſet: ut in *l. Publia.* 26. §. *ultim. Depoſ. l.* 4. *De pignor.* cujuſmodi & arrhæ probatio eſt. §. 1. infr. *De emption.* oee hoc exemplum propoſitæ hìc rei ſatis quadraret. Deinde cur eo admiſſo non ſolùm ad 30. annos, verùm in perpetoum, aliarum more exceptiooum, non durare debeat, & hæc ſaltem ut per modum exceptionis, oon etiam querelæ, proponi poſſit? Verius ergò videtur, poſteà non admitti probationem non oumeratioois, cùm hæc per rerum naturam oulla ſit: *l. actor.* 23. *C. De probat.* ſed taotùm factæ rurſum ſolutionis, quæ factum eſt, & probationem recipit. Eaque ſenteotia eſt *l. aſſeveratio.* 10. *C. De non numer. pecun.* ut ſicut ſingulare eſt ante biennium (olim quinquennium. *l.* 14. *C. eod. l.* 1. *C. Hermog. de caut. & non num.*) non credi ſcripturæ propter objectionem hujus exceptionis, quoad numerationem: quæ non ſcriptura propriè, ſed naturali actu numerationis facienda, & ideo probaoda eſt: ſic poſt biennium præſcripta ejuſmodi exceptione, plenè, quoad numerationem, ſcripturæ credatur: atque ita ex hac ſola oriatur obligatio, & cooſtet probatio, non admiſſa in contrarium exceptione, ejuſque probatione: cùm jam præſcripta, & ideo extincta ſit, ideòque cootra vim, & naturam præſcriptionis reſuſcitari, & prodeſſe amplius non debeat. Sed aliud receptum, ac noſtri, quaslibet exceptiones contra inſtromentum recipiunt ex *l. minor annis.* 40. *De minoribus. l.* 3. *C. De plus pet.* Carol. Ruin, *conſil.* 164. *numer.* 7. *lib.* 4. etiam adverſus guarentigionatum, ut loquuntur, hanc non oumeratæ pecuniæ exceptionem velut & ſolutionis. Dec. Felio. & DD. *c. Ex part.* 2. *De off. delega.*

DE OBLIGATIONIBVS EX CONSENSV,

Titulus Vigeſimus Secundus.

1. *Continuatio Tituli.*

1 DE quarta † ſpecie obligationum ex contractu, videlicet de obligatione conſenſus: cujus per ſubdiviſionem quatuor proponuntur ſpecies: Emptio, & Venditio, Locatio, & Conductio, Societas, & Mandatum, ex *l.* 2. *ff. De oblig. & actio.* quæ ſingulæ in tit. ſubſequeotibus ordine deinceps exponuntur.

VNicus §. hujus Tituli in duas partes dividitur.
1. Quinam contractus ſolo conſenſu celebreatur. *princ. textus.*
2. De natura horum contractuum verſ. *Item in his.*

§. 1. Conſenſu fiunt obligationes.

CONſenſu fiunt obligationes in Emptionibus, Venditionibus *a*, Locationibus, Conductionibus *b*, Societatibus *c*, Mandatis *d*. Ideo autem iſtis modis obligatio dicitur conſenſu contrahi: quia neque ſcriptura *e*, neque præſentia *f* omnimodo opus eſt *g*. At nec dari quicquam neceſſe eſt *h*, ut ſubſtantiam capiat obligatio: ſed ſufficit, eos, qui negotia gerunt, conſentire. Vnde inter abſentes quoque talia negotia contrahuntur *i*: veluti per epiſtolam, vel per nuncium. Item in his contractibus alter obligatur alteri in id, quod alterum alteri ex bono, & æquo k præſtare oportet: cùm alioqui in verborum obligationibus alius ſtipuletur, alius promittat *l*.

1. *Actio*

1. *Actionum bonæ fidei origo.*
2. *Obligationes conſenſu quomodo à reliquis differant.*

a VENDITIONIBUS. *L.* 1. in fin. *De contrab. empt.*

b CONDUCTIONIBUS. *L.* 1. *ff. Locat.*

c SOCIETATIBUS. *L. qui admittitur.* 19. *l. ut ſit.* 31. cum leg. ſeq. *l. planè.* 37. *§. ſi margarita.* 44. *ff. Pro ſocio.*

d MANDATIS. *L.* 1. *ff. Mandat.* addo contractum conjugii.

e NEQUE SCRIPTURA. Ut in his, ubi ſcriptura conſtituitur obligatio, *d. l. contractus.* 17. *C. De fid. inſtrum. c.* 1. *De cenſib. lib.* 6. ubi Gloſſ. quod cùm ſit jus novum, à Juſtiniano potiſſimùm inductum, conſentaneum eſt ea propter obligationem literarum à I. C. omiſſam in *l.* 1. *De oblig.* ad genera contractuum eum retuliſſe.

f NEQUE PRAESENTIA. Ut in ſtipulationibus.

g OPUS EST. *L.* 2. *De obligat. l.* 4. *De pignoribus.*

h NECESSE EST. Ut in obligationibus, quæ re contrahuntur.

i CONTRAHUNTUR. *D. l.* 2. in *l. quibuſcunque.* 48. *De oblig. l.* 2. *De pact.*

k ET ÆQUO. Hoc eſt, ex bona fide. Unde † ea verba addi ſolent in formulis actionum, quæ 1
ex his contractibus dabantur, *§. actionum.* 24. inf. *De actio.* Neque mirum fuit hinc actiones bonæ fidei naſci, cùm ipſi contractus tales ſint. Qualis enim quæque cauſa, talis eſt & effectus: & actiones alioqui congruentes negotiis ſunt dandæ, *l.* 1. cum ſequent. *De præſcr. ver.* Ideò autem ſunt bonæ fidei hi contractus, quia conſtant conſenſu: quare quicquid conſenſum, actumque intelligi poteſt inter partes, id obligationi ineſt, etiamſi lingua non ſit nuncupatum, *l.* 6. *De contrah. empt. l. ex empto.* 11. *De action. empt. l. ſtipuler.* 35. *§. ult. De verb. oblig.*

l ALIUS PROMITTAT. Et † ſic non alter 2
alteri, ſed unus tantùm, nempe promiſſor, obligatur: qui, cùm non debeat ulteriùs teneri, quàm verbis, quibus conſtat obligatio, promiſerit, fit, ut contractus ſit ſtricti juris, *l. quicquid.* 99. *De verb. oblig.* At in illis ſuperioribus non unus tantùm promittit, ſed uterque, & ineſt ſynallagma mutuum, ac alter alteri invicem, quod conventum eſt, debet: quod quale, quantumque ſit, niſi per æſtimationem ex bona fide factam ſciri facilè non poteſt.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE,

Titulus Vigeſimus Tertius.

1. *Emptionis, & venditionis etymon: quid emptionis nomine hic contineatur: & argumentum Tituli.*

PRima, & frequentiſſima, longèque juſtiſſima obligationis ex conſenſu ſpecies eſt Venditio, & Emptio.
1 *Vendo* † dictum, quaſi venum do, auctore Apulejo, u, & m, literis abjectis. *Emo* quaſi ἐμὸν, hoc eſt, meum facio. Nam emere, acquirere ſibi, comparare, & accipere ſignificat, auctore Feſto, & Varro. *lib.* 2. *De re ruſt. cap.* 8. *&* 10. Quare lex 12. Tabul. omnem alienationem, & acquiſitionem, verbo Emptionis complectebatur, *l. ſtatu liberi.* 29. in fin. *De ſtatu lib.* Sed in hac materia pro certa contractus ſpecie ponitur: quo ſenſu I. C. inquit, emptum ita diſtare à parato, ut ſpeciem à genere, *l. ſi quid.* 47. *§.* 1. *De legat.* 3. Definitio hujus contractus in Iſagogem relata eſt. Diviſionem hìc ſubjicit Juſtinianus in *§.* 1. ſumptam à cauſa efficiente. Materiam, & formam exequitur in *§.* 2. 3. & *penult.* De fine, & effectu diſputat in *§.* 4. De contrariis, & quarum rerum venditio non conſiſtat, unde illa ex defectu materiæ, ac conſenſus annihiletur, in *§. ult.*

Dividitur Titulus in duas partes.
1. De emptione contrahenda, in qua conſideratur { 1. Materia. §. *ult. hoc tit.* 2. Forma, §. 1. 2. 3. 5.
2. De emptione perfecta, §. 4.

§. 1. Emptio, & venditio contrahitur.

Emptio, & venditio contrahitur, ſimulatque de pretio *a* convenerit *b*: quamvis nondum pretium numeratum ſit, ac ne arrha quidem data fuerit. Nam quod arrhæ *c* nomine datur, argumentum eſt *d* emptionis, & venditionis contractæ *e*. Sed hoc quidem de emptionibus, & venditionibus, quæ ſine ſcriptura *f* conſiſtunt, obtinere oportet. Nam nihil à nobis in hujuſmodi emptionibus, & venditionibus innovatum eſt *g*. In iis autem *h*, quæ ſcriptura conficiuntur, non aliter perfectam eſſe venditionem, & emptionem conſtituimus *i*, niſi & inſtrumenta emptionis fuerint conſcripta k, vel manu propria contrahentium: vel ab alio quidem ſcripta, à contrahentibus autem ſubſcripta *l*: & ſi per tabellionem fiunt *m*, niſi & completiones acceperint, & fuerint partibus abſoluta. Donec enim aliquid deeſt ex his, & pœnitentiæ locus eſt, & poteſt emptor, vel venditor ſine pœna *n* recedere ab emptione, & venditione *o*. Ita tamen impunè eis recedere concedimus, niſi jam arrharum nomine aliquid fuerit datum Hoc enim ſubſecuto, ſive in ſcriptis, ſive ſine ſcriptis venditio celebrata eſt *p*: is, qui recuſat adimplere contractum *q*, ſiquidem eſt emptor, perdit, quod dedit: ſi verò venditor, duplum reſtituere compellitur, licet ſuper arrhis nihil expreſſum ſit.

1. *Pretium præſupponere rem, quæ appretietur.*
2. *Cauſa efficiens, & materia circa quam emptionis.*
3. *Arrha, & Arrhabo unde.*
4. *Subſcribens quando obligetur, & quando ſubſcriptione opus ſit. num. 5.*
6. *Recuſans ſtare contractui quando, & quomodo puniatur.*

a De Pretio. Pretium † habet reſpectum ad rem: nam res pretio æſtimantur. Pretii igitur conventio, rem quoque, quæ appretictur, præſupponit, *l. nec emptio*. 8. *ff. eod.*

1 *b* Convenerit. Cauſa † efficiens, conſenſus. *l. 1.* in fin. *l. 9. ff. eod. l. 2. C. eod.* quem conventio oſtendit. *l. 1. §. fin. De pact.* Materia circa quam verſatur, & de quo conſentitur, eſt merx, *d. l. nec emptio*. 8 & pretium. *l. empti*. 9. *C. eod.* non numeratum, ſed conventum, ut hìc dicitur: nec enim rei traditione opus eſt ad perfectionem hujus contractus. §. 2. ſup. *De donat.*

2 *c* Arrhae. Arrha † eſt prærogativa, & repræſentatio pretii poſt ſolvendi. Unde Varro *lib. 5. De ling. Lat.* Arrabonem ſic dici ait, ut reliquum reddatur, à Græco *ἀῤῥαβὼν*, quod dominus Luther. *in Geneſ. cap.* 38. deducit ab Ebraico Erabon, quod pignus: alii *παρὰ τὸ ἀῤῥαγὸς*, quod firmum ſignificat.

d Argumentum Est. Probatio *l. quod ſæpè*. 35. *De contrah. empt.* Vide ſup. *in proœm. Inſtitut.* quæ non eſt cauſa contractus, nec inducit contractum, ſed, cujuſmodi ſit, demonſtrat.

e Contractae. Quæ ſolo conſenſu perfecta eſt.

f Sine Scriptura. Prima ſpecies emptionis, quæ ſcilicet conſenſu conſtat. Hoc tamen ipſo caſu poteſt alterutra pars urgeri, ut ſcripturam de emptione fieri patiatur. *l. 2. De fide inſt. lib.* 10. probationis gratia, *l. 4. De pig.* quia ſic eſt conſuetudo, ut ait Bal. *l. inſtrumenta*. 24. *num.* 4. *C. De fideicom.* per *l. quod ſi nolit*. 31. *§. quia aſſidua*. *C. De ædil. edict.*

g Innovatum Est. *L. contractus*. 17. *C. De fid. inſtr.*

h In Iis Autem. Adverſativa. Loquitur enim nunc de altera emptionis ſpecie, nempe, quæ ſcriptura conſtat, ex *d. l. contractus*. Quare quod ſuprà de arrha data in ſymbolum venditionis contractæ dictum eſt, hucuſque non porrigitur. Hìc enim non agitur de arrha data in ſymbolum contractus perfecti, ſed ſcriptura perficiendi: quippe cùm iſto caſu ad abſolutionem contractus non ſufficiat

ciat conſenſum eſſe, eòque ante ſcripturam perfectam arrha data ſymbolum eſſe nequeat contractus perfecti, ſed tantùm perficiendi.

i Constituimus. *D. l. contractus*. Non tamen præſumitur in dubio in ſcriptis contractus, niſi probetur. Bal. *l. cum res*. 12. *num*. 2. *C. De probat.*

k Conscripta. Non mirum eſt igitur, Juſtinianum ſcripturæ obligationem à reliquis ſpeciebus contractuum diſtinxiſſe, ſuprà *titul. De liter. obligat.*

4 *l* Subscripta. In ſuo † negotio, qui ut pars ſcribit, vel ſubſcribit, obligatur. *l. ſicut*. 8. *§. non videtur. Quib. mod. pign. ſolu. l.* 1. *Quod jus. l. fidejuſſor*. 26. *§. pater. De pign. l. Publica*. 26. *§. ult. Depoſit.* In alieno, qui ut teſtis, vel ratione officii ſcribit, ſubſcribitve, non obligatur. *l. Cajus*. 39. *De pign. act. l. Titia*. 34. *§. Lucia, De legat*. 2. *l. ſancimus. C. De adm. tuto.* Subſcriptione opus habet ſcriptura privata, publica non item: ut ſequitur.

5 *m* Per Tabellionem Fiunt. Hoc † caſu, quando non privatim eſt inſtrumentum à partibus confectum, ſed publicè à Notario, non opus eſt partium ſubſcriptione. Salic. *num*. 3. in *d. l. contractus*.

n Sine Pœna. Impunè ſine alicujus rei, vel intereſſe præſtatione.

o Venditione: Quia contractus necdum eſt perfectus. *l*. 6. in fin. *ff. eod.*

p Celebrata Est. Datis ſcilicet arrhis, vel quoad arrhæ dationem, nondum tamen omni modo conſenſu perfecta: ut antecedentia, & conſequentia declarant. Celebrare itaque hìc de facto accipitur, ut *l. conſilio. De curat. fur.* & de tractatu, ut *l. Titia*. 134. *§*. 1. *De verb. oblig.* non de jure, & effectu contractus, hoc eſt, de obligatione perfecta.

q Contractum. Hæc † verba ſatis oſtendunt, eum de contractu necdum perfecto loqui. 6 Quanquam idem eſt in contractu jam conſummato, quod quidem ad arrhas attinet: nam eodem modo, qui recuſat ſtare contractui, compellitur ex arrharum datione, qui quidam per ſe eſt contractus, aut amittere eas, aut duplicatas reddere. *l. ult. C. De ſponſal.* neque tamen minus ex emptione ad intereſſe tenetur *l*. 2. *ff. De act. empt.* cùm à contractu perfecto, altera parte invita recedere non ſit licitum. *l. ſicut*. 5. *C. De obligat.* §. 2. ſupr. *De donat.* Sunt enim contractus ſeparati, ex quibus rectè infertur, & quorum ſeparata eſt ratio, ac cauſa. *l. ult. De calum.* Neque hoc textus hìc negat, aut evertit.

§. 2. Pretium autem conſtitui oportet.

Pretium autem conſtitui oportet: nam nulla emptio ſine pretio *a* eſſe poteſt. Sed & certum eſſe pretium debet *b*. Alioqui ſi inter aliquos ita convenerit, ut, quanti Titius *c* rem æſtimaverit, tanti ſit empta: inter veteres ſatis, abundèque hoc dubitabatur *d*, conſtaret ne venditio, an non. Sed noſtra deciſio *e* ita hoc conſtituit, ut quoties ſic compoſita ſit venditio, quanti ille æſtimaverit, ſub hac conditione ſtaret contractus *f*: ut ſi quidem ille, qui nominatus eſt, pretium definierit, tunc omnimodo ſecundum ejus æſtimationem, & pretium perſolvatur, & res tradatur, ut venditio ad effectum perducatur: emptore quidem ex empto actione, venditore autem ex vendito agente. Sin autem ille, qui nominatus eſt, vel noluerit *g*, vel non potuerit pretium definire: tunc pro nihilo eſſe venditionem, quaſi nullo pretio ſtatuto. Quod jus cùm in venditionibus nobis placuit, non eſt abſurdum in locationibus, & in conductionibus trahere *h*.

5. *Inter arbitrum, & arbitratorem differentia; & remiſſivè.*

De materia, videlicet pretio, & de forma emptionis.

a Sine Pretio. Certæ rei, ut dictum eſt, *l. nec emptio*. 8. *ff. eod.*

b Debet. *L. quod ſæpè*. 35. *§*. 1. *ff. eod.*

c Quanti Titius. Non contrahens, in cujus arbitrium conferri nequit. *l. quod ſæpè*. 35. *l. hæc venditio*. 7. *ff. eod. l. in vendentis*. 13. *C. eod.*

d Dubitabatur. Ex rationibus, quæ in *l. ult. C. eod.* proponuntur.

e Nostra Decisio. *D. l. ult.*

f Contractus. Nam eſt conditionalis, *d. l. hæc venditio*. 8. *ff. eod.*

g Noluerit. Non enim obligatur ex aliorum contractu. *tot. titul. C. Res int. alias act.* nec Prætor quenquam cogit arbitrum eſſe, qui id non recepit.

pit. *l.* 2. §. 1. *ff. De recept. arb.* Et intereſt † alioqui inter arbitrum, qui litis cauſa ſumitur, & de quo edictum *De recept. arb.* propoſitum eſt: & arbitratorem, quem ad diſceptationem contractus finiendum partes eligunt. *l. ſocietatem.* 76. *Pro ſocio*: ubi Bart. *num.* 4. 5. & DD. Spec. *De arb.* §. 1. de quo hic agitur, & quem jus non cogit, ut neminem aliàs ad contrahendum. *l. nec emere.* 16. *C. De jur. delib. l.* 5. *C. De oblig. & act.*

b TRAHERE. *L. ſi merces.* 25. *ff. Locat.* Item & ad ſocietatem. *l. ſocietatem.* 76. *Pro ſocio.*

§. 3. Item pretium.

ITem pretium in numerata pecunia *a* conſiſtere debet. Nam in cæteris rebus an pretium eſſe poſſet, veluti an homo, aut fundus, aut toga *b* alterius rei pretium eſſe poſſet, valdè quærebatur. Sabinus, & Caſſius etiam in alia re putabant pretium poſſe conſiſtere. Vnde illud eſt, quod vulgò dicebatur, permutatione rerum emptionem, & venditionem contrahi, eamque ſpeciem emptionis, & venditionis vetuſtiſſimam eſſe. Argumentoque utebantur Græco Poeta Homero, qui aliquam partem exercitus Achivorum, vinum ſibi comparaſſe ait *c*, permutatis quibuſdam rebus, his verbis:

Ἔνθεν ἄρ᾽ οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοί.
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ᾽ αἴθωνι σιδήρῳ.
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ᾽ αὐτοῖσι βόεσσιν.
Ἄλλοι δ᾽ ἀνδραπόδεσσι. ———

Diverſæ ſcholæ auctores contrà ſentiebant: aliudque eſſe exiſtimabant permutationem rerum, aliud emptionem, & venditionem. Alioqui non poſſe rem expediri, permutatis rebus, quæ videatur res væniſſe, & quæ pretii nomine data eſſe. Nam utramque videri & væniſſe, & pretii nomine datam eſſe, rationem non pati *d*. Sed Proculi ſententia, dicentis permutationem propriam eſſe ſpeciem contractus à venditione ſeparatam, meritò prævaluit: cùm & ipſe aliis Homericis verſibus adjuvabatur, & validioribus rationibus argumentabatur: quod & anteriores Divi Principes admiſerunt, & in noſtris Digeſtis latiùs ſignificatur *e*.

DE materia pretii, an extra numeratam pecuniam conſiſtere poſſit: deque differentia emptionis, & permutationis.

a PECUNIA. Quam nunc monetam vocant.

b AUT TOGA. Aut auri, argentive infecti pondus, & ſpecies.

c AIT. *Lib.* 7. *Iliad* circa fin.

d NON PATI. *L.* 1. *De rer. permut.* ubi dixi.

e SIGNIFICATUR. *L.* 1. *ff. eod. l.* 1. *De rer. permut. l. penult. C. eod. tit.*

§. 4. Cùm autem emptio.

CVm autem emptio, & venditio contracta ſit (quod effici diximus, ſimulatque de pretio convenerit) cùm ſine ſcriptura res agitur *a*: periculum rei venditæ ſtatim ad emptorem *b* pertinet, tametſi adhuc ea res emptori tradita non ſit *c*. Itaque ſi homo mortuus ſit, vel aliqua parte corporis læſus fuerit, aut ædes totæ, vel aliqua ex parte incendio conſumptæ fuerint, aut fundus vi fluminis totus, vel aliqua ex

parte

parte ablatus ſit, ſive etiam inundatione aquæ, aut arboribus turbine dejectis longè minor, aut deterior eſſe cœperit: emptoris damnum eſt, cui neceſſe eſt, licet rem non fuerit nactus, pretium ſolvere *d*. Quicquid enim ſine dolo, & culpa *e* venditoris accidit, in eo venditor ſecurus eſt. Sed & ſi poſt emptionem fundo aliquid per alluvionem acceſſerit, ad emptoris commodum pertinet *f*. Nam & commodum ejus eſſe debet, cujus periculum eſt *g*. Quòd ſi fugerit homo, qui vænit, aut ſubreptus fuerit, ita ut neque dolus, neque culpa venditoris intervenerit, animadvertendum erit, an cuſtodiam ejus uſque ad traditionem venditor ſuſceperit. Sanè enim, ſi ſuſceperit, ad ipſius periculum is caſus pertinet *h*: ſi non ſuſceperit, ſecurus eſt *i*. Idem & in cæteris animalibus, cæteriſque rebus intelligimus. Vtique tamen vindicationem rei k, & condictionem *l* exhibere *m* debebit emptori *n*: quia ſanè, qui rem nondum tradidit emptori, adhuc ipſe dominus eſt *o*. Idem *p* eſt etiam de furti, & damni injuria actione *q*.

1. *Venditor qualem cuſtodiam præſtare debeat.*
2. *Traditionibus, non pactis rerum dominia auferri.*

DE effectu emptionis: hoc eſt, de periculo, & commodo rei venditæ.

a RES AGITUR. Aliàs obtinet *d. l. contractus*.

b AD EMPTOREM. Non ut dominum, ſed ut creditorem, cui debita ſpecies ante moram perit, licet necdum tradita. *l. ſi ex legati*. 23. *De verb. oblig.*

c TRADITA NON SIT. *L. quod ſæpè*. 35. *ff. eod. l. neceſſariò*. 8. *De peric. & commod. rei vend. l. cum emptor*. 5. in fin. *De reſcind. vend.* atque ita necdum emptor dominus factus ſit, ex §. *per traditionem*. §. *vendita*. ſupr. *De rer. diviſ. l. traditionibus*. 20. *C. De pact.*

d PRETIUM SOLVERE. *D. l. quod ſæpè*. 35. §. *ſi res*. 4. *ff. eod.*

e ET CULPA. Aliud igitur eſt, ſi venditor in mora tradendi fuerit, *l. illud*. 17. *De peric. & com. rei vend.*

f PERTINET. *L. Julianus*. 13. §. *ſi Titius*. *De action. empt. l. id quod*. 7. *De peric. & commod. rei vend.*

g PERICULUM EST. *L. ſecundum*. 10. *De reg. jur.* & vice verſa. ſup. *De legit. patr. tut.* in fin.

h PERTINET. *D. l. quod ſæpè*. 35. §. *ſi res*.

1 *i* SECURUS EST. Quod † ergò dicitur, talem debere cuſtodiam venditorem, qualem hi, quibus res commodata eſt: *l.* 3. *De peric. & comm. rei vend.* id non ſimpliciter, ſed ſecundum quid accipiendum eſt, velut ſubſequentia ſtatim verba indicant: ſcilicet, ut diligentiam præſtet exactiorem, quam ſuis rebus adhiberet, hoc eſt, qualem bonus paterfamilias præſtat. *l. quod ſæpè*. 35. §. *ſi res*. 4. *ff. eod.* quo ſenſu dicitur & creditor eandem debere, quam commodatarius, diligentiam, *l. ſi cum venderet*. 13. §. *ult. De pign. actio.* de quo dixi in §. *fin.* ſup. *Quib. mod. re contrah. obl.*

k VINDICATIONEM REI. Quam habet, ut dominus.

l ET CONDICTIONEM. Furtivam. *l. eum, qui emit*. 14. *De furt.*

m EXHIBERE. Hoc eſt, cedere: de qua ceſſione in *l.* 1. & 2. *C. De action. l. Modeſtinus*. 76. *De ſolut. &c.*

n EMPTORI. *D. l. quod ſæpè*. 35. §. *ſi res*. 4.

o DOMINUS EST. *D. l. eum qui. l. ſi vendidero*. 80. *De furt. l. ex empto*. 11. *De act. empt.* Traditionibus † enim, non pactis transferuntur dominia. *l.* 2 *traditionibus*, 20. *C. De pact.* de quo dictum eſt in §. *vendita*. 34. ſup. *De rer. diviſ.* Quod cùm ita ſit, liquet, cur hoc caſu vindicationem ipſe, non emptor habeat, ex *l. in rem*. 23. *De rei vind.*

p IDEM EST. Ut cedere debeat.

q ACTIONE. *L. Aquilia*, ut ſi animanti, reive venditæ damnum datum ſit, actionem hoc nomine competentem emptori cedat.

§. 5. Emptio tàm ſub conditione.

EMptio tàm ſub conditione, quàm purè contrahi poteſt *a*. Sub conditione *b*, veluti: *Si Stichus c intra certum diem d tibi placuerit e, erit tibi emptus aureis tot f.*

1. *Emptionem in ementis voluntatem conferri: & quando ejuſmodi contractus valeat, nu. 2, & quare, nu. 3.*

De forma, & pactis emptionis.

a Contrahi Poteſt. *L. hac venditio.* 7. *ff. eod.*

b Sub Conditione. Etiam poteſtativa. *l. cum ab eo.* 41. *ff. eod.*

c Si Stichus. Certa res, ſeu merx,

d Certum Diem. Certum, & limitatum tempus.

1 *e* Tibi Placuerit. Talis conditio † ſæpè cùm exprimitur, tum tacitè ineſt: nemo enim facilè emit rem non probatam: veluti ſervum, equum, vinum, &c. Itaque ſolet certum dari emptori ſpatium, ut equum probet, vinum guſtet, &c. *l.* 4. §. 1. *De peric. & comm. rei vend. l. ſi emptione.* 24. §. *pen. ff. eod.*

f Aureis Tot. Certo pretio. Concurrunt

2 † igitur omnia hìc ſubſtantialia, conſenſus nimirùm in rem certam, & certum pretium: de quo ſimul atque convenit, perfecta eſt venditio. §. 2. & 3. ſup. *eod.* Non † igitur eſt mirandum, hujuſmodi 3 venditionem valere. Longè enim alia eſt, quàm illa, in qua de nullo certo pretio conficitur: ut, *Vendo, quanti voles, l. quod ſæpè.* 35. §. 1, *ff. eod.* aut, *Si voles. l. hac venditio.* 7. *ff. eod. l. ſub hac.* 8. *De obligat. & act. l. ſtipulatio.* 17. *l. centeſimis.* 46. §. *ult. De verb. oblig.* hìc enim tota ſubſtantia obligationis confertur in alterius voluntatem, ut nulla obligatio conſiſtat. *l. in vendentis.* 13. *C. eod.* nec de certo pretio certæ rei convenit, ut emptio contracta videri non poſſit. §. 2, ſup. *eod.* Cæterùm in ſpecie hujus §. non ſubſtantia contractus, ſed accidens, videlicet conditio, quæ alioqui tacitè ineſt, nempe ſi res placuerit, confertur ad arbitrium alterutrius, poſtquàm jam de certa merce, & pretio certo convenit: qua ſub conditione rectè venditiones cùm contrahuntur, *d. l. hac venditio.* 7. *l. cum ab eo*, 41. *ff. eod.* tum diſtrahuntur, *l.* 3. *ff. eod.*

§. 6. Loca ſacra.

Loca ſacra *a*, vel religioſa *b*, item publica *c* (veluti forum, baſilicam) fruſtrà quis ſciens *d* emit. Quæ tamen ſi pro profanis, vel privatis: deceptus à venditore quis emerit, habebit actionem ex empto, quod non habere ei liceat: ut conſequatur, quod ſua intereſt, eum deceptum non eſſe *e*. Idem juris eſt, ſi hominem liberum pro ſervo emerit.

1. *Quæ res vendi, vel emi non poſſint, quæ poſſint.*

2. *Emptio rei ſacræ ignoranter facta quando valeat.*

1 Contraria: † quæ res vendi, emique non poſſint. Omnium autem rerum, quas quis habere, vel poſſidere, vel perſequi poteſt, venditio rectè fit. Quas verò natura, vel gentium jus, vel mores civitatis commercio exemerunt, earum nulla venditio eſt. *l. ſi in emptione.* 34. §. 1. *ff. eod.*

a Sacra. *L. æde.* 73. *De contrah. empt.* niſi jure univerſitatis. *l. in modicis.* 24. *eod.*

b Religioſa. *L.* 4. *l. locum.* 9. *C. De relig. & ſumpt. fun.*

c Publica. Scilicet, quæ uſu ſunt publica, non quæ ſunt in patrimonio fiſci. *l. pacta.* 72. in fin. *De contrah. empt.* Hæc ſuprà appellavit univerſitatis. §. *univerſitatis.* 4. *De rer. diviſ.*

d Sciens. *L. domum.* 57. *De contrah. emption.* Nam ſcienti non fit injuria, *l. cum donationis.* 34. *C. De tranſact.* & videntur partes nihil agere voluiſſe. *d. l. domum. De contrah. empt.* velut impoſſibili conditione appoſita. §. *ſi impoſſibilis.* 8. *De inutil. ſtipul. l. non ſolum.* 31. *De obligat.*

e Deceptum Non Eſſe. *D. l. ſi in emptione.* 34. *l. liberi.* 70. *l. ſed Celſus.* 6. *ff. eod.* Etſi † enim 2 non tenet reſpectu rei, ſeu materiæ, emptio, *l. qui officii.* 62. §. 1. *ff. eod.* tamen valet ut contractus bonæ fidei, quem ſervari æquum eſt, *l. liberi.* 70. *ff. eod.* & ex quo alter alteri ex dolo, deceptioneque jure obligatur. *l.* 1. *l. Julianus.* 13. *De act. empt. l.* 5. *l. dolus.* 10. *C. De reſc. vend.* Itaque, cùm emptor ignoret, dolus, & ſcientia venditoris non annihilat obligationem, imò magis conſtringit: quemadmodum & in feudis, re feudali illicitè, hoc eſt, abſque conſenſu domini bonæ fidei emptori vendita, licet non teneat emptio quoad feudum, tamen tenet eatenus, ut ad pretium, & intereſſe contra venditorem agi poſſit, *c.* 1. in princ. ubi Gloſſ. ad verb. *ex empto. De prob. feu. alie. per* Feder. Nec obeſt, quòd rem dare venditor nequeat: neque enim ad dandum obligatur, *l. ſi ita.* 25. *ff. eod.* ſed ad tradendum, hoc eſt, faciendum, *l.* 2. *De act. empt.* Vide Bart. & DD. in *l. ſtipulationes non dividuntur.* 72. *De verb. oblig.* cui obligationi ſuccedit obligatio ad intereſſe, *l.* 1. *De act. empt. l. ſi quis.* 13. §. *ultim. De re jud.* Quare & aliena res vendi poteſt: *l. rem alienam.* 28. *ff. eod.* quia utilitas magis rei, quæ præſtando intereſſe repræſentatur, quàm res ipſa venire intelligitur.

DE

DE LOCATIONE, ET CONDVCTIONE,

Titulus Vigeſimus Quartus.

1. *Locationis, & conductionis etymon: & continuatio Tituli. num. 2.*

1 LOcare † à loco dictum eſſe Varro vult: nec abhorrens eſt, ſi quis cenſeat ab eo dictum, quòd ſit locum alteri in ſuo dare. *Conducere*, vel à conducibili eſt, quòd utilitas rei conductori cedat: vel à conducendo, hoc eſt, ſecum ducendo, & auferendo: ductum enim conductoris res locata ſequitur. *Locare*, eſt dare aliquid utendum, vel faciendum mercede. *Conducere*, eſt accipere aliquid utendum, vel faciendum mercede. Locatio eſt perſonæ, vel rei, ad uſum facta pro mercede conceſſio: aut eſt contractus de re aliqua, pro certa mercede ad tempus utenda, vel facienda. Sed de hujus definitione in Iſagoge diximus. Cæterùm † quòd locatio ſimilis eſt emptioni, 2
& de ſimilibus idem ſit judicium: ideò omnis natura, cauſa, forma locationis hoc in titulo, collatione ad emptionis contractum facta declaratur: oſtenſis & ſimilitudinibus, & differentiis, quibus vel conveniunt inter ſe, vel non conveniunt. In §. tandem ultimo nonnulla de effectu locationis aſperguntur,

TItulum in duas partes ſegrego.

1. De Locatione, & conductione temporali
   - 1. Convenientiæ cum emptione, & venditione, in
     - Cauſa efficienti: Pretio, & materia. { §. 1. 2. & 4.
   - 2. Effectu, §. ult.
2. De Perpetua, §. 3.

§. I. Locatio, & conductio.

LOcatio, & conductio proxima eſt emptioni, & venditioni, iiſdemque juris regulis conſiſtit *a*. Nam ut emptio, & venditio ita contrahitur, ſi de pretio convenerit *b*: ſic etiam locatio, & conductio ita contrahi intelligitur, ſi merces *c* conſtituta ſit *d*. Et competit locatori quidem locati actio, conductori verò conducti *e*. Et quæ ſuprà diximus *f*, ſi alieno arbitrio pretium promiſſum fuerit, eadem & de locatione, & conductione dicta eſſe intelligimus, ſi alieno arbitrio merces permiſſa fuerit. Qua de cauſſa *g*, ſi fulloni polienda, curandave, aut ſarcinatori ſarcienda veſtimenta quis dederit, nulla ſtatim mercede conſtituta, ſed poſteà tantum daturus *h*, quantum inter eos convenerit: non propriè locatio, & conductio contrahi intelligitur *i*, ſed eo nomine actio præſcriptis verbis datur k.

Digitized by Google

1. *Locationis, & emptionis ſimilitudo, & num. 2. 3. 4.*
5. *Actio præſcriptis verbis unde dicta.*

a CONSISTIT. *L. 2. ff. eod.*

b CONVENERIT. Prima
1 ſimilitudo: quoniam † eadem cauſa efficiens, nempe conſenſus.

2 *c* SI MERCES. Altera: † quia ſimilis utriuſque materia, In emptione res, & pretium rei, in locatione res, & merces, quæ à merendo dicitur, authore Varrone: eſtque id, quod datur pro uſu, aut opera rei, vel perſonæ: quare ad pecuniam, & res mobiles refertur. *l. mercis. 66. De verb. ſignif.* & quia pretium eſt, ſeu æſtimatio uſus, ideò pretium quoque appellatur, ut magnam cum hoc habere ſimilitudinem facilè intelligi poſſit. *l. ſi quis.* 10. *De acquir. poſſ. l. ult. §. ult. Ad l. Rhod. de jactu.*

d CONSTITUTA SIT. Conſenſu. *l. 2. ff. eod.*

e CONDUCTI. Tertia † ſimilitudo: quod ex
3 utroque contractu, utpote nominato, oritur certa nominata, bonæ fidei actio utrinque directa.

f SUPRA DIXIMUS. Quarta † ſimilitudo, ex
4 *l. ſi merces. 25. ff. eod.*

g QUA DE CAUSA. Exemplo probat neceſſariam eſſe in conſtitutione hujus contractus, conventionem de mercede: ſive ipſi contrahentes de ea conveniant, quo caſu purus eſt contractus: ſive alterius arbitrio eam definiri permittant: quo modo conditionalis initur locatio: prout de venditione dictum eſt.

h POSTEA TANTUM DATURUS. Niſi enim hoc ageretur, gratuitum eſſet mandatum. *§. ult.* infr. *De mandat.*

i INTELLIGITUR. Nam ut emptio, niſi conveniat de pretio, ita locatio, niſi conventum ſit de certa mercede, non contrahitur.

k PRAESCRIPTIS VERBIS DATUR. Eſt enim tantummodò contractus innominatus. *l. ſi tibi.* 22. *De præſcript. verb.* unde certa actio non datur, ſed præſcribitur à litigatoribus, vel I. C. vel ipſo prætore, ſecundum naturam, & formam negotii geſti: ex quo † præſcriptis verbis actio appella- 5
tur, ſcilicet quòd eam prætor non ex edicto ſumat, neque ex numero certarum actionum civilium: ſed prout præſcripta à litigatore verba ſunt, vel præſcripta eſt conventio. Nam ex ſolis conventionibus, earumque formis datur hæc actio, à qua multùm diſtat in factum actio: quæ ubi nulla eſt conventionis forma, ſecundum quam præſcribatur, in ſubſidium dari ſolet. *l. quæ ſervandarum.* 14. *l. quia.* 21. *De præſcript. verb.* De quibus omninò conſule Contium *Diſputat. libr. 1. cap.* 13.

§. 2. Præterea ſicut vulgò quærebatur.

PRæterea ſicut vulgò quærebatur, an permutatis rebus *a* emptio, & venditio contraheretur: ita quæri ſolebat de locatione, & conductione *b*, ſi fortè rem aliquam tibi utendam, ſive fruendam quis dederit, & invicem à te aliam utendam, ſive fruendam acceperit *c*. Et placuit non eſſe locationem, & conductionem, ſed proprium genus eſſe contractus *d*; veluti, ſi cùm unum bovem quis haberet, & vicinus ejus unum, placuerit inter eos, ut per denos dies invicem boves commodarent, ut opus facerent, & apud alterum bos perierit: neque locati, neque conducti *e*: neque commodati competit actio *f*: quia non fuit commodatum gratuitum *g*, verùm præſcriptis verbis agendum eſt.

1. *Quinta locationis, & emptionis ſimilitudo: earundemque differentia, num. 2.*
3. *Commodatum gratuitum eſſe debere.*

1 PRoponitur quinta † ſimilitudo, quòd ſicut emptio rebus non contrahitur, ſic nec locatio: & velut tibi aliud merx eſt, aliud pretium, ita hìc aliud rem locatam, aliud mercedem eſſe convenit.

a PERMUTATIS REBUS. Quoad proprietatem.

b ET CONDUCTIONE. Permutato rerum uſu.

ACCEPERIT. Loquitur de uſu rei invicem præſtito, & quaſi compenſato: quod genus permutatio eſt in non rerum dominii, ſed uſus: ut in *l. ſi gratuitam.* 17. *§. ſi cum.* 3. *De præſcr. verb.* ut cùm operæ, ſeu uſus ſervi pro cuſtodia præſtantur, *l. 1. §. ſi quis. 7. ff. Depoſ.* Alia res eſt, cum non uſus pro uſu, in modum permutationis, ſed res fungibilis, puta oleum, frumentum certæ quantitatis, pro uſu rei, ſeu conductione fundi datur: cùm enim hìc certa conſtituatur merces, quæ pro certæ rei uſu locatori datur, nihil cauſæ eſt, quare non perhibeatur ſubeſſe locatio. *l. ſi olei. 21. C. eod.* in quo differt † ab emptione, cujus pretium debet conſiſtere in pecunia numerata.

d CONTRACTUS. *L. rogaſti. 19. De præſ.* verb. eòque

que propriam hinc dari actionem. *l. petenti.* 27. *De pign. act.*

e Vel Conducti. Quia non eſt mercede locatus, ſed permutatus rerum uſus.

f Competit Actio. Qualis, ſubeſt cauſa, talis ſequitur effectus: qualis contractus, talis actio. Porrò nec locatio, neque commodatum hic ſubeſt: non poteſt igitur dari horum contractuum actio: ut nec effectus, non poſita cauſa. *l. licet.* 42. §. *ea.* 2. *De procurat.*

g Gratuitum. Ut † eſſe debet, alioqui non 2
eſt commodatum. *l. in commodato.* 17. §. 3. *l. ſi ut certo.* 5. §. *nunc videndum.* 9. *ff. Commod.* §. ſup. *De oblig. quæ re contra.*

§. 3. Adeò autem familiaritatem.

Adeò autem familiaritatem aliquam inter ſe videntur habere emptio, & venditio, item locatio, & conductio: ut in quibuſdam cauſis quæri ſoleat, utrum emptio, & venditio contrahatur, an locatio, & conductio *a*, ut ecce de prædiis, quæ perpetuò *b* quibuſdam fruenda traduntur: id eſt, ut, quandiu penſio, ſive reditus pro his domino præſtetur *c*, neque ipſi conductori, neque hæredi ejus, cuive conductor, hæreſve ejus id prædium vendiderit, aut donaverit, aut dotis nomine dederit, aliove quocunque modo alienaverit *d*, auferre liceat. Sed talis contractus, quia inter veteres dubitabatur, & à quibuſdam locatio *e*, à quibuſdam venditio *f* exiſtimabatur: lex Zenoniana *g* lata eſt, quæ emphyteuſeos contractus propriam ſtatuit naturam neque ad locationem *h*, neque ad venditionem *i* inclinantem, ſed ſuis pactionibus fulciendam k: & ſi quidem aliquid pactum fuerit, hoc ita obtinere, ac ſi natura talis eſſet contractus *l*. Sin autem nihil de periculo rei fuerit pactum: tunc ſiquidem totius rei interitus acceſſerit ad dominum ſuper hoc redundare periculum: ſin autem particularis, ad emphyteuticarium hujuſmodi damnum venire: quo jure utimur *m*.

1. *Sexta locationis, & emptionis ſimilitudo: Emphyteuſeos etymon, num. 2. ejus origo, num. 5. definitio triplex. num. 8.*
3. *Contractus emphyteuticus, aliter, atque aliter olim vocatus, & num. 4. & cur hodie nec locatio, nec emptio, ſed peculiaris cenſeatur contractus, num. 6. & 7.*

1 SExta † ſimilitudo, à natura, & proprietatibus utriuſque contractus: quarum tanta eſt congruentia, ut ſæpè non poſſit diſcerni, utrum res in emptionem, an in locationem incidat, ut fit in em-
2 phytheuſi: quæ dicta eſt † *παρὰ τοῦ ἐμφυτεύειν*, quod inſerere eſt, hoc eſt, per translationem meliorare (per ſationem enim agri fiunt meliores) ducto nomine à cauſa hujus contractus finali: quid inculti, ac deſerti agri, vel ab hoſtibus, eorumue ob metum relicti (quod ætate Juſtiniani, in Gothicis illis, Vandaliciſque bellis crebrò uſuvenire neceſſe fuit) ea per iſtum contractum lege colonis fruendi concedantur, ut & colendo faciant res fructuoſas, & in recognitionem directi dominii, proque fructo penſionem annuam (qui Canon vocatur) præſtent.

a Et Conductio. *L.* 2. *ff. eod.*

b Perpetuo. Unde perpetua conductio appellatur, *l. viam.* 10. *C. eod.* & jus perpetuarium. *l.* 1. 2. 3. *C. De locat. præd. civil. lib.* 11. *l.* 1. *C. De off. com. ſacr. palat.* quanquam ad longum tantummodò tempus etiam fieri poſſit. *l. ult. Si ag. vectig. l.* 1. §. *quod ait.* 3. *De ſuperficieb.* Sed crebriùs in perpetuum ſolere locari (quod alioqui difficulter idoneus cultor reperiretur) oſtendit *l.* 1. *ff. Si ag. vect.*

c Praestetur. *L.* 1. *C. De jur. emph.*

d Alienaverit. Hoc enim jus alienandi olim habebat, ut utilis dominus. *l.* 1. verb. *neque his qui in locum eorum ſucceſſerunt. Si ag. vectig. l.* 1. §. *quia.* 6. *De ſuperficieb.* Sed, cùm hac de re diſputationes eſſent ortæ, Juſtinianus totam rem certo modo definivit in *l. ultim. C. De jur. emph.*

e Locatio. Quia † transfertur uſus, non do- 3
minium. *l.* 1. verb. *quamvis non eſſ. dom. Si ag. vect.* nec pretium, ſeu æſtimatio totius rei ſemel datur, ut in venditione: ſed merces, ſeu penſio annua, nomine fructuum, & uſus, ut in locatione.

f Venditio. Quòd † in perpetuum fiat ple- 4
runque, & olim dominium, aut certè alienandi poteſtatem transferret: item quòd jus prædiale poſſeſſori ſuppeditet., *l.* 3. §. *ſi jus.* 4. *de reb. cor.* & actiones in rem tam petitorii judicii, *l.* 1. *ſi ag. vect.* quàm poſſeſſorii *l.* 1. *de ſuperficieb.*

g Zenoniana. Ante † Zenonem in uſu fuiſ-

ſe hunc cootractum, oſtendit *d. l. 1. Si ag. vect. l. 3. De reb. cor.* Sed illo imperante, eum Vandalorum, Gothorum, Rugianorum, & aliarum nationum barbararum incurſionibus, Italia, Africa, & magna imperii Rom. pars undequaque vaſtaretur, eòque agri deſerti, & metu hoſtilium impreſſiooum inculti jacereot, eredibile eſt, tunc multo maximè hunc contractum, qui anteà in poblicis potiſſimùm rebus frequentabatur, *d. l. 1.* Appia. *lib. 1. de bello civil.* Livi. *lib.* 41. privatis etiam cœpiſſe uſurpari: ideòque illius coram ſuſcepiſſe prioeipes, & eertam illi formam, atque naturam, & nomen circumdediſſe: quò crebrior, & utilior ejus eſſet uſus: atque ita agri deſerti, vaſtatique ad cultum priſtinum reduci poſſent.

6 *h* AD LOCATIONEM. Quia † non ſimplex uſus rei transfertur, ſed utile dominium: neque certa ſemper merces præſtatur, ſed pars interdum quota anouorum fructuom, DD. hìc, Imol. in *c. Potuit, 4. num. 7. De locat.* Ferra. *De conſtitut. ſic.* neque id taotùm uſus nomine, ſed magis in recognitionem directi dominii: *c. 2. De cenſibus.* alioqui ob damnum, & ſterilitatem fructuum peoſio remitteretur, ut in locatione: *l. ſi merces.* 25. *§. vis major.* 5. *ff. eod.* quod contra eſt, ut in fine hujus §. *l. 2. C. De allun. §. lex itaque.* in Auth. *De non alienan. l. quicunque. 3. C. De fund. patrimon. lib.* 11. Denique quia in perpetuum fit, cùm locatio ſit temporalis, *l. 4. Locat.* oeque ex ſui natura, vel decennio duret, Gloſſ. *ultim. ff. Si ag. vectig.* per *l. 1. §. quod ait. 3. De ſuperficie.* Ferra. in *for. lib. ad ſic. præſtat.* de quo tamen aliter Connan. *lib. 7. cap.* 12. & quia periculum noo ad ſolum locatorem, ſed potiùs ad conductorem, vel certè utrumque pertinet. *l. 1. C. eod.* quæ omnia à locationis natura longè, latèque diſtare reperiuntur.

i VENDITIONEM. Quoniam † non uoum, ne-
7 que certum rei totius prerium ſolvitur: quooiam dominiom plenè, cumque omni jure non transfertur: quoniam periculum commuoe eſt, ut paulò pòſt ſequitur.

k FULCIENDAM. Ut pactum ſit lex, & forma contractus. *l. 1. §. ſi conveniat. 5. Depoſ.*

l CONTRACTUS. *L. 1. C. De jur. emp.* ex regula *l. contractus. 23. De reg. jur. d. l. 1. §. ſi conveniat. Depoſ.*

m UTIMUR. *L. 1. C. De jur. emphy.* Ex his
† jam conſtituatur definitio, ut ſit contractus, 8
(*l.* 1. in verb. *juſtum, validumque contractum. l. 2.* in princ. in verb. *emphyteuticariis contractibus,* & *C. De jur. emphyt.* & io hoc §. verb. *emphyteut. contractus, &c.*) origine juris gentium, forma civilis, nominatus (Bart. in *l. juris gent. 7. §. quin imo. nu. 19. De pact.* & in *l. unic. nu. 8. De condict. ex leg.* Jaſ. in *l. 1. nu. 68. 69. C. De jur. emphyt.*) ſtricti juris (ut volunt DD. Jaſ. in *l. 1. nu. 76. C. eod.* & Salic. ibidem in fin. Imol. in *c. Potuit. 4. nu. 7. De loc.*) ſeu (ut Connano rectiùs placet *lib. 7. cap. 12.*) booæ fidei (cùm ſit genus locationis, & emptionis: & miſta ſimplicium naturam aſſumant. *l. 1. De æſtima. act.*) cooſenſu cooſtuos (*l. 1. C. eod. tit.*) per quem dominus directo dominio reteoto fundi poſſeſſionem, & utilitatem, ſeu utile dominium emphyteutæ concedit, atq; transfert, ea lege, ut is prædium colat, & in recognitionem directi dominii (Bald. in *l. item ſi verberatum. 15. §. 1. De rei vindic.*) certam quotannis peoſionem pendat. Pan. in *c. Potuit. nu. 7. ext. De loca.* paulò aliter definit: Eſt, inquit, cootractus, per quem transfertur dominium utile in emphyteutam, retento dominio directo, & aliquid ſingulis annis ipſi domino ſolvitur. Hotoman. Eſt contractus à Zenone primùm nominatus, eùm ager eo oomine fruendus datur, ut, quandiu merces ſolvitur, nonquam ad dominum revertatur. Verùm de hoc nonnulla me dixiſſe memini ad *tit. Si ager vectig.* unde, qui volet, petat.

§. 4. Item quæritur,

ITem quæritur, ſi cum aurifice Titius convenerit, ut is ex auro ſuo certi ponderis, certæque formæ annulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos: utrum emptio, & venditio, an locatio, & conductio contrahi videatur? Caſius ait materiæ quidem emptionem, & venditionem contrahi, operæ autem locationem, & conductionem. Sed placuit, tantùm emptionem, & venditionem contrahi *a*. Quòd ſi ſuum aurum Titius dederit *b*, mercede pro opera conſtituta: dubium non eſt *c*, quin locatio, & conductio ſit *d*.

ALia ſpecies, in qua dubitari propter ſimilitudinem poteſt, utrum emptio, an locatio ſit contracta.

a CONTRAHI. Qooniam aurifex ſuum aurum certo pretio vendit, *l. 2. ff. eod. l. convenit. 65. l. Sabinus. 20. De contrahend. empt. l. ſcribit. 34. De aur. & arg. leg.* Nam principale eſt attendendum, unde fieri ſolet denominatio: & majus, magiſque dignom trahit ad ſe minus dignum: ot ad *tit. De reb. corp.* dictum eſt.

b TITIUS DEDERIT. Similiter, ſi in ſua area domum ex alterius materia fabricandam locat. *l. item. 22. §. 2. ff. eod,* quia area potiſſima pars eſt ædium, *l. qui res. 98. §. arcam. 6. De ſolut.* ex potiore autem parte judicium eſt faciendom.

c Du-

c Dubium Non Eſt. Ut cùm operam redemptores, aut artifices locant, *l. ſi hi.* 14. *C. eod.*

d Sit. *D. l.* 2. *ff. eod. l. convenit.* 65. *De contrahen. emp.* nec enim ſpecificationis jure dominium ſibi acquirit aurifaber, qui & ſciens (ut bonæ fide niti non poſſit) & mandato etiam, atque nomine alieno, rem alienam effigiat.

§. 5. Conductor autem omnia.

Conductor autem omnia ſecundum legem *a* conductionis facere debet *b*: & ſi quid in lege prætermiſſum fuerit, id ex bono, & æquo *c* debet præſtare. Qui pro uſu aut veſtimentorum, aut argenti, aut jumenti mercedem aut dedit, aut promiſit: ab eo cuſtodia talis deſideratur, qualem diligentiſſimus *d* paterfamilias ſuis rebus adhibet: quam ſi præſtiterit, & aliquo caſu fortuito eam rem amiſerit, de reſtituenda ea non tenebitur. Mortuo conductore intra tempora conductionis, hæres ejus eodem jure in conductione ſuccedit *e*.

1. *In contractibus, qui conſenſu conſtant, ex eo, quod actum eſt, conſtituitur obligatio.*

2. *Diligentia quatenus hic accipienda.*

De effectu, natura, & interpretatione locationis.

a Secundum Legem. Hoc eſt, pacta, quæ dant legem contractui, *l.* 1. *§. ſi conveniat. Depoſit.* ſeu formam, *l.* 7. *§. item* 3. *Solut. matrim. l. juris gent.* 7. §. 1. *De pact.*

1 *b* Facere Debet. Nam † ex eo, quod actum eſt, conſtituitur in his contractibus, qui conſenſu conſtant, obligatio. *l. ſi quis.* 9. §. 2. *l. ſi merces.* 25. §. *conductor. ff. eod.* Itaque cùm ſit bonæ fidei, nihil huic magis congruit, quàm præſtari, quod actum eſt, *l. ex empto.* 11. *De action. emption. l. circa.* 19. *C. eod. l. videamus.* 11. §. *ultim. ff. eod.*

c Bono Et Æquo. Ex natura contractus, *d. l. ex empto.* 11. per interpretationem concinnam ad bonum, & æquum accommodata. *l.* 2. *l. præſes.* 17. *C. eod. l. ſi in lege,* 24. *ff. eod.*

2 *d* Diligentiſſimus. Hoc † exigendum eſt ad regulam *l. ſi ut certo.* 5. §. *nunc videndum.* 2. *Commod. l. contractus.* 23. *De regul. jur.* & cujuſque materiæ naturam, ac varietatem: ſicut dicitur, verba ſecundum ſubjectam materiam eſſe interpretanda. Nam in commodato diligentia ſignificat cuſtodiam hominis diligentiſſimi, *d. l. ſi ut certo. §. nunc videndum.* §. 3. ſup. *Quibus mod. re contr.* quia commodatarii tantùm gratia contrahitur: in contractibus, qui utriuſq; ad utilitatem fiunt, cuſtodia diligentis, aut diligentiſſimi patrisfamilias non ſummum deſignat gradum diligentiæ, ſed exactiorem, quàm quiſque ſuis rebus impendit, *l.* 3. *De peric. & com. rei vend.* hoc eſt, qualem paterfamilias neque ſecors, neque diligentiſſimus, ſed attentus, & diligens præſtat, *l. ea.* 14. *De pign. act.* quo ſenſu pro ſubjecti contractus natura, verb. *diligentiſſimi*, hic eſt capiendum: ut contrà in §. 3. ſupr. *Quibus mod. cont.* exacta diligentia pro exactiſſima. juxtà *l. in reb.* 18. *ff. Com. l.* 1. *De oblig. l. ſi ſervus.* 61. *De furt.* Verba enim ejuſmodi indefinita ſive in Poſitivo, ſive in Superlativo, aut Comparativo efferantur, juxta ſubjectam materiam, quomodo & Latinis auctoribus, promiſcuè, varièque uſurpantur, ſunt accipienda. Nam diligentiam, & negligentiam æſtimare, eſt judicis: qui proculdubio pro cujuſque natura contractus eam ponderaturus eſt. Probat idem *d. l. contractus. De reg. jur.* in qua indiſtinctè, & generaliter dicitur diligentiam deſiderari in commodato, vendito, &c. quod diverſimodè, & pro cujuſque conventionis indole, & cauſa aliter accipiendum eſſe, quis non videt? Sed & in locato diligentiſſimi hominis cura tum præſtanda eſt, cùm operæ ejus hominis locatæ ſunt, qui induſtriam certæ rei, & artificem profitetur, *l. ſi merces.* 25. §. *pen. ff. eo.* qua profeſſionis jactatione, velut proſcriptione, neminem falli juſtum eſt, *l. ſed ſi.* 11. §. 1. 2. cum ſequ. *De inſtit. act.* ex ratione §. 3. infr. *De leg. Aquil.*

e Succedit. *L. viam.* 10. *C. eo. l. ſed addes.* 19. §. *pen. ff. eod.*

DE SOCIETATE,

Titulus Vigeſimus Quintus,

1. *Continuatio Tituli*

HUjus Tituli tres conſtituo partes,
1. Qualiter contrahatur ſocietas. §. 1. & 2.
2. Quæ veniant in ſocietate contracta præſtanda §. 5.
3. Qualiter ſocietas contracta ſolvatur §. 3. & 4.

1 TErtia † ſpecies contractuum, qui conſenſu obligationem inducunt, eſt Societas. Societas perſonarum eſt communio rerum. Res enim communes abſque conventione eſſe poſſunt, ex ſucceſſione, legato, &c. *l.* 1. 2. *Com. divid.* caſu, confuſione, §. *ſi duorum*. 23. ſup. *De rer. diviſ. &c.* Per ſocietatem verò tantummodò conſenſu res communicantur, aut omnes, aut multæ, aut una, *l.* 5. *Pro ſoc.* Definitionem hujus tradidimus in Iſagoge. Species ſumuntur à diverſitate materiæ, de qua ſimul, & de reliquis cauſis agitur hìc in §. 1. & 2. De effectu verò, & contrariis, quandiu duret ſocietas, ad quid ſocios invicem obliget, & quomodo diſſolvatur, deinceps uſque ad finem tractatur.

§. 1. Societatem coire,

SOcietatem coire *a* ſolemus aut totorum bonorum, quam Græci ſpecialiter κοινωνίαν *b* appellant: aut unius alicujus negotiationis, veluti mancipiorum vendendorum, emendorumque, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi, vendendique *c*. Et quidem ſi nihil de partibus lucri, & damni nominatim convenerit *d*, æquales *e* ſcilicet partes & in lucro, & in damno ſpectantur. Quòd ſi expreſſæ fuerint partes, hæ ſervari debent *f*. Nec enim unquam dubium fuit, quin valeat conventio, ſi duo inter ſe pacti ſint, ut ad unum quidem duæ partes & lucri, & damni pertineant, ad alium tertia.

1. *Conſenſum ſocietatis variè declarari.*

2. *Societatis ſpecies quatuor, ratione materiæ.*

a SOCIETATEM COIRE.
1 Conſenſu, † qui poteſt vel re, vel verbis, vel literis per nuncium declarari, *l.* 1. cum l. ſeq. in fin. *De cont. emp.* quomodo accipiendum eſt, quod dicitur in *l.* 4. *ff. eo.* ſocietatem coiri re, & verbis, & per nuncium.

b ΚΟΙΝΩΝΙ'ΑΝ. Theoph. & alii legunt *κοινοπραξίαν*.

c VENDENDIQUE. *L.* 5. *ff. eo.* ubi addit Ulp. etiam vectigalis, aut unius rei ſocietatem contra-
2 hi: quatuor † ex varietate materiæ ſpecies ſocietatis diſtinguens: Societates, inquit, contrahuntur ſive univerſorum bonorum, ſive negotiationis alicujus, ſive unius rei: vectigalis ſocietas quamvis eſt negotiationis, quia tamen in quibuſdam ab hac differt, ut dixi *ff. eo.* ideò maluit eam ſeparatim I. C. locare. Eſt igitur ſocietas aut Reipublicæ, ut vectigalis: aut privatæ. Privata rurſum aut univerſalis omnium bonorum, *l.* 1. & 2. *ff. eo.* aut particularis, vel unius negotiationis, vel unius rei. Quòd ſi ſimpliciter porrò ineatur, de omnibus rebus, quæ ex quæſtu, operaque deſcendunt, contracta intelligitur, *l. coiri.* 7. cum leg. ſeq. *hoc tit.*

d CONVENERIT. Dictum eſt de cauſa efficiente, & materia, ſequitur de forma.

e ÆQUALES. Proportione geometrica, hoc eſt, pro eo, quod quantumque in ſocietatem quiſque ſeu operæ, ſeu pecuniæ confert, ita Porcius hìc probat *l. ſi ſocietatem*. 6. *l. quod enim*. 80. *ff. eo.*

f SERVARI DEBENT. *L. ſi non fuerint*. 29. *ff. eod.*

§. 2. De

§. 2. De illa ſanè conventione.

DE illa ſanè conventione quæſitum eſt, ſi Titius, & Sejus inter ſe pacti ſint, ut ad Titium lucri duæ partes pertineant, damni tertia: ad Sejum duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conventio? Quintus Mutius contra naturam ſocietatis *a* talem pactionem eſſe exiſtimavit, & ob id non eſſe ratam habendam. Servius Sulpitius *b* (cujus ſententia prævaluit) contrà ſenſit *c*; quia ſæpè quorundam ita pretioſa eſt opera in ſocietate, ut eos juſtum ſit conditione meliore in ſocietatem admitti *d*. Nam & ita coiri poſſe ſocietatem non dubitatur *e*, ut alter pecuniam conferat, alter non conferat; & tamen lucrum inter eos commune ſit: quia ſæpè *f* opera alicujus pro pecunia valet *g*. Et adeo contra Quinti Mutii ſententiam obtinuit, ut illud quod conſtiterit poſſe convenire, ut quis lucri par de damno non teneatur. Quod & ipſum Servius convenienter fieri *h* exiſtimavit *i*: quod tamen ita intelligi oportet, ut ſi in alia re lucrum, in alia damnum illatum ſit: compenſatione facta, ſolum, quod ſupereſt, intelligatur lucro eſſe *k*. Illud expeditum eſt, ſi in una cauſa pars fuerit expreſſa: veluti in ſolo lucro, vel in ſolo damno: in altera verò omiſſa: in eo quoque, quod prætermiſſum eſt, eandem partem ſervari *l*.

1. *Societatis natura jus fraternitatis & æqualitatis in ſe habet.*
2. *Servii Sulpitii & Q. Mutii ſententia conciliata: & num. 3.*
4. *Inæqualitas lucri, & damni, an & quomodo citra compenſationem in ſocietate valeat.*
5. *Lucrum quod dicatur.*
6. *Diſpoſitio unius correlativi trahitur ad alterum, cùm par eſt utrinque ratio.*

DE ſocietate, cujus partes ſunt inæquales, an valeat?

1 *a* Naturam Societatis. Quæ † jus fraternitatis, & æqualitatis in ſe habet, *l. verum.* 63. *ff. eo.*

b Servius Sulpitius. In notis Mutii, ut dicitur in *l. Mutius.* 30.

2 *c* Contra Sensit. Non † in genere, & quoad regulam, ſed in ſpecie ſingulari, & quoad exceptionem.

d Admitti. *L.* 6. *l. ſi non fuerint.* 29. *ff. eod.* quia licet partes proportione Arithmetica ſint inæquales, tamen æqualitatem hoc caſu habere
3 poſſunt, proportione geometrica. Quanquam † igitur generalem Mutii ſententiam Servius non improbabat, neque inficias ire poterat, quin ſcilicet æquo jure conſtare debeat ſocietas: tamen exemplis in contrarium adductis (ut omnis in jure generalis definitio eſt periculoſa, raròque accidit, ut certis in caſibus non poſſit ſubverti, *l. omnis.* 202. *De reg. jur.*) oſtendit, poſſe ſocietatem eſſe æqualem etiam partibus lucri & damni inæqualibus conſtitutis: ratione ſcilicet vel rei, vel operæ, quam alter copioſiorem in ſocietatem confert.

e Non Dubitatur. *L.* 1. *C. eo.*

f Quia Saepe. Hoc igitur caſu valebit ob æqualitatem, & non aliter, ſaltem jure ſocietatis, ut poſteà diſtinguetur.

g Pro Pecunia Valet. *L.* 5. *l. cum duobus.* 52. §. 1. *ff. eo.* ubi pro *Velamentum*, Cujac. *Levamentum*, legit.

h Fieri. Rectiùs, meo judicio, quàm ſibi, ut alia exempla habent: quanquam ſic etiam rectè ut ſibi convenienter exiſtimare, itidem dicatur, velut ſibi conſtare.

i Existimavit. Id ita interpretatur Ulp. ſi modò aliquid plus contulit ſocietati, vel pecuniæ, vel operæ, ut tanti hoc ſit, quanti damnum eſt *l. ſi non fuerint.* 32. *ff. eod.* Nam † ſo- 4
cietas eſt communio damni, & lucri æqualis: nulla autem eſt æqualitas in hac conventione, niſi quod inæquale eſt, cùm alio compenſetur, eòque ad æquum redigatur. An talis ergò pactio extra hanc compenſationis rationem non valet ſaltem jure conventionis, etiamſi non jure ſocietatis? Angel. Porc. & communiter hìc DD. putant valere. Quare cùm hodie nuda pacta actionem producant, conſiſtet etiam hoc caſu contractus, & obligatio: id quod æquius videtur, cùm nulla ſit inæqualitas, reſpectu ejus, qui conſentit. Volenti enim non fit injuria: & ſi donationis cauſâ vendere, locare licet; *l. ſi quis.* 38. *De contr. empt.* cur non & ſocietatem inæqualem gratificandi, aut aliam propter cauſam inire: ut valeat

jure

jure conventionis, ſi non ſocietatis, *l.* 3. in fin. *ff. eo.*

k Locoeo Esse. Sicut bona intelliguntur, deducto ære alieno, *l. ſubſignatum.* 39. §. *bona. De verb. ſig.* & fructus deductis impenſis, *l. non amplius.* 26. *De legat.* 1. *l.* 1. *C. De fruct. & lit.*
5 *exp.* † ita lucrum eſſe judicatur, quod compenſato, detractoque damno supereſt, *d. l. Mutius.* 30.

l Servari. Diſpoſitum † enim in uno correllativorum, diſpoſitum cenſetur & in altero, 6
quando utrinſque eadem eſt ratio, *l. ult.* ubi Bal. *C. De judic. vid. tollen.*

§. 3. Manet autem ſocietas.

Manet autem ſocietas eò uſque, donec in eodem conſenſu *a* perſeverarint. At, cùm aliquis renunciaverit ſocietati *b*, ſolvitur ſocietas. Sed planè ſi quis callidè in hoc renunciaverit ſocietati, ut obveniens aliquod lucrum ſolus habeat: veluti ſi totorum bonorum ſocius, cùm ab aliquo hæres eſſet relictus, in hoc renunciaverit ſocietati, ut hæreditatem ſolus lucrifaceret, cogitur hoc lucrum communicare *c*. Si quid verò aliud lucrifaciat, quod non captaverit *d*: ad ipſum ſolum pertinet *e*. Ei verò, cui renunciatum eſt *f*, quicquid omninò poſt renunciatam ſocietatem *g* acquiritur, ſoli conceditur *h*.

1. *Societatem etiam plurium, unius voluntate, contra communem regulam, diſſolvi.*

2. *Ceſſante ſocietate, ceſſat communicatio lucri.*

Contraria, quibus ſcilicet modis ſocietas diſſolvatur.

a Eodem Consensu. Quo & contrahitur, & diſtrahitur, *l. itaque.* 64. *ff. eod.* ex doctrina contrariorum *l. ab emptione.* 58. *De pact.*

1 *b* Renunciaverit Societati. Etſi † regulariter mutuo conſenſu contractum non poteſt unius voluntate diſſolvi, *l.* 3. *C. De reſci. ven. l. ſicut.* 5. *C. De actio.* tamen in communionibus, & ſocietatibus contra eſt: nam cùm diſcordias pariat communio, *l. cum pater.* 77. §. *omnia.* 20. *De legat.* 2. nemo in ea ex legis beneficio manere invitus cogitur. *l. ult. C. Com. divid.* Quare ſecundum hanc legem etiam ſocietas iniri creditur: ſemper enim contrahentes ſecundum leges paciſci cenſentur. Socin. *conſil.* 19. *Adſit nu.* 6. *vol.* 1.

c Communicare. *L. ſi convenerit.* 14. *l. ſed & ſocius.* 17. *l. actione.* 65. §. 2. *ff. eo.* licet ſocietas nihilominus voluntate diſtrahatur, *d. l. actione.* §. *manet.*

d Captaverit. Callida renunciatione.

e Solum Pertinet. Ex quo liquet etiam doloſa renunciatione ſocietatem diſtrahi, *d. l. actio.* §. 1.

f Renunciatum Est. Contrariorum enim, ut dicitur, ſeu corellativorum eadem eſt ratio, & doctrina.

g Societatem. Eoque diſſolutam.

h Soli Conceditur. Ceſſante † enim ſo- 2
cietate, ceſſat effectus ejus, hoc eſt lucri communicatio, *d. l. actione.* §. 2.

§. 4. Solvitur adhuc ſocietas:

Solvitur adhuc ſocietas *a* etiam morte ſocii *b*: quia *c* qui ſocietatem contrahit, certam perſonam ſibi eligit *f*. Sed & ſi conſenſu plurium ſocietas contracta ſit: morte unius ſocii ſolvitur *e*, etſi plures ſuperſint: niſi in coeunda ſocietate aliter convenerit *f*. Item ſi alicujus rei contracta ſocietas ſit, & finis negotio impoſitus eſt, finitur ſocietas *g*. Publicatione *h* quoque diſtrahi ſocietatem, manifeſtum eſt *i*: ſcilicet, ſi univerſa bona k ſocii publicentur. Nam, cùm in ejus locum alius *l* ſuccedat *m*, pro mortuo *n* habetur. Item ſi quis ex ſociis mole debiti prægravatus, bonis ſuis ceſſerit *o*, & ideò propter publica, aut privata debita ſubſtantia ejus væneat *p*, ſolvitur ſocietas *q*. Sed hoc caſu, ſi adhuc conſentiant in ſocietatem, nova *r* videtur incipere ſocietas.

1. *Com-*

1. Communicata in ſocietate perſonalia eſſe, ideoque non tranſire ad hæredes.

2. Fiſcus an appellatione, & jure hæredis veniat, remiſſivè.

ALii modi, quibus ſocietas diſſolvitur.

a SOCIETAS. Rerum privatarum, noo vectigalis, *l. adeo.* 69. *l. verum.* 63. *ff. eod.*

b MORTE SOCII. *L.* 6. §. 1. *l. verum.* 63. §. 8. *ff. eo.*

c QUIA QUI. Ratio.

d SIBI ELIGIT. *L. qui admittitur.* 19. *ff. eod.*
1 Communicatur † enim in ſocietate opera, ſolertia, fides, induſtria, &c. quæ perſonalia ſunt, *l. unica §. ne autem.* 9. *C. De cadu. toll. l. fabriles.* 6. *De oper. lib.* qnia perſonæ, earumque induſtria, & officia variant, *l. inter.* 31. *De ſolut.* eòque non tranſeunt ad hæredem, *l. nemo.* 35. *l. adeo.* 59. *ff. eod.*

e SOLVITUR. Tota ſocietas: electa eſt coim omnium perſonarum induſtria, fides, &c. nec cum aliquibns, ſed cum omnibus fuit inita, *d. l. actione.* 65. §. *morte.* 8.

f ALITER CONVENERIT. Quia lex ſocietatis ſervatur ioter ſuperſtites, *d. l. actione.* §. *morte.* cùm ad mortem uſque coiri poſſit, *l.* 1. cum ibi not. *ff. eod.* non tameo ejuſmodi pactis in demortui hæredem illa continuatur, *d. l. adeò.* 59. *d. l. nemo* 35.

g FINITUR SOCIETAS. *D. l. actione.* 65. §. 9. Ceſſat enim, & finita, conſumptaque eſt cauſa contractus finalis, *l. ult. ff. Com.*

h PUBLICATIONE. Confiſcatione.

i MANIFESTUM EST. *D. l. actione.* §. *publicatione. l. verum* 63. §. 10. *ff. eod.* quaſi materia deficiente, cujus ſit ſocietas, *d. l. verum.* §. *ult.*

k UNIVERSA BONA. Non aliqua pars, ſicut ex quibuſdam delictis tantùm pars bonorum publicatur, §. *item. l. Julia de vi.* 7. inſr. *De pub. jud.* nam parte tantùm adempta, nihilominus ſupereſt materia ſocietatis, & ipſa ſocii perſooa integra.

l ALIUS. Fiſcus ſcilicet: ratio ſumpta ex *d. l. actione.* 65. §. *publicatione.* 12. quæ ceſſat, parte duntaxat booorum publicata: eòque ceſſat hæc illo caſu diſpoſitio, ut paulò antè indicatum eſt, ſecundum regulam: Ceſſante legis ratione, lex ceſſat, *l. adigere.* 6. §. *quamvis.* 1. *De jur. patron.*

m SUCCEDAT. *L.* 2. *C. Ad Leg. Jul. de vi. pub. l. ſi ut proponis.* 5. *C. De bon. proſcript.* An † autem 2
fiſcus veniat appellatione, & jure hæredis, latè diſputant DD. in *l. Gallus.* 29. §. *etiam.* ubi Jaſ. *num.* 21. 27. *De lib. & poſth.* Bart. in *l. ex facto.* 17. §. *ult. Ad Trebell.* Bald. io *c.* 1. *De natur. ſucceſſ. feud.* Angel. *conſil.* 306. *Chariſſimè.* Alex. *conſil.* 93. *Conſultus. vol.* 3.

n PRO MORTUO. Civiliter: quia capite minutus, quaſi ſervus pœnæ factus eſt. ut ſup. *De cap. dimin.* & *l.* 4. *Qui ſatiſdar. cogunt. &c.*

o BONIS CESSERIT. Idem, ſi factus ſit non ſolvendo, aut omnia bona alicnet: quemadmodum & mandatum ex hac fortunarom amiſſione tacitè revocari intelligitur, *l. cum quis.* 38. in prin. nbi Bar. *l. ſi cum Cornelius.* 83. *De ſolut.* Bald. in *l. mandatum.* 16. *num.* 14. *C. Mand.*

p VAENEAT. *Tot. tit. ff.* Et *C. De bon. auct. jud. poſſ. vel vendundan.*

q SOLVITUR SOCIETAS. Quaſi re, & materia ſocietatis extincta, atqne etiam ceſſante cauſa finali: nam plerumque bonorum cauſa ſocietas contrahitur: etſi perſona non habeatur hoc caſu, ut ſuperiore, pro mortua, *d. l. actione* in prin. Quære novo conſenſu reintegrari ſocietas hìc poteſt.

r NOVA. Novorum bonorum, quæ poſt acquirit, *l.* 6. *De ceſſ. bon.* §. *ult.* inſ. *De act.* quanquam poteſt & opera ejus eſſe pro pecunia. in prin. ſup. *eod.*

§. 5. Socius ſocio.

SOcius ſocio utrum eo nomine tantùm teneatur pro ſocio actione, ſi quid dolo commiſerit, ſicut is, qui deponi apud ſe paſſus eſt: an etiam culpæ, id eſt, deſidiæ, atque negligentiæ *a* nomine, quæſitum eſt: prævaluit tamen, etiam culpæ nomine teneri eum *b*. Culpa autem non ad exactiſſimam diligentiam *c* dirigenda eſt *d*. Sufficit enim talem diligentiam in communibus rebus adhibere ſocium, qualem ſuis rebus adhibere ſolet *e*. Nam qui parùm diligentem ſocium ſibi aſſumit, de ſe quæri, hoc eſt, ſibi hoc imputare debet *f*.

1. Culpa deſinitio: & remiſſivè.

2. Socius quam diligentiam præſtet, & qua ſit ratio n. 3.

DE effectu ſocietatis; & ad quid ſocios ſocio teneatur.

a NEGLIGENTIAE. Nota † 1
definitionem culpæ, de qua Bart. in *l. quod Nerva.* 32. *Depoſ.* quanqnam negligentia rationem habet cauſæ, culpa effectus.

b TENERI EUM. *L. cum duobus.* 52. §. 1. *l. non ob eam.* 25. cum leg. ſeq. *ff. eod.* quod omnium gratia ſociorum contrahitur, *l. contractus.* 23. *De reg. jur. l.* 5. §. 2. *Commodat.*

c EXACTISSIMAM DILIGENTIAM. Quæ tam levi, quàm leviſſimæ culpæ opponitur, pro varietate materiæ ſubjectæ, ut ſuprà admonui.

d Di-

d Dirimenda Est. *L. ſocius.* 72. *ff. eod.* unde hic locus eſt deſumptus.

2 *e* Adhibere Solet. Non † igitur ad eam diligentiam obligatus eſt, quam venditor, conductor, creditor, & ſimiles præſtare coguntur: in his enim ceſſat ratio ſubſequens.

3 *f* Imputare Debet. Quia † ſocius rei communis dominus eſſe videtur, *l. meritò.* 51. *l. nemo.* 68. *ff. eod. l. ſervi electione.* 5. §. 1. ubi Jaſ. & DD. *De legat.* 1. *l. rectè dicimus.* 25. *De verb. ſignif.* Nam etſi pro parte tantùm dominus eſt, tamen in ſingulis rebus pro indiviſo jus dominii habet. *l. Mævius.* 66. §. 1. *De legat.* 2. Quocirca in his jure videtur ſuo verſari, *d. l. meritò.* Licet autem cuique in re ſua (ut cujus eſt arbiter, *l. in re.* 21. *C. Mand.*) abſque culpa eſſe deſidem: in quo ſi negligentior deprehendatur, de ſe quæratur ſocius, qui cum tali contraxit: cujus conditionem ſcivit, aut, quod perinde eſt, ſcire debuit, *l. qui cum alio.* 19. *De reg. jur.* vel maturæ ſocietati non renunciavit.

DE MANDATO.

Titulus. Vigeſimus Sextus.

1. Mandati etymon: quid mandare, mandator, mandatarius: & diſpoſitio tituli. num. 2.

1 QUarta ſpecies obligationis ex conſenſu, eſt Mandatum: quod † à manu danda, ſigno promiſſionis bonæ fidei vetuſtiſſimæ deductum eſt. Mandare, ſignificat negotium dare, hoc eſt, gerendum aliquid alteri committere. Mandator, qui mandat, Mandatarius, qui exequendum mandatum ſuſcipit. Totus etiam contractus, Mandatum appellatur, ut hic, & *l. juris gentium.* 7. *De pact.* cujus definitionem poſuimus in Iſagoge. Partes, ſpecies, cauſas, &c. *ff. eod.* Hoc † autem loco primùm de cauſa finali, & formali diſputatur, in §. 1. & 2. Deinde de materia in §. 3. (nam de cauſa efficiente, videlicet conſenſu, quæ ex ſuperioribus patet, nihil opus fuit dicere.) in §. 4. De effectu in §. 5. & 6. de contrariis, & quomodo diſſolvatur mandatum. Poſtremò de accidentibus, affinibus, & interpretatione mandati, in §. *ult.* 2

TRes ſunt partes hujus Tituli.
1. Qualiter contrahatur Mandatum, §. 1. 2. 3. & 7. *h. t.*
2. Qualiter exequatur, §. 4. & 6.
3. Qualiter diſſolvatur, §. 5.

§. 1. Mandatum contrahitur.

MAndatum contrahitur quinque modis *a*: ſive ſua tantùm gratia aliquis tibi mandet, ſive ſua, & tua, ſive aliena tantùm, ſive ſua, & aliena, ſive tua, & aliena *b*. At ſi tua tantùm gratia mandatum ſit, ſupervacuum eſt mandatum *c*: & ob id nulla ex eo obligatio *d*, nec mandati inter vos actio naſcitur *e*. Mandantis tantùm gratia intervenit mandatum: veluti ſi quis tibi mandet, ut negotia gereres, vel ut fundum ei emeres, vel ut pro eo ſponderes. Tua gratia & mandantis: veluti ſi mandet tibi, ut pecuniam ſub uſuris crederes ei, qui in rem ipſius mutuaretur: aut ſi volente te agere cum eo ex fidejuſſoria cauſa *f*, mandet tibi, ut cum Reo agas, periculo mandantis *g*: vel ut ipſius periculo ſtipuleris ab eo, quem tibi deleget, in id, quod tibi debuerat *h*. Aliena autem cauſa *i* intervenit mandatum: veluti ſi tibi aliquis mandet, ut Titii negotia gereres, vel ut Titio fundum emeres, vel ut pro Titio ſponderes. Sua, & aliena: veluti ſi de communibus ſuis, & Titii negotiis gerendis tibi mandet, vel ut ſibi, & Titio fundum emeres, vel ut pro eo, & Titio ſponderes. Tua, & aliena *k*: veluti ſi tibi

mandet,

mandet, ut Titio ſub uſuris *l* crederes : quia ſi ut ſine uſuris crederes, aliena tantùm gratia intercedit mandatum.

1. Conſilii non fraudulenti nulla eſt obligatio. 2. Actionem mandati ad id, quod intereſt, tantùm dari, & num. 4. & 5. 3. Mandatarii officium gratuitum.

a QUINQUE MODIS. *L. 2. ff. eod.* Diviſio à cauſa finali ſumpta.

b TUA ET ALIENA. Sive ſua, tua, & aliena. *l. ſi procuratorem.* 8. §. *ſi tutores.* 3. *ff. eod.* Sed hæc ſpecies aliis ineſt : ſemper enim ſua, hoc eſt, mandantis cauſa maodari neceſſe eſt, ut paulò pòſt dicetur.

c MANDATUM. *D. l. 2. l. ſi remunerandi.* 6. §. 4. *ff. eod.*

1 *d* OBLIGATIO. Eſt † enim conſilinm tantùm, §. 2. infr. *eod. l. 2. ff. eod.* cujus noo fraudulenti nulla eſt obligatio, *l. conſilii.* 47. *De reg. jur.*

e ACTIO NASCITUR. Cauſa enim actioois eſt obligatio, *l. licet.* 42. §. *ea. De procurat.* Deficiente igitur cauſa, deficit effectus: &
2 † hæc actio datur ad intereſſe tantùm. Nihil ergò illi ineſt, quando ooo mandantis, ſed mandatarii taotùm intereſt, *l. ſi procuratorem.* 8. §. *mandati.* 5. *l.* 6. §. *ſi tibi.* 4. *ff. eod.*

f FIDEJUSSORIA CAUSA. Sicut olim fidejuſſor ante principalem conveniri poterat, *l.* 3. & 5. *C. De fidejuſſ.*

g PERICULO MANDANTIS. Hoc eoim agitur, ut omnem ſumptum, eventum, periculum, mandator ſuſtineat, cùm gratuitom
3 † officium præſtet mandatarius, §. *ult. hoc tit. l.* 1. *ff. eod.* quod illi damnoſum eſſe noo debet. *l. ſed ſi.* 7. *ff. Quem. teſtam. aperian. l. ſi mandaſſem.* 15. *ff. eod.*

h DELEGABAT. Hoc enim fieri mandantis intereſt, nimirum, ut per delegationem obligatione liberetur. *tot. tit. ff.* Et *C. De novat. & delegat.* §. 3. & 4. infr. *Quibus modis toll. oblig.* ubi vide. Mandatarii verò, ut pro uno debitore duos habeat obligatos: novum debitorem ex ſtipulatione delegationis: veterem, hoc eſt, mandatorem, ex mandato, cujus periculum præſtat, *l. ſi mandavero.* 22. §. 2. *l. ſi mandatu.* 45. §. *ult. ff. eod.*

i ALIENA CAUSA. Principaliter: nam in conſequentiam intereſſe mandatoris, ut mandatum perficiatur, neceſſe eſt: cùm † ad id, quod inter- 4
eſt, tantùm detur, ut aotè dictum eſt, maodati actio, *d. l. ſi procuratorem.* 8. §. *mandati.* 5, atque ita accipienda eſt, *l.* 6. § *ſi tibi* 4. *ff. eod.*

k TUA ET ALIENA. Semper ſubaudi principaliter, multi poſſunt enim unius rei fines eſſe ſubordinati. Nam † omnibus iſtis mandandi formis 5
implicatum eſſe debet aliquod intereſſe mandantis, cujus nomioe detur actio *l. ſi procuratorem.* 8. §. 2. *ff. eo.* Mandatarius enim obligationem faciendi ſuſcipit, eòque ultra id, quod iotereſt mandantis (ſolus autem mandator agere ex ſuo cootractu poteſt, *l. quæcunque.* 11. *De oblig. & act.* oot. *in* §. *alteri.* ſupr. *De inutil. ſtip. l. ſtipulatio.* 38. §. *alteri.* 12. *De verb. oblig. tot. tit. C. Res int. al. act. l.* 1. *C. Per quas perſonas*) noo cooventitur. *d. l.* 8. §. 2. *l. ſi quis.* 13. §. *ultim. De re judic.* Quoad formam igitur, valere initio hoc mandatum poteſt, ſed effectum, niſi quatenus intereſt, non habet, *l. qui fundum* 32. *ff. Loca.*

l SUB USURIS. Quas tibi præſtari, tua intereſt, ut quæſtum facias: nam utilitas intereſſe eſt, *l.* 2. §. *ult. De eo quod cert. loc.*

§. 2. Tua gratia intervenit.

TVa gratia intervenit mandatum: veluti ſi tibi mandet, ut pecunias tuas in emptiones potiùs prædiorum colloces, quàm fœneres : vel ex diverſo, ut pecunias tuas fœneres potiùs, quàm in emptiones prædiorum colloces. Cujus generis mandatum magis conſilium eſt *a*, quàm mandatum. Et ob id non eſt obligatorium : quia nemo ex conſilio mandati obligatur *b*, etiamſi non expediat, ei cui dabatur *c* : cùm liberum cuique ſit apud ſe explorare, an expediat conſilium *d*. Itaque ſi otioſam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis, ut rem aliquam emeres, vel eam crederes : quamvis non expediat eam tibi emiſſe, vel credidiſſe, non tamen tibi mandati tenetur. Et adeò hæc ita ſunt, ut quæſitum ſit, an mandati teneatur, qui mandavit tibi, ut pecuniam Titio fœnerares. Sed obtinuit Sabini ſententia, obligatorium eſſe in hoc caſu mandatum *e* : quia non aliter Titio credidiſſes *f*, quàm ſi tibi mandatum eſſet.

1. Don-

1. Conſulens mandatario non obligatur : & nu. 3. fallit. num. 4.

2. Actus ultra intentionem agentium non debent obligare.

IN gratia ſolius mandatarii datum maodatum valeat.

a CONSILIUM EST. Id enim à conſulendo dictum eſt, authore Feſto. Itaque † ſi tantùm conſolitur mandatario, nihil aliud, quàm conſilium eſſe, putandum eſt: quod cuique liberum eſt ſequi, vel non ſeqoi: eſt enim amicitiæ, non obligationis, *l. 1. in fin. ff. eod.* & ot is, qui conſulit, non hoc agit, ut alterum ſibi obliget:
2 ſic contrà nec ſe alteri vult obligatum, actus † autem operari ultra intentionem ageotium non debent, *l. non omnis. Si cert. petat.*

b OBLIGATUR. Quia periculum ejus non ſuſcepit, niſi quatenus ex dolo obligatur, *l. ſi legatarius. 23. l. cum quis. 31. De dol. mal.* Quo tamen ipſo caſu non ex conſilio, ſed ex delicto eum obligari conſtat, *d. l. conſilii. 47. De reg. jur.*

3 *c* EI CUI DABATOR. Etiamſi † ſecutus id mandatarius damnum ſecerit, nec abſque conſilio dato facturus fuiſſet. Dec. Cag. & DD. in *d. l. conſilii.* Philip. Franc. & Cano. in *c. Nullus ex conſilio. 62. De reg. jur.* in 6. Imputet enim ſibi, cur id ſecutus ſit; nam ſuo potiùs ex facto, & ſtultitia, quàm alieno ex conſilio læditur: damnum autem, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi, non alii debet imputare, *§. ult. De ſocie. c. Damnum. 86. De reg. jur. in 6.*

d EXPEDIAT CONSILIUM. Facit & ratio corellativorum: nam cum ex conſilio mandatarius non obligetur, ut impleat, certè nec è diverſo mandator obligatus eſſe debet mandatario, ſi impleat: cæteroqui claudicabit contractus, contra *l. Julianus. 13. §. ſi quis à pupillo. penult.* ubi Gloſſ. ad verb. *obligat. De act. empt.*

e MANDATUM. Non enim mandatarii, ſed Titii etiam cauſa factum videtur: nec intereſt, utrum mandes credere, an pro alio fidejubere, ex quo mandatum naſci certum eſt, *tot. tit. De fidejuſſ. & mand.* ubi dixi *in Parat.* in princ.

f CREDIDISSES. Hoc † caſu obligat: neque 4
enim jam eſt conſilium, cùm alterius, quàm mandatarii cauſa mandatur, qui obligatus hic eſt ad implendum, ut §. ſuperiore diximus, non reſpectu ſuæ utilitatis, ſed mandantis, & ſuſceptæ obligationis cauſa, *l. ſi rmmunerandi. 6. §. 4. ff. eod.*

§. 3. Illud quoque.

ILlud quoque mandatum non eſt obligatorium, quod contra bonos mores eſt *a*: veluti ſi Titius de furto, aut de damno faciendo, aut de injuria facienda mandet tibi. Licet enim pœnam *b* iſtius facti *c* nomine præſtiteris, non tamen ullam habes *d* adverſus Titium actionem.

1. Mandatum contra bonos mores non eſt obligatorium.

2. Mandans, & mandatarius, à quibus, & qua actione, nomine delicti, conveniantur.

MAteria: quæ mandari non poſſint: nam iis cogniatis, facilè ſciri è diverſo poteſt, quæ in mandatum cadaot.

a BONOS MORES EST. Ut
1 † rei turpis, *d. l. remunerandi. 6. §. rei turpis. 3. l. ſi verò. 12. §. ſi adoleſcens. 7.* cum ſequent. *l. ſalarium. 7. ff. eod.* Turpia enim pro impoſſibilibus habeotur: ut dictum eſt ſupr. ad titul. *De ſtipulat.* quorum nulla eſt obligatio, *l. impoſſibilium. 185. De reg. jur* Deinde dolus motuus contraheotium oon patitur contractum bonæ fidei hic conſiſtere, *l. domum. 57. De contrah. empt.*

b POENAM. Pecuniariam ſcilicet.

c ISTIUS FACTI. Furti, damni, injuriæ: quorum delictorom pœnæ ſoleot eſſe pecuniariæ, inſ. *De oblig. quae ex delict.* cum tit. ſequeot.

d ULLAM HABES. Cùm tibi potiùs imputare debeas, quàm alteri, *l. ſi mandavero. 22. §. 6. ff. eod.* † Reſpublica verò, item is, cui oocitum eſt, certè actionem etiam adverſus hunc habent: cùm eos æquè violet, qui mandat delictum, atque qui perpetrat, Gloſſ. in *d. c. Nullus*, Cag. in *d. l. conſilii, num. 6.* per *l. non ſolùm. 11. §. ſi mandato. 3.* ubi Bart. *De injur.* non tamen ex obligatione mandati (de qua ſolùm hic agitur) quæ nulla eſt, nec ad eos pertioet, juxta regulam; Res inter alios actas, &c. ſed ex delicto, unde & obligationes oriri, poſt oſtendetur.

§. 4. Is, qui exequitur mandatum.

IS, qui exequitur mandatum, non debet fines mandati excedere *a*: ut ecce ſi quis uſque ad centum aureos mandaverit tibi, ut fundum emeres, vel ut pro Titio ſponderes: neque pluris emere de-

bes,

Digitized by Google

bes ; neque in ampliorem pecuniam fidejubere : alioqui non habebis cum eo mandati actionem : adeo quidem , ut Sabino , & Caſſio placuerit , etiamſi uſque ad centum aureos cum eo agere volueris , inutiliter te acturum . Diverſæ ſcholæ auctores rectè uſque ad centum aureos te acturum exiſtimant : quæ ſententia ſanè benignior eſt *b* . Quòd ſi minoris emeris , habebis ſcilicet cum eo mandati actionem : quoniam qui mandat , ut ſibi centum aureorum fundus emeretur , is utique mandaſſe intelligitur , ut minoris (ſi poſſit) emeretur *c* .

De effectu , & obligatione mandati .

a Excedere . *L.* 5. *ff. eod. l. cum mandati*. 12. *C. eod.* quare ne per æquipollens quidem mandatum impleri poteſt , *l. ult. §. ult. ff. eod.* niſi omninò nihil interſit mandantis , *l. ſi verò* . 12. *§. ſi filio* . 2. *ff. eod.* Nam ad hoc ſolum datur , ut dixi mandati actio .

b Benignior Est. Quia de ea ſumma mandatum fuit datum , *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *ff. eod.*

c Emeratur. In majore namque ſumma minor ineſt , ut ſuprà dictum eſt *§. prætereà* . 5. *De inutilib. ſtipulationib. l.* 1. *§.* 4. *De verbor. obligat.* & melior cauſa mandantis fieri poteſt . Id enim mandatum , ex bono , & æquo , & communi hominum natura præſumitur , *l.* 4. *ff. eodem* .

§. 5. Rectè quoque mandatum contractum .

Rectè quoque mandatum contractum , ſi dum adhuc integra res ſit, revocatum fuerit , evaneſcit *a* . Item ſi adhuc integrò mandato mors alterutrius interveniat : ideſt , vel ejus , qui mandaverit, vel illius , qui mandatum ſuſceperit , ſolvitur mandatum *b* . Sed utilitatis cauſa receptum eſt *c* , ſi eo mortuo, qui tibi mandaverat , tu ignorans eum deceſſiſſe , executus fueris *d* mandatum , poſſe te agere mandati actione *e* : alioqui juſta , & probabilis ignorantia *f* tibi damnum afferret *g* . Et huic ſimile eſt , quod placuit, ſi debitores manumiſſo diſpenſatore Titii per ignorantiam liberto ſolverint, liberari eos *h* , cùm alioqui ſtricta juris ratione non poſſent liberari : quia alii ſolviſſent , quàm cui ſolvere debuerint.

1. *Mandatum re adhuc integra revocari poſſe* .

De contrariis : quibus modis mandatum diſſolvatur.

a Evanescit. *L. ſi verò*. 12. *§. ſi mandavero* . 12. *l. ſi mandaſſem* .
1 15. *ff. eod.* Mandatarius † enim conſenſu obligatur : mandator non , niſi reipſa : velut creditor pignore . Non enim hoc agitur , ut mandator obligetur , ſed ut periculum rei præſtet . Quare nec actio ex hoc contractu directa in mandantem , ſed tantùm contraria , velut quædam compenſationis exceptio , ratione ſumptuum competit : ut in *l.* 5. *Depoſ.* Deinde ut maximè alterius , quàm mandantis gratia contrahatur , tamen finis principalis mandati eſt , idque agitur , ut mandanti mos geratur , cui obligatio quæritur , non tertio , quamvis ejus gratia mandatum ſit factum . Quod cùm ita ſe habeat , re integra , hoc eſt , antequam ex rei geſtu ad ſumptus , & periculum mandator ſit obligatus , revocare mandatum poteſt , ex ratione *l. pen. C. De pact.* & quoniam necdum mandatario , ut qui nihil præſtiterit , tenetur . Revocare autem intelligitur nedum expreſſis verbis , ſed quandoque etiam tantùm ex præſumpta voluntate: ut quòd mutata fortuna mandatarius bonis labi cœperit , *l. cum quis* . 38. ubi Bart. *l. ſi cum Cornelius* . 82. *ff. De ſolut. l. in confirmando*. 8. *ff. De confirm. tuto.* Bald. in *l. mandatum* . 15. *num.* 14. *C. Manda.* Cyn. & Fab. in *l. falſus* . 21. *C. De furt.* latè Felin. in *c. Ex parte decani* . 33. *num.* 23. *De reſcript.*

b Solvitur Mandatum . *L. mandatum* . 15. *C. eod. l. inter* . 26. *l. ſi quis* . 27. *§.* 3. *ff. eod.* ex defectu voluntatis , *l.* 4. *ff. Locat. l. ultim. De ſolut.*

c Receptum Est. *D. l. inter* . in princip. de qua utilitate in *l.* 5. in princ. *De oblig.*

d Executus Fueris. Vel gerere cœperis, atque aliquid præſtiteris , *d. l. inter* . in princ.

e Actione. *D. l. inter. l. ſi præcedente*. 58. *l. mandatum*. 57. *ff. eod.*

f Ignorantia. Alieni facti, & eventus, quæ excuſationem habet, *l.* 2. & *tot. tit. De jur. & fact. ignor.*

g Damnum Afferret. In exequendo officio, contra regulam *l. ſed reſi.* 7. *Quemad. teſtam. aper.* & *l. pen. De jur. & fact. ignor.*

h Liberari Eos, *L. diſpenſatori*. 51. *l. qui hominem*. 34. *De ſolut.*

§. 6. Mandatum non ſuſcipere.

Mandatum non ſuſcipere, cuilibet liberum eſt: ſuſceptum autem conſummandum eſt *a*, aut quàmprimum renunciandum *b*, ut per ſemetipſum, aut per alium eandem rem mandator exequatur. Nam niſi ita renuncietur, ut integra cauſa mandatori reſervetur eandem rem explicandi, nihilominus mandati actio locum habet: niſi juſta cauſa *c* interceſſerit, aut non renunciandi, aut intempeſtivè renunciandi.

1. *Mandatarius quando renunciare poſſit mandato.*

Dictum eſt, quomodo mandator renunciare poſſit: nunc contrà ſubjicitur, an mandatarius renunciando mandatum diſſolvere poſſit.

a Consummandum Est. *L. ſi mandavero*. 22. §. *ult. l. ſi quis*. 27. § 2. *ff. eod.*

1 *b* Renunciandum. Antequam † mandatoris interſit: hoc enim caſu renunciare poteſt: non quia non obligatus ſit ex mandato, ſed quòd inanis eſt actio, ubi nihil interſit. Videtur etiam hoc datum eſſe juri æqualitatis, cujus maxima in contractibus ultrò, citròque obligatoriis habetur ratio: ut ſicut mandator re integra, ſic vice verſa, & hic, qui gratuitum officium ſuſcepit, omnibus integris renunciare poſſit. Paulus *lib. Sent.* 2. *titul.* 15.

c Justa Causa. *L. ſanè*. 23. cum leg. ſeq. *ff. eod.*

§. 7. Mandatum & in diem differri.

Mandatum & in diem differri, & ſub conditione fieri poteſt *a*. In ſumma ſciendum eſt, mandatum, niſi gratuitum ſit, in aliam formam negotii *b* cadere *c*. Nam mercede conſtituta, incipit locatio, & conductio eſſe *d*. Et (ut generaliter dicamus) quibus caſibus ſine mercede ſuſcepto officio, mandati, aut depoſiti contrahitur negotium: iis caſibus interveniente mercede locatio, & conductio contrahi intelligitur *e*. Et ideò ſi fulloni polienda, curandave veſtimenta quis dederit, aut ſarcinatori ſarcienda, nulla mercede conſtituta, neque promiſſa *f*, mandati competit actio *g*.

1. *Conſtituta mercede in mandato, agitur ex conducto: nulla conſtituta, agitur præſcriptis verbis.*

De accidentibus, qualitate, & natura mandati.

a Fieri Potest. Accedere mandato dies, & conditio poteſt. *l.* 1. §. 1. *ff. eod.*

b Aliam Formam Negotii. In aliam ſpeciem contractus.

c Cadere. *L.* 1. §. 2. *ff. eod.*

d Conductio Esse. *D. l.* 1. §. *ult. l. ita*. 36. §. 1. *ff. eod.* ſi quidem res ſit, quæ locari ſolet: nam aliàs contractus eſt innominatus, ut infrà oſtendetur.

e Contrahi Intelligitur. *L. ſi tibi*. 22. *De præſcript. verb.*

f Neque Promissa. Loquitur igitur de gratuita conventione, non ut aliquid daretur, ne tacitè quidem eo acto, alioqui eſſet præſcriptis verbis.

bis . §. 1. ſuprà *De location.*

g Compatit Actio. Ei, qui dedit : alteri verò, qui curavit , nulla mandati actio mercedis nomine datur : cùm mandatum ſit gratuitum . *d. l.* 1. in fin. eòque ad mercedem ex eo agi non poſſit .
2 Quia † tamen hoc factum ejuſmodi eſt, quod locari , & quo nomine merces præſtari ſolet : ideò ſicut conſtituta mercede agitur hoc caſu ex conducto : *l.* 5. §. *at cum. De præſcript. verb.* ita nulla conſtituta, præſcriptis verbis agi poterit : quando id tacitè actum videatur ex pollinctoris , & ſartoris profeſſione , quam non gratuitò , ſed pro mercede exhiberi translatitium eſt: *d. l. ſi tibi* . 22. *ff. De præſcript. verb.* quòd ſi factum ejuſmodi ſit , quod locari non ſolet , nulla certa mercede conſtituta , nihil peti poteſt . *l. qui mutuam* . 56. §. *ult. ff. eod. l. ſalarium* . 17. *C. eod.* niſi extra ordinem ſalarium , quod medicis , advocatis , obſtetricibus , & ſimilibus debetur: quibus favore honeſtæ , ac neceſſariæ Reipublic. profeſſionis extra ordinem jus ſuper ſalario dici ſolemne eſt : maximè quia nec hi quidem ipſi gratis ſtudium , operamque profiteri , ac locare ſuam conſueverunt . *l. ſalarium* . 7. *eod. l.* 1. *C. eodem* . *l.* 1. *De var. & ext. cognit. l. unic. l.* 1. *C. De ſuffrag.* ubi Doctor. De quo *ff. Mandat.* in fin. dixi .

DE OBLIGATIONIBVS QVASI EX CONTRACTV,

Titulus Vigeſimus Septimus.

1. *Continuatio Tituli* .

1 POſt † genera contractuum enumerata , diſpiciamus de iis etiam obligationibus , quæ non propriè quidem ex contractu naſcuntur : ſed tamen quia non ex maleficio ſubſtantiam capiunt , quaſi ex contractu produci videntur : & hoc eſt ex variis cauſarum figuris . *l.* 1. *De oblig. & act.* Vide Montan. *fin. regund. c.* 38. *num.* 13. imò nonnunquam inter contractus referuntur . *l.* 1. §. *debitum. De conſt pecun.* Harum autem ſex ſpecies Juſtinianus hoc in titulo ordine proponit: his annumerari poteſt ſequeſter, qui ex quaſi contractu tenetur. Ang. *l. ſi fidejuſſor.* §. *fin. num.* 1. *Qui ſatiſdar. cog.*

QUaſi contractus eſt *tacita conventio* , *ex qua oritur obligatio præſumptione legis inter ignorantes* , *vel inter invitos* : ideò ad duas Claſſes obligationes ex quaſi contractu redigo : aliæ namque inter ignorantes naſcuntur , ut in *geſtione negotiorum* , & *ſolutione indebiti* ; aliæ verò etiam inter invitos , ut in *adminiſtratione tutelæ* , *Communione rerum* , & *aditione hæreditatis* .
Quare duas Tituli partes conſtituo .

1. De obligationibus ex quaſi contractu inter ignorantes , hoc eſt { Geſtione negotiorum , §. 1. *hoc tit.* Indebiti ſolutione , §. 5. & 6.
2. De obligationibus inter invitos , hoc eſt { Tutelæ adminiſtratione , §. 2. Rerum communione , §. 3. Hæreditatis aditione , §. 4.

§. 1. Poſt genera contractuum enumerata .

POſt genera contractuum enumerata , diſpiciamus etiam de iis obligationibus , quæ quidem non propriè naſci ex contractu intelliguntur : ſed tamen quia non ex maleficio ſubſtantiam capiunt , quaſi ex contractu naſci videntur . Igitur cùm quis negotia abſentis geſſerit , ultrò , citròque inter eos naſcuntur actiones , quæ appellantur negotiorum geſtorum *a* . Sed domino quidem rei geſtæ adverſus eum, qui geſſit , directa competit actio *b* : negotiorum autem geſtori contraria *c* : quas ex nullo contractu propriè naſci manifeſtum eſt : quippe ita naſcuntur iſtæ actiones , ſi ſine mandato quiſque alienis negotiis gerendis ſe obtulerit : ex qua cauſſa ii , quorum negotia geſta fuerint , etiam ignorantes *d* obligantur . Idque uti-

Nn 2 lita-

litatis cauſſa receptum eſt *e*, ne abſentium, qui ſubita feſtinatione coacti, nulli demandata negotiorum ſuorum adminiſtratione, peregrè profecti eſſent, deſererentur negotia: quæ ſanè nemo curaturus eſſet, ſi de eo, quod quis impendiſſet, nullam habiturus eſſet actionem. Sicut autem is, qui utiliter geſſit negotia, habet obligatum dominum negotiorum geſtorum: ita & contrà iſte quoque tenetur, ut adminiſtrationis rationem reddat: quo caſu ad exactiſſimam quiſque diligentiam compellitur reddere rationem: nec ſufficit talem diligentiam adhibere, qualem ſuis rebus adhibere ſolet *f*: ſi modò alius diligentior eo, commodiùs adminiſtraturus eſſet negotia.

1. *Diligentiam exactiſſimam non ſemper leviſſimæ culpa opponi: & quid negotiorum geſtor præſtare debeat. ibid.*

PRima ſpecies, Obligatio negotiorum geſtorum, ex *l.* 5. in princ. *ff. De oblig. & act.*

a NEGOTIORUM GESTORUM. *L.* 2. *& tot. tit. De neg. geſt. d. l.* 5.

b DIRECTA COMPETIT ACTIO. Principalis ex geſtu.

c CONTRARIA. Quæ principalis non eſt, nec ex contractu directo naſcitur, ſed ex poſt facto contrariæ velut exceptio, ſeu compenſatio opponitur: ut ſervetur indemnis is, qui in rem alienam impendit, *l.* 5. *Depoſ.* velut & ſuprà de contrariis mandati diximus, cui valdè hoc negotium affine eſt.

d IGNORANTES. Contra rationem juris, quo abſque conſenſu ſuo nemo obligatur.

e RECEPTUM EST. *D. l.* 5. Cauſa finalis.

f ADHIBERE SOLET. Hinc † liquet, exa- 1
ctiſſimam diligentiam non ſemper leviſſimæ culpæ opponi. Res autem in geſtore ita ſe habet, ut regulariter dolum, & colpam etiam levem præſtare debeat. *l. ſi negotia. De neg. geſt.* non enim eadem in cauſa eſt, qua depoſitarius, ut de dolo tantummodò teneatur, quaſi alteri officio ſuo inſerviat. *l. contractus.* 23. *De reg. jur.* quando cum illo dominus non contrahat, neque illi quippiam rerum ſuarum commendet. Quamobrem alienis negotiis abſque diligentia boni patrisfamilias immiſcere ſe non debet. Sed ne quidem hæc mediocris hominis diligentia ſufficerit, ſiquidem alius diligentior rectius curaturus erat: quando in culpa ſit, qui meliori locum non dederit: eòque leviſſimæ hoc caſu culpæ, ſi modò alius, qui ſe obtulerat, ea vacare potuiſſet, obnoxius erit. *l. tutori.* 20. *C. De neg. geſt. l. ſi pupilli.* 6. *§. fin. ff. eod.*

§. 2. Tutores quoque.

TVtores quoque, qui tutelæ judicio tenentur, non propriè ex contractu obligati intelliguntur: nullum enim negotium inter tutorem, & pupillum contrahitur *a*: ſed quia ſanè non ex maleficio *b* tenentur, quaſi ex contractu teneri videntur *c*. Et hoc etiam caſu mutuæ ſunt actiones. Non tantùm enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem: ſed & ex contrario tutor cum pupillo habet contrariam tutelæ, ſi vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem ſuam creditoribus ejus obligaverit *d*.

SEcunda ſpecies, Obligatio tutelæ. *d. l.* 5. *§. tutelæ.* 1. *De obligat. & actio.*

a CONTRAHITUR. Ac ne poteſt quidem abſque alio auctore, *d. l.* 5. *§.* 1. *l.* 5. *De auct. tut.*

b EX MALEFICIO. Verùm ex officio, publica auctoritate impoſito. ſupr. *De exc. tut.* in princ.

c VIDENTUR. *D. l.* 5. *§.* 1.

d OBLIGAVERIT. *L.* 1. *De contr. jud tutel.* ne officium illi ſuum ſit damnoſum. *l. ſed ſi quis.* 7. *Quem. teſtament. aperian. l. ſancimus.* 25. *C. De adm. tut.*

§. 3. Item

§. 3. Item ſi inter aliquos communis res.

ITem ſi inter aliquos communis res ſit ſine ſocietate *a*: veluti quòd pariter eis legata, donatave eſſet *b*, & alter eorum alteri ideò teneatur communi dividundo judicio, quòd ſolus fructus ex ea re perceperit, aut quòd ſocius ejus ſolus in eam rem neceſſarias impenſas fecerit *c*: non intelligitur propriè ex contractu obligatus eſſe: quippe nihil inter ſe contraxerunt. Sed quia ex maleficio non tenetur: quaſi ex contractu *d* teneri videtur. Idem juris *e* eſt de eo, qui cohæredi ſuo familiæ erciſcundæ judicio ex his cauſis obligatus eſt *f*.

TErtia ſpecies ex communione rei: & quarta, ex communi hæreditate.

a Sine Societate. Ex qua oritur, non ex quaſi, ſed vero contractu obligatio, & actio. Societas autem conſenſu initur: abſque ſocietate res communis fit, quando ſine conſenſu, & voluntate dominorum inducitur communio. *l. 2. Com. divid.*

b Donatave Esset. Atque ita res illis abſque voluntate ex alterius teſtamento facta communis: ut ſocietas, quæ ſolo conſenſu conſtat, contracta videri non poſſit.

c Impensas Fecerit. Tum ex re venit actio, ligans etiam furioſum, *l. furioſus. 46. De oblig. & act.*

d Quasi Ex Contractu. *L. 2. & 3. ac tot. tit. ff. Com. dividun.*

e Idem Juris. Quarta ſpecies ſuperiori quàm ſimillima.

f Obligatos Est. *L. heredes. 25. §. non tantum. 13. & tot. tit. ff. Famil. erciſc.*

§. 4. Hæres quoque legatorum nomine.

HÆres quoque legatorum nomine *a* non propriè ex contractu obligatus intelligitur: (neque enim cum hærede, neque cum defuncto ullum negotium legatarius geſſiſſe propriè dici poteſt:) & tamen quia ex maleficio non eſt obligatus, quaſi ex contractu *b* debere intelligitur *c*.

1. *Hæredem nomine debitorum verè obligari: legatorum nomine quaſi ex contractu tantùm. & num. 2.*

QUinta ſpecies, Ex aditione hæreditatis.

a Legatorum Nomine.
1 Rectè. Nam † debitorum nomine æquè ex contractu tenetur, atque defunctus, in cujus locum ſuccedit, & cujus perſonam repræſentat *l. qui in jus. De reg. jur.* ideòque omnia ejus jura activè, & paſſivè in ſe ſuſcipit. *tot. tit. C. Ut act. ab hered. l. 2. l. ult. C. De hered. act. l. ea que. 6. C. Famil. erciſc. l. 2. C. De pact. int. empt.* cum ſimil. idque indicant verba ſequentia; *neque cum defuncto ullum negotium, &c.* & vel antiquiſſima Lex 12. Tabul. hæredem ſolutioni æris alieni, quod defunctus reliquit facere obnoxium teſtatur. *l. ult. C. De hered. act.*

b Quasi Ex Contractu. Hoc eſt, aditione † hæreditatis ſpontanéa, quæ illum actioni- 2
bus iſtis teſtamentariis ipſiuſmet voluntate conſtringit, *§. pen. & ult.* ſupr. *De hæred. qual. l. pro hærede. 20. & tot. tit. De acquir. hæred.* qui quaſi quidam contractus eſt non verus, cùm unius voluntate conſtet aditio, *d. §. pen. & ult.* abſque pactione, & conſenſu plurium: quomodò veri contractus conſtituuntur. *l. 1. §. 1. & §. ult. De pact. l. Labeo. 19. De verb. ſign.*

c Intelligitur. *L. 5. §. hæres. 2. De oblig. & act.* Adeundo igitur ſe in omnes defuncti obligationes induit, & verè cum creditoribus defuncti contrahit, quoniam hujus perſonam induit. *l. ex qua perſona. 149. De reg. jur.* & hujus ſe obligationibus conſtringit. *l. pen. C. De hæred. act.* cum legatariis porrò, & cohæredibus, quibus defunctus non fuit obligatus, quaſi contrahit, novum velut contractum, novamque obligationem init.

§. 5. Item is.

Item is, cui quis per errorem non debitum ſolvit; quaſi ex contractu debere videtur. Adeò enim non intelligitur propriè ex contractu obligatus, ut ſi certiorem rationem ſequamur: magis (ut ſuprà diximus *a*) ex diſtractu, quàm ex contractu poſſit dici obligatus eſſe *b*. Nam qui ſolvendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur *c*, ut diſtrahat potiùs negotium, quàm contrahat *d*. Sed tamen perinde is, qui accipit, obligatur, ac ſi mutuum ei daretur; & ideò condictione tenetur *e*.

1. *Solvens indebitum ex quaſi contractu tenetur.*

Exta ſpecies, Ex indebiti ſolutione.

a Ut Supra Diximus. §. 2. *Quib. mod. re contrah.*

b Obligatui Esse. *D. l. 5. §. is quoque*. 3. idque † reſpectu
1 cauſæ efficientis, ſeu conventionis, de qua hìc agitatur, & qua ratione ſola quaſi contractus à contractibus toto hoc titulo diſterminantur. Nam reſpectu effectus, & debitionis, diximus reipſa hoc caſu induci obligationem. §. 2. ſup. *Quib. mod. re' contrah.* Quod omnibus his quaſi contractibus ferè commune eſt ex æquitate naturali, ne quis cum alieno damno locupletetur. *l. nam hoc.* 14. *De cond. indeb.* ideòque reſpectu hujus effectus, quaſi contractus appellantur, quòd ſcilicet more contractuum, obligationem, actionemque producant. Pomponius tacitam obligationem vocat in *l. is qui*, 13. *§. alt. Commoda.*

c Dare Videtur. Non debent actus operari ultra intentionem agentium. *l. non omnis*. 19. *Si cert. pet.* Cùm igitur voluerint partes non contrahere, ſed potiùs diſtrahere, non poteſt verè dici contra eorum intentionem ex contractu hìc obligationem naſci.

d Quam Contrahat. Ut contractus eſt *συνάλλαγμα*, ita ſolutio *διάλλαγμα*. Cujac. *Obſerv. lib.* 5. *cap.* 36.

e Condictione Tenetur. Reſpectu igitur effectus, hoc eſt, obligationis, & conventionis re contractum videri poteſt: eòque & ſup. tit. *Quib. mod. re.* & in *ff.* ac *C.* poſt tractatum mutui, videre licet condictionum indebiti materiam quaſi conjunctam illi ſtatim ſubjungi.

§. 6. Ex quibuſdam tamen cauſis.

Ex quibuſdam tamen cauſis repeti non poteſt, quod per errorem non debitum ſolutum ſit. Sic namque definierunt veteres, Ex quibus cauſis inficiando lis creſcit, ex iis cauſis non debitum ſolutum repeti non poſſe *a*: veluti ex lege Aquilia *b*, item ex legato *c*. Quod veteres quidem in iis legatis locum habere voluerunt, quæ certa conſtituta, per damnationem cuiquam legata fuerant *d*. Noſtra autem conſtitutio *e*, cùm unam naturam omnibus legatis, & fideicommiſſis indulſit *f*, hujuſmodi augumentum in omnibus legatis, & fideicommiſſis extendi voluit. Sed non omnibus legatariis hoc præbuit, ſed tantummodò in iis legatis, & fideicommiſſis, quæ ſacroſanctis Eccleſiis, & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis, vel pietatis intuitu honorantur, relicta ſunt: quæ ſi indebita ſolvantur, non repetuntur.

Digitized by Google

1. *Ex quibus cauſis inficiando lis creſcit, ex iis indebitum repeti non poſſe.*

EXceptio à §. ſuperiore.

a Repeti Non Posie. 1 Quia † de dubio litis eveotu, *l. quod debetur*. 51. *De pecul.* qui creſcere poteſt in duplum, transactum potiùs, quàm indebitum ſolutum videtur *l.* 4. *C. De condict. indeb.* Ex cauſa aotem tranſactionis ſolutum ut iodebitum repeti noo poteſt: eùm ipſa tranſactio ſit juſta debitionis cauſa, *l.* 1. & 2. *C. De cond. indeb. l.* 2. *l. tranſactio*. 38. ubi Jaſ. & DD. *C. De tranſact. l. ſi tranſactionis*. 11. *C. De non num. pecun.*

b Leoe Aquilia. *L.* 4. *C. De leg. Aquil.*

c Item Ex Legato. Ex depoſito ob ruinam, incendiom, naufragium, §. *in duplum*. 19. infr. *De actio.* ex legato damnationis tantùm. Cujac. *Obſer.* 14. *cap.* 36.

d Legata Fuerant. Paul. *lib. Sent.* 1. *cap.* 19. Nam ipſa forma legandi pœnam minari videbatur, damnatione facta velut ex judicato, eujus actio eodem modo inficiatione in duplom ereſcebat. Paul. *praalleg. loc*, quam damnationem ex teſtatoris voluntate lex exequebatur.

e Noitra Constitutio. Quæ non extat: ejus tamen fit mentio in *d.* §. *in duplum*. inf. *De actio.*

f Indulsit. Idem hoc expreſſum eſt in *l.* 1. & 2. *C. Com. de legat. l.* 1. §. ſup. *De legat.*

PER QVAS PERSONAS NOBIS OBLIGATIO ACQVIRITVR.

Titulus Vigeſimus Octavus.

1. *Continuatio Tituli.*

1 VT ſuprà † poſt enumeratos modos acquirendi per ſe dominii, ſubjicitur titulus oſtendens, quo pacto per alios acquiratur: ita hoc loco, poſteaquam expoſitum hacteous fuit de obligationibus, quæ ex contractu eojuſqoe, vel quaſi contrahuotur, pro concluſione ejus ſubjicitur titulus de obligationibus, quæ ex contractu alieno, puta filiifam. ſervi veri, putativi, commonis, nos obligant: de quibus ordine hoc in titulo tractatur.

TItulum in tres partes ſegrego.

1. Qualiter per filiumfamilias, vel ſervum verum nobis acquiratur obligatio, §. 1.
2. Qualiter per ſervum putativum, vel uſufructuarium. §. 2.
3. Qualiter per ſervum communem. §. *ult.*

§. 1. Expoſitis generibus obligationum.

EXpoſitis generibus obligationum, quæ ex contractu, vel quaſi ex contractu naſcuntur: admonendi ſumus acquiri nobis non ſolùm per noſmetipſos, ſed per eas quoque perſonas, quæ in noſtra poteſtate ſunt, veluti per ſervos, & filios noſtros: ut tamen, quod per ſervos noſtros nobis acquiritur, totum noſtrum fiat *a*: quod autem per liberos, quos in poteſtate habemus, ex obligatione fuerit acquiſitum, hoc dividatur ſecundum imaginem rerum proprietatis, & uſusfructus, quam noſtra decrevit conſtitutio *b*: ut quod ab actione commodum perveniat, hujus uſumfructum quidem habeat pater, proprietas autem filio ſervetur, ſcilicet patre *c* actionem movente *d*, ſecundum novellæ *e* noſtræ conſtitutionis *f* diviſionem.

1. No-

1. *Novellarum appellatio.*

DE obligatione, quæ per ſervos, & filiosfamilias acquiritur.

a Totum Noſtrum Fiat. *L.* 1.2. *& tot. tit. De ſtipul. ſerv.* & expoſitum eſt ſup. *eod. tit.*

b Conſtitutio. *L. cum oportet.* 6. *C. De bon. quæ lib.*

c Patre. Volente acquirere uſumfructum, ut paulò antè poſuit: nam ſi cùm repudiet, filius agit, & defendit, conſentiente tamen patre, *l. ult. C. eod.*

d Actionem Movente. Conſenſu filii.

e Novellae. Novellam † vocat, ut quæ la- 1
ta ſit priore Cod. jam edito, qui ſolus tunc, cùm hæc ſeriberentur, pro Codic. erat. Nam conſtitutiones poſteà latæ, Novellæ dicebantur, donec ſecunda editione in Codic. fuerunt inſertæ, *l. quoniam novella.* 29. *C. De inoff. teſtam.* quomodo nunc conſtitutiones poſt hunc ſecundum Codicem editæ, Novellarum titulo circumferuntur, *tot. lib. Novell.*

f Conſtitutionis. *D. l. ult. C. De bon. quæ lib.*

§. 2. Item per liberos homines.

ITem per liberos homines *a*, & alienos ſervos, quos bona fide poſſidemus, acquiritur nobis: ſed tantùm ex duabus cauſis; id eſt, ſi quid ex operis ſuis, vel ex re noſtra acquirant *b*: per eum quoque ſervum *c* in quo uſumfructum, vel uſum habemus, ſimiliter ex duabus iſtis cauſis nobis acquiritur.

DE obligatione, quæ per ſervum uſufructuarium, & liberos homines bona fide ſervientes acquiritur.

a Liberos Homines. Obligatio per liberas perſonas non ſemper acquiritur *l. ſolutum.* 11. § *pen. De pign. act.*

b Acquirant. *L. acquiritur.* 10. §. 4. *De acquirend. rerum domin.* & dictum eſt ſuprà ad titulum *Per quas perſonas nobis acquir.* §. 4.

c Servum. Nam & hic alienus eſt, & de eodem diximus loco jam indicato.

§. 3. Communem ſervum.

COmmunem ſervum pro dominica parte dominis acquirere certum eſt *a*: excepto eo, quod nominatim uni ſtipulando, aut per traditionem accipiendo *b*, illi ſoli acquirit: veluti cùm ita ſtipulatur; *Titio domino meo dare ſpondes?* Sed ſi domini unius juſſu ſervus fuerit ſtipulatus, licet anteà dubitabatur: tamen poſt noſtram deciſionem *c* res expedita eſt, ut illi tantùm acquirat, qui hoc ei facere juſſit, ut ſuprà dictum eſt.

AGitur de obligatione, quæ per communem ſervum acquiritur.

a Certum Est. *L.* 5. & 7. *De ſtipul. ſerv.*

b Accipiendo. Accipiendo rem, domino acquirit dominium, reſpectu rei: de quo ſup. *tit. Per quas perſon.* § *per traditionem.* 33. ſupr. *De rer. diviſ.* Obligationem verò (qua de re hic agitur) reſpectu evictionis, & ſi quid vitii prætereà traditioni inſit, *l. Julianus.* 131. §. 1. *De verbor. obligat. tot. tit. De evict. De ædil. edict. &c.*

c Deciſionem. *L. ult. C. Per quas perſon. nob. acquir.*

QVIBVS MODIS OBLIGATIO TOLLITVR.

Titulus Vigeſimus Nonus:

1. Continuatio, & diſpoſitio Tituli.

1 EXpoſitis † generibus obligationum, quæ ex contractu naſcuntur, commodùm ſubjungitur antitheſis, quomodo hæ ipſæ obligationes quaſi per diſtractum ex partium voluntate diſſolvantur: ut in *l. ab emptione*. 58. *De pact. tot. tit. ff. & C. De reſcinden. vend.* nam contraria, ut dicitor, juxta ſe poſita, magis eluceſcunt. Traduntur autem hìc quinque modi obligationis diſſolvendæ: duo naturales, ſeu juris gentium, videlicet Solutio, & Contrarius conſenſus: reliqui civiles, Acceptilatio, Novatio, Delegatio: qui etiam ſatisfactiones appellantor, *l. ſatisfactio*. 52. *De ſolut.* de quibus ordine in hoc titulo. Etſi verò his quoque modis obligationes etiam criminales, de quibus paulò pòſt videbimus, tolluntur: tamen opportunior hic tractationis iſtius viſus eſt locus: propter eà quòd ſicut ſuperiores obligationes ex contractu, ſic & hi contrarii earum ſolvendarum modi ex diſtractu partium voluntate conſtituantor: quia etiam obligationes ex delicto non ſemper hiſce modis impunè tolli poſſunt, *l. 4. §. ult.* cum leg. ſeq. *De his qui not. infam. l. tranſigere*. 18 ubi Jaſ. *C. De tranſact.* Tempus non modus tollendæ obligationis, *l. obligationum*. 44. *§. placet. De obligat. & actio.* ideò debitum in multos annos dilatum durare præſumitur, donec probetur ſolutio. *l. debitor. De verbor. ſignificat.* Pariſ. *conſil.* 99. *num.* 9. *lib.* 3.

HUjus Tituli duæ ſunt partes.

1. Modos tollendæ obligationis naturales, ſeu juriſgentium exhibet { Solutionem, §. 1. Contrarium conſenſum, §. ult.

2. Modos civiles { Acceptilationem, §. 2. Novationem, §. 3. & 4.

§. 1. Tollitur autem omnis obligatio.

TOllitur autem omnis obligatio *a* ſolutione *b* ejus, quod debetur *c*: vel ſi quis, conſentiente creditore *d*, aliud pro alio ſolverit *e*. Nec intereſt, quis ſolvat: utrum ipſe, qui debet, an alius pro eo. Liberatur enim & alio ſolvente: ſive ſciente debitore, ſive ignorante, vel invito *f* ſolutio fiat *g*. Item ſi reus ſolverit, etiam ii, qui pro eo intervenerunt, liberantur *h*. Idem ex contrario contingit, ſi fidejuſſor ſolverit: non enim ipſe ſolus liberatur, ſed etiam reus *i*.

1. Primus modus tollendæ obligationis naturalis, Solutio.

2. Solutio rei debitæ fieri poteſt invito creditore.

PRimus modus, Solutio.

a OBLIGATIO. *L. prout*. 60. *De ſolut.*

1 *b* SOLUTIONE. Primus † modus tollendæ obligationis naturalis. *l. ult.* verb. *tibi naturaliter liberationem conſecuto*. *C. Ad exhib.* quocirca & inſtrumenta huc pertinentia annihilantur, Gloſſ. *c. 4.* verb. *reſignavit*. *De pact.* & repeti poſſunt *d. l. ult. l. 2. C. De cond. ex leg.* liberat tamen & civiliter Gloſſ. *d. l. ult.* verb. *naturaliter*. Solvere dicimus eum, qui fecit, quod facere promiſit, *l. ſolutionis*. 176. *De verb. ſign.* Solùtio igitur relativè, hoc eſt, quoties ad ſubſtantiam obligationis, ut ait Paulus, & effectum ejus ſolvendæ refertur, omnem liberationem complectitur, *l ſolutionis*. 54. *De ſolut. d. l. ſolutionis*. 176. & in *rub. ff. De ſolut.* Corne. *conſ. 3. vol. 4.* etiam compenſationem *l. 4.* ubi Gloſſ. & Bart. *Qui pot. in pig. haben.* Jaſ. *l. ſi unus*. 28. § *pactus*. *num.* 13. io fin. *De pact.* Sed enim opponitur reliquis ſolutionum modis, naturalem pecuniæ debitæ numerationem ſignificat, ut hìc & in *l. pen. l. ſatisfactio*. 52. *De ſolut.* Dico dationem, *l. ultim. De cond. cauſ. dat.* potiùs, quàm reſtitutionem: quia omnis ſolutio non

idem

idem reddit, ut fit in reſtitutione, *l. reſtituere*. 75. & 35. *De verb. ſignificat. l. qui reſtituere*. 68. *& tot. tit. De rei vindicat.* ſed tantundem in eodem genere. Senec. *lib.* 6. *De benefic.* Eſt igitur ſolutio ejus, quod debetur, naturalis, ſeu (ut nunc loquimur) præſtatio, ſeu redditio: nam reddere tàm reſtitutionem, quàm dationem ſignificat, *l. verbum*. 94. *De verborum ſignific.* Apocha non liberat debitorem, ſed ſolutio: quæ ſi non intervenerit, apocha nullius eſt momenti, ſi modò intra 30. dies querela fuerit propoſita non ſolutæ pecuniæ, Cujac. *Obſerv.* 18. *cap.* 2. quo non facto tollit obligationem, *l. Lucius*. 46. *§. tutelæ. De admin. tutor.*

c Quod Debetur. Et cùm ei ſolvitur, cui debetur *c.* 22. *De jurejur.*

d Creditore. Aliàs contrà. *L.* 2. *§.* 1. *Si cert. pet. l. cum*. 16. *C. De ſolut.*

3 *e* Solverit. Solutio † rei debitæ fieri poteſt invito creditore, ſaltem per oblationem, & depoſitionem, quæ ipſa pro naturali ſolutione eſt, *l. obſignatione*. 9. *C. De ſolut. l. acceptam*. 19. *C. De uſur.* rei non debitæ nonniſi eo conſentiente, *l. ſi ei*. 25. *ff. De jur. dot. l. manifeſti*. 17. *C. De ſolut. l. manifeſti*. 17. *C. De ſolut.* aut judice inſolutum dante. Auth. *Hoc niſi*. *C. De ſolut. c.* 3. Extr. *eod.*

f Vel Invito. Invito igitur hìc beneficium datur, contra *l. invito*. 69. *De regul. jur.* quia ejus acceptione, & [illegible] non eſt hìc opus, ut in donatione, *d. l. invito*. *De reg. jur.* quæ cum donatario inſtar contractus celebratur. *§.* 2. ſupr. *De donat.* non enim cum debitore, ſed cum creditore negotium hìc geritur: cui velut domino obligationis ſufficit ſatisfieri: quique ut diſtrahere poteſt obligationem, invito debitore, *l. nomina*. 17. *& tot. tit. De hered. vend. l.* 3. *C. eodem*, ita & ſolvere.

g Solutio Fiat. *L. ſolutione*. 23. *l. ſolvere*. 53. *l. ſi pro me*. 40. *ff. eod. l. ſolvendo*. 39. *De neg. geſt.* non tamen, qui eo prohibente ſolvit, habet negotii geſti actionem, *l. ult. C. De neg. geſt.*

h Liberantur. *L. in omnibus*. 43. *ff. eod.* ex ratione *l. cum principalis*. 178. *De reg. jur.* & quia fidejuſſio abſque obligatione, cui accedat, ſubſiſtere nequit, *§.* 1. & 2. ſup. *De fidejuſſ.* Ea autem obligatio ſolvitur ſolutione.

i Sed Etiam Reus. *L. cum is*. 36. *De fidejuſſor.* Reſpectu creditoris, & conſiderato effectu, non etiam ipſo jure: quia non ejus nomine ſolutio facta eſt, ſed ſolventis, *l. Papinianus*. 28. *ff. Mandat.* Quare ſi actum ſit, ut ſolventi cedantur actiones, conveniri his poterit, *l. cum is qui*. 36. *De fidejuſſor. l. Stichum*. 95. *§. ſi mandata*. 8. *De ſolut.* Verùm hac de re hìc tractatio non eſt inſtituta, ſed tantùm de obligatione creditori conſtituta, quomodo ſcilicet ea ſolutione diſſolvatur: quo reſpectu veriſſimum eſt, etiam reum hac fidejuſſoris ſolutione, à creditore, & obligatione, qua ei tenetur, liberari.

§. 2. Item per acceptilationem.

ITem per acceptilationem tollitur obligatio. Eſt autem *a* acceptilatio, imaginaria *b* ſolutio *c*. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur *d*, id ſi velit Titius remittere, poterit ſic fieri, ut patiatur hæc verba debitorem dicere *e*: *Quod ego tibi promiſi, habeſne acceptum?* & Titius reſpondeat: *Habeo*. Sed & Græcè poteſt acceptilatio fieri *f*: dummodò ſic fiat, ut latinis verbis ſolet: ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών. Quo genere (ut diximus) tantùm eæ ſolvuntur obligationes, quæ ex verbis conſiſtunt, non etiam cæteræ *g*. Conſentaneum enim viſum eſt *h*, verbis factam obligationem *i*, aliis poſſe verbis diſſolvi. Sed & id k, quod alia ex cauſa debetur, poteſt in ſtipulationem deduci, & per acceptilationem diſſolvi *l*. Sicut autem quod debetur, pro parte rectè ſolvitur *m*: ita in partem debiti acceptilatio fieri poteſt *n*. Eſt autem prodita acceptilatio, quæ vulgò Aquiliana appellatur, per quam contingit, ut omnium rerum obligatio in ſtipulatum deducatur *o*, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renovat omnes obligationes *p*, & à Gallo Aquilio *q* ita compoſita eſt: Quicquid te mihi ex quacunque cauſa *r* dare facere oportet *ſ*, oportebitve *t* præſens, in diemve, quarumcunque rerum mihi tecum actio *u* eſt, quæque adverſus te petitio *x*, vel adverſus te perſecutio *y* eſt, eritve, quodve tu meum habes *z*, tenes *aa*, poſſides *bb*, dolove malo feciſti, quo minus poſſideas *cc*: quanti, quæque earum rerum res

erit,

erit , tantam pecuniam dari ſtipulatus eſt Aulus Agerius , ſpopondit Numerius Nigidius (quod Numerius *dd* Nigidius Aulo Agerio ſpopondit , id haberetne à ſe acceptum , Numerius Nigidius Aulum Agerium rogavit. Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit .)

1. *Acceptilatio unde dicta: ejus definitio, nu. 1. forma, nu. 4*
3. *Acceptilatio ejuſdem effectus, cujus ſolutio,*
5. *Acceptilatio an Græcè fieri poſſit .*
6. *An ſolutio partis invito creditore fieri poſſit .*

SEeundus modns tollendæ obligatioois , qui civilis eſt , *l. actus . 77. De reg. jur.* nempe
1 Acceptilatio: † quæ dicta eſt ab eo , quòd ſit confeſſio quaſi rei acceptæ . Acceptum enim ferre , eſt confiteri ſe acce-piſſe , quod non accepit , *l. ex pluribus . 89. De ſolut. l. ſervus . 6. De manumiſſ. l. talis . 48. §. 1. De jur. dot. l. cum & ſortis . 35. De pign. act.* De hac vide Cujac. *lib. obſer. 5. cap. 36.* Noo eſt contractus, quamvis ſtipulatione contrahatur , quia liberat, oon obligat magis etiam, quàm tranſactio .

2 *a* Est Aotem. Modeſtin. Acceptilatio † eſt liberatio per mutuam interrogationem , qua utriuſque contingit ab eodem nexu liberatio , *l. 1. De accept.* quæ videtur eſſe potiùs definitio Aquilianæ ſtipulationis : de qua paulò pòſt , *l. pen. De ſolut.*

b Imaginaria. Reſpectu materiæ , & ormæ .

3 *c* Solutio. Reſpectn † effectus : quia tantundem præſtat , quantum ſolutio , & æquè obligationem ipſo jure tollit , *d. l. ſi unus . 27. §. ſed ſi ſtipulatus . De pact.* eòque ſolutionis verbo venit , *d. l. ſolutionis, 54. l. pen. De ſolut.*

d Desetur. Nam reliquæ obligationes hoc modo ſolvi neqneunt , ut paulo pòſt indicabitur.

4 *e* Dicere. Forma † acceptilationis : de qua ad tit. *De accept.* dixi io Parat.

f Acceptilatio Fieri. *L. an inutilis. 8.*
5 *in fin. De acceptilat.* † Dubitationem faciebat , quòd ut actus legitimus civilis , & ſolemois *l. ultim.* ubi Gloſſ. *C. De revocand. iis , quæ in fraud. cred.* tantùm civibus Roman. eſſe proprius , & Latina ſolùm lingua concipi oportere videbatur, quemadmodum eadem ratione nec legata olim aliter, quàm Latinis verbis poterant relinqui . Ulpiao. *tit. 25.* Sed cùm cives Romani erebrò cum peregrinis contrahant , eòque promiſcuus ex jure gentium eſſe debeat contractuum uſus : factum eſt, ut & peregrini ſtipulari , & peregrina lingua ſtipulatio fieri poſſit , §. 1. ſup. *De verb. oblig.* & cùm eadem contrariorum ſit doctrina , idem in acceptilatione receptum eſt, quæ hoc reſpectu juris eſſe gentium perbibetur , *l. an inutilis . 8. §. ult. De acceptil.*

g Caeterae. *D. l. 8. §. 2.*

h Visum Est. Ex regula *l. ferè . 153. l. nihil tam naturale . 35. De reg. jur. l. ab emptione . 58. De pactis .*

i Factam Obligationem Verbis. Et non aliam ; quæ cùm re , aut alio quàm verbis modo conſtat , ſolis verbis tolli nequit , *d. l. ab emptione.* ex regula contrariorum , *d. l. ferè . d. l. nihil tam naturale .*

k Sed Et Id. Remedium , quo obligatio alio, quàm verbis , modo contracta poſſit acceptilatione tolli .

l Dissolvi. *L. prout . 80. De ſolut. l. 4. & 5. De tranſact.*

m Pro Parte Solvitur. *L. ſtipulatus . 9. §. 1. De ſolut.* ut ſcilicet pro parte perimatur obligatio: nam de hoc ſolùm toto hoc titulo agitur . Utrum † autem ſolutio partis invito credito- 6
ri fieri poſſit , alia quæſtio eſt . Verius autem videtur non poſſe . *l. tutor . 41. §. Lucius . De uſur. l. 2. §. 1.* ubi Jaſ. *num.* 10. eum ſequent. & Duare. *De verbor. obligat.* ac ibidem Molin. & in *tractat. De uſur.*

n Fieri Potest. Ad tollendam pro parte obligationem , *l. pars . 9. De acceptilat.*

o Deducatur. Atque ita fiat obligationis novatio : quod fieri permittitur , quia quælibet obligatio novari , & in ſtipulationem transfundi poteſt , *l. 1. De novat.* ubi vide Parat.

p Obligationes. *L. & uno . 18. De acceptilat.*

q Gallo Aquilio. I. C. nobili , qui in prætoria juriſdictione regnum tenuit , & à Cicerone propter æquitatem , &c. ſæpiùs celebratur.

r Quacunque Causa. Contractu , delicto, &c.

ſ Oportet. Præſeoti obligatione .

t Oportebitve. Io diem , vel ſub conditione. *l. quod in diem 12. De acceptilat. l. ſub conditione . 16. De ſolut.*

u Tecum actio. In perſonam .

x Petitio. In rem .

y Persecutio. Extraordinaria actio . Ita omnia genera actionum complectitur: de quibus io *l. actio . 28. De obligat. l. pecuniæ . 178. §. 2. De verb. ſignific.*

z Meum Habes. Jus ſcilicet , aut rem : qua parte omnia judicia poſſeſſoria comprehendit.

aa Tenes. Corpus aliquod etiam abſque poſſeſſiooe, ut depoſitarius , colonus , &c. *l. 3. §. illud . 13. De acquir. poſſeſſ. l. 2. C. De præſcript. 30. annor.*

bb Possides. Tuo nomine: aliud enim eſt tenere , aliud poſſidere , *l. 3. §. Labeo . l. quod meo . 18.* in princ. *l. ſi quis . 10. De acquir. poſſeſſ.* ubi dixi , *l. officium . 9. De rei vindic.*

cc Possideas. Hæc non tàm ſunt neceſſitatis , quàm diligentiæ , & cautionis , ut ait Hotomanus .

dd Quod Numerius. Hunc verſ. qoi ita extat . in *d. l. & uno . De accept.* aliter legunt Cujac. & Con. ſed ſenſus idem eſt .

§. 3. Præ-

§. 3. Præterea novatione.

PRæterea novatione tollitur obligatio: veluti ſi id, quod tu Sejo debebas, à Titio dari ſtipulatus ſis *a*. Nam interventu novæ perſonæ, nova naſcitur obligatio: & prima tollitur *b*, tranſlata in poſteriorem *c*: adeò, ut interdum, licet poſterior ſtipulatio inutilis ſit, tamen prima novationis jure tollatur: veluti ſi id, quod tu Titio debes, à pupillo ſine tutoris auctoritate ſtipulatus fuerit: quo caſu res amittitur. Nam & prior debitor liberatur *d*, & poſterior obligatio nulla eſt *e*. Non idem juris eſt, ſi à ſervo quis fuerit ſtipulatus. Nam tunc prior perinde obligatus manet *f*, ac ſi poſteà nullus ſtipulatus fuiſſet *g*. Sed ſi eadem perſona ſit *h*, à qua poſteà ſtipuleris *i*: ita demum novatio fit, ſi quid in poſteriore ſtipulatione novi ſit k: fortè ſi conditio, aut dies, aut fidejuſſor *l* adjiciatur, aut detrahatur. Quod autem diximus, ſi conditio adjiciatur, novationem fieri: ſic intelligi oportet, ut ita dicamus factam novationem, ſi conditio extiterit: alioqui, ſi defecerit, durat prior obligatio *m*.

1. *Tertius, & quartus modus tollendæ obligationis, Novatio, & Delegatio: utriuſque definitio, & differentia.*
2. *Novationis, & acceptilationis diſcrimen.*
3. *Pupillum novare non poſſe.*
4. *Cur ſervus novare nequeat.*
5. *Novationem verbis tantum induci: hodie tamen nudo quoque pacto, abſque ſtipulatione.*
6. *Fidejuſſorem novationem non inducere.*

1 TErtius, & quartus modus tollendæ obligationis † Novatio, & Delegatio, de quibus promiſcuè hic tractatur, quia plerunque in idem concurrere, & ſimul in eodem actu adhiberi, ac exiſtere ſolent: ac utriuſque eadem ferè eſt ratio, natura, & efficacia. Differunt tamen ſubjectis, & forma. Novatio à novando dicitur. Nam ut exiſtat, novi aliquid priori obligationi adjici oportet: ut in fin hujus §. ſubjicitur. Bal. *l. novatione*. 4. *C. De fidejuſſ.* Bar. *l. penult. num.* 4. 5. *De præt. ſtipulat.* Eſtque prioris debiti in aliam obligationem, ſtipulatione facta, transfuſio, atque translatio. *l.* 1. *ff. De nova.* ubi eſt expoſitum. Hodie etiam quovis fit contractu, Bar. *l. ſingularia.* 15. *n.* 10. ubi DD. *Si cert. pet.* & *l.* 1. *De novat.* Dec. *conſil.* 421. *Plenè. num.* 17. cùm merito pacta quoque noviſſima prioribus derogare debeant, *l. pacta noviſſ.* 12. *C. De pact.* Delegare eſt vice ſua alium reum creditori dare. *l. delegare.* 11. *De novat.* Delegatio eſt novatio, per ſtipulationem interventu novæ perſonæ facta. In delegationem quippe nova ſemper perſona ſubintrat: in novationem non item, quod etiam inter perſonas eaſdem poteſt celebrari. Hæc ſubeſſe hodie, niſi expreſſa ſit, non præſumitur: eòque nec prior obligatio deletur. *l. ultim. C. eod.* §. *ſeq. hoc tit. l. ſi delegatio*. 3. ubi Sal. *num.* 3. *C. De novat.* Alex. *conſil.* 173. *Viſis. num.* 4. 5. 6. 7. *vol.* 7. & *conſil.* 60. *Viſo. num.* 2. *vol.* 6. ne ope quidem exceptionis: ut dicit communem Alex. *conſil.* 72. *Viſis. num.* 1. *vol.* 2. Cæterùm per delegationem, cùm pro præſtatione, ſit *l. quod debetur.* 51. *De pecul.* ſemper inducitur novatio, non modò jure veteri, *l.* 2. *C. De novat.* ſed etiam novo. Bart. in *d. l. ſingularia. num.* 19. & ibidem Jaſ. *num.* 38. & 39. *Si cert. pet.* Dec. *conſil.* 421. *Plenè. num.* 16. & 17. ex DD. Bart. in *l. delegare.* 11. *De novat.* Alexand. *conſil.* 173. *Viſis. num.* 2. *vol.* 7. & *conſil.* 10. *Viſis. num.* 1. *vol.* 2. *conſil.* 60. *Viſo. num.* 1. *vol.* 6. Hinc Gloſſ. *l.* 3. *C. De novat.* Ubicunque, inquit, eſt delegatio, eſt novatio: ſed non convertitur.

a STIPULATUS SIS. Delegatio hæc eſt, cui tamen novatio ineſt: ut paulò antè diximus.

b PRIMA TOLLITUR. Verbis † contrahitur novatio, & tamen qualemcunque obligationem tollit: quod ſecus eſt in acceptilatione. Non enim verè, neque ſemper tollit illa, ut hæc, obligationem, ſed tantummodò per accidens, transferendo priorem in poſteriorem. Translatio enim, & novatio finis eſt hujus actus, non obligationis diſſolutio. Ut igitur ſtipulatio cuilibet obligationi accedere poteſt. *l.* 4. *De uſur. l. juris gentium.* 7. §. *quod ferè. De pact.* ſic & novatio, quæ fit per ſtipulationem. At acceptilationis finis eſt, tollere obligationem. Non igitur tollit, niſi id, quod eo contractum eſt, ex quo acceptilatio conſtat, ſuprà diximus. 2

c IN POSTERIOREM. *L. ſi Titius.* 48. *De fidejuſſ.*

d LIBERATUR. Interventu novæ perſonæ, & jure delegationis, cùm ſatisfactum ſit creditori: cui imputandum eſt, quòd minus idoneam perſonam obligationis ſuccedaneam acceperit, & cujus con-

conditionem igoorare non debuit. *l. qui eum alio.* 19. *De reg. jur.*

3 *e* Nolla Est. Quia † pupillus abſque tutore, ut obligationem contrabere, ſic quoque novare non poteſt, *l. novare.* 20. *ff. De novat.* & hoc ſenſu accipiendam puto *l.* 1. in fin. *De novat.* prout admonui *tit. De inut. ſtip. §. pupillus.*

4 *f* Obligatus Manet. Quoniam † ſervus perſonam noo habet. *l.* 3. in fin. *De cap. minut.* quam ſubeſſe oportet, ut extet delegatio, & novatio. *l. quoties.* 14. *De novat.*

g Stipulatus Fuissat. Nulla nova ſtipnlatio interveniſſet.

h Eadem Parsona Sit. Idem debitor, qui anteà debuit. Novatio igitur etiam abſque interventu novæ perſonæ, & delegatione, inter eaſdem perſonas rectè celebratur.

5 *i* Stipularis. Quia † verbis tantùm novatio inducitur, ideò pro ſubjecta materia, tam crebram infert ſtipulatioois mentiooem. Poteſt tamen & alio in contractu effectu fieri, atque induci, ita ut vim magis, quàm formam novationis habeat. *l. pacta noviſſima.* 12. *C. De pact. l. pacta.* 72. *De contrah. empt. l.* 7. *§. adeo. l. ab emptione.* 58. *De pact.* cum ſimil. Bart. in *l. ſingularia.* 15. *num.* 10. *Si cert. petat.* ubi DD. & in *l.* 1. *De novat.* At hodie nodo quoque pacto ſine ſtipulatione conſtat, maximè inter mercatores. Bart. Dec. Jaſ. & DD. io *d. l. ſingularia* Caſtr. in *l. delegare.* 11. *num.* 3. *De novat.* Alex. io *l. qui uſumfructum.* 58. *De verb. oblig.* Bart. io *l. Quintus.* 48. *num.* 1. *Mandat.* Dec. *conſil.* 421. *Plene. num.* 18. & *conſil.* 107. *In cauſa. num.* 1. Alex. *conſil.* 10. *Viſis. num.* 1. *vol.* 2. & *conſil.* 60. *Viſo. num.* 1. & 2. *vol.* 6.

k Novi Sit. Alioqnin actum agit, *l.* 6. & 7. *ff. De novat.* nec quicquam novatur, unde nomen, & ſubſtaotiam accipit novatio.

l Fidejussoa. Cujus † adjectio oon efficit delegationem, quaſi ioterventu novæ perſonæ. Salicet. in *l. ſi delegatio.* 3. *num.* 3. & *l. ult. C. De novat.* non enim principalis eſt perſona debens, ſed acceſſoria, in id adhibita, ut principalis obligatio ſecurior ſit. ſupr. *De fidejuſſ.* in princ. Unde non poteſt videri hic actum, ut principalis obligatio tollatur, aut novetur, imò verò magis ut confirmetur. Salicet. in *d. l. ſi delegatio. numer.* 3. *C. De novat.* 6

m Prior Obligatio. Quia nihil novatum inveoitur, *l. quoties.* 14. *l. ſi Stichum.* 8. §. 1. *l. novatio.* 24. *l. ſi rem.* 31. *ff. De novat.*

§. 4. Sed cùm hoc quidem.

Sed cùm hoc quidem inter veteres conſtabat, tunc fieri novationem, cùm novandi animo in ſecundam obligationem itum fuerat *a*: per hoc autem dubium erat *b*, quando novandi animo videretur hoc fieri, & quaſdam de hoc præſumptiones alii in aliis caſibus introducebant: ideò noſtra proceſſit conſtitutio *c*, quæ apertiſſimè definivit, tunc ſolùm novationem prioris obligationis fieri, quoties hoc ipſum inter contrahentes expreſſum fuerit, quòd propter novationem prioris obligationis convenerunt. Alioqui & manere priſtinam obligationem, & ſecundam ei accedere *d*: ut maneat ex utraque cauſa obligatio ſecundum noſtræ conſtitutionis definitionem, quam licet ex ipſius lectione apertiùs cognoſcere.

1. *Pacta non contraria, ſed tantùm ſeparata, ſe mutuò non deſtruunt.*
2. *Pendentia ab animo difficulter probari.*

Emendatio juris veteris circa novationem.

1 *a* Itum Fuerat. Alioquin † duæ erant obligationes, & utraque tàm prior, quàm nova valebat, *l.* 2. *l. ſi Stichum.* 8. §. 1. & 2. *l. fundum.* 28. *ff. eod. l. duo.* 71. *Pro ſoc.* niſi ſe invicem non compaterentur. Bald. in *l. pacta noviſſima.* 12. *numer.* 2. *C. De pact.* poſt Gloſſ. ibi ad verb. *pacta. c* 1. *De fid. inſtrum.* Schurff. *conſil.* 56. *Ex propoſito. num.* 6. *vol.* 1. Pacta verò, quæ non ſunt contraria, ſed ſeparata, ſe mutuò non deſtruunt, ſed utraque rata babentur: ut notat. in *d. l. pacta noviſſima.* nbi Bald. *num.* 2. *C. De pact.* & probat bic textus.

2 *b* Dobiom Erat. Quia † quæ pendent ab animo, difficulter (ut hinc apparet) probantur, cùm multis ſimulationum involucris hic obtegatur, & deſit feneſtra, per quam ſenſa, conceptiones, & conſilia ejus introſpici poſſint: eòque cùm plurimùm, quæ ab animo pendent, ſacramento declarari neceſſe eſt. Gloſſ. in *l. ſi eus.* 7. §. 1. verb. *doceatque. De accuſat. l. ult. §. licentia.* 3. *C. De jur. delib. l.* 2. *C. Quand. & quib. lib.* 10. Panor. in *c. Præſentium. num.* 3. *De teſtibus.* Jaſ. io *l. admonendi.* 31. *num.* 103. *De jurejur.* & in *l. pen. num.* 13. *De juriſd.* in §. *ſed iſta. Inſtit. De actio.*

c Constitutio. *L. ult. C. De novat.*

d Accedere. Etiamſi nova perſona accedat. Salic. *l. ſi delegatio.* 3. *num.* 3. *C De novat.* niſi per delegationem debitori expreſſim ſurrogetur. Bart. in *l. ſingularia.* 11. *num* 19. *Si cert. petat.* ut ſup. dictum eſt: aut nova ſumma, vel res intercedat. Salic. in *l. ult. num.* 3. *C. De novat.* præterquàm ſi pro

Digitized by Google

debito priore promiſſa ſit, Gloſſ. in *l.* 2. verb. *evanuit*. ubi Bald. *C. De novat.* Salicet. in *l. ult. num.* 3. *C. eod. tit.* aut nova dilatio data ſit. Jaſ. *l.* 1. *num.* 18. cum ſequentibus. *C. De judic.* & in *l. lecta*. 40. *Si cert. petat.* Alex. *conſil.* 72. *Habito. num.* 6. cum ſequent. *vol.* 6. Dec. *conſil.* 400. *Viſo. num.* 2. Idque conſentaneum eſt ſtrictæ naturæ novationis, ac ſtipulationis, *l. quicquid*. 99. *l. quoties*. 81. *De verb. oblig.*

§. 5. Hoc amplius.

HOc amplius, eæ obligationes, quæ conſenſu contrahuntur, contraria voluntate diſſolvuntur. Nam ſi Titius, & Sejus inter ſe conſenſerint, ut fundum Tuſculanum emptum Sejus haberet centum aureis: deinde re nondum ſecuta *a*, ideſt, neque pretio ſoluto, neque fundo tradito, placuerit inter eos, ut diſcederetur ab ea emptione, & venditione, invicem liberantur. Idem eſt & in conductione, & locatione, & omnibus contractibus, qui ex conſenſu deſcendunt, ſicut jam dictum eſt.

1. *Quintus modus tollendæ obligationis.*

1 SUbjicitur quintus † modus ſolvendi obligationem, natura, & jure gentiū inductus. Etenim cùm nihil tàm naturale ſit, quàm unumquodque eo modo, atque genere diſſolvere, quo colligatum eſt, *l. nihil*. 35. *De reg. jur.* efficitur, ut, quæ conſenſu conſtant obligationes, contrario conſenſu ex jure gentium diſſolvantur, *l. ab emptione*. 58. *De pact. l.* 3. *De reſcind. ven. l. prout*. 80. *De ſolut.* Alios quatuor modos tollendæ obligationis hìc adjicit Contius: videlicet compenſationem. *§. bonæ fidei*. 26. infr. *De act.* confuſionem. *l. debitori*. 7. *C. De pact.* pro quo *l. debitori creditor*. 26. *De fidejuſſ. l.* 5. 6. *C. De hær. actionibus*. *l. in omnibus*. 43. *De ſolut.* quæ tamen non plenè tollit, quia ſupereſt retentio, ac deductio, & prorſus non inventario facto, *l. ult. §. in computatione*. *C. De jur. delib.* Item interitum rei. *l. ſi ex legati*. 23. *De verb. oblig.* pro quo *l. pen. C. De uſufruct.* maleficium creditoris, *l. extat*. 13. *Quod met. cauſ. l. ſi quis in tantam*. 7. *C. Unde vi*. Eſt & jusjurandum loco ſolutionis, *l. jusjurandum etiam*. 27. *l. in dubio*. 28. §. 1. *De jurejurand.* & acceptilationis, *l. jusjurandum à debitore*. 40. *De jurejur.* multò magis res judicata. *l. ſi deferente*. 13. *Quib. mod. pign. ſol. l. Julianus*. 60. *De cond. indeb.* Denique ſunt modi tollendæ obligationis, alii civiles, alii honorarii. *l. creditori*. 5. *C. De pactis*, illi pauci, & certi, hi complures, & incerti.

a NONDUM SECUTA. *L.* 1. *C. Quand. lic. ab empt. reced. d. l.* 3. *De reſc. vend.* nam re ſecuta, non ſolo conſenſu diſſolvitur emptio, ſed retraditione, & redditione rerum acceptarum opus eſt, *d. l. ab emptione*. 58. in fin. *De pact.* & dictum eſt ea de re ad titul. *De reſc. vend.*

IN-

INSTITVTIONVM IVRIS D. IVSTINIANI LIBER QVARTVS.

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ EX DELICTO NASCVNTVR.

Titulus Primus.

NASCUNTUR. In quibuſdam, *De obligat. ex delict.* ut ſupr. *De obligat. ex conſenſ. De obligat. ex quaſi contract.*

1. *Continuatio, & diſpoſitio Tituli: & de quibus delictis hic agatur.*

1 ABſolutis † duobus membris diviſionis, quorum alterum ad obligationes contractuum, alterum ad quaſi contractus pertinet: ſequitur jam tertium, & quartum, de obligationibus quæ cùm ex delicto, tum ex quaſi delicto naſcuntur, quam obligationem ex natura, jureque gentium ducit. Bart. *l. non ſolum*. 11. §. 1. *De injur.* Delicta autem hîc privata intelligimus: nam popularia, & publica extraordinaria non ad materiam rerum, & obligationum, quibus alii aliis pecuniariter devinciuntur: ſed ad popularia, & publica judicia, quibus Reipublicæ non ad pecuniariam rem, ſed ad pœnam corporalem nocentes obſtringuntur, referenda ſunt. Privata verò delicta potiſſimùm ſunt furta, rapinæ, damnum, injuria, §. 1. *hoc tit.* De quibus ſingulis ordine tractatur: ac principio hoc in titulo de furto: quid ſit furtum, in §. 2. (nam primus rationem ordinis, & tranſitus oſtendit) deinde quotuplex, in §. 3. & 4. quæ ejus pœna, in §. 5. de cauſa efficiente, materia, & forma, quando, & in quibus rebus, & à quibus committatur, in §. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 16. de effectu, & actionibus furti, quibus, contra quos, & ad quid dentur, in §. 12. cum ſequent. uſque ad finem.

DIVISIO TITVLI.

EX Maleficiis obligationes oriri, ſed coactas, & invulontarias docuit Ariſtot. *lib. 5. Ethicor.* ad differentiam contractuum, in quibus nulla reperitur obligatio, quæ in ſe conventionem non habeat, ut Ulp. inquit in *l. 1. §. 3. verſ. adeò. ff. de pact.* Eſt & alia differentia, quòd obligationes ex contractibus quadrifariam contrahuntur, *re*, *verbis*, *literis*, *& conſenſu*: hæ verò unius generis ſunt, nam omnes ex re naſcuntur, ideſt, ex ipſo maleficio, veluti ex furto, rapina, damno, & injuria, ut docet Imperator in *§. 1. hu-*
Rubrica generaliter concepta prædicatur de tribus titulis hunc ſequentibus, & in hoc agitur tantùm de furto. Verùm quia ex delicto oritur obligatio, & actio, ideò
In duas partes ſegrego Titulum hunc.

1. De furto.
   - 1. Quid ſit, & unde dictum §. 2. *hoc tit.*
   - 2. Species, §. 3. 4.
   - 3. Objectum, 6. 7. 8. & 9.

2. De actionibus pro furto competentibus exhibet.
   - 1. Furti. — Reo, §. 10. & 11. / Actore, §. 12. 13. 14. 15. & 16. / Pœna, §. 5.
   - 2. Condictione furtiva.
   - 3. Rei vindicatione.

De condictione furtiva, & Rei vindicatione uno agit Juſtinianus in hoc titulo, de quibus vide infrà ad titul. *De Actionibus* in §. *ſic itaque diſcretis.* 14. & *l. eum qui.* 14. *ff. De furt.* & ibi DD.

§. 1. Cùm expoſitum ſit.

CVm expoſitum ſit ſuperiore libro *a* de obligationibus ex contractu, & quaſi ex contractu: ſequitur, ut de Obligationibus ex maleficio *b* diſpiciamus. Sed illæ quidem (ut ſuo loco tradidimus *c*) in quatuor genera dividuntur *d*: hæ verò unius generis ſunt: nam omnes ex re *e* naſcuntur, ideſt, ex ipſo maleficio: veluti *f* ex furto, aut rapina, aut damno, aut injuria *g*.

1. *Ordo librorum Juſtiniani.*
2. *Obligationes ex maleficio ex re naſci dicuntur.*
3. *Injuriam ex re naſci.*

a SUPERIORE LIBRO. Hinc
1 liquidò † apparet, Juſtin. hìc quartum ordiri librum: nam ut maximè hęc verba deſumpta ſint ex libr. Juriſconſult. non tamen tàm ſupinæ negligentiæ fuiſſe compoſitores Inſtitut. putandum eſt, ut iis extra propoſitum, citraque cauſam uti voluerint.

b EX MALEFICIO. Sic appellat ſup. §. *fin. De obligat.* at in hoc titulo delictum nominat.

c TRADIDIMUS. §. *ult.* ſup. *De obligat.*

d DIVIDUNTUR. Aut enim re, aut verbis, aut literis, aut conſenſu contrahuntur.

2 *e* EX RE. Hoc † eſt, facto delicti, non re pecuniaria, aut facto contractus: ut ſupr. *Quibus mod. re contrah.* non literis, non ſolo conſenſu, non verbis: ut obligationes ex contractu, *l. ſi quis.* 52. §. *neque.* 13. *l. cum et.* 20. *De furt.* Similes ſunt igitur hæ obligationes illis, quas re contrahi in contractibus dictum eſt, ad titul. *Quib. mod. re contrah. obligat.* Sed illæ conſenſu, & pactione plurium conſtituuntur: hæ abſque conſenſu, & conventione, unius ex delicto, & facto improbo, *l. aut facta.* 16. *De pœn.* illæ ex re pecuniaria, hæ ex criminali: quomodo injuria re fieri dicitur, in *l. 1. §. 1. De injur.* hoc eſt, illicito commiſſo, *d. l. aut facta.* 16. in princ. *De pœn.*

f VELUTI. Quatuor genera privati delicti, de quo ſolo hìc agi diximus, *l. 4. De oblig. & act.* Nam reliqua ad hæc referri poſſunt.

g INJURIA. Injuria † enim etſi verbis quoque, & li- 3
teris fieri dicitur, *l. 1. §. 1. l. 5. §. pen. De injur.* tamen hoc tantùm reſpectu modi, & formæ rectè dicitur, non cauſæ efficientis, aut finalis, de qua hìc agitur. Non enim in literis, & verbis, ſed in re, hoc eſt, contumelia, & delicto, quod illis inhæret, injuria conſiſtit, *l. 1. De injur.*

§. 2. Furtum eſt contrectatio.

FVrtum eſt contrectatio *a* rei *b* fraudulosa *c*, lucri faciendi gratia *d*, vel ipſius rei *e*, vel etiam uſus ejus *f*, poſſeſſioniſve *g*: quod lege naturali *h* prohibitum eſt admittere. Furtum autem, vel à furuo *i*, ideſt, nigro dictum eſt, quòd clàm, & obſcurè fiat, & plerunque nocte k: vel à fraude: vel à ferendo, ideſt, auferendo: vel à Græco ſermone *l*, quod φῶρας appellant fures. Imò & Græci: ἀπὸ τοῦ φέρειν, φῶρας dixerunt *m*.

1. For-

1. Forma furti. Materia, num. 2. Cauſa efficiens, num. 3. final. num. 4.

DEfinitio nominis, & rei. Fur, inquit Paul. *lib. 2. Sent.* eſt, qui dolo malo rem alienam contrectat. Furtum etiam eſt poſſeſſionis rei interverſio, *l. 1. §. Scævola. 9. Si quis teſtam. lib.*

a Contrectatio. Quod eſt non tantùm attingere, ſed movere, abuti, auferre, *l. 3. §. ſi rem. 12. De acq. poſſeſſ.* quod cùm non cadat in res ſoli, ſequens eſt earum non fieri
1 furtum, *l. verum. 25. De furt.* Forma † igitur furti eſt in contrectatione, *l. vulgaris. 21. §. qui furti. 7. ff. eod.* nam non ſola animi deſtinatione, ſed ab aſſumpto actu crimina æſtimantur, & intelliguntur, *l. fugitivus. 225. De verb. ſign.*

2 *b* Rei. Materia † furti eſt res, & quidem corporalis. Nam incorporales contrectari, hoc eſt moveri loco non poſſunt, *l. ſi is qui. 75. ff. De furt.*

3 *c* Fraudulosa. Cauſa † efficiens furti, fraus, dolus malus, *l. qui injuria. 53. De furt.*

4 *d* Lucri Faciendi Gratia. Cauſa † finalis, *l. verum. 39. d. l. qui injuriæ. eod.* ex qua furtum æſtimatur. *d. l. verum. 39. eod.*

e Ipsius Rei. Ut rei accidunt dominium, & poſſeſſio, ita dupliciter ejus fit furtum: vel totius rei, vel in re poſſeſſionis, & uſus, *l. 1. eod.*

f Usus Ejus. Detentionis, ſeu poſſeſſionis naturalis, qualem habet creditor commodatarius, &c. *l. ſi pignore. 54. eod.* qui uſum rei alienæ in ſuum lucrum convertendo, furtum uſus faciunt, *d. l. ſi pignore.*

g Possessionisve. Qualem habet bonæ fidei poſſeſſor, *l. furtivam. 74. eod. l. 1. §. Scævola. Si is qui teſtam. lib.*

h Lege Naturali. Ex diſcrimine honeſtorum, & turpium, quod eſt jus rationis, & homini verè naturale, *l. 1. ff. eod. l. probrum. 42. De verb. ſignific.*

i A Furvo. Definitio nominis, ſeu notatio.

k Plerunque Nocte. Hæc notatio placuit Varroni, & Nonio. Gell. *lib. 1. cap.* 18.

l Græco Sermone. Per affinitatem literarum deflexo vocabulo: id quod placet Gellio.

m Dixerunt. Quare & Græcum, & Latinum à ferendo eſt, *l. 1. ff. eod.*

§. 3. Furtorum autem genera duo ſunt.

FUrtorum autem genera duo ſunt: manifeſtum, & nec manifeſtum *a*. Nam conceptum, & oblatum *b*, ſpecies potiùs actionis ſunt furto cohærentes, quàm genera furtorum, ſicut inferiùs *c* apparebit. Manifeſtus fur eſt, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ *d* appellant: nec ſolùm is, qui in ipſo furto deprehenditur, ſed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo furtum fit: veluti qui in domo furtum fecit, & nondum egreſſus januam, deprehenſus fuerit: & qui in oliveto olivarum, aut in vineto uvarum furtum fecit, quandiu in eo oliveto, aut vineto deprehenſus fuerit *e*. Imò ulteriùs furtum manifeſtum extendendum eſt, quandiu eam rem fur tenens viſus *f*, vel deprehenſus fuerit: ſive in publico, ſive in privato, vel à domino, vel ab alio, antequam eò pervenerit, quò deferre, vel deponere *g* rem deſtinaſſet. Sed ſi pertulit, quò deſtinavit, tametſi deprehendatur cum re furtiva, non eſt manifeſtus fur *h*. Nec manifeſtum furtum quid ſit, ex iis, quæ diximus, intelligitur *i*. Nam quod manifeſtum non eſt, id ſcilicet nec manifeſtum eſt.

1. Fur manifeſtus quis, quis nec manifeſtus: num. 2.

DIviſio ex *l. 2. eod.*

a Nec Manifestum. Quæ paulò pòſt copioſiùs exponit, & deſcribit.

b Oblatum. Quæ inter genera furtorum Paulus retulerat, *lib. Sent. 2. cap. 31.*

c Inferius. *§. ſequ.*

d ἘΠ' ΑΥ̓ΤΟΦΏΡΩ. Deprehenſum, ſubaudiendum eſt, quem & lex divina graviore pœna dignum judicat, Exod. 22. 2. & 3. quædam exemplaria habent ἐπαυτοφώρῳ.

e Fuerit. *L.* 3. 4. 5. *eod.* Paul. *lib.* 2. *Sent.cap.*
3 31. Manifeſtus † fur eſt, qui in faciendo, vel antequam ad eum locum, quò deſtinaverat, pervenire, deprehenſus eſt. Jura deprehenſionem ἐν αὐτοφώρῳ tantum requirunt, noſtri etiam acclamationem. Bart. *l. falſus.* 19. *num.* 1. *C. De furt.* Vide *l. ſive manifeſtus.* 10. *De condict. fur.* Cujacius *lib.* 19. *Obſervat. cap.* 12. inter maoifeſtum, nec manifeſtum diurnum, & nocturnum diſtinguit.

f Visus. A teſtibus.

g Deponeret. Ubi manere illo tempore deſtinarat.

h Manifestus Fur. Quia furandi actio jam finem habet, *l.* 5. *eod,* Paul. *lib.* 2. *Sent. cap.* 31. Nec
† manifeſtus fur eſt, qoi in faciendu quidem deprehenſus nõ eſt, ſed eum furem fuiſſe negari non poteſt. 2

i Intelligitur. *L. nec manifeſtum.* 8. *ff. eod.*

§. 4. Conceptum furtum dicitur.

Conceptum furtum dicitur, cùm apud aliquem teſtibus præſentibus furtiva res quæſita *a*, & inventa ſit: nam in eum propria actio conſtituta eſt *b*, quamvis fur non ſit, quæ appellatur concepti *c*. Oblatum furtum dicitur, cùm res furtiva ab aliquo tibi oblata ſit, eaque apud te concepta ſit *d*: utique ſi ea mente tibi data fuerit, ut apud te potiùs, quàm apud eum, qui dedit, conciperetur: nam tibi, apud quem concepta ſit, propria adverſus eum, qui obtulit, quamvis fur non ſit *e*, conſtituta eſt actio *f*, quæ appellatur oblati. Eſt etiam prohibiti furti actio *g* adverſus eum, qui furtum quærere *h* teſtibus præſentibus *i* volentem prohibuerit. Prætereà pœna conſtituitur edicto Prætoris per actionem furti non exhibiti, adverſus eum, qui furtivam rem apud ſe quæſitam, & inventam non exhibuit *k*. Sed hæ actiones, ſcilicet concepti, & oblati, & furti prohibiti, nec non furti non exhibiti in deſuetudinem abjerunt *l*. Cùm enim requiſitio rei furtivæ hodie ſecundum veterem *m* obſervationem non fiat: meritò ex conſequentia etiam præfatæ actiones ab uſu communi receſſerunt: cùm manifeſtiſſimum ſit, quòd omnes, qui ſcientes *n* rem furtivam ſuſceperint, & celaverint, furti nec manifeſti obnoxii ſunt.

1. *Concipere furtum quid: quid conceptio: & quomodo ea fieri ſolita. num.* 2.
3. *Actiones furti contra quos olim data ſint.*

De concepto, & oblato furto: quæ actionum potiùs ſunt ſpecies furto cohærentes, quàm furtorum genera: ſicut & reliquæ actiones, quarum hìc fit mentio.

1 *a* Qoæſita. Concipere † eſt ſimul capere, & apprehendere. Ipſa igitor ioveſtigatio, adhibitis teſtibus facta, conceptio dicitur. Paul. *lib.* 2. *De furt. cap.* 31. Qui rem, inquit, concepit, & invenit. Et paulò pòſt: requiſitio rei furtivæ, hoc eſt, facta præſeotibus teſtibus, ut Theophilus interpretatur.

b Conſtſtota Est. Cujuſmodi nunc datur in receptatores: quamvis non ſint delicti auctores, *tot tit. De receptat.*

c Concepti. Et in triplom datur cum rei reſtitutione. Gell. *libr.* 11. *cap.* 18. Paul. *præalleg. loc.*

d Concepta Sit. Inveſtigata, & deprehenſa, ut jam actione concepti conveniri poſſis.

e Fur Non Sit. Etiamſi fur non ſit, ot qui à fure emit, accepit, &c. & poſteà metu actionis apod te depoſuit, vel alio titulo obtulit, ut to potiùs conveniare, quàm ipſe. Vide Paul. *d. cap.* 31. *lib.* 2. Gell. *lib.* 11. *cap.* 18.

f Actio. In triplum pœnæ, & rei reſtitutionem, ut & actio ſuperior concepti. Paul. Gell. *præalleg. loc.* cujus quaſi eſt compenſatio.

g Fuats Actio. Hæc, & ſequens agendi formula cujuſmodi fuerit, nuſquam exprimitur, quod id ſcire nihil referret, ne nimis igitur curioſi ſimus in quærendis iis, quæ ſine magno incommodo ignorantur. Nam & boni I. C. eſt quædam neſcire.

h Furtum Quærere. Quod eſt concipere.

i Testibus Præsentibus. Hinc † apparet conceptionem, & indignationem furti, teſtibus præſentibus fieri ſolitam: quemadmodum & nunc inquiſitiones rerum furtivarum in domibus ſuſpectis, vel apud ſuſpectos, publicis adhibitis perſonis, fiunt. 2

k Non

k Non Exhibuit. Fuit igitur ſimilis actio ei, quæ nunc ad exhibendum vocatur, *tot. tit. Ad exhibend.*

l Abjerunt. Et ideò earum expoſitio in *Inſtit. & Pandect.* omiſſa eſt, ex præſcripto Juſtin. ſup. in *proœm. & C. De vet. jur. enucl.*

m Secundum Veterem. Præſentibus teſtibus, ut interpretatur Theoph. vel, ut Gellius, per lancem, & licium. *lib.* 16. *cap.* 10. & Feſt. *lib.* 10. qui hanc quærendi ceremoniam, ejuſque rationem deſcribunt, ſumptam, ut videtur, ex Græcorum inſtitutis, Plat. *libr.* 12. *De Legibus*.

n Scientes. Apparet † itaque, tantùm in 3
doli participes, & furti conſcios eas actiones fuiſſe datas: & jure quidem, cùm ubi non eſt delictum, ibi nec eſſe pœna debeat, & juſta ignorantia juſtam mereatur excuſationem.

§. 5. Pœna manifeſti furti.

POEna manifeſti furti, quadrupli eſt *a*, tàm ex ſervi, *b* quàm ex liberi perſona: nec manifeſti, dupli *c*.

1. *Locus leg. 12. Tab. reſtitutus.*

POEna furti civilis, de qua hìc agitur. Nam de extraordinaria, qua etiam fur teneri poteſt, *l. ult. De furt.* non diſputari hoc in tractatu, ſuprà monuimus.

a Est. Ex jure prætorio, cùm ſeveriùs lege 12. Tabul. hoc genus vindicaretur. Gell. *lib.* 11. *cap.* 18. Vide infrà *De perp. & tempora. act.* §. 1.

b Ex Servi. Qui duriùs libero leg. 12. Tab. coercebatur.

c Dupli. Ex lege 12. Tab. Gell. *præalleg. loc.* & dixi ad titul. *De furt.* Has pœnas non exigi jure Canon. vult Corſet. *ſingul.* 256. verb. *pœna*. 12.
1 Porrò † hujus leg. 12. Tab. fit mentio in *l. ſi pignore*. 54. §. 2. *De furt. l.* 4. cum ſequent. *Ad legem Aquil.* quam ſic reſtituit Hotoman. Qui noctu furtum faxit, aut interdiu telo ſe defenderit, domino cum clamore teſtificanti, eum occidere jus eſto. Si neque noctu, neque ſe telo defendens prehendatur, virgis cæſus, ei, cui furtum factum erit, addicitor. Servus verberibus affectus, de ſaxo dejicitor. Impubes arbitratu Prætoris verberator. Aſt qui nec manifeſti furti damnatus erit, duplum ſolvito: intereà nexus, cui addictus erit, operas dato. Videntur autem etiamnum, qui non habent in ære, ut pœnam hanc ſolvant, luere in corpore. §. *quia verò*. 13. in Anth. *Ut null. jud.* Gloſſ. verb. *ſeu furtum*. §. *injuria. De pace tenen.* quod congruit legi Moſaicæ, Exod. 22. 3. ubi qui non poteſt furti pecuniariam pœnam præſtare, vendi jubetur. Pœnam autem furti etiam manifeſti videtur ſtatuere duplum, verſ. 47. ſcilicet cùm res furtiva penes eum ſit inventa: nam diſtractam, aut corruptam propter geminationem delicti quadruplo, aut quintuplo mulctat. Exod. 22. 1. Non igitur tàm diſtinguit inter furtum manifeſtum nec ne, quàm utrum noctu, an interdiu fiat, *verſic.* 2. 3. ut & in *l. furem*. 9. *De ſicariis*. item utrùm res ſit apud furem, *verſic.* 4. an duplici contrectatione, doloque vendiderit, extinxerit, &c. *verſic.* 1.

§. 6. Furtum autem fit.

FUrtum autem fit, non ſolùm, cùm quis intercipiendi cauſa *a* rem alienam amovet *b*: ſed generaliter, cùm quis alienam rem invito domino contrectat *c*. Itaque ſive creditor pignore, ſive is, apud quem res depoſita eſt, ea re utatur *d*, ſive is, qui rem utendam accepit, in alium uſum eam transferat, quam cujus gratia ei data eſt, furtum committit *e*: veluti ſi quis argentum utendum acceperit, quaſi amicos ad cœnam invitaturus, & id peregrè ſecum tulerit *f*: aut ſi quis equum geſtandi cauſa *g* commodatum ſibi, longiùs aliquò duxerit: quod veteres *h* ſcripſerunt de eo, qui in aciem equum perduxiſſet.

1. *Voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia.*
2. *Depoſitum cuſtodiæ cauſa dari, non uſus: pignus ad ſecuritatem.*
3. *Veterum appellatione qui contineantur.*

QUomodo committatur furtum.

a INTERCIPIENDI CAUSA. Caoſa finalis, à qua actiones æſtimantur, quo ſenſu dicitur,
1 voluntarem, † & propoſitum, ſeu *προαίρεσιν*, hoc eſt animum, qoi cauſam finalem ejuſmodi propoſitam habet, diſtinguere maleficia, *d. l. qui injuriæ*, 53. *De furt.* & furtum ſine affectu furandi non committi. *§. placuit*. 7. §. *in ſumma*. 16. *hoc tit.* Ulp. *l. verum*. 39. *De furt.* Non factum, inquit, (ſcilicet ſolùm) ſed (etiam) cauſa faciendi quæritur.

b AMOVET. Immutat, ſpecificat, tradit ſciens. §. 2. in fin ſup. *De uſucap.*

c CONTRECTAT. Sicut depoſitarius, creditor, commodatarins, non amovendo, ſed contrectando, & re abotondo furtum committunt, ut ſequitur.

d EA RE UTATUR. *L. qui furtum*. 16. *De condict. furt. l. ſi pignore*. 54. in princ. eum leg. ſequ.
2 *l. ſi is qui*. 66. in princ. *eod. De furtis*. eùm † uti ex natura contractus non debuerit: nam depoſitum euſtodiæ cauſa datur, oon uſus *l.* 1. in princip. & *tot. tit. Depoſ.* pignus etiam ad ſecuritatem, *§. ult.* ſup. *Quib. mod. re contrah.* noo ad utilitatem: undo nee fructus lueratur ereditor, ſed ſorti imputare debet. *l.* 1. *C. De diſtract. pign. l.* 1. & 2. 3. *C. De pign. act. l. ſi dominum*. *C. De pign.* niſi aliter eooventum ſit *l.* 1. *§. pacto*. 3. *De pign. l. ſi ea lege*. 17. *C. De uſur.* quæ ſpeeies eonventionis *ἀντίχρησις* vocatur, *l. ſi is*. 11. §. 1. *De pign. l. ſi pecuniam*. 33. *De pignor. act.* de qua Cujac. *lib. Obſerv.* 8. *c.* 17. Mol. *De uſur. q.* 32. Neguz. *De pign.*

e FURTUM COMMITTIT. *L. ſi pignore*. 54. *eod. l. ſi is*. 7. *C. eod.* quod jure eivili, quoad pœnam pecuniariam, verum eſt. Hodie eùm furti pœna ſit capitalis, durum fuerit, hane ad ejuſmodi caſus extendi, Jaſ. & Zaſ. in *l. ejus qui*. 41. §. *quas verò*. *Si cert. pet.* Quamobrem & jure Saxon. io his furtum non committitur. *Landr. lib.* 3. *artic.* 22. ubi Gloſſ. quia imputare ſibi debet dominus, qui cum tali contraxit. *l. qui cum alio*. 19. *De reg. jur.* & quoniam furtum hoc jure non putatur fieri ejus rei, quæ voluntate domini tenetur. *art.* 29. *lib.* 2. ſaltem quoad pœnam eorporalem. *d. art.* 29. nam quoad eivilem, etiam infamiæ furtum iotelligi factum iſto caſo docet Glnſſ. *d. art.* 22. io fin.

f TULERIT. *L. qui jumenta*. 40. *l. qui rr*. 76. *eod.*

g GESTANDI CAUSA. Geſtationis ad valetudinem, & animi reereationem.

h QUOD VETERES. In † libris noſtris ve- 3
terum appellatione eootinentor Brutus, Manilius, Sabinus, Labeo, *l. quam rem*. 38. ubi Cujac. *De uſucap.* Gell. *lib.* 11. *cap.* 18. *l. veteribus*. 39. *De pact. l. vetus*. 68. *De uſufruct. l. ſæpè*. 53. io fin. *De verb. ſign.*

§. 7. Placuit tamen.

PLacuit tamen, eos, qui rebus commodatis aliter uterentur, quàm utendas acceperint, ita furtum committere, ſi ſe intelligant id invito domino facere: eumque, ſi intellexiſſet, non permiſſurum. At ſi permiſſurum credant, extra crimen *a* videri, optima ſanè diſtinctione: quia furtum ſine affectu furandi non committitur *b*. Sed & ſi credat aliquis invito domino ſe rem commodatam ſibi contrectare, domino autem volente id fiat, dicitur furtum non fieri *c*.

1. *Magis inſpicitur, quod eſt in veritate, quàm quod in opinione.*

EXceptio à regula §. præcedentis.

a EXTRA CRIMEN. *L. inter*. 46. §. *rectè*. *l.* 4. *l. ſi pignore*. 54. *Dr furt.* Gell. *lib.* 11. *cap. ult.* Non debemus ioſpicere, quod dieit ſe eredidiſſe, ſed quod eredere debuit. Bart. *l. ex conſenſu*. 23. *§. fin.* in fin. *De appellat.* In dubio tamen iotelligi, & præſumi debet, dominum contradicturum eſſe, & ideò furtum committi, *l. qui vas*. 48. §. 2. verſ. *verare*. *Dr furt.* Bart. in *l. inter omnes*. 46. §. *rectè*. 4. *De furt.* Bald. in *l. ſi ſine*. 5. *C. Ad Vellejan. conſil. crim.* 106. *In cauſa*. *num.* 7. *tom.* 1. Anchar. *conſil.* 248. *Ad prædicta*. *num.* 6. ex ratione *l. cum de indebito*. 25. in fin. *De probat. l. filiusfamilias*. 8. §. *invitus*. *De procurat.*

b NON COMMITTITUR. Notabilis regula, quæ in omnibus delictis valet, *l. in lege*. 7. *Ad leg. Corn. De ſicar.*

c NON FIERI. Magis † enim inſpicitur, qood 1
eſt in veritate, quàm quod in opinione, *l.* 2. *§. ſi à pupillo*. 10. *Pro empt. tot. tit.* *C. Plus valere*. & in re ambigua benignior interpretatio ſequenda. *l. ſemper in dubiis*. 56. *De reg. jur.* Ulpian. in *l. qui vas*. 48. *De furt.* Quis enim, inquit, voluntatem domini habens, fur diei poteſt?

§. 8. Un-

§. 8. Vnde illud quæſitum eſt.

VNde illud quæſitum eſt, cùm Titius ſervum Mævii ſollicitaverit, ut quaſdam res domino ſurriperet, & ad eum perferret, & ſervus id ad Mævium pertulerit: Mævius autem dum vult Titium in ipſo delicto deprehendere, permiſerit ſervo quaſdam res ad eum perferre: utrùm furti, an ſervi corrupti judicio teneatur Titius, an neutro? Et cùm nobis, ſuper hac dubitatione ſuggeſtum eſt, & antiquorum prudentium ſuper hoc altercationes perſpeximus, quibuſdam neque furti, neque ſervi corrupti actionem præſtantibus, quibuſdam furti tantummodò: nos hujuſmodi calliditati obviam euntes, per noſtram deciſionem *a* ſancimus, non ſolùm furti actionem, ſed & ſervi corrupti contra eum dari. Licet enim is ſervus deterior à ſollicitatore minimè factus eſt, & ideò non concurrant regulæ, quæ ſervi corrupti actionem introducerent *b*: tamen conſilium *c* corruptoris ad perniciem probitatis ſervi introductum eſt, ut ſit ei pœnalis actio impoſita, tanquam ſi reipſa fuiſſet ſervus corruptus, ne ex hujuſmodi impunitate & in alium ſervum, qui facilè poſſet corrumpi, tale facinus à quibuſdam perpetretur.

DEclaratio ab exemplo.

a DECISIONEM. *L. ſi quis*. 20. *C. eod.*

b INTRODUCERENT. Nam corruptum revera ſervum eſſe oportet, ut detur hæc actio, *l.* 1. *De ſerv. corrupt.*

c CONSILIUM. Quia fraudulentum, *l. conſilii.* 47. *De reg. jur.*

§. 9. Interdum etiam.

INterdum *a* etiam liberorum hominum furtum fit: veluti ſi quis liberorum noſtrorum, qui in poteſtate noſtra ſunt *b*, ſubreptus fuerit *c*. Aliquando autem etiam ſuæ rei furtum quis committit: veluti ſi debitor rem, quam creditori pignoris cauſa dedit, ſubtraxerit *d*.

DE materia furti: & quibus in rebus committatur.

a INTERDUM. Denotat regulam eſſe in contrarium, *l. admonendi*. 31. ubi poſt alios Coraſ. ad verbum *interdum*. *De jurejurand.*

b NOSTRA SUNT. Nam iis, qui non habent in poteſtate, non datur hæc actio, *l. mater*. 38. *eod.*

c SUBREPTUS FUERIT. *L. eum qui*. 14. §. *ſi filiusfamilias*. 11. *De furt.*

d SUBTRAXERIT. *L. in actione*. 19. §. 1. *eodem*.

§. 10. Interdum quoque furti tenetur.

INterdum quoque furti tenetur, qui ipſe furtum non fecit *a*: qualis eſt is, cujus ope, & conſilio *b* furtum factum eſt *c*. In quo numero eſt, qui tibi nummos excuſſit, ut alius eos raperet: aut tibi obſtiterit, ut alius rem tuam exciperet: aut oves tuas, vel boves fugaverit, ut alius eas exciperet. Et hoc veteres ſcripſerunt *d* de eo, qui p anno rub

fuga-

fugavit armentum . Sed ſi quid eorum per laſciviam , & non data opera , ut furtum admitteretur , factum eſt , in factum *e* actio dari debet . At ubi ope *f* Mævii Titius furtum fecerit: ambo furti tenentur *g*. Ope, & conſilio ejus quoque furtum admitti videtur *h* , qui ſcalas fortè feneſtris ſupponit : aut ipſas feneſtras , vel oſtium effringit , ut alius furtum faceret *i* : quive ferramenta ad effringendum , aut ſcalas , ut feneſtris ſupponerentur , commodaverit k : ſciens *l*, cujus rei gratia commodaverit . Certè qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit , ſed tantùm conſilium dedit , atque adhortatus eſt ad furtum faciendum, non tenetur furti *m* .

1. *An opera , & conſilium ſeparatim , an verè conjunctim ſint accipienda in furto.*

2. *An ex conſilio , aut ope hodie quis pœna furti teneatur.*

QUi furti teneantur , etiamſi furtum reipſa contrectando non fecerint .

a NON FECIT. Revera,hoc eſt , contrectando.

b CONSILIO. Dubitatum † fuit , utrum hæc ſeparatè , an
1 conjunctim accipienda eſſent : ſed verius eſſe Paulus ait ſeparatim intelligenda eſſe , etiamſi nemo videatur ope feciſſe, niſi & conſilium malignum , hoc eſt, dolum habuerit, *l. ſi pignore* . 54. *§. pen. De furt.* nec conſilium habuiſſe nocendi , niſi & factum fuerit, *l.* 53. *De verb. ſign.* probat idem *l. ſi quis*, 52. *§.neque* . 13. *hoc tit.*

c FACTUM EST. *L. in furti*. 50. §. 1. *l. is qui opem* . 34. *eod.*

d SCRIPSERUNT. *D. l. in furti* . §. 2.

e IN FACTUM. Velut in *§. ult.* infr. *De obligat. quæ ex quaſi delicto* . & ex lege Aquilia ob damnum datum , *l. quia* . 11. *l. qui ſervandarum* . 14. *De præſcript. verb.* non præſcriptis verbis , quia nihil contractum eſt: non furti , quia illud ſine affectione, & contrectatione non committitur , *l. in furti* . 50. *§.* 1. *De furt.*

f OPE. Scienter, ut paulò pòſt, verb. *ſciens*.

g. FURTI TENENTUR. Olim certam actionem contra eum propoſitam, qui opem tuliſſet, indicat Cic. *lib.* 3. *De Nat. Deor. l. ſi ſervus* . 27. *§. ſi quis* . 13. *Ad leg. Aquil.* quam actionis furti nec manifeſti ſimilem fuiſſe , argumento eſt *l. is qui opem* . 34. *l. qui ſervo*. 36. *§.* 1. *ff. eod.* Et talis quidem interpretatio placuit in pœnis iſtis civilibus, & pecuniariis.Hodie cùm pœna furti ſit capitalis,& quæſtionis eſt , an eadem teneatur is , qui conſilium , opemve tulit : & verius eſt non teneri , ſed puniri mitiùs, niſi in ipſo actu furandi affuerit, & opem tulerit. Angel. latè in *tract. malefic.* ad verb. *dicto maleficio*. contra Bart. in *d. l. is qui opem*.

h ADMITTI VIDETUR. Quis opem , quis conſilium ad furtum afferre videatur , docet *d. l. in furto* . 50. §. 1. Jaſ. in *l.* 2. *C. De tranſact.*

i FURTUM FACERET . Hic pro fure hodie punitur, ex diſtinctione Angeli.

k COMMODAVERIT. Hic, quoniam actui furandi non adeſt, mitiùs coercetur .

l SCIENS. Sufficit enim dolus, etiamſi conſilium furandi non ſit datum , *l. pignore* . 54. *§. pen. eod.*

m TENETUR FURTI. Opem † ferens , furti tenetur in duplum , *d. l. ſi qui* . 34. quia non 2
multùm abeſt à contrectatione , *l. qui ſervo*. 36. *§.* 1. *eod.* furto videlicet ſubſecuto , *d. l. ſæpè* . 53. in fin. *De verb. ſign. d. l. ſi quis* . 52. *§. neque* . *eod.* infr. *§. ſequ.* in verb. *furti tenetur* . eòque etiam condici ei poterit, *d. l. ſæpè*. 53. ſi quidem in furto faciendo juvit, *l.* 5. cum leg. ſeq. *De cond. furt.* Qui conſilium tantùm dedit , furti non tenetur , ſicut nec condictione furtiva , *l. proinde* . 6. *De cond. furt.* quoniam abſque contrectatione furti nemo reus eſt : nocet tamen ejuſmodi conſilium, cùm ſecuta contrectatio eſt . *d. l. ſi quis* . 52. *§. neque* . *eod.* quia malignum , & fraudulentum , *d. l. ſæpè* . 53. in fin. *d. l. conſilii* . *De reg. jur.* ſaltem ut in furtum agi potuerit , *l. ſi ſervus* . 27. *§. ſi quis* . 13. *Ad legem Aquil.* actione de dolo . *l. ſi legatarius* . 23. & paſſim *tot. tit. De dol. mal.* ac fortaſſis olim actione , ope, conſilio, ut in §. ſequent. nunc verò actione injuriarum , *l. non ſolùm* . 11. *§. ſi mandata* . 3. *De injur.* Nam furti nunc quidem ob conſilium duntaxat datum agi non poſſe , hic textus oſtendit .

§. 11. Hi, qui in parentum.

HI, qui in parentum , vel dominorum poteſtate ſunt , ſi rem eis ſurripiunt , furtum quidem faciunt *a* , & res in furtivam cauſam cadit *b* , nec ob id ab ullo uſucapi poteſt , antequàm in domini poteſtatem revertatur *c* ; ſed furti actio non naſcitur *d* : quia nec ex alia ulla cauſa poteſt inter eos actio naſci *e*. Si verò ope , & conſilio alterius furtum

fa-

factum fuerit : quia utique furtum committitur , convenienter ille furti tenetur : quia verum eſt , ope , & conſilio ejus furtum factum eſſe *f*.

1. Inter patrem , & filium , maritum , & uxorem , dominum , & ſervum furti actionem non conſiſtere .

IN ii, qui ſunt in poteſtate, illis, qunrum in poteſtate exiſtunt, furtum faciant.

a Faciunt. Eſt enim contrectatio fraudulenta. Cùm itaque congruat definitio, convenit & definitum. *l. ſervi.* 17. in prin, *De furt.*

b Cadit. Afficitur vitio furti.

c Reversatatur. *§. furtiva.* 2. ſuprà *De uſucap.*

1 *d* Non Nascitur. Ut † nec inter maritum, & conjugem, *l.* 1. & *tot. tit. Rer. amot. l. ſi quis.* 52. *eod.* fratres, & ſorores, &c. hoc tamen caſu utilis actio rei amotæ danda videtur, *d. l. ſi quis.* in princip. argumento *ff. Rer. amot.* At inter patrem, & filium, qui eſt in poteſtate, dominum item, & ſervum, nec furti, nec alia actio eſſe poteſt, *l. ſervi.* 17. *eod.* quia ſecum ipſi agere non poſſunt, *l. ne cum.* 16. *eod.* Ex officio tamen judex ejuſmodi flagitia caſtigare non prohibetur. Bartol. *l.* 1. *num.* 4. *Rer. amota.* Porrò reliqua quoque furta domeſtica, quamvis ab extraneis, domeſticis tamen facta, mitiùs puniri receptum eſt, *l. perſpiciendum.* 11. (aliàs *l. reſpiciendum*) *§.* 1. *De pœn.* Jaſ. in *l. ejus.* 41. *Si cert. pet.* latè Chaſſ. *in conſuet.* Burgund. *De juſt. §.* 5.

e Actio Nasci. *L. lis nulla.* 4. *De jud.* quia non magis quos in poteſtate habemus, quàm nos ipſos convenire poſſumus, *d. l. ne cum.* 16.

f Factum Esse. *L. qui ſervo.* 36. §. 1. *l. ſi quis.* 52. in princ. *eod.*

§. 12. Furti autem actio ei competit.

FVrti autem actio ei competit, cujus intereſt *a* rem ſalvam eſſe, licet dominus non ſit. Itaque nec domino aliter competit, quàm ſi ejus interſit rem non perire *b*. Vnde conſtat, creditorem de pi-
1 gnore *c* ſubrepto furti actione agere poſſe *d*, etiamſi idoneum debitorem habeat *e* : quia expedit ei *f* pignori potiùs incumbere, quàm in perſonam agere. Adeò quidem, ut, quamvis ipſe debitor eam rem ſubripuerit, nihilominus creditori competat actio furti *g*.

1. Verum pignus à debitore ſurreptum, ſit furtivum, ita ut uſucapi non poſſit ? remiſſivè.

QUibus detur actio furti.

a Cujus Interest. *L. cujus.* 10. cum leg. ſequ. *l. eum qui.* 14. *ff. eod.* dummodo interſit ratione rei ſubreptæ non aliundè, *l. interdum.* 49. *eod.*

b Non Perire. *L. itaque.* 12. *ff. eod.*

c De Pignore. Non de alia re debitori ſubrepta, *d. l. interdum.*

d Agere Posse. Non tamen condictione furtiva, quæ tantùm domino datur, *l.* 1. *l. quoniam.* 18. *De condic. fur.* ſed incerti, *l. ideò.* 12. in fin. *De condic. fur.*

e Debitorem Habeat. *L. itaque.* 12. cum legib. ſeq. *eod.* exactum tamen imputare debet inſolutum, *l. ſi pignore.* 22. *De pign. act.*

f Expedit Ei. Eòque intereſt ejus, *l. plus.* 25. *De reg. jur.*

g Actio Furti. *L. itaque.* 12. *l. in actione.* 19. §. 1. *l. eum qui.* 14. §. 1. *eod.* de quo, & † an 1
pignus à debitore ſurreptum ſit furtivum, ita ut uſucapi non poſſit, vide Cujac. in *l.* 4. *§. ſi rem pignori.* 13. *De uſucap.*

§. 13. Item

§. 13. Item ſi fullo polienda.

ITem ſi fullo polienda, curandave, aut ſarcinator ſarcienda veſtimenta certa mercede acceperit *a*, eaque furto amiſerit *b*: ipſe furti habet actionem, non dominus *c*: quia domini nihil intereſt, eam rem non perire, cùm judicio locati *d* à fullone, aut ſarcinatore rem ſuam perſequi poſſit. Sed & bonæ fidei emptori ſubrepta re, quam emerit, quamvis dominus non ſit, omnino competit furti actio *e*, quemadmodum & creditori *f*. Fulloni verò, & ſarcinatori non aliter furti actionem competere placuit, quàm ſi ſolvendo ſint *g*: hoc eſt, ſi domino rei æſtimationem ſolvere poſſint. Nam ſi ſolvendo non ſint, tunc quia ab eis ſuum dominus conſequi non poſſit, ipſi domino furti competit actio: quia hoc caſu ipſius intereſt, rem ſalvam eſſe. Idem eſt, & ſi in parte ſolvendo fuerit fullo, aut ſarcinator *h*.

1. *Non ſolvendo eſſe quis dicatur.*

AN locatori, conductori, bonæ fidei poſſeſſori detur.

a Mercede Acceperit. Qui eo nomine cuſtodiam diligentiſſimi hominis, ut commodatarius præſtare debet, *§. ſeq.* in verb. *ut fullo mercedem accipiendo cuſtodiam præſtat*, velut opera locata, *l. ſi merces. 25. §. pen. ff. Locat.*

b Furto Amiſerit. Neglectione cuſtodiæ, quæ ex lo ato ejuſmodi debetur, *§. conductor. 5. ſup. De locat.*

c Non Dominus. *L. itaque. 12. l. fullo. 90. De furt.*

d Judicio Locati. Si igitur illo non teneatur, puta quòd exactiſſima diligentia adhibita ſit, *d. §. conductor*. conſentaneum eſt, domino hanc actionem dari, ut in verſ. ſeq.

e Furti Actio. *D. l. itaque.*

f Creditori. In pignore, ut dictum eſt.

g Solvendo Sint. *D. l. itaque.*

h Fullo, Aut Sarcinator. Cùm † 1 ſolvendo nullus intelligatur eſſe, qui non ſolidum ſolvere poſſit, *l. ſolvendo. 114. De verb. ſignificat.* etiamſi de hoc dubitatum fuiſſe, *l. ultim. C. eod.* innuat.

§. 14. Quæ de fullone.

QVæ de fullone, & ſarcinatore diximus, eadem *a* & ad eum, cui commodata eſt res, transferenda veteres exiſtimabant *b*. Nam ut ille fullo mercedem accipiendo, cuſtodiam præſtat: ita is quoque, qui commodatum utendum accepit, ſimiliter neceſſe habet cuſtodiam præſtare *c*. Sed noſtra providentia etiam hoc in noſtris deciſionibus emendavit *d*, ut in domini voluntate ſit: ſive commodati actionem adverſus eum, qui rem commodatam accepit, movere deſiderat: ſive furti adverſus eum, qui rem ſubripuit: & alterutra earum electa, dominum non poſſe ex pœnitentia ad alteram venire actionem. Sed ſi quidem furem elegerit, illum, qui rem utendam accepit, penitùs liberari. Sin autem commodator veniat adverſus eum, qui rem utendam accepit: ipſi quidem nullo modo competere poſſe adverſus furem furti actionem: eum autem, qui pro re commodata convenitur, poſſe adverſus furem furti habere actionem: ita tamen, ſi dominus ſciens rem eſſe ſubreptam *e*, adverſus, eum cui res commodata fuerit,

rit ; pervenit. Sin autem neſcius, & dubitans *f* rem eſſe non apud eum, commodati actionem inſtituerit, poſteà autem re comperta voluerit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem actionem pervenire: tunc licentia ei conceditur, & adverſum furem venire, obſtaculo nullo ei opponendo: quoniam incertus conſtitutus, movit adverſus eum, qui rem utendam accepit, commodati actionem: niſi domino ab eo ſatisfactum fuerit. Tunc etenim omnimodo furem à domino quidem furti actione liberari: ſuppoſitum autem eſſe ei, qui pro re ſibi commodata domino ſatisfecit: cùm manifeſtiſſimum ſit, etiamſi ab initio dominus actionem commodati inſtituerit, ignarus rem eſſe ſubreptam: poſteà autem hoc ei cognito, adverſus furem tranſierit: omnimodo liberari eum, qui rem commodatam acceperit, quemcunque cauſæ exitum *g* dominus adverſus furem habuerit: eadem definitione obtinente, ſive in parte, ſive in ſolidum ſolvendo ſit is, qui rem commodatam acceperit.

1. *Emendata hujus §. lectio in verſ.* ſin autem.

VTrum detur domino, an commodatario.

a Eadem. Omnibus enim, quorum periculo res alienæ ſunt, datur actio furti, non etiam condictio, *l. eum.* 14. §. *qualis.* 14. *eod.*

b Existimabant. *D. l. eum qui.* §. *ſi res.* 12. *l. ult. C. eod. l. ſi ut certo.* 5. in fin. *Commodat.*

c Custodiam Praestare. §. 3. ſup. *Quib. mod. re contrah. oblig.*

d Emendavit. Supplendo, & definiendo quædam huc pertinentia: nam id, quod modò dictum eſt, apud veteres quoque obtinebat, ut in initio hujus § exprimitur.

e Subreptam. Cujac. † ex *l. ult. C. eod.* & ve- 1
tuſt exempl. ita legit: *Rem ſubreptam non eſſe apud eum, commodati actionem inſtituit, poſtea autem re comperta voluit, &c.*

f Dubitans. Qui pro ignorante habetur, *l. ult. C. De cond. indeb.*

g Causae Exitum. Sive vicerit, ſive victus ſit.

§. 15. Sed is, apud quem res.

SEd is, apud quem res depoſita eſt, cuſtodiam non præſtat *a*: ſed tantùm in eo obnoxius eſt, ſi quid ipſe dolo malo fecerit: qua de cauſa, ſi res ei ſubrepta fuerit: qui reſtituendæ ejus rei nomine depoſiti non tenetur: nec ob id ejus intereſt, rem ſalvam eſſe: furti agere non poteſt: ſed furti actio domino competit *b*.

VTrum domino, an depoſitario detur.

a Non Praestat. §. *prætereà.* 4. *Quib. mod. re contrah.* quòd ſi præſtet, æquè ut ſuperiores, actionem habebit, *l.* 2. §. *& generaliter.* 19. *Vi bon. rapt.*

b Domino Competit. *L. eum qui.* 14. §. *is autem.* 3. *eod.*

§. 16. In ſumma ſciendum eſt.

IN ſumma ſciendum eſt, quæſitum eſſe, an impubes rem alienam amovendo, furtum faciat? Et placuit, quia furtum ex affectu conſiſtit *a*: ita demùm obligari eo crimine *b* impuberem, ſi proximus pubertati ſit, & ob id intelligat ſe delinquere *c*.

1. *Impubes an actione, & pœna furti teneatur.*

1 AN contra impuberem hæc actio detur.

a Ex Affectu Conſtitit. *L. verum.* 39. *eod.*

b Crimina. Et † actione furti, *l. impuberem.* 23. *eod.* Hodie tamen cùm hæc criminalis ſit, ex qua vita adimitur, dicendum eſt, ætatis ratione pœnam eſſe mitigandam, *l.* 1. *§. impubes.* 17. *§. impuberi.* 18. *l. excipiuntur.* 14. *De Senatuſconſult. Syll. l.* 1. *C. De falſ. mon. c.* 1. *De delic. puer. Clem.* 1. ubi Zab. *De homic.* Bal. in *l. etſi ſeverior,* 3. *C. Ex quib. cauſ. infa.* Dec. in *l. ferè.* 108, *num.* 2. *De reg. jur.* Gand. *De pœn. reo. num.* 30. Quanquam enim impunitas delicti propter ætatem non datur, tamen pœna temperatur, *l. impunitas,* 7. ubi Gloſſ. ad verb. *non datur.* C. *De pœn. d. l. ferè. l. auxilium.* 37. cum ſimil. *De minor.*

c Se Delinquere. *L. pupillum.* 111. *De reg. jur. l. ſed etſi.* 5. §. 2. *Ad Leg. Aquil. l. excipiuntur.* 14. *Ad Senatuſconſult. Syll.* quando autem intelligantur eſſe pubertati proximi, tradunt Jaſon & Doctores in Auth. *Sacramenta. C. Si adverſ. vend.*

§. 17. Furti actio ſive dupli.

FVrti actio ſive dupli, ſive quadrupli, tantùm ad pœnæ *a* perſecutionem pertinet *b*. Nam ipſius rei perſecutionem extrinſecus habet dominus, quam aut vindicando, aut condicendo poteſt auferre *c*. Sed rei vindicatio quidem adverſus poſſeſſorem eſt, ſive fur ipſe poſſidet, ſive alius quilibet *d*. Condictio autem adverſus furem ipſum, hæredemve ejus, licet non poſſideat, competit *e*.

DE materia, & fine hujus actionis, & actionibus affinibus.

a Ad Poenae. Pecuniariæ, ſi civiliter: arbitrariæ, ſi criminaliter agatur, *l. ultim. De furt.*

b Pertinet. *L. ſi pignore.* 54. §. 3. *ff. eod. l.* 7. *De condi. furt. §. ſed furti.* 22. infrà *De action.*

c Poteſt Auferre. *D. l. ſi pignore. d. l.* 7.

d Alius Quilibet. §. 1. inf. *De act. l. unic. C. De alie. jud. muta. cauſ. l. actionum.* 25. in princ. *De obligat.*

e Competit. *L.* 5. & 7. *De condic. furt.* quia, ut ibi dicitur, rei eſt perſecutoria.

DE VI BONORVM *RAPTORVM,
Titulus Secundus.

* ALii legunt, *Ereptorum*: ſed ſic inſcribitur In *Pandect. Florent.* In quibuſdam etiam additur, *Actione*: verùm hoc rectè ſubauditur, ut in pleriſque Titul. *Mandat. Depoſ. &c.*

1. *Secunda ſpecies privati delicti,* Vis bonorum raptorum: *& quid rapere.*

1 ALia † ſpecies privati delicti eſt rapina bonorum. *l. in duobus.* 28. §. *ſi quis.* 5. *De jurejurand.* Dico bonorum, ut habet tit. inſcriptio. Nam raptus perſonarum, capitale ſcelus eſt, & in publicum judicium Incidit, *l. unic. C. De rap. virg. l. ſi quis non dicam.* 5. *C. De Epiſc. & Cler.* Rapero eſt de manibus, aut loco auferre, *l.* 2. *Ne quis eum, qui in jus vocatus,* per vim *l.* 3. §. *non ſolum.* 4. *De incend. rui. naufr.* vel publicam, vel privatam. *tot. titul. Ad legem Jul. de vi publ. & de vi privata,* in qua cùm contre-

contrectatio rei alienæ ſit, neceſſe eſt & furtum eſſe: eòque furti actiones locum habent, *l.* 1. *eod.* Sed quia improbius furtum eſt, ob vim, & exemplum, ac non animo ſolùm furandi, hoc eſt lucrandi, ſed injuriæ etiam cauſa fieri poteſt: ideò placuit actione ſpeciali hoc crimen coercere: de qua hoc in tit. agitur, quid ſit, ad quid, cui, adverſus quos, ex quibus cauſis detur.

Titulus hic, in quo *Vi bonorum raptorum* actionis eſſentia per Imperatorem exponitur, tres recipit partes, nam actiones in judiciis exercentur, quæ tribus perſonis conſtant. *cap.* 10. *De verb. ſign.*

1. Cui hæc actio competat, *§.* 3.
2. Adverſus quos, *§.* 2.
3. Ad quid detur. §. 1.

§. 1. Qui res alienas rapit.

Qui vi res alienas *a* rapit, tenetur quidem etiam furti *b* (quis enim magis alienam rem invito domino contrectat *c*, quàm qui vi rapit? ideòque rectè dictum eſt, eum improbum furem eſſe *d*.) Sed tamen propriam actionem ejus delicti *e* nomine prætor *f* introduxit, quæ appellatur *Vi bonorum raptorum*: & eſt intra annum *g* quadrupli, poſt annum verò ſimpli: quæ actio utilis eſt, etiamſi quis unam rem, licet minimam, rapuerit *h*. Quadruplum autem non totum pœna eſt, & extra pœnam rei perſecutio, ſicut in actione furti manifeſti diximus. Sed in quadruplo ineſt & rei perſecutio *i*: ut pœna tripli ſit, ſive comprehendatur raptor in ipſo delicto, ſive non k. Ridiculum enim eſſet, levioris conditionis eſſe eum, qui vi rapit, quàm qui clàm amovet.

1. *Furti, & vi bonorum raptorum ſimul agi non poſſe.*
2. *Rapina cur furtum dicatur: & cur propria actio ex ea detur, num.* 3.
4. *Delicta unde cenſeantur.*
5. *In vi bon. rap. non reſpici, manifeſtè nec ne fiat.*

Quæ, & qualis ſit hæc actio.

a Alienas. Corporales, *Nov.* 63. ubi Cujac.

b Furti. *L.* 2. §. *pen. ff. eod.*
1 & quidem manifeſti † *l. ſi vendidero.* 80. *De furt.* non tamen manifeſti, & vi bonorum raptorum ſimul agi poteſt: quia tantum in una eſt, quantum in altera furti nec manifeſti: & hac actione agi poteſt, ut, quod ampliùs in iſta eſt, actor conſequatur. *l.* 1. *ff. eod.* Cujac. *lib.* 8. *Obſerv. cap.* 24.

2 *c* Contrectat. Contrectatio † eſt forma furti. *l.* 6. *De furt* ut ſuprà dictum eſt. Quando ergò eandem cum furto habet formam, furtum meritò perhibetur, quia forma dat eſſe rei. *l. Julianus.* 9. §. 2. *Ad exhibend.*

d Furem Esse. *L.* 2. §. *ceterùm.* 7. *eod. l. ſi te.* 12. *C. Ex quib. cauſ. infa.*

3 *e* Actionem Ejus Delicti. Quia † proprium eſt delictum, à furto diverſum, reſpectu violentiæ, & etiam aliquando cauſæ finalis, ut ſuprà traditum eſt. Cùm autem diverſæ cauſæ diverſos pariant effectus, minimè mirum eſt, ex hoc quoque delicto propriam naſci actionem: maximè quando actiones, pœnæquæ furti, hujus ſceleris atrocitati non ſemper ſufficiant: eſt aliud delicti genus, alius titulus. *l. in duobus.* 28. §. *ſi quis.* 5. *De jurejurand.*

f Praetor. Eſt igitur actio honoraria, cùm judicium furti ex lege 12. Tab. deſcendat. *l.* 2. *ff. eod.* olim rapina, ex eadem lege furti judiciis privatim, publicè verò publicis de vi vindicabatur. Sed poſteà prætori viſum eſt, & privatim actionem huic delicto ſingularem præſtituere.

g Intra Annum. *L.* 3. *eod.* ut ſolent eſſe prætoriæ.

h Rapuerit. *D. l.* 2. §. *vel cuius.* 8. non † 4
enim à materia, ſed à cauſa efficiente, nempe à fraude, deinde à forma, ſeu atrocitate facti, ac fine delictum pendet, & æſtimatur. *l. qui injuria.* 53. in princ. *De furt. l. metum.* 9. *C. De his, qui vi met. cauſ.* §. *atrox.* 6. inf. *De injur.* Et hinc argui poteſt, etiam furti actionem ob rem minimam dari: de quo in § *gallinarum.* 14. ſup. *De rer. diviſ.* nam & iſta vi bonorum raptorum non minus, quàm illa exiſtimationem notat. *l.* 1. *De his qui not. infam.*

i Rei Persecutio. Ut in plerisque prætoriis, *De eo quod metus cauſa*, *De calumniatoribus*, *&c.*

k Sive Non. Non igitur † hic obtinet di- 5
ſtinctio manifeſti furti, & nec manifeſti. Quod enim vi fit, utique manifeſtè fieri intelligitur ideòque utraque furti actio contra raptorem datur, & manifeſti *l. ſi vendidero.* 80. §. *cum raptor.* 2. *De furt.* & nec manifeſti. *l.* 1. *De vi bon. rapt.* ſcilicet quia furtum omnino facit. *d.* §. *cum raptor.* quæ procedunt, cùm apparet (ut plerumque) res alienas animo lucrandi eſſe ablatas: quæ cauſa finalis maleficia diſtinguit. *l. qui injuria.* 53. *De furt.* Poteſt autem non animo lucrandi, ſed injuriæ, ultionis, petulantiæ, &c. gratiâ vis fieri, & res auferri: quo caſu ceſſare furti actiones, & alias dari, conſentaneum eſt. *d. l. qui injuria.* *l.* 5. *De injur. tot. tit. Ad Leg. Jul. de vi pub. & privat.* ut meritò propria ſit in raptorem actio conſtituta.

§. 2. Quia tamen ita competit.

QVia tamen ita competit hæc actio, ſi dolo malo *a* quis rapuerit, qui aliquo errore ductus, rem ſuam eſſe exiſtimans *b*, & imprudens juris, eo animo rapuerit, quaſi domino liceat rem ſuam, etiam per vim auferre à poſſeſſoribus: abſolvi debet *c*. Cui ſcilicet conveniens eſt, nec furti teneri eum, qui eodem hoc animo *d* rapuit. Sed ne, dum talia excogitantur, inveniatur via, per quam raptores impunè ſuam exerceant avaritiam: melius Divalibus conſtitutionibus *e* pro hac parte proſpectum eſt, ut nemini liceat *f* vi rapere, vel rem mobilem, vel ſe moventem, licet ſuam eandem rem exiſtimet *g*. Sed ſi quis contra ſtatuta fecerit, rei quidem ſuæ dominio cadere. Sin autem aliena res ſit: poſt reſtitutionem ejus, etiam æſtimationem ejuſdem rei præſtare. Quod non ſolùm in mobilibus rebus, quæ rapi poſſunt *h*, conſtitutiones obtinere cenſuerunt: ſed etiam in invaſionibus *i*, quæ circa res ſoli fiunt: ut ex hac cauſa ab omni rapina homines abſtineant.

1. *Auferens per vim rem domini ſui, putans id ſibi licere, nec furti, nec vi bon. rapt. tenetur.*

2. *Vtrum de immobilibus vi bon. rapt. agi poſſit.*

ADverſus quos ex qua cauſa hæc actio detur.

a Dolo Malo. Vel lucri faciendi, vel injuriæ, vel alia ex cauſa, quæ in dolum incidat, *l. 2. §. hac actio. 14. eod.*

b Existimans. Cùm non eſſet: nam ſi verè ſua ſit, indiſtinctè hac actione, quæ contra dominum non datur, conveniri nequit, *d. l. 2. §. hac actio.* 14.

c Absolvi Debet. Judicio iſto: nam aliis actionibus tenetur: ut ad tit. *Unde vi*, dictum eſt.

1 *d* Hoc Animo. In † quo duplex eſt error: alter facti, quòd rem ſuam exiſtimet, alter juris, quòd putet domino rei ſuæ alteri per vim adimendæ facultatem eſſe. Non igitur ſubeſt hìc fraudulenta contrectatio, cujuſmodi definitur eſſe furtum: quia quælibet cauſſa etiam injuſta, & frivola, à dolo excuſat. *l. igitur*. 12. *De lib. cauſ. l. ſi quis id quod*. 7. *De juriſd.* Gloſſ. *l. final.* Jaſ. Bart. & DD. in *l. unica*. in fin. *Si quis jus dicenti non obtem.* Ea tamen eſt probanda, cùm in illicitis dolus ſemper præſumatur. *l. ſi non convicii*. 5. *C. De injuriis*. *l. 1. C. Unde vi*. donec ejuſmodi cauſa probetur. Bart. in *l. inter omnes*. 46. *§. recte*. 4. *De furt.* Angel. poſt Bart. in *l. ſed etſi*. 25. *§. ſcire*. 4. *De pet. hær.* Imol. & Raph. in *l. ex conſenſu*. 23. *§. ult. De appell.* Tiraq. in *tract. De pæn. Cauſa*. 43. *num.* 9. ubi plura allegat.

e Constitutionibus. *L. ſi quis in tantam*. 7. *C. Unde vi. l. extat*. 13. *De eo quod met. cauſ.*

f Nemini Liceat. Ex ratione *l. unic. C. Quand. lic. unic.*

g Existimet. Et licet ſua ſit, ut ſequitur: id quod per conſtitutionem juri veteri videtur eſſe additum, ſurrogatumque illi multæ, quam Ulpian. ait ſolere domino irrogari. *d. l. 2. §. hac actio.* 14.

h Rapi Possunt. Mobilia rapi, immobilia dicuntur invadi. *l. invaſor*. 5. *l. ſi quis*. 7. *C. Unde vi*. ut hic textus argumento eſt. An † ergò de immobilibus vi bonorum raptorum agi non poteſt? 2
Reſpond. Ex ea parte, qua de bonis raptis in edicto agitur, non poſſe: quia ut nec furto ſubtrahi, ſic nec rapi, hoc eſt, auferri iſta poſſunt. *l. verum*. 25. *De furt.* ſed quoniam edictum non modò in rapinam, verùm etiam in damnum datum conceptum eſt: ideò hoc nomini de damno in rebus immobilibus per vim dato agi poſſe, conſentaneum eſt, *l. 2. §. 1. 5. 6.* cum ſeq. *eod.*

i Invasionibus. *D. l. ſi quis*.

§. 3. Sanè in hac actione.

SAnè in hac actione non utique expectatur, rem in bonis *a* actoris eſſe: nam ſive in bonis ſit, ſive non ſit: ſi tamen ex bonis ſit *b*, locum hæc actio habebit. Quare ſive locata, ſive commodata, ſive etiam pignorata, ſive depoſita ſit res apud Titium, ſic ut interſit ejus eam

rem

Digitized by Google

rem non auferri (veluti ſi in re depoſita culpam *c* quoque promiſit) ſive bona fide poſſideat: ſive uſumfructum quis habeat in ea, vel quod aliud jus, ut interſit ejus non rapi: dicendum eſt, ei competere hanc actionem *d*, non ut dominium accipiat *e*, ſed illud ſolum, quod ex bonis ejus, qui rapinam paſſus eſt, id eſt, quod ex ſubſtantia ejus ablatum eſſe proponatur *f*. Et generaliter dicendum eſt, ex quibus cauſis furti actio competit in re clàm facta, ex eiſdem *g* cauſis omnes habere hanc actionem *h*.

1. In bonis eſſe quæ dicuntur: quid bona, quid ex bonis eſſe, num. 2.

QUi, & quarum rerum nomine hęc actio detur: & de remediis affinibus.

1 *a* In Bonis. Res † in bonis eſſe dicitur, non modò quæ noſtra eſt, ſed etiam quæ bona fide pro noſtra poſſidetur, quæque eſt in jure & actione: hoc eſt, quam noſtro oomine poſſidemus, quamque petere poſſumus, *l. bonorum*. 49. *De verb. ſign.* Bona ab eo dicta ſunt, ut ait ibi Ulp. quòd beent, hoc eſt, proſint: proſunt autem hæc æquè atque quæ verè noſtra ſunt, quia bonæ fidei poſſeſſio pro dominio eſt, ut ad §. *ſi quis à non domino*. 29. ſup. *De rer. diviſ.* diximus. facit *l. ſi ab eo*. 18. *De pignor*. Modeſt. In bonis rem habere intelligimur, quoties poſſidentes exceptionem, aut amittentes, actionem ad recuperandum habemus. *l. rem in bonis*. 52. *De acqu. dom.* facit *l.* 2. in fin. *Si ex nox. cauſ.* l. *electio*. 26. in fin. *De nox. act. l. metum*. 9. §. *licet*. 6. *De eo quod metus cauſa*, quemadmodum habet bonæ fidei poſſeſſor, *tot. tit. De publ. in rem act.* §. *ſed iſtæ.* infr. *De act.*

2 *b* Ex Bonis Sit. Ut † quæ neque in dominio, nec in poſſeſſione noſtra ſunt, ſed quarum uſus ad nos pertinet: cujuſmodi habentur res commodatæ, conductæ, uſufructuariæ: vel quarnm periculum, cuſtodiamve præſtamus: ut pignoratæ, depoſitæ, eum pacto cuſtodiæ, &c.

c Culpam. *L.* 2. §. *generaliter*. 19. *De vi bon. rapt.* nam abſque eo non tenetur de cuſtodia, rebus per vim ablatis: & conſequenter, cùm non interſit ejus auferri, hanc actionem non habet.

d Hanc Actionem. *L.* 2. §. *in hac*. 18.

e Accipiat. Rei, quæ ſua non ſit, puta commodatæ: hoc enim in dominum, qui nihil peccavit, eſſet injurium, cui ſuum, abſque ſuo facto auferri non debet, *l. id quod noſtrum*. 11. *De reg. jur.*

f Proponatur. Hoc eſt, quanti ſua intereſt, rem, ſeu uſum rei ablatum non fuiſſe. Nam hoc tàm fructus, uſuive rei, ſi fortè eum habuit, quàm actionis, qua domino obligatus eſt, reſpectu ſimplum eſt, quod hac in actione quadruplatur.

g Ex Eisdem. Quare & condictioni furtivæ obnoxius eſt, *l. fur manifeſtus*. 10. §. 1. *De cond. fur.*

h Hanc Actionem. *L.* 2. §. *& generaliter*.

DE LEGE AQVILIA.

Titulus Tertius.

1. Continuatio tituli, & delicti privati tertia ſpecies, damnum non vi, ſed culpa datum.

2. Legis Aquiliæ origo, ejuſque capita.

1 TErtia † ſpecies delicti, unde obligatio rei pecuniariæ, & privatæ oritur, eſt damnum, non vi (alioqui actio vi bonorum raptorum competit, *l.* 2. *De vi bon. rapt.*) in qua dolus ineſt. *l. item*. 14. §. *eum*. 13. *Quod met. cauſ.* ſed culpa aliqua datum, quod actione Legis Aquiliæ reſarci-

2 tur: quæ lex † Plebiſcitum eſt, ab Aquilio tribuno inductum, §. *illud*. 8. ſeu *penult.* in fin. inf. *eod. l.* 1. *ff. eod.* quod cùm ex lege Hortenſia univerſum populum obliget, jure lex dicitur §. *plebiſcitum*. ſup. *De jur. nat.* quando autem, & quibus temporibus ſcitum ſit, non ſatis conſtat: antiquiſſimum tamen eſſe apparet, cum de eo Q. Mutius diſputarit. *l. Quintus*. 39. *ff. eod.* Cic. *pro Q. Roſc.* Hujus legis tria fuerunt capita. Caput ſecundùm in uſu eſſe defiit. §. 6. *hoc tit. l. ſi ſervus*. 27. §. *hujus*. 4. *eod.* eòque nec in Pandectas relatum eſt. Quare Noſtrorum exemplo deſinamus ea quærere, quorum nullus ſit uſus. De primo verò capite tractatur hoc in tit. uſq; ad §. 7. De tertio exinde ad finem uſque.

DIvido Titulum in 3. partes.
1. Continet Primum caput legis Aquiliæ §. 1. ejuſque interpretationem §. 2. 3.
2. Secundum exhibet in §. 7. ejuſque interpretationem §. 8.
3. Corollarium §. 6. Actiones §. ult.

§. 1. Damni injuriæ actio.

DAmni injuriæ *a* actio conſtituitur per legem Aquiliam: cujus primo capite cautum eſt, ut, ſi quis alienum hominem, alienamve quadrupedem, quæ pecudum numero ſit *b*, injuria occiderit *c*: quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur *d*. Quòd autem non præcisè *e* de quadrupede, ſed de ea tantùm, quæ pecudum numero eſt, cavetur, eò pertinet, ut neque de feris beſtiis, neque de canibus cautum eſſe intelligamus *f*: ſed de iis, quæ tantùm propriè paſci dicuntur: quales ſunt equi, muli, aſini, oves, boves, capræ. De ſuibus quoque idem placuit. Nam & ſues pecudum appellatione continentur: quia & hi gregatim paſcuntur. Sic denique & Homerus in Odyſſea *g* ait, ſicut Ælius Martianus in ſuis Inſtitutionibus refert.

Δήεις τόν γε σύεσι παρήμενον; οἱ δὲ νέμονται.
Πὰρ Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

DE primo capite legis Aquiliæ.

a Damni Injuriae. Hoc eſt, dati per culpam. in princ. infr. *tit.* 1. *l. ſed etſi.* 5. §. 1. *ff. eod.* Quidam legunt *injuria*: ut Cic. *pro Q. Roſcio, & L. Flacco. l. quemadmodum.* 29. §. *item,* 2. verſ. *ſed tibi l. ſi ſervus.* 27. §. *ſi furnum.* 6. cum ſeq. *l. qua actione* 7. verſic. *quia damnum non injuria dedit. eod. l. impuberem.* 23. *De fur.* quanquam & genitivis uti hoc ſenſu ſolemus: ut damnum incendii, naufragii, &c. hoc eſt, ex incendio, naufragio datum.

b Pecodum Numero Sit. Quæ gregatim habentur: nam de his primo capite agitur, de reliquis tertio, *l.* 2. *eod.* ubi quadrupedem non pecudem, pro quadrupedem, vel pecudem, legendum monet Hotoman.

c Occiderit. Sicut primo capite de pretioſioribus, & magis fructuoſis animantibus agit Lex. Aquilia: ita & de majore damno, puta de cæde. Nam vulnera, & alia leviora detrimenta, tertio capite complectitur.

d Damnetor. §. 4. *ff. eod.*

e Praecise. Non ſimpliciter, indefinitè.

f Intelligamoi. *D. l.* 2.

g Odyssea. *Lib.* 13.

§. 2. Injuria autem occidere intelligitur.

INjuria autem occidere intelligitur, qui nullo jure occidit *a*. Itaque qui latronem *b* occiderit, non tenetur: utique ſi aliter periculum effugere *c* non poteſt. Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui caſu occidit: ſi modò culpa ejus nulla *d* inveniatur. Nam alioqui non minus quàm ex dolo, ex culpa quiſque hac lege tenetur *e*. Itaque ſi quis, dum jaculis ludit, vel exercitatur, tranſeuntem ſervum tuum trajecerit: diſtinguitur. Nam, ſi id à milite in eo campo, ubi ſolitum eſt exercitari, admiſſum eſt, nulla culpa ejus intelligitur. Si alius tale quid admiſerit, culpæ reus eſt *f*. Idem juris eſt de milite, ſi in alio loco, quàm qui exercitandis militibus deſtinatus eſt, id admiſerit. Item ſi putator ex arbore dejecto ramo, ſervum tuum tranſeuntem occiderit: ſi prope viam publi-

cam,

cam, aut vicinalem id factum eſt, neque proclamavit, ut caſus evitari poſſet, culpæ reus eſt *g*: ſed, ſi proclamavit, nec ille curavit cavere: extra culpam eſt putator. Æquè extra culpam eſſe intelligitur, ſi ſeorſim à via fortè, vel in medio fundo cædebat, licet non proclamavit, quia in eo loco nullo extraneo jus fuerat verſandi *h*.

INterpretatio verborum primi capitis Legis Aquiliæ: & quid ſit injuria occidere, quæ cauſa eſt hujus actionis.

a Occidit. Dolo, vel culpa: atque ita damnum dedit, quod caveri vel potuit, vel debuit. *l.* 5. §. 1. *l. ſi quis.* 49. *eod.*

b Latronem. Multò magis, ſi beſtiam aliquam invadentem.

c Effugere. Non ſimpliciter ponit, *fugere*: ſed *effugere periculum*. Hoc igitur de facultate defenſionis, non de facultate fugæ eſt accipiendum, *l. ſcientiam.* 45. §. 3. in verb *qui cum aliter ſe tueri non poſſent*. *l.* 4. 5. *l. ſi ex plagis.* 52. §. 1. *eod.*

d Culpa Nulla. Ne leviſſima quidem, *l. in lege.* 44. eum lege. ſeq. *eod.*

e Tanetua. Ita legendum monet Cujac.

f Culpae Reus Est. *L. item.* 9. §. *ult. eod.*

g Culpae Reus Est. Non doli, eòque Lege Cornelia non tenetur, *l. in lege.* 7. *De ſicar.* In metallum tamen damnari olim potuiſſe, oſtendit Paul. *lib.* 5. *Sent. cap.* 23. Ex quo ratiocinari licet, hodie eos propter cædem culpa factam poſſe ſaltem relegari. *l.* 1. in fin. *l.* 3. eum ſeq. *De ſicar.*

h Versandi. *L. ſi putator.* 31. *eod.*

§. 3. Præterea, ſi medicus.

PRæterea, ſi medicus, qui ſervum tuum ſecuit, dereliquerit curationem ejus, & ob id mortuus fuerit ſervus: culpæ reus erit *a*. Imperitia *b* quoque culpæ annumeratur: veluti ſi medicus *c* ideò ſervum tuum occiderit, quòd eum malè ſecuerit, aut perperam ei medicamentum dederit. Impetu quoque mularum, quas mulio propter imperitiam retinere non potuit, ſi ſervus tuus oppreſſus fuerit: culpæ reus eſt mulio *d*. Sed & ſi propter infirmitatem eas retinere non potuerit, cùm alius firmior eas retinere potuiſſet, æquè culpæ tenetur *e*. Eadem placuerunt de eo quoque, qui cùm equo veheretur, impetum ejus aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam ſuam retinere non potuerit *f*.

1. *Mortis cauſam præbere quis dicatur.*

2. *Infirmitatem etiam in Legem Aquiliam venire*

ARtis imperitia culpæ annumeratur.

1 *a* Culpae Reus Erit. *L. idem* 8. *eod.* Mortis † enim cauſam præbere, eſt occidere, *l. nihil.* 15. *Ad l. Corn. de ſicar.* Mortis autem cauſam præbet, qui curationem deſerit. *l.* 3. *De his quib. ut indig.* Gloſſ. & Doct. in *l. ſi ab hoſtibus.* 10. *Soluto matrim.*

b Imperitia. Artis, quam quis profitetur. *l. imperitia.* 132. *De reg. jur. l. ſi quis.* 9. §. *Celſus. Locati.* *l. ſi ſervus.* 28. §. *ſi calicem.* 18. *eod.*

c Si Medicus. Obſtetrix, Juriſconſ. chirurgus, aut alius artificium profeſſus.

d Mulio. *D. l. item.* 9.

e Culpae Tenatur. Non † igitur modò imperitia, ſed etiam infirmitas in legem Aquiliam venit: cùm affectare quiſque non debeat, in quo intelligit, vel intelligere debet imbecillitatem ſuam alii periculoſam futuram. *l. idem.* 8. *eod.* 2

f Non Potuarit. *D. l. idem.* 8.

§. 4. His autem verbis legis.

HIs autem verbis legis, *Quanti id eo in anno plurimi fuerit*, illa ſententia exprimitur: ut, ſi quis hominem tuum, qui hodie claudus, aut mancus, aut luſcus erit, occiderit, qui in eo anno integer, aut pretioſus fuerit: non tanti teneatur, quanti hodie erit, ſed quanti

& in

eo in anno plurimi fuerit *a*. Qua ratione *b* creditum eſt, pœnalem eſſe hujus legis actionem: quia non ſolùm tantum quiſque obligatur, quantum damni dederit, ſed aliquando *c* longè pluris. Ideòque conſtat in hæredem eam actionem non tranſire *d*: quæ tranſitura fuiſſet, ſi ultra damnum nunquam lis æſtimaretur *e*.

Explicatio reliquorum verborum legis, *Quanti id eo in anno*, &c.

a Plurimi Fuerit. *L. ait.* 21. *l. ita.* 52. *l. inde.* 23. §. 3. *eod.*

b Qua Ratione. Potiùs alia, quoniam inficiatione creſcit: nam in merè perſecutoriis, ut conditionibus venit talis æſtimatio, nec tamen ſunt pœnales. Interpretor igitur, qua ratione, ſed non ſola; vel dic etiam condictiones hoc reſpectu eſſe pœnales.

c Aliquando. Cùm animal intra annum pluris valuit, quàm quo tempore interfectum eſt.

d Non Transire. *D. l. inde.* §. *hanc actionem*. 6.

e Æstimaratur. Ergò quoad damnum tranſit. Nam rei perſecutoriæ tranſeunt in hæredem. §. 2. infr. *De perp. & temp. act.*

§. 5. Illud non ex verbis legis.

Illud non ex verbis legis, ſed ex interpretatione placuit *a*, non ſolùm perempti corporis æſtimationem habendam eſſe ſecundum ea, quæ diximus, ſed eo amplius, quicquid præterea perempto eo corpore damni *b* vobis illatum fuerit: veluti ſi ſervum tuum hæredem ab aliquo inſtitutum antè quis occiderit, quàm is juſſu tuo hæreditatem adjerit. Nam hæreditatis quoque amiſſæ rationem eſſe habendam conſtat *c* Item ſi ex pari mularum unam, vel ex quadrigis equorum unum quis occiderit, vel ex comœdis unus ſervus occiſus fuerit: non ſolùm occiſi fit æſtimatio, ſed eo amplius id quoque computatur, quanti depreciati ſunt, qui ſuperſunt *d*.

Ampliatio Legis Aquiliæ, ex interpretatione I. C.

a Placuit. Hoc jure utimur, inquit Ulp. in *l. ait.* 21. in fin. *eod.*

b Damni. Pecuniarii, *d. l. inde.* 23. §. 4. non affectionis. *l. ſi ſervum*. 33. *eod.*

c Constat. *D. l. inde.* 23.

d Qui Supersunt. *L. proinde.* 22. *eod.*

§. 6. Liberum autem eſt ei.

Liberum autem eſt ei, cujus ſervus occiſus fuerit, & privato judicio legis Aquiliæ damnum perſequi, & capitalis criminis eum reum facere *a*. Caput ſecundum legis Aquiliæ in uſu non eſt *b*.

Affinia remedia.

a Reum Facere. *D. l. inde.* 23. §. *ſi dolo.* 7. *l.* 3. *C. eod.* quia hominem occidit. Vide *ad l. Corn. de ſicar.*

b In Usu Non Est. *L. ſi ſervus.* 27. §. 4. *eod.*

§. 7. Capite tertio de omni cætero damno.

Capite tertio de omni cæterò damno cavetur *a*. Itaque ſi quis ſervum, vel eam quadrupedem, quæ pecudum numero eſt, vulneraverit: ſive eam quadrupedem, quæ pecudum numero non eſt, veluti canem, aut feram beſtiam vulneraverit, aut occiderit: hoc capite

actio

actio conſtituitur. In cæteris quoque omnibus animalibus, item in omnibus rebus, quæ anima carent *b*, damnum injuria datum hac parte vindicatur. Si quid enim uſtum, aut fractum, aut ruptum fuerit *c*: actio ex hoc capite conſtituitur, quanquam poterat ſola rupti appellatio in omnes iſtas cauſas ſufficere. Ruptum *d* enim intelligitur, quod quoquo modo corruptum eſt. Vnde non ſolùm fracta, aut uſta, ſed etiam ſciſſa, & colliſa, & effuſa, & quoquo modo perempta, atque deteriora facta, hoc verbo continentur. Denique reſponſum eſt, ſi quis in alienum vinum, aut oleum, id miſcuerit, quo naturalis bonitas vini, aut olei corrumperetur: hac parte legis Aquiliæ eum teneri *e*.

DE tertio capite Legis Aquiliæ.
a CAVETUR. *L. ſi ſervus*. 27. *l. quemadmodum*. 29. §. *hac actione*. 4. *eod.*
b CARENT. *D. l. ſi ſervus*. *l.* 2. *C. eo.*
c RUPTUM FUERIT. *D. l. ſi ſervus*. §. *inquit lex*. 9.
d RUPTUM. *D.* §. 9.
e LEGIS AQUILIAE EUM TENERI. *D. l. ſi ſervus*. §. *cum eo*. 10.

§. 8. Illud palàm eſt.

ILlud palàm eſt, ſicut ex primo capite ita demum quiſque tenetur, ſi dolo, aut culpa ejus homo, aut quadrupes occiſus, occiſave fuerit: ita ex hoc capite de dolo, aut culpa, & de cætero damno quemque teneri *a*. Ex hoc tamen capite, non quanti in eo anno, ſed quanti in diebus triginta proximis res fuerit, obligatur is, qui damnum dederit *b*. At nec *Plurimi* quidem verbum adjicitur. Sed Sabino rectè placuit, perinde habendam æſtimationem, ac ſi etiam hac parte *Plurimi* verbum adjectum fuiſſet *c*. Nam plebem Romanam, quæ Aquilio tribuno rogante hanc legem tulit, contentam fuiſſe, quòd prima parte eo verbo uſa eſſet *d*.

INterpretatio tertii capitis.
a TENERI. *L. qui occidit*. 30. §. *ult. eo.*
b DEDERIT. *L. ſi ſervus*. 27. §. 4. *eod.*
c ADJECTUM FUISSET. *L. quemadmodum*. 29. in fin. *eod.*
d USA ESSET. Quæ in præfationibus dicuntur, ea in ſequentibus repetita intelliguntur. *l. Titia*. 134. §. 1. *De verb. oblig.*

§. 9. Cæterùm placuit.

CÆterùm placuit, ita demum directam *a* ex hac lege actionem eſſe, ſi quis præcipuè corpore ſuo damnum dederit. Ideòque in eum, qui alio modo damnum dederit, utiles actiones *b* dari ſolent: veluti ſi quis hominem alienum, aut pecus ita incluſerit, ut fame necaretur: aut jumentum ita vehementer egerit, ut rumperetur: aut pecus in tantum exagitaverit, ut præcipitaretur: aut ſi quis alieno ſervo perſuaſerit, ut in arborem aſcenderet, vel in puteum deſcenderet: & is aſcendendo, vel deſcendendo aut mortuus, aut aliqua parte corporis læſus fuerit: utilis actio in eum datur. Sed ſi quis alienum ſervum aut de ponte, aut de ripa in flumen dejecerit, & is ſuffocatus fuerit: eo quòd projecit, corpore ſuo damnum dediſſe, non difficulter intelligi poteſt *c*: ideòque ipſa lege Aquilia tenetur. Sed ſi non corpore damnum fuerit datum, neque corpus læſum fue-

fuerit, ſed alio modo alicui damnum contigerit: cùm non ſufficiat neque directa, neque utilis legis Aquiliæ actio: placuit eum: qui obnoxius fuerit, in factum actione *d* teneri, veluti ſi quis miſericordia ductus, alienum ſervum compeditum ſolverit, ut fugeret.

1. *Actio directa quæ: quæ utilis, num. 2. quæ in factum, num. 3.*

De effectu, & variis actionum ſpeciebus. Legis Aquiliæ. Nam inde aut directa, aut utilis, aut in factum actio datur.

1 *a* Directam. Ex † ipſis verbis legis conceptam.

2 *b* Utiles Actiones. Ex † ſententia, & interpretatione, ſeu ratione legis, alia eſt in factum, *l. qua actione, 7. §. 3. l. item. 9. §. 1. & 2. eod.*

c Intelligi Potest. *D. l. qua actione. 7. §. pen. eod.*

d In Factum Actione. Hæc † propriè in factum dicitur actio, quia nec verbis, nec ex ſententia legis datur, quando nec à corpore, nec in corpus damnum ſit datum. Itaque hæc actio ad exemplum Aquiliæ in factum, quale eſt, concipitur. *l. quia. 11. De præſcr. verb. l. & eleganter. 7. §. idem Labeo. 2. De dol. malo.* ex ea ratione, quòd qui occaſionem damni præſtat, damnum dediſſe videatur, *l. qui occidit. 30. §. ult. ff. eod.* vide *l. pen. l. ult. C. Ad Leg. Aquil.* ubi dixi. 3

DE INIVRIIS.

Titulus Quartus.

1. *Quarta ſpecies delicti privati, Injuria: & tituli diſpoſitio. num. 2.*

1 Quarta † ſpecies privati delicti, unde obligatio rei privatæ oritur, eſt injuria: de qua Paul. *libr. 5. tit. 4.* Primò † autem hìc exponitur, quid ſit injuria. Deinde in §. 2. cauſa efficiens, & formalis, quomodo fiat injuria. In §. 3. materia, quibus fiat. In 4. & 5. de effectu, & pœna injuriarum. In § 6. de circumſtantiis, qualitate, & atrocitate. In reliquis, de actionibus injuriarum, & de contrariis: quomodo ſcilicet aboleantur, & quæ exceptiones his objici poſſint. 2

Pro rubricæ captu nota qualiter. in hoc titulo accipiatur vox *injuria* ad §. 1. *hoc tit.*
Titulus in tres partes ſegrego.
1. Quibus modis committatur injuria *§.* 2.
2. De Actore, *hoc eſt eo, qui paſſus eſt injuriam §.* 3. & Reo §. ult.
3. De pœna injuriarum §. 4. 5. 6. & 7.

§. 1. Generaliter injuria dicitur.

Generaliter injuria dicitur *a* omne, quod non jure fit *b*. Specialiter *c* aliàs contumelia, quæ à contemnendo dicta eſt, quam Græci ὕβριν appellant: aliàs culpa, quam Græci ἀδίκημα dicunt, ſicut in lege Aquilia damnum injuria accipitur: aliàs iniquitas, & injuſtitia, quam Græci ἀδικίαν vocant. Cùm enim prætor, vel judex non jure contra quem pronunciat, injuriam accepiſſe dicitur *d*.

a Injuria Dicitur. Definitio nominis.

b Non Jure Fit. Ex eo enim nomen habet. *l. 1. eod.* quod Ariſtot, *lib. 5. Ethic.* ἄδικον appellat.

c Specialiter. Species injuriæ, contumelia, culpa, injuſtitia. *l. 1. eod.*

d Dicitur. *D. l. 1. l. nec magiſtratibus. 32.* cum lege ſeq. *eod.*

§. 2. Injuriæ

§. 2. Injuria autem committitur.

INjuria autem committitur non ſolùm *a*, cùm quis pulſatus *b*, aut pugno, vel fuſtibus cæſus, vel etiam verberatus *c* erit: ſed & ſi cui convicium factum fuerit *d*, ſive cujus bona quaſi debitoris, qui nihil deberet, poſſeſſa fuerint ab eo, qui intelligebat nihil ſibi eum debere *e*: vel ſi quis ad infamiam alicujus, libellum *f*, aut carmen ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolove malo fecerit: quo quid eorum fieret: ſive quis matremfamilias, aut prætextatum prætextatamve *g* aſſectatus *h* fuerit: ſive cujus pudicitia attentata eſſe *i* dicetur: & denique aliis pluribus modis admitti injuriam manifeſtum eſt.

1. Cauſa efficiens & inſtrumentalis injuriæ.
2. Prætextatus quis.
3. Appellare & aſſectari differunt.

1 DE cauſa efficiente, & quomodo fiat injuria. Cauſa † autem efficiens eſt dolus animi, contumeliam alicui facere volentis, *l.* 1. *eod.* Inſtrumentalis, res ſeu facta, verba, ſcripta injurioſa, *l.* 1. §. 1. *l.* 5. §. *pen. eod.* unde tres injuriæ ſpecies ducuntur.

a NON SOLUM. Ὑστερολογίαν vult eſſe Cujac. *lib.* 3. *Obſer. cap.* 5. ut in *l. juriſgentium*. 7. §. *pactorum*. 3. ubi Ruſſar. *De pact.*

b PULSATUS. Sine dolore *l.* 5. §. 1. *eod.*

c VERBERATUS. Cum dolore *d. l.* 5. §. 1. Et hæc prima ſpecies injuriæ eſt, & quidem atrociſſima.

d CONVICIUM FACTUM FUERIT. Altera ſpecies, quæ fit verbis, *l. item* 15. §. *ſi quis.* 25.

e DEBERE. Mixta ſpecies, partim verbalis, partim realis injuria, *l. ſi injuriæ.* 20. *eod.* ex qua tenentur hodie injuriarum, arreſtantes ejuſmodi homines, eorumque bona, qui nihil debent aut ſe judicio defendere parati, nec fugitivi ſunt facit *l. injuriarum.* 13. §. *ſi quis per injuriam ad tribunal alicujus me interpellaverit, vexandi mei cauſa potero injuriarum experiri.* 3. *ff. eod. tit.*

f LIBELLUM. Tertia ſpecies, carmen, aut ſcriptum famoſum, *l.* 5. §. *pen.* quod leg. 12. Tab. erat capitale. Auguſti. *De civi. Dei lib.* 2. ex Cice. *De Repub. lib.* 4. quo reditum eſt: ſiquidem delicti capitalis infamia alteri per libellum incerti auctoris inuratur, *l. unica.* ubi Sal. & DD. *C. De famoſis libell.* cùm lege Cornelia tantùm inteſtabiles, qui id committunt, eſſe jubeantur, *l. ob carmen.* 21. *De teſtib. d. l.* 5. §. *pen.*

g PRÆTEXTATAMVE. Hoc eſt, † adoleſcentem: nam ingenui veſte utebantur purpura per circuitum fimbriæ prætexta: pueri quidem ad annum uſque 17. utebantur, puellæ uſque dum nuberent, auctore Feſto. Rectè autem hoc addit: nam ſi quis ancillari, vel meretricio ornatu indutam aſſectetur, injuriæ non æquè reus eſt, *l. item.* 15. §. *ſi quis.* 11. *eod.* 2

h ASSECTATUS. Aliud † eſt appellare: aliud aſſectari. Appellat, qui ſermone pudicitiam attentat: aſſectatur, qui tacitus frequenter ſequitur: aſſidua enim frequentia nonnullam infamiam infert. *l. item.* 15. §. *aliud.* 17. *eod.* 3

i ATTENTATA ESSE. Quod eſt appellare, vel impudicum facere, attentare, *d.* §. *aliud. l. ſed quæſtionis.* 9. §. *ult. eod.*

§. 3. Patitur autem quis injuriam.

PAtitur autem quis injuriam non ſolùm per ſemetipſum, ſed etiam per liberos ſuos, quos in poteſtate habet *a*: item per uxorem ſuam *b*: id enim magis prævaluit *c*. Itaque ſi filiæ alicujus, quæ Titio nupta *d* eſt, injuriam feceris: non ſolùm filiæ nomine tecum injuriarum agi poteſt, ſed etiam patris, & mariti nomine *e*. Contrà autem, ſi viro injuria facta ſit, uxor injuriarum agere non poteſt *f*. Defendi enim uxores à viris, non viros ab uxoribus æquum eſt *g*. Sed & ſocer nurus nomine, cujus vir in ejus poteſtate eſt, injuriarum agere poteſt. Servis autem ipſis quidem nulla injuria *h* fieri intelligitur, *i*, ſed domino per eos fieri videtur *k*: non tamen

iiſdem

iiſdem modis, quibus etiam per liberos, & uxores: ſed ita, cùm quid atrocius commiſſum fuerit, & quod apertè ad contumeliam domini reſpicit: veluti ſi quis alienum ſervum atrociter verberaverit, & in hunc caſum actio *l* proponitur. At ſi quis ſervo convicium fecerit, vel pugno eum percuſſerit: nulla in eum actio domino competit *m*. Si communi ſervo injuria facta ſit: æquum eſt, non pro ea parte, qua dominus quiſque eſt, æſtimationem injuriæ fieri: ſed ex dominorum perſona, quia ipſis *n* fit injuria. Quòd ſi uſusfructus in ſervo Titii eſt, proprietas Mævii: magis Mævio injuria fieri intelligitur *o*. Sed ſi libero homini, qui tibi bona fide ſervit, injuria facta ſit: nulla tibi actio dabitur, ſed ſuo nomine is experiri poterit *p*: niſi in contumeliam tuam pulſatus ſit. Tunc enim competit & tibi injuriarum actio *q*. Idem ergò eſt & in ſervo alieno, bona fide tibi ſerviente: ut toties admittatur injuriarum actio *r*, quoties in tuam contumeliam injuria ei facta ſit.

1. Uxor quando de injuria viro illata agere poſſit.

2. Servos injuria non affici: & ratio.

DE materia: quis patiatur injuriam, & cui ea fiat.

a Potestate Habet. *L.* 1. in fin. *l. pater.* 41. *l. ſi quis.* 26. *eod. l.* 2. *C. eod.* quoniam eadem perſona, ut ſup. *De inutil. ſtipul. §. quod ſi quis.* 4. *l. ult. C. De impub. & al. ſubſtit.*

b Uxorem Suam. *L. non ſolum* 11. §. 4. *l.* 1. *§. ultim. l. eum qui.* 18. §. 2. *eod.* licet non ſit in poteſtate, jure civili, *l. vidua.* 18. *C. De nup.* vide ad *titul. De his qui ſunt ſui jur. & De cur. fur.* Tiraquell. in *legib. connub.* in princ.

c Prævaluit. Hæc verba oſtendunt, rem controverſiam fuiſſe, ſed hanc ſententiam uſu ſuperaſſe.

d Nupta Est. Vel deſponſa, *l. item.* 15. *§. ſponſam.* 19. *eod.*

e Mariti Nomine. *L.* 1. in fin. *eod.*

1 *f* Non Potest. *L.* 2. *eod.* niſi † cùm de ſtatu, incarceratione, aut alia mariti perſonali injuria agitur, quæ ad ipſam quoque pertineat, *l.* 3. *De liber. cauſ. l.* 4. & 5. *C. De his qui accuſa. l. quia.* 4. *C. De procur.* Speculator *de procur. §. ratione. numer.* 1. Capycius *deciſ. Neapol.* 143. *In cauſa. & deciſ. Rotæ titul. De procur. deciſ.* 16. *Alias.* 203. *Uxor.*

g Æquum Est. *L.* 2. *eod.* quia virile officium. *l. alienam.* 18. *C. De procur.* ubi Gloſſ. & DD. Bartol. & alii. *l. ſi ita ſtipulatus.* 126. *§. Chryſogonus.* 2. *De verb. obligat.*

h Nulla Injuria. Quia † pro nullis habentur, *l. quod attinet.* 32. *De regul. jur.* nec caput habent, *l.* 3. *De cap. min.* tantum abeſt, ut dignitatem, nomenque, quod contumelia afficiatur, obtinere intelligantur. Cic. *pro Cæcin.* ait, Actionem injuriarum dolorem imminutæ libertatis mitigare. Atqui hanc ſervi nullam habent. Ergo, &c. 2

i Intelligitur. Reſpectu actionis civilis, ut ea, agere poſſint. Verba ſecundum ſubjectam, ut ajunt, materiam ſunt accipienda.

k Videtur. *L. item* 15. *§. ſi quis.* 27. *eod.*

l Actio. Injuriæ: quanquam & lege Aquilia agi poteſt, nec una conſumit alteram: quòd hæc rem, illa pœnam perſequatur, *l. prætor.* 7. *§.* 1. *l. item.* 15. *§. ſi quis.* 33. *eod.*

m Competit. *L. item* 15. *§. prætor.* 31. *eod.*

n Quia Ipsis. Aliàs, *qua*: hoc eſt, quatenus eis facta eſt injuria: nam ſi ex æquo ad omnes ea pertineat, proportione cujuſque æſtimabitur, *l. ſed non.* 16. *eod.*

o Intelligitur. *D. l. item. §. ſi uſumfructum.* 34. *eod.*

p Poterit. *D. l. item §. penult.*

q Injuriarum Actio. *D. §. pen.* à finali enim cauſa injuriæ æſtimantur.

r Injuriarum Actio. *D. §. pen.*

§. 4. Pœna autem injuriarum.

POena autem injuriarum ex lege duodecim tabularum *a* propter membrum quidem ruptum, talio erat *b*: propter os verò fractum, nummariæ pœnæ erant conſtitutæ, quaſi in magna veterum paupertate *c*. Sed poſteà prætores permittebant ipſis, qui injuriam paſſi ſunt, eam æſtimare: ut judex vel tanti reum condemnet, quanti injuriam paſſus æſtima-

æſtimaverit : vel minoris, prout viſum fuerit. Sed pœna quidem injuriæ, quæ ex lege 12. tabularum introducta eſt, in deſuetudinem abiit: quam autem prætores introduxerunt (quæ etiam honoraria appellatur) in judiciis frequentatur. Nam ſecundum gradum dignitatis, vitæque honeſtatem, creſcit, aut imminuitur æſtimatio injuriæ *d*: qui gradus condemnationis & in ſervili perſona non immeritò ſervatur: ut aliud in ſervo actore, aliud in medii actus homine, aliud in viliſſimo, vel compedito jus conſtituatur *e*.

AGitur de pœna injuriarum.

a Duodecim Tabularum. Gell. *lib.* 20. *cap.* 1. Paul. *lib. Sent.* 5. *cap* 6.

b Talio Erat. Plus eſt membrum, puta brachium, caput, pedes rumpi, quàm frangi os: cùm in uno membro, puta manu, plura ſint oſſa.

c Paupertata. Gell. *lib.* 1. *cap.* 11. Plin. *lib.* 18. *cap.* 3.

d Æstimatio Injuriae. *L. prætor.* 7. in fin. ex circumſtantia perſonarum: de qua, & aliis circumſtantiis, infr. in §. 6.

e Constituator. *L. item.* 15. §. *prætor.* 31. *eod.*

§. 5. Sed & Lex Cornelia.

SEd & Lex Cornelia de injuriis loquitur, & injuriarum actionem introduxit *a*: quæ competit ob eam rem, quòd ſe pulſatum quis, verberatumve, domumve ſuam vi introitam eſſe dicat. Domum autem accipimus, ſive in propria domo quis habitet, ſive in conducta, vel gratis, ſive hoſpitio receptus ſit *b*.

DE pœna Legis Corn. quam L. Corn. Sylla tulit.

a Introduxit. *L.* 5. *eod.*

b Receptus Sit. *D. l.* 2. Vide de hac actione Parat. ad *tit. de injur.*

§. 6. Atrox Injuria æſtimatur.

ATrox Injuria æſtimatur vel ex facto *a*: veluti ſi quis ab aliquo vulneratus ſit, vel fuſtibus cæſus, vel ex loco *b*: veluti ſi cui in theatro, vel in foro, vel in conſpectu Prætoris *c* injuria facta ſit. vel ex perſona *d*: veluti ſi magiſtratus *e* injuriam paſſus fuerit, vel ſi ſenatori ab humili perſona injuria facta ſit, aut parenti *f*, patronove fiat à liberis, vel libertis. Aliter enim ſenatoris & parentis patronique aliter extranei & humilis perſonæ injuria æſtimatur. Nonnunquam & locus vulneris atrocem injuriam facit: veluti ſi in oculo quis percuſſus ſit *g*. Parvi autem refert *h*, utrum patrifamilias, an filiofamilias talis injuria facta ſit. Nam & hæc atrox æſtimabitur.

IN hoc §. tractatur de circumſtantiis, unde qualitas injuriæ æſtimatur: de quibus plura in *l. aut facta*. 16. *De pœn.*

a Ex Facto. *L. prætor.* 7. §. *ult.* cum leg. ſeq. *eod.*

b Ex Loco. *D. l. prætor.* cum leg. ſeq. Jaſ. *l. qui juriſdictioni.* 10. *nu.* 3. verſ. *ſub populi præſentia*. *De juriſdict.* Item ſi in templo.

c Praetoris. Ex Ulp. *l. prætor.* 7. §. *ult. eod.* Ubi pro nomine *prætoris*, Cujac. *lib.* 9. *Obſer. c.* 16. legit *popul. Rom.*

d Ex Persona. Utriuſque, & facientis, & patientis, ut exempla ſubjecta oſtendunt, *d. l. prætor. l.* 4. *C. eod.* Non tamen hæc circumſtantia ſufficit, cùm in his perſonis atrocem injuriam lex requirit. §. *aliud.* verſ. 1. *cauſas*. verb. *gravem*, & *inhoneſtam injuriam*. in Authentic. *Ut cum de appellation. cognoſc.* ut in feudis. §. *de illa.* verſ. *non enim. in quibus cauſ. feud. amit. c.* 1. §. *porrò. quæ fuit pri-*

ma cauſ. beneſ. amitten. Soosbec. *tract. feud. par.* 12. *num.* 49. ex DD. in §. *prædictis. Quæ fuit prima cauſ. beneſic. amitten.* Idem, cùm in Clerico requiritur atrox injuria, noo ſufficeret eum à laico eſſe percuſſum. Arooo. *ſoliloq.* 63.

e Magistratus. Cujus injuriam atrociorem capite puniri vult. Jaſon præſertim in ſupremo principe, *l. qui juriſdictioni. muner.* 2. 3. *De juriſdict.* limitans ita generalem nimis Bald. theoricam, *c.* 1. §. *injuria De pace jura. fir.*

f Aut Parenti, *L. capitalium.* 28. §. *omnia admiſſa. De pæn.*

g Parcussus Sit. *D. l. prætor.* Non patitur ludum fama, fides, oculus.

h Parvi Refert. Ad æſtimationem injuriæ, *l. ſed eſt quæſtionis.* 9. §. 1. *eod.*

§. 7. In ſumma igitur ſciendum eſt.

IN ſumma igitur ſciendum eſt, de omni injuria eum, qui paſſus eſt, poſſe vel criminaliter *a* agere, vel civiliter *b*. Et ſi quidem civiliter agitur æſtimatione facta *c*, ſecundum quod dictum eſt, pœna imponitur. Sin autem criminaliter, officio judicis extraordinaria pœna *d* reo irrogatur *e*: hoc videlicet obſervando, quod Zenoniana conſtitutio *f* introduxit, ut viri illuſtres, quique ſuper eos ſunt, & per procuratores poſſint actionem injuriarum criminaliter *g* vel perſequi, vel ſuſcipere, ſecundum ejus tenorem, qui ex ipſa manifeſtiùs apparet.

DE actionibus injuriarum.

a Criminaliter. Extraordinario judieio, *l.* 7. *C. eod. l. ultim. eod.*

b Vel Civiliter. Judicio privato, *d. l.* 7. Unum tamen judicium alterum tollit, quia utrumque ad pœnam, & vindictam comparatum eſt. *l.* 6. & 7. *l. ult. eod.*

c Æstimatione Facta. Quam actor in libello facit, judex ſententia taxat. DD. hìc. Dixi in Paratit. *De injur.*

d Extraordinaria Poena. *L. ult. C. eod.* hoc eſt, arbitraria, quæ noo lege delicto præſtituta, ſed arbitrio judicis relicta, *l.* 3. ubi Gloſſ. *C. De ſacroſ. Eccleſ.* vide Gloſſ. & DD. hìc.

e Irrogatur. Puta exilium, relegatio, *l. qui injuriarum.* 43. *eod.* item in plebeis fuſtigatio: imò & ad mortem hæc pœna extendi poteſt, ut voluot Gloſſ. & DD. Angel. hìc, Bald. io *c.* 1. §. *injuria. De pace jur. fir.* pro eircumſtantiis ſcilicet delicti. Vide ad *tit. De privat. delict.* ut cùm magiſtratus violatur, Jaſ. in *l. qui juriſdictioni. muner.* 3. *De juriſdict.*

f Zenoniana. Constitutio. *D. l. ult.*

g Criminaliter. Nam eiviliter cuilibet licet, *l. non ſolum.* 11. §. 2. *eod.* In eriminali judicio non licet reliquis, *l. pen. De pub. jud.* quia pœna ſupra relegationem deceroi poteſt, puta exilium, hoc eſt deportatio, *d. l. qui injuriarum.* vel etiam capitalis, ut dictum eſt. Ceſſat igitur hoc caſu regula *l.* 1. *An per alias cauſ. app.* ubi dixi.

§. 8. Non ſolùm autem is.

NOn ſolùm autem is injuriarum tenetur, qui fecit injuriam, id eſt, qui percuſſit: verùm ille quoque tenetur *a*, qui dolo fecit, vel qui curavit, ut cui mala pugno percuteretur *b*. Hæc actio diſſimulatione *c* aboletur *d*: & ideo ſi quis injuriam *e* dereliquerit, hoc eſt, ſtatim paſſus ad animum ſuum non revocaverit: poſtea ex pœnitentia remiſſam injuriam non poterit recolere *f*.

ADverſos quem detur hæc actio, & quomodo tollatur.

a Tenetur. Ex prætoris edicto, *l. item.* 15. §. 3.

b Percuteretur. *L. non ſolum.* 11. in prioc. & §. 3.

c Dissimulatio. Item ſalutatione, Gloſſ. *c. Cum Adrian. diſt.* 63. collocutione, *c. Nec aliqua.* 27. *q.* 1.

d Aboletur. *D. l. non ſolum.* §. 1. Pater poteſt remittere injoriam filio factam, quod pro ſtatotis notant Gloſſ. & Bart. *l. in perſona.* 31. in prioc. *De pact.*

e Injuriam. Injoriarum querelam: nec expreſſerit, aut proteſtatus ſit, ad animum ſe revocare.

f Recolere. *C. Si is qui prelatus.* §. *ult. c. Si illi. c.* 20. *quæſt.* 4. Non tamen per hoc intelligitur remiſiſſe damna Jaſ. *l.* 1. *num.* 16. *De pact.*

DE

DE OBLIGATIONIBVS, QVÆ QVASI EX DELICTO NASCVNTVR.

Titulus Quintus.

1. *Continuatio Tituli : quid quaſi delicta.*

1 VLtimum † membrum quadripartitæ diviſionis obligationum. Cum enim hactenus dictum ſit de obligationibus, quæ ex contractu, vel quaſi, item quæ ex delictis oriuntur: ſequens fuit ultimo loco exponere de obligationibus, quæ ex quaſi delictis fluunt. Quaſi delicta vocamus, quæ non ex dolo, ſed culpa proficiſcuntur, quorum tria exempla hoc in tit. proponuntur, ex *l.* 5. §. 4. *De oblig.* ad quæ lex Aquilia propriè non pertinet

DUæ ſunt hujus tituli partes.
1. De una ſpecie quaſi delicti ex facto noſtro. §. 1.
2. De aliis ſpeciebus ex facto eorum, qui nobis ſubjecti ſunt. §. 2. & 3.

§. 1. Si judex litem ſuam fecerit.

SI judex litem ſuam fecerit *a*, non propriè ex maleficio obligatus videtur. Sed quia neque ex maleficio, neque ex contractu obligatus eſt, & utique peccaſſe *b* aliquid intelligitur, licet per imprudentiam: ideo videtur quaſi ex maleficio teneri *c*: & in quantum *d* de ea re æquum religioni judicantis videbitur, pœnam ſuſtinebit *e*.

1. *Dolo malo quis dicatur judicare*,

SPecies, imprudentia malè judicantis.

a Suam Fecerit. Per imprudentiam, ut ſequitur, non dolo malo: alioqui graviùs punitur, *l.* 2. *C. De pœn. jud. l.* 3. *Ad l. Jul. repetund.* Dolo † autem ma-
1 lo perperam judicat, cujus evidens gratia, inimicitia, vel ſordes arguuntur, *l. filiusfamilias*. 15. *De jud.*

b Peccasse. Etiam negligendo litem facit ſuam officialis. Bald. *c. unic.* §. *judices. num.* 6. *De pace jur. fir.* Gloſſ. *l.* 2. *Ad l. Jul. repetund.* Bald. latè. *l. quæ fortuitis*. 6. *nu.* 15. *C. De pignor. act.* & *l. quanquam*. 2. *C. De ſent. l. conſentaneum*. 8. *C. Quomod. & quand. jud.*

c Teneri. Idemque in ſimilibus artificii alicujus profeſſoribus dicendum videtur: quamvis etiam Lege Aquilia eos teneri diximus.

d In Quantum. Ad omne damnum reſarciendum, *l. pen.* in fin. *C. De teſtibus*.

e Sostinebit. *D. l. filiusfamilias. d. l.* 5. §. 4. *De oblig. l. ult. De extra. cogn.* unde patet, extraordinariam hanc eſſe cognitionem.

§. 2. Item is, ex cujus cœnaculo.

ITem is, ex cujus cœnaculo *a*, vel proprio ipſius, vel conducto, vel in quo gratis habitabat *b*, dejectum, effuſumve aliud eſt, ita ut alicui noceret: quaſi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideò autem non propriè ex maleficio obligatus intelligitur: quia plerunque ob alterius culpam *c* tenetur, aut ſervi, aut liberi *d*: cui ſimiliseſt is, qui ea parte, qua vulgo iter fieri ſolet, id poſitum, aut ſuſpenſum habet, quod poteſt *e* (ſi ceciderit) alicui nocere: quo caſu pœna decem aureorum conſtituta eſt. De

eo verò, quod dejectum, effuſumve eſt, dupli, quantum damnum datum ſit, conſtituta eſt actio. Ob hominem verò liberum occiſum, quinquaginta aureorum pœna conſtituitur. Si verò vivat, nocitumque ei eſſe dicatur: quantum ob eam rem æquum judici videtur, actio datur. Iudex enim computare debet mercedes medicis præſtitas *f*, cæteraque impendia, quæ in curatione facta ſunt: præterea operas, quibus caruit, aut cariturus eſt, ob id quòd inutilis eſt factus *g*. Si filiusfamilias ſeorſim à patre habitaverit, & quid ex cœnaculo ejus dejectum, effuſumve fuerit, ſive quid poſitum, ſuſpenſumve habuerit, cujus caſus periculoſus eſt: Iuliano placuit, in patrem nullam eſſe actionem, ſed cum ipſo filio agendum eſſe *h*. Quod & in filiofamilias judice obſervandum eſt, qui litem ſuam fecerit *i*.

DEjectio, vel effuſio ex cœnaculo facta, de qua *toe tit. De his qui dejecer.*

a Coenaculo. Ex parte domus ſuperiore, *l. 5. eodem*. Varro *lib.* 4.

b Habitabat. *L. 1. l. 5. eod.*

c Alterius Culpam. Qui dejecit.

d Aut Liberi. *D. l. 1. d. l. 5. §. is quoque. 5. De oblig.*

e Constituta Est. Etiamſi needum cecidit: periculum enim publicè creatum prætereuntibus mulctatur, non damnum. *l. 1. l. 5. eod.* qua in ſpecie nullum eſſe l. Aquiliæ locum apertiſſimum eſt.

f Medicis Praestitas. Non cicatrices corporis, aut deformitatem, aut dolorem perpeſſum, *l. ult. eod.*

g Inutilis Factus, Dixi *ff. eod. De his qui dejece.*

h Agendum Esse. *D. l. 5.*

i Suam Fecerit. *D. l. ult. De extr. cogn.*

§. 3. Item exercitor navis.

ITem exercitor navis, aut cauponæ, aut ſtabuli, de damno, *a* aut furto, quod in navi, aut caupona, aut ſtabulo *b* factum erit, quaſi ex maleficio teneri videtur: ſi modò ipſius nullum eſt maleficium *c*, ſed alicujus eorum, quorum opera navem, aut cauponam, aut ſtabulum exercet. Cùm enim neque ex maleficio, neque ex contractu ſit adverſus eum conſtituta hæc actio, & aliquatenus culpæ reus ſit, quòd opera malorum hominum utatur *d*: ideo quaſi ex maleficio teneri videtur. In his autem caſibus *e* in factum actio competit *f*, quę hæredi quidem datur *g*, adverſus hæredem autem non competit *h*.

DAmnum in navi, caupona, ſtabulo datum.

a De Damno. Sic rectiùs, quàm *de dolo*, *l. ult. De obl. l. 5. ff. Naut. caup. ſtab.*

b Aut Stabulo. Caupona hoſpitibus, ſtabulum equis recipiendis aperitur. Vide *Paratit. Naut. caup. ſtab.*

c Maleficium. Alioqui non ex quaſi, ſed vero delicto propria actione tenetur furti, depoſiti, l. Aquiliæ: quam in ſpecie hujus §. excludi palam eſt.

d Utatur. *D. l. 5. §. ult. De oblig. l. ult. Naut. caup. ſtab.* in rebus ſcilicet alienis. Nam aperiendo hoſpitium, quaſi fidem ſuorum, & tutum receptum profiteri, & recipere videtur.

e Casibus. Quando cum nauta, caupone, ſtabulario agitur.

f Competit. Quia facta hæc variant, nulla certa præſtò eſt actio, ſed prout quodque factum erit, ita concipitur, *d. l. 5. De obl. l. 3. §. 1. Naut. caup. ſtab. l. ult. De extraord. cognit.*

g Datur. Ut rei perſecutoria.

h Non Competit. Utpotè pœnalis, hujus reſpectu, nec ex contractu, ſed magis ex delicto deſcendens, *l. 5. §. hæc autem.* in fin. *De his qui dejecer.* quod genus hæredem conſtringere non ſolet, infr. *De perpet. & tempor. act. §. 1. l. in honorariis.* 35. *De obligat. & act.*

DE ACTIONIBVS.

Titulus Sextus.

1. *Continuatio & diſpoſitio tituli.*

HActenus † jura rerum, & perſonarum ſunt expoſita, quare ſupereſt, ut de tertio juris objecto, videlicet de Actionibus, per quas jura redduntur, nonnihil ſubiiciatur, cujus primò definitio exponitur, deinceps diviſiones quinque, aut ſex, quæ naturam, propria, cauſas, & effectus ſingularum actionum velut in tabella exhibent, ordine proponuntur.

DIVISIO TITVLI.

VT honeſtæ civium actiones vitam exornant; & ſic ad decus & ornamentum Civilis prudentiæ ACTIONES referre non dubito; ubi enim eſt illa materia juris, in qua de actionibus non pertractetur? Quare jure omnium Principem, & compendium Titulum hunc nuncupo, quem in tres partes ſegrego.

1. Definitionem actionis continet §. 1. *princ. textus.*
2. Diviſiones actionum ab
   - Objecto §. 1. verſ. *omnium autem* 2. 14. 15.
   - Origine §. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.
   - Fine §. 16. 17. 18.
   - Quantitate §. 19. 20. 21. 22. & 23.
   - Natura §. 24. 25. 26. 27.
3. Modum agendi exhibet Ad perſequendum
   - Solidum §. 28. non autem plus §. 29, 30. 31. & 32. nec minus §. 33.
   - Minus §. 34. 35. 36. & 37.

§. 1. Supereſt, ut de Actionibus loquamur.

SVpereſt, ut de Actionibus loquamur *a*. Actio autem nihil aliud eſt *b*, quàm jus *c* perſequendi *d* in judicio *e*, quod ſibi *f* debetur *g*. Omnium autem actionum, quibus inter aliquos apud judices, arbitroſve *h* de quacunque re quæritur, ſumma diviſio in duo genera deducitur: aut enim in rem ſunt, aut in perſonam *i*. Namque agit unuſquiſque, aut cum eo, qui ei obligatus eſt, vel ex contractu *k*, vel ex maleficio: quo caſu proditæ ſunt actiones in perſonam, per quas intendit adverſarium ei dare *l*, aut facere *m* oportere, & aliis quibuſdam modis *n*: aut cum eo agit, qui nullo jure *o* ei obligatus eſt, movet tamen alicui de aliqua re controverſiam *p*: quo caſu proditæ actiones in rem ſunt: veluti ſi rem corporalem poſſideat quis, quam Titius ſuam eſſe affirmet *q*. Poſſeſſor autem dominum ejus ſe eſſe dicat *r*. Nam ſi Titius ſuam eſſe intendat *ſ*, in rem actio eſt.

1. *Perſequendi verbum quid ſignificet.*

DEfinitio actionis: & prima actionum diviſio, qua in perſonales, & reales tribuuntur: reales cum re ambulant, perſonales perſonæ adhærent, *l.* 1. *§. ſi hæres*. 8. *Ad Treb.* Cyn. *l.* 2. in princ. *C. Pro ſoc.* nec dantur in tertium, aut ſingularem ſucceſſorem, *l. ult. §. ult. De contrah. empt. l. non adverſus.* 15. *C. Si cert. pet. l. cum precibus.* 4. *C. De rer. permutat.* ſed tranſeunt duntaxat in univerſalem, hoc eſt, hæredem, *l.* 2. *C. De pact. int. empt. & tot. tit. Ut actio. ab hæred.*

2. *Intendere verbum nota actionis realis.*

a LOQUAMUR. Hoc enim tertium juris objectum eſſe diximus.

b ALIUD EST. *L. nihil.* 51. *De oblig. & actio.*

c QUAM JUS. Formulam agendi veteres dixerunt. Ulp. *tit.* 25. 19.

d PERSEQUENDI. Facultas conveniendi aliquem in judicio, *l.* 6. §. *ult. De negot. geſt* Ut † 1 autem actionis verbum aliàs generale, aliàs ſpeciale eſt, *l. pecuniæ.* 178. *De verb. ſignif. l. ult. C. De hæred. vel act. vendit.* ita & perſequendi: quod aliàs ſpeciali ſignificatu extraordinarias actiones ſignificat, *d. l. pecuniæ.* hic verò omnem actionem

complectitur, ut in *l. actio.* 28. *l. in honorariis.* 35. *De oblig.* actio enim eſt in rem, petitio in perſonam; perſecutio tam in rem, quàm in perſonam: rectius igitur jus perſequendi, quàm petendi, ut utrumque genus actionis complectatur, de quo utroque ſtatim agit.

e In Judicio. A quocunque tandem magiſtratu, vel judice exerceatur.

f Quod Sibi. Non alteri, infrà *Per quos age. poſſ.* nec Reipub. inſr. *De pub. jud.*

g Debetur. Ratione obligationis, dominii, &c. Quicquid peti poteſt, ſive noſtrum ſit, ſive debitum, *d. l. pecuniæ.* Nam & quod noſtrum eſt, hactenus debetur, ut reſtituatur. Ex quo ſequitur, quod non debetur, ejus nomine nullam eſſe actionem, cùm debitum ſit ſubjectum, & fundamentum petitionis *l.* 1. *C. De lib. & poſth. hær. inſt.*

h Arbitrosve. Judices actionibus ſtricti juris, arbitri judiciis bonæ fidei dabantur, *l. à divo.* 15. *De re jud. l.* 7. *Repetund.* Si de compromiſſariis intelligeres, non congrueret definitioni in judicio.

i In Personem. *L. actionum.* 25. *eod.* vide Cujac. *lib.* 5. *Obſer. cap.* 17.

k Ex Contractu. Vel quaſi contractu, quaſi maleficio, & ſic ex obligatione quod volunt obtinere in actione nativa tantùm, non dativa, Mont. *fin. regund. cap.* 38. *num.* 3. & 4.

l Ei Dare. Dominium transferre, *l. ubi.* 75. §. *ult. De verb. oblig. l. ult. De cond. cauſ. dat.*

m Aut Facere. Inſulam ædificare, rem tradere, &c. *l. ſi rem tradi.* 28. *De verb. oblig.*

n Aliis Modis. Ut in actionibus in rem ſcriptis, quæ in rem, non in perſonam concipiuntur: puta *Ad exhibendum*, *Quod metus cauſ.* ut in interdictis, quibus non ſemper petitur dari, vel fieri, ſed etiam vendicatur, aut vendicationi via munitur, aut, ne quid fiat, petitur, &c.

o Nullo Jure. Contractus delicti, vel quaſi.

p Controversiam. Ratione poſſeſſionis, *l.* 3. *De oblig. l. actionum.* 25. *De oblig. & act. l.* 1. *C. De alie. jud. mut. cauſ.*

q Affirmet. Dominium enim ſibi aſſerenti hæc actio datur, *l. in rem.* 23. *De rei vind.*

r Dicat. Hoc eſt, contrà vendicet: quod olim quidem uſitatum erat. Boe. *in Top.* Cic. ſaltem verbotenus: quem ad morem digitum huc intendi probabile eſt *l. fundi quem.* 18. *De except.* Cont. *Diſp. lib.* 1. *c.* 12. Itaque videtur hic locus, ut alii plerique, ex aliquo veterum libro deſumptus eſſe. Quamvis autem exempli cauſa hoc proponatur, non tamen putetur id neceſſarium eſſe; *l. rogi.* 11. *C. De pet. hered. l. qui petitorio.* 36. *l. in ſpeciali.* 73. *l. qua de tota.* 76. *De rei vind. l. ſiquidem* 9. *C. De except.* niſi cum jam actor intentionem implevit, *d. l. ſiquidem. l. præſcriptionem.* 8. *C. De except. l. emptor.* 9. *C. De præſcript. long. tempor. l. officium.* 9. *D rei vind. l. ſi quis.* 24. *De except. rei jude.* Cæteroquin, actore non probante, reus etiamſi nihil præſtiterit, abſolvitur, *l. ul. C. De rei vind. l.* 2. *C. De prob. l. qui accuſare.* 4. *C. De eden.* hoc eſt, non modò non probarit, ſed etiamſi nihil dixerit, *d. l. rogi. C. De pet. her.* exceperit, *d. l. ſiquidem. C. De excep.* in princ.

ſ Intendat Nota † actionis realis: à for- 2
ma intentionis. Primùm enim intendit actor rem ſuam eſſe, & ejus dominum declarari, §. *ſic itaque.* 14. in fin. infr. *eod.* Deinde ejus ſibi poſſeſſionem reſtitui petit, Bart. *l. & ex diverſo.* 35. §. *ubi. numer.* 2. *De rei vind.* per *l. Pomponius.* 40. §. 2. *De proc.*

§. 2. Æquè ſi agat quis.

Æquè ſi agat quis, jus ſibi eſſe fundo fortè vel ædibus utendi, fruendi *a*, vel per fundum vicini eundi, agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi *b*: in rem actio eſt. Ejuſdem generis eſt actio de jure prædiorum urbanorum: veluti ſi quis agat jus ſibi eſſe altiùs ædes ſuas tollendi *c*, proſpiciendive, vel projiciendi aliquid, vel immittendi tignum in vicini ædes. Contrà quoque *d* de uſufructu, & de ſervitutibus prædiorum ruſticorum, item prædiorum urbanorum, invicem quoque proditæ ſunt actiones: ut ſi quis intendat, jus non eſſe adverſario utendi, fruendi, eundi, agendi, aquamve ducendi, item altiùs tollendi *e*, proſpiciendi, projiciendi, immittendi: iſtę quoque actiones in rem ſunt, ſed negativæ *f*. Quod genus actionis in controverſiis *g* rerum corporalium proditum non eſt *h*. Nam in his is agit, qui non poſſidet *i*: ei verò, qui poſſidet, non eſt actio prodita *k*, per quam neget *l* rem actoris eſſe *m*: ſanè uno caſu *n*, qui poſſidet, nihilominus actoris partes obtinet *o*: ſicut in latioribus Digeſtorum libris *p* opportuniùs apparebit.

1. *Jus altius tollendi habet implicatam confeſſoriam, rem ſuam eſſe liberam.*
2. *In pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis.*
3. *Confeſſoria & negatoria quibus detur.*
4. *Emendata hujus §. lectio.*

VT in corporalibus actio realis eſt vindicatio: ſic in incorporalibus, confeſſoria, & negatoria.

a Fruendi. *Tot. tit. Si uſusfruct. petat.*

b Aquam Ducendi. *L.* 2. *& tot. tit. Si ſervit. vindicet.* ubi traditur, tantùm dominis prædiorum, & contra eoſdem has actiones dari.

c Altius Tollendi. Sive jure ſuo, *l. altius.* 8. *C. De ſervit. l. cum eod.* 9. *l. cujus.* 24. *De ſervi. urb. præd.* ſive jure ſervitutis, cum anteà conceſſa, vel præſcripta ſervitute altius non tollendi, rurſum poteſtas tollendi jure ſervitutis facta intenditur; *l. egi.* 26. *De except. rei jud. l.* 4. *§. competit.* 3. *Si ſerv. vind. l. ſi priuſquam.* 15. *De oper. nov. nunciat. l. ſi domus.* 21. *De ſerv. urban. præd. l. ſi mihi.* 20. *De ſervit. ruſt. præd.* vide ſup. *De ſervit.*

d Contra Quoque. Ut datur actio realis confeſſoria, ad ſervitutem ſuo prædio aſſerendam: ita contrà datur actio negatoria, ad ſervitutem alteri in ſuo denegandam, *l.* 2. *l.* 5. *Si ſerv. vind.*

1 *e* Altius Tollendi. Hæc habet † implicatam confeſſoriam, ſcilicet rem ſuam eſſe liberam, *l.* 4. *Si ſerv. vend. l.* 5. *Si uſusfruct. pet.* Ex quo apparet, cur hic utilis ſit negatoria: negando enim adverſario jus, eſſe ſuam rem liberam declarari, & ab aſſerto ſervitutis onere liberari actor petit.

f Negativae. In *Pandectis* legitur frequentiùs, *Negatoria*. Sed negativas quoque appellat Ulp. *l.* 5. *Si uſusfr. petat.*

g Controversiis. Vindicationibus.

h Non Est. Fruſtra enim neget quis rem hic poſſeſſoris eſſe, quando ipſe nihilo magis obtineat, *l.* 5. *Si uſusfr. petat.*

i Non Possidat. Eòque nihil juverit intendere rem poſſeſſoris non eſſe: cum etiamſi non ſit, nihilò tamen melior futura ſit ita agentis intentio, nec poſſeſſionem ei propterea poſſeſſor cedere cogatur, *l. ult. C. De rei vind.* Potior eſt † enim
2
in pari cauſa, poſſidentis conditio. *l.* 2. *l.* 6. *C. De cond. ob turp. cauſ.* Alia igitur hìc eſt, quàm in incorporalibus ratio. Porro qui poſſeſſor eſt rei corporalis, omninò non agit, quia peteret, quod habet. In incorporalibus qui poſſidet, agit, *l. ſicut.* 8. §. 3. *Si ſervit. vind. l. ſi priuſquam.* 15. *De oper.*
3 *nov. nunc.* Confeſſoria † enim, & negatoria tantùm dantur dominis, & poſſeſſoribus prædiorum, *l.* 1. 2. 6. *Si ſerv. vind.* Jaſ. & DD. hìc, & in *l. naturaliter.* 12. *§. nihil commune. De acquir. poſſ.* Etſi igitur non poſſidet jus ſervitutis, quod alteri deberi negat, is, qui negatoria agit, *l.* 6. *§.* 1. *l.* 8. *§.* 3. *Si ſerv. vind. l.* 5. *§. ult. Si uſusfr. pet. l. quemadmodum.* 29. in princ. *Ad Leg. Aquil.* tamen poſſeſſor eſt prædii, cujus de jure agitur: & conſequenter poſſidet naturali libertate id, quod alteri in re ſua jure ſervitutis deberi negat.

k Actio Prodita. Cùm ſufficiat ei, quòd poſſideat, *l.* 1. *§. interdictum.* 5. uti poſſidet. Qui agit, de ſuo jure contendere debet, *l. uti frui.* 5. *Si uſusfruct. peta.*

l Negat. Non dicit actionem nullam ei eſſe proditam, quippe cum compenſationes, reconventiones, contrariæ quoque, ut §. ſuperiore vidimus, vendicationes opponi poſſint: ſed ejuſmodi actionem ait non eſſe proditam, per quam neget poſſeſſor rem actoris eſſe, ut in incorporalibus. Contraria enim vendicatio, in *l. circa.* 14. *De probat.* §. 1. ſup. *eod.* reconventio *l. cum Papinianus.* 14. *C. De ſent. l.* 2. *§. ſed etſi agant.* 5. *De judic. &c.* non ſunt negatoriæ, quæ jus agentis inficientur: ſed affirmativæ, quæ jus rei aſſerant.

m Actoris Esse. Non loquitur de actore agente, ſed potente agere: quanquam & illud verum eſt, agenti poſſe negatoriam contrariam in incorporalibus opponi, non etiam in corporalibus: ut hìc dicitur.

n Uno Casu. Negativa, † *non uno caſu*, placet Govea. *lib.* 1. *cap.* 41. & Ferreto: quia non uno 4
caſu; ſed pluribus uſuvenire poſſe, ut, quod hìc dicitur, actoris partes obtineat poſſeſſor. Baro legit affirmativè, *illo caſu*, rectiùs fortaſſe, quàm alii *hoc caſu*, vel *uno caſu*: hìc enim agit de controverſiis rerum corporalium: in illo videlicet ſuperiore de incorporalibus: quo caſu verum eſt, nempe in controverſiis ſervitutum, poſſeſſorem partibus actoris fungi, in probando *l. ſicut.* 8. *§. ſed ſi.* 2. ubi Gloſſ. *Si ſervit. vind.* Contius retinet vulgatam lectionem *uno caſu*, quem notat ex *l. ſi priuſquam.* 15. *De dam. infect.* ubi non defendens rem, quam poſſidet, ita ponitur, ut de jure ſuo probare neceſſe habeat. Id enim eſſe petitoris partes ſuſtinere. Charondas hìc & *lib.* 3. *veriſimil. cap.* 2. ſimiliter eandem literam conſenſu veterum Codicum confirmat, putatque digitum intendi ad caſum *l. officium.* 9. *De rei vind.* verſ. *ubi probavi rem meam eſſe, neceſſe habebit poſſeſſor reſtituere, qui non objecit aliquam exceptionem &c.* Nam in hac poſſidens actoris partes obtinet, ut hìc traditur *l. in exceptionibus.* 14 *De probation.* Verùm hoc non uno fit caſu; ſed in omnibus exceptionibus, ut poſt dicetur. An verius notatur ibidem iſte caſus in fine, quòd dominus, qui poſſidet etiam rem commodatam, aut depoſitam, *l. rei.* 8. *Commod. l. licet.* 17. in fin. *Depoſ.* poſſet eam petere ab eo, cui commodata, vel apud quem eſt depoſita: & hunc caſum fortè Charondas innuit, quandoquidem Theophil. auctoritate confirmari dicit hìc: forſitan illo verſic. *in uno tamen caſu* (unde nota vulgatam lectionem antiquiſſimam eſſe, & à Theophilo probari) *is, qui poſſidet, in rem agere poteſt, qui ſimul & poſſideat, & vices actoris ſuſtineat.*

o Obtinet. Quaſi dicat, ſi negativè legas: Etſi negatoriam poſſeſſor rei corporalis actionem non habet, ſanè tamen non uno caſu, ſed pluribus nihilominus actoris partes ſuſtinet, ut in exceptionibus, *l. in exceptionibus.* 19. *De prob.* judiciis,

&

& interdictis duplicibus, *l.* 2. §. 3. *ff. Fam. erciſc. l. actionis.* 37. §. 1. *De oblig. & action. l.* 3. *De judiciis.*, *l.* 2. *De interd.* in caſu *d. l. circa.* 14. *d. l. ſi prinſquam.* 15. *De oper. nov. nunc. l. ſive.* 16. *C. De proba.* & aliis infinitis, qui paſſim in Pandectis occurrunt. Sin affirmativè, placet lectio, erit antitheſeos ratio: ideò in incorporalibus negatoriam admitti, quòd caſu illo probatio agenti non incumbat, & ſic non obſtent regulæ, quòd per rerum naturam negantis nulla ſit probatio, *l. actor.* 23. *C. De probat.* & tamen actoris ſit probare, non Rei, *d. l. actor.* 23. *l. qui accuſare.* 4. *C. De eden.* Nam hìc aliter ſe res habet: quia pro agente negatoria ſtat juris præſumptio, quæ onere probandi liberat. *l. ſive.* 16. *C. De probat.* ſed rem agentis eſſe liberam, donec contrà probetur, *l. altius.* 8. *C. De ſervit.* Ergò hic poſſeſſor, qui convenitur, actoris partes, id eſt, onus ſuſtinet: quia probare ſervitutem cogitur, & docere eam ſibi competere, perinde ac ſi ageret confeſſoria. *l. ſi inter.* 15. *De except. rei jud. l. ſed ſi poſſeſſori.* 11. *De jurejur.* Gloſſ. verb. *poſſeſſoris.* Angel. & DD. *d. l. ſicut.* 8. §. 2. *ff. Si ſervit. vind.* Ferra. in *for. nega.* Sin, quod tutius eſt, communem, & antiquiſſimam lectionem ab ipſo Theophilo confirmatam retinemus, licebit exiſtimare notari ſpeciem *d. l. ſi prinſquam. De oper. no. nunc.* aut quod fortaſſe Theoph. ſententiæ propius accedit indicari caſum *l. officium.* in fin. *De rei vind.* Quanquam autem aliorum emendationes ante mihi placuerunt, tamen quia totum hoc corrigendi textus conſilium interdum etiam audacia, vel levitas periculo non caret, & exemplo nocet, accedo libenter, & ſuffragor uſitatæ lectioni, poſtquam video Græcum Theophilum vetuſtiſſimum interpretem ita legere, & interpretari.

p Libris. Sic & pòſt velut in ſylvam remittit, §. *rurſus.* 5. infr. *eod.* §. *hac exempli.* 5. inf. *De except.*

§. 3. Sed iſtæ quidem actiones.

Sed iſtæ quidem actiones, quarum mentionem habuimus, & ſi quæ ſunt ſimiles, ex legitimis, & civilibus cauſis *a* deſcendunt *b*. Aliæ autem ſunt, quas Prætor ex ſua juriſdictione comparatas habet *c* tam in rem, quàm in perſonam, quas & ipſas neceſſarium eſt exemplis oſtendere. Vt ecce, plerunque ita permittit Prætor in rem agere, ut vel actor dicat, ſe quaſi uſucepiſſe, quod non vſuceperit *d*: vel ex diverſo poſſeſſor dicat *e*, adverſarium ſuum non vſucepiſſe, quod uſuceperit.

Secunda diviſio, vel ſubdiviſio, qua actiones in civiles, & Prætorias tribountur. Mæcianus I. C. vocat alias legitimas, alias honorarias in *l. pœnales.* 32. in princ. *Ad L. Falcid.* ſic dividit in actiones juris civilis, & judicia prætoria *l. ſi plurium.* 39. *De nox. act.*

a Civilibus Causis. Diviſio, ſeu prioris diviſionis ſubdiviſio à cauſa efficiente ſumpta.

b Descendunt. *L.* 2. §. *his legibus latis.* 2. *De orig. jur.*

c Comparatas Habet. Actionum aliæ ſunt civiles, aliæ honorariæ, *l. actionum.* 25. §. 2. *De oblig.*

d Non Usuceperit. Ut in Publiciana: ſicuti ſequitur in §. 4.

e Possessorem Dicat. Ut actione reſciſſoria, qua per abſentiam Reipublicæ cauſa, uſucapio impleta reſcinditur, & res reſtitui priori domino, quaſi non uſucapta poſtulatur, §. *rurſus.* 5. infr. *eod.*

§. 4. Namque ſi cui ex juſta cauſa.

Namque ſi cui ex juſta cauſa *a* res aliqua *b* tradita *c* fuerit, (veluti ex cauſa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorum) & needum ejus rei dominus effectus eſt *d*: ſi ejus rei poſſeſſionem caſu amiſerit, nullam habet in rem directam actionem *e* ad eam perſequendam: quippe ita proditæ ſunt jure civili actiones, ut quis dominium ſuum vindicet. Sed quia ſanè durum erat *f*, eo caſu deficere actionem, inventa eſt à Prætore actio, in qua dicit *g* is, qui poſſeſſionem amiſit, eam rem ſe uſucepiſſe, quam uſu non cepit, & ita vindicat ſuam eſſe. Quæ actio publiciana appellatur, quoniam primùm à Publicio prætore in edicto propoſita eſt.

1. In

1. In Publiciana actione quæ requirantur. — *2. In pari cauſa antiquior poſſeſſor obtinere debet.*

TRactatur de publiciana in rem actione, de qua extat tit. in Pandectis. Hujus plurimus fuit apud veteres uſus, cum per traditionem etiam à domino factam res mancipi non transferrentur, ſed tantum eſſent in bonis accipientis, ut uſucapi poſſent: dixi ſupr. §. *per traditionem*. 33. *De rer. diviſ.* ex Ulp. *tit.* 1. §. *in bonis*.

a Justa Causa. Juſto titulo *l.* 3. §. *ult. De acq. poſſ.* ad transferendum dominium habili: ut eſt emptio, permutatio, donatio, legatum, &c. *l. quæcunque*. 13. *eod. De Public. in rem act.*

b Res Aliqua. *Aliena* quidam legunt: ſed hoc ſubintelligitur.

1 *c* Tradita. Traditam † enim eſſe neceſſe eſt, *l. ſed etſi*. 7. §. *Publiciana*. 8. *eod.* Tradere autem hic traditionem ſignificat, à qua abſit datio, *l. ſi rem tradi*. 28. *De verb. oblig.* hoc eſt, dominii translatio, *l. ult. De cond. cauſ. dat.* ut cum res aliena à venditore non domino traditur, *l.* 1. *eod. tit. l. ſi ab eo*. 18. *De pignoribus*, bonæ fidei (nam eam adeſſe oportet) emptori, *l. quæcunque*. 31. *l. ſed etſi*. 7. §. *ultim. De publician.* Datur enim hæc actio uſucapienti, ſeu qui uſucapere cœperat, ut hic dicitur. Uſucapere autem nullus abſque poſſeſſione (quam per traditionem nanciſcimur) item juſto titulo, & bona fide poteſt, ſup. *De uſucap.* Hæc igitur omnia ut concurrant hic, neceſſe eſt.

d Effectus Est. Per uſucapionem ſcilicet, *l.* 2. *De uſucap.*

e Directam Actionem. Quæ tantùm domino datur. *l. in rem*. 23. *De rei vind.*

f Durum Erat. Cùm non contra dominum, ſed alium injuſtum poſſeſſorem agatur, *l. pen. & l. ult. eod.* à quo juſtum poſſeſſorem jus ſuum inopia actionis non poſſe conſequi, fuerit periniquum: & alioqui † in pari cauſa antiquior poſſeſſor obtinere 2
debet, *c. Licet. extr. De probat.* ut ad tit. *Uti poſſidetis*, dictum eſt.

g In Qua Dicit. Intendit, hoc eſt, effectu ſic concludit, & jure utitur ejus, qui uſucepit, & hoc rebus ipſis dicit: licet non opus ſit, ut idem exprimat verbis.

§. 5. Rurſus ex diverſo, ſi quis.

RUrſus ex diverſo, ſi quis cùm Reipublicæ cauſa abeſſet, vel in hoſtium poteſtate eſſet, rem ejus qui in civitate eſſet, uſuceperit *a*: permittitur domino *b*, ſi poſſeſſor Reipublicæ cauſa abeſſe deſierit, tunc intra annum reſciſſa uſucapione eam petere *c*: id eſt, ita petere, ut dicat *d* poſſeſſorem uſu non cepiſſe, & ob id ſuam rem eſſe *e*. Quod genus actionis quibuſdam, & aliis ſimili æquitate *f* motus prætor accommodat: ſicut ex latiore Digeſtorum, ſeu Pandectarum volumine intelligere licet.

1. Rei vendicationis propria concluſio.

AGitur de actione reſciſſoria: quæ ſic appellatur, velut reſtitutoria, ab effectu, *l. ſi mulier*. 16. in fin. *l. quamvis*. 8. §. *Marcellus. Ad S. C. Vellejan. l.* 1. *De interdict.*

a Usucaperit. Uſucapere enim hi per ſubjectas ſibi perſonas poſſunt: qui tamen apud hoſtes eſt, non niſi ex cauſa peculiari *l. ſi is qui pro emptore*. 15. *l. juſto*. 44. §. *ultim. De uſucap. l. in bello*. 12. §. *facta*. 2. *l. pen. De capt. & poſtlim. reverſ. l. ait prætor*. 23. §. 1. & 3. *Ex quibus cauſ. majo. l. in honorariis*. 35. *De obligat. & actio.* Nam prætor per reſtitutionem reſciſſa uſucapione judicium conſtituit. Reſciſſoria actio non poteſt deduci in judicium, niſi prius per officium judicis habita reſtitutione, Communem dicunt Fab. Jaſ. *num.* 82. hic & Covar. *lib.* 1. *reſolut. cap.* 4. *num.* 5. Fichar. ad Villalob. verb. *reſciſſoria. ſub num.* 31.

b Domino. Siquidem ei negligentia nulla queat imputari, *l.* 1. *l. item*. 21. §. 2. *eod.*

c Eam Petere. *L.* 1. in fin. *Ex quibus cauſ. majo.* in fin.

d Ut Dicat. Intendat rebus ipſis atque effectu.

e Suam Rem Esse. Ac ſibi propterea reſtitui oportere: propria † enim eſt rei vindicationis con- 1
cluſio, petere ſe declarari dominum, & rem ſibi reſtitui.

f Simili Æquitate. Si qua juſta cauſa ſubeſſe videbitur, *l.* 1. *Ex quibus cauſ. majo.* in fin.

§. 6. Item

§. 6. Item ſi quis in fraudem.

ITem ſi quis in fraudem *a* creditorum *b* rem ſuam alicui *c* tradiderit *d*, bonis ejus à creditoribus *e* ex Præſidis ſententia poſseſſis permittitur ipſis creditoribus, reſciſsa traditione *f*, eam rem petere *g*: id eſt dicere *h* eam rem traditam non eſse, & ob id in bonis debitoris manſiſse *i*.

1. *In actione Pauliana qua probanda ſint: & cujuſmodi hac ſit actio.*

ALia ſpecies actionis Prætoriæ, Pauliana revocatoria, qua creditores res debitoris in fraudem ſuam alienatas, repetuot. *tot. tit. ff.* & *C. Quæ in fraud. credit.*

a In Fraudem. Cooſilio, & eventu, *l. ait prætor.* 10. *eod.*

b Creditorum. Ut exhanſtis bonis inanem faciat eorum actionem *l. nam is.* 6. *De dol. mal.*

c Alicoi. Fraudis conſcio. *l. quod autem.* 6. *§. hoc edictum.* 4. *l. ait. prætor.* 10. §. 3. *eod.* ſi quidem ex titulo oneroſo accipiat. Sin autem ex lucrativo, puta donationis, &c. iodiſtinctè. *l.* 5. *C. eod.*

d Tradiderit. Vel verè, vel fictè: puta remittendo, acceptum ferendo, &c. *l.* 1. in fin. *eod.*

e A Creditoribus. Poſtqnam declaratus eſt eſſe non ſolvendo, & bona ejus eum poſſeſſa ſunt, tùm diſtracta, ut liquidò ſciri poſſit, utrum fraudati ſint creditores, an non. Cæteroqui non datur hæc actio ſubſidiaria, niſi fraus eventum habuerit. *l. ait prætor.* 10. *eod.* ut oee contra fidejuſſorem, non excuſſis bonis principalis. Authen. *Præſente. C. De fidejuſſ.*

f Reſciſsa Traditione. Per formulam judicii, quaſi reſtitutione facta, ut in ſuperioribus, *l. videamus.* 38. §. 3. *De uſur. l. ait prætor.* 10. *§. præterea.* 15. *l.* 1. *l.* 14. *Quæ in fraud. cred.*

g Petere. Videtur ergò realis eſſe. *l. actio.* 28. *De obl. & act.* ubi petitio realem denotat, & certè hic Pauliana inter reales collocatur: idque probat hìc Theoph. at Faviana perſonalibus annumeratur, *l.* 1. *§. hoc autem.* 16. *Si quid in frau. pat.*

h Dicere. Intendere effectu, & rebus ipſis, non verbis, ut in ſuperioribus actionibus. Loquitur enim in his omnibus, noo de formulis, quæ illis temporibus erant ſublatæ, *l.* 1. & 2. *C. De for. ſub.* ſed de vi, & effectu actionum.

i Manſiſse. Duo † allegare, & probare hac 1 io actione agens debet. 1. Rem in bonis debitoris fuiſſe. 2. In fraudem re, & eveotu fuiſſe alienatam, *l.* 2. *C. eod.* qua extrema parte perſonalis videtur eſſe actio, ut & Faviana, *l.* 1. *§. hac actio. Si quid in parro.* Sed quia eandem rem petit velut ſuam ſibi reſtitui (ut oſtendit verb. *rem petere*) nec ex obligatione agit, verùm ratione poſſeſſioois, quæ eſt apud adverſarium: ideò hoc reſpectu poteſt dici realis: cui generi hìc aggregatur: nec abſurdè DD. qui ajunt eam eſſe perſonalem in rem ſcriptam. Jaſon hic *num.* 113.

§. 7. Item Serviana.

ITem Serviana *a*, & quaſi Serviana *b* (quæ etiam hypothecaria vocatur *c*) ex ipſius Prætoris juriſdictione ſubſtantiam capiunt. Serviana autem experitur *d* quis de rebus coloni, quæ pignoris jure, pro mercedibus fundi ei tenentur. Quaſi Serviana autem eſt, qua creditores pignora, hypothecaſve perſequuntur *e*. Inter pignus autem, & hypothecam (quantum ad actionem hypothecariam attinet *f*) nihil intereſt *g*. Nam de qua re inter creditorem, & debitorem convenerit, ut ſit pro debito obligata, utraque hac appellatione *h* continetur. Sed in aliis differentia eſt. Nam pignoris appellatione eam propriè *i* rem contineri dicimus, quæ ſimul etiam traditur creditori, ſi mobilis ſit k. At eam, quæ ſine traditione nuda conventione tenetur, propriè *l* hypothecæ appellatione contineri dicimus *m*.

1. *Actio*

1. *Actio Serviana, & quaſi Serviana quomodo differant.*

2. *In hypothecaria quid actor probare debeat.*
3. *Pignoris & hypotheca diſcrimen & remiſſivè.*

ACtio Servlana, & quaſi Serviana, Prætoriæ ſunt, & reales.

a ITEM SERVIANA. A Servio prætore inducta; quæ etſi io rem eſt, nudam tameo poſſeſſionem ſolùm avocat, *l. ſi cùm venditor.* 66. *De evibtion.* & ſolota pecunia diſſolvitur. *d. l. ſi cum venditor.*

b QUASI SERVIANA. Ad illius exemplum compoſita. Utilem Servianam vocat. *l.* 1. verſ. *& inſuper utilem Servianam*, id eſt, hypothecariam. *C. Comm. de legat.*

c HYPOTHECARIA. *L.* 3. §. 3. *Ad exhibend.*

d EXPERITUR. In rem, *l. ult. C. De oblig. & act. l. ſi cum venditor.* 66. *De evict. l.* 2. *C. Si unus ex pluribus hered. l. Paulus.* 12. *Quibus mod. pig. l.* 3. §. 1. *Ad exhib. l. Titius.* 9. *Quibus mod. pig. l. rem.* 41. *De pigno. act.* unde jore dicitur petitio *l. actionum.* 28. *De oblig. & act.* rei obligatæ, ut feudi, ſervitutis, &c. *l. ei.* 16. *De ſervitut.*

e PRÆSEQUUNTUR. *L. pignoris.* 17. *l. ſi fundus.* 16. §. 3. qoæ diſtat † à Serviana. 1. cauſa efficien-
1 te: Serviana à prætore, hæc ad exemplum Servianæ ex ſententia prætoris, & ratioœ actionis illius inducta eſt. 2. materia. Illa de rebus coloni expreſſim obligatis, §. *interdictum.* infr. *De interdict. l.* 1. in fin. *De Salv. interd.* & ideò tantùm de mobilibus, *l.* 5. *C. De loca.* hæc de rebus quorumcumque debitorum, non tantùm expreſsè, ſed etiam tacitè obligatis, ſive mobilibus, ſive ſoli, &c.

f HYPOTHECARIAM ATTINET. Sed bene qooad nominis ſignificationem, ut ſeqnitur.

g INTEREST. *L.* 5. in fio. *De pign.* Nam ſive pigous, ſive hypotheca ſit, eodem ſemper modo hypothecaria agitur in rem adverſus quemcumque poſ-
ſeſſorem: in qua † actor duo probare habet neceſ- 2
ſe: & rem ſibi oppignorat: in eſſe, & tempore oppignorationis in bonis debitoris fuiſſe, *l. & quæ nondum.* 15. §. 1. *De pignoribus.* Frandem autem poſſeſſoris nullam allegare, aot probare debet, ut in Pauliana: quare perſonalis nullo reſpectn judicari hæc actio poteſt. Eòque coofentanenm eſt, exemplo hujus Paolianam etiam eſſe merè realem, eùm ſepoſita fraudis mentione, cootra poſſeſſorem ex titulo lucrativo agitur, & ab eo res revocatur.: vide de hac actione Jaſ. & DD. hìe.

h HAC APPELLATIONE. Pigooris, & hypothecæ, quod quidem ad effectum hujus actionis attioet: io qua nihil refert, hypothecam an pignus rem obligatam, quæ petitur, nomines, *l.* 5. in fin. *De pign.*

i EAM PROPRIE. Reſpectu nominis, & propriæ ſigoificationis.

k SI MOBILIS SIT. *L. plebs.* 238. §. 1. *De verb. ſignif. l. ſi rem.* 9. §. 2. *De pign. act.*

l PROPRIE. Nam abuſivè hæc ſæpè confundontur. *l. ſi neceſſarias. De pign. act. l.* 1. *De pign.*

m DICIMUS. *D. l. ſi rem. d. l. plebs. l.* 4. *De pig.*
l. 4. *De fid. inſtru.* Pignus † igitur propriè id eſt, 3
quod traditur pignori: hypotheca, quæ conventione conſtituitur, &, ut loquitur Paulus, *l. ſi is.* 66. *De furt.* ſpeciali pacto obligatur, abſque traditione; vide Paratit, *De pign. act.* & *de pignor.*

§. 8. In perſonam quoque actiones.

IN perſonam quoque actiones ex ſua juriſdictione propoſitas habet Prætor: veluti de pecunia conſtituta *a*, cui ſimilis videbatur receptitia *b*. Sed ex noſtra conſtitutione *c*, (cùm etſi quid plenius habeat, hoc in actionem pecuniæ conſtitutæ transfuſum eſt) ea quaſi ſupervacua, juſſa eſt cum ſua auctoritate à noſtris legibus recedere. Item Prætor propoſuit actionem de peculio ſervorum, filiorumque familiarum *d*: & eam, ex qua quæritur, an actor juraverit *e*, & alias complures.

1. *Conſtituere quid, & conſtitutum.*

HActenus dictum eſt de realibos actionibus Prætoriis: ſequitnr nunc enumeratio perſonalium: veluti de conſtituta pecunia, peculio, jurejurando, &c.

a PECUNIA CONSTITUTA.
1 Conſtituere † eſt creditori ſine ſtipolatione, certa die conſtituere ſolutionem ejus pecuniæ, quæ debetur, & quæ potiſſimùm in diem debetur, *l.* 3. §. 2. *De conſt. pecun.* ubi dixi, ex quo conſtituto, quaſi cootractu nominato Prætorio, oritur actio de conſtituta pecooia, *l.* 2. *C. eod.*

b RECEPTITIA. Hanc ſolemnibus verbis conceptam, *l.* 2. *C. De conſt. pec.* competiiſſe ait Theoh. cum ſe ſoluturum argentarius conſtituiſſet, ut in *l. ſi quis.* 6. §. *rationem.* 3. *De eden.* & etiam indebitas conſtitutas in hanc nihilominus actionem venoiſſe oſtcodit *d. l.* 2. *C. De conſtit. pecu.*

c CONSTITUTIONE. *D. l.* 2. *C. eod.*

d FILIORUMQUE FAMILIARUM. *L.* 1. *& tot. tit. De pecul.*

e JURAVERIT. *L. ait.* 7. cum multis ſeq. *De jurejur.*

§. 9. De

§. 9. De conſtituta autem pecunia.

DE conſtituta autem pecunia cum omnibus agitur *a*, quicunque pro ſe, vel pro alio *b* ſoluturos *c* ſe conſtituerint: nulla ſcilicet ſtipulatione interpoſita. Nam alioqui ſi ſtipulanti promiſerint, jure civili *d* tenentur *e*.

ACtiones prætorias perſonales, generatim modò commemoratas, nunc ſpeciatim proponit, atque explicat: & primò actionem conſtitutæ pecuniæ.

a CUM OMNIBUS AGITUR. Actione conſtitutoria, *l. nec enim.* 20. *De conſtit. pecun.* Paul. *lib. Sent.* 2. *cap.* 2.

b PRO ALIO. *L.* 5. *§.* 2. *De conſtit. pec.*

c SOLUTUROS. Quod ſcilicet ex priore aliqua obligatione deberetur. Conſtitutum igitur obligationem antecedentem, quò referatur, præſupponit, ac requirit, *l.* 1. *l.* 5. *§.* 2. *l. hactenus.* 11. *eod.*

d JURE CIVILI. Ex ſtipulatione, non jure prætorio ex conſtituto. Jus enim civile hìc juri Prætorio, non juri gentium opponitur, l. *qui autem.* 14. *eod.*

e TENENTUR. Ut fidejuſſores ex ſtipulatione, *l. blanditus.* 12 *C De fidejuſſ* quorum obligatio huic ſimilis *l. ult. C. De conſt. pecun.*

§. 10. Actiones autem de peculio.

ACtiones autem de peculio *a*, ideo adverſus patrem, dominumve comparavit Prætor: quia licet ex contractu filiorum, ſervorumve ipſo jure *b* non teneantur: æquum tamen eſt peculiotenus *c* (quod veluti patrimonium *d* eſt filiorum, filiarumque familias, item ſervorum) condemnari eos *e*.

DE actione de peculio.

a DE PECULIO. Qualicunque: olim excepto caſtrenſi peculio, *l.* 3. *l. ex caſtrenſi.* 18. *De caſt. pecul.* Hodie etiam & quaſi caſtrenſe excipiatur. *l. cum multa.* 7. *C. De bon. quæ lib.* & adventitii tantum uſusfructuarius, & adminiſtrator ſit pater. *l. cum oportet.* 6. *l. ult. C. De bon. quæ lib.* relinquitur hæc tantum de profectitio filiorumfamilias peculio accipi poſſe.

b IPSO JURE. Jure civili. *l.* 3. *C. De pact. l.* 1. *Ne fil. pro pat. l. penult. C. Quod cum eo. l. ſi filiusfam.* 39. *De obligat. l. tam. ex contractibus.* 57. *De judic. §. item.* 6. verſ. *ſed ſervus.* ſup. *De inutil. ſtipul.*

c PECULIOTENUS. Cum enim emolumentum contractuum peculii ad eos pertineat, natura æquum eſt onus iiſdem incumbere. *l. ſi quis.* 29. §. 1. *De pecul.*

d PATRIMONIUM. *L. ſi ex duobus.* 32. *De pecul.*

e CONDEMNARI EOS Deducto tamen, quod ipſis naturaliter debetur. *l. pen. C. Quod cum eo. l. ſed ſi.* 9. *§.* 2. *De pecul.* & niſi peculium ante actionem intentatam abſque fraude ademerint. *l. in ſumma.* 21. *eod.*

§. 11. Item, ſi quis poſtulante.

ITem, ſi quis poſtulante adverſario juraverit *a*, deberi ſibi pecuniam, quam peteret, neque ei ſolvatur: juſtiſſimè accommodat ei talem actionem *b*, per quam non illud quæritur, an ei pecunia debeatur *c*, ſed an juraverit *d*.

DE actione jurisjurandi.

a JURAVERIT. Quod judiciale juramentum nominatur. Vide *tit. De jurejurand.* Porrò an idem ſit in neceſſario, exponit *l. admonendi.* 31. *eod. tit.* ubi DD. Jaſ. Coraſ. & alii.

b TALEM ACTIONEM. Velut ex cauſa judicati. *l. ſed ſi.* 11. §. *ult. eod.* ad cujus ſimilitudinem eum ſit inducta, utilis actio appellatur, *l. ſi duo.* 13. *§.* 1. *l. quod ſi.* 29. *De jurejurand.* quæ eſt litis finitæ. *cap.* 1. *De lit. conteſt. li.* 6. Nam juramentum rei judicatæ comparatur *l.* 2. *eod. tit. l. poſt rem.* 56.

De re

De re judicat. Cum aotem det prætor actionem, multò magis exceptionem ex hac concedit. *l.* 1. *De ſuperfi.* Vide, quæ dixi *De jurejurand.*

c Dezzatur. Nam ea quæſtio quaſi tranſacta eſt per jusjurandum *l.* 2. *eod.* de cujus veritate quæri grave eſt. *l. quòd ſi* 21. in fin. *eod. De dol. mal.* junct. *l. ult. De in lit. jurand.*

d An Juraverit. *L.* 7. 8. 9. cum ſeq. *De jurejur.*

§. 12. Pœnales quoque actiones.

POEnales *a* quoque actiones Prætor multas ex ſua juriſdictione introduxit: veluti adverſus eum, qui quid ex albo *b* ejus corrupiſſet: & in eum *c*, qui patronum, vel parentem *d* in jus *e* vocaſſet, cùm id non impetraſſet *f*: item adverſus eum *g*, qui vi exemerit eum, qui in jus vocaretur, cujuſque dolo alius exemerit: & alias innumerabiles.

1. Actiones rei perſecutorię, item pœnales unde oriantur.

2. Parenti non eſt lis cum filio, quem in poteſtate habet, niſi caſtrenſis peculii ratione.

ACtiones perſonales aut rei ſunt perſecutoriæ, aut pœnales §. *ſequens.* 16. inf. *eod.* De prætoriis rei perſecutoriis hactenus eſt dictum: ſequitur de prætoriis pœnalibus.

1 *a* Poenales. Actiones † rei perſecutoriæ, de quibus dictum eſt, oriuntur ex cootractu: pœnales, de quibus hic agitor, ex delicto.

b Ex Albo. In quo edictum perpetuum eſſet perſcriptum, juriſdictionis cauſa, non citatorium, & judiciale. *l.* 7. ubi dixi *De juriſd.* Ea tamen actio popularis eſt, non privata, in quingentos aureos concepta, *d. l.* 7.

c In Eum. In 50. itidem aureos. *l. ſi libertus.* 12. *l. pen. l. ult. De in jus vocand.* alii malont 500. & ſanè edicta in his ſummis diſcreparuot, ſicut & ſacramenta. Pythæus *lib.* 1. *ſucceſſ. cap.* 18.

d Parentem. In cujus etiam non ſit poteſtate, *l.* 4. *De in jus vocan. l.* 2. *l.* 3. *C. eod.* Nam nolla † lis cum eo, qui in poteſtate habet, eſſe poteſt, niſi caſtrenſis peculii ratione. *l.* 3. *C. eod. tit. l. lis nulla.* 4. *De judiciis.* 2

e In Jus. Hodie etiam in jodiciom, *l. ult.* verb. *experiri. C. eod.*

f Impetrasset. Hac de re diximus ad tit. *De in jus vocand.*

g Adversus Eum. In id quanti ea res erit ab actore æſtimata. *l.* 1. *pen. & tot. tit. Ne quis eum, qui in jus vocat. eſt.*

§. 13. Præjudiciales actiones.

PRæjudiciales *a* actiones in rem eſſe videntur *b*: quales ſunt, per quas quæritur, an aliquis liber *c*, an libertus ſit *d*, vel de partu agnoſcendo *e*. Ex quibus ferè una illa legitimam cauſam habet *f*, per quam quæritur, an aliquis liber ſit. Cæteræ ex ipſius Prætoris juriſdictione ſubſtantiam capiunt *g*.

1. Præjudicium quid, quid actiones præjudiciales: & cujuſmodi ſint. num. 2. & 3.

DE præjudicialibus actionibus prætoriis: quæ quidem licet perſonales ſint, tamen in rem eſſe videotur, quòd in banc ſcriptæ, & conceptæ ſunt.

1 *a* Praejudiciales. Aſcon. Præjudicium † dicitur res, quæ cum ſtatuta fuerit, affert judicatoris exemplum, quod ſequantur. Præjudiciom igitur eſt ſententia prior, quæ ſubſequentem quoqoe controverſiam judicat. Sic præjudicio experitur creditor, qui vult venditionem bonorum impugnare *l. imperatores.* 30. *ff. De privil. Credit.* vel ſecundum pandectas florentinas *ff. De bon. auth. judic. poſſid.* Præjudiciales actiones, quarum ex eventu altera pendet cognitio ſic ot ſententia hæc lata pariat rem judicatam in alio. Dyn. *c. nullus pluribus.* 20. *De reg. jur.* in 6. DD. *l.* 3. *C. De eden. l.* 1. *ff. Fam. erciſc. l. final.* cum legib. ſeq. *De except.* cujuſmodi ſunt, quæ de ſtato moveri ſolent: nam alterius plerunque petitionis cauſa, cui præjudicium faciuot, moveotur. *l.* 1. §. 1. *De rei vind.* Eodemque ſignificatu exceptiones etiam præjudiciales dicuntur: vide Cujac. *li.* 5. *c.* 37.

b Videntur. Nota improprietatis. Propriè † enim vendicatio noo eſt, quia de re, quæ ſit extra commercium & dominium, hoe eſt, de ſtatu perſonæ agit. Nemo autem ſui ſtatus, ut oec membrorum, dominus eſt. *l. liber.* 13. *Ad l. Aquil.* eoque nee vendicationem hoc nomine habet. *l.* 1. *l.* 2

Rr *in rem.*

in rem. 13. *De rei vind.* Propriè igitur non eſt vendicatio, ſed illi ſimilis. *d. l.* 1. §. 1. quia petitur ſtatus quaſi ſuus, & adverſus quemcunque ratione poſſeſſionis in contrarium uſurpatæ, hæc actio intentatur: nec in ea Actor dari fieri oportere intendit, ut in perſonalibus: ſed ſe velut dominum juris, quod aſſerit, puta liberum, ingenuum, pronunciari petit.

3 *c* Liber. Servus quidem † vindicari poteſt: ſed ſi quæſtio ſit, utrum liber, an ſervus ſit, liberalis cauſa eſt, & præjudicialis: nam juri dominico, omnibuſque de peculio &c. actionibus præjudicium affert.

d Liberatus Sit. Vel ingenuus: quæ cauſa actionibus operarum, & aſiis, quas patronus cum liberto habet, præjudicat. *l. circa.* 14. *De probat.*

e Partu Agnoscendo. Qua quæritur, utrum partus filius alicujus ſit, an non: utrum juſtus, an injuſtus ſit: quæ cauſa actioni alimentorum, ſucceſſionis, & ſimilibus præjudicium facit. *l.* 1. 3. & *tot. tit. De lib. agnoſc.* Filium eſſe probandum eſt ſaltem præſumptivè, *l. filium.* 6. ubi Bart. *De his qui ſunt ſui, vel alien. jur. l. imperatores.* 29. *De probat. l. non nudis.* 14. *C. eod. tit. c. per tuas. extr. eod. c.* 3. *qui fil. ſint leg.* Bart. *l.* 1. *De lib. ag. l. Lucius.* 83. *De cond.* & Pariſ. *conſil.* 13. *num.* 4. *volum.* 2. poſtquam illud conſtat legitimum, & juſtum eſſe præſumitur, donec contrà probetur, *c. lator. Qui fil. ſint leg.* ubi Panorm. *num.* 6. Felin. *c. per tuas. De probat.* Bart. *d. l. non nudis. num.* 2. *C. De probat.*

f Causam Habet. Ex *l.* 12. deſcendit. Et ſanè judicium de libertate, ante Prætoriam juriſdictionem antiquitùs in uſu fuiſſe, Livius *lib.* 2. oſtendit.

g Substantiam Capiunt. De partu tamen agnoſcendo, S. C. pòſt ſunt facta *tot. tit. De lib. agnoſc.* Sed & ex iis quoque prætores jus dixerunt, actiones dederunt, &c. *d. tit. De lib. agnoſc.* cum ſequent.

§. 14 Sic itaque diſcretis.

Sic itaque diſcretis actionibus, certum eſt, non poſſe actorem ſuam rem ita ab aliquo petere, ſi paret eum dare oportere *a*. Nec enim quod actoris eſt, id ei dari oportet *b*: ſcilicet quia dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, ut ejus fiat *c*. Nec res, quæ jam actoris eſt, magis ejus fieri poteſt *d*. Planè odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum eſt, ut extra pœnam dupli, aut quadrupli, rei recipiendæ nomine, fures hac etiam actione *e* teneantur. Si paret eos dare *f* oportere: quamvis ſit adverſus eos *g* etiam hæc in rem actio, per quam rem ſuam quis eſſe *h* petit.

Hic §. cum ſequen. ad primam diviſionem pertinet: nam in iis de formula actionum perſonalium & realium diſputatur: quod ipſum argumento eſt, quæ de civilibns & prætoriis actionibus hactenus dicta ſunt, potius ſubdiviſionem eſſe, quàm diviſionem à priore ſeparatam.

a Dare Opoatere. Formula agendi in actionibus perſonalibus uſitata. §. *preterea.* 3. infr. *De except.*

b Dari Opoatet. Quoniam amplius ei dari nequit §. *ult.* ſup. *De ſtip. ſervo.* Bald. l. *unic. num.* 5. *C. De alien. jud. mut. cauſ.* §. *ſed ſi rem.* 11. ſup. *De legat.* Gloſſ. *l.* 4. *C. De contra. empt.* itaque ſecum quodammodo ageret, quod eſt impoſſibile. Bald. *d. l. unic. num.* 5. *C. De alien. judic. mutand. cauſ.*

c Ut Ejus Fiat. Dare eſt Dominium transferre. *l. ubi.* 75. in fin. *De verb. oblig. l. non videntur.* 167. *De reg. jur. l. ultim. De cond. cauſ. dat.*

d Fieri Potest. §. *ſed ſi rem.* 11. ſup. *De legat. l.* 4. *C. De contrah. emp. l. non ut.* 159. *De reg. jur.* qnia nec eſſe poteſt. *l.* & *an.* 14. §. *pen. De except. rei judic.* nec ſæpiùs eadem res præſtari poteſt; *l. planè.* 34. §. 5. *De lega.* 1. qnod meum eſt, ex alia canſa meum fieri nequit *c. inter* 6. ubi Gloſſ. ver. *quod meum. De fid. inſtrument.* Obſtat igitur exceptio: Fruſtra petis, quod intus habes. Gloſſ. Marg. in *l. ult. De vi arma.*

e Hac Etiam Actione. *L. ult. Uſufr. quemadm. cave.* Hac actionis formula, quæ omnibns perſonalibus actionibus adjiciebatur. Perſonalis autem actio, qua fur convenitur, eſt condictio furtiva. *l.* 1. & *tot. tit. De condict. furt.*

f Eos Dare. Dare hìc reſtituere ſignificat: condicit enim rem non tranſlatam, ſed ſuam à fure. *l. ult.* in fin. *Uſufr. quemad. cave.*

g Aduersus Eos. Fures poſſeſſores ſcilicet, *l. actionum.* 25. *De oblig. l. ult. De rei vend.* At condictio contra furem, ejnſqne hæredes, etiam non poſſidentes datur. §. *ult.* ſup. *De oblig. quæ ex delict.*

h Rem Suam Esse. Et reſtitui. Et hinc nota formulam utriuſque actionis, tam perſonalis, quàm realis: de qua Cicero *in orat. pro Muræna.*

§. 15. Appel-

§. 15. Appellamus autem in rem.

APpellamus autem in rem quidem actiones, vindicationes *a*: in perſonam verò actiones, quibus dare, aut facere oportere intenditur, condictiones. Condicere enim eſt denunciare *b* priſca lingua. Nunc verò abuſivè *c* dicimus, condictionem actionem in perſonam eſſe, qua Actor intendit dari ſibi oportere *d*. Nulla enim *e* hoc tempore eo nomine denunciatio fit *f*.

1. *Vindicationis etymon, remiſſivè.*
2. *Condicere quid.*
3. *Denunciatione in actione perſonali, vel hypothecaria opus non eſſe.*

DEfinitio nominum: quid ſit viodicatio, quid coodictio.

a VINDICATIONES. *L. actionum.* 25. *De oblig. & act.* Gell. *lib.* 20. *c.* 15. de † quibus vide hìc Hotoman. qui ab antiquis Vindiciis hoc verbum deducit.
1

b DENUNCIARE. Certum diem litis. Cic. *pro*
2 *Roſc.* Comœd. Gell. *lib.* 16. *capit.* 3. Condicere † eſt ſimul dicere, & diem, locomque commoni coonſenſu ſtatuere, quo quid fiat. Unde I. C. auctore Feſto, condictio eſt, in diem certum, ejus rei, de qua agitur, deounciatio. Moris enim fuit, ut judicio à prætore conſtituto, diem ex ſuo commodo litigatores pooerent, quo jodicium inchoaretur. *l. de die.* 8. in princ. *Qui ſatis. cogan.* Ejuſmodi denunciationes cùm potiſſimum io perſonalibus actionibus frequeotareotur, auctore Donat. in Tereo. factum eſt, ut actiones perſonales hoc nomine notatæ ſint: vide Cujac. *Obſe. lib.* 5. *c.* 31.

c ABUSIVE. Denunciationibus quippè jam obſoletis.

d OPORTERE. Ex cooclusiooe igitur facilè poteſt intelligi, utrum realis, an perſonalis actio ſit iotentata. vide Jaſ. in §. 1. ſup. *eod.*

e NULLA ENIM. Eoque quamvis res antiquata ſit, nihilo tamen miouscondictionum nomine, actiones perſonales etiam nunc ſignantur: licet condictionibus, hoc eſt, deounciationibus amplius non utamur. Errant † igitur, qui ex *l. debitores.* 10. *C. De pig.* colligunt, 3
prius debitori deounciandum eſſe, quàm cum eo perſonali vel hypothecaria agi poſſit. Cuja. *li.* 5. *Obſ. c.* 31.

f DENUNCIATIO FIT. Ex *l. Arcadis. C. Theod. lib.* 2. *tit.* 4. & 6. citatione tamen adverſarii opus eſt.

§. 16. Sequens illa diviſio eſt.

SEquens *a* illa diviſio eſt, quòd quædam actiones rei perſequendæ gratia comparatæ ſunt, quædam pœnæ perſequendæ, quædam miſtæ ſunt. Rei perſequendæ *b* cauſa comparatæ ſunt omnes in rem actiones *c*. Earum verò actionum, quæ in perſonam ſunt, eæ quidem, quæ ex contractu naſcuntur, ferè omnes *d* rei perſequendæ cauſa comparatæ videntur: veluti quibus mutuam pecuniam, vel in ſtipulatum deductam *e* petit Actor: item Commodati, Depoſiti, Mandati, Pro ſocio, Ex empto, Vendito, Locato, Conducto. Planè ſi Depoſiti agatur eo nomine, quòd tumultus, incendii, ruinæ, naufragii cauſa depoſitum ſit, in duplum actionem Prætor reddit: ſi modò cum ipſo, apud quem depoſitum ſit, aut cum hærede ejus de dolo *f* ipſius agitur: quo caſu miſta eſt actio.

1. *Rei appellatione quid hic contineatur: quid item pœna, num.* 2.

ALtera diviſio actiooum: quædam rei perſecutoriæ, quædam pœnales, quædam miſtæ.

a SEQUENS. Theoph. *δευτέρα.* Sic ioſra pro *ſecunda* ponitur in *§. ſequens diviſio.* 3. *De interdict.*

1 *b* REI PERSEQUENDAE. Res † hìc opponitur pœnæ, & omne debitum pecuniarium, quod pœna non ſit, complectitur. *l. rei.* 23. *De verb. ſignif.*

c IN REM ACTIONES. His enim petit quiſque, quod ſuum eſt: & pœna non oiſi ex delicto debetur, ex quo perſona tantum obligatur, non res.

d FERE OMNES. Nam depoſiti miſta eſt, ut

Rr 2 po-

Digitized by Google

poſtea ſubjicit: & actio legati pii, quamvis ſit ex quaſi contractu. §. *ult.* ſup. *De oblig. quæ ex quaſ. cont.*

e Deductam. Etiam pœnali conventione. *l.* 2 *lecta.* 40. *De reb. credit.* Pœnam † hic enim intelligimus legalem, non conventionalem, quæ res eſt, & vice rei: hoc eſt, ejus quod intereſt, debetur, *l. ult. De præt. ſtipul. l. ſtipulatio.* 38. §. *alteri.* 12. *De verb. oblig.* Unde ſurrogatum ſapit naturam ejus, cui ſurrogatur. §. *fuerat*, 25. ubi Fab. in fin. Jaſ. *num.* 5. cum multis ſeq. inf. *hoc tit.*

f De Dolo. Quare & hoc caſu pœna ex delicto oritur, cum dolus crimen ſit. *l. item.* 16. *De dol. mal.*

§. 17. Ex maleficiis verò.

Ex maleficiis verò proditæ actiones, aliæ tantum pœnæ *a* perſequendæ cauſa comparatæ ſunt, aliæ rei, aliæ tam pœnæ, quàm rei perſequendæ, & ob id miſtæ ſunt. Pœnam tantum perſequitur quis actione furti *b*. Sive enim manifeſti agatur quadrupli: ſive nec manifeſti dupli: de ſola pœna agitur. Nam ipſam rem propria actione *c* perſequitur quis, id eſt, ſuam eſſe petens: ſive fur ipſe eam rem poſſideat, ſive alius quilibet *d*. Eo amplius, adverſus furem *e* etiam condictio eſt rei *f*. Vi autem bonorum raptorum actio miſta eſt: quia in quadruplo rei perſecutio continetur: pœna autem tripli eſt *g*. Sed & legis Aquiliæ actio de damno injuria miſta eſt *h*: non ſolum ſi adverſus inficiantem in duplum agatur *i*, ſed interdum & ſi in ſimplum quiſque agat: veluti ſi quis hominem claudum, aut luſcum occiderit, qui in eo anno integer, & magni pretii fuerit: tanti enim damnatur, quanti is homo in eo anno plurimi, & maximi pretii fuerit k, ſecundum jam traditam diviſionem *l*. Item miſta eſt actio contra eos, qui relicta ſacroſanctis Eccleſiis, vel aliis venerabilibus locis, legati, vel fideicommiſſi nomine, dare diſtulerint *m*: uſque adeò, ut etiam in judicium vocarentur. Tunc enim & ipſam rem, vel pecuniam, quæ relicta, eſt dare compelluntur, & alterumtantum pro pœna: & ideo in duplum ejus fit condemnatio.

De pœnalibus actionibus, quæ cum omnes ex delicto oriantur, facilè poteſt intelligi, quod ſuprà poſitum eſt, cur nullæ reales actiones ſint pœnales: nullæ enim ex delicto naſcuntur.

a Tantum Poenae. Hoc de legali pœna, non conventionali accipiendum eſſe, paulò antè monui,

b Actione Furti. *L. ſi pro fure.* 7. §. 1. *De cond. furt. l. ſi pignore.* 54. §. 3. *De furt.* & dictum eſt ſupr. *De obligat. quæ ex delict.* §. *ult.*

c Propria Actione. Rei vindicatione, ut modò poſitum eſt.

d Alius Quilibet. Quo caſu non à fure vindicatur, ſicut condicitur, ſed à tertio poſſeſſore, ut in §. *ſic itaque.* 14. dictum eſt.

e Adversus Furem. Ejuſque hæredem. *l.* 5. & 7. §. *ult. De cond. furt.* non contra tertium, ut vindicatio, cum ſit perſonalis.

f Condictio Est Rei. Et hæc actio eſt ex maleficio, perſequendæ tantum rei cauſa comparata.

g Tripli Est. §. 1. *De vi bon. rapt.*

h Mista Est. *L.* 2. *Ad l. Aquil.* §. *his autem.* 4. ſup. *De l. Aquil.*

i In Duplum Agatur. *L. inde.* 23. §. *ſi dolo.* 7. *Ad l. Aquil. l. item veniunt.* 20. §. *cum prædiximus.* 4. *De pet. hær. l. doli.* 5. §. 2. *De ſerv. corrupt. l. contra.* 4. *C. De l. Aquil.*

k Maximi Pretii Fuerit. *L. inde.* 23. §. 3. *Ad l. Aquil.*

l Divisionem. Hoc eſt, diſtinctionem. ſup. *De l. Aquil.* quo ſenſu aliquoties in Inſt. diviſionem uſurpat.

m Distulerint. Vel inficiati ſint. §. *ſed furti.* 22. infr. *eod.* quare licet ſit actio, quatenus ex contractu, vel quaſi, obligatio exiſtit: tamen pœna venit ex delicto.

§. 18. Quæ-

§. 18. Quædam actiones miſtam cauſam.

Quædam actiones miſtam cauſam obtinere videntur, tam in rem, quàm in perſonam: qualis eſt familiæ erciſcundæ *a* actio, quæ competit cohæredibus de dividenda hæreditate. Item communi dividundo *b*, quæ inter eos redditur, inter quos aliquid commune eſt, ut id dividatur. Item finium regundorum actio, qua inter eos agitur, qui confines agros habent *c*. In quibus tribus judiciis *d* permittitur judici, rem alicui ex litigatoribus ex bono, & æquo *e* adjudicare: & ſi unius pars prægravari videbitur, eum invicem certa pecunia alteri condemnare *f*.

1. *Actio familię erciſcundæ qualis: & quid erciſcere: quid familia.*

Miſtæ actionis nomen alio ſenſu tribuitur quibuſdam actionibus rei perſecutoriis: noo quòd partim rem, partim pœnam perſequantur, ſed quòd partim in rem, partim in perſonam ſint directæ: quomodo & in rem ſcripta poteſt miſta ceoſeri. Jaſ. io §. 1. *nu.* 8. & io hoc §. *quędam. nu.* 24. *hoc tit.*

1 *a* Familiae Erciscundae. Quæ † io rem eſt, quateous quiſque ſuam partem petit: in perſonam verò, perſonalium præſtationum reſpectu. *l. item.* 22. §. 3. *Famil. erciſ.* Familia hæreditatem, erciſcere dividere ſignificat, erctum, ſcitum, quod ſit inter conſortes. Sex. Pomp. cujuſmodi eſt diviſio voluotaria.

b Communi Dividundo. Cùm qoia quiſqoe ſuum petit, tum propter præſtationes perſonales. *l.* 4. §. 3. *Com. divid.*

c Agros Habent. *L.* 1. 2. 3. 4. *fin. regund.*

d Tribus Judiciis. Quæ ſunt ex *l.* 12. *Tab* ut vetuſtas oominum indicat.

e Ex Bono, Et Æquo. Judicium tamen finium regundorum noo eſt bonæ fidei, cum ex nullo contractu, vel quaſi, eòque oec ex geſtu bonæ fidei oriatur.

f Condemnare. *L.* 2. *Fin. regund. l. Mævius.* 52. §. 2. *l. ſi Familia.* 55. *Fam. erciſc. l.* 1. *Comm. dividund.*

§. 19. Omnes autem actiones.

Omnes autem actiones vel in ſimplum conceptæ ſunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum *a*. Vlterius autem nulla actio extenditur *b*. In ſimplum *c* agitur: veluti, ex ſtipulatione, ex mutui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mandato, & denique ex aliis compluribus cauſis *d*. In duplum agimus: veluti furti nec manifeſti *e*, damni injuriæ ex lege Aquilia *f*, depoſiti ex quibuſdam cauſis *g*, item ſervi corrupti *h*: quæ competit in eum, cujus hortatu, conſiliove ſervus alienus *i* fugerit, aut contumax adverſus dominum factus eſt, aut luxurioſiùs vivere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus ſit. In qua actione etiam earum rerum, quas fugiendo ſervus abſtulerit k, æſtimatio deducitur. Item ex legato, quod venerabilibus locis relictum eſt, ſecundum, ea quæ ſuprà diximus *l*.

1. *In actione furti nec manifeſti duplum eſt pœna: nec duplatur intereſſe: & quid ſit in actione Legis Aquiliæ. num.* 2. *ſervi corrupti. num.* 3.

Tertia diviſio, à determinatiooe materiæ, & quantitatis, quæ peti poteſt. Eſtque hæc veluti moderatio, & temperameotum diviſioois ſuperioris: cum enim poſitum ſit, actiooes complures eſſe pœnales, addeodum ſuit, ad quantam uſque pœnæ quantitatem darentur.

a In Quadruplum. Noo obtinent in foro conſcieotiæ, & confeſſionis. Jaſ. *l. ut vim.* 3. *nu.* 25. *De juſt. & jur. l. certum.* 5. *nu.* 15. *C. Unde legit.* Corſet. *ſingul.* 256. verb. *pœna.*

b Extenditur. Loquitur de pœnis legalibus, ordinariis, civilibus, harumque actionibus: nam extranrdinariæ quadruplum excedere poſſunt. Menoch. *De jud. arb. lib.* 2. *caſ.* 260. *num.* 6. & legalis eum accuſatione petitur. Menoch. ibidem *nu.* 7. vide Bart. Bald. & DD. *l. unic. C. De ſent. quæ pro eo quod intereſt*. Certè jure Moſaico furtum bovis io quiotuplum punitur, pecudis in quadruplum. Exod. 22. 1. & damnationis nctupli meminit Cic. in Verrem.

c In Simplum. Rei debitæ, ejus quod intereſt, &c.

d Compluribus Causis. Ut in realibus.

e Nec Manifesti. *L. furti.* 50. *De fur. l.* 1. *Vi*
1 *bon. raptor.* In † qua totum duplum pœna eſt, ut ſæpè jam eſt dictum; non tamen quod intereſt, duplatur, ſed verum rei pretium. *l. in furti*. 50. *De furt.* ut ſit in merè pœnalibus: vide tamen *c, In legibus.* 12. *q.* 2.

f Ex Lege Aquilia. Adverſus inficiantem, *§. ult.* ſupr. *De ob. ex quaſi contract. §. ſed furti.* 22.
2 infr. *eod. l. item*. 20. §. 4. *De pet. her.* io qua † duplum non eſt extra rem, ſed eam complectitur ſupr. *De l. Aquil.* Duplatur autem non verum rei pretium, ſed omne intereſſe, aliter quàm in actione furti. *§. his autem verbis.* 4. ſupr. *Ad l. Aquil. §, ſed furti.* 22. verſ. *at illa* infr. *eod. l. item ſi.* 14. *§. quadruplatur.* 7. *Quod met. cauſ.* Vide *l. contra*. 4. *C. Ad l. Aquil. l. conductores.* 34. *C. De loca.* Sic in edicto de publicanis: Cajus *l. hoc edicto.* 5. in ſin. *De publican.* Quærentibus, inquit, nobis, utrum duplum tnta pœna ſit, & prætereà rei ſit perſecutio, an in duplo ſit rei perſecutin, ut pœna ſimpli ſit: magis placuit, ut res in duplo ſit. Ubi notant Bart. & DD. quoties lex, vel ſtatutum dicit aliquem puniri pœna dupli, tripli, vel quadrupli in dubio ſemper in illo computari ſimplum, & ſic non eſſe totom pœnam, niſi diſertè ſit hoc expreſſum *l.* 2. in fio. *De tutel. & ration. diſtrah.* ubi dicitur, ſimplum duplo ineſſe.

g Causis. Incendii, naufragii, &c. *l.* 1. §. 1. *Depoſ.* in quo dupln ſimplum quoque ineſt: nec ſimpliciter eſt io duplum actio, ſed exempln legis Aquiliæ contra inficiantem §. 22. infrà *eod.* idemque in omni inficiatione legibus Moyſis. Exod. 22. 6. 7. 9.

h Servi Corrupti. Io qua † eadem ratione
3 omne damoum duplatur. *l. in hoc.* 10. *De ſerv. corrupt.* Hoc enim generaliter obtinet in omnibus, io quibus dupln rei perſecutio ineſt, ſicuti hìc ineſt. *l. ut tantum.* 14. §. 4. *De ſer. corrupt.* Idque oſtendunt alia exempla, in quibus quoties ad duplum agitur non ex lege, ut hic, ſed ex cnntractu, toties nnn rei pretium, ſed omne ioterefſe, atque damnum duplatur. *l. rectiſſimè*. 14. cum legib. ſeq. *De lib. cauſ. l. tres tutores.* 55. *De adm. tutor.* Paul. *Sent. lib.* 1. *caput.* 18. & *lib.* 2. *cap.* 17. At in merè pœnalibus, cum nulla ſit damni perſecutio, ſed tantummodo pœna, neceſſe eſt duplari, vel quadruplari rem ſolòm, in qua delictum eſt, puta furtivam: in ea commiſſum enim eſt, ooo in eo, quod hoc oomne intereſſe poteſt: eòque neç ulterius pœna vagari debet.

i Servus Alsanus. Eadem actio competit, ſaltem utilis, filio, filiæ, corruptis, *d. l. ut tantum.* 14. §. 1.

k Abstulerit. Ergò omne intereſſe, ut dictum eſt, duplatur.

l Supra Diximus. *§. ex maleficiis.* 17. ſup. *eod.* quo etiam pertioet, ſi hæres deprehenſus eſt aliquid bonorum defuncti celaſſe, nec in inventarium retuliſſe, nam ejuſmndi duplicatn reddere cngitur. *l. ult. §. licentia.* 3. *C. De jure delib.* quem tex. ad hoc inducit Gloſſ. *art.* 6. *nume.* 2. *Landr. lib.* 1. *Novell.* 1. *De hered.* ubi Cujac. *pag. antep. & Novell.* 48. Alius caſus in *l. contractas.* 17. *C. De fide inſtru.* §. 1. ſup. *De empt. l. ult. C. De ſponſ. e.* 2. *De cenſib. lib.* 6. *l. ultim. C. De mod. multa.* ubi duplum parti, ſimplum fiſco propter multam ſupra modum impoſitam debetur: in *l.* 6. *C. De pag* ubi populares, qui Judęis, & paganis oegntium faceſſunt religionis prætextu, ſimul & magiſtratus, qui permittunt, dupli pœna afficiuntur. *l.* 2. in fin. *C. De vet. iur. enuclea.* verſ. *Ipſe autem librarius, qui eas inſcribere auſus fuerit, non ſolum criminali pœna plectetur, ſed etiam libri æſtimationem in duplum domino reddet &c.* item *l.* 5. & *paſſim de public. l. ſi poſtulaverit.* 27. in fin. cum legib. ſeq. *De adult. l. penult. C. Quod met. cauſ. l. ult. C. De noxal. action.* In duplum præterea tenetur, qui pro ſepultura aliquid exigit *c. audivimus*. 41. *De Simon.* qui Sarracenis opem præſtitit *c. ad liberandam.* 17. *De Judæ.* qui alienos fines poſt litem conteſtatam irrepit. *l.* 4. *C. Fin. regund.* qui publicam rem per fraudem adminiſtrat *l. ult. §. item.* 2. *De adminiſtr. rer. ad civit. pertinen.* qui publicam pecuniam dat mutuo. *§. civitatum.* in Auth. *De collator.* qui tignum furtivum ædibus ſuis junxit *l.* 1. *De tign. junct. l, de eo.* 63. *De donat. inter vir, & uxor.* qui rem litiginſam ſacris dedicat, *l. ult. De litigioſ.* qui negat ſcripturam ſnam, Autb. *Contra. C. De non num. pec.* qui violat conſtitutionem. *l. unic. C. Ne res militar. comit.*

§. 20. Tripli verò, cùm quidam.

Tripli verò, cùm quidam majorem vera æſtimatione quantitatem, in libello conventionis inſeruit *a*: ut ex hac cauſa viatores *b*, id eſt, executores litium, ampliorem ſummam ſportularum *c* nomine exigerent, tunc enim damnum id, quod propter eorum cauſam paſſus fuerit reus, in triplum ab actore conſequetur: ut in hoc triplo etiam ſimplum, in quo damnum

damnum paſſus eſt, connumeretur *d*. Quod noſtra Conſtitutio introduxit, quæ in noſtro Codice fulget: ex qua dubio procul certum eſt, ex lege condictitia *e* emanare.

1. *Viatores qui.*

DE actione in triplum concepta, quæ hodie porrigitur ad artifices, qui cariùs operas vendunt, locant. *Novell.* 122. quod utinam ad quodvis commerciorum genus reduceretur, ubicuoque non modica extaret deceptio.

a Insaauit. Dolo malo.

1 *b* Viatores. Qui † in jus vocant, judicata exigunt, quibus imminendi, (ſic enim legendum, *l. in ſacris.* 12. *C. De prox. ſacr. ſcrinior. lib.* 12.) litibus ſolicitudo injuncta eſt. Cujacius.

c Sportularum. Mercedis, ſeu honorarii nomine, *l. omnes.* 32. *§. executoribus.* 5. *C. De Epiſc. & Cler. l. in ſacris.* 12. *De prox. ſac. ſcrinio. lib.* 12. *l. ult. C. De fructib.* Eſt & tripli pœnæ locus in Authen. *Novo jure. C. De pœna judic.* Auth. *Item nulla. C. De Epiſc. & Cler.* Auth. *Omnes peregrin. C. Commun. de ſucceſſion. l. Jul. a. De reſiduis. l.* 4. *§.* 3. *Ad l. Jul. pecun.* quanquam videatur magis eſſe in tertia amplius parte, ut *l. ſi quis.* 33. in princ. *C. De inoff. teſtam.* & dupli nonnunquam. *l. excellentia.* 9. *C. De erog. milit. anno. lib.* 12

d Connumeratur. Ut & ſuperiore §. & in ſeq.

e Condictitia. Sic & ſuprà nominatur, §. 2. *Quibus mod. re contrah. oblig.* hoc eſt, condictionem ex lege, juxta regula *l. unic. De condict. ex leg. tot. tit. C. eod.*

§. 21. Quadrupli autem agitur.

QVadrupli autem agitur, veluti furti manifeſti *a*, item de eo, quod metus cauſa factum ſit *b*, deque ea pecunia, quæ in hoc data ſit, ut is, cui datur calumniæ cauſa negotium, alicui faceret, vel non faceret *c*. Item condicticia ex lege, quæ ex noſtra conſtitutione *d* oritur, in quadruplum condemnationem imponens iis executoribus litium, qui contra noſtræ Conſtitutionis normam *e* à reis quicquam exegerint *f*.

DE actiooe quadrupli.

a Furti Manifesti. *L.* 3. *Qui ſatiſd. cogan.* In qua quadruplum totum pœna eſt. *§. ult.* ſup. *De furt.* Eoque ſimplum duntaxat pretium quadruplatur. *l. in furtis.* 50. *De furtis.*

b Factum Sit. Cujus quadruplo ſimplum ineſt, ut fit in prætoriis: eoque omne damnum quadruplatur: id enim ſimpla actio rei perſecutoria, quæ multiplicatur, continet. *l. item.* 14. *§.* 7. 8. 9. *Quod met. cauſ.*

c Non Faceret. *L.* 1. *& tot. tit. De calum.* quæ etiam quadruplo ſimplum complectitur, cum ſit prætoria actio. *l.* 5. *§.* 1. *eod. tit.*

d Constitutione. Græca, quæ non extat, ſed locus ejus eſt vacuus, juxtà *l.* 2. *C. De ſport.*

e Normam. Dolo malo per concuſſionem. *l.* 1 in fin. *De calum. tot. tit. De concuſſ.* DD. hìc.

f Exegerint. Item ex *l.* 1. *C. De ſtat. & imag. l.* 2. *C. De off. præfect. prætor.* Aphric. Autheo. *Sed omnino. C. Ne uxor. pro mar.* ubi quadruplum totum etiam pœna videtur, cum inſuper actione cadat, qui alium pro alio pignoravit. Auth. *Habita. C. Ne fil. pro patre. c. in legibus.* 12. *q.* 2. *l. non licet.* 46. *De contrah. empt. l.* 3. in fin. *C. De aſſeſſor. & domeſt. l. ult. C. Ad l. Jul. repetund. l. qui in contractibus.* 8. *C. De jur. fiſc. lib.* 10. *l. auferetur.* 46. *§. ult. De jur. fiſc.* Non autem obtinet in contractibus pœna quadrupli. *l. cum allegas.* 15. *C. De uſur.*

§. 22. Sed furti quidem nec manifeſti actio.

SEd furti quidem nec manifeſti *a* actio, & ſervi corrupti *b*, à cæteris, de quibus ſimul locuti ſumus, eo differunt, quòd hæ actiones omnimodò *c* dupli ſunt. At illæ, id eſt, damni injuria ex lege Aquilia, & interdum depoſiti, inficiatione duplicantur: in confitentem autem in ſimplum dantur *d*. Sed illa, quæ de iis competit, quæ relicta venerabilibus locis *e* ſunt: non ſolum inficiatione duplicatur, ſed etiam ſi diſtulerit relicti ſolutionem, uſque-

quo

quo juſſu magiſtratuum noſtrorum conveniatur *f*. In confitentem verò, & antequam juſſu magiſtratuum conveniatur, ſolventem, ſimpli redditur *g*.

1. *Actiones quaſdam ſi à reo inficientur, duplari.*

DIſtinctio actionum earum, quæ in duplum ſunt.

a Nec Manifesti. De qua hìc ſola agitur, utpotè cum tantùm tractetur de actionibus in duplum conceptis: cæterum etiam furti manifeſti actionem natura ſua in quadruplum eſſe conceptam oſtendit. §. *ſeq.*

b Servi Corrupti. *L.* 5. *De ſerv. corrupt.*

c Omnimodo. Natura ſua, non ex eventu infieiationis, *l. ſi pro fure.* 7. §. 1. *De condict. furt. l.* 5. §. 2. *De ſerv. corrupt.* §. 2. *De pœn. temer. litigan.*

d In Simplum Dantur. *L.* 5. §. 2. *De ſer.*
1 *corrupt.* Paul. *lib.* 1. *tit.* 19. Quædam † actiones ſi à reo inficientur, duplantur, velut judicati, Depoſiti, Legati per damnationem relicti, Damni injuria legis Aquiliæ, item de modo agri, cum à venditore emptor deceptus eſt.

e Venerabilibus Locis. Olim obtinuit in quovis legato per damnationem relicto, §. *fin.* ſup. *De obligat. quæ ex quaſ. cont.* Paul. *prealleg. loc.*

f Conveniatur. Ex duplici ſic eventu duplatur hæc actio: 1. ex inficiatione: 2. ex mora ſolutionis.

g Redditur. Eſt & alia harum actionum diſtinctio: quòd in aliis totum duplum pœna ſit, in aliis rei perſecutionem contineat: ut ſuprà eſt expoſitum.

§. 23. Item actio de eo.

ITem actio de eo, quod metus cauſa factum ſit, à ceteris, de quibus ſimul locuti ſumus eo differt *a*, quòd ejus natura *b* tacitè continetur, ut qui judicis juſſu *c* ipſam rem actori reſtituat, abſolvatur *d*: quod in cæteris caſibus *e* non eſt ita, ſed omnimodo *f* quiſque in quadruplum condemnatur: quod eſt & in furti manifeſti actione.

1. *Pœnitentia furtum, ejuſque pœnam non tolli.*

DIſtinctio actionum, quæ ſunt in quadruplum.

a Eo Differt. Nec tantum eo, ſed quòd in hujus etiam quadruplo res inſit, cum aliter in actione furti manifeſti ſervetur.

b Natura. Sic enim à Prætore, qui mitius agere ſolet, eſt concepta.

c Judicis Jussu. Præcedit igitur ſententiam juſſus de reſtitutione. *l. item.* 14. §. 1. *Quod met. cauſ. l. arbitrio.* 18. in princ. *De dol. mal.* ut & in orat. Cic. *pro P. Quintio.*

d Absolvatur. A pœna ſcilicet quadrupli, reſtitutione rei facta. §. *ult.* inf. *De perp. & temp. act.*

e Caeteris Casibus. Actione furti, calumniatorum, &c. de quibus eſt dictum, ut reſtitutione rei pœna non liberetur. Cæteroqui cum aliud non eſt expreſſum, pœna ſimul, & rei perſecutio doplo, triplo, quadruplo inſunt, Jaſ. *num.* 5. 7. in §. *Sic itaque.* ſup. *hoc tit.*

f Omnimodo. Sive reſtituere paratus eſt, ſive non. Pœnitentia † enim furtum, ejuſque pœ- 1
na non tollitur, *l. qui ea mente.* 65. *De furt.* Itaque in his nullum judicis arbitrium expectatur, ſed ſententia juxta formam libelli in pœnam fertur: neque enim ſunt hæ arbitrariæ actiones.

§. 24. Actionum autem quædam.

ACtionum autem quædam bonæ fidei ſunt *a*, quædam ſtricti juris *b*. Bonæ fidei ſunt hæ *c*: Ex empto, vendito *d*, locato, conducto *e*, mandato *f*, pro ſocio *g*, negotiorum geſtorum *h*, tutelæ *i*, familiæ erciſcundæ *k*, communi dividundo *l*, depoſiti *m*, commodati *n*, pignoratitia *o*, præſcriptis verbis, quæ de æſtimato proponitur *p*, & ea, quæ ex permutatione competit *q*, & hæreditatis petitio *r*. Quamvis enim uſque adhuc incertum erat, inter bonæ fidei judicia connumeranda hæreditatis petitio eſſet, an non: noſtra tamen Conſtitutio *ſ* apertè eam eſſe bonæ fidei diſpoſuit.

1. *Actio-*

1. Actiones bonæ fidei quæ: quæ ſtricti juris, num. 2.

QUarta diviſio à natura, & qualitate actioοum: aliæ enim bonæ fidei ſunt, aliæ ſtricti juris, ſeo, ut Theoph. loquitur, ſtrictæ, de qua diviſione dictum eſt in Iſagoge.

a Bonae Fidei Sunt. Qui-
1 bus † olim aut clauſula bonæ fidei, aut libera arbitrandi poteſtas addebatur. Quanquam autem hodie formulæ illæ ſunt ſublatæ, tamen eadem manet harum actionum natura: ut ſcilicet in his non ſecundum formam libelli, & petitam quaotitatem ſtrictè, ſed ex bono, & æquo judicare, & quanto æquius melius rem æſtimare, ac definire judex poſſit, atque debeat. Qui verò hanc differentiam jure Canonico putant ſublatam, valdè errant, *c. cum venerabilis. 6. Dr excepr.* ut ſuo loco dicetur. Illud magis, ut pacto diſcrimen tolli queat: quo ſenſu videtur clauſula hodie uſitata contractibus addi. *Allrs trowolich und ohne geverdr.* Bald. *conſ.* 343. *lib.* 1. Quam excluſionem, ſeu, ut loquitur Ulp. præſtationem doli obtinere vim bonæ fidei, oſtendit *l. hoc jure.* 152. *§. ult. De reg. jur.* ubi exæquantur bona fides, & præſtatio doli: & generaliter obſervari conveoit bonæ fidei judiclum noo recipere præſtationem, quæ contra bonos mores deſideretur *l. generaliter.* 5. *De uſur.* Ad effectum pertioet, quod ſæpius actione bonæ fidei agi poſſit, *l. 4. §. hoc judicium. Comm. divid.* & quod cautiones in futurum exigi poſſint. *l. pro ſocio.* 38. *Pro ſoc. l. in omnibus.* 41. *Dr judic. l. cum ſocii.* 16. *Commun. divid.*

2 *b* Straicti Juris. Ut ſunt † omnia judicia, exceptis illis, quæ bonæ fidei dicuntur: melius eſt enim, & tutius, certis regulis concluſam eſſe judicandi poteſtatem, quàm in infinitum pro ſuo arbitratu evagari. Etſi autem hodie ſtricti juris formulæ nollo ſunt in uſu, tamen eadem manet judiciorum horum natura, ut ſervire in his petitioni, & judicare ſecundum formam libelli *l. ult. C. De fid. lib.* atque ex iis, quæ acta in judicio, probataque ſunt, judex debeat, *l. illicitas. 6. §. veritas.* 1. *De offic. præſ.* Dicuntur autem hæ actiones promiſcuè, ſtrictæ, ſtricti judicii, ſtricti juris, *l. unic. §. ſed etſi.* 2. *C. De rei ux. act. l.* 5. *De in lit. jurand.* & inſr. §. *ſeq.*

c Bonae Fioei Sont Hae. Cur hæ ſint bonæ fidei, expoſitum eſt in Iſagoge: & cum lex ſola bonæ fidei actiones faciat, *l. ult. C. De petit. hæred. §. fuerat.* 25. infr. *eod.* de re conſtituta diſputare copioſiùs, & inquirere in legis rationem omia ſcrupoloſitate, nihil attinet. Quòd ſi quem juvat hæc indagare diligeotiùs, habet Hotomanum hìc auctorem, atque ducem, quem ſequatur: & nos ſuprà in Iſagoge nonnihil ſubjecimus, quod huic inquiſitioni viam munire poteſt.

d Venoito. *L. 1. l. ex empto.* 11. *De act. empt. l. cum venderem.* 21. *ff. Locat. l. hujuſmodi.* 84. *§. ſi ſervum.* 4. *ff. Dr lega.* 1. in verſ. *hoc judicium bonæ fidei eſt, & continet doli exceptionem.*

e Conoucto. *L. præſes.* 17. *C. Dr locat.*

f Manoato. *L.* 2. *De obligat. l. ſi fundum.* 35. *l. ſi fidejuſſor.* 29. §. 3. *Mandat. l. Pro ſocio.* 38 *pro ſoc.*

g Pao Socio. *L. cum duobus.* 52. §. 1. *d. l. pro ſocio.* 38. *Pro ſoc.* Et has quidem actiooes non eſt mirum eſſe bonæ fidei, cum contractus, unde oriontur, ſint ejuſmodi, ut alter alteri fidem det, & ex bono, atque æquo obligetur, *l. 2. De obl.* Qualis igitur eſt cauſa, talis eſt & effectus. Societas jus etiam quoddaoo fraternitatis continet, *l. verum.* 63. in princ. *ff. Pro ſoc.*

h Negotioaum Gestoaom. *L. quia.* 7. *De neg. geſt.* Nam hoc negotium inſtar eſt mandati, ut & quaſi contractus reliqui, unde ſequentes actiones oriuntur.

i Totelae. *L. 1. §. 1. De tutel. & rat. diſtra. d. l. pro ſocio.* 38. *pro ſoc.*

k Familiae Erciscunoae. *L. non eſt ambiguum. 9. C. Famil. erciſcund.* Communitas enim, unde hæc naſcitur actio, vice ſocietatis eſt.

l Communi Diviounoo. *L. 4. §. 2. l. in hoc judicium.* 14. *§. 1. Commun. dividun.* Nam & hæc ex quadam velut ſocietate principium ortus ſoi ducit.

m Depositi. *L. 1. §. hanc actionem.* 17. *Depoſit. l. in bona.* 7. *De eo quod cert. loc. d. l. pro ſocio.* 38. *Pro ſoc.*

n Commodati. *L. 3. §. in hac. Commodat. d. l. pro ſocio.* 38. *Pro ſoc.*

o Pionoratitia. *L. ſi autem.* 7. *De pign. act.* & harum contrarias. Jaſ. hic *num.* 69.

p Proponitur. *L. 1. De æſtim.*

q Competit. *L. 1. De rer. per. l. 2. C. eod.* quia quædam venditioois ſunt hæ ſpecies. Ex reliquis porrò cootractibus innominatis quæ datur actio præſcriptis verbis, eſt ſtricta.

r Haeaeoitatis Petitio. Cùm has tantum actiones dicat eſſe bonæ fidei, ſequens eſt reliquas ceoſeri ſtrictas: excepta eoim firmant regulam in caſibus noo exceptis. Dec. in *l. 2. Dr reg. jur.*

ſ Constitutio. *L. ult. C. De pet. her.*

§. 25. Fuerat antea & rei uxoriæ actio.

FUerat antea & rei uxoriæ actio una ex bonæ fidei judiciis *a*. Sed cùm pleniorem eſſe ex ſtipulatu actionem invenientes, omne jus, quod res uxoria antea habebat, cum multis diviſionibus in actionem ex ſtipulatu *b*, quæ de dotibus exigendis proponitur, transtulerimus *c*, meritò rei

uxoriæ

uxoriæ actione ſublata, ex ſtipulatu actio, quæ pro ea introducta eſt, naturam bonæ fidei judicii tantum in exactione dotis meruit, ut bonæ fidei ſit. Sed & tacitam ei dedimus hypothecam *d*. Præferri autem aliis creditoribus *e* in hypothecis tunc cenſuimus, cùm ipſa mulier de dote ſua experiatur, cujus ſolius providentia hoc induximus.

1. *Actio rei uxoriæ cur bonæ fidei, & num. 2.*

DE rei uxoriæ, & dotis actione, an bonæ ſit fidei.

a Bonae Fidei Judiciis. *L. ſed &. 21. ff. Solut. matr.* Nam
1 † ſi ullum negotium bonæ fidei inter homines eſſe, & ex bono, & æquo contractum cenſeri debet, certè conjugium eſt ejuſmodi, præſertim cum ſit omnium rerum ſocietas (quam bonæ fidei eſſe conſtat) & quidem perpetua, *l. 1. De ritu nupt.* ſupr. *De pat. poteſt.* in princ. Jaſ. hic poſt Fab. *num.* 12. & 13.

b Ex Stipulatu. Olim (ut & nunc ferè jur. Sax.) maritus † velut dominus dotem lucrabatur, mortua uxore, & patre ejus, *l. cum vir. 42. De uſucap. l. 2.* in fin. *& tot. tit. De dot. prælegat.* his enim ſolis, rei uxoriæ actio competebat, *l. 2.* in fin. prin. *De dot. prælegat. l. 4. C. De pact. conven.* Ulp. *tit. 6. De dotib. l. 2. C. Theod. De inoff. dot.* tanquam perſonalis: quòd ad hos ſolos dos, & privilegia dotis pertinerent, ut hic §. in fin. indicat, *l. 2.* & paſſim in *tit. ſolut. matrim. l. 2. ac tot. tit. De dot. prælegat. l. dos à patre. 4. C. Solut. matr. l. unic. C. De inoffic. dot.* Itaque neceſſe erat per ſtipulationem de dote reddenda caveri, ut ad hæredes, præſertim extraneos, actio tranſire poſſet, *l. 4. C. De pact. convent.* junct. *l. ſi pactum. 9. De probat.* Hæc autem erat ſtricti juris, licet actio rei uxoriæ, quæ ſoli uxori, ejuſque patri tantum dabatur, bonæ fidei eſſet. Sed quòd iniquum videretur Juſtiniano dotem ſoluto matrimonio ſine cauſa manere apud maritum, muliere, ejuſque patre demortuis: ideò voluit ſemper ſubintelligi, ac fingi, ſtipulationem de reddenda dote interveniſſe, atque hæredibus mulieris actionem velut ex ſtipulatu dari, eamque eſſe bonæ fidei: ſicut ipſa conjugii ratio, tanquam ſocietas quædam, *l. ſi rerum. 52. De re jud. l. adverſus. 4. C. De crim. expila. hær.* bonæ fidei eſt. Jaſon poſt Fab. in hoc §. *fuerat. num.* 12. cum abſurdum fuerit, actionis aliam qualitatem eſſe in defuncto, aliam in ejus hærede,

c Transtulimus. *L. unic. C. De rei uxor. act.*

d Hypothecam. *D. l. unic.* §. 1.

e Creditoribus. Etiam anteriorem hypothecam habentibus, *l. aſſiduis. 12. C. Qui potior. in pig.* non tamen habentibus expreſſam, ut communiter ſentiunt. Gloſſ. & DD. in *d. l. aſſiduis. per l. ſi pignus. 8. Qui potio. in pign.* latè Neguzan. in *tract. pign. membro. 4. ſecunda part.* princ. *num.* 98. Martino olim, & tunc Cujacio *Novel.* 97. contrà diſputantibus.

§. 26. In bonæ autem fidei judiciis.

IN bonæ autem fidei judiciis libera poteſtas permitti videtur judici, ex bono, & æquo æſtimandi, quantum actori reſtitui debeat *a*. In quo & illud continetur, ut ſi quid invicem præſtare actorem oporteat: eo compenſato, in reliquum is, cum quo actum eſt, condemnari debeat *b*. Sed & in ſtrictis judiciis *c* ex reſcripto divi Marci, appoſita *d* doli mali exceptione, compenſatio inducebatur *e*. Sed noſtra Conſtitutio *f* eas compenſationes, quæ jure aperto *g* nituntur, latius introduxit: ut actiones *h* ipſo jure *i* minuant, ſive in rem k, ſive in perſonam, ſive alias quaſcunque: excepta ſola Depoſiti actione, cui aliquid compenſationis nomine opponi, ſanè iniquum eſſe credidimus *l*: ne ſub prætextu compenſationis, depoſitarum *m* rerum quis exactione defraudetur.

1. *Dolo*

1. *Dolo facere videtur, qui petit, quod paulò pòſt reſtituere debet.*

2. *L. ult. C De commod. lectio emendata.*

DIfferentiæ judiciorum bonæ fidei, & ſtricti juris.

a RESTITUI DEBEAT. *L. quia. 7. De reg. geſt.*

b CONDEMNARI DEBEAT. Ut reliquæ exceptiones, ita & compenſationes inerant bonæ fidei judicio, etiamſi in formula nihil de his eſſet expreſſum, *l. in rebus. 18. §. ult. Commodat.*

c STRICTIS JUDICIIS. Stricta hìc judicia appellat more I. C. quæ ſuprà dixit ſtricti juris.

d APPOSITA. In formula: non purè dato judicio, ſed addita exceptionis conditione, *Niſi dolo malo, &c.*

1 *e* INDUCEBATOR. Jure veteri, idque ea † ratione, quòd dolo facere videatur, qui petat, quod paulò pòſt reſtituere debeat, *l. dolo. 8. De dol. except. l. in condemnatione. 173. §. ultim. De reg. jur.* & exceptio doli addita, faciebat judicium bonæ fidei, *l. Seja. 42. De donat. cauſ. mort.* Cujac. *Obſervat. lib. 3. cap. 17.*

f CONSTITUTIO. *L. ult. C. De compenſat.*

g JURE APERTO. Liquidi ad liquidum, ut tradunt DD. ibidem, & diximus ad tit. *De compenſation.*

h ACTIONAS. Tam ſtricti juris, quàm bonæ fidei.

i IPSO JURE. Ex ſolo compenſationis objectu, abſque ulla formula, vel conditione, exceptionis judicio appoſita: & abſque periculo plus petitionis: quod olim adibat, qui non habita compenſationis ratione, nec adjecta ſtatim in libello compenſationis conditione totum peteret debitum, cùm ipſo jure compenſationes illud minuant *l. 4. De compenſat.* Paul. *lib. 2. cap.* 5. ubi Cujac. vide, quæ dixi *de compenſat.*

k SIVE IN REM. Quæ omnes ſunt ſtricti juris, quando ex nullo negotio, ſed ratione poſſeſſionis exiſtant. Ex quo liquet *d. l. ult.* etiam ad judicia ſtricta pertinere.

l CREDIDIMUS. Ex ſententia Pauli, *lib. 2. Sent. cap.* 12.

m DEPOSITARUM. Etiam commodatarum, ut videtur ex *l. ult. C. De commod.* Sed † Cujacius, 2 vir doctiſſimus, & in emendandis libris noſtris ſolertiſſimus, ac de jurisprudentia, omnibuſque ejus ſtudioſis optimè meritus ad Pauli *Sent. d. cap.* 12. legendum ibi monet, *Commendati*, hoc eſt, depoſiti: quod alii minus probant: cum etiam in commodato non debeat eſſe locus compenſationi debiti cum re commodata, quantitatis cum ſpecie, illiquidi cum liquido: vide Ruſſar. ibi, & *Duarten lib. 1. cap. 8.*

§. 27. Præterea quaſdam actiones.

PRæterea quaſdam actiones arbitrarias *a*, id eſt, ex arbitrio *b* judicis pendentes appellamus: in quibus, niſi arbitrio *c* judicis is, cum quo agitur, actori ſatisfaciat: veluti rem reſtituat *d*, vel exhibeat, vel ſolvat, vel ex noxali cauſa ſervum dedat *e*, condemnari debeat. Sed iſtæ actiones tam in rem, quàm in perſonam inveniuntur *f*. In rem *g*, veluti Publiciana, Serviana de rebus coloni, quaſi Serviana, quæ etiam Hypothecaria vocatur: In perſonam, veluti quibus de eo agitur, quod aut metus cauſa *h*, aut dolo malo *i* factum eſt. Item cum id, quod certo loco promiſſum eſt, petitur *k*: ad exhibendum quoque actio ex arbitrio judicis pendet *l*. In his enim actionibus, & cæteris ſimilibus *m*, permittitur judici ex æquo, & bono, ſecundum cujuſque rei, de qua actum eſt *n*, naturam æſtimare, *o* quemadmodum actori ſatisfieri oporteat. Curare autem debet judex *p*, ut omninò, quantum poſſibile ei ſit, certæ pecuniæ, vel rei ſententiam ferat: etiamſi de incerta quantitate apud eum actum eſt *q*.

Digitized by Google

1. *Actiones arbitrariæ quæ olim fuerint, & quid arbitrium. num.* 2.
3. *Servum dedere quid.*
4. *Arbitrarias actiones natura ſtrictas eſſe, ſed ex accidenti fieri arbitrarias.*
5. *Rei vindicatio cur arbitraria.*
6. *Dolus, culpa, & contumacia rei cauſa ſunt, quòd etiam reales ſint arbitrariæ, & num.* 7.
8. *An omnes arbitrariæ actiones à Juſtiniano hic enumeratæ ſint.*

DE actionibus arbitrariis: quæ licet natura ſtricti ſint juris, tamen vi ipſa, & effectione bonæ fidei judiciis comparantur. *l.* 3. §. *in his. De uſur. l. in bonæ fidei.* 7. *De eo quod cert. loc.*

1 *a* Arbitrarias. Arbitrariæ † olim erant, in qoibus nihil certum, ſed quantom judex arbitratus eſſet, petebatur, & quibus additum ideò erat, ut ex arbitrio judex jodicaret: ut diximus in Iſagoge, ex Cic. *pro Q. Roſcio.*

2 *b* Ex Arbitrio. Arbitrium † boni viri, æſtimationem, ac ſententiam ſignificat, ex ratione æqui, bonique flueotem, *l. in perſonam,* 22. §. 1. *De reg. jur. l.* 1. *De legat.* 2. cum ſimilibus. Quæ certa regula defioiri facilè non poſſoot, judicis arbitrio permittuntur. Gloſſ. *ultim. c. in noſtra.* 43. *De teſtibus.*

c Nisi Arbitrio. Joſſu, ſenteotia interlocutoria, de facienda reſtitutione ex bono, & æqoo, quomodocunque judicandi veluti arbitro æquius, ac melius videbitur. Ut enim per arbitros compooi res, aut proponi tranſactioois conditio ſolet, antequam ad judicium veniatur: ita in his judex, ut privata compoſitione reus damnationis aleam effugere poſſet, velut arbiter cooditionem reo deferebat, ut potius reſtitneret pendente adhuc cauſa, quàm dubium litis eventum opperiretor: quod potiſſimum in Prætoriis judiciis obtinuit. Prætor eoim, qui in jure æquitatem ſpectare ſolet, *l. in omnibus.* 90. *De reg. jur. l.* 4. in fin. *De eo quod cert. loc.* mitiùs cum reis agendum putavit, *l. item.* 14. §. 1. *Quod met. cauſ.*

d Restituat. Ideò in rem actiones, qoibus hoc petitur, ſunt arbitrariæ, *l. barum.* 7. *Si ſer. vendic.*

3 *e* Servum Dedat. Modus eſt † reſtitutionis faciendæ, noo ſpecies arbitrariæ actionis, ut apertè ex textu intelligitur. Nam arbitrariis actionibus domious ex perſona ſervi convenitor: quare niſi ex arbitrio judicis reſtitutionem faciat, aut ſolvendo, aut ſervum noxæ dedendo, patitur condemnationem, *l. quod diximus.* 16. §. 1. *Quod met. cauſ.*

f Inveniuntur. In rem actiones ſtricti juris ſuot, noo bonæ fidei. *l. utique.* 16. cum leg. ſequeot. *De rei vind. l. videamus.* 19. in fio. *De*
4 *uſur.* Quare † liquet, arbitrarias oatura ſtrictas eſſe, ſed ex accidenti fieri arbitrarias *l.* 4. *De uſur.* Quod exiſtimo obtinuiſſe, cum non certom quid peteretur, ſed æſtimatio iocerta, jurejurando io litem actoris, aut arbitrio judicis, ob factum aliquod doloſum adverſarii, poſtmodum taxanda, puta propter contumaciam, quæ vel præceſſiſſet, vel ſecutura timebatur. Incertum petitur arbitrariis actionibus, Cicer. *pro Q. Roſcio.* etiam hiſce, quæ hìc numerantur. *l. arbitrio,* 18. in princ. verſic. *ideò autem in hac, & in metus cauſa actione, certa quantitas non adjicitur, &c. De dol. mal.* item infr. in verb. *de incerta quantitate actum eſt*: vel accipe reſpectu poteſtatis, quam judex habet: nam certom peti oſtendit quadruplum, quod ad ſimplum certum petitum, eſt exigendum: item luculeoter Cic. *pro Q. Roſcio,* non quantum petimus &c.

g In Rem. Omiſſa eſt rei vindicatio, propterea quod tantum Prætorias hìc enumerare habuit propoſitum. Sed quoniam exempla oon arctant regulam, *l. pen.* §. *ultim. De jur. & fact. igno.* & † in 5
rei venditiooe uſu etiam venit, ut in iocertum agatur, *l. quæ de tota.* 76. *De rei vend.* Bartol. *l.* 1. *num.* 5. *C. De judic.* & propter reſtitutionis varietatem, boc eſt, fructus, minutionem rei, dolum adverſarii, incerta damni, & intereſſe æſtimatio ſit ineuoda: *l. non ſolùm.* 13. cum leg. ſequent. *De rei vindi.* ideò ſtatuendum eſt, ex his etiam cauſis arbitrariam eſſe banc actionem, & in incertum, quatenus bæ acceſſiones petontur, concipi poſſe, *l. non ſolùm.* 13. cum multis leg. ſequent. *l. qui reſtituere.* 68. *De rei vind.* licet res principaliter certà peti debeat, *l. ſi in rem.* 6. *De rei vindicat.* Nam bæc ſententia generalis eſt, & ad omnia interdicta, ſive actiones tam reales, quàm perſonales, ex quibus arbitratu quid reſtituitur, pertinet, *d. l. qui reſtituere.* in fin. ut ſcilicet in his æſtimatio à judice fiat, quomodo actori à reo ſatisfaciendum, & quod dolo ejus, culpaque factum ſit, reſtituendum, ac reſarciendum ſit.

h Aut Metus Causa. *L. item.* 14. §. 1. cum ſequent. *Quod met. cauſ.*

i Aut Dolo Malo. *L. arbitrio.* 18. *De dol.*
mal. Ac † dolus pleruoque, & culpa, vel contu- 6
macia rei, cauſa eſt, cur etiam reales ſint arbitrariæ, *d. l. qui reſtituere. l. in actionibus* 5. *De in lit. juran.* obi ait, damnom dolo datum jurejurando actoris, ex arbitrio judicis: culpæ verò damnum, ſolo judicis arbitrio æſtimari, *d. l. in actionibus.* 5. Utraoque autem æſtimationem eſſe arbitrariam, & proiode locum facere arbitrario judicio; ſi malit illod iotentare actor, quàm certum petendo, periculum plus petitionis ſubire, res ipſa, niſi valdè fallor, clarè ſatis oſtendit.

k Petitur. Noo enim agitor in certum quid, ſed quantum judex conſiderata loci utilitate arbitrabitur: ut dixi ad *titul. De eo quod cert. loc.*
Hoc † autem caſu neque dolus, nec culpa facit ar- 7
bitrariam actionem (poteſt enim non modò data opera, ſed etiam caſu quis impediri, oe conveoto loco ſolvat, *l.* 1. *De eo quod cert. loc.*) ſed circomſtantia loci, ne purè inteodens plus loco petat actor. Ita videmus cauſas, cur ſtrictis actionibus non purè agatur, ſed arbitrio judicis res æſtimanda permitti debeat, pro varietate rerum, & circumſtantiarum variare: nec eam rem ad certam aliquam facti, puta doli, & contumaciæ ſpeciem alligandam eſſe.

l Pen-

l Pendet. *L. 3. §. 2. Ad exhibend.*

8 *m* Ceteris Similibus. Ex † hoc apparet, non omnes ſpecies Juſtin. hìc enarraſſe, ſed tantum quædam exempla propoſuiſſe: ut minus commovere quenquam debeat, rei vendicationem hìc eſſe prætermiſſam. Nam & aliæ actiones omiſſæ ſunt, quæ tamen arbitrariæ eſſe poſſunt, ut Confeſſoria, Negatoria, *l. 7. ſi ſerv. vend.* Pauliana, *l. ait 10. §. per hanc. 14. quæ in fraud. credit.* Rerum amotarum, *l. ſi cum dos. 8. §. ult. rer. amot.* Faviana. *l. tenetur. 5. ſi quid in frau. patr. &c.* ac exempla hìc expreſſa argumento abundè ſunt, tantum Prætoriarum actionum exemplis compoſitores Inſtitut. uti voluiſſe: ſcilicet quòd hæc res tota arbitraria ad Prætoriam juriſdictionem ſpectet.

n De Qua Actum Est. Agi enim his ſolet ad certam rem. *l. 6. De rei vend.* ſed ita, ut æſtimatio reſtitutionis arbitrio judicis committatur, ne caſu aliquo plus petiiſſe videri actor poſſet. *d. l. arbitrio. 18. De dol. mal. l. 3. l. centum. 8. De eo, quod cert. loc.* idque indicant ſubſequentia verba. *Etiamſi de incerta quantitate actum ſit, &c.*

o Æstimare. Primùm, arbitrio ſuo, ſecundò, niſi fiat reſtitutio, ex jurejurando actoris, vel aliter facta condemnatione, *d. l. qui reſtituere. d. l. arbitrio l. 4. §. 3. cum ſeq. De in lit. jurand.*

p Quare Debet Judex. In his actionibus arbitrariis.

q Apud Eum Actum Est. Hic locus apertè demonſtrat, ad incertam æſtimationem ſeu reſtitutionem his actionibus actum fuiſſe: quæ incertitudo vel arbitrio, vel ſententia judicis, ad certum reducebatur, *l. ultim. De prætor. ſtipulat.* quemadmodum hoc judici accurandum eſſe, hic text. docet, *& tot. tit. C. De ſent. quæ ſine cert. quant.*

§. 28. Si quis agens, in intentione.

SI quis agens, in intentione ſua plus complexus fuerit, quàm ad eum pertinebat *a*: cauſa cadebat, id eſt, rem *b* amittebat *c*: nec facilè in integrum reſtituebatur à Prætore, niſi minor erat vigintiquinque annis. Huic enim, ſicuti in aliis cauſis ei cauſa cognita ſuccurrebatur, ſi lapſus juventute fuerat: ita & in hac cauſa ſuccurri ſolitum erat *d*. Sanè ſi tam magna cauſa juſti erroris *e* interveniebat, ut etiam conſtantiſſimus quiſque labi poſſet: etiam majori vigintiquinque annis ſuccurrebatur. Veluti ſi quis totum legatum petierit: pòſt deinde prolati fuerint codicilli, quibus aut pars legati adempta ſit, aut quibuſdam aliis legata data ſint, quæ efficiebant, ut plus petiiſſe videretur petitor, quàm dodrantem *f*: atque ideò lege Falcidia legata minuebantur.

1. *Effectus ſtrictorum judiciorum.*

DIxit de effectu actionum bonæ fidei: nunc de effectu ſtrictarum.

a Pertinebat. Alias, *ei competebat.*

b Id Est, Rem. Non inſtantiam, ſed litem, *l. 4.* ubi DD. *C. De pact.* Paul. 1. *Sent. tit. 10. De plus pet & li. 2. tit. De pig. & lib. 3. tit. Ad L. Falcid.* Cujac. *Obſ. lib. 7. c. 27.*

c Amittebat. Scilicet poſtquam exceptum, & probatum eſſet plus petitum. Panor. *C. Unic. nu.*
* 12. *ext. De plus petit.* Effectus † ſtrictorum judiciorum: nam in his tantum hoc obtinuiſſe oſtendit Cic. *pro Q. Roſcio*, non etiam bonæ fidei judiciis. *l. ſi rem. 9. §. ult. De pig. act.* cum in his nihil certi peteretur. Hodie in *Novell.* 15. dolo plus petens, ut ab inferiore judice ad ſuperiorem cauſa transferatur, ſimiliter ea cadit, & in caſu *l. ultim. C. De plus petit.* In aliis hæc pœna ceſſat, DD. *ibi.* & in *c. unic. ext. De plus petitio.* quanquam ob alias etiamnum cauſas quis jure ſuo nonnunquam privetur: ut *l. extat. 13. quod met. cauſ. l. meminerint. 6. l. ſi quis. 7. C. Unde vi, l. 4. C. Fin. regund. l. 3. C. De pignor.*

d Solitum Erat. *L. 1. l. verum. 11. §. 3. De minoribus.*

e Justi Erroris. Si quis juſta facti ignorantia ductus opinaretur ſibi plus deberi, eoque plus peteret, quàm revera deberetur.

f Dodrantem. Hoc eſt, ſupra dodrantem hæreditatis: ultra quem nihil legatorum nomine præſtandum eſt, cum lege Falcidia legata ejuſmodi ipſo jure minuantur, *l. pen. C. Ad l. Falcid.* Ex quo ſequitur; etiamſi rectè petatur integrum legatum ex teſtamento, in quo ſupra dodrantem nihil legatum eſt, tamen prolatis poſtea codicillis, in quibus legata facta dodrantem ſuperant, cum omnium legatorum pro rata quantitas minuatur ex l. Falcidia, videri tum plus petitum eſſe. Sed quia hic contingentis futuri eventus, etiam prudentiſſimos fallere poteſt, *l. 2. De jur. & fact. ignor.* ideo ex generali clauſula, *l. 1. ex quibus cauſ. majo. l. divus. 7. De in integ. reſtit.* ejuſmodi petitorem Prætor in integrum reſtituebat, ut renovare, atque reformare petitionem ſuam poſſet.

§. 29. Plus autem quatuor modis.

PLus autem quatuor modis petitur: re, tempore, loco, & cauſa *a*. Re: veluti ſi quis pro decem aureis, qui ei debebantur, viginti petierit: aut ſi is, cujus ex parte res eſt, totam eam, vel majore ex parte ſuam eſſe intenderit. Tempore: veluti ſi quis ante diem, vel ante conditionem petierit *b*. Qua enim ratione qui tardiùs ſolvit, quàm ſolvere deberet, minus ſolvere intelligitur *c*: eadem ratione qui præmaturè petit, plus petere videtur.

1. *Cauſa cadere quomodo dicamur,*

QUatuor formæ plus petendi.
a CAUSA. Paul. *lib. 1. Sent. cap.* 10. Cauſa † cadimus aut loco, aut ſumma, aut tempore, aut qualitate: loco, ſi alibi: ſumma, ſi plus quàm damus, petimus: tempore, petendo ante tempus: qualitate, ejuſdem ſpeciei rem meliorem poſtulantes.
b PETIERIT. *L. unic.* §. *ult. quand. dies uſusfruct. leg. ced.* §. 1. ſupr. *De fidejuſſ.*
c INTELLIGITUR. *L. ut ſi cui.* 12. §. 1. *De verb. ſign. l. ſolidum.* 85. *De ſol.* Nam dies eſt pars ſummæ, *l. ſi ſterilis.* 21. §. 3. & §. *ſi tibi fundum.* 4. *De act. empt. l.* 1. §. 1. *De eden.*

§. 30. Loco plus petitur.

LOco plus petitur: veluti cùm quis id, quod certo loco ſibi dari ſtipulatus eſt, alio loco petit, ſine commemoratione illius loci, in quo ſibi dari ſtipulatus eſt: verbi gratia, ſi is, qui ita ſtipulatus fuerit, *Epheſi dare ſpondes?* Romæ purè *a* intendat ſibi dari oportere. Ideo autem plus petere intelligitur, quia utilitatem, quam haberet promiſſor, ſi Epheſi ſolveret, adimit ei pura intentione *b*. Propter quam cauſam alio loco petenti arbitraria actio proponitur *c*: in qua ſcilicet ratio habetur utilitatis, quæ promiſſori competitura fuiſſet, ſi illo loco ſolveret, quo ſe ſoluturum ſpopondit. Quæ utilitas plerunque in mercibus maxima invenitur: veluti vino, oleo, frumento: quæ per ſingulas regiones diverſa habent pretia. Sed & pecuniæ numeratæ non in omnibus regionibus ſub eiſdem uſuris fœnerantur. Si quis tamen Epheſi petat, id eſt, eo loco petat, quo ut ſibi detur, ſtipulatus eſt: pura actione rectè agit. Idque etiam Prætor monſtrat, ſcilicet quia utilitas ſolvendi ſalva eſt promiſſori *d*.

1. *Loco non expreſſo ſolutio ibi videtur peti poſſe, ubi agitur.*

DE petitione pluris, ob circumſtantiam loci.
a PURE. Abſque loci commemoratione, ſtricto judicio, ſine mentione arbitrii. Nam † cùm locus non exprimitur, videtur ſolutio ibi peti, ubi agitur: quoniam inibi ſolvendum aliàs eſt, *l. quod legatur.* 38. *De judic.*
b PURA INTENTIONE. *L.* 2. & 3. *de eo, quod cert. loc.* ubi in Paratit. dixi, *l. pretia rerum* 63. *Ad leg. Falcid. l.* 1. *De uſur.*
c PROPONITUR. Quia petitur ex ſtipulatu, non ſtrictè, certum illud, quod promiſſum eſt, ſed quantum arbitrio judicis, habita utilitatis loci ratione, videbitur, *l.* 1. 2. 3. *de eo, quod cert. loc.* ubi vide Paratit.
d PROMISSORI. *L. quòd ſi Epheſi.* 4. *De eo, quod cert. loc.*

§. 31. Huic

§. 31. Huic autem, qui loco plus.

HVic autem, qui loco plus petere intelligitur, proximus eſt is, qui cauſa plus petit *a*. Vt ecce ſi quis ita à te ſtipuletur: *Hominem Stichum, aut decem b aureos dare ſpondes?* Deinde alterutrum petat, veluti hominem tantum, aut decem aureos tantum. Ideò autem plus petere intelligitur, quia in eo genere ſtipulationis, promiſſoris eſt electio *c*, utrum pecuniam, an hominem ſolvere malit. Qui igitur pecuniam tantum, vel hominem tantum ſibi dari oportere intendit, eripit electionem adverſario *d*: & eo modo ſuam quidem conditionem meliorem facit, adverſarii verò ſui deteriorem. Qua de cauſa talis in ea re prodita eſt actio, ut quis intendat hominem Stichum, aut aureos decem ſibi dari oportere, id eſt, ut eodem modo peteret, quo ſtipulatus eſt *e*. Præterea ſi quis generaliter hominem ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Stichum petat *f*: aut generaliter vinum ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Campanum petat: aut generaliter purpuram ſtipulatus ſit, deinde ſpecialiter Tyriam petat: plus petere intelligitur: quia electionem *g* adverſario tollit: cui ſtipulationis jure liberum fuit, aliud ſolvere, quàm quod peteretur *h*. Quin etiam licet utiliſſimum ſit, quod quis petat, nihilominus plus petere intelligitur *i*: quia ſæpè accidit, ut promiſſori facilius ſit illud ſolvere, quod majoris pretii eſt.

DE petitione pluris ex cauſa.

a CAUSA PLUS PETIT. Cauſam pro modo, aut forma obligationis accipe, *l. obligationum*. 44. §. 3. *De obligat. cap.* 1. *De plu. petit.*

b AUT DECEM. Quadruplicem alternativam ponit Bart. *l.* 3. in princ. *De eo, quod cert. loc.*

c ELECTIO. *L. plerunque*. 10. in fin. *De jur. dot. l. ſi in emptione*. 34. §. *penult. De cont. empt.* Unde incertum in ſtipulationem deductum eſſe videtur, *l. ubi*. 75. §. *qui illud*. 5. *De verb. oblig. l. prætor*. 7. §. *quod autem*. 4. *De injur.*

d ADVERSARIO. Niſi ſtipulando expreſsè ſibi illam reſervarit, *d. l. ubi. l. ſi quis*. 112. *De verb. oblig.*

e STIPULATUS EST. Ut effectus reſpondeat cauſæ, *d. l. ubi*. 75. §. *qui illud*.

f STICHUM PETAT. Cùm juxta formam obligationis hominem petere debeat, *l. ſi unus*. 27. §. *ſi cum*. 5. *De pact.*

g ELECTIONEM. Quæ in obligatione generis æquè eſt debitoris, ut in obligatione alternativa, *l. cum is*. 32 *De cond. indeb. l. fidejuſſorem*. 52. *Mandat. l. ſi quis*. 35. *C. De donat. l.* 4. *De tritic. vin. & ol. legat.*

h PETERETUR. *D. l. fidejuſſorem. d. l.* 4.

i INTELLIGITUR. Quare non tenet ejuſmodi libellus: & eo ita concepto, hodie eum refuſione expenſarum, ab obſervatione judicii reus abſolvitur, *c.* 1. *De plus petit.* junct. *c. Examinata*. 15. *De judic.*

§. 32. Sed hæc quidem anteà.

SEd hæc quidem anteà in uſu fuerant. Poſteà verò lex Zenoniana *a*, & noſtra rem coarctavit. Et ſi quidem tempore plus fuerit petitum, quid ſtatui oporteat, Zenonis divæ memoriæ loquitur conſtitutio *b*. Sin autem quantitatem, vel alio modo plus fuerit petitum: in omne, ſi quod forte damnum *c* ex hac cauſa acciderit ei, contra quem plus petitum fuerit, commiſſa tripli condemnatione (ſicut ſuprà *d* diximus) puniatur.

EMendatio juris veteris circa plus petitiooes.

a Lex Zenoniana. Cujus fit mentio in §. *ultim.* infrà *De except.*

b Constitutio. Ut petitor ſumptus litis reſtituat, & induciæ duplicentur, §. *ult.* verſ. *hodie* inf. *De except.* quod etiam obtinet, quando pendente conditione agitur: niſi durante lite conditio, vel dies exeat. Jaſ. latè *l. pecuniam.* 36. *num.* 9. & 10. *Si cert. pet.* ubi plures tradit limitationes, præſertim ſi debitor ſit fugitivus, ſaltem ut agi poſſit, ut ante diem caveat: item in fiſco, *l.* 1. *C. De cond. ex leg.*

c Damnum. *Ut in ſportulis*, adjectum babent quędam exemplaria, & hoc exemplo utitur Theoph. Aliam pœnam ſtatuit Juſtin. in *l. ultim. C. De plus petit.* in eum, qui dolo malo cautionem debito majorem exegit: & hæc aliter interpretatur Pontifex, in *c.* t. *De plus petit*, cujus definitio hodie in foro magis obtinet.

d Sicut Supra. §. *tripli.* 20. ſup. *eod.*

§. 33. Si minus in intentione.

SI minus in intentione ſua complexus fuerit actor, quàm ad eum pertineat: veluti ſi cùm ei decem aurei deberentur, quinque ſibi dari oportere intenderit: aut ſi cùm totus fundus ejus eſſet, partem dimidiam ſuam eſſe petierit: ſine periculo agit *a*. In reliquum enim nihilominus judex adverſarium, in eodem judicio *b* ei condemnat *c*, ex conſtitutione divæ memoriæ Zenonis *d*. Si quis aliud pro alio intenderit, nihil eum periclitari placet *e*: ſed in eodem judicio *f*, cognita veritate, errorem ſuum corrigere *g* ei permittitur: veluti ſi is, qui hominem Stichum petere deberet, errorem petierit: aut ſi quis ex teſtamento dari ſibi oportere intenderit, quod ex ſtipulatu debetur *h*.

1. *Actionis perperam inſtituta, quouſque correctio permittatur.*

DIctum eſt de pluris petitione: jam de petitione minoris debito quantitatis ſubjicit. Cootraria eoim juxta ſe poſita, magis eluceſcunt.

a Sine Periculo Agit. Quia nihil inde periculo adverſario, ut in pluris petitione, ereatur: imò ſibi magis, quàm alteri, qui minus petit, incommodat: eòque oee cauſa cadebat: eum ubi noo eſt delictum, ibi oec eſſe pœna debeat.

b Eodem Judicio. Olim alia erat opus formula, & nova jodicii delegatione, *l. non poteſt.* 23. *De jud.* Hodie ex conſtitutione Zenonis etiam eodem judicio res emendatur, & peragitur: præſertim formulis, & impetrationibus jam ſublatis.

c Ei Condemnat. Quod datur juſto errori, & pertinet ad præcidendam litium multitudinem. Fruſtrà fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora, *l.* 1. *quod met. cauſ. l. ampliorem. ultim.* in fin. *C. De appell.*

d Zenonis. Ex quo apparet, anteà aliud obtinuiſſe, alioqui hac conſtitutione non fuiſſet opus.

e Nihil Periclitari. Ut ſcilicet amittat cauſam, veluti plus petens.

f In Eodem Judicio. Hoc dixi accipiendum eſſe reſpectu alterius judicii; quod olim erat impetrandum, *l. non poteſt.* 23. *De judic. l.* 4. §. *ult. De noxal.*

g Corrigere. *L.* 4. ubi Gloſſ. *De cenſibus* verb. *vicinos*. Licet † corrigere errorem uſque ad 1
ſententiam, *l. ult.* eum ibi not. *C. De erro. Ad leg.* 4. §. *ult. De noxal. act.* Sed an ejuſmodi etiam, qui ſecum trahit mutationem libelli, quam noſtri tantum uſque ad conteſtationem admittunt, in *l.* 3. *C. De eden.* Equidem illud textus non probat. Contrarium verò hìc, & *d. l.* 4. §. *ult.* Quid ergò, ſi aſſeramus, mutationem libelli uſque ad ſententiam admitti, ſemel ex edicto, iterum ſi hoc jus reddentis decernat æquitas, *l.* 3. *C. De eden.* Nam libellus in dubio ſuſtineri debet, *l. ſi quis.* 66. *De judic.* ſufficitque, ſi vel aliqua parte valeat, ſuper qua totus deineeps fundari proceſſus poteſt. Bald. in *cap.* 1. in princ. *num.* 4. *De milit. vaſſall.* & io *l. Polla.* 2. *num.* 7. *C. De his quibus, ut indig.* Innocent. Panorm. Felin. in *c. Examinata. 11 De judic.* Ancbar. *conſil.* 148. *Ad prædicta. num.* 6. Sufficere autem ad ſuſtinendum libellum, & diſceptandam, definiendamque litem debet, ſi pòſt appareat debitum, etiamſi in ſumma, vel cauſa, vel corpore fuerit erratum initio. Æquitas id ſuadet: quamvis ſtricto jure non videatur in judicium venire poſſe, ſuper quo lis oon ſit conteſtata, *l. ædiles.* 25. §. 4. *De ædil. edic. l. non poteſt.* 23. *De judic.* Ut igitur ex jure ſupervenieote firmatur petitio, quamvis

abſque

abſque jure ioſtitota, *l. ſi rem*. 9. §. *ultim. De pign. act.* ita non eſt abſurdum, ex approbatione, & apparente deinceps veritate informari eam, & ſuppleri. Nam ſententia fertur conformis libello, quando probationes libello coogruunt. *l. ut fundus*. 18. *commun. dividun. l. ultim. C. De fideicom. liber.* Si diſcrepant, potiùs ſecundum probata, quàm petita, eſt pronunciandom, Bald. *l.* 1. *num.* 2. *C. De quæſtio.* Nec conſentaneum eſt, cootra veritatem ferri ſenteotiam oportere, aut ob aliquem errorem peritionis reum abſolvi, poſtquàm planum factum eſt, quid, quantumque debeatur: nam hoc alio judicio obtineret actor. Cur ergo noo & eodem, præſertim cum in jure æquitas potiſſimùm ſit ſpectaoda? *l. placuit*. 8. *C. De judic. l. in omnibus*. 90. *De regul. jur.* & juſtitia. *l. eos*. 6. §. 1. *C. De appellatio.* Sic qoi cœpit rem vendicare, poteſt interdicto agere, *l. naturaliter*. 12. §. 1. *De acquir. poſſeſſ.* Cujac. *Obſer. lib.* 7. *c.* 38. Sic poſt litem cooteſtatam pœnitere regolariter non licet, *l. electio*. 26. §. *neque*. 5. *De nov. act.* ex juſta cauſa licet: quæ ex omni generali diſpoſitione intelligitur excepta. Tiraq. *tract. De pœn.* in princ. *num.* 16. uſque ad 55. Bart. & DD. *l. ſi hominem*. 30. *ff. Mand.*

b Ex Stipolatu Debatur. In primo caſu quantitas rei, io altero res petita, in tertio cauſa petendi.

§. 34. Sunt prætereà quædam actiones.

SVnt prætereà quædam actiones, quibus non ſemper ſolidum, quod nobis debetur, perſequimur: ſed modò ſolidum perſequimur, modò minus: ut ecce, ſi in peculium filii, ſervive agamus. Nam ſi non minus in peculio ſit, quàm perſequimur: in ſolidum dominus, paterve condemnatur. Si verò minus inveniatur, eatenus condemnat judex, quatenus in peculio ſit *a*. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, ſuo ordine proponemus *b*.

1. *Differentia hujus diviſionis ab actionibus bonæ fidei.*

QUinta actioonum diviſio, ab effectu, & eo, quod his cooſequimur, ſumpta, aliis enim ſolidum, quod petimus, adipiſcimur, aliis verò minus. Regulariter autem ſolidum præſtandum eſt: quia ſenrentia congruere debet libello, niſi io ſpeciebus, quæ hìc excipiootur.

a In Paeculio Sit. *L. quoties*. 47. §. *ſi ſemel*. 2. *De pecul.* non quarenos debetur. Diſtat † 1
igitur bæc diviſio ab actionibus bonæ fidei, & arbirrariis. Nam illis etſi incertum petitur, tamen tanrom quiſqoe conſequitur, quaorum ex bono, & æquo debetur: qood hìc abeſt.

b Proponamos. Infrà, *Quod cum eo, qui in alien. poteſt.*

§. 35. Item ſi de dote judicio mulier agat.

ITem ſi de dote *a* judicio mulier agat, placet eatenus maritum *b* condemnari debere, quatenus facere poſſit, id eſt, quatenus facultates ejus patiuntur *c*. Itaque, ſi dotis quantitati concurrant *d* facultates ejus, in ſolidum damnatur: ſi minus, in tantum, quantum facere poteſt. Propter retentionem quoq; dotis repetitio minuitur *e*. Nam ob impenſas in res dotales factas, marito quaſi retentio conceſſa eſt, quia ipſo jure neceſſariis ſumptibus *f* dos minuitur: ſicut ex latioribus Digeſtorum libris cognoſcere licet. Sed & ſi quis cum parente ſuo, patronove agat *g*: item ſi ſocius cum ſocio *h* judicio ſocietatis agat: non plus actor conſequitur, quàm adverſarius ejus facere poteſt. Idem eſt, ſi quis ex donatione ſua conveniatur *i*.

3. *Maritum hodie ſolum in id, quod facere poſſit, condemnari.*

ALia ſpecies, in qoa minus, quàm debetur, conſequimur: ooo ex natura actionis, ut in ſpecie ſuperiore, ſed propter circumſtantiam perſonæ, quæ convenitur.

a SI DE DOTE. Hoc exempli cauſa ponitur, quia frequentiſſimum de dote inter conjuges judicium, & olim
3 in eo ſolo hæc obtinebant. Sed † hodie jure Conſtit. ex quocunque debito maritus ab uxore, & contrà hæc à viro, tantum io id, quod facere poteſt, convenitur. *l. non tantum*. 20. *De re judicat.*

b MARITUM. Non ejus hæredem, *l. ſciendum*. 25. *De re judicat. l. maritum*. 12. *ſol. matr.* quia tale beneficium perſooale eſt, *l. quia*. 13. *ſolut. matrimon.*

c PATIUNTUR. Deductis alimentis, deducto eo ne egeat, *l. in condemnatione*. 173. *De regul. jur.*

d CONCURRANT. Æquivaleant, paria faciaot, ſi tantum habeat in bonis maritus, qoantum ad ſolvendam integrè dotem ſatis ſit.

e MINUITUR. Alia cauſa miouendæ de dote actionis, oon circumſtantia perſonæ, ſed reſpectus impeoſarum, quas maritus in res dotales fecit: quæ ipſo jure dotem minuunt, & quas propter retineri dos, quoad deducantur, vel ſolvantur, poteſt. *l.* 5. *& tot. tit. De impenſ. in res dotal. fact.* Vide Ulpian. *tit.* 6.

f NECESSARIIS SUMPTIBUS. Rectè hoc additur. *l.* 1. *l.* 5. *De impenſ. in res dotal. l. ſi ex*. 56. §. *quod dicitur*. 2. *De jur. dot.* Nam io impeoſis utilibus, & voluptariis hæc non perinde obtineot. *l.* 5. 8. 9. 11. *De impenſ. in res dot. fact.*

g PATRONOVE AOAT. *L. ſunt qui*. 16. cum leg. ſequ. *De re judicat.*

h CUM SOCIO. Quod in ſocio univerſorum bonorum indubitatum eſt. *d. l. ſunt qui*. in unius rei ſocio ex æquo, & bono placuit propter jus fraternitatis. *l. verum* 63. *ff. Pro ſoc.* quare & idem inter fratres obtinere conſentaneum eſt. Nam propter quod unumquodque tale eſt, illud magis tale eſt. Hoc tamen beneficium, cauſa cognita, puta ob inficiationem ſocietatis, aut dolom, qui accuſatur, denegandum eſt. *l. ſed hoc*. 22. §. 1. *De re judicat.*

i CONVENIATUR. *L. inter*. 19. §. 1. *De re judic.* quæ exceptio etiam poſt rem judicatam durat. *l. Neſennius*. 41. in fin. *De re judic. l. qui id quod*. 33. *De donationib.*

§. 36. Compenſationes quoque oppoſitæ.

COmpenſationes quoque oppoſitæ plerunque efficiunt, ut minus quiſque conſequatur, quàm ei debeatur *a*. Namque ex bono, & æquo, habita ratione ejus, quod invicem actorem ex eadem cauſa præſtare oportet: in reliquum eum, cum quo actum eſt, condemnat, ſicut jam dictum eſt *b*.

TErtia cauſa, propter quam actio imminuitur, ne ſolidum exigatur: quaoquam cum compenſatio ipſo jure minuat, effectu ſolidum hic præſtatur.

a DEBEATUR. Reſpectu ſuæ actionis, non reſpectu præſtationum mutuarum. *l. ultim. C. De compenſat.* §. *in bona fidei*. 26. ſuprà *eodem*.

b DICTUM EST. *D.* §. *in bona fidei*.

§. 37. Cum eo quoque, qui creditoribus.

CUm eo quoque, qui creditoribus ſuis bonis ceſſit *a*, ſi poſtea aliquid acquiſierit, quod idoneum emolumentum habeat: ex integro in id, quod facere poteſt, creditores experiuntur *b*. Inhumanum enim erat ſpoliatum fortunis ſuis in ſolidum damnari *c*.

QUarta cauſa, ex qoa exactio actionis imminuitur, videlicet bonorum ceſſio.

a CESSIT. In qua prima ceſſiooe omnia excutiuntur. *Nov.* 135. *Ne quis cog. ced. l.* 6. *De ceſſ. bon.* Bald. in *l.* 1. *C. eod.* Campeſ. *De dote, par.* 3. *qu.* 239. *n.* 2. Covarr. *li.* 2. *pract. cap.* 1.

b EXPERIUNTUR. *L. qui bonis*. 6. *De ceſſ. bonor.* deducto ne egeat, *l. in condemnatione*. 173. *De reg. jur.* Brun. *tract. De ceſſ. quaeſt.* 30. *per tot.* oon tameo dedocto ære alieno, oiſi in donatiooe. *l. inter*. 19. *De re judic.*

c DAMNARI. Ergò creditores taotum in id

agere

Digitized by Google

agere poſſunt, quod ſupereſt ejus alimentis. Itaque ſalarium, quæſtumque officii, vel artificii, unde ſe, qui ceſſit bonis, ſuamque familiam alit, exigere non poterunt: niſi de fructibus dotis uxoriæ ſuppeditet, unde alatur. Nam & fructus dotis mariti ſunt, & bonis ejus annumerantur. Vide Gloſſ. *ult. c. ſtudeat.* 50. *diſt.* Dec. *l. lecta.* 40. *num.* 13. *Si cert. pet.* Brun. *De ceſſ. quæſt.* 31.

QVOD CVM EO, QVI ALIENA IN POTESTATE EST, NEGOTIVM GESTVM ESSE DICITVR.

Titulus Septimus.

1. *Continuatio, & diſpoſitio Tituli.*
2. *De inſcriptione Tituli.*
3. *Negotium quid.*
4. *An delicta comprehendat.*
5. *Methodica tractatio harum actionum.*
6. *Affinia, Contraria.*

1 Continuationem † hujus tituli textus initio proponit. Quia namque in §. *actiones autem. De pecul.* 10. & §. *ſunt præterea.* 34. ſuprà tit. *prox.* mentio facta eſt actionis, qua in peculium filiorumfamil. ſervorumque agitur: quæ non ſatis potuit tum declarari, neque ſola de contractibus eorum, qui ſunt in poteſtate, redditur in patremfamilias, cum etiam aliis quinque hoc nomine conveniri poſſit: ut *Quod juſſu, Exercitoria, Inſtitoria, Tributoria, De in rem verſo*: ideò viſum eſt de hiſce omnibus diligentiùs hìc admonere. Nec enim perfectus fuerit actionum tractatus, niſi ſpecies earum omnes enumerentur, & exponantur. arg. *l.* 1. & *l.* 2. *De orig. jur.* Et quæ notabilia ſunt, niſi ſpecialiter notentur, quaſi neglecta putantur. *l.*
2 *item.* 15. §. *aut prætor.* 20. *De injur.* Inſcriptio † tituli videtur nullum gignere ſenſum: ſed ſciendum eſt: prima hæc eſſe verba edicti, quo prætor has actiones in dominum, & patrem propoſuit. *l.* 1. §. 1. verſ. *verba edicti talia ſunt: Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum erit,* *ff. De peculio.* Quod & Cujacius teſtatur. *ff. eodem.* Translatitium autem eſt Titulos primis edicti verbis inſcribi, ut; *Quod falſo tutore auctore geſtum eſſe dicetur*, item; *Uti poſſidetis*, & *Utrobi*, *Quorum bonorum*, *Quorum legatorum*, *&c.* Conſtabit autem inſcriptionum ſenſus, ſi ſubaudiamus, & ſuppleamus: *Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur*, ejus negotii nomine, ut actiones, quarum hìc fit mentio, in patrem, dominumve dentur. *l. penult. C. eod.* & Gloſſ. *l.* 1. verb. *geſtum. De pecul.* id quod innuit, quanquam non apertè ſatis inſcriptio tituli *C. eod. Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur*, vel de peculio, ſeu quod juſſu, aut de in rem verſo: ſcilicet ejus nomine, aut actio in patrem, dominumve competat, *d. l. pen. eod. titul.* Fuit enim hoc edictum triplex. Aut de peculio, aut de in rem verſo, aut quod juſſu. *l.* 1. in princ. *De peculio.* *Poteſtatis* verbum communiter accipiendum eſt, tàm in filio, quàm in ſervo, nec magis dominium ſervorum ſpectandum, quàm facultas habendi eos. Non enim ſervorum tantùm propriorum nomine convenimur, item communium, verùm eorum quoque, qui nobis bona fide ſerviunt, ſive liberi ſint, ſive ſervi alieni. *l.* 1. §. *ult. De peculio.* Itaque ad omnem ſexum, omneſque, qui alieno juri ſubjiciuntur, poteſtatis nomen porrigatur. *l.* 1. in fin. *De attributo. actio.* In aliena poteſtate dominica quidem, ſunt ſervi: patria, filii, filiæque familias. ſup. *De his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* & *ff. eod. Negotium* † hìc generatim eſt acci- 2
piendum, non pro cauſa, vexatione, & controverſia, ut in *l.* 1. §. 1. *De calumniat.* ſed pro quolibet contractu. *l. penult. quod juſſu*, *l. quod ſi.* 11. *l. venditor.* 21. *De hered. vel act. vend.* Quamobrem Ulpianus in *l. ſi dubitet.* 10. §. 2. *De fidejuſſor.* ait: *Quod juſſu*, ad omnes contractus pertinere, hoc eſt, ad omne negotium, ex quo alteri is, qui eſt in poteſtate, obligetur. *l. Labeo.* 19. *De verbor. ſignific.* Nam dominus, paterve hiſce actionibus, quæ hoc in titulo proponuntur, ex contractu ſuorum conſtringuntur: quæ non ſunt certæ ſpecies actionum ſingularium, ſed adjectiones, & acceſſiones ad actiones cujuſque contractus: quæ à ſua cauſa, unde proficiſcuntur, & acceſſione, quam induunt, nova, ejuſmodi nomen adſciſcunt. *l. ſi eum.* 5. §. 1. verſ. *hoc edicto non transfertur actio, ſed adjicitur. De exercito. actio.* Ut ex eo intelligatur agi his actionibus non directo cum Reo ex ſuo contractu. §. *ult. hoc tit.* ſed per latus ipſius cum patre, vel domino ejus, ut mandati, quod juſſu. *d. l. ſi dubitet.* §. 2. *exemplo. quod juſſu. l.* 3. *De pecul.* & ſic deinceps quamvis brevitatis cauſa, qua I. C. gaudent. *l.* 1.

quod

quod metus cauſa. *l. ampliorem*. *ult. §. 1. C. De appellat.* plerunque nomen contractus non deſignetur: eam enim narratio, & concluſio libelli exhibent, vel, quod perinde eſt, *l. quod te. 5. Si cert. pet.* exhibere debent, *l. 3. C. De edendo*. *c. Dilecti. 6. c. Examinata. 15. De judiciis*. His ergò nomenclaturis illud notatur, actionem omnem cui illæ tribuuntur, ejuſmodi eſſe, ut non detur in eum, qui contraxit, ſed ratione contractus, in illum, ad quem utilitas contractus pervenerit, hoc eſt in dominum, vel parentem, quos non eſt iniquum ex contractu liberorum, vel ſervorum teneri, ad quos commodum contractus redit, & quibus invicem obligatio ad agendum quæritur. *l. 1.* in princ. *De inſtitor. actio.* ſup. *De legit. pat. tut.* in fin. *l. ſecundum. 10. De reg. jur.* Quamobrem regula tituli, *C. Ne filius pro patre, vel pater pro filio emancipato*, obtinet tantum in caſu diſſolutæ poteſtatis, ut oſtendit verbum, *Emancipato*, inſcriptioni inſertum, non in illis, qui vi poteſtatis ſic patriſamil. junguntur, ut pro eadem quodammodo perſona fictione juris habeantur. *l. ult. C. De impub. ſubſtit.* & in contractibus igitur eadem utriuſque vox, & obligatio. §. *quod ſi. 4.* ſupr. *De inutil. ſtipulat. l. dominus. 39. l. quod dicitur. 130. l. cum. 56. §. qui ſibi. 2. De verbor. oblig. l. 2. C. De contrah. ſtip.* ut non mirum ſit ex alterius contractu alterum hìc conveniri poſſe.

4 Dico † contractu, ut excludam delicta, nec enim alienis quis criminis ſucceſſor conſtituitur, ſed unuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorti ſubjicitur. *l. crimen. 26. De pœn.* Quod tamen ipſum accipiendum eſt de pœna corporis, vel infamiæ: qua de diſertè *d. l. crimen.* loquitur: nam pecuniam uti ex contractibus ſervorum, ſic etiam ex delicto aliquatenus paterſamil. debere, & hoc nomine conveniri poteſt, ut in tit. *De his, qui dejecer. vel effuder.* Quamobrem etiam hujus tituli actiones eo nomine dantur. Sed quia nimis hæc evagatur oratio, contrahamus, ſi placet, iſta, pro mearum more ſcholarum, ad methodum uſitatam.

Unde igitur nomen habent actiones, quarum hoc titulo fit mentio?

A cauſa propter quam dantur: ut à juſſo, peculio, ab eo, quod in rem verſum, &c. à materia dici poſſunt peculiares.

Quid ſunt?

5 Sunt † cujuſvis contractus actiones, quæ non directo in filiumfamil. ſervumve, qui contraxit ex contracto, ſed ex prætoris edicto propter juſtam aliquam cauſam, quæ nomine deſignatur in alium, quàm quicum contractum eſt, nempe in patrem, aut dominum, cujus contrahens ſit in poteſtate, dantur, ad conſequendum, vel in ſolidum, vel peculio tenus ſaltem, id quod ex contractu debetur.

Quod earum proprium?

Ut competant, & dirigantur in patrem, dominumve ejus, quicum contractum eſt, ideò non eſſe directæ putantur, *§. ult. hoc tit.* Nam directæ dicuntur, quæ ex verbis legis, contractuſque dantur, &c. Utiles, quæ ex mente, aut æquitate. Utrumque genus ejuſdem eſt poteſtatis. *l. antepen. De neg. geſt.* Sicut & alias non magnopere refert, utrum quid directo, an per indirectum fiat. *l. 3. §. in rem. 1.* ubi Gloſſ. verb. *prius. de in rem verſ. l. quæ ſub conditione. 8. §. ſi quis ſub juriſjurandi. 2. De cond. inſtit. l. oratio. 16. De ſponſalibus.* Proprium etiam, ut in ſolidum competant, quamvis ex accidenti minuantur. *l. 2. C. Quod cum eo, qui in aliena poteſt. neg. geſt. eſſe dicitur. l. ult. De inſtit. actio.*

Quot earum ſpecies?

Sex hic recenſentur. Prima, Quod juſſu, in §. 2. Secunda, Exercitoria, in §. *eadem ratione*. 3. Tertia, Inſtitoria, in *d.* § 3. verſ. *inſtitoria*. Quarta, Tributoria, in §. *introduxit*. 4. Quinta. de peculio, in §. *præterea*. 5. Sexta, de in rem verſo, *d. §. præterea*. & § *cæterum*. 7. Quarum in diſtributione ſervatus hic eſt ordo, ut primo loco poſitæ ſint eæ, quæ proximè accedunt ad obligationes, actioneſque, quæ ex proprio contractu dantur: velut ſunt; Quod juſſu, exercitoria, tributoria. Dantur enim ex proprio velut contractu, hoc eſt mandato. *§. ult. hoc tit.* quare de his quoque prætor primo edixit. Cætera edictis inferioribus eſt perſecutus, ut loquitur Paulus. *l. ſi quis. 17. §. 1. inſtit. act.* Cauſa prætoris edictum, unde dantur, reſpectu quidem ejus, in quem dantur. *§. 1.* & paſſim *hoc tit.* & *tot. tit. ff. eod.* Nam alioqui fluunt ex qualibet conventione, tàm civili, ut ex ſtipulatione, quàm juriſgentium, ut ex empto, locato, &c. Cauſa impulſiva, propter quam dantur, eſt aliqua æquitas, qua prætoria edicta conſtant. *l. 3. De in integr. reſtit. l. 1. Ex quib. cauſ. majo. l. 2. 4. De doli except. l. in omnibus. 90. De reg. jur.* quam ipſum nomen in qualibet harum exhibet, ductam vel à cauſa efficiente, ut in inſtitoria, exercitoria, quod juſſu: his enim tenetur ideò paterfamil. quia præpoſuit, mandavit, ut propemodum ipſe geſſiſſe videatur, quod ejus mandato geſtum eſt, *l. 1. quod juſſu*: eaque re directo etiam teneatur. *§. ult. hoc tit.* Vel à materia, ut in tributoria, & peculio. Vel ab eventu, ut in actione de in rem verſo.

Cui dantur hæ actiones?

Omnibus qui quovis ex contractu agere poſſunt, ut qui cum filio, ſervove contraxerunt.

In quem dantur?

In patrem, & dominum, etiam eum, qui vice domini eſt, ut in quemvis præponentem, quamvis non patrem, neque dominum inſtitoria, & exercitoria dantur.

Ad quid dantur?

In ſolidum, quod ex contractu debetur. *§. cæterùm. 7.* verſ. *qua ſolidum conſequi. hoc tit.* quamvis in quibuſdam eventus non reſpondeat. *d. §. cæterùm hoc tit.*

Qua forma?

Cujuſque contractus, & actionis propria empti, locati, commodati, mandati, &c.

Quod medium concludendi?

Cauſa, quam nomen indicat. Itaque hæc præcipuè probanda eſt, ut propoſitio, juſſum, in rem domini verſum eſſe, habere ſervum peculium, &

tantum

tantum habere, unde ſatisfieri poſſit. §. *cæterum*. 7. *hoc titulo*.

Quis finis?

Ut petitori, qui probavit, ſatisfiat. Nam ſententia congruit libello. *l. ut fundus*. 18. *ff. Com dividun. l. ult. C. De fideicom. libert. c. Licet.* 31. *De ſimonia*: ſcilicet quando intentio libelli probata eſt, *d. §. cæterum*. 7. *hoc tit.* Quod ſi non probetur, ſequens eſt, ut à non probantis petitione conventus abſolvatur: quod tralatitium eſt. *l. qui accuſare*. 4. *C. De edendo*. *l. ult. C. De rei vind. c. ult. De jurejurand.* Eventos, ut aut ſolidum, ſi obtineat, conſequatur Actor, velut in exercitoria, inſtitoria, quod juſſu: aut non ſolidum, ſed eatenus, quatenus in peculio ſit: ut in tributoria, de peculio: aut quatenus in rem verſum, probatur, ut in actione de
6 in rem verſo. *§. cæterùm*. 7. *hoc tit.* Affines † ſunt hæ ipſæ inter ſe actiones, nam ſæpè concurrunt. Nam ei, qui domini juſſu contraxit, etiam inſtitoria, exercitoria, de peculio, de in rem verſo competere poteſt. Sed erit ſtultiſſimus, ſi omiſſa actione, qua facillimè ſolidum conſequi poſſit, ſe ad difficultatem perducat probandi in rem domini verſum eſſe, vel habere ſervum peculium, & tantum habere, ut ſolidum ſibi ſolvi poſſit. *d. §. cæterùm. hoc tit.* Is quoque, cui tributoria actio competit, æquè de peculio, & de in rem verſo, agere poteſt: ſed ſanè huic modò tributoria expedit agere, modò de peculio, aliàs de in rem verſo, ut declaratur in §. *is quoque*. 8. *hoc tit.* Prout ergo expedit, ita quiſque vel hanc actionem, vel illam eligere debet, *d. §. is quoque*. verſ. *prout*. *hoc tit.* Sed

An electione unius altera conſumatur?

Non puto: cum ex diverſis cauſis fluant: itaque qui exercitoria, inſtitoriave egit, non prohibebitur de peculio, vel in rem verſo, agere: cum ſint non actiones ſolùm diverſæ, ſed etiam cauſæ earum diſparatæ, ut rei judicatæ exceptio non poſſit obſtare. *l. ſi mater*. 11. cum multis leg. ſequent. *De except. rei judic.* Nam ex ſeparatis nihil infertur. *l. ult. De calum. l. Papinianus*. 20. *De minoribus*. Par eſt etiam, & æquale jus hoc in tractatu tàm patris quàm domini, & in altera corellarivorum regione ſervi, & filiifamil. Nam ſive cum ſervis negotium geſtum ſit, ſive cum his, qui in poteſtate parentum ſunt, eadem ferè jura ſervantur. in prin. *hoc tit.* Itaque ne verboſa fiat diſputatio, dirigit hoc in titulo Imperator ſermonem in perſonam domini, & ſervi, qui non ex ſe caput obtinet, *l.* 3. in fin. *De capit. minut.* & ſupr. *eod. l. ſervitutem*. 209. *De regul. jur.* ſed ex domino perſonam habet. *l. non minus*. 32. *De hered. inſt. l. debitor*. 82. *§.* 1. *De leg.* 2. Idem autem intelligatur de liberis, & parentibus. in princ. *hoc tit.* Nam & hi ſunt in jure, poteſtateque patris, velut ſervi. ſup. *De iis, qui ſunt ſui, vel alien. jur. l. unic. C. De ingra. lib.* Si quid tamen peculiare in his, ut liberis obſervetur, id ſeparatim pòſt oſtendetur in *§. pen. hoc tit.* Non enim per omnia, ſed ferè ut hic habet textus, eadem jura in his ſervantur. Affines etiam ſunt actiones ipſorum contractuum directæ, hoc eſt, quæ abſque qualitate actionum hujus tituli, directo in patrem, dominumve, aut alium, qui horum loco ſit, dantur. Nam quod horum juſſu contractum, quodque in rem eorum verſum erit, directo quoque poteſt ab iis condici: tanquam ſi principaliter cum ipſis negotium contractum eſſet: ſicut eadem ex cauſa, hoc eſt, Juſſus nomine directa exercitoria, vel inſtitoria tenentur. *§. ult. hoc tit.* Affines etiam ſunt actiones noxales, quæ propterea titulo ſequenti mox ſubjiciuntur. Contrarius eſt maximè defectus cauſæ, propter quam actiones hæ dantur, ut juſſus, præpoſitionis, peculii, converſionis in rem domini. *d. §. cæterum*. 7. *hoc tit.* Deficere autem etiam tum intelliguntur, ſi probari nequeant. *d. §. cæterùm*. *l. duo ſunt Titii*. 30. *De teſtament. tut.* quia paria ſunt non eſſe, vel non apparere. *l. in lege*. 77. *De contrah. empt.* & tum non jus, ſed probatio deficit *d. l. duo*. Contraria item præſcriptio. 30. annorum in perpetuis, *l.* 3. 4. *C. De præſcript. 30. annor.* unius anni in annalibus, *tot. tit. Quando actio de pecul. annal.*

D I V I S I O   T I T V L I.

PErfunctoriè egit Imperator ſupra *de actionibus* de actione de peculio pro contractu geſto à filio vel ſervo, ut demonſtrare intendit in §. 1. *hoc tit.* ideo de hac actione, & de cæteris, quæ filiorum aut ſervorum nomine in parentes, dominoſvé dari ſolent, diligentius admonet in hoc titulo, in quo ne verboſa fiat diſputatio, eadem ferè jura obſervari de filiofam: ac de ſervo notandum eſt ex d. §. 1.

Actiones, quæ in patrem, dominumve pro negotio geſto à filiof. vel ſervo competunt, ſex in hoc titulo enumerantur, ut Auctor hujus libri ſupra pro tituli continuatione admonuit: ad duas autem claſſes eas redigo: vel enim competunt in patrem, dominumve pro negotio geſto à filio, vel ſervo mediante expreſſo conſenſu patris, aut domini, vel tacito. Ideo duas tituli partes conſtituo.

1. De *actione*, quæ datur in patrem, vel dominum ex negotio geſto à filio, vel ſervo mediante expreſſo conſenſu patris, vel domini.	*Quod juſſu* §. 2. hoc tit.		
2. De *actionibus*, quæ competunt ex tacito conſenſu patris, vel domini, vel ea	Negotio determinato	1. Exercitoria 2. Inſtituria	§. 3.
	Indeterminato	1. Tributoria §. 4. 2. De peculio §. 5. 6. 3. In rem verſo §. 7.	

Corollarium duplex
1. Qua actione ex ſupradictis utilius ſit agere §. 7. *verſ. ſed erit ſtultiſſimus*. §. 8. & ult.
2. Exceptio Sen. Conſ. Macedoniani §. 9.

§. Si

§. Si igitur.

I. Quod juſſu actio.

1. *Iubens mandare videtur.*
2. *Definitio hujus actionis.*
3. *Propria.*
4. *Species.*
5. *Cauſa.*
6. *An ſubſcribens, ſigillans, ſciens videatur jubere.*
7. *Quibus, Contra quos detur.*
8. *Materia.*
9. *Forma.*
10. *Finis, & effectus.*
11. *Affinia.*
12. *Contraria.*

EX his præcipua eſt actio. *Quod juſſu*, ſive, ut dicitur *l. ult. eod. De juſſu*. Parum enim abeſt, quin ipſe contraxiſſe videatur, qui juſſit. *l.* 1. in princ. *quod juſſu. l.* 1. *De in rem verſo*. Sicut & is, qui mandavit. *l. ſi tibi*. 8. *C. Man-*
1 *dati*: quod mandatum juſſui ineſt. Nam † qui mandavit, etiam juſſiſſe videtur. *l.* 1. §. 1. verſ. *ſed etſi mandaverit. ff. eod. quod juſſ.* in hoc ſcilicet argumento poteſtatis, cujus vi mandans dominus, vel pater intelligitur jubere, quia coactionem ejus voluntas in caput ſubjectum habet. *d. l.* 1. ubi Gloſſ. *quod juſſu*. Hinc ergo dicta eſt hæc actio velut à
2 ſua cauſa. Nam ex juſſu datur. Eſt autem † actio reſpectu adjectionis prætoria. *l. ult. C. Quod cum eo, qui in aliena poteſt.* & ut Cujac. loquitur *ff. eod.* acceſſoria, ad civilem ſcilicet, ſeu, ut Paulus habet, adjecta. *l. ſi cum*. 5. §. 1. verſ. *hoc enim edicto non transfertur actio, ſed adjicitur. De exercitor. act.* Perſonalis, obliqua, rei perſecutoria, ſtricti juris, qua dominus, & pater, vel qui horum loco ſunt ex obligatione, quam eorum juſſu filiusfamil. ſervuſve contraxit, conveniuntur: ut, quod ex contractu eorum, quos habeat in poteſtate, debetur,
3 præſtent, &c. Propria † ſunt, quòd obliqua quodammodo ſit, & utilis. §. *ult. hoc tit.* ubi hæ actiones directis opponuntur. Dantur enim in eum, qui non contraxit. *l. antepen. De neg. geſt.* Quod perſonalis: quia ex contractu in perſonam. §. 1. ſuprà *De actio.* Quod ſtricti juris: id quod tralatitium in omnibus actionibus, quæ non excipiuntur, in §. *actionum*. 24. ubi Gloſſ. & DD. ſupr. *De actionibus*, ideòque non niſi quatenus juſſum eſt, competunt, *l.* 3. *ff. Quod juſſu*. Quanquam quoties ex contractu bonæ fidei dantur, toties videri poſſint eſſe bonæ fidei, quod quidem ad obligationem contractus attinet. Item quod perpetua, *l.* 5. *C. Ad S. C. Macedon.* tranſiens in hæredem. *l.* 4. in fin. *De exerc. act.* Quod ſit in ſimplum (quia non ex delicto, unde res ob pœnam augeri poſſit, ſed ex conventione) in ſolidum tamen. *l.* 1. in princip. verb.
4 *in ſolidum. hoc tit. quod juſſ.* Species † diſtinctæ nullæ ſunt, niſi velis eas quaſi directas dicere, quæ ex verbis edicti dantur: illas verò duplici modo utiles, quæ tantum ex ſententia, & Juriſconſultorum interpretatione: ut quando dantur in eum, qui dominus, paterve non ſit, ſed eorum vicem adminiſtrat, puta fructuarium, *l.* 1. §. *ſi juſſu fructuarii*. 4. *eod.* adminiſtratorem civitatis. *l. pen. eod.* procuratorem falſum. *l.* 1. in fin. *eod.* aut in dominum non tamen ex ſuo juſſu, ſed tutoris. *l.* 2. *eod.* curatoris. *l.* 1. §. *fin. eod.* veri procuratoris. *l.* 1. in fin. *hoc tit.*
Cauſſa † efficiens remota eſt edictum, unde datur. 5
Quod cum eo qui, &c. Propioqua, juſſus. *l.* 1. *tot. tit. quod juſſu*. Impulſiva, æquitas. Quoniam is qui ex juſſu domini cum ſervo, filiove contrahit, fidem non ſervi, ſed domini ſequi videtur, *l. ult. ff. Pro Soc.* ut dicitur in hoc §. in quo alterius, cujus perſonam ſpectavit, *d. l. ult.* & cujus juſſo decipi eum fuerit periniquum, *l.* 1. *De exercitor. act. l.* 1. *& paſſim de inſtit.* Sed & æquale eſt, eum, ad quem utilitas contractus redit, eundem etiam incommodum, & actiones contractus perpeti. *l.* 1. in princ. *De inſtit. act.* Etenim cum agere queat ex tali contractu, æquum eſt, ut poſſit etiam reconveniri. *l.* 2. § 5. verſ. *ſed ſi agant. De judic.* Præſertim ex ſuo juſſu & mandato: quo quiſque non minus obligatur, quàm ſi contraxiſſet ipſe *l.* 1. in princ. *ff. eod. quod juſſ.* Meritò inquit Ulp. juſſu domini in ſolidum adverſus eum judicium datur, nam quodammodo cum eo contrahitur, qui jubet. Nec enim multum refert, utrum quis per ſe faciat, an per alium ſuo juſſu. *l.* 5. §. *hæc verba*, 5. *quod vi aut clam. l.* 1. §. *dejeciſſe*. 6. *ff. De vi armata*. Inter mandatum & juſſum parùm intereſt quoad hanc actionem ſcilicet: ut initio vidimus *l.* 1. §. 1. verſ. *ſed etſi mandaverit. hoc tit. d. l.* 5. §. *hæc verba. d. l.* 1. §. *dejeciſſe.* Gloſſ. *l.* 1. *ff. eod. l. ultim. C. Ad Macedon.* Sed & qui ratum habet, mandare videtur *l. ſemper qui non prohibet*. 60. *De reg. jur.* Gloſſ. & DD. *l. ſi pecuniam*. 9. *C. De neg. geſt.* & etiam jubere, *d. l.* 1. §. 2. *ff. eod.* ut ex eo competat, quod juſſu actio. *d. l.* 1. §. 2. verſ. *ſi ratum habuerit*. Sic † & qui ſubſcribit, mandaſſe in- 6
telligitur, *l.* 3. *C. Quod cum eo, qui in alie. pot. l. ſicut*. 8. §. *non videtur*. 10. *Quib. mod. pign. ſol.* vide Gloſſ. & DD. *l. Cajus* 39. *De pign. act.* in fin. & etiam juſſiſſe, ſi ſervi, filiive chirographo ſubſcribat: *l.* 1. *ff. eod.* certè ratificaſſe. Schurſ. *conſil.* 17. *centur.* 1. Nam perinde habetur, atque ſi ſua ſe ſubſcriptione, & manu devinxiſſet. §. 1. verb. *ſubſcripta*, ſupr. *De empt. l. ſi ita ſtipulatus*. 126. §. *Chryſogonus*. 2. ubi Jaſ. in 1. *notab. De verb. oblig. l. contractus*. 17. in verb. *ſubſcriptione partium. C. De fid. inſtrum. l. ſi.* §. *ſin autem dubius*, verb. *ſubſcriptionem. C. De jur. delib.* Bart. *num.* 2. Jaſ. *num.* 3. 4. & communiter DD. *l. emptori*. 47. §. *Lucius*. *de pact.* Cum autem paria ſint ſubſcribere, vel ſigillare, Roman. *conſil.* 303. *hæc ſcriptura nu.* 1. *&* 2. & ſigillum operetur ratificationem ſigillantis, Gloſſ. *l.* 2. verb. *conquiſita C. De reb. alien. non alienan.* Bal.

c. 1.

c. 1. *num.* 6. & 7. *De pace Conſtan.* Roman. *d. conſ.* 303. *num.* 2. idem dicendum erit in eo, qui ſigillo ſuo contractum ratificavit. Schurff. *d. conſ.* 17. *cent.* 1. dum tameo conſtet ſigillum, vel ſcripturam illius eſſe. Dec. *c.* 2. *num.* 27. *De fide inſtr.* Cravet. *De antiq. temp. part.* 1. §. *Viſo num.* 3. & §. *quaritur. num.* 26. Unde & recognoſci tam ſcriptiones, ſubſcriptioneſque, quàm ſigilla debent; quod ſufficit. *l. cum ab initio.* 4. *quemad. teſtam. aperian. l. comparationes.* 20. *C. De fide inſtrum.* Mar. *deciſ.* 991. *part.* 1. A o ipſius autem voluntatem ſigillum eſſe appoſitum præſumitur, donec contrà probetur, diſputationis eſt: in quo ferè concluditur, privatorum ſigilla non præſumi voluntate ejus appoſita, cujus ſigillum eſt, niſi ea aliunde coarguatur: ut ex ſubſcriptione, præſentia, &c. Cæterùm priocipis, prælati, univerſitatis ſigna, quæ cuſtodiuntur diligentiùs, intelligi voluntate eorum appoſita. Pano. *c.* 2. *num.* 15. *De fide inſtr.* Bart. Abb. Fulg. Rom. Caſt. *l. ſi procuratorem.* 65. *ff. De procurator.* & Imo. *l.* 1. §. *ſi quis neget. quemad. teſtam. aper.* Alex. *l. quæ dotis.* 33. *num.* 38. *ſol. matr.* Franc. Marc. *deciſ. Delph.* 992. *parte.* 1. Molio. in *conſuet. Pariſ. tit.* 1. §. 5. *numer.* 14. Covarr. *pract. quaſt. cap.* 22. *num.* 9. Sicut & præſumitur ultrò, & ſcienter ſubſcriptum, niſi deceptio, vel error doceatur. *d. l. ſicut.* 8. §. *non videtur.* 10. in verb. *niſi manifeſtè appareat deceptum. Quibus mod. pig. ſol. l. dolum.* 6. *C. De dol. mal.* & quooiam ſubſcriptiò, vel ſigillatio non valet, niſi ab eo facta, qui ſcripturam legit. Caſtr. *l.* 1. *num.* 8. *ff. eod. per c.* 1. *De rebus Eccleſ. non alienand. l. penult.* verſ. fin. ubi Gloſſ. *ff. eod.* Ideò præſomitur quoque legiſſe, & rem totam cognoviſſe. Caſtr. *ibid.* per *l. non eſt ferendus.* 12. *De tranſact.* Præpoſitio etiam pro juſſu eſt inſtar mandati in hoc argumento, quia vim jubendi habet quicquid à domino, patreve injungitur, *l. ſi inſtitorem.* 29. *Si cert. pet.* & §. *ult. hoc tit.* Rogatio, Gloſſ. *l.* 1. verb. *quemadmodum. ff. eod.* ubi Alberic. *num.* 3. inquit: Nempè rogare ducum ſpecies violenta jubendi. Et quaſi nudato ſupplicat enſe potens: niſi tantùm admonitio quædam ſit: *l. ſi ſervi.* 42. *De neg. geſt.* DD. *l. rogaſti.* 11. *Si cert. pet.* Quid ſi ſciat, & patiatur? creditur & id pro juſſu eſſe. *l. liberorum.* 11. §. *ult. De inſt. act. l. creditor qui.* 158. *De reg. jur. l. qui patitur.* 18. *ff. Mandati*, & ita concludunt Bart. Bald. Caſtr. & communiter DD. *l.* 1. §. *magiſtrum. de exercito. act.* qui tamen textus id probare non videtur, ut poſt dicam, melios probat *l.* 2. *De noxalibus act. l.* 4. *C. eod.* Si enim in delictis ſciens, & patiens habetur pro conſentiente, & directo convenitur, ut ibi dicitur, quantò magis in contractibus? Sed movet in contrarium, quod fidejubens non teneatur, qui certè ſcit contractum geri. *D. l.* 1. verſ. *quid ergo, ſi fidejuſſerit, hoc tit.* niſi fortè hoc ideò, quod fidejuſſio ſit acceſſoria. *l. hi qui acceſſionis.* 34. *De fidejuſſ.* Acceſſorium autem non regulat principale, *l. poſtquam.* 3. *De pactis, c. acceſſorium.* 42. *De reg. jur. in* 6. *l.* 3. *ff. Quod juſſu*, & Alberic. in *l.* 1. *ibi.* ſed ab eo regulatur, *d. c. acceſſorium. l. cum principalis.* 178. ubi DD. *De reg. jur.* Loriot. *tract. princ. & acceſſor.* Sed tamen DD. opinio procedere poteſt, ſi non tantum ſcit ſervum, filiumve contrahere, verùm etiam quaſi ex ſuo juſſu, mandatove id agere, *d. l. ult. quod cum eo*, & *l. ult. C. Ad Macedo.* Juſſus autem nomine potiſſimum hoc io poteſtatis patriæ, vel dominicæ argumento utimur, quia maodatum, preces, literæ & quæcunque teſtatio, qua dominus, paterve voluntatem ſuam de contractu filii, ſervive generatim, vel ſigillatim indicat, juſſus appellatione ἐν πλάτει venit, jubendique vim habet. *l.* 1. *hoc tit.* etiamſi nonnihil inter hæc interſit, ſi proprietatem nominum conſideres. Gloſſ. *d. l.* 1. §. 1. verb. *quemadmodum. l. ult. C. Ad Maced.* Obtinet enim hic regula, Rogando cogit, qui rogat potentior: qualiſcunque enim ſignificatio voluntatis paternæ, vel dominicæ filio, ſervove pro juſſu, eſt *d. l.* 1. ſicut hæredi teſtatoris. *l. fideicommiſſa.* 11. §. *hæc verba.* 8. cum leg. ſeq. *De legat.* 3. *cum ſimilibus.* Quare ſi non ſervo jubeatur, ſed alteri, qui parere neceſſe non habet, verum ex conſenſu paret, res non pertinet ad juſſum, ut in hac quæſtione: ſed abit io contractum mandati, unde & actio datur. *l. ſi tibi.* 8. *C. Mandati.* ubi Gloſſ. verb. *pupillos.* & *l.* 1. verb. *qui jubet. ff. Quod juſſ.* Vel directa cujuſque contractus: quoniam cum jubente cootractum videtur, cujus perſona ſit ſpectata. *l. ultim. ff. Pro ſocio.* Juſſum accipiendum eſt, ſive teſtato quis, ſive per epiſtolam juſſerit, non tamen commendatitiam, *l. ult. C. Quod cum eo, qui in alien.* quia commendatio nihil diſponit *d. l. fideicommiſſa.* 11. §. 2. *De legat.* 3. *l. ſi verò non remunerandi.* 12. §. *cum quidam.* 8. *Mand.* ſive verbis, aut per nuncium, ſive ſpecialiter in uno contractu juſſerit, ſive generaliter ad omnes, & ſi ſic conteſtatus ſit: *Quod voles cum Sticho ſervo meo negotium gerere periculo meo*, videtur ad omnia juſſiſse, niſi certa lex juſſum prohibeant, vel publica, ut S. C. Macedon. mutuum filii. Item in delictis, quorum juſſui lex obſtat, vel privata ipſius jubentis, ut lex præſcriptionis, de qoa *l.* 5. §. *non tamen.* 4. *De inſtit. act.* Item lex adminiſtrationis, quæ donationem excludit, *l. contra.* 28. §. 1. verſ. *ſi filius. De pact.* ita accipe *l.* 1. in princ. *eod. quod juſſ.* Quod ſi verò fidejuſſit pro ſervo, quoniam ut extraneus intervenit, non tenetur hac qoidem actione, quoniam aliud eſt jubere, aliud fidejubere: ſed ex cauſa fidejuſſionis actione ſtipulatus. *l.* 1. §. 2. *hoc tit. l. ſi mandator.* 8. *C. Quod cum eo, qui in alien. pot.* Datur † ergò hæc actio omnibus, qui 7
cum ſervo, filioveſamilias contraxerunt, & eorum heredibus. In dominum, vel in patrem, qui juſſit. Si unus ex dominis juſſerit, is ſolus tenebitur: ſi duo, pluresve, cum quovis in ſolidum agi poteſt: quia ſimiles ſunt duobus mandantibus. *l. ult. hoc tit.* qui tenentur in ſolidum ſinguli *l. creditor.* 60. §. *duobus.* 2. *l. ſi mandato.* 59. §. *Paulus.* 3. *Mandati.* Sicut & plures fidejuſſores. §. *ſi plures.* 4. ſupr. *De fidejuſſor.* Si pupillus dominus juſſerit, utique non teoetur, niſi auctore tutore juſſit *l.* 1. §. *ſi pupillus.* 3. *ff. eod.* Quoniam abſque hoc non obligatur. *tot. tit. De auctor. tutor.* Quod ſi tutoris juſſus ſervo pupilli creditum ſit, in pupillum danda eſt actio, ſi ex utilitate pupilli fuerit creditum, *l.* 2. *eod. quo juſſ.* quia non niſi utilium auctor eſſe debet. Ulp. *tit.* 11. §. 3. verſ. *ſi hoc pupillo prodeſſe exiſtimaverit.* ſup. *De auctor. tut.* Utile au-

tem

tem accipimus, quod temporo contractus ſpeciem utilitatis habet, etiamſi aliquo caſu contra evenerit, *l. ſervus in rem domini*. 17. *De in rem verſ.* qui prudentiſſimos fallere poteſt. *l. ſi merces*. 25 §. *qui columnam*. 6. *Locati l. ſed an.* 10. *De negot. geſt. l. qui mutuam*. 56. §. *fin. Mandati. l. quid ergo*. 3. §. *ſufficit*. 4. *De contra. tut. action. l.* 2. *De jur. & fact. ignor.* Gloſſ. *l. ſi ſervum*. 10. *De neg. geſt.* Quod ſi tutor inutilis, rei auctor fuerit, ipſe ex juſſu convenitur, veluti & civitatis adminiſtrator. *l. pen.* ubi Gloſs. verb. *contractum*. *hoc tit.* Non tamen ſolus alicujus juſsus ad hanc actionem illi intentandam ſufficit, niſi ejus quoque res ſit. Procurator enim, tutor, curator, quia jubent in re aliena, & ad alterius utilitatem, ideo non ipſi, ſed domini, quibus ex juſſu quæritur, hac actione conveniuntur, *l.* 1. in fin. *l.* 2. *hoc tit.* excepto, ſicut præmonui, ſi non ad utilitatem, ſed in detrimentum illorum
8 juſserint, *l. pen.* ubi Gloſs. *hoc tit.* Materia † ex qua, ſunt omnes contractus *l.* 1. *& paſſim. eod.* etiam mutuum: quod licet contra S. C, Maced. non rectè accipit filius. *tot. tit. ff. & C. Ad Maced.* §. *penult. hoc tit. l. ſi filius*. 6. *C. Ad Maced. l. ſi ex alio*. 5. *C. Quod cum eo.* tamen juſſu patris rectè *l.* 2. *l.* 4. *l. ult. C. Ad Macedon.* Gloſſ. tamen in *l.* 1. verb. *qui jubet. eodem. & l. ſi tibi*. 8. in fin. *C. Mandati* & Rofred. *in ſumma hujus actionis*, *numer.* 1. exiſtimavit, hanc actionem tantum obtinere, quando in re duntaxat peculiari juſſum eſt, nam ſi de re domini jubeatur aliquid, dari actionem mandati. *d. l. ſi tibi.* maximè ſi juſſum ad alium, quàm poteſtati ſubjectum fuerit directum. Gloſſ. *ibid. & d. l.* 1. An etiam delicta iſtuc pertinent? Equidem hoc nomine etiam patrem, dominumve teneri, patet ex tit. ſeq. Sed ſi delictum juſſerint, aut etiam non prohibuerint, jam non ex filii, ſervive, verum ſuo magis delicto, non actione *quod juſſu*, ſed propria cujuſque criminis conveniuntur. *l.* 2. *De noxal. actio. l. non ſolùm*. 11. §. *ſi mandato*. 3. ubi latè Bart. *De injuriis l. liberorum*. 11. in fin. cum legibus ſeq. *De his qui notantur infam.* Dec. Cag. & DD. *l. conſilii*. 47. *De reg. jur.* ipſi enim videntur deliquiſſe, *d. l.* 2. *De noxal. act. l.* 4. *C. eodem* Materia circa quam, eſt ſolidum, quod ex contractu debetur *l.* 1. *hoc tit.* in princ. & hoc §. verb. *in ſolidum prætor actionem pollicetur*: quod tamen eatenus ſolum debetur, quatenus juſſum eſt *l.* 3. *hoc tit.* Ut enim mandati fines ſervandi ſunt, *l. diligenter*. 5. *Mandati*. ſic etiam juſſus: cujus extra legem, vel contra ſuam intentionem obligari jubentem fuerit injurium, *l. non omnis*. 19. *Si cert. pet.* præſertim cum extra eam legem nullum ſubſit juſſum. Proindeque ceſſante hujus actionis cauſa, nec actio hæc locum habere poſſit. *c. cum ceſſante*. 60. *De appell.* latè Tiraquell. in *tract. ceſſante cauſa*. Itaque qui ſibi mutuo datum numerari ſervo juſſit, non tenetur ex juſſu, ſed ex credito, quando nihil cum ſervo contractum ſit, *l. ult. hoc tit.* Sed neque ſi credere ſervo juſſit, rectè ejus prædia pignori hoc nomine obligabuntur: & id ſi factum erit, non conſtabit obligatio, aut ex juſſu actio: quia id juſſum non fuit. *l.* 3. *hoc tit.* ſicut nec ſi aliud quicquam præter juſſum promiſſum, aut factum fuerit. *l. ſi ſervus*. 6. *C. Quod cum eo, qui*
in alien. poteſt. Formam † libellandi hac actione 9
proponit Rofredus *in ſumma hujus tituli numer.* 4. cujus potiſſimum momentum in eo vertitur, ut allegetur, & probetur cauſa agendi, ſeu medium concludendi, nempe juſſum eſſe, & quidem eam in rem, de qua agitur: alioqui non cohærebit, nec
concludet actio. *l.* 3. *l. ult. eod.* Finis † & effe- 10
ctus, ut quatenus juſſum, catenus in ſolidum jubens exigatur, ut hoc §. 2. *& l.* 1. in princ. *eod.*

Affinia, † Exercitoria & Inſtitoria, quoniam 11
eadem ratione dantur, ut dicitur in §. ſequenti. item mandati actio *l. ſi tibi* 8. ubi Gloſſ. *C. Mandati & l.* 1. verb. *qui jubet eod. quod juſſ.* ſicut & juſſu in mandato comparatur. *l.* 1. §. 1. *eod.* item civiles, vel prætoriæ, cujuſque contractus propriæ, quæ non ſolum in dominum, patremve de peculio, aut de in rem verſo dantur, ſed etiam directo ex juſſu, tanquam ſi ipſimet contraxiſſent. §. *ult. hoc tit.* Quoniam fide eorum contractum eſt, ut in hoc §. dicitur: ſicut & alias condici eis poteſt, ſi non cum ſibi ſubjectis, ſed cum aliis liberis contrahi juſſerint *l. ultim. ff. Pro ſocio*. Contraria, Revocatio, quoniam velut mandatum re integra revocari poteſt, §. *ultim.* ſup. *De man.* ſic & juſſum, *l.* 1. §. 1. *eod.* ubi Bart. Albe. & DD. item defectus cauſæ, nempè juſſionis, *l.* 3. *l. ult. hoc tit. l. ſi ſervus*. 6. *C. Quod cum eo qui alien. poteſt.* Dolus malus jubentis, argumento *l. illud*. 7. §. 1. *de tribut. act.* Præſcriptio 30. annorum, quæ omnibus actionibus obſtat, *l.* 3. 4. cum ſequent. *C. De præſcript.* 30 *annor. l.* 2. *C. De conſt. pecun.* infr. *De perp. & temp. act.* in princ.

§. 2. Eadem.

De actione ſecunda, nimirum exercitoria.

1. *Diſcrimen Exercitoria, & Inſtitoria.*
2. *Definitio.*
3. *Propria.*
4. *Diviſio.*
5. *Cauſa.*
6. *Quibus, Contra quos datur.*
7. *Materia.*
8. *Forma.*
9. *Finis & effectus.*
10. *Affinia.*
11. *Contraria.*

1 EAdem † ratione prætor duas acceſſorias actiones in dominum, & parentem ex contractu eorum, qui ſunt in poteſtate, propoſuit. Exercitoriam nimirum, & inſtitoriam. Utraque enim velut ex juſſu eſt. Nam præpoſitio juſſus eſt, *l.* 1. in princ. *quod juſſu*: non enim quis minus facto, quàm verbis voluntatem declarat *l. pro herede*. 20. *De acquir. hered. l. Paulus*. (*al. l. non tantùm*. 5.) *Rem ratam hab.* Qui autem præponit, contrahi cum præpoſito permittit. *l.* 1. §. 1. *De exerc. act.* Cæterùm hæc actio veluti generalis ex quolibet contractu

tracto datur. *d. l. 1. quod juſſu.* illæ ſoperiores ma-
gis ſpeciales ſuot, ut quæ tantum ad maritimas,
vel terreſtres negotiationes pertineant. Pateot
tameo eo latius, quod noo taotum ex contractu
eorum, qui ſunt in poteſtate, ſed cujuſvis magiſtri,
præpoſitique dentur, quod eadem æquitatis ratio
etiam eo caſu interveniat, ut in fin. *§. ſeq.* traditur.
Nempe quod contrabentes etiam hic ſequaotur fi-
dem præpooentis, qui eo ipſo, qood præponit, ſo
ratum babiturum factum ejus, quem præpoſuit, te-
ſtatur, ut ait hic Theoph. Subeſt igitur hic cauſa
exercitoriæ, & inſtitoriæ. Nam eadem fide, reſpe-
ctu, & ratione alieni, qui præpoount, re cootrahuot,
& cum his cootrahitur, qua cum poteſtati ſub-
jectis: ubivis igitur daotur hæ actiones, quia ſob-
eſt eadem præpoſitionis cauſa. Idem io quod juſ-
ſu, dicere noo poſſumus. *l. ult. pro ſocio.* Quia pro-
priè juſſum noo cadit in extraneos, eum compel-
li neqeaot inviti, ſed mandatum, quod ultro
ſuſcipitur *l. 1. mandati.* Ceſſante igitur in extra-
neis cauſa hujus actioois, nempe juſſo, ceſſat &
actio ipſa, aliiſque cujuſque contractus actiooibus
agendum eſt, ut mandati, &c. Quanquam aotem
valdè ſunt hæ vicinæ actiones: nam & magiſter
veluti ioſtitor eſt exercitoris, quapropter etiam
de utraque permixtim hic agitur in hoc §. 2. *&*
3. *& uno Codicis titulo, inſtit. & exercito. act.* tamen
diſerepaot in nonnullis: quia etiam ex oegotio
quod magiſtri magiſter geſſit, eſt exercitoria, noo
etiam inſtitoria. *l. 1. §. 3. hoc tit.* Omnia eoim fa-
cta magiſtri debet præſtare, qoi eum præpoſuit,
alioquin contraheotes decipientur & facilius hoc
in magiſtro, quam io inſtitore admittendum pro-
pter utilitatem. *l. 1. §. magiſtrum.* 3. *De exercito.*
act. ſcilicet communem ut in *l. ſi ita.* 52. (*al. l. ita*
vulneratus. 52.) *§. fin. Ad l. Aquil.* cum ſit major
neceſſitas contrahendi cum magiſtro, quam ioſtito-
re. Quippe res patitur ut de conditione quis in-
ſtitoris diſpiciat, & ſic contrahat, in navis magi-
ſtro noo item. Nam interdum locus, tempus,
non admittit plenius deliberandi conſiliom. *l. 1.*
in princ. *De exercito.* Revardus *l. qui cum alio.* 19.
De reg. jur. Deinde datur actio ſubſidiaria præpo-
nenti contra eos, qui eum inſtitore contraxerunt.
l. 2. De inſtit. act. l. 5. De prætor. ſtipul. Non etiam
adverſus illos, qui cum exercitore, ut probare vi-
detur *l. 1. §. eſt autem.* 8. *De exercitor. act.* & ibi
Gloſs. Itaque rectius eſt ſeparatim de utraque tra-
ctare, ſicut etiam in pandectis factum eſt: ne al-
terutrum neglectum videri poſſit *l. item.* 15. *§.*
2 *ait.* 20. *De injuriis.* Exercitoria † nomen habet ab
eo; qui præpoſuit, qoia non potuit à magiſtro de-
center formari: qood ſecus eſt in inſtitoria. Exer-
citor eſt, qui præpooit navi: Magiſter, qoi præ-
ponitur *l. 1. l. 4. eod.* Exercitorem enim dicimus
eum, ad quem obventiones, & reditus omnes per-
veniunt, ſivo is dominus navis ſit, ſive à domi-
no navem per averſionem, hoc eſt, univerſam
ſuo periculo conduxit *l. ult.* io fio. *ad legem Rhod.*
de jact. l. opus. 36. *locati. l. ſi quis.* 4. *§. averſio-*
ne. 1. *& §. ult. De pericul. & commod. rei ven.* Baſil.
lib. 53. Cujac. Inſtit. *De empt. & Obſervat. lib.* 8.
c. 15. Govean. *li. lectio.* 2. *c.* 14. vel ad tempus
vel in perpetuum. *l. 1. §. exercitorem.* 7. *De exerc.*
actio. Parvi aotem refert, qui exercet, maſculus
ſit, an mulier *l. 1. §. exercitorem* 7. verſic. *parvi*
l. etſi. 4. *C. eod.* Paterfamilias, an filiusfamilias, vel
ſervus. Pupillus autem ſi navem exerceat, exige-
mus tutoris authoritatem. *d. §. exercitorem*, quia
de eo obligando agitur. *§. 1. 2. Inſt. De auctor.*
tuto. Eſt igitur exercitoria actio prætoria. *l. 1. §.*
pen. hoc tit. perſonalis, acceſſoria, perpetua, quæ
ex cootractu magiſtri in exercitorem datur ad id
cooſequendum ab eo, quod ex cootractu magiſtri
debetur. Propria † ſunt, quod ſit prætoria, quo- 3
niam etiam eſt honoraria obligatio, unde oritur.
l. 1. §. pen. hoc tit. Item in ſolidum. *l. 2. l. ultim.*
C. De inſtitor. perpetua, & hæredibus, & in hæ-
redes detur *l. 4. §. ultim. ff. Hoc tit.* Proinde & ſi
ſervus, qui voluntate domini exercuit, deceſſit,
etiam poſt annum dabitur hæc actio *d. l. 4. §. ult.*
quamvis de peculio ultra annum noo detur. *d. l.*
4. *§. ultim. hoc titul.* Idemqoe eſt, ſi alienatus fue-
rit. *d. l. 4. §. penult.* Sed, & ſi quis alius magiſter
etiam liber deceſſerit, oihilomious exercitor te-
netur. *l. 4. §. pen. eod.* Caſtrenſ. in *l. 1. §. exerci-*
torem. 7. *num.* 2. actionem, quæ contra exercitorem
datur, appellat dativam: non enim naſcitur ex
contractu contra eum, qui contraxit, ſed datur ex
edicto contra alium, quàm quocum contractum eſt.
Eam autem actionem, qoæ datur in magiſtrum,
vocat nativam, qooniam ex contractu gignitur coo-
tra eom, quocum contractum eſt: qood & ad alias
actiones hojus generis poteſt extendi. Sed de da-
tivis, & nativis plura DD. *l. juriſgentium.* 7. *§.*
quinimo. De pact. Jaſ. *§. rurſus. num.* 78. & *§. item.*
num. 106. Inſtit. *De act.* Montan. *tract. fin. reg. cap.*
38. *numer.* 17. Contraria non eſt, nec enim habet
huic contrariam actionem exercitor adverſus eos,
qui eum magiſtro cootraxeruot, quod non eodem
auxilio indigeat *l. 1. §. eſt autem.* 8. *hoc tit.* quia
cum magiſtro agere hoc nomine poteſt, aut ex lo-
cato, ſi mercede, aut mandati, ſi gratuitam operam
præbuerit. *l. 1. §. eſt autem.* 8. *l. 5.* in princ. *hoc*
tit. ut is poſt agat in eos, qui ſecum cootraxe-
ront. *l. 1. 2. ad leg. Rhod. de jact.* niſi ſit in po-
teſtate exercitoris magiſter: quo caſu ex contra-
ctu actiones ſibi quæſitas exercet, *l. 1.* in princ.
verſic. *poteſt eſſe ſecurus acquiſitis ſibi actionibus. De*
inſtito. act. Solent tamen præfecti prætorii, aut ur-
bis in iis, quæ Reipublicæ cauſam attiogunt, ut
propter miniſteria annonæ, qoæ navibus advehi-
tur. *l. 1. & tot. tit. C. De naviculariis, lib.* 11. cum
multis tit. ſeq. Item in ſingolis provinciis præſides
provinciarum extraordinaria nimirum cognitione,
de qua io tit. *De var. & extraord. cognit.* non actio-
ne aliqua data, nec officio mercenario, quod actio-
ni deſervit. *l. ædiles.* 25. *§. item.* 4. *De ædil. edict. l.*
4. *De eo quod cert. loc.* ſed officio nobili jovare eos ex
contractu magiſtrorum: ot taotò paratior ſit copia
eorum, qoi annonam transvehere velint, *l. 1. §. eſt*
autem. 8. in fine, *de exercitor.* Sed & in aliis actio
datur ſubſidiaria adverſus eos, qui eum magiſtro
peræquè ac cum inſtitoro contraxeruot, ſi modo
aliter rem ſuam ſervare præponeos non poſſit. *l.*
2. *De inſtit. act.* Quod licet noſtri prætereaot, ta-
men qooniam id in inſtitoria conſtitutum eſt, exi-
ſtimo, & ad exercitoriam porrigi poſſe, cum ea-

Tt dem

dem ſubſit æquitas . Itaque dico in *d. l.* 1. §. *eſt*
autem. 8. *eod. De exerc.* proponi jus commune, in
l. 2. *De inſtitor. actio.* caſum ſpecialem, ſeu neceſſita-
tis, quoties aliter ſervari res nequit : quo caſu
extra ordinem contra alios ſubveniri ſolet. *l.* 1. *&*
4 *tot. titul. De mag. con.* Dividere † licet hanc actio-
nem, ſicut inſtitoriam, in directam, *l.* 5. §. *&*
paſſim eodem, ac utilem, *l.* 1. §. *magiſtrum*. 3. & §. *eſt*
5 *autem.* 8. *eod.* Cauſa † remota eſt prætoris edictum,
l. 1. in princip. & §. 5. verb. *prætor dat actionem in*
exercitorem, *eod.* quòd adjicit actionem ſeu quali-
tatem potius hanc actionis, *l.* 5. §. 1. in fin. *hoc tit.*
ei actioni, quæ jure civili, vel honorario ex con-
tractu alioqui competit. *d. l.* 5. §. 1. Proxima eſt
præpoſitio ex voluntate domini facta, *l.* 1. §. *li-*
cet. 10. §. *ſi is*. 9. verb. *voluntate*, cum ſeq. *l.* 4.
§. 1. verb. *voluntate domini*, *eod. tit.* Scientia por-
rò cum patientia hic pro præpoſitione non habe-
tur, *d. l.* 1. §. *licet.* 10. verſic. *ideò*, *hoc tit.* In re
enim dubia melius eſt verbis edicti ſervire, quæ
de voluntate tantum loquuntur, à qua certè ſciens
abeſt, *c. qui tacet. De reg. jur.* in 6. maximè cum
de ipſo actionibus illigando tractetur. *l. filiusfami-
lias.* §. *invitus*. *De procurat.* Præſertim in actione
ſtricti juris, quæ non eſt in eum porrigenda, qui nec
contraxit, nec, ut contraheretur, aſſenſit, ſit enim
contra regulam juris: quoties actio in alium da-
tur, quàm qui contraxit, vel ejus hæredem, *l. ex
contractibus.* 49. *De obligat. & action. l.* 1. *tot. tit. C.
Res inter alios acta*, *tot. titul. C. Ne filius pro patre.*
hujuſmodi autem jura ſingularia, quæque com-
munis juris theſibus adverſantur, odioſa ſunt, nec
extendenda. *l. in honorariis*. 35. *De obligat. & actio.*
Sufficit tamen conſenſus generalis, ut verbi gra-
tia, qui magiſtrum præpoſuit, & cum eo contra-
hi voluit, tenetur etiam ex contractu ejus, quem
magiſter ulterius præpoſuit, quoniam is per hunc
contraxiſſe intelligitur. Itaque hoc caſu multò ma-
gis ſcientia, & patientia pro voluntate erit, cum
etiam ignorans hoc voluiſſe intelligatur: omnia enim
facta & conſequenter delegationem magiſtri præ-
ſtare debet, qui eum præpoſuit, alioquin contrahen-
tes deciperentur. Quocirca licet ſic præpoſuerit, ne
alium ei liceret præponere, aut nominatim prohi-
buit, ne Titio magiſtro uteretur, tamen utilitas
navigantium eo producitur, ut tum ex generali
præpoſitione teneatur, *l.* 1. §. *magiſtrum*. 3. *ff. eod.
titul.* quod ſubita navigandi neceſſitas non patitur
plenius inquirendi conſilium : qua videlicet lege
magiſter ſit præpoſitus, quod in inſtitore ſecus,
l. 1. in princ. *De exercitor. actio.* Quæ quamvis le-
gibus modo adductis videantur conſentanea, tamen
noſtris in *d. l. magiſtrum.* magis placet ſufficere ſo-
lam voluntatem. *d. l.* 1. §. *licet*. 10. *ff. eod.* hoc
eſt, ut interpretantur, ſcientiam *l. ſi tantum*. 12.
Ad Macedo. cum patientia: ut indiſtinctè inde do-
minus, paterve conveniri poſſit, *l. ultim. quod cum
eo qui in alien. poteſt.* cum aliis ſupra adductis : ea-
tenus tamen, quatenus exerceri voluit, vel paſ-
ſus eſt. Non enim ex omni cauſa prætor in exerci-
torem dat actionem, ſed ejus rei nomine, cujus ibi
præpoſitus fuerit, *l.* 1. §. *non autem*. 5. *De exerci-
tor.* quæ præpoſitio legem dat contrahentibus, *d.*
§. *non autem. l.* 3. §. *non tamen*. 4. *De inſtitoria*. Im-
pulſiva, æquitas. nam cum interdum ignari cujus
ſint conditionis, vel quales, cum magiſtris pro-
pter inopinam navigandi neceſſitatem contrahamus,
æquum fuit eum, qui magiſtrum navi impoſuit,
teneri *l.* 1. in princ. *hoc. tit.* cujus potiſſimum fidem
ſequimur, *l. ult. ff. Pro ſocio.* & ad quem emolo-
mentum præpoſitionis redit, velut in hoc §. *& l.*
5. §. *exercitorem*. 7. *ff. eod.* ut jure etiam onus eo-
dem redire debeat, *l.* 1. *De inſtito. act.* ad exem-
plum inſtitoriæ : *l.* 4. *C. eod. De inſtit. l.* 1. in
princ. verb. *ut tenetur qui inſtitorem*. *ff. eod.* Et
quoniam ad ſummam Reipublicæ exercitio navium
pertinet *l.* 1. §. *licet.* 10. *hoc titul.* Datur † hæc a- 6
ctio omnibus, qui cum magiſtro contraxerunt :
Quinimò ſi unus ex pluribus exercitoribus cum
magiſtro navis contraxerit, agi cum aliis exerci-
toribus poterit, *l.* 5. §. *ultim. De exercitor. actio.*
Magiſtrum autem accipimus non ſolùm quem e-
xercitor præpoſuit, ſed & eum, quem magiſter etiam
ignorante exercitore. Nam ſi ſciat & patiatur etiam
in magiſterio fungi, ipſe eum impoſuiſſe videtur.
Ignorans autem ideo tenetur, quoniam omnia fa-
cta magiſtri debet præſtare is, qui eum præpoſuit,
alioqui contrahentes deciperentur. *d. l.* 1. §. *magi-
ſtrum*. 3. *eod. titul.* Nec intereſt, cujus ſit conditio-
nis magiſter, *l.* 1. §. *cujus* 2. *eod.* utrum liber, an
ſervus, & utrum exercitoris, an alienus, ſed
nec cujus ætatis ſit, intererit: ſibi imputet enim,
talem qui præpoſuit, *d. l.* 1. §. *cujus*. 2. *eod.* Si-
cut autem actio contractus propria datur adver-
ſus magiſtrum, qui contraxit, *l. ſi eum*. 5. §. 1.
eo. d. l. 1. §. *eſt autem*. 8. *ff. eod.* quemadmodum
& is è contra convenire ex eodem contractu eos,
quibuscum contraxit, poteſt, *l. ſi eum*. 5. verb.
actiones quas eo nomine habui. ubi Gloſſ. *ff. eodem*.
Sic ex eodem contractu datur adjecta (hoc enim
edicto non transfertur actio, ſed adiicitur. *d.
l.* 1. §. *penultim. De exercito. actio.*) prætoria actio
in exercitorem, unum, vel plures, nam cum
quolibet eorum in ſolidum agi poteſt, *l.* 1. §. *ul-
tim. hoc titul.* ne in plures adverſarios, qui cum u-
no contraxit, diſtringatur, *l.* 2. *hoc titul. l. ancilla-
rum*. 27. §. *illud*. 3. *De peculio.* Nec quicquam in-
tereſt, quotam quiſque portionem in nave habeat,
qui ſolidum præſtiterit, ſocietatis judicio à reli-
quis, quod eorum nomen præſtitum eſt, ſit con-
ſecuturus, *l.* 3. *hoc titul.* Si tamen plures per ſe
navem exerceant, pro portionibus exercitionis di-
recto conveniuntur. Neque enim invicem ſibi ma-
giſtri videntur eſſe : ſed ſi plures exerceant, u-
num autem de numero ſuo magiſtrum fecerint,
hujus nomine in ſolidum poterunt conveniri. *l.* 4.
in princ. *hoc titul.* Si is, qui navem exercuerit, in
aliena poteſtate erit, ejuſque voluntate navem
exercuerit, quod cum magiſtro ejus geſtum erit,
in eum, in cujus poteſtate is erit, qui navem e-
xercuerit, actio hæc datur *l.* 1. §. *ſi is qui*. 9. *&*
§. *quanquam*. 12. *hoc titul.* Si ſervus plurium na-
vem exerceat voluntate eorum, idem placuit,
quod in pluribus exercitoribus, *l.* 4. §. *ſed ſi ſer-
vus*. *hoc tit.* ſcilicet ut in ſolidum ſinguli tenean-
tur, *d. l.* 4. in princip. Planè ſi domini unius ex
omnibus heri duntaxat voluntate exercuit, is in
ſolidum tenebitur, etiamſi ſervus alienatus ſit,

d. l.

Digitized by Google

d. l. 4. §. penultim E contrario ſi plures ſint magi-
ſtri non diviſis officiis ſimpliciter præpoſiti, quod-
cunque cum uno geſtum erit, obligabit exercito-
rem in ſolidum: ſin diviſis officiis, pro cujusque
officio erit actio. Sed etſi ſic præpoſuit, ut ple-
runque faciunt ne alter ſine altero quid gerat:
qui contraxit cum uno, ſibi imputabit, *l. 1. §.*
ſi plures. 6. eodem ex regula *l. qui cum alio. 19. De re-*
gul. juris. nec cum exercitore agetur, quoniam is
extra legem præpoſitionis non obligatur, *l. 1. §.*
7 *non autem. 5. hoc titul.* Materia † ex qua, ſunt
omnes contractus, *l. 1. §. 1.* verſic. *magiſtri ſecun-*
dum legem præpoſitionis. l. 1. non & §. non autem.
5. eodem. cum magiſtro navis initi, hoc eſt, cui
totius navis cura mandata eſt, *d. l.* in princ. verſ.
magiſtrum. Quod ſi cum quolibet nautarum ſit
contractum, non datur actio in exercitorem,
quoniam eos illam ad rem præponit, nec adhibet:
quanquam ex delicto cujusuis eorum detur hæc
actio in exercitorem. Alia eſt enim contrahendi
cauſa, alia delinquendi. Siquidem qui magiſtrum
præponit, contrahi cum eo permittit: qui nautas
adhibet, non contrahi cum eis permittit, ſed culpa
ac dolo carere eos curare debet, *l. 1. §. 1. eodem.*
propter navigantium utilitatem, *l. 1. §. magiſtrum.*
3. & quoniam qui navem, cauponem, ſtabulum
exercet, ac viatoribus aperit, hoc ipſum nem-
pe fidum hoſpitium & proinde miniſteria fida re-
cipere videtur, *l. ultim.* in princ. *naut. caupo.* ut
ex eorum delicto jure teneatur *l. 1. §. ult. l. 2.*
l. 3. naut. caupon. Non tamen ex omni cauſa præ-
tor dat in exercitorem actionem ex contractu ma-
giſtri, ſed ejus rei nomine, cui præpoſitus fuit, ut
copioſè declaratur. *d. l. 1. §. non autem. 5. l. ult.*
hoc tit. Si enim præpoſitus ut certis mercibus loca-
ret navim, aliis mercibus locavit, vel alios con-
tractus fecerit, non tenebitur exercitor. *d. l. 1.*
§. non autem. 5. verſ. *ſed. etſi.* Sufficit tamen in hoc
credere, cui rei præpoſitus ſit magiſter, etiamſi
is eo non converterit, nec enim curam ejus ſuſci-
pere creditorem oportet, & negotium gerere do-
mini, *l. ultim. hoc titul.* qui ſibi potius imputare
debet, cur talem præpoſuerit., *l. 1. §. non autem.*
5. verſicul. *unde quaeris eadem.* ut in *§. præterea. 4.*
ſupr. *Quibus modis contrah. obligat.* Materia circa
quam: negotiatio tantum navalis, *l. 1.* in princip.
hoc tit. & accipe navalem cujuſcunque navis ſive
marinæ, ſive fluvialis, ſive in aliquo ſtagno na-
viget, ſive ſchedia ſit, *l. 1. §. navem. 4. hoc ti-*
tul. hoc eſt inconditum navigii genus trabibus tan-
tum inter ſe contectis factum, ſecundum Feſtum
& Budæum hic: cujuſmodi ſunt, quæ noſtris vo-
8 cantur *Sloſſen.* Formam † contrahendi hac in ma-
teria præſcribit lex præpoſitionis, *l. 1. §. non au-*
tem. 5. hoc tit. pro cujuſque contractus natura, &
formula, cui accedit hæc actio, & quam informat,
ita ut contra eum, qui non contraxit, detur, *d. l. 5.*
hoc tit. de quo apud Roffred. & Pet. Jacob. *in pract.*
libellorum plura. Finis, † ut hac actione ſolidum 9
exigatur vel ab uno, vel pluribus exercitorum,
l. 4. hoc tit. In ſolidum enim tenentur, & exigun-
tur: cum ex publica cauſa, quoniam ad ſummam
Reipub. navium exercitio pertinet, *l. 1. §. licet.*
hoc tit. tum ex privata: ne in plures adverſarios
diſtringatur, qui eum uno contraxit, *l. 2. hoc tit.*
Si tamen major pecunia credita fuerit, quam ad
rem, cui præpoſitus ſit magiſter, eſſet neceſſaria,
non debet in ſolidum adverſus dominum navis,
hoc eſt exercitorem actio dari, *l. ult.* verſ. *quare.*
ff. eod. ut nec cum aliàs modus exceditur præpoſi-
tionis, quæ certam dat contrahentibus legem, *d.*
l. 1. §. non autem. 5. verſ. *igitur. ff. eod.* Sed & il-
lud tenendum, unius ſolutione reliquos liberari,
cum actio ſit civilis, *l. 1. §. pen. eod.* ex ratione
l. bona fide non patitur. 57. De reg. jur. & quoniam
alius alium ſolvendo liberare poteſt, *l. ſolutione.*
23. ubi Bart. & DD. *De ſolut* Affines † ſunt dire- 10
ctæ actiones contractuum, quibus tam exercitor
tenetur, velut qui contraxerit, cujuſque fidem
ſecuti ſumus, *§. ult. hoc tit. l. ſi inſtitorem. 29. ſi*
cert. petat. l. ult. pro ſoc. quam magiſter, *l. 1. §.*
pen. hoc tit. Sanè ſi cum alterutro eorum actum
ſit, cum altero nihilominus agi poteſt. Eſt enim
electio agentis, *l. 1. §. eſt autem. 8. eod.* Nam edictum
hoc non obſtat, quo minus adverſus magiſtrum
experiar actione, quæ mihi vel jure civili, vel
honorario competit ex contractu, hoc enim edicto
non transfertur actio, ſed adiicitur, *d. l. 5. §. pen.*
hoc tit. quod accipiendum eſt, quamdiu præpoſitio
durat, DD. in *d. l. 1. §. eſt autem. hoc tit.* Nam
finito officio, iniquum eſſet magiſtrum ex contra-
ctu alterius cauſa geſto diutius teneri, *l. ult. De*
inſtitor. Contraria † ſunt, defectus cauſæ, hoc 11
eſt, voluntatis domini, *l. 1. §. licet. 10. hoc tit.*
ſeu præpoſitionis, *l. 1. §. non autem. 5.* Vel quod
ab ejus terminis receſſum ſit, *d. §. non autem*, verſ.
unde. Contraria actio exercenti non datur, cum
ordinariam ex contractu habeat contra magiſtrum:
extra ordinem tamen ei ſubvenitur ex cauſa pu-
blicæ utilitatis, ut diximus, ex *l. 1. §. eſt autem.*
8. hoc tit. Item exceptio præſcriptionis, *c. 1.* ubi
DD. verb. *finita. De litis conteſt. in 6.* doli, *tot. tit.*
De except. doli mali. aut alia aliqua peremptoria,
de quo genere infr. *De except. l. 2. & paſſim. ff. eod.*
& tit. ſeq. *De exception. rei judicatæ. & C. eod. De ex-*
ception.

Digitized by Google

§. 3. Inſtitoria,

De tertia ſpecie, quæ eſt inſtitoria,

1. *Inſtitor, unde, & quid.*
2. *Definitio inſtitoria.*
3. *Propria.*
4. *Species.*
5. *Diſcrimen veri & quaſi inſtitoris,*
6. *Cauſa.*
7. *Cui, adverſus quos detur,*
8. *Materia,*
9. *Forma.*
10. *Finis & effectus.*
11. *Adjuncta & affinia,*
12. *Contraria,*

EXercitoriæ, de qua diximus, ma-
ximè affinis eſt inſtitoria, *l.* 4. *C.*
eod. ſic ut altera ex altera fluxiſſe
videatur, *l.* 1. in princ. *De exercit.*
quanquam quædam habent diſſimi-
lia, ut *d. l.* 1. in princ. & §. *pen.*
De exercit. Hæc non ab eo, in quem
datur, ut exercitoria, ſed ex cauſa, hoc eſt, in-
ſtitore, unde nomen elegans habere poteſt, appel-
latur: ut hic dicitur verſ. *ideo autem.* Inſtitor ap-
1 pellatus † eſt ex eo, quod nogotio gerendo in-
ſtet, vel potius inſiſtat, *l.* 3. *hoc tit. de inſtit. act.*
Inſtitor eſt, qui tabernæ, locove, vel etiam ſine
loco ad emendum, vendeudumve præponitur, *l.*
inſtitor. 18. *hoc tit.* Inſtitor dicitur, rem agens alte-
rius negotiando, *l. ult. hoc tit.* & propriè is, qui
negotiationi quæſtuariæ terreſtri (nam maritima
exercitoriam parit) præponitur. Bart. & DD. *l.*
3. *hoc tit. l. ſi inſtitorem* 29. *Si cert. petat.* vel per
mandatum expreſſa præpoſitione, ut hic, vel per
literas credentiæ, quomodo loquuntur, Bart. *l.* 3.
eod. l. Lucius, 24. *De fidejuſſoribus.* Gloſſ. *l. liberto.*
31. *De neg. geſtis.* aut per ratificationem, *l. ſed etſi,*
7. *hoc tit. l. ei qui ſervo.* 7. ubi Bald. *nu.* 1. *C. Quod*
2 *cum eo qui in alien. poteſt.* Eſt † igitur inſtitoria actio
prætoria, acceſſoria, perſonalis, rei perſecutoria,
quæ ex contractu inſtitoris in eum, qui præpo-
ſuit in ſolidum ejus, quod ex contractu debitum
3 eſt, datur. Propria, † quod detur in ſolidum,
l. 2. *l. ult. C. De inſtit.* quod perpetua *l. noviſſimè.* 15.
hoc tit. in hæredes tranſiens, *d. l. noviſſimè.* activè.
d. l. noviſſimè verb. *heredibus,* & paſſivè *d. l. noviſſi-*
*mè.*verb. in *herrdes. l.* 5. §. *ult. l. ſed etſi.* 11. (*al. l.*
4 *ſed ſi pupillus.* 11.) in princip. *eod.* Species † noſtri
duas conſtituunt. Unam directam, quæ detur ex
contractu veri inſtitoris. Alteram utilem, quæ
competat, vel ex contractu non vero inſtitoris
l. & ideo. 12. *eod.* vel ex vero contractu quaſi in-
ſtitoris, Bald. in *l. mandatum.* 15. *nu.* 3. *C. Man-*
dat. per *d. l. liberto.* 31. ubi Gloſſ. *De negot. geſt. &*
l. cuicunque. 5. *hoc tit.* Innoc. in *c. quod quibuſdam*
num. 3. & 4. & Im. *nu.* 21. *De fidejuſſor.* Inſtitorem
5 † propriè volunt eſſe, qui univerſitati negotiatio-
nis præponitur, *l.* 1. verb. *officio vel negotiationi,*
l. 3. verb. *ſervum menſa præpoſitum* Bart. & DD. *d.*
l. 3. *hoc tit. & d. l. inſtitorem.* 29. *Si cert. petat.*
quaſi inſtitorem, qui non univerſitati, ſed uni a-
licui negotio præponitur, ut mercibus emendis,
l. 5. *eo. l.* 5. & 6. *C. eo.* Bald. *d. l. mandatum.*
vel quem ſciens patitur dominus etiam abſque
mandato gerere, *l.* 5. ubi Bart. *num.* 2. *hoc titulo.*
Caſtrenſ. *l.* 1. §. *magiſtrum. num.* 5. *De exercit. a-*
ction. Jaſ. *d. l. ſi inſtitorem. num.* 2. *Si cert. petat.*
Baldus *d. l. mandatum.* 15. *num.* 3. *C. Manda.* In-
nocen. *num.* 3. & 4. Imol. *num.* 21. *ca. pen. De fi-*
dejuſſor. maximè ſi antea quoque gerere ſolitus
fuit, Caſtrenſ. *l. ultim. nu.* 1. *quod cum eo. d. l.* 1.
§. *magiſtrum. num.* 5. *De exercitor. action.* Bald. in
rubr. C. De conſtit. pecun. num. 10. Ulpianus tamen
omnes etiam certæ rei præpoſitos rectè appellari
inſtitores confirmat, *d. l.* 5. nec intereſſe putat,
utrum quis præpoſuerit, an gerere paſſus ſit, *l.*
5. §. *ult. hoc titulo.* & ipſi DD. fatentur, effectu
nihil intereſſe, Jaſon. *l. cum fundus.* 31. §. *cum ſer-*
vum. nu. 15. *Si cert. pet.* per *l. actio.* 47. *De negot.*
geſt. ut hac diſcriminatione non admodum ſit o-
pus: & ſanè omnis inſtitoria poteſt dici utilis,
l. & ideo utilis inſtitoria, 12. *ff. Hoc tit.* quandoqui-
dem directæ opponitur §. *ult. hoc tit.* Sanè poteſt
alia quaſi directa vocari, quæ venit propriè ex
edicto, ejuſque verbis *l.* 4. 5. *ult. C. eod.* ubi ad
exemplum & inſtar inſtitoriæ utiles dantur: alia
verò utilis, *d. l. ult.* quæ ex ſententia edicti, &
interpretatione I. C. in *dict. l. & ideo.* 12. *l. habe-*
bat. 13. *eod.* vel etiam exemplo inſtitoriæ, *l. ſi*
cum villico. 16. *hoc tit.* aut ad exemplum utiliter
ſeu utilis datur, *l. in eum,* 19. *hoc tit. l.* 2. 4. 5.
6. *C. eod.* Cauſa † remota, edictum prætoris, 6
l. 1. in princ. verb. *prætori viſum. l. ultim. hoc tit.*
Propinqua, præpoſitio, *l.* 5. §. *non tamen.* 4. & 5.
§. *ultim. l.* 7. 8. 9. *l. ſed ſi.* 11. §. 1. verſ. *tenebitur*
ex ipſa præpoſitione, hoc tit. unde oritur prætoria
obligatio, *l. pen.* §. *ult.* verb. *jure prætoria obligatio,*
l. pen. §. *ult.* verb. *jure prætorio aſtringit, eodem,*
quæ inſtitoriam gignit, *l. habebat.* 13. §. 1. *hoc tit.*
ex jure ſcilicet prætorio, & æquitate, *l. ult. ff. &*
C. eo. quatenus tamen præpoſitum eſt, & ſecundum
conditionem præpoſitionis. *l. ſed ſi* 11. §. *conditio.*
3. *ff. eod. tit.* non enim omne, quod inſtitor geſſit,
obligat eum, qui præpoſuit: ſed ita, ſi ejus rei
gratia, cui præpoſitus fuerit, contractum eſt: id
eſt, duntaxat in id, ad quod eum præpoſuit, *l.*
5. §. *non tamen.* 4. *hoc tit.* Quare ſi inſtitor alium
præpoſuerit, ejus ex contractu præponens non te-
netur, *l.* 1. §. *magiſtrum.* 3. *De exercitor.* Si tamen
emptioni, aut venditioni præpoſitus mutuum in eam
rem, aut arrhas acceperit, aut tabernam conduxe-
rit, tenebitur dominus: quia ejus rei, in quam
præpoſitus eſt, nomine contractum eſt *l.* 5. §. *non*
tamen. 4. & §. *ſequent.* 5. & 6. *ff. eod.* Quod ſi juſ-
ſus præſenti pecunia vendere, pignus acceperit,
erit inſtitoriæ locus, quia pecunia etiam pignus
com-

Digitized by Google

comprehendit, *l. 5. §. item. 5. ff. eod. titul.* ſecus fortè, ſi præſenti pretio, ſeu numerata pecunia vendere juſſus ſit, *d. §. 6.* verſicul. *niſi fortè aut æs alienum alia ex cauſa, quàm cui præpoſitus erat, puta fidejubendo contraxit*, *l. penult. §. ultim. hoc tit.* De qou palam proſcriptum ſoerit, ne cum eu cootrahatur, is præpoſiti loco non habetur. Nuo enim boc caſu permittendum erit cum inſtitore cootra here, nec inde dabitur in præponentem actio *l. ſi quis 17. §. 1. eod.* veluti nec tum quidem efficax oritur obligatio, eum denunciatum eſt alicui, ue cum inſtiture contrahat: obſtat enim agere vuleoti exceptio, ſi ille illi oon denunciaverit, *d. l. ſi quis. 17. §. Proculus. 4. eodem.* Sed ſi quis oulit contrahi, prohibeat. Cæterùm qui præpoſuit, teoebitur ex ipſa præpoſitione: quæ tanquam ea juſſu tacitè poteſtatem contrahendi cum inſtitore facit: dooec prohibuerit palàm proſeribendo: aot modum, & legem contrahendi proſcribat, *d. l. ſed ſi. 11. §. de quo 1. ff. eod. titul.* Proſcribere palàm ſic accipimos, claris literis, ut ab iis, qui in plano ſtant, viatoribus legi poſſint: aote tabernam ſcilicet, vel eom locum, ubi negotia exercentur: non in loco remoto obſcuro, ſed evidenti: & quidem literis Græeis, Latinis, aut aliis vulgò uſitatis, ſecuodum loci conditionem: ne quis cauſari poſſit ignoraotiam literarum. Certè ſi quis dicat igooraſſe ſe literas, vel non obſervaſſe, quod propoſitum erat, cum multi legerent, cumqoe palàm eſſet propoſitum: noo audietur. Proſcriptum aotem perpetuò eſſe oportet. Nam ſi per id temporis, quo propoſitum non erat, vel obſcurata, ſublatave proſcriptione contractum erit, inſtitoria locum habebit, *d. l. ſed ſi. 11. §. proſcribere. 2. hoc tit.* Nec intereſt, utrum dominus præpoſuerit, an tutor, curator, quorum auctoritas in minoribus requiritur, *l. verum. 9. hoc tit.* Item an procurator ejus, *d. l. verum.* peræquè eoim dabitor in eum actio, ac ſi ipſe præpoſuiſſet, *l. 5. §. ult.* Neqoe refert, quis præpoſitus ſit, *l. ſed ſi. 7. §. 1. & §. ultim.* cum legibos ſequent. *ff. eod.* Quoniam ſibi imputare debet, qui præpoſuit, ſi fortè minus idoneum præpoſuerit, *d. l. 7.* in fio. & eadem eſt ubique æquitatis ratio, ſive liber, ſive ſervus, ſeu proprius, ſeu alienus præponatur, ut in fine hujus §. dicitur, &c. Noo enim inſtitoris qoaliſcunque tandem ſit, ſed præpuneotis perſonam, ac fidem ſequitur is, qui cum inſtitore contrahit. Impulſiva, Æquitas, *l. 1.* io princ. verb. *æquum. eod.* Æquitatis ratio, ut hìc dicitur, in §. 3. Æqoitas conveniendi ex jure prætoriu, *l. pen. §. ult. & l. ult. hoc tit.* Quoniam iojurium eſſet, qui præpoſitionis iotuitu fidem eſſent ſecuti præponentis, *l. ult. Pro ſoc. d. l. ſi inſtitorem.* ubi DD. *Si cert. pet.* cos decipi noo data cootra eum, qui cum potiſſimùm coutraxiſſent, actione, *d. l. ſed ſi. 11. §. 3. hoc tit.* maximè cum, qui aliquem præponit, videatur hoc ipſu teſtari, ſe, quod com eo factum fuerit, habiturum eſſe ratum: ut velut ex mandato, juſſuque ſuu jure conveniatur, Theoph. hìc. Æquum etiam prætori viſum eſt, ſicuti commoda ſentimus ex contractu ioſtitorum, ita etiam obligari nos ex contractibus eorum, & conveniri, *l. 1. in princ. hoc tit.* ex ratione *l. ſecundum. 10. De reg. jur. l. ult. C. De furt. §. ult.* ſupr. *De leg. patro. tutel.*

7 Datur † hæc actio omnibus, qui cum inſtitore contraxerunt, *l. 1. 5. ff. eod. tit.* etiam fidejuſſuri, qui pro inſtitore intervenit ejus rei nomine, io quam præpoſitus eſt, *l. 5. §. item. 7. hoc titul.* Datur iu umnes, qui præpoſuerunt, aut quurum nomine præpoſitio facta eſt, *l. 5. §. fin. hoc tit.* etiam in mulierem, *l. ſed ſi. 7. §. 1. eod. l. 4.* ubi DD. *C. eod.* pupillum, ſi quidem tuturis auctoritate prępoſitio facta ſit, *l. verum. 9.* Sin minus, eatenus datur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior factus eſt, *l. eatenus 10. hoc tit. l. ſi pupilli. 66. De ſolut. l. cum illud. 25. §. 1. quando dies legat. l. naturaliter. 13. §. ult. De cond. indeb.* dixi in §. *pupillus 7.* ſupr. *De inutil. ſtipulat.* hacteous eoim ſemper ex naturali æquitate re ipſa obligatur & exigitur. Datur & in pupillum, ſi præpooenti ſucceſſerit, poſt cujus mortem cum inſtitore contrabatur, propter utilitatem promiſcui uſus, *l. ſi quis 17. §. ſi impubes. 2. eod.* Quemadmodum quoties contractum eſt mortuo tutore, cujus auctoritate inſtitor præpoſitus eſt, convenitur, *d. l. ſi quis §. 2.* ſed & ejus cootractus oomine, qui ante aditam hæreditatem interceſſit, danda eſt actiu, etiamſi furioſus hæres exiſtat, *d. l. ſi quis §. ejus. 3.* Quin & in plures datur. Et quidem in ſingulus præponentes in ſolidum, quamvis ex diverſis partibus dumioi, vel ſocii ſiot, *l. habebat. 13. §. 2. hoc tit.* ne in plures diſtringatur, qui cum uno contraxit, *l. 1. §. ult.* cum leg. ſequen. *De exercit. actione.* niſi quoties inter illos judicium ſocietatis aot commoni dividundo exiſtit, *l. idem. 14. hoc tit.* Iu hæredes etiam datur, *l. 5. §. ult. l. ſed ſi. 11.* in princ. *l. noviſſimè. 15. hoc tit.* ſicut aliæ actiones ex contractu, *l. ex depoſiti. 12. l. ex contractibus. 49. De act.* ideoque perpetua eſt, *d. l. noviſſimè. 15.* Datur & in procuratorem omniom rerum, *l. ſed & 6. hoc tit.* & nomina procuratoris, utilis in eum, qui procuratorem negotiationi, ut mutois accipiendis peconiis præpoſuit, *l. penul.* Nam directa pocuratoris nomine noo datur, *l. 5. §. ſed & 3. ff. eod. tit.*

8 Materia † ex qua, qoælibet negotiatio terreſtris, *l. 3. ff. eodem tit.* mercium cauſa, *l. pen. §. 2. eod.* ot ſi fuerit præpoſitus emptioni, venditioni *l. 4. 5. & paſſim*: ſive tabernæ, ſive euilibet alii negotiatioui, vel certè uni etiam negotiationi *l. 5.* puta venditloni fructuum, *l. ſi cum villico. 16.* & pecorum, *l. ſi quis. 17. l. 3. hoc tit.* Non enim hìc anxiè diſtinguimns inter generalem præpoſitionem ad negotiandum, & aliquā ſpecialem alicujus officii *l. 1. C. eod.* aut ſpecialem aliquam negotiationem: cum nec I. C. diſtinxiſſe videantur, *l. 5. eod.* & certè utilitas ſuadeat, ut utiliter ſaltem utrobiqoe detur hæc actio, *l. 5. & ultim. C. eod.* Satis ergo eſt, ſi vel unius rei negotiationi præponatur, puta mutuis accipiendis pecuniis, *d. l. pen.* io princ. *eod.* apud meoſam, *d. l. pen. §. 1.* aut ſœnerandis, *d. l. pen. §. ſervus. 3.* aut etiam navi, ut in hoc §. verb. *navi, aut taberna*: non quidem ut exercitor, aut magiſter (ſic eoim exercitoriæ locus eſſet) ſed ut negotiatur, videlicet, ut io navigiu negotietur, & quæſtum faciat: ita accipio, *l. 4. C. eod.* Nam hic finis, ſcilicet præpoſitiu, propter quæſtum negotiando

tiando faciendum inſtitoriam inducit, eamque à reliquis obligationibus, & actionibus, quæ aliud objectum habent, diſcriminat, *l. ſi cum villico*. 16. *hoc titul.* Nec verò mutat cauſam actionis locus vendendi, emendive, cum interdum etiam ad honeſtos homines ex taberna domum afferantur merces, ibique vendantur, & tamen verum ſit, inſtitorem hìc emiſſe, aut vendidiſſe, *l. 4. hoc tit.* quare vel ſine loco ad contrahendum præpoſitus eſt inſtitor, *l. inſtitor.* 18. *hoc titul.* & tenetur præponens, etiamſi in ejus utilitatem res verſa non ſit, *l. liberto.* 31. *De neg. geſt.* Bal. *l. ei qui.* 7. *C. Quod cum eo, qui in alien. poteſt.* Innoc. *cap. pen. num.* 3. *De fidejuſſoribus*. Sufficit enim in eam rem, cui præpoſuit, impenſum eſſe, *l.* 1. *§. non autem.* 5. *De exercit. act. l.* 5. *§. non tamen.* 4. cum ſequen. *hoc tit.* In ſervis oportet mercem eſſe dominicam, cui præpoſitus ſit inſtitor, *l. ſed ſi.* 11. *§. ſi inſtitoria.* 4. Nam ſi in peculiari verſetur, aliæ actiones habebunt locum: ut tributoria, *d. §. ſi inſtitoria*, de peculio. *tot. tit. De peculio.* Quod ſi non propter quæſtum, ac negotiationem, verùm ad alium uſum quis ſit præpoſitus, ut villicus percipiendis fructibus, ceſſet inſtitoria, quemadmodum ſi fœnebri pecuniæ præponatur, *§. is quoque* 8. verſicul. *& poteſt.* infr. *hoc titul.* Alciat. *l. penulti. Si cert. petat.* quia materia ejus deficit, ac finis, qui præcipuè conſiderandus eſt, Socin. *conſil.* 165. *numer.* 7. *&* 21. *volum.* a. Bal. *l. eam.* 14. *num.* 1. *C. De fideicommiſſ.* quem hìc diximus eſſe negotiationem, *l.* 3. *eod.* & proinde ceſſante obligationis cauſa, ceſſat & effectus, nempe actio, *l. licet.* 42. *§. ea.* 2. *De procuratoribus*, *& l. generaliter.* 51. ubi Gloſſ. verb. *derelictis. C. De Epiſcop. & Cleric. l. ultim. De teſt. tutel.* niſi hìc quoque mercibus tantum diſtrahendis, atque ita quæſtui faciendo ſit præpoſitus: quo caſu non datur vera inſtitoria, propterea quod principaliter negotiationi non ſit præpoſitus: ſed ſoli potius venditioni. Finis autem principalis potiſſimum attendendus eſt. Sed tamen propter hanc acceſſionem exemplo inſtitoriæ datur utilis ex æquitate actio, *l. ſi cum villico.* 16. *hoc tit.* Quapropter dicimus utiliter ſaltem dominum teneri, *l.* 3. *eo.* ex qualibet præpoſitione facta ad quodcunque officium, negotiationem, &c. *l.* 1. *C. eod.* negotium, *l.* 3. *C. eod. l.* 5. *eod.* contractum. *l.* 4. 5. *l. ult. C. eod.* Materia circa quam, eſt ſolidum, quod ex contractu debetur, *l.* 2. *l. ult. C. eod. l. pen. §. ult.* verb. *in ſolidum jure prætorio. ff. eod. tit.*
9 *&c.* Forma † ex cujuſque contractus natura eſt petenda, cui hæc inſtitoriæ appendix adjicitur, *l.* 5. *§.* 1. *De exercit. act.* de qua Roff. Pet. Jacob. & alii libellorum formatores, unde qui volet,
10 petat. Finis † ne quis cum aliena jactura locupletetur, *l. ſi quis.* 17. *§. pen. hoc tit.* neu qui fidem, quam fallere grave eſt, *l.* 1. *De conſtit. pecunia*, *l.* 1. *De pactis*, ſequuntur præponentis, *l. ult. pro ſocio. l. ſi inſtitorem.* 29. ubi DD *Si cert. petat.* decipiantur, *l. ſed ſi pupillus.* 11. *§. conditio.* verſ. *item ſi plures. hoc tit.* Denique utilitas promiſcui uſus, *l. ſi quis.* 17. *§. ſi impubes.* 2. *eodem.*
11 Adjunctus † inſtitori fidejuſſor, qui ſequela ejus rei eſſe dicitur, *l.* 5. *§. item.* 7. *eod.* Affinis inſtitori eſt procurator, *l.* 5. *§. ſed & cum fullo.* 3. *eod.* Affines actiones ſunt directæ, quibus ex quolibet contractu, iiſdem, qui hac conveniuntur, condici poteſt peræquè, ac ſi contraxiſſent ipſi, *d. l. ſi quis.* 17. *§. ultim. hoc tit.* Tenentur enim quodammodo ex ſuo mandato, ut dicitur in *§.* ſuperiore, *& l.* 1. *ff. Hoc tit.* Item directæ, quibus inſtitores ipſi ex ſuo contractu conveniri poſſunt ab iis, quibuſcum contraxerunt, quandiu ſcilicet officium durat, *l. ultim. hoc tit.* ſicut & à præponente mandati, vel negotiorum geſtorum, *l.* 1. *hoc tit.* Affines etiam ſunt tributoria, *l. ſed ſi.* 11. *§. ſi inſtitoria.* 4. *hoc tit. De inſtitor.* de peculio, *l. & ideo.* 12. *l.* 2. *C. eod.* de in rem verſo. *d. l. & ideo*, *l.* 2. *C. eod.* Mandati, *d. l. & ideo.* 12. Conducti, *d. l. & ideo.* Locati, *l.* 5. *§. ſed & cum fullo.* 3. *hoc titulo.* Empti, Redhibitoria, & ex ſtipulatu duplæ, *l. ſi quis.* 17. *eod.* pecuniæ creditæ, *l. pen.* in fine. Exceptiones item de in rem verſo, de peculio, *l. ſi quis.* 17. *§. pen.* Item quoties non ex mandato, ſed ex voluntate tamen domini adinſtar inſtitoriæ in ſolidum agitur, *l. ultim. C. De inſtitor.* Contraria, † 12
dolus agere volentis: ut ſi decipiendi mei cauſa detraxit, quod proſcriptum eſt: non etiam dolus inſtitoris. Nam hujus dolus non contrahenti, ſed præponenti nocere debet, *l. ſed ſi.* 11. *§.* 2. in fin. *hoc tit.* Cui imputandum eſt, cur non magis fidum præpoſuerit, *l. ſed &* 7. in fin. *ff. eo.* Sed è contrario, exceptio rei conventi propter ejus dolum replicatione doli poteſt elidi: ſi probetur re in utilitatem ejus converſa eum vello cum aliena jactura locupletari, *l. ſi quis.* 17. *§. pen. eod.* cui dolus ineſt, *d. l. ſi quis.* 17. in fine. Obſtat item res judicata, qua ob non impletam probationem, *l. qui accuſare.* 4. *C. De edendo*, quæ poſt non auditur, *l. ſub ſpecie.* 4. *C. De re jud.* conſumitur hæc actio, adverſante rei judicatæ exceptione, *tot. tit. De exceptione rei judicata*: niſi ex nova cauſa agatur, *l. habebat.* 13. *ff. eodem tit.* Item novatio, qua inſtitoriæ actionis obligatio ſit in ſtipulationem transformata: tunc enim hac ceſſante datur ex ſtipulatu civilis, *d. l. habebat.* 13. *§. meminiſſe.* 1. *eod.* & præſcriptio, de qua ſupra. Item revocatio mandati, *d. l. ſed ſi.* 11. *§.* 1. *ff. eod.* etiam tacita: ut ſi inſtitor labi facultatibus cœperit: intelligitur enim tunc ipſo jure mandatum, & præpoſitio eſſe revocata, *l. cum quis.* 38. in princ. ubi Bar. *l. ſi cum Cornelius.* 82. *De ſol.* Bald. in *l. mandatum.* 15. *num.* 14. *C. Mand.* Cyn. & Faber. in *l. falſus.* 21. *C. De furt.* latè Fel. in *c. ex parte decani. num.* 1. *De reſcri.* pro quo text. in *l. actione* 25. in princip. *& §. publicatione.* 11. *ff. Pro ſocio.* Contraria non eſt præponenti actio ex edicto, qua experiatur adverſus eos, qui cum inſtitore ſuo contraxerunt: cum ſufficiat ei mandati, aut negotiorum geſtorum contra inſtitorem, ſi ſit ſui, vel alieni juris, *l.* 1. *§. eſt autem.* 8. *De exercito. actio.* Nam ſi ſit in poteſtate præponentis, jam ſecurus hic eſt acquiſitis vi poteſtatis actionibus ex contractu inſtitoris directis, *l.* 1. *hoc tit.* Quanquam autem ex edicto non datur illi adverſus contrahentes cum inſtitore actio: tamen ſicut extra ordinem ex cau-

ſa pu-

Digitized by Google

ſa publica juvantur hìc navem exerceotes, *l.* 1. §. *eſt autem*. 8. in fin. *De exercit. act.* ſic ex cauſa privata, competit ei actio ſubſidiaria eo nomine, quo inſtitor contraxit, adverſus eos, qui cum eo contraxernnt, ſi modò aliter rem ſuam ſervare non poteſt, *l.* 1. in fine, *l.* 2. *hoc tit.*

§. 4. Introduxit.

De quarta harum actionum ſpecie, quæ eſt Tributoria.

1. *Quid ſit tributoria.*
2. *Ejus propria.*
3. *Cauſa.*
4. *Quibus, contra quos detur.*
5. *Materia.*
6. *Forma.*
7. *Finis & effectus.*
8. *Adjuncta & affinia.*

QUæ præpoſitæ ſunt hacteous actiones, velut ex contractu mandati, dantur in alium, quàm qui contraxit: quæ ſequuntur, ab boc geoere ſunt remotiores. Dantur enim ex vi poteſtatis, etiamſi mandatum conſenſus, juſſumque nullum præceſſerit. Cujuſmodi eſt Tributoria actio, ſeu Diſtributoria (ſimplicibus enim noſtri pro compoſitis frequenter utuntur) à ſuo fine dicta: quod ea nimirum petatur, ot quicquid ex merce ſervi ſeu filiifamilias peculiari ſupereſt, id inter dominum, patremve, & reliquos creditores æqualiter, ac
1 pro rata portione diſtribuatur. Eſt † ergo hæc actio prætoria, perſonalis, rei perſecutoria, qua petitur, ut merces peculiares æqualiter cum creditoribus dominus dividat: aut ſi inæqualiter diviſit,
2 ejus diſtributionis iniquitas corrigatur. Propria † ſunt, quòd prætoria, ut bic verb. *introduxit & aliam actionem prætor*, *l.* 1. in princip. *eo. De tribut. act.* Perſonalis, quia ex contractn datur, vel delicto, *l.* 5. §. 1. 2. §. *ult. l.* 3. 4. *& paſſim eo.* rei perſecutoria, *l. quia*. 8. *eo.* Perpetua *l. illud*. 7. §. *ult. l. quia.* 8. *eo.* in hæredem tranſitoria, *d. l.* 7. & 8. *eo.*
3 Cauſa † remota prætoris edictum, *d. l.* 1. *eo.* Proxima negotiatio ſervi, & coutractus in merce peculiari ſciente domino, nec contradicente ſacti, *l.* 1. in princip. verb. *Si ſciverit.* & §. 2. verb. *ita demum ſi ſciente eo negotiabitur eod.* & hoc §. verb. *ſciente domino negotietur*, *hoc eſt*, *& patiente*, *l.* 1. §. *ſcientiam.* 3. *eod.* Neque tamen ſola ſcieotia dominum huic actioni ſubiicit, ſed accedat dolus, & iniqua ejus diviſio, oportet, *l.* 3. §. *pen. & ult. eod.* ubi ſcientia, & dolus junguntur, *l.* 4. *l.* 5. *eod.* ubi itidem ſcientia, & dolus requiritur, *l.* 7. *l.* 8. *eod.* ubi diſertè ioquit I. C. noo aliter competere hanc actionem, quàm dolo interveniente, *l. ult. eod. l.* 3. *quando ex fact. tut.* per quem privilegium deductionis ſui debiti, quod in actione de peculio dominus habet, *l.* 3. *l.* 1. io princ. *ff. Hoc tit.* perdit *l.* 5. §. *in tributum.* 3. *ff. Hoc tit.* ſic ut partiri cum reliquis creditoribus, quæ ſunt in peculiari merce, cogatur. Nam prætor ipſi domino diſtributiooem permiſit: ut quidquid in merce peculiari ſervi ſit inter ſe, ſi qnid ſibi debeatur, & cæteros creditores pro rata diſtribuat, ut hic dicitur. Quamobrem ſi ea diſtribotio bona fide rectè fiat, non babent, quòd querantur creditores. Sin verò quis ex creditoribus queratur, quaſi minus ei tributum ſit, quàm oportuerit, hanc ei actionem prætor accommodat: ut bic in fine exponitur: per quam conventus dominus cogetur, quidquid mercium occultaverat, in medium efferre, & conſerre reliquis, ut addit Theopbilus bìc & Julianus *l. ult. eod.* Tributoria, inquit, actione tum demum agi poteſt, cum dominus in diſtribuendo pretio mercis, edicto prætoris non ſatisfecit: id eſt, cum majorem partem debiti ſui deduxit, quam creditoribus tribuit: quam rem exemplo declarat uberius, quod cuique perſpicere licet, & alia quoque exempla proponit, *l. illud* 7. §. 1. & 2. *ff. Hoc tit.* quæ nunc perſequi non eſt in bocargumento magni momenti, vel uſus. Cæterùm exiſtimo bæc obtinere, quando dominus diſtributionem fecit. Quid autem ſi tergiverſetur facere, atque ita de jure, injuriave diſtributionis quæri non poſſit: ut quæ facta non ſit, quamque facere dominns detrectet: an non erit præſtò creditoribus hæc actio ſaltem ad id, ut eum ad diſtributiooem ex edicto faciendam cogant? Equidem exiſtimo eſſe: cur enim minus, quàm cum negat dominus deberi creditoribus, aut merces perire paſſus eſt, vel non exegit, *l. illud.* 7. §. *ſed & ſi.* 2. *eod.* Nam bæc actio noo eſt de dolo, quamvis ob dolum detur, ſed perſecutionem rei continet, quæ res dolo domini abſit, nec, ut oportet, diſtribuatur. Peræquè autem dolo fit, cum non diſtribuitur, atque ſi non rectè diſtributum ſit, *l. illud* 7. §. 1. *ff. eod. tit.* ubi Ulpia. ait, minus eum tribuere, qui nihil tribuat: imo majus eſt prorſus non facere, quàm non ritè facere: itaque etiam tum domious velut extraneus creditor ex edicto, hoc eſt, actione edicti in tributum vocatur, *l.* 1. in princ. *hoc tit.* Quemadmodum & cum nihil eſt in peculio, *l.* 1. §. 2. *ff. eod. tit.* ſive nolit tribuere: *d. l. illud.* 7. §. 1. *eod.* ſive neget creditoribus deberi, ne tribuatur: *d. l. illud*, §. *penul. eod.* alioquin ſemper expediret domino negare, ut inquit ibi Ulpia. Sanè ſi dominus non eo tribuere nolit, quod tergiverſetur, ſed quia mavult peculio cedere, quàm lites ſuſcipere, audiendus eſt, *l. illud.* 7. in
princ. *hoc tit.* Datur † ergo hæc actio creditoribus 4
quibuſcumque, *l.* 5. *& paſſim eod.* Datur in dominum, vel qui loco domini eſt, cujuſque in merce peculiari filiusfamilias, ſervusve, vel quaſi, negotiatus eſt, *l.* 1. in fin. *l.* 2. *ff. eod. tit.* Si plures ſiot, ſcientes tantum conveniuntur, *l.* 3. *eod.* Sed & pupillus, furioſus, ac ſimiles ex ſcientia, dolove tutoris, vel curatoris tenentur, *l.* 3. in fin. *ff. eod.*

quem-

quemadmodum quiſque dominus ex proprio, *d. l.* 3.
in fin. *l.* 4. *eod.* vel ex ſcientia, doloque procurato-
ris, *l.* 5. in princ. *eod.* Datur io hæredem, quate-
nus ad eum pervenit, *l. illud.* 7. §. *ult. eod.* quia li-
cet impulſiva hujus actionis eſt dolus, illa tamen
venit ex cootractu, & rei perſecutionem continet,
l. quia. 8. *eod.* qoocirca in hæredem etiam tranſmit-
titur, ex regula *l. ex contractib.* 49. *De oblig. & actio-*
5 *nib.* §. 1. in fin. *De perp. & temp.* Materia † non eſt
merx dominica, ut ſuperiorum actionum, nam in
hac tributoria locum habere nequit, *l. ſed ſi.* 11. §.
ſi inſtitoria. 4. *De inſtitoria actione.* Sed peculiaris,
l. 1. io princ. *ff. eod. titul.* verſic. *ſi ſcierit ſervum in
merce peculiari negotiari*: quod peculium hic accipi-
tur non deducto eo, quod domino debetur, *l.*
1. in princip. & §. 2. *hoc titul.* Mercis appellatio
quamvis anguſtior aliàs ſit, tamen ad omnes ne-
gotiationes hoc edictom interpretatione I. C. eſt
porrectum, *l.* 1. §. 1. *hoc tit.* ſcilicet ſactas circa
mercem peculiarem, *l.* 5. §. *in tributum.* 3. *eod.* Nec
tantnm ſervorum, verum omnium, qui bona fide
ſerviunt, ut tamen merx, de qua oegotietur, ad
eum, cui ſervitur, pertiocat *l.* 1. §. *ultim. l.* 2.
ff. eod. tit. Neque tamen in hac actione totius pe-
culii ratio habetur, ut in actione de peculio, ſed
tantom ejus, quo ocgotiatur: poteſt aut quis ter-
tia fortè, vel quarta, aut etiam minima peculii
parte negotiari: majorem autem partem in prædiis,
mancipiis, aut fœnebri pecunia habere, quæ in
tributoriam non veniunt, §. *penult. hoc tit.* Tribui
autem jubetur per hanc actionem, quod ex ea
merce, atqne eo nomine receptum eſt *l.* 5. §. 2.
ff. eod. tit. id eſt, id ſolum in diviſionem venit,
quod io mercibus eſt, quibus negotiatur, *l. pen. hoc
tit.* Nec intereſt ex merce domini debeatur, an
alia cauſa, & num ipſi, an ei, quem in poteſtate
habet: ex cujus obligatione quærit, & an antè,
vel poſt negotiationem debere ei ſervus cœperit.
Sufficit eoim, quòd privilegium deductioois perdi-
dit, *d. l.* 5. §. *in tributum.* 3. *eod.* Non tameo totum
peculium venit in tributum, ſed id duotaxat,
quod ex ea merce eſt: ſive merx maneat, ſive
pretium earum receptom, vel etiam adhuc debi-
tom ſit, *l.* 5. §. *non autem.* 4. *ff. eod. tit.* Inſtru-
mentum, & apparatus tabernæ, item aurum, ar-
gentum, ac quicquid ex merce eſt, tribuitur: ſi
alioode, quàm ex ejuſmodi negotiatione ſit in pe-
culio, nequaquam *l.* 5. §. *ſi prætor.* 5. *eod.* Cæterùm
alienum, ut merx, quam aliquis ſuo ſervo ven-
dendam dedit, noo veoit in hac actione, ſed do-
minus eam ſibi vendicare poteſt, niſi in creditum
6 abiit, *d. l.* 5. §. *penultim. ff. eodem.* Vocatur † hac
actione in tributum is, qui in poteſtate habet cum
creditoribus mercis, *l.* 5. §. *in tributum.* 3. *hoc tit.*
ita ut ſi plures domini ſint, vel creditores, omni-
bus tribuatur pro rata debiti, *l.* 5. §. 3. In fine,
non deducta domini debitione, *l.* 1. *l.* 3. *hoc tit.* ſe-
cus, quàm in actione de peculio, §. *cum autem quæ-
ritur.* 6. *hoc titul. l. ſed ſi.* 9. §. 3. *De peculio* quia
tanquam extraneus creditor vocatur amiſſo dedo-
ctionis ſuam ob fraudem beneficio. Si plures ſe-
paratim merces ſervus habuerit, & negotiatiooem
exercuerit, non confunduntur creditores, ſed ſe-
paratè quique in tributum ejus mercis vocantur,
in quam crediderint, *d. l.* 5. §. 3. & §. *ſi plures.* 6.
Vocantur autem æqoaliter pro proportione cujuſ-
qne debiti, *d. l.* 5. §. 3. & §. *ult.* niſi cui pigno-
ris jure merx obligata ſit, quo nomine aliis præ-
fertur, *l.* 5. §. *planè.* 7. etiam domino, *d. l.* 5.
§. *in tributum.* 3. Quod etſi unus tantum veniat,
deſiderans tribui, iotegram ſuam portionem con-
ſequetur, ſi tantum in merce ſit, *l.* 5. §. *ult.* ſed
quoniam fieri poteſt, ut alii quoqne mercis pecu-
liaris creditores poſt emergant, idcircò cavere de-
bet creditor iſte, pro rata ſe refuſurum, ſi po-
ſtea alii compareant, *d. l.* 5. in fin. Noo enim hæc
actio ſicut de peculio occupantis conditionem facit
meliorem, ſed æqoalem omnium quandocunqne
agentium, *l. non enim.* 6. Quamobrem & domino
hoc nomine cavendum eſt, ſi contingat aliud do-
mini debitum, ut conditionale eventu conditionis
emergere, *l. illud.* 7. quoniam injuriam, hoc eſt,
damnum, *l.* 4. 5. *ad l. Aquil.* dominus pati non de-
bet, *l. illud.* 7. *hoc tit.* Plerunque autem arbitrum
prætor in hanc rem dat, cujus interventu mer-
ces peculiares tribuantur, *l. illud.* 7. in fine prine.
hoc tit. Fiois † & effectus, ut dominus non ſecns, 7
ac extraneus quivis creditor in tributum cum aliis
vocetur, *l.* 5. & *paſſim hoc tit.* alioqui in ſervi
contractibus privilegium habet, quippe cum de pe-
culio duntaxat ex ſervi contractu aliis teneatur,
cojos peculii æſtimatio fit deducto eo, quod domi-
no debetur, *l.* 1. in princ. *hoc tit.* tanquam ære
alieno, quod de bonis ſemper eſt deducendum,
l. ſubſignatum. 39. §. 8. *bona. De verbor. ſignif.* Ad-
juncta † eſt cautio de refundenda portione pro ra- 8
ta, *l.* 5. §. *fin. l.* 6. *l.* 7. in princ. *hoc tit.* Affinis de
peculio, quæ cum hac ſæpè concurrit, etiamſi
alterum agens contentum eſſe debeat, *l.* 5. §. 1.
hoc tit. quoniam utraque rem perſequitur debi-
tam, *l.* 8. *hoc tit.* Bona vero fides non patitur bis
idem exigi, *l. bona fides.* 57. *De reg. jur.* Itaque eli-
gere qois debet, qua actione experiatur: utrum
de peculio, an tributoria, cum ſciat, vel ſcire de-
beat, quod perinde eſt, *l. quod te.* 5. *Si cert. pet.*
ſibi regreſſum ad aliam non futurum. Planè ſi
qnis velit ex alia cauſa tributoria agere, ex alia
de peculio, andiendus erit, *l. quod in herede.* 9.
§. 1. *hoc tit.* quia ceſſat tunc ratio *d. l. bona fides.*
cum diverſæ intelligantur eſſe actiones, quarnm
caoſæ petendi, hoc eſt, materiales & finales diver-
ſæ ſint, *l. ſi mater.* 11. *l. & an eadem.* 14. *De excep.
rei jud.* Et aliquando ſanè expetit agenti potins de
peculio agere, quam tributoria, quod io illam to-
tius peculii quantitas veniat, in hujus vero di-
viſionem taotum quod in mercibus eſt, quibus
negotiatur, *l. pen. eod.* Aliquando vero præſtat tri-
bntoria, cum fortè domino mnltum debetur,
quod in actione de peculio prius, ut ante diximus,
deducitor. Affinis eſt, & de in rem verſo. §. *is
quoque cni.* 8. *hoc tit.* de qnornm utraque reſtat,
ut perpurgemus.

§. 5. Præ-

§. 5. Præterea.

De quinta actione, nempe De peculio.

1. *Quid ſit hæc actio.*
2. *Ejus propria.*
3. *Species.*
4. *Cauſæ.*
5. *Cui, contra quos detur,*
6. *Materia.*
7. *Forma.*
8. *Finis & effectus.*
9. *Affinia & contraria.*

1 SEquitur † quinta, qoæ ex contracto ſervi filiiſam. in dominum, patremve datur actio, nempè *De peculio*. Sciendum porrò eſt, quanquam omoia ſervi dominis acquirant, tamen quodcunqoe illis ſuo labore curaque quæſitom dominos ſciens à ſuis ſeparatom rationibus relinquit, id peculium vocari, *l.* 4. io princ. *&* §. 1. *l. depoſiti*. 5. *d. l. ultim, De pecul.* nec poſſe illud dominum in fraudem aliorum ſervi creditorum adimere, *l. non ſtatim.* 8. *l. peculium naſcitur*. 40. cum ſeq. *l. ſumma cum ratione*. 21. *De peculio*, quanquam deducto eo, quod domino, iiſque, qui ſunt in ejus poteſtate, debetur, computandum ſit, *l. ſed ſi*. 9. §. 2. *De pec.* qoamvis naturaliter taotom debeatur. *l. pen. C. Quod cum eo qui in alien. pot.* quamobrem ab his peeuliotenus etiam conveniri poteſt. Quæ actio eſt prætoria, *l.* 3. in princ. ſeu honoraria, *l.* 2. verb. *cateraque honoraria*. *De peculio*. Adjectitia, *l. in bona*. 36. in fin. *De pecul. & paſſim ff. eod.* Perſonalis, quooiam ex quovis ſervi, & filii contractu datur, *l.* 3. §. *ſi filiusfam.* 3. *De pec.* ſtricti juris Bart. in *l.* 1. *De peculio*, per *l. mora.* 32. §. *in bona fidei*. 1. *De uſur.* facit, *l. ſi pro patre.* 10. §. *in rem autem*. 2. *De in rem verſo.* qua pater, vel domious ex contractu filii, ſervive convenitur, ut obligationi ſatisfaciat, quatenus peculium petitur, ut hic in contextu traditur.

2 Hæc † actio, quandiu ſervus, vel filius eſt in poteſtate, perpetua eſt, quia rei perſecutoria: poſt mortem autem ejus, vel poſtquam emancipatus, manumiſſus, alienatuſve fuerit, temporaria eſſe incipit, id eſt, annalis, *l.* 1. §. 1. *quando de peculio act. anna. ſit.* Nam cum hiſce modis extinguatur peeuliom, ſufficiebat uſque ad annum produci tum obligationem, & actiooem haoc prætoriam, *l.* 1. §. 2. verſ. *merito. quand. de pec. act.* ex ratione *l. in honorariis.* 35. *De oblig. & act. &* §. 1. inſ. *De perp. & temp. actionibus.*

Hanc † quoque actiooem in directam, ac utilem diſtribuere poſſumos: ut paſſim *tit. De pec.* velut & ſuperiores, de quarum differentiis plura Gloſſ. magna io *l. curatoris*. 17. *C. De negot. geſtis.* Cau-
3 ſam † hujus actionibus Bart. volt eſſe civilem obligationem, quæ habeat vim naturalis, in *l. frater à fratre*. 38. *De condict. indeb.* oobis remotam ponere non diſplicet edictum prætoris. *l.* 1. *De pec. l. pen. C. Quod cum eo.* Proximiorem contractum, *l.* 3. §. 1. *Quib. ex cauſ. in bon. poſſ. eat.* Unde ſicut contra eum, qui cootraxit, oritur obligatio & actio, *l. ſicut.* 5. *C. De act. & oblig. Inſt. De oblig. per tot.* ſic noo eſt iniqoom, *l.* 1. in princ. *De inſtitor.* obligari quoqoe dominum, patremve, cui inde pecolioteous quæritur, *l.* 3. §. *Julianus.* 4. verſ. *eſſe obligatum dominum de peculio: & eatenus dari in eum actionem*, *d. l.* 3. *& tot. tit. De pecul.* Eſt igitur impulſiva cauſa, æquitas. Etenim ſi vel extraneum teneri æquum eſt, de eo, quod ex alieno contractu ad eum pervenit, puta heredem, *l. illud*. 7. §. *ult. De tributor. d. l.* 1. *De inſtit.* cur non & domiourn, quateous peculium ſervi patiatur? Ad cauſam etiam hanc proximam reſcrator dolus ac delictom, noo quidem ejos, qui eſt in poteſtate (nam de delicto ejus oon teoetur dominus, oiſi noxaliter. §. 1. inſt. *De noxal. actio.*) ſed ipſius domini, *l. quæſitum*. 30. §. *ult.* vel hæredom ejus, *l. ſed ſi*. 31. *De peculio*. Nam habent actiooes iſtæ hanc adjectionem: Et ſi quis dolo malo domini captus, fraudatuſqoe Actor ſit, *l. in bona*. 36. in fin. *l. depoſiti*. 5. *De pecul.* Sed & culpæ nomine io hac actione Reos damnatur, *l. ſi poſteaquam*. 43. *De pecul.* Datur † hæc actio om- 4
nibus creditoribus, *l. & ancillarum*. 27. §. *illud*. 3. *eod.* qui cum filio, ſervove contraxerunt, *l.* 3. §. *ſi filiusfam.* 3. *hoc tit.* ex quolibet contractu. *l. et qui*. 7. *eod. tit. l.* 3. *l.* 5. *l. & ancillarum*. 27. *l. ſi creditor*. 37. eorumque datur etiam hæredibus, ut ex aliis contractibus. *l.* 2. ubi DD, *C. De pact. inter empt. & vend.* & Tiraquel. *De retract. convenc.* §. 1. Gloſſ. 6. *num.* 1. 2. cum ſeq. niſi domini hæredes ſint facti, *l. filiofam.* 54. *l. ultim. de peculio*, cum enim actiones confunduotur, *l. debitori*. 7. *C. De pactis*. Non etiam datur ſociis, *l. nam inter*. 20. *De pecul.* Dator in dominum, *l.* 1. io fin. & *paſſim*, *ff. eodem titul.* etiam uſufructuarium, *l.* 2. *eodem*. Bonaque fide poſſidentem, *d. l.* 1. in fin. *eodem*. Quod ſi plures ſint, permittitur creditoribus, vel in partes eum ſingulis agere, vel cum uno in ſolidum, *l. & ancillarum*. 27. §. *illud*. 3. *De pecul.* Eſſet eoim iniqoum, vt ſubdit ibi Cajus, in plures adverſarios diſtringi eum, qui cum uno contraxit *l.* 2. *De exercito*. In patrem datur tam naturalem, quàm adoptivum, dommodo tamen durante adoptione ſit contractum. *l. in arrogatorem*. 42. *De pecul.* In hæredes datur proportione hæreditaria cujuſqoe *l. penult. quod cum eo qui in aliena poteſtate l. & ancillarum*. 27. §. 1. *De peculio*. ſicut reliqoæ actiones *l.* 2. *C. De heredit. action.* quatenus ſcilicet peeulium ad unumquemque perveoit. *l. quæſitum*. 30. §. 1. *De pecul.* niſi is, ex cujus contractu agitur, ſervus, filiuſve hæres ſit factus, qui nedum pro parte ſua, ſed etiam in ſolidum convenitur. *d. l. quæſitum*. 30. §. 1. *eod.* ſic tamen ot condemnetur, quatenus facere poſſit. *l. penult.*

quod

Digitized by Google

6 *quod cum eo qui in alien. poteſtate* . Materia † hu-
jus actionis eſt peculium , ut hoc §. *& tot. titul.*
ff. De peculio . quæ eſt univerſitas boorum , *l.*
4. *§. pen. De peculio* . Gloſſ. *l.* 5. io princip. verb.
dotis. ff. Soluto matrim. tam ſoli , quàm mobilium ,
l. quam Tuberonis . 7. *§. in peculio* . 3. *De peculio* .
item jurium , puta legatorum , hæreditatum , quæ
ſervo relicta ſuot , ac nominum , quæ ei debent ,
& ejus , quod dominus ſervo debet . *d. l. 7. §. in pe-*
culio . 3. aliarumque rerum quamplurium , de
quibus in *l. 5. §. ultim. l. 6. l. id veſtimentum* . 25.
l. ſi ex duobus . 32. *§. in hoc* . 1. *l. ſi creditor* . 37. *§.*
ſervum . 2. *§. ult. l. depoſui* . 38. io princip. *l. non*
ſolum . 49. *l. eo* . 50. eum multis ſequentibus . *De*
peculio . deducto tamen eo , quod domino , patri-
ve , iiſque , qui ſunt in eorum tutela , curave , *l.*
ſed ſi . 9. *§.* 3. vel poteſtate debetur . *§. cum autem*
quæritur . 6. in fin. infr. *hoc tit. l.* 4. *§. ſi opem* . 2.
l. ſed ſi . 9. *§. peculium* . 2. eum ſequentibus §§.
& legibus *l.* 11. 19. 38. 47. 49. 52. 56. & paſſim
de peculio . *l. id quod* . 19. in fine , eum legibus
ſequentibus . *De conſtit. pecu.* ſi noo jure civili ,
ſaltem naturaliter ex facto , *l. nec ſervus* . 41. *De*
peculio . contractus ſeilicet . *l. conſilio* . 7. *De cura.*
fur. excepto , ſi debeatur ei , qui in ipſius ſervi ,
filiive peculio ſit , ut ſuo vicario , ut hie dicitur
verſic. *aliquando* . Etſi quid dolo malo ejus , qui
coovenitur , captus , fraudatuſque Actor ſit . *l. in*
bone . 36. in fioe , *l. ſed ſi* . 31. *hoc tit.* aut ex do-
lo anteceſſoris ad eum pervenit , *l. quæſitum* . 30.
§. ultim. De peculio . Quod ſi minus inveniatur rei
judicandæ tempore , quàm petitur , & debetor ,
fit condemnatio , quatenus peculium patitur ,
ut hoc io §. dicitur . Nec cautionibus locus eſt
de futuro ineremeoto peculii : hoe eoim io pro
ſocio actione locum habet , qoia ſocius uoiver-
ſum debet , *l. quoties* . 47. *§. ſi ſemel* . 2. *ff. eodem*
titul. ſicut & is , qui bonis ceſſit *capit.* 3. *De ſolut.*
At dominus , paterve noo debet univerſum , ſicut
filius . *l. ſi quis* . 44. *De peculio* . aut ſervus , qui
contraxit , *l. nec ſervus* . 41. *De peculio* . ſed tan-
tum peculioteous . *d. l. ſi quis cum filiofamil.* 44.
Ds pecul. Ad nullam igitur cautiooem tenetur ,
quia oihil amplius debet , quàm ſit in peculio :
cujus præſeos ſtatus conſideratur , *l. ſi ex duobus.*
7 32. *§.* 1. *De pecul.* Formam † agendi cujuſque
actioois natura , & ſpecies ſuppeditat : cui tan-
tum hoc adjieitur , quod hic in dominum , vel pa-
tremfamilias ex contractu filii , vel ſervi inten-
tetur , ut debitioni cootractus ſatisfaciat de pe-
culio ſervi , filiive , quateous ſeilicet illud pa-
titur , & ſuppeditat , ut hic dicitur . Et quia
quiſque ſolidum actione conſequi intendit , ideo
qui hac actione agit , dicit ſervum peculium ha-
bere , & tantum habere , ut ſolidum ſibi ſolvi poſ-
ſit , *§. cæterum* . 7. in fine *hoc tit.* Forma proban-
di , ut doceat Actor ſibi deberi ex coutractu
ſervi , quod intendit : deinde eſſe in peculio , unde
ſibi ſatisfieri queat . *d. §. cæterum* , verſ. *ſe ad dif-*
ficultatem probandi perducat , *habere ſervum pecu-*
lium , *& tantum habere* , *ut ſolidum ſibi ſolvi poſſit* .
hoc tit. Quanquam oon fuerit abſurdum dicere ,
cum peculium ſit univerſitas , velut hæreditas ,
Gloſſ. *l.* 5. in princ. *De impenſ. in rebus dotal. fact.*
poſſe inſtar poſſeſſoris hæreditatis urgeri domi-
num , ut is inveotario idoneo , vel ſacramento
declaret , & edat , quantum ſit io peculio , quod poſ-
ſidet , ut io *l. ult. §. licentia.* 3. *C. De jur. delibe-*
rand. l. 2. *C. Quando & quibus quarta pars. lib.* 10.
Nam ejus quaotitatem ſcire alioquio , & proba-
re oon poteſt , qui agit , ut qoi non poſſideat , ſi-
cut in hæreditate . Finis , † & eventus congruit 8
cum forma agendi : Nempè ut in id , quod reli-
quum eſt in peculio deducto eo , quod domioo ,
patrive debetur , ereditoribus illi condemneo-
tur . *§. is quoque* . 8. verſic. *at in actione de peculio* ,
hoc tit. Affinia † remedia ſunt actio de io rem 9
verſo , *§. prætereà* . 5. *hoc tit. l. ei qui* . 7. *C. Quod*
cum eo , qui in alien. poteſt. quæ ſæpè cum actione
de peculio jungitur , ut in *d. §. præterea.* 5. verſ.
licet enim una ſit actio . Actio adverſus ipſum fi-
liumſam. vel ſervum . *l. ſi quis* . 44. cum leg. ſeq.
ff. De pecul. quatenus ſeilicet facere poteſt poſt
emancipationem , *l. 2. & tot. tit. quod cum eo.* Miſ-
ſio in poſſeſſionem rei ſervaodæ cauſa , ſi con-
ventus latitet . *l. eo tempore* . 50. in princip. *De*
pecul. Interdum & pro ſocio , vel communi divi-
dundo actio . *l. hinc quæritur* . 19. *§. ult.* eum leg.
ſeq. *De pecul.* Item ad exhibendum , & rei vindi-
catio . *l. depoſui.* 38. *l. ex facto* . 52. *§.* 1. *De pecu-*
lio. Item deductio , quam eligit domioos pro ac-
tiooe : ut in caſu , *l. ſi noxali.* 11. *§. quod autem.*
3. verſ. *idem ſcribit. De peculio* . Cæterùm alias de-
ductio ejus , quod domino debetur , huie actioni
eſt contraria , quia jus ejus imminuit , vel etiam
exhaurit . *l. 4. & 11.* & paſſim de peculio . Si-
cut præſcriptio anni , quoties eſt annalis actio ,
30. annorum , quaodo perpetua , *l.* 1. ubi DD.
quando act. de pecul. annal. Dolus item agentis ,
l. in bona. 36. in fin. *l. depoſiti.* 5. *De peculio.*

§. 5. Verſ.

§. 5. Verſ. in rem autem domini verſum, cum §. ſequent, uſque ad §. finalem.

De ſexta actione, videlicet, De in rem verſo.

1. *Quid ſit in rem verſum. Actio de in rem verſo.*
2. *Propria.*
3. *Cauſa.*
4. *Quibus, contra quos detur,*
5. *Materia.*
6. *Forma.*
7. *Finis & eventus.*
8. *Affinia.*
9. *Contraria.*

1 Sexta †, quæ contra eos, qui in poteſtate habent ex contractu eorum, qui ſunt in poteſtate, datur, actio eſt de in rem verſo: omnium maxime ſolida, quotieſcunque probari poteſt in rem domini, patriſve verſum eſſe. §. *antepen. hoc tit.* quare non antè ad actionem, æſtimationemque peculii tranſiri ſolet, quàm ubi aut nihil, aut non totum, quod petitur, in rom domini, patriſve verſum apparet. §. *præterea.* 5. verſ. *in rem aut* & verſ. *itaque judex. hoc tit.* In rem domini verſum intelligitur, ut hic dicitur, quicquid neceſſariò, vel etiam utiliter in rem ejus impenderit ſervus, filius, *l.* 3. 5. §. *quod ſervus.* 2. verb. *rem neceſſariam, vel utilem. l.* 7. 10. *de in rem verſ.* quod hic aliquot exemplis declaratur: ut ſi mutuatus pecuniam creditoribus ejus ſolverit, ædificia ruentia fulſerit, familiæ frumentum, aut aliam rem neceſſariam, vel utilem emerit. *d. l.* 5. Plura exempla videri paſſim licet in *l.* 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 16. 17. 19. 20. 21. *de in rem verſ.* Eſt igitur de in rem verſo actio prætoria. *l. ei qui.* 7. in verb. *honorariam actionem. C. Quod cum eo qui in alien. poteſt.* Perſonalis, rei perſecutoria, qua ex eo, quod cum ſervo filioſam. geſtum eſt, agitur contra patrem, & dominum, ut eatenus, quatenus in rem eorum verſum eſt, aganti, qnod ex illo geſtu debetur, præſtent.

2 Honoraria † eſt *d. l. ei qui.* 7. *C. Quod cum eo qui in alien. poteſt. l. perpetua.* 1. verſ. *de in rem verſo. hoc tit.* niſi in caſu, *l. ſervus.* 17. cum Sticho. 1. verſ. *ſicuti. eodem.* Et in hæredes tranſitoria. *d. l. ei qui.* Ut quælibet rei perſecutoria, §. 1. infr. *de perpet. & temp. actionibus.*

3 Datur † ex geſtu ſervi, filiive familias: *l.* 1. *eod.* §. *præterea.* 5. *hoc tit.* quatenus inde in rem ejus verſum eſt. *l.* 2. 3. *& paſſim eodem.* quod ſcilicet creditum eſt, *l. quamvis.* 18. in princip. *eodem.* Nam qui fidejuſſit pro eo, quod in rem domini crederetur, ut pro frumento, quod ad alendam familiam emebatur, non habet de in rem verſo actionem, ſed tantum de peculio. *d. l. quamquis.* non enim fidejuſſio, quam præſtitit, in rem domini verſa eſt, ſed frumentum ab alio emptum, cujus ut tertii jure ipſe uti nequeat, *l.* 4. §. *competit.* 3. §. *penultim. ſi ſervit. vindic. l.* 1. 2. ubi Bartol. & Caſtrenſis, *de except. rei judicat.* Non tamen opus eſt lucro domini ceſſiſſe, quod conſumptum eſt: ſed in negotium domini verſum ſufficit, ut ſi volenti emit ad voluptatem, aut ſumptum turpem. *l.* 3. §. *nec non.* 6. *eod.* ſecus ſi contra voluntatem domini in voluptarias, & inutiles res inſumpſerit. *d. l.* 3. §. *ſed ſi mutua.* 4. Pati tamen dominus debet ſine injuria auferri, ſi quid ejuſmodi extet, quod ſine damno auferri poſſit, *d. l.* 3. §. 4. *eod.* In utiles res empta, licet pòſt perierint, priuſquam in domini utilitatem verterentur, ut ſi frumentum ad alendam familiam emptum, ac horreo conditum igne ſit conſumptum, videtur in rem domini varſum. *l.* 3. §. *nec non.* 6. in fine, & §. *ult.* cum legib. ſeq. *eod.* quoniam fatalis eventus ab obligatione negotii ſua cauſa geſti non excuſat. *l. ſed an.* 10. in fin. *De negotiis geſtis*: dum ſine culpa pereant. *l. ſervus.* 17. in princ. *eod.* Quatenus ſcilicet ſecundum domini conſuetudinem emptum eſt. *l.* 3. §. *proinde.* 3. *eod.* Nam ſi ultra, hoc eſt, ſi neque neceſſaria, neque conſueta domino emit. tantum verum eorum pretium, quo vendi poſſunt, *c.* 1. *De empt.* videtur in rem verſum. *l.* 5. *eodem.* Cum ſi neceſſaria emiſſet, in ſolidum teneretur. *d. l.* 5. *eod.* ex ratione. *d. l. ſed an.* 10. in fine *de neg. geſt.* Quod ſi accepit ſervus, quaſi in rem domni verſurus, neque vertit, deceptio creditori potius, qui diligentius inquirere debuit, quàm domino nocet, *l.* 3. §. *ſed ſi.* 8. *eod.* Et regulariter *De in rem verſo* eſt actio, quibus caſibos procurator mandati, vel qui negotia geſſit, negotiorum geſtorum haberet actionem. *l.* 3. §. *& regulariter.* 2. *De in rem verſo.* ut ſi quod pater deberet, à filio ſim ſtipulatus, *l. ſi pro patre.* 10. *hoc titul.* aut hic fidejuſſor patris factus ſolverit. *d. l.* 10. in princip. Verſum autem ſic accipimus, ut duret varſum: & ita demum competat *De in rem verſo* actio, ſi non ſit à domino, patreve, ſervo & filio ſolutum: *d. l. ſi pro patre.* §. *verſum.* 3. niſi dolus ſubſit, *d.* §. *verſum.*

4 Datur † iis, qui cum filio, ſervove contraxerunt, eorumque hæredibus. *l.* 1. 3. *& paſſim hoc tit.* & aliquando pluribus electivè: ut occupantis melior ſit conditio: Cum ex una ſcilicet cauſa pluribus debetur, puta creditori, qui in emptione veſtis credidit, & venditori, qui veſtem vendit, ſi fortè utrunque perierit. Nam utrique condemnari dominum de in rem verſo iniquum eſſet, *l.* 4. *ff. eodem titul.* Cum etiamſi ſalva eſſent omnia, tamen uni dominus non teneretur, nempe ven-

pe ven-

pe venditori, ut ad qoem pretium à ereditore ſumptum rediiſset, *d. l.* 3. *&* *l.* 4. *eod.* In dominum, patremve dator, eorumque hæredes, pro cujuſque ſeilicet parte. *l. quæſitum*. 30. §. 1. *De peculio.* niſi quid amplius in unius rem verſum ſit, *d. l. quæſitum*. §. 1. Sed etſi ſervus ſit hæres ex parte inſtitotus, cum eo æquè agendum erit, *d. l. quæſitum*. §. 1. In ſociis ſiquidem unius in rem verſum ſit, alter conveniri nequit, ut & in actione *quod juſſu. l. ſi in rem*. 13. *eod.* niſi in caſu
6 *l. interdum*. 14. *eod.* Materia † eſt id, quod in rem verſum eſt. Nam eatenus datur aut in ſolidum. §. *prætereà*, 5. *hoc titul.* aut pro parte. *d.* §. *prætereà*. *l. ſi pro parte*. 10. §. *in rem*. 2. *eod. tit.* Etiamſi minus in peculio ſit, *l. ſervus*. 17. *eod.* Si tamen domini debitori ſit ſervus, & aliunde mutuatus ſolvit, quatenus debuit, nihil in rem domini vertit. Nam adverſus luerum domini ſubvenitur: At in locro non eſt, cui quod debetur, ſolvitur. Quare etſi poſtquam ſervus vertit, debere cœperit, non videbitur eatenus verſum, *d. l. ſi pro patre*, 10. §. *ſi domini*. 4. *eod.*

Forma † ex cujuſque contractus natura petenda eſt: ſic tamen, ut addator id, quod petitur in rem domini verſum eſſe, atque id ipſom etiam probetur, §. *caterum*. 7. *hoc titulo*. quam probationem eſſe difficilem idem text. oſtendit, cum videlicet res pendeat à ſacto alieno, quod plerumqoe ſcientiſſimos fallit. *l.* 2. *De juris & facti ignorantia*. Quomodo enim ereditor probabiliter ſeire poteſt, an filius, ſervuſve ea mente acceperit, ut vertere in rem domini vellet. Nam etiamſi ſolitus ſit vertere, non tamen id prodeſt creditori, ſi negetor verſum eſſe, eum curioſum eſſe actorem oporteat, quo vertatur, *l.* 3. §. *ſed ſi ſic*. 8. *De in rem verſ.* Itaqoe niſi probationem habeat paratam.. §. *is quoque*. 8. in fine, verſ. *certè qui poteſt. hoc tit.* circumſpicere debet, num alia præſto ſit actio facilior: *d.* §. *caterum*. aut ſaltem rem deferre ſacramento, qoo plerumque doceri ſolet id, quod ab alterius animo pendet, *l. ſi cui* §. *iiſdem*. 7. *De accuſat.* Panor. C. *Præſentiam*. *num.* 3. *De teſtib.* Jaſ. in *repet. l. admonendi*. 1. *num.* 309. *De jureju.* & in §. *ſed iſta*, ſup. *De action. l. pen. num.* 13. *De juriſd.* etiam qooad factum & ſacultates, *l. ult.* §. *licentia.* 3. *C. De jur. delib. l.* 2. *C. Quando & quibus quarta pars. lib.* 10.

Finis † & eventus, ut quatenus probetur in 7
rem domini, patriſve verſum, eatenus ſatisfacere actioni cogantur. *d.* §. *caterum*. §. *is quoque*, 8. in fine. *hoc tit. l. ſi pro patre*. 10. §. 2. Quare & ſolum debebitur, ac conſequi actor poterit, ſi pareat ſolidom in rem domini verſum, ut hic dicitor in verſic. *ex quo ſcilicet*. Affinis † præci- 8
puè eſt de peculio actio, quæ cum hac plerunque concurrit. §. *ſeq. hoc tit. De in rem verſ. d. l. ſi pro patre*. 10. §. 1. *eo. tit.* adeò ut una ſępè ſit actio, qoia de peculio, deque eo, quod in rem domini verſum ſit, agitur, ut hoc §. verſ. *licet*. quanquam duas habeat tum actio condemnationes diverſas: alteram, quatenos in peculio ſit, alteram, quatenus in rem verſum ſit, *d.* verſ. *licet itaque judex apud quem de ea actione agitur*, antè diſpieere ſolet, an in rem domini verſum ſit, nec aliter ad peculii æſtimationem tranſit, quàm aut nihil in rem domini verſum appareat, aut non totum, ot ſobjicitur in verſi. *itaque*. Item inſtitoria, exercitoria, tributoria, quod juſſu, §. *caterum*. 7. cum §. ſeq. *hoc tit. l.* 5. §. 2. *ff. eo.* Inter quas ſemper eſt illa eligenda quæ poteſt optimè probari. *d.* §. *caterum*. & pręcipuè hæc, ſi probari poteſt, *d.* §. *is quoque*. 8. in fin. Deinde & negotiorum geſtorum actio, *d. l. ſi pro patre*. 10. §. *in rem autem*. *eodem*. Mandati, *d. l.* 3. §. *& regulariter*. 2. *eo.* Ex empto, *l. ideo*. 7. §. *idem*. 4 De dolo, *d. l. ſi pro patre*. 10. §. *verſum*. 3. verſ. *ſi tamen*. Sed & abſque hac adjectitia, directo poteſt domino condiei, eojus in rem verſom ſit, tanqoam cum illo principaliter negotiom geſtum fuiſſet. §. *ult. hoc tit.* Con-
traria † ſi verſum non ſit, ut in §. *caterum*. 7. 9
hoc tit. l. 3. 5. *ac. paſſim eod.* Defectus probationis, *d.* §. *caterum. hoc tit.* Si perditum, vel conſumptum, antequam in rem domini verſum, *l.* 3. §. *pen. & ult. eod.* Si non in res utiles verſum, *d. l.* 3. §. 4. Si ſolutum quantum in rem verſum, *d. l. ſi pro patre*, §. *verſum*. 3. *eo.* Præſcriptio 30. annorum, quæ omnibus obſtat, *l.* 3. *C. De præſcrip.* 30. *annorum*. *l.* 2. *C. De conſt. pec.* infr. *De perp. & temp. act.* §. 1.

§. penult. verſ. Illud præcipuè.

De ſenatuſconſulto Macedoniano.

1. *Summa S. C. Macedoniani*
2. *Auctor & cauſa.*
3. *Quibus, contra quos ſubveniat.*
4. *Materia.*
5. *Forma.*
6. *Finis.*
7. *Effectus.*
8. *Adjuncta & affinia.*
9. *Contraria.*

1 A De contraria † præcedentium actionom pertinet S. C. Macedonianum: per hoc enim ereditoribus, qui motuam pecuniam filiisfam. dederunt, actiones denegantur, tam adverſus ipſum filium, quam contra parentes, ut hoc §. *ff. ac C. eodem*. Auctor † hujos juris eſt ſenatus, qui 2
jus facere poteſt. *l. non ambigitur*. 9. *De legib.* cui ad hoc jus faciendom auctor fuit Veſpaſianus. Svetonius in ejus vita *cap.* 11. Alexand. ab Alexand. *Genialium lib.* 1. *cap.* 7. Quanquam & antea ex ex legibus Solonis, unde multa Romani ſuam in rempublic. tranſtulerunt. *l.* 2. *De origin. juris.* videtur

Digitized by Google

detur aliquando frequentatum illud fuiſſe. Plau-
tus in *Pſeud.* Paulus *libr.* 2. *Sentent. titul.* 10.
Rationem hujus juris luculentiſſimè perſequitur.
l. 1. *ff. eod. De S.C. Maced.* quia filiiſfamilias cum
ætatis inconſultæ levitate æs alienum contrahe-
rent, ac decoquerent, poſt egentes, & obærati vitæ
parentum, ut fit, Cic. *pro S. Roſc.* inſidiarentur,
ita ſuam & parentum in perniciem id mutuum ver-
tebatur: id & quod hic innuit verſ. *quæ ideo ſenatus
proſpexit, &c.* confirmatur ratione *l. ult. §. ipſum.* 5.
3 verſ. *melius C. De bon. quæ lib.* Subvenitur † autem
hoc S.C. tam patri de peculio, convento. *l. filius
pen. C. eod. Ad S.C. Maced.* (nec enim aliæ actiones,
quàm quod juſſu, & ſimiles concurrunt. *l.* 5. *C.
eod.*) quàm filiofamilias ſive adhuc in poteſtate, ſive
emancipatus ſit, ut hic dicitur, dum tamen filiusfam.
adhuc mutuo acceperit. Nec intereſt, cujus fuerit
dignitatis, *l.* 1. in fin. *ff. eod.* aut etiam ſexus, *l. ſed
ſi.* 9. *§. hoc S.C.* 2. *ff. eod.* dummodo creditor ſciverit,
vel ſcire potuerit. *l. pen. hoc tit.* aut etiam debue-
rit: quæ paria ſunt: *l. quod te.* 5. *Si cert. pet.* ſicut
regulariter ſcire debet, *l. qui cum alio.* 19. *De reg.
jur.* eum filiumfamil. eſſe *l. pen. ff. eod.* Subveni-
tur etiam fidejuſſoribus, ac mandatoribus, qui
non donandi animo (nam ſi donent, cum nullum
regreſſum contra filium, patremve habeant, ceſ-
ſat hic Macedoniani ratio) nec voluntate patris
interceſſerunt, *d. l. ſed ſi.* 9. *§.* 1. *§. non ſolum.* 3.
alioqui tolleretur beneficium S.C. quia fidejuſ-
ſores conventi repeterent actione mandati à filio-
famil. quod eſſent exacti. Caſtrenſ. & DD. *l.* 1.
2. *C. De fidejuſſ. minor.* Item hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus qualibuſcumque, cum agatur de rei
perſecutione. *l. item ſi.* 7. *§. quanquam.* 6. *eodem*,
& in *l.* 3. *§. penul. l. minor.* 18. *§. ult.* cum leg. ſeq.
De minoribus. Utile eſt autem hoc Macedoniani
beneficium adverſus creditores mutuæ pecuniæ,
qualeſcumque etiam civitatum *l. nihil.* 15. *ff. eod.*
ſive ipſi mutuum dederint, ſive alio dante ſti-
pulati ſint. *d. l. item.* 7. *§. non ſolùm.* 4. *eodem.*
Item adverſus ſocios. *d. l. item.* 7. *§. non ſolùm.*
4. Sed & contra hæredes datur & ſucceſſores qua-
leſcumque. *d. §. non ſolùm.* adeò ut etiam Ceſſio-
narios quaſi ſucceſſor ſingularis hac exceptione
indiſtinctè repellatur: non tamen is, cui delegatio
facta eſt ex cauſa oneroſa. Caſt. in *d. §. non ſolùm.*
per *l. doli.* 19. *De novat.* Sed ne contra pupillos
prodeſt, cum mutuum ſine tutore dare nequeant
& eorum ignorantia excuſetur, *l.* 3. *ff. eod. De S.
C. Maced.* Neque contra minores indiſtinctè, ſed
cauſa cognita ſi pareret eos curatorem habuiſſe,
aut ſcire non potuiſſe conditionem filiifamil. *d.
l.* 3. Nam in pari favore, & cauſa, melius eſt
creditori ſuccurri, qui de damno vitando certat.
l. ult. C. De codi. l. ult. §. licentia. 3. *C. De jur.*
4 *delib.* Materia † circa quam propriè mutua eſt pe-
cunia, ut hic dicitur, & *l.* 1. *l.* 3. *§. pen. ff. eo.* non
reliquæ res, quæ mutuò dari poſſunt, ut fru-
mentum, vinum, oleum, &c. quæ pondere,
numero, menſura conſtant, *l.* 2. *Si cert. pet.* niſi
fraus S.C. quæſita ſit, ut in *l. item.* 7. *§. mu-
tui.* 2. *hoc tit.* quæ omni beneficio excluditur.
l. 2. *§. penult. Ad S.C. Vellejan.* non reliqui etiam
contractus, in quibus eſt συνάλλαγμα. quia non
tam exhaurire, quàm locupletare filiumfamil. poſ-
ſunt. *l.* 3. *§. is autem.* 1. *eod.* niſi fraus (quæ
tamen non præſumitur. *l. dolum.* 6. *C. De dol. mal.
l. merito.* 51. *pro ſocio.*) S.C. ſit excogitata:
ut qui credere non potuit, magis ei vendidit,
ut rei pretium haberet in mutui vicem *l.* 3. *§.
ea. l. item.* 7. in princ. *eod. l. quamvis.* 8. *§. ſi
cum eſſem.* 10. *Ad Vellejan.* Sed nec in mutua pe-
cunia tum obtinet Macedonianum, cum in rem
patris mutuò accipitur, aut vertitur: ut ſi filius-
famil. in eam rem accepit, quæ patris oneribus
incumbat, *l.* 2. *C. eodem. Ad S.C. Maced.* aut
quam patris pietas non recuſaret, *l.* 5. *C. eo.* pu-
ta ſi filiofamil. alibi ſtudiorum, vel legationis cau-
ſa degenti pecunia mutuo data ſit, *d. l.* 5. aut
etiam præſenti in neceſſarios ſumptus, quos pa-
ter recuſare non deberet, Gloſſ. *d. l.* 5. dummo-
do probabilis modus non excedatur, hoc eſt, ea
quantitas, quam pater ſolebat ſubminiſtrare, *l.
item.* 7. *§. quod dicitur.* 8. *De S.C. Macedonian.*
Nam ſic in rem patris vertitur. *l.* 5. *C. eod.*
qui ea propter de in rem verſo tenetur, ut
ſuprà diximus. Secus verò, ſi in eam cauſam ac-
cepta pecunia non ſit: nec enim proderit credi-
tori poſt eo converſam eſſe, aut in peculio extare.
l. ſed ſi pater. 9. *§. hoc S.C.* 2. *eod.* Quia ſeveritas
Senatuſconſulti omnem pecuniæ mutuationem,
non ex juſta cauſa factam improbat. *d. l. ſed ſi.* 9.
Non conſiderato eventu, qui & aliàs non atten-
ditur, *d. l. ſed an ultro.* 10. *De negot. geſt.* maximè
odio creditorum. *l. qui exceptionem.* 40. *De condict.
indeb.* An tamen hac ratione excuſari quis poſſit
in foro conſcientiæ, videre licet apud Innocent.
Panorm. *num.* 26. & alios in *c. quia plerique. de im-
mun. Eccleſ.* videtur enim iniquum locupletari cum
alterius damno, ſi extet in peculio pecunia, aut
in uſus neceſſarios converſa ſit *l. nam hoc natura.*
14. *De condict. indeb. l. ſi eum ſervum.* 23. *Si cert.
pet.* Cicer. *lib.* 3. *offic.* Quemadmodum alibi dicitur,
iniquiſſimum eſſe dominum ex furto ſervi lucra-
ri. *l.* 3. *§. ex furtiva.* 9. *De pec.* Quod † ad for- 5
mam attinet, nihil refert, quomodocunque data
ſit pecunia mutuo, per ſe, an alium, directo; an
indirecto: *l.* 7. *§. non ſolum.* 4. *hoc titul.* ſive ſub
uſuris, ſive ſine uſuris. *d. l.* 7. *§. item ſi duos.* 5. *eod.*
Finis † eſt, ne filiifamil. ære alieno pecuniarum cre- 6
ditarum, quas prodigunt, gravati, vitæ parentum
inſidientur, ut hic dicitur, ver. *quæ ideo Senatus
proſpexit* & in *l.* 1. *eodem.* Alter finis eſt odium cre-
ditorum, peſſima arte filiosfamil. corrumpentium,
& deglubentium. *l.* 1. *ff. eod. titul. l. qui exceptionem.*
40. *De condict. indeb.* Effectus † eſt, quod licet obli- 7
gatio ex mutuo etiam hoc caſu, ut & aliàs, oriatur
tam naturalis, *l. quia naturalis.* 10. *hoc tit.* quàm
civilis. *l. creditorem.* 18. *eod.* Caſtrenſ. & DD. *l.*
1. *C. eodem*, unde etiam petitionem oriri neceſſe eſt.
d. l. 7. *§.* 1. & *l. pen. hoc titul. l. cuncta.* 11. *eod. l.
qui exceptionem.* 40. *De condict. indeb.* ex regula *l. licet
§. ea. tamen.* 11. *De procurat.* tamen obſtet ei exce-
ptio ex S.C. Macedoniano. *d. l. qui exceptionem.*
40. *De condict. indeb.* quæ eſt litis, ut arbitror, fini-
tæ, ſi ad impediendum litis ingreſſum opponatur,
d. l. 7. 11. & *paſſim eo. d. l. qui exceptionem.* 40. *De
condict. indeb.* præſertim cum ita detur, ut petitio-

pem excludat, *l.* 1. verb. *actio, petitiove, &c. eodem.* quam nullam habere videtur creditor, qui perpetua exceptione à judicii limine removeri poſſit. *l. non videtur.* 13. *l. nihil intereſt, De reg. jur.* Nec ſolum datur hæc exceptio ante judicium, vel eo pendente, ſed etiam poſt condemnationem ad impediendam judicati exceptionem. *l. tamen.* 11. *ff. eod.* Nam quamvis regulariter exceptio poſt ſententiam non admittitur. *l. peremptorias.* 2. *C. De ſent. reſcind. non poſſ.* tamen fallit in iis, quæ judicium retro reddunt nullum, vel ut iſta, ſententiam non oppugnant, ſed executionem deprecantur. *c. examinata.* 15. *De re judicat. l. licet.* 24. *C. De procurat.* Felin. *c. exceptiones, num.* 28. *De exception.* ut iſta eſt, Gloſſ. *d. l. tamen.* 11. dummodo omiſſa ſit. *d. l. tamen.* 11. non etiamſi repudiata. *l. Neſennius.* 4. *De re judic.* hoc eſt oppoſita, & per ſententiam judi-
8 cis abjudicata. Adjicet † perſecutio, denegatio pignoris, *l.* 4. *C. eod.* & actionis de peculio, &c. *l.* 5. *C. eod.* Affine eſt beneficium S. C. Vellejani, quod mulieribus intercedentibus datur. *d. l. tamen.* 11. *eod.* Quanquam in quibuſdam differunt, ut in *l. qui exceptionem.* 40. *De condict. indeb.* & caſu renunciationis, de quo Gloſſ. *d. l. tamen.* 11. *ff. eod.*
9 Contraria, † quæ Macedonianum excludunt, ſunt dolus filiifamilias, & juſta ſimplicitas creditoris, apud quem is ſe ſui juris eſſe confirmavit & finxit, ac pro tali palam ſe geſſit. *l.* 3. *ff. eod.* Omiſſio exceptionis. *d. l. tamen.* 11. *eodem*, quam judex non ſupplet. & *l. unica.* ubi Caſtrenſ. *nu.* 4. *C. Ut quæ deſ. advoc.* Non etiam renunciatio expreſſa. Gloſſ. *d. l. tamen.* Nam non omnia expreſsè remitti poſſunt, quæ tacitè omitti. *l.* 2. *§. ſed quia veremur.* 4. ubi Gloſſ. *C. De jurejurand. propter calum.* Si filiusfamilias in ſchemate patrisfamilias publicè verſetur. *d. l.* 3. *hoc tit. l.* 2. *C. eod.* Si ſuæ poteſtatis factus obligationem novavit. *l.* 2. *C. eodem.* non per ignorantiam facti. *l. ult. eod.* Vel aliàs omne debitum agnovit. *d. l.* 2. ut ſolvendo partem aliquam, poſtquam major factus fuerit, ut ait Gloſſ. in *d. l.* 2. verb. *agnovit.* Sed non continuò debitum integrum agnoſcit, qui partem ſolvit. Quare rectius cum I. C. eſt dicere ſolutum repeti non poſſe. *d. l. item.* 7. *§. ult. eod.* Siquidem ſcienter, non per ignorantiam facti. (Nam juris non excuſat. *l. error.* 9. *C. Ad l. Falcid.* DD. *l.* 1. *ff. De cond. indebit.*) ſolutum ſit. *l. cum tamen.* 8. *hoc tit.* quanquam enim in favorabili exceptione, qualis eſt Vellejani, hoc caſu ſolutum repeti poſſit, tanquam indebitum. *l. qui exceptionem.* 40. *De condict. indeb.* ex *d. l. non videtur.* 13. *l. nihil intereſt.* 112. *De reg. jur.* tamen ſecus eſt in illa, quæ non in favorem filiorumfamilias, ſed in odium creditorum eſt inducta. *d. l. qui exceptionem.* Juſſum etiam patris excludit Macedonianum. *l.* 2. *C. eod.* Item mandatum & permiſſio. *l.* 2. *l.* 4. *C. eod.* Ratihabitio. *l. ult. C. eod.* In rem patris verſio. *l.* 2. *l.* 5. *C. eodem*, Contractus extra mutuum initus. *l.* 3. *C. eod.*

§. Illud ultim,

1. *De directa actione.*
2. *Actiones directæ adhærent oſſibus contrahentium.*
3. *De utilibus.*
4. *Directæ opponuntur utilibus & adjectitiis.*

1 Directo † condici (perſonali ſcilicet actione. *§. appellamus.* 15. ſupr. *De act.*) poteſt domino, patrive, actionibus quod juſſu, de in rem verſo, inſtitoria, exercitoria: quia cum his contractum intelligitur, ex quo mandato eorum, & voluntate contractum eſt, ut hic in fine dicitur. Qui enim per alium fecit, ipſe feciſſe & contraxiſſe videtur, *l.* 1. *§. ait Prætor.* 6. verſ. *dejeciſſe. ff. De vi & vi arma. l.* 3. 5. *quod vi aut clam.* Quod quoniam ſupra in harum actionum explicatione declaratum eſt, non opus eſt hic repeti denuo: tantùm id notetur, actiones directas dari in eum, qui contraxit, cujus juſſu con-
2 tractum eſt, non in alium: † cum illæ ſic adhæreant oſſibus, ut ajunt, contrahentium, inde ut avelli nequeant, ſicut nec anima à corpore. *l. quia ergo caſus.* 16 ubi Gloſſ. verb. *in nominibus*, Caſtr. & DD. *l. ſi Sticho.* 42. ubi Gloſſ. *De pecul. l.* 3. *pro ſocio. l.* 1. ubi DD. *De actio.* Specu *De ceſſione.* § 1. Alber. *l. ex legato.* 18. *C. De legat.* Angel. *conſ.* 70. Joannes *conſil.* 81. *domino.* in fine Caſtrenſ. *conſil.* 442. *videtur. lib.* 1. Plate. Jaſo. & DD. *§. omnium, Inſtitut. De actio.* Afflict. *deciſ. Neapol.* 335. *pro deciſione.* Tiraquell. *De retract. proxim. §.* 1. Gloſſ. 7. *num.* 13. & *§.* 26. Gloſſ. 1. *num.* 55. Quamobrem † quoties contra tertium danda eſt actio ex aliqua 3
æquitate (regulariter enim non datur, ex *tit. C. Ne uxor pro mar. vel al. act.*) toties utilis non directa datur, *l. Julianus.* 13. *§. ſi procurator.* 21. *De act. empt. cum ſimilibus.* quæ effectu parùm diſtat. *l. antepenult. de negot. geſt.* Notetur † & illud, directas non tan- 4
tum opponi utilibus, verum etiam adjectitiis, de quibus hoc in titulo tractatur.

His ita declaratis nunc ad textus expoſitionem ſummariam revertamur: in quo primum continuationis ſeries indicatur. Dictum eſt enim de actionibus, quibus quiſque ſuum conſequitur à debitore. Quia verò interdum non modò noſtro, ſed etiam alieno nomine tam agere, quàm conveniri poſſumus: ideò hac de re conſequenter exponitur: & primum de ſex actionibus, quæ ex contractibus filiorum, & ſervorum in patrem, ac dominum dantur: videlicet, Quod juſſu, Exercitoria, Inſtitoria, Tributoria, de Peculio, De in rem verſo. In fine adjicitur exceptio S. C. Macedoniani.

§. 1. Quis

§. 1. Quia tamen ſuperiùs.

QVia tamen ſuperiùs *a* mentionem habuimus *b* de actione, qua in peculium filiorumfamilias, ſervorumque agitur: opus eſt *c*, ut de hac actione, & de cæteris, quæ eorundem nomine in parentes, dominosve dari ſolent, diligentius admoneamus. Et quia, ſive cum ſervis negotium geſtum ſit, ſive cum iis, qui in poteſtate parentum ſunt, eadem ferè *d* jura obſervantur *e*: ne verboſa fiat diſputatio, dirigamus ſermonem in perſonam ſervi, dominique: idem intellecturi *f* de liberis quoque, & parentibus, quorum in poteſtate ſunt. Nam ſi quid in his propriè obſervatur, ſeparatim oſtendemus.

1. *Servos non obligari, nec conveniri poſſe.*

2. *De ſimilibus idem judicium.*

COntinuatio.

a Superius. *§. actiones. 10. §. ſunt præterea.* 34. ſupr. *titul. præced.*

b Mentionem habuimus. Cauſa impulſiva, & occaſio hujus tractationis.

c Opus est. Ex ratione *l. item. 15. §. at prætor. 20. De injur.*

d Eadem fere. Nam † ſervi non obligantur, nec conveniri poſſunt: *l. obligari. 43. De obligat.* filii poſſunt. *l. filiusfamil. 39. De obligat.* 1

e Observantur. Reſpectu actionum, quæ in parentes & dominos dantur: qua de re hic agitur.

f Intellecturi. De ſimilibus † idem eſt judicium, *l. illud. 32. Ad l. Aquil. l. 1. De fonte*, Bald. in *l. humanitatis. 9. nu. 14. C. De impu. ſubſtit.* 2

§. 2. Si igitur juſſu domini.

SI igitur juſſu domini cum ſervo *a* negotium geſtum erit: in ſolidum prætor adverſus dominum actionem *b* pollicetur: ſcilicet quia is, qui ita contrahit, fidem domini ſequi videtur.

PRima ſpecies, actio *quod juſſu.*

a Cum Servo. Secus, ſi cum domino per miniſterium ſervi: quia tunc ille directa tenetur *l. ult. eo.*

b Actionem. *L. 1. 2. & tot. tit. quod juſſu.*

§. 3. Eadem ratione Prætor.

EAdem ratione Prætor duas alias in ſolidum actiones pollicetur: quarum altera Exercitoria *a*, altera Inſtitoria appellatur *b*. Exercitoria tunc habet locum, cum quis ſervum ſuum *c* magiſtrum navi præpoſuerit: & quid cum eo *d* ejus rei gratia, cui prepoſitus erit *e*, contractum fuerit. Ideo autem exercitoria vocatur, quia exercitor is appellatur, ad quem quotidianus navis quæſtus pertinet *f*. Inſtitoria tunc locum habet, cum quis tabernæ fortè, aut cuilibet negotiationi ſervum ſuum præpoſuerit *g*, & quid cum eo ejus rei cauſa, cui præpoſitus erit *h*, contractum fuerit. Ideo autem inſtitoria appellatur, quia qui negotiationibus *i* præponuntur, inſtitores vocantur *k*. Iſtas tamen duas actiones Prætor reddit *l*, & ſi liberum quis hominem, aut alienum ſervum navi, aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi præpoſuerit: ſcilicet quia eadem æquitatis ratio *m* etiam eo caſu interveniebat.

SEcunda & tertia ſpecies exercitoria & Inſtitoria.

a EXERCITORIA. De hac vide Paratit. *ad tit. de exercit. act.*

b APPELLATUR. *De inſtito. act. in Parat.*

c SERVUM SUUM. Vel alium quemvis, ut paulò pòſt dicetur.

d CUM EO. Servo, vel alio inſtitore præpoſito.

e PRAEPOSITUS ERIT. Et non in aliam cauſam *l. 1. §. non autem. 5. l. ult. ff. eo.*

f PERTINET. *L. 1. §. 4. & tot. tit. de exerc.* Ideò autem in eum hæc actio datur, quia ejus fidem is, qui cum ſervo contrahit, ſequitur. *l. 1. §. idem.* 10. *depoſ.*

g PRAEPOSUERIT. Qui inſtitor vocatur. *l.* 3. *De inſtito.* Ut paulò pòſt etiam ſequitur.

h CUI PRAEPOSITUS ERIT. Non ex alia cauſa, extra affines præpoſitionis contracta: nam illius nomine præponens non tenetur *l. cuicunque.* 5. *§. non tamen.* 4. *l. in eum.* 19. *§. ult. ff. De inſtit. act. l. 3. C. eod.*

i NEGOTIATIONIBUS. Etenim ſi certæ rei, vel facto præponantur, quaſi inſtitores ſunt, & quaſi inſtitoria hoc caſu in præponentem datur. *d. l. 5. §. idem ait.* Item ſi non præpoſiti ſint, ſed ſciente, & patiente domino negotientur, eadem actio utiliter dabitur. Jaſ. & DD. in *l. ſi inſtitorem.* 29. *Si cert. petat.*

k VOCANTUR. *D. l. 3. eo.*

l REDDIT. In exercitorem, & præponentem.

m ÆQUITATIS RATIO. Valebat enim & in his ea ratio, quòd qui cum inſtitore, vel magiſtro navis contrahit, fidem præponentis, & exercitoris ſequi videatur.

§. 4. Introduxit & aliam actionem Prætor,

INtroduxit & aliam actionem Prætor, quæ Tributoria vocatur *a*. Namque ſi ſervus in peculiari merce *b*, ſciente domino negotietur, & quid cum eo ejus rei cauſa contractum erit: ita Prætor jus dicit, ut, quicquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter dominum, ſi quid ei debeatur *c*, & cæteros creditores pro rata portione diſtribuatur. Et quia ipſi domino diſtributionem Prætor permittit, ſi quis ex creditoribus quæratur, quaſi minus ei tributum ſit, quàm oportuerit: hanc ei actionem accommodat, quæ tributoria appellatur *d*.

1. *Diſtributoria actionis etymon.*

QUarta, Tributoria.

a TRIBUTORIA VOCATUR. Hoc eſt diſtributoria. Nam † per hanc actionem à domino diſtributio æqua ſieri petitur. *l. 3. §. ſi ſervus. l. procuratoris.* 5. in princip. *l. illud. 7. §. cujus. l. quia. 8. l. ultim. De tributor.*

b PECULIARI MERCE. Hoc eſt quæ ad peculium ſpectat, & in qua ſervus domini conſenſu ita negotiatur, ut ejus quæſtus ad ipſum pertineat.

c DEBEATUR. Ex qualibet cauſa. *l. 5. §. in tributum. 3. eod.*

d APPELLATUR. *L. 1. l. illud. 7. l. alius. 12. tot. tit. De tributor.*

§. 5. Prætereà introducta eſt.

PRæterea introducta eſt actio de peculio, deque eo, quod in rem domini verſum erit: ut quamvis ſine voluntate domini negotium geſtum erit, tamen ſive quid in rem ejus verſum fuerit, id totum præſtare debeat *a*: ſive quid non ſit in rem ejus verſum, id eatenus præſtare debeat, quatenus peculium patitur *b*. In rem autem domini verſum intelligitur, quicquid neceſſariò in rem ejus impenderit ſervus: veluti ſi mutuatus pecuniam *c*, creditoribus ejus ſolverit, aut ædificia ruentia fulſerit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum, aut quamlibet aliam rem ne-

ceſſariam

Digitized by Google

ceſſariam mercatus erit *d*. Itaque ſi ex decem, puta aureis, quos ſervus tuus à Titio mutuos accepit, creditori tuo quinque aureos ſolverit, reliquos verò quinque quolibet modo conſumpſerit: pro quinque quidem in ſolidum damnari debes: pro cæteris verò quinque eatenus, quatenus in peculio ſit *e*. Ex quo ſcilicet apparet, ſi toti decem aurei in rem tuam verſi fuerint: totos decem aureos Titium conſequi poſſe. Licet enim una eſt actio, qua de peculio, deque eo, quod in rem domini verſum ſit *f*, agitur: tamen duas habet condemnationes *g*. Itaque judex, apud quem de ea actione agitur, antè diſpicere ſolet, an in rem domini verſum ſit: nec aliter ad peculii æſtimationem tranſit, quàm ſi aut nihil in rem domini verſum intelligatur, aut non totum.

1. *Actionis de in rem verſo duæ condemnationes.*

QUinta & ſexta, De peculio, & de in rem verſo.

a PRAESTARE DEBEAT. *L.* 1. *& tot. tit. de in rem verſ. l.* 3. *C. Quod cum eo.*

b PATITUR. Vide ad *tit. de pecul.* cum ſequent.

c MUTUATUS PECUNIAM. *D. l.* 3.

d MERCATUS ERIT. *L.* 3. *§.* 1. *l.* 5. *&* 6. *de in rem verſ.*

e IN PECULIO SIT. *L. ſi pro patre.* 10. *§.* 2. *l. ſervus.* 17. *de in rem verſ.*

f VERSUM SIT. Nam de in rem verſo eſt qualitas adjecta actioni de peculio. *l. filiusfam.* 19. in fin. *l. ſi pro patre.* 10. *§.* 1. *de in rem verſ.*

g CONDEMNATIONES. Nam quatenus † in rem verſum probatur, eatenus in ſolidum dominus condemnatur: nec compenſare is poteſt, aut deducere, quod ſibi debetur. *l. quidam.* 16. *l. ſervus in rem.* 17. *§.* 1. *De in rem verſo.* quatenus verò in rem verſum non eſt, alia fit condemnatio, ut ſcilicet damnetur, quatenus eſt in peculio, deducto etiam eo, quod ſibi debetur, ut paulò pòſt dicetur. 1

§. 6. Cùm autem quæritur.

CVm autem quæritur, quantum in peculio ſit, antè deducitur quicquid ſervus domino, eive, qui in poteſtate ejus ſit, debet, & quod ſupereſt, id ſolum peculium intelligitur *a*. Aliquando tamen id, quod ei debet ſervus, qui in poteſtate domini ſit, non deducitur ex peculio: veluti ſi is in ipſius peculio ſit *b*. Quod eò pertinet, ut ſi quid vicario ſuo ſervus debeat; id ex peculio ejus non deducatur.

EXplicatio ſuperiorum: & primò quid ſit peculium, ſeu quid in peculio eſſe definiatur.

a INTELLIGITUR. *L.* 1. *De peculio.*

b PECULIO SIT. *L. ſi ſervus.* 17. *De pecul.*

§. 7. Cæterùm dubium non eſt.

CÆterùm dubium non eſt, quin is quoque, qui juſſu domini contraxerit, cuique inſtitoria, vel exercitoria actio competit: de peculio, deque eo, quod in rem domini verſum eſt, agere poſſit *a*: Sed erit ſtultiſſimus, ſi omiſſa actione, qua facilè ſolidum ex contractu conſequi poſſit *b*, ſe ad difficultatem perducat probandi, in rem domini verſum eſſe *c*, vel habere ſervum peculium, & tantum habere, ut ſolidum ſibi ſolvi poſſit *d*.

DE concurſu harum actionum.

a Agere Possit. Sunt enim actiones univerſales, quæ ex quolibet ſervi contractu exiſtunt. *l. 1. quod cum eo. l. 5. §. 2. De in rem verſo.*

b Consequi Possit. *L. quod cum eo. l. 1. De pecul. l. 1. De in rem. verſ.*

c Versum Esse. Hoc enim velut fundamentum intentionis hic probaodum eſt.

d Solvi Possit. Nota, quænam ſpecialiter ſint probanda in actione de peculio præter contractum ſcilicet, & alia, quæ facti ſunt. *l. aſſeveratio. 10. C. De non nu. pec. l. conſilio. 7.* in fin. *De curat. fur. l. ſive. 16. C. De probat.*

§. 8. Is quoque, cui tributoria actio competit.

IS quoque, cui tributoria actio competit, æquè de peculio, & de in rem verſo agere poteſt *a*. Sed ſanè huic modò tributoria expedit agere, modò de peculio, & de in rem verſo. Tributoria ideo expedit *b* agere, quia in ea domini conditio præcipua non eſt *c*: id eſt, quod domino debetur, non deducitur: ſed ejuſdem juris eſt dominus, cujus & cæteri creditores. At in actione de peculio antè deducitur, quod domino debetur: & in id, quod reliquum eſt, creditori dominus condemnatur *d*. Rurſus de peculio ideo expedit agere, quòd in hac actione totius peculii ratio habetur: at in Tributoria, ejus tantùm, quo negotiatur *e*. Et poteſt quiſque tertia fortè parte peculii, aut quarta, vel etiam minima negotiari: majorem autem partem in prædiis, vel mancipiis, aut fœnebri pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quiſque vel hanc actionem, vel illam eligere debet. Certè qui poteſt probare in rem domini verſum eſſe, de in rem verſo agere debet *f*.

DE coocurſu Tributoriæ eum reliquis.

a Agere Potest. *L. quod in hærede. 9. §. 1. De tribut. act.*

b Expedit. Creditori.

c Praecipua Non Est. *L. 1. eod.*

d Condemnatur. *L. 1. De tribut. l. 4. 5. 9. De pecul.*

e Negotiatur. In merce peculiari. *l. aliquanda. 11. De tribut. act.*

f Agere Debet. *L. 1. §. 2. de in rem verſ.*

§. 9. Quæ diximus de ſervo, & domino.

QVæ diximus de ſervo, & domino, eadem intelligimus & de filio, & filia, nepote, & nepte, & patre, avove, cujus in poteſtate ſunt *a*. Illud propriè ſervatur in eorum *b* perſona, quod ſenatuſconſultum Macedonianum prohibuit *c* mutuas pecunias dari eis, qui in poteſtate parentis ſunt: & ei, qui crediderit *d*, denegatur actio tam adverſus ipſum filium, filiamve, nepotem, neptemve (ſive adhuc in poteſtate ſint, ſive morte parentis, vel emancipatione, ſuæ poteſtatis eſſe cœperint *e*) quam adverſus patrem, avumve: ſive eos habeat adhuc in poteſtate, ſive emancipaverit. Quæ ideò Senatus proſpexit: quia ſæpè onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam conſumebant, vitæ parentum inſidiabantur *f*.

EXtenſio, qua illa, quæ hactenus de ſervis, & dominis dicta ſunt, ad parentes, horumque liberos, qui in poteſtate ſuot porriguntur: cum exceptione tamen S. C. Macedoniani.

a Cujos In Potestate Sunt. *L. 1. hoc titul. l. 2. l. ultim. quod juſſu.*

b In Eorum. Liberorum.

c Prohibuit. *L. 1. & tot. tit. Ad S. C. Macedonian.* ubi vide *Paratit.*

d Crediderit. Mutuum, non ſi aliàs contraxerit. *l. 3. §. is autem. l. 7. §. 8. De Senatuſconſult.*

conſult. Macedonian. l. 5. C. eodem.

e Esse Coeperint. Tempore intentandæ actionis, Nam mutuum ab eo, qui in poteſtate ſit, contractum eſſe oportet.

f Insidiabantur. *L. 1. l. 3. De S. C. Macedon.*

§. 10. Illud in ſumma admonendi ſumus.

Illud in ſumma admonendi ſumus; id, quod juſſu patris, dominive contractum fuerit, quodque in rem ejus verſum erit; directo *a* quoque poſſe à patre, dominove condici *b*, tanquam ſi principaliter cum ipſo negotium geſtum eſſet. Ei quoque, qui vel exercitoria, vel inſtitoria actione tenetur, directò poſſe condici placet: quia hujus quoque juſſu contractum intelligitur *c*.

1. *Directam actionem variis modis aliis actionibus opponi.*

De affinibus remediis.

a Directo. Principaliter, ut paulò pòſt ſequitur: quaſi cum ipſis ſit contracctum, nulla filii, aut ſervi mentione facta.

b Condici. Actione contractus perſonali. Nam condictio quamlibet perſonalem actionem denotat, §. *appellamus* 15. ſupr. *De actionib.* Directa † actio, ut vult hic Cnjacius, aliàs opponitur utili: ut ſupr. *Ad l. Aquil. l. antepen. De negot. geſt.* aliàs contrariæ: ut *cont. tutel. commod. pign.* aliàs honorariæ, *l. electio,* 26. §. *item ſi ex plurib.* 2. *De nox. action.* aliàs acceſſoriæ, *l. deferre.* 18. §. *ult. De jur. fiſ.* aliàs præparatoriæ, *l.* 3. §. *item.* 18. *l. ſi quis hominem.* 4. *Ad exhib.* hic quantum apparet, iis actionibus, quæ in alium, quàm quicum contractum eſt, dantur; quomodò infrà *tit.* 1. §. 4. opponitur noxali.

c Intelligitur. Concurrunt igitur hæ actiones: ſi tamen non ſervus, aut filius, ſed horum miniſterio pater, dominuſve contraxerit, directis actionibus, non etiam quod juſſu, debet agi, *l. ult. quod juſſu.*

D E N O X A L I B V S A C T I O N I B V S

Titulus Octavus.

1. *Continuatio & diſpoſitio tituli.*

1 Poſtquam † expoſitum eſt, quomodo ex contractibus ſervorum domini, filiorumfamil. parentes teneantur: conſequens fuit, quando non modò contrahendo, ſed etiam delinquendo obligamur, declarare, quemadmodum & quibus actionibus ex delictis illorum hi conveniri poſſint: quam in rem proditæ ſunt actiones noxales: de quarum origine, ſpeciebus, & cauſis quibus, adverſus quos, & quatenus dentur, hoc in tit. exponitur, quod copioſiùs *ad tit. C. eod.* eſt expoſitum.

Dividitur titulus in tres partes.

1. Quid ſit noxalis actio, & quæ ejus origo §. 1. & 3. *hoc tit.*
2. Quibus, & adverſus quos noxalis actio competat §. 4. 5. 6.
3. Ad quid detur §. 2.

§. 1. Ex maleficiis ſervorum.

Ex maleficiis *a* ſervorum *b*, veluti ſi furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint, aut injuriam commiſerint *c*, noxales actiones *d* proditæ ſunt: quibus domino damnato permittitur *e*, aut litis æſtimationem ſufferre *f*, aut hominem noxæ dedere *g*. Noxa autem eſt corpus

pus, quod nocuit, id eſt, ſervus *h*: noxia *i*, ipſum maleficium: veluti furtum, damnum, rapinæ, injuria. Summa autem ratione permiſſum eſt, noxæ deditione defungi. Namque erat iniquum, nequitiam eorum ultra ipſorum corpora dominis damnoſam eſſe.

1. 2. De noxa.
1. Actiones noxales non ſpecies actionum, ſed qualitates eſſe, & mox infr. num. 2.
4. Noxa quid: quid noxa dedere, & num. 5.

SUbjicitur quid ſint, & ex qua cauſa in quem dentur.

1 *a* Ex Maleficiis. Privatis † idque ſubjecta exempla docent: de quibus ſup. *tit.* 1. 2. 3. 4. 5. hujus libri, non de publicis. Nam horum pœnas ſervi proprio in corpore perſolvunt, *l.* 2. *C. De accuſ. l. hos accuſare.* 12. *ff. eod. tit.* Quare noxam de privatis judiciis, quibus damnum petitur pecuniarium, interpretamur, *l. quid ſit.* 17. *§. quod ajunt.* 15. *De adilit. edict.*

b Servorum. An etiam ex maleficiis filiorum, declaratur in *§. hoc tit.*

2 *c* Injuriam Commiſerint. Cauſa † noxalium actionum, privata delicta. *l.* 1. *De nox. act.* ex quibus dictum eſt ſuprà obligationes exiſtere: *de obl. quæ ex delict.*

3 *d* Noxales Actiones. Non † ſunt ſpecies actionum, ſed qualitates adjectæ veluti ex contractibus, inſtitoria, exercitoria, de in rem verſo, condictio, actio empti, locati, &c. Sic ex delicto noxalis furti, injuriæ, vi bonorum raptorum, &c.

e Permittitur. Uſque ad executionem, *l. item.* 20. *§.* 5. *De petit. hered.*

f Sufferre. *L.* 1. *De nox. act. §.* 1. inf. *De off. jud.*

g Noxae Dedere. Fronto † *lib. De diff.* Noxa pœna eſt, *l.* 1. *§. ſi apud.* 14. *depoſit.* noxia culpa. Noxæ igitur dedere, perinde valet, ac ſi dicas; Pœnæ, quæ delicto committitur, dedere. *d. l. quid ſit.* 17. *§.* 15. *De adil. edict.* in princ. inf. *De off. jud.* 4

h Id Est, Servus. Corpus † enim ſervi eſt noxa, hoc eſt, pœna ipſa, quia pœnæ deditur, ſeu pro pœna eſt, *l.* 1. *De his, qui dejec. l.* 1. *§. cum arietes.* 5. *ſi quadr. paup.* quomodo maledictum in ſacris ſcripturis dicitur corpus maledictioni deſtinatum & devotum. 5

i Noxia. Noxia, cauſa eſt obligationis: noxa, effectus, hoc eſt, pœna. In Hebræo, Iniquitas, peccatum, & pœnam peccati ſignificat. Geneſ. 4. 13. *num.* 15. 31. 2. *Reg.* 7. 9. *Pſalm.* 32. 5. & alibi.

§. 2. Dominus noxali judicio.

DOminus noxali judicio ſervi ſui nomine conventus, ſervum auctori noxæ dedendo liberatur *a*: nec minus in perpetuum ejus ſervi dominium à domino transfertur *b*. Sin autem damnum ei, cui deditus eſt, ſervus reſarcierit, quæſita pecunia: auxilio prætoris invito domino manumittetur *c*.

MAteria & effectus.

a Liberatur. *L.* 2. *eod.*

b Transfertur. Effectus, *l. electio.* 26. *eod. l.* 2. *ſi ex nox. cauſ.*

c Manumittetur. Cum favore libertatis, tum quia non plenum, hoc eſt, jure Quiritium, dominium adeptus eſt, *l.* 2. *ſi ex nox. cauſ.* Theoph. hic Cujac. *lib.* 13. *cap.* 9.

§. 3. Sunt autem conſtitutæ noxales actiones.

SVnt autem conſtitutæ noxales actiones aut legibus, aut edicto prætoris *a*. Legibus: veluti furti *b*, ex lege 12. Tabul. damni, injuriæ, ex lege Aquilia. Edicto prætoris: velut injuriarum, & vi bonorum raptorum *c*.

SPecies harum actionum à cauſa efficiente.

a Edicto Praetoris. Ut actiones civiles: *§. ſed iſtæ.* 3. ſup. *de act.* ita & iſtæ, partim ſunt legitimæ, partim honorariæ. *l. penult. l. ult. C. eodem. l.* 2. *ff. eo.*

b Furti. Nec manifeſti: ut ſup. *ad tit. de oblig. ex del.* dictum eſt. Nam manifeſti in quadruplum eſt prætoria.

c Vi Bonorum Raptorum. Hinc apparet, paulò antè quod indicavimus, noxales actiones non eſſe ſpecies actionum certas, ab aliis ſeparatas, ſed ipſas actiones ordinarias, ex hac qualitate

tate accidentali nominari, & eſſe noxales, quæ enim directa eſt actio in authorem maleficii, ea noxalis eſt in ejus dominum. Directa autem ſervus conveniri nequit, quia pecunia his actionibus petitur, quam ſervus nullam habet, *l. hos*. 12. §. *ult. De accuſ.* Sed nec de peculio actionem ſatis eſſe viſum fuit, cum pro delicto tam leviter dominum defungi, & extra metum pœnæ ſervos hærere, atque ipſa impunitate ad peccandum invitari, perquàm videretur abſurdum,

§. 4. Omnis autem noxalis actio.

OMnis autem noxalis actio caput *a* ſequitur *b*. Nam ſi ſervus tuus noxam commiſerit *c*, quandiu in tua poteſtate ſit, tecum eſt actio. Si autem in alterius poteſtatem pervenerit, cum illo incipit actio eſſe *d*. At ſi manumiſſus fuerit, directo *e* ipſe tenetur *f*, & extinguitur noxæ deditio *g*. Ex diverſo quoque directa actio *h* noxalis eſſe incipit. Nam ſi liber homo noxiam commiſerit, & is ſervus tuus eſſe cœperit (quod quibuſdam caſibus *i* effici, primo libro k tradidimus,) incipit tecum eſſe noxalis actio, quæ antea directa fuiſſet.

1. *Directa actiones qua hic dicantur.*
2. *Capitis diminutionem à delicto non liberare,*
3. *Nemo ſeipſum ad pœnam dedere poteſt.*

ADverſus quos dentur.

a CAPUT. Nocentis *l. quod dicitur*. 58. *De furt.* manumiſſum directæ actiones ſequuntur, *l.* 4. *C. An ſer. pro ſuo fact. poſt manu.*

b SEQUITUR. *L.* 1. §. *ſi apud*. 14. *depoſ. l. qui ex pluribus*. 20. *l. ult. De noxal. act. l. rem*. 21. in fin. *commod.*

c COMMISERIT. Hoc eſt, delicto obligaverit ſe ad noxam, & noxale judicium, *l. quid ſit*. 15. *De ædil. edi.*

d ACTIO ESSE. *L. pen.* in fin. *De nox. act.*

1 *e* DIRECTO. Hinc † apparet, in hac materia directas actiones dici, quæ dantur in perſonam obligatam: & opponi iis, quæ non obligatum, ex alieno facto, puta in patrem & dominum ſuppeditantur.

f TENETUR. *L. quod ab alio*. 15. *De cond. furt. l.* 4. *C. An ſer. pro ſu. fact. l. ſervi*. 14. *De obligat.* quia † capitis minutio non liberat ab obligatione 2 delicti, quæ cum ipſo capite ſemper ambulat, *l.* 2. *l. tutelas*. 7. *De cap. minu.*

g NOXAE DEDITIO. Quia † nemo ſe ipſum 3 ad pœnam dedere poteſt, cum non ſit ſui corporis dominus. *l. liber homo*. 23. *Ad l. Aquil.* ut dixi in Parat. *titul. De fidejuſſ. & de queſtio.*

h DIRECTA ACTIO. Hic apertiſſimè directam actionem opponit noxali.

i QUIBUSDAM CASIBUS. Ut dolosa venditione.

k PRIMO LIBRO. *Tit. De jur. perſona.* in fin.

§. 5. Si ſervus domino noxiam commiſerit.

SI ſervus domino noxiam commiſerit, actio nulla naſcitur *a*. Namque inter dominum, & eum, qui in poteſtate eſt, nulla obligatio *b* naſci poteſt *c*. Ideoque etſi in alienam poteſtatem ſervus pervenerit, aut manumiſſus fuerit: neque cum ipſo, neque cum eo, cujus nunc in poteſtate ſit, agi poteſt *d*. Unde ſi alienus ſervus noxiam tibi commiſerit, & is poſtea in poteſtate tua eſſe cœperit, intercidit actio *e*: quia in eum caſum deducta ſit, in quo conſiſtere *f* non potuit. Ideoque licet exierit de tua poteſtate, agere non poteſt *g*: quemadmodum ſi dominus in ſervum ſuum aliquid commiſerit *h*, nec ſi manumiſſus, aut alienatus fuerit, ſervus ullam actionem contra dominum habere poteſt.

1. Ubi

1. *Vbi nulla obligatio, ibi nulla actio.*

2. *Actio ſemel extincta non reviviſcit.*

QUibus detur, vel non detur hæc actio,

a NULLA NASCITUR. *L.* 1. *C. eod. l. ultim. C. An ſer. pro ſu. fac.*

1 *b* NULLA OBLIGATIO. Et conſequenter † nec actio, vel judicium, *l.* 4. *De jud. d. l. ult.* Remota enim cauſa, removetur effectus. Cauſa autem actionis eſt obligatio, *l. licet.* 42. §. *ea.* 2. *De procurat.*

c NASCI POTEST. Cùm pro uno habeantur, & dominus caput ſervi ſit.

d ADI POTEST. Quia ab initio nulla obligatio, aut actio nata eſt, *l. quod dicitur.* 18. *De furt.* Unde ex facto alienationis, aut manumiſſionis non poteſt poſtmodum exiſtere, cum non ex hiſce factis indifferentibus, ſed ex delictis oriatur.

e INTERCIDIT ACTIO. *L. ſi alienus.* 37. *hoc tit.*

f CONSISTERE. Unde incipere non potuit, *l. quia.* 16. *Ad l. Aquil. l.* 3. *De his quæ pro non ſcrip. l. ſi à me* 11. *De jud.*

g NON POTEST. Quia † actio ſemel extincta non reviviſcit, *l. qui res.* 98. §. *aream.* 6. *De ſolut.* 2

h COMMISERIT. Contrariorum eadem eſt doctrina.

§. 6. Sed veteres quidem hæc

SEd veteres *a* quidem hæc & in filiis familiarum maſculis, & fœminis admiſere *b*. Nova autem hominum converſatio *c* hujuſmodi aſperitatem rectè reſpuendam eſſe exiſtimavit, & ab uſu communi hoc penitus receſſit *d*. Quis enim patiatur filium ſuum, & maximè filiam, in noxam alii dare, ut penè per corpus pater magis, quàm filius periclitetur *e*: cum in filiabus etiam pudicitiæ favor hoc bene excludat? Et ideo placuit, in ſervos tantummodò noxales actiones eſſe proponendas *f*: cum apud veteres legum commentatores invenerimus ſæpiùs dictum, ipſos filiosfam. pro ſuis delictis poſſe conveniri *g*.

1. *Actione noxali libertatem adimi olim potuiſſe.*

AN noxales actiones ex delictis filiorumfam. in parentes dentur,

a SED VETERES. Apud quos jus vitæ, necis, & alienationis in liberos erat, *l. in ſuis.* 11. *De lib. & poſthum. l.* 2. *C. De pat. qui fil. diſtrax.* & omnia à liberis acquirebantur parenti jure poteſtatis tamquam à familiæ corpore, ut ſervo, in princ. ſupr. *Per quas perſon.*

1 *b* ADMISERE. Etiamſi † parentes ſua ſponte libertatem liberis, ut quæ eſſet juris publici, eripere non poſſunt, *l. ultim. C. De patr. poteſt.* Verum ſicut legibus pœnæ ſervis adimitur libertas, ſupr. *De cap. dim.* in prin. *& l.* 2. *ac tot. tit. De pœn.* ita & ex legitima noxali olim actione poterat auferri: præſertim cùm, ut antè dictum eſt, non pleno jure dominium is, cui noxa dedita erat, conſequeretur, & deditus ſe pretio liberare poſſet.

c CONVERSATIO. Quæ paulatim ſeveritatem dominicæ, & patriæ poteſtatis temperavit, ut ſup. *de iis qui ſunt ſui vel alien. jur. & de pat. pot.* dictum eſt.

d RECESSIT. Moribus igitur magis, quàm lata lege videtur obſoleviſſe.

e PERICLITETUR. *L. iſti.* 18. in fine. *Quod met. cauſ.*

f PROPONENDAS. *L. apud.* 21. *C. De furt.*

g CONVENIRI. Qui ſiquidem ſatisfacere nequeant, pater actione civili pecuniaria poterit conveniri *l. noxali.* 33. cum leg. ſeq. *hoc tit. l. filiusfamil.* 15. *De judic. l.* 1. §. *ſi filiusfam. De his qui dejec. vel effud.*

SI QUA-

SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE DICATVR.

Titulus Nonus.

1. *Continuatio.*
2. *Quid, qualis hæc actio.*
3. *Propria.*
4. *Species.*
5. *Cauſa.*
6. *Cui datur, adverſus quem.*
7. *Materia.*
8. *Forma.*
9. *Finis.*
10. *Affinia.*
11. *Contraria.*

ANimalium etiam nomine, quæ non libera, ſed alicujus ſunt, §. *feræ.* 10. ſupr, *De rer. diviſ.* non minus, quàm propter ſervos nocentes, do-
1 mini conveniuntur. Quanquam † enim beſtiæ noxiam non committant, quia delictum ſine προαιρέσεως non fit, *l. 1. C, Si adver. delict, l. pen. De adulter. l. inter.* 46. *l. pignore.* 54. *De furt.* quæ in beſtias non cadit, *l. 1. ſi quadr. pauper. feciſſe dic.* tamen quando nocent alteri, quoad hunc, cui nocitum ſit, res delicto par eſt: ut hoc nomine non quidem noxales, quia noxa nulla ſubeſt, ſed ſimiles omninò actiones in dominum ſint dandæ. Eadem igitur propemodum quoad effectum, quæ ſervorum eſt, & jumentorum in materia noxali cauſa: ut horum quoque ex delictis noxaliter domini teneantur actione lege 12. Tabularum, ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, §. 1. in princip. *hoc tit. l. 1. eod.* quæ lex voluit, aut animal, quod noxiam commiſit, aut æſtimationem noxiæ, hoc eſt, delicti, & damni facti, quaſi ex delicto quadrupedis præſtari, *d. l. 1.* in princ. *eod.* ſeu ut alibi ſummatum verbis ipſius legis fortaſſis effertur, aut noxam, id eſt damnum ſarcire, aut in noxam (hoc eſt, pro damno animal) dedere oportere, *l. 1. §. cum arietes.* 3. *eod.* Ea etiam actio de pauperie vocatur, *§. ult. hoc tit.* & noxalis, *l. 1. §. & cum.* 6. *eod. & hoc tit. §. 1.* verſ. *hæc quidem ad noxalem*, quoniam petitur ut in homine, ſeu ut in actione noxali, *d. l. 1. §. & cum.* 6. in fin. aut noxam ſarcire, aut noxæ dedi oportere animal, quod pauperiem fecit, *d. l. 1. §. cum arietes.* 3. in fin. *eod.*

2 Pauperies † eſt damnum ſine injuria facientis datum: nec enim animal, quod ſenſu, hoc eſt, προαίρεσιν, propoſito animo nocendi, & injuriandi caret, unde injuriæ penduntur, *l. 1. De injuriis. l. qui ea mente.* 63. *De furtis.* poteſt videri injuriam feciſſe, § 1. *hoc tit. l. 1.* in prin. *eod.* Actio de pauperie eſt actio perſonalis, ex *l.* 12. tab. quæ ob damnum ab animali datum competit in ejus dominum, ut aut damnum ſarciat, aut animal, quod
3 nocuit, in noxam dedat. Propria † eadem, quæ noxalis actionis, de quibus ſupra, ut quod diviſionem non recipiat, *l. ſi ſervus.* 27. §. 1. *Ad l. Aquil. l. 1. §. & cum.* 6. in fin. *hoc tit.* quod alternativa *d. l. 1. §. cum arietes.* 3. in fin. non in ſolidum, *l. 1. §. interdum.* 7. *& §. ſi poſt litem.* 8. damni ſcilicet, *l. 1. §. pen. eo.* ſed in ſolidum noxalis actionis, *l. 1. §. & cum.* 6. in fin. verb. *erit in ſolidum noxalis actio. eod.* Rei perſecutoria: ideoque in hæredem tranſiens, *l. 1. §. ultim. hoc tit.* legitima, Cujac. *Ad Paul. lib. 1. cap.* 15. in fine: quia ex lege deſcendit, *l. 1.* in prin. *eod.* Eſt † 4
vel directa ex verbis legis, cum quadrupes pecus nocuit, *l. 1. & paſſim eo.* ve utilis ex ſententia legis, ſi aliud animal, puta ferum, canis, bipes, reptile, piſcis nocuerit, *l. pen. eod.*

Cauſa † ex qua datur hæc actio, eſt, ſi com- 5
mota præter genitalem feritatem beſtia nocuerit, *l. 1. §. 1. eod. & hoc tit. §. 1.* verſic. *hæc autem actio in iis*, quæ contra naturam moventur locum habet, quod ſi genitalis ſit feritas, huic actioni locus non eſt *l. 1. §. in beſtiis.* 4. *eo. hoc tit. d. §. 1.* verſic. *ceterum ſi genitalis*. Directa, ſcilicet. Nam quando fera in dominio eſt alicujus, utilis competit, Paul. *lib. 1. cap.* 15. §. *ultim.* verſ. *prætor. hoc tit. l. 1. §. 1.* verſ. *ſed etſi. §. & generaliter.* 2. *l. 2.* verſ. *ſi quis eo.* Itaque ſi urſus fugit, & tunc nocuit, non poteſt quondam dominus conveniri, quia deſiit eſſe dominus, ubi fera evaſit, *d. l. 1. §. in beſtiis.* Quod ſi recipiat, utique tenebitur hac actione utiliter ſaltem, Paul. *lib. 1. cap.* 15. ubi Cujac. *d. §. ultim.* verſ. *prætor. hoc tit.* jure verò Saxon. detracta noxæ mentione in ſolidum. *Landrecht. lib. 2. art. 40. Sachs differen.* 68. *Reinhard. differ. pæn.* 16. Oportet autem ferociam eſſe ſpontaneam, & ex ſe commotam, *d. l. 1. §. 1.* nam ſi ex alieno inſtigatu, aliæ actiones ſuppetunt, ut l. Aquiliæ, *l. 1. §. 1. eod.* ut ſi cum equum permulſiſſet quis, vel palpatus eſt, calce percuſſit, *d. l. 2. §. 2.* aut alia quadrupes aliam concitarit *d. l. 1. §. 2.* quo caſu in dominum concitantis eſt actio, *d. l. 1. §. 2.* Semper enim in eum, qui damni cauſam dedit, dirigitur hoc actionum genus, *d. l. 1. §. 1. 2. & paſſim, hoc tit.* quia is damnum dediſſe videtur, *l. qui occidit.* 30. *§. ult. Ad l. Aquil.* Nec intereſt, utrum corpore ſuo quadrupes pauperiem dedit: ut ſi equus calce, bos cornu percuſſerit, *l. 1. §. 1. eo.* an per aliam rem, quam teti-

tetigit : ut ſi plauſtro bos obtriverit aliquem, vel alia re dejecta *l.* 1. §. *ſive autem*. 3. *eodem*. aut oous in aliquem onerata quadrupes averterit, *l.* 1. §. 1. *eodem*. Cum arietes, vel boves committuot, & alter alterum occidit, ſi provocans periit, oulla eſt actio, ſin provocatus, agi poteſt, *d. l.* 1. §. *cum arietes*, 5. *hoc tit.* Ex quo ootandum, eum, qui ſe contra aggreſſorem defendit, qnod naturale jus omnibus animantibos inditum eſt, *l.* 4. *Ad l. Aquil.* Cic. *lib.* 1. *offic.* impune evadere, non modo à pœna criminali, *l. is, qui aggreſſorem*. 2. *C. De ſicar.* ſed etiam pecuniaria l. Aquiliæ, vel ſimili, *l. ſi ex plagis*, 52. §. 1. *Ad l. Aquil.* Cæterum ſi quis immiſerit ſe io alterius tabernam, atque ibi ab alligato cane feroce læſus ſit, actionem non habet, *l.* 2. in fin. *eod.* nec enim domi, ſed in publico feram beſtiam in ea parte, qua populo iter eſt, prætor, ſeu ædilis alligari prohibet, *l. qua vulgò*. 42. *De ædil. edict.* & in fin. *hoc tit.* Paul. *lib.* 1. *Senten. cap.* 15. §. 1. Cæterùm ſi à ſoluto læſus ſit, erit actio, nec enim improbum animal ſolutum habere convenit, *d. l.* 2. in fin. At ſi animal, pecus, ut equus, mula, pauperiem fecerit, ubicunque hoc & quomodocumque fiat, erit actio, *l. ultim. hoc tit.* Eſt igitur à parte ageotis cauſa damnum acceptum, *l.* 1. *& tot. tit. eod.* ſeu aliquod intereſſe. *l.* 2. *eo.* à parte rei damoum ab ejus animali datum, & domioum, quod io noxa habet, *l.* 1. §. *in beſtiis*. 4. ver. *non poteſt conveniri*. quia deſiit dominus eſſe, & §. *ultim.* in verb. *ſed eo ju-*
6 *re, quo domini ſunt*, *eod.* Datur † hæc actio cuilibet damnum paſſo. *l.* 1. *& paſſim hoc titulo*: non tantùm domino, ut in Aquilia, *l. item Mela*. 11. §. *legis*. 6. *&* §. *cum cui*. 9. *Ad l. Aquil.* verum & aliis, quorum intereſt: ut commodatario, fulloni: enm enim domino nomine damni in re dati teneaotur, pati damnum à quadrupede, quæ pauperiem fecit, videntur, *l.* 2. *hoc tit.* etiam hæredi, cæteriſque ſucceſſoribus, ut bonorum poſſeſſoribus, *l.* 1. §. *ultim. hoc tit.* utpotè cum ſit rei nimirum damni perſecutoria. Non tamen iis, qni ſua culpa, factove damnum fecerunt, ot qui feram irritarunt, Paul. *lib.* 1. *tit.* 15. in fine. *d. l. item Mela.* §. *item tum*. 5. *Ad l. Aquil.* vel ſe io locum domeſticum, ubi fera alligata eſſet, immiſeroot, *l.* 2. in fin. *hoc tit.* quod ſecus erit in pecude ſoluta, *l. ult. eod.* Datur adverſus dominum quadrupedis, non cujus fuit, *l.* 1. §. *in beſtiis*. 4. *eod.* etiam cum noceret, *d. l.* 1. §. *& cum*. 6. ſed cujus nonc eſt, *d.* §. *& cum*. 6. & quidem ſi plurium ſit aoimal, adverſus ſingulos in ſolidum, *d. l.* 1. §. *& cum*. 6. quoniam noxalis eſt actio, *d.* §. *& cum* io fin. Noxæ autem dedi partim nequit, ſed in ſolidum oportet, *l. ſi ſervus*. 8. *De noxal. act.* In ſolidum ergo quiſque conventus condemnatur, ſic tamen, ut competente actione, quicquid ſociorum nomine præſtiterit, conſequi ab iis poſſit, *d. l. ſi ſervus*. Adverſus hæredes, cæteroſque ſucceſſores, ut bonorum poſſeſſores, fideicommiſſarios univerſales, noo jure ſucceſſionis, ſed eo jore, qoo domini ſunt, competit, *l.* 1. §. *ult.* in cuſtodem non datur hæc actio noxalis, qnia à domino pendet, *l.* 1. §. *fi. hoc tit. l. pen. De noxa. act.*

ſed vel Aquiliæ, *l.* 1. §. 5. ver. *tenebitur*, qui canem tenebat, vel extraordinaria pro modo amiſſi. Paul. *lib.* 1. *Sent. tit.* 15. Materia † hujus 7
actionis eſt damnum, ſive pauperies, & paſtus pecoris. Paul. *lib.* 1. *Sentent. ca.* 15. *l. qui ſervandarum*. 14. §. *ult. De præſcriptis verb.* de quo lex ſeorſim locuta eſt, quia paſcere propriè noo eſt damoum dare, ſed uti, *l. qui occidit*. 30. §. *ſi quis alienum*. 2. *Ad l. Aquil.* Nec intereſt, qua in re damnum datum ſit, utrum in homine, *l.* 1. §. 1. cum ſequent. *l.* 2. *l. ult. eod.* ſervo, ao libero, *l.* 3. *eod.* in quo noo deformitatis ratio habetur, nec enim liberum corpus æſtimatiooem recipit ſed impenſarum curationis & operarum amiſſarum, *l.* 3. *eod.* an animali, *l.* 1. §. *cum arietes*. 5. *eod.* an verò rei inanimatæ, *l.* 2. verb. *ei cui res commodata*. *eod.* Nec iotereſt effectu, cujuſmodi ſit animal. Quamvis enim lex. 12. tantum de quadrupede pecude loquatur, Cojac. ad Paul. *lib.* 1. *tit.* 15. quo nomine canis oon comprehenditur, *l.* 2. *Ad l. Aquil.* multò mious beſtia, *d. l.* 2. *l.* 1. §. *in beſtiis*. 4. *hoc tit.* & hic, §. *cæterum*. 2. tamen pòſt lege Peſuliana, Paul. præall. loco, ad canem idem extenſum eſt, *l.* 1. §. 1. ver. *ſed etſi canis l.* 2. verſ. *à cane feroce. eo.* & utiliter, ad quod vis animal, quod pauperiem fecit, *l. pen. eo. & hoc tit.* in fin. ver. *prætor has autem*. Venit io hanc actionem aut litis, hoc eſt, damni, quod in lite petitur, æſtimatio, aut noxæ deditio, *d. l.* 1. §. *cum arietes*. 5. *eodem*. aut actionis ceſſio, *d. l.* 1. §. *penult.* impenſæ, & curationes factæ, & operæ amiſſæ, *l.* 3. *hoc titul.* Forma † actionis eſt, ut pe- 8
tatur aot noxam, hoc eſt damoum ſarciri, aut noxam, hoc eſt, pœnæ, quod oocuit animal dedi oportere, *d l.* 1. §. *cum arietes*. 5. §. *interdum*. 7. *eo.* Noxæ enim dedere eſt animal tradere vivum, *d. l.* 1. §. *& cum* 6. Interdum tamen (nam regulariter, ut dixi, contra eſt, quod & particula, *interdum*, indicat, quæ denotat, regulam eſſe incontrarium, Coraſ. *l. admonendi*. 31. ver. *interdum. de jurejurando*) io ſolidum domious io hoc convenietur (aliàs ergo coovenitur alternativè) purè, ut noxæ dedat, aliàs ut ſolidum præſtet: utpotè ſi in jure, hoc eſt, ad tribunal prætoris interrogatoriis actionibus, de quibus *tit. De interrog. act.* interrogatus, an ſua quadrupes ſit, reſponderit non eſſe ſuam, *l.* 1. §. *interdum*. 7. *eo.* quod etſi alternativè ſit actum, tamen ſi poſt dolus, vel mendacium comperiatur, poterit id durante judicio argui, ut condemnatio in ſolidum conſequatur, *l.* 4. §. *ult. De noxal. act.* ſicut cootrà, ſi purè ob frandem actum ſit, licet durante judicio pœnitere, & ad noxalem cauſam, hoc eſt, alternativam redire, *d. l.* 4. §. *ult. De noxal.* Finis † ut aut in ſoli- 9
dum aut ſaltem pro æſtimatione corporis, noxæ damnum reſarciatur, *l.* 1. *& paſſim hoc tit.* Effectus congruit actioni, ut ſi ea fuerit probata, condemnetur, reus noxam ſarcire, aut noxæ dedere, *d. l.* 1. §. *cum arietes*. 5. vel etiam in ſolidum damni propter mendacium, *d. l.* 1. §. *interdum*. 7. *eo.* *l.* 4. §. *ultim. de noxal. act.* vel ſi poſt litem conteſtatam ab aliqoo animal occiſum ſit: quoniam enim tum noxæ dedendo facultatem dominus ami-

ſit,

Digitized by Google

ſit, nam dedere eſt vivum dedere, *l.* 1. §. *& cum*
6. *eod.* debebit litis, hoc eſt, damni æſtimationem
ferre, aut actionem mandara contra illum, qui oc-
10 cidit, *l.* 1. §. *ſi poſt.* 8. *eod.* Affinis † eſt actio *l.*
Aquiliæ, ſi fortè alicujus inſtigatu, val culpa qua-
drupes damnum dederit, *l.* 1. §. 1. *eod.* aut actio
in factum in eum, qui non ſuo corpore damnum
dedit, ſed beſtiæ ad damnum concitando cauſam
dedit, *l.* 1. §. *& generaliter*. 2. *eo.* Item actio ædi-
litia in duplum damni dati à caue, vel fera, quę
ſit ibi habita, ubi vulgò iter fit, §. *cæterum*. 2. *hoc
tit. l. qua vulgò*. 42. *De ædil. edict.* aut in quau-
tum bonum, & æquum judici videbitur: ſi libero
homini, cujus corporis damnum æſtimationem non
recipit, ſicut nec corpus ipſum, *l.* 3. *hoc tit. l. li-
ber*. 13. *Ad l. Aquil.* nocitum ita fuerit, *d.* §. *cæ-
terum d. l. qua vulgò*. Paul. *lib.* 1. *Sentan. tit.* 11. 15. §.
1. Et hoc nomine extraordinaria actio pro modo
admiſſi datur, maximè ſi ex eo homo perierit,
vel læſus fuerit, Paulus præalleg. loco, & ibi
Cujac. quamquam hæc de pauperie quoque locum
habeat, ut hic dicitur in fine. Præſto ſunt igitur
triplicis generis actiones ex hac cauſa, 1. legiti-
mæ, ut hic *l.* 1. *eod.* & Aquilia *l.* 1. *& paſſim eod.*
§. *ſunt autem*. 3. ſup. *tit. prox. l.* 2. §. 1. *De no-
xal. action.* 2. & extraordinariæ, Paulus *d. tit.*
15. *lib.* 1. & ſubſidiariæ, *l. quia*. 11. *De præſcript.
verb.* ut in factum. *l.* 1. §. *& generaliter*. 2. *eo.* 3.
& ædilitiæ, *d. l. qua vulgò. d.* §. *cæterum*. Neque
verò hæ actiones quamvis pœnales aliæ alias con-
ſumunt, §. *ult. hoc tit. l.* 2. *De privat. delic. l. nun-
quam*. 60. *De oblig. & act. l. nunquam*. 130. *De reg.
jur.* Contraria † ſunt, ſi animal, quod nocuit, an- 11
te litem conteſtatam deceſſerit: extinguitur enim
hæc actio, *l.* 1. §. *& cum*. 6. quia alternativæ e-
jus locus aſſe non poteſt, ſcilicet aut noxam ſar-
cira, aut noxæ dedere, *l.* 1. §. *cum arietes*. 5.
in fin. Non anim dedi mortuum poteſt, noxæ enim
dedere eſt animal tradera vivum, *d. l.* 1. §. *&
cum*. 6. Quod ſi verò purè intenderet Actor da-
mnum reſarciri oportere, jam plus cauſa contra
naturam hujus actionis peteret, *d. l.* 1. §. 5. &
proinde cauſa ſecundum jus hoc vetus caderet, §.
huic autem. 31. ſup. *De action.* aut ſaltem ab agendo
repelleretur, *l.* 1. *C. De plus petitionibus*, ubi dixi:
niſi ipſius dolo, vel culpa interfectum ſit: tum
enim detracta noxæ mentione in ſolidum erit a-
ctio, ſive id ante, ſive poſt litem conteſtatam fiat,
l. ſi ex legati cauſa. 23. *De verb. oblig.* Quod ſi ab
alio occiſum fuerit, debebit dominus, aut æſti-
mationem litis ſolvere, aut actionem Aquiliæ
mandare agenti, contra eum, qui interfecit, *l.* 1.
§. *pen. eod.* Denique ſi dominium animalis ſine dolo
ſit amiſſum *l.* 1. §. *in beſtiis*. 4. *eodem.* in verb. *non
poteſt quondam dominus converniri, quia deſinit domi-
nus eſſe*.

HUjus Tituli duæ ſunt partes.
1. Actionem noxalem civilem continet. §. 1.
2. Actionem noxalem ædilitiam exhibet. §. 2.

§. 1. Animalium nomine.

ANimalium nomine, quæ ratione carent *a*, ſi qua laſcivia, aut fervore, aut feritate, pauperiem *b* fecerint: noxalis actio, lege duodecim Tabularum prodita eſt *c*. Quæ animalia ſi noxæ dedantur, proficiunt Reo ad liberationem: quia ita lex duodecim Tabularum ſcripta eſt. Hæc autem actio in iis, quæ contra naturam moventur, locum habet *d*: utputa, ſi equus calcitroſus calce percuſſerit, aut bos cornu petere ſolitus petierit. Cæterùm ſi genitalis ſit feritas, ceſſat actio *e*. Denique ſi urſus fugit à domino, & ſic nocuit, non poteſt quondam dominus conveniri, quia deſiit dominus eſſe, ubi fere évaſit *f*. Pauperies *g* autem eſt damnum ſine injuria facientis datum *h*. Nec enim poteſt animal injuriam feciſſe dici, quod ſenſu caret *k*. Hæc quidem ad noxalem actionem pertinent.

1. *Actio, ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, duplex: ejus origo. num.* 2.

3. *Feritas genitalis facit ceſſare hanc actionem.*

a NOxalium † actionum in numero eſt & iſta, §. 1. in fine. *hoc tit.* Quemadmodum enim ſuperiores ob noxam ſervi, ſic hæc ob noxam quadrupedis in dominum datur, ut aut damnum reſarciat, aut quadrupedem noxæ dedat. Ea porrò exemplo ſuperiorum, duplex eſt: aut legitima, ut ex l. 12. aut honoraria, ex edicto: de utraque ordine tractatur.

a RATIONA CAREENT. Nam rerum inanimatarum nomine hac actioue non agitur, ſed de damno infecto, *de his qui dejec. vel effud. &c.*

b PAUPARIEM. De damno quoque, & paſtu datam actionem, ex l. 12. oſtendit Paulus *lib.* 1. *Sent. cap.* 15. *l. qui ſervandarum*. 14. §. *ultim. De*

præſcrip, verb. Hodie hoc nomine agitur ex *l. ult. C. De leg. Aquil.*

c Prodita Est. Vide *ff. ſi quadrup. paup. fe-*
3 *ciſſe*. Sumpta † autem videri poteſt ex legibus Atticis, quarum Plato facit mentionem in *lib. De Legib*, 11. & Plutarch. *in Solone*.

d Locum Habet. *L.* 1. *ff. eo.*

e Cessat Actio. Directa: datur tamen utilis,
2 *d. l.* 1. Quia † ſimul atque cuſtodiam evaſerunt, ſui juris ſunt, ut in priorem dominum dari actio non poſſit: quòd ſi hæ tamen feræ negligentius aſſervatæ damnum dederint, parata eſt ex edicto actio, in *§. ſequent.*

f Fera Evasit, *§. fera*. 10. cum ſeq. ſup. *De rer. diviſ. l.* 1. *§.* 4. *hoc tit. l.* 3. 4. 5. *De acq. rer. dom.* & quia jam noxæ dedi nequit: quod jus in his actionibus domino auferri nec poteſt, nec debet *§.* 1. verſ. *ſumma autem.* ſup. *De nox. actio.*

g Pauperies. Verbum *l.* 12.

h Datum. *L.* 1. *eod.* Olim tamen videtur arctior fuiſſe ſignificatio. Paulus *lib.* 1. *tit.* 11.

i Quod Sensu. Animo injuriæ, προαιρέσει, intellectu & voluntate. Utriuſque enim actio in injuria facienda, concurrat oportet, *l.* 1. *De injuriis*.

k Caret. *L.* 1. *§.* 1. *ff. eod.*

§. 2. Cæterùm ſciendum eſt.

Æterùm ſciendum eſt, ædilitio edicto prohiberi *a* nos canem *b*, verrem, aprum, urſum, leonem ibi habere, quà vulgò iter fit. Et ſi adverſus ea factum erit, & nocitum libero homini eſſe dicitur: quanti bonum, & æquum judici videtur, tanti dominus condemnetur *c*: cæterarum rerum, quanti damnum datum ſit, dupli *d*. Præter has autem ædilitias actiones, & de pauperie locum habebit *e*. Nunquam enim actiones præſertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam conſumit *f*.

1. Actiones pœnales concurrentes de eadem re, ſe invicem non perimunt: & quatenus.

1 De actione † altera, videlicet honoraria, quæ ob pauperiem quadrupedis datur,

a Ædilitio Edicto. *L. qua vulgo*. 42. *De ædil. edict.* Nam publicarum viarum cura, & commeatus ad horum officium, & inſpectionem pertinebat.

b Canem. Lex 12. tantùm de pecore, non de beſtiis, aut canibus loquitur, *l.* 1. *§. in beſtiis*. 4. *ſi quadr. paup.* Paul. *lib.* 1. *cap.* 15. ideo novis legibus, & edictis hac in parte opus fuit. Paulus *d. cap.* 15.

c Condemnetor. *D. l. quà vulgò*, junct. *l.* 3. *ſi quadrup. paup.*

d Dupli. *D. l. quà vulgo*.

e Locum Habebit. Quando ceſſant rationes ſupra poſitæ: ſcilicet cum fera non evaſit poteſtatem domini, & deditioni noxæ locus eſſe poteſt, ut in cane ſoluto, qui damnum dedit, *l.* 1. *§.* 2. *&* *§.* 3. *l.* 2. *ſi quadr. paup.* aut apro, leone, minus diligenter, ne noceret, cuſtodito. Nam poſt novas leges & edicta, de pauperie actio ex l. 12. hac interpretatione producta eſt: ſcilicet cum quadrupes adhuc in domino eſt, dedi poteſt.

f Alia Aliam Consumit. Quoad electionem. *l. penult. De priva. delict. l. nunquam*. 13. *De reg. jur.* quoad ſolutionem, alia aliam conſumit, *l. qui ſervum*. 34. *De obl. & act.* præſertim, ſi ad eundem finem, nempè pœnam, ambæ tendant, *l. ult. De injur.*

DE IIS PER QVOS AGERE POSSVMVS.

Titulus Decimus.

1. *Continuatio.*
2. *An & quatenus olim alieno nomine agi potuerit.*
3. *Cur hodie alieno nomine rectè agatur.*
4. *Quid ſit procurator.*
5. *Genera.*
6. *Quomodo conſtituatur.*

1 Uoniam † explicatum eſt de actionibus, quibus debitor ſuo, vel alieno nomine conveniri poteſt, conſequens jam eſt exponere, quomodo quis vel ſuo, vel alieno nomine agere, & actiones, de quibus
2 dictum eſt, exercere poſſit, Ac † olim quidem in uſu fuerat: Neminem alterius nomine agere poſſe: *De*rant enim actiones ſolemnes *l.* 2. *§. his legibus*. 2. *e. orig. juris, l.* 1. 2. *C. De form. & impet. act. ſublat.* Quod genus alieno nomine non rectè pangitur, *l. nemo alieno*. 123. *De reg. juris*: niſi ageretur pro populo, ſicut Syndicus agit, *l.* 1. *& tot. tit. quod. cujuſque uni-*

univerſ. Cic. in *Divinat.* ſeu pro jure publico, cu-
jus oomine popularem eſſe actionem publicè inte-
reſt, *l.* 2. §. *hoc interdictum.* 21. *ne quid in loco pu-*
blico l. 1. §. *interdictum.* 2. *De via publ. l.* 1. §. *in-*
terdictum. De loc. publ. fru. l. ſi quis. 10. *C. De E-*
piſc. & Cler. l. 3. §. *ult. De oper. nou. nunc. l. ſi quis*
7. *De juriſd.* Nam Reipubl. prodeſt quamplurimos
ad defendendam ſuam cauſam admitti , *l.* 4. *De*
oper. nou. nunc. Aut niſi ageretur pro libertate: quæ
ſicut communis eſt . *l.* 4. *De juſt. & jur.* & omoi-
bus rebus favorabilior, *l. libertas.* 122. *De reg. jur.*
ſic etiam pro libertate actio quodammodo, *l.* 1. 2.
3. *De lib. cauſ.* unde aſſertores & lites aſſertoriæ ,
l. 1. *l.* 2. *C. De aſſert. tollen.* Aut niſi pro tutela li-
tigaretur: quo nomine totorio licet etiam infami-
bus agere , qui alias poſtulare prohibentur , *l.* 1.
circa finem, cum legib. ſeq. *De poſtulan.* Sed etiam
aliis favore pupillorum tanquam populari actione
agere licet , §. 2. ſupr. *De ſuſp. tutor. l.* 1. *ff. eod.*
l. 1. §. *ſuſpecti.* 7. *Ad S. C. Turpil.* Præterea lege
Hoſtilia , quam Aulus Hoſtilius (unde nomen eſt)
conſol cum A. Attilio anno ab urbe condita 580.
tulit, permiſſum erat furti agere eorum nomine,
qui apud hoſtes eſſent, aut Reipubl. cauſa abeſ-
ſent , quive in eorum cujus tutela eſſent, §. 1.
verſ. *prauterea. hoc tit.* Nam publicè utile eſt abſen-
tium , præſertim Reipubl. cauſa , res defendi à
qoibuſcunqoe, *l. ſervum.* 33. §. *publicè.* 2. *De procu-*
3 *rator.* Sed † quooiam oon minimam incommodita-
tem habebat , qood alieno nomine neque agere ,
nec excipere actionem licebat , contra ratiooem
d. l. ſervum. §. 2. *De procurat. l. ſervus.* 7. *De ſerv.*
exportan. l. non tantùm. 6. *De appellat.* cœperunt ho-
mines per procuratores litigare. Nam & morbus,
& ætas, & neceſſaria peregrinatio, itemqoe aliæ
multæ cauſæ ſæpè multis impedimento ſunt, qoo-
minus rem ipſi ſuam exequi poſſint , ut hic dici-
4 tur, & *l.* 5. *De oblig.* Procurator † eſt , qui alie-
na negotia mandato domini adminiſtrat , *l.* 1. *hoc*
tit. De procur. Cuicnnque enim permiſeris rem tuam
agere, quæ partes actoris ſunt : aut defendere ,
quod reorum eſt, is tutus procurator intelligitur,
§. *ult. hoc tit.*
Cui † verò omniom rerum mandata eſt admini- 5
ſtratio, ut *l. procurator.* 58. *l. mandato.* 60. (in qua
pro *decidendi* , rectè legit Cujac. ſop. *ad tit.* 1. in
lib. ſecundi , diminuendi) *De procurator.* is olim legi-
timus dicebatur. Cicero *pro Cæcinna*: qui pro præ-
ſeote litigabant cognitores: Paulus *lib. Sentent.* 1.
tit. 2. qui ſine mandato curant aliena , vocantur
extra judicium negotiorum geſtores. *tot. tit. ff.* Ex
C. De negot. geſt. l. 4. 5. *De obligat.* io judicio , de-
fenſores , *l. non ſolùm.* 39. cum multis legib. ſeq.
De procurat. vel quaſi defenſores, *l. Pomponius.* 40.
l. Plautius. 61. *De procurator.* in quos ooo datur a-
ctio judicati , *l. ſi procurator.* 28. in fin. *De procur.*
Cujac. ad Paul. Procurator neque certis verbis da-
tur, Paul. *lib.* 1. *tit.* 2. oec † præſente ſemper ad- 6
verſario: imò & eo plerunque ignorante ; ut hic
dicitur. Non enim actus judicialis eſt, ſed priva-
tus cootractus mandati , qui inter dominum , &
procuratorem ſolo conſenſu conſtituitur , *l. licet.*
4. 2 §. *ea.* 2. *De procurat. l. ſi procuratorem.* 8. *& paſ-*
ſim, ff. Manda. ut ſolemnibus verbis, vel alterius
interventu , vel citatione noo ſit hìc opus , ſicut
in judicialibus , *l. à procedente.* 4. *C. De dilat. l. de*
unoquoque. 47. *De re judic. l. nam ita.* 39. *De adopt.*
quanquam ſolitum eſt coram adverſario qooque
procoratorem conſtituere vel adacta, §. *ſin autem.*
4. infr. *De ſatiſd.* vel coram notario . Specul. *De*
pro. §. *ratione autem formæ. num.* 89. vel miſſis ea de
re ad antagoniſtum literis, *l. ſi procuratorem.* 65. *De*
procur. ubi Bart. & Caſtrenſ. Specul. *præalleg. loc.*
num. 13. Tutores etiam alieoo nomine aguot , ſi-
cut & curatores, *l. furti.* 6. §. 1. *De his qui notan.*
infam. l. 1. §. *ult.* cum legib. ſeq. *De poſtulan.* & ſyn-
diei, *l.* 1. *& tot. tit. quod cujuſque univer.* de qoi-
bus ſuo loco dictum.

Hic Titulus duabus partibus triumphat.
1. An liceat per procuratorem litigare. §. 1.
2. De forma procuratoris conſtituendi. §. 2.

§. 1. Nunc admonendi ſumus.

Nunc admonendi ſumus , agere poſſe quemlibet hominem , aut ſuo nomine , aut alieno *a*. Alieno , veluti procuratorio , tutorio , curatorio : cum olim in uſu fuiſſet , alterius nomine agere non poſſe , niſi pro populo , pro libertate , pro tutela *b*. Præterea lege Hoſtilia *c* permiſſum erat, furti agere eorum nomine, qui apud hoſtes eſſent, aut reipubl. cauſa abeſſent , quive in eorum cujus tutela eſſent. Sed quia hoc non minimam incommoditatem habebat , quod alieno nomine neque agere , neque excipere actionem licebat: cœperunt homines per procuratores *d* litigare *e*. Nam & morbus, & ætas, & neceſſaria peregrinatio, itemque aliæ multæ juſtæ cauſæ *f* ſæpè hominibus impedimento ſunt, quo minus rem ſuam ipſi exequi poſſint.

a AUT ALIENO. *L.* 1. *& tot. tit. de poſtuland.*

b PRO TUTELA. Gell. *lib.* 1. *cap.* 20, Quintil. *lib.* 2. *cap.* 17.

c LEGE HOSTILIA. Lata ab Hoſtilio conſ. eujus collega fuit C. Atilius, anno urbis 580.

d PER PROCURATORES. Procurator eſt, qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat. *l.* 1. *de procur.*

e LITIGARE. *L.* 1. *De procurat.* & ex hoc uſu, ſeu facto, jus iſtud eſt ortum, ut fit plerunque, *l. de quib.* 32. *de legib.* Actiones itaque privatæ, & exceptiones, de quibus hic agitur, rectè inſtituuntur per procuratorem, non actiones legis. Nemo enim alieno nomine lege agere poteſt. *l. nemo.* 123. *De reg. jur.* ut manumittere, emancipare, adoptare, acceptum ferre. *l. & per jusjurandum.* 13. *§. tutor.* 10. *De accept.* hæreditatem adire, *l. procuratorem.* 90. (*al. l. per curatorem.* 90.) *De acquir. hæred.* ſervum optare, tutorem dare, *l. nec mandante.* 8. *De tut. & cur. dat. ab his.* ſunt enim actiones legis, *l.* 3. *De offic. proconſ.* ſeu ut alibi dicitur, actus legitimi, *l. actus.* 77. *De reg. jur.* ubi hæ ſpecies legitimorum actuum recenſentur, & apud Paul. *lib.* 2. *Sentent. titul.* 22.

f JUSTAE CAUSAE. Impulſivæ.

§. 2. Procurator neque certis verbis.

Procurator neque certis verbis, neque præſente adverſario, imò & plerunque eo ignorante *a* conſtituitur *b*. Cuicunque enim permiſeris rem tuam agere, aut defendere: is tuus procurator intelligitur *c*. Tutores, & curatores quemadmodum conſtituantur, primo libro expoſitum eſt.

1. Qui actum impedire nequit, ejus voluntas aut ſcientia non eſt neceſſaria. *2. Procurator quis.*

De forma conſtituendi procuratoris.

1 *a* IGNORANTE. Nam † qui actum impedire nequit, ejus voluntas aut ſcientia non eſt neceſſaria.

b CONSTITUITUR. Per nuncium, epiſtolam ex conſenſu. *l.* 1. *l. ſi procuratorem.* 65. *De procurat.*

c INTELLIGITUR. Hinc † conſtitui poteſt definitio: Procurator eſt adminiſtrator, cui permiſſa eſt rei alienæ actio, aut defenſio. 2

DE SATISDATIONIBVS

Titulus Decimus Primus.

1. Continuatio tituli: & quid ſatiſdare & ſatiſdatio, item quotuplex: & diſpoſitio tituli.

1 Cum † alieno nomine ſine ſatiſdationibus agi nequeat, ſequens fuit etiam ſatiſdationum cautiones, quas præſtant, qui alieno nomine agunt, aut conveniuntur, explicare. Satiſdare eſt idoneè cavere, datis fidejuſſoribus. Satiſdatio eſt cautio pro eo, quod à nobis petitur, aut debetur, quæ fit datis fidejuſſoribus *l.* 1. *qui ſatiſd. cog. l. ſancimus.* 3. *C. De verb. ſignif.* Satiſdatio eſt etiam pignorum præſtatio. *l. promiſſor.* 21. *§. ult. De conſtit. pecun.* & interdum nuda repromiſſio, *l. ſatiſdationis.* 61. *De verb. ſignif.* Gloſſ. in *l.* 5. *De petit. hered.* latè Socin. *conſ.* 127. *vol.* 3. Satiſdatio porrò aut judicialis eſt, aut extrajudicialis eſt, Specul. *De ſatiſdat. §. eſt quoque.* De ſatiſdationibus duntaxat judicialibus hoc loco agitur, quia de actionibus & judiciis hìc tractatio eſt inſtituta. Ac primùm exponitur, quis fuerit vetus ſatiſdandi mos: deinceps, quomodo hodie ſatisdationes in judiciis præſtentur. Et quia judicia aut realia ſunt, aut perſonalia: ideo quæ ſatisdationum forma in realibus (nam hæc natura priora ſunt) fuerit olim obſervata, principio explicatur: poſt quæ in utroque judiciorum genere, tam realibus, quam perſonalibus hodie ſervetur, ſubjunctum eſt.

DUæ ergo ſunt hujus tituli partes.
1. Formam ſatiſdationis ſecundum jus antiquum exhibet, §. 1. 2.
2. Formam ex jure novo, §. 3. 4. 5. & 6.

§. 1. Satiſdationum modus.

Satiſdationum modus alius antiquitati placuit, alium novitas per uſum amplexa eſt. Olim enim ſi in rem agebatur *a*, ſatiſdare *b* poſſeſſor compellebatur: ut ſi victus nec rem ipſam reſtitueret, nec litis æſtimationem: poteſtas eſſet petitori, aut cum eo agendi, aut cum fidejuſſoribus ejus *c*, quæ ſatiſdatio appellatur, *judicatum ſolvi*. Vnde autem ſic appelletur, facile eſt intelligere *d*. Namque ſtipulabatur quis, ut ſolveretur ſibi, quod fuiſſet judicatum *e*. Multò magis *f* is, qui in rem actione conveniebatur, ſatiſdare cogebatur *g*, ſi alieno nomine judicium accipiebat *h*: ipſe autem, qui in rem agebat, ſi ſuo nomine petebat, ſatiſdare non cogebatur *i*: procurator verò, ſi in rem agebat, ſatiſdare jubebatur k, ratam rem *l* dominum habiturum *m*. Periculum enim erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur. Tutores verò, & curatores eodem modo, quo & procuratores ſatiſdare debere, verba edicti faciebant *n*. Sed aliquando *o* his agentibus *p*, ſatiſdatio *q* remittebatur *r*.

1. *Satiſdationum judicialium tres ſpecies.*

a IN REM AGEBATUR. Etiam interdicto, *l. 1. C. De interdict.*

b SATISDARE. Judicatum ſolvi, ut ſequitur, *l. ſi petitor*. 8. *& tot. tit. judicat. ſol. l. ſi eum hominem*. 33. *De fidejuſſor.* Tres † præcipuæ ſunt judicialium ſatiſdationum ſpecies: videlicet judicio ſiſti, de qua in tit. *Qui ſatiſd. cogan.* rem ratam haberi, hoc eſt, habitum iri, ut paulò pòſt exponit, in verb. *habiturum*. ſeu de rato, de qua in tit. *rem rat. hab.* & judicatum ſolvi, de qua *ff. Judicat. ſolv.* quibus locis *in Paratit.* nonnihil hac de re diximus.

c FIDEJUSSORIBUS EJUS. *L. 3. judic. ſolv. l. 5. C. De fidejuſſor.*

d INTELLIGERE. Conveniunt rebus nomina ſæpè ſuis. ſup. *De donat. §. pen.*

e JUDICATUM. Sed & clauſulam de re defendenda, & de dolo malo continebat, *l. 6. judicat. ſolv.*

f MULTO MAGIS. Argumentum à majore ad minus.

g COGEBATUR. Etiam de rato. *l. Pomponius*. 40. *§. ſed & ſi*. 2. *De procur.*

h ACCIPIEBAT. *L. Pomponius*. 40. §. 2. *l. qui proprio*. 46. §. 2. *De procurat.*

i NON COGEBATUR. Utpotè dominum ſe intendens: qui ſatiſdare agendo non tenetur. *l. vulgò*. 23. *De adm. tutor.*

k SATISDARE JUBEBATUR. *L. 1. l. quo enim*. 12. §. 1. *rem rat. hab.*

l RATAM REM. Hoc eſt litem, cauſam, quæ ageretur.

m DOMINUM HABITURUM. Altera ſatiſdationis judicialis ſpecies.

n VERBA EDICTI FACIEBANT. Quæ extant in *l. ſervum*. 33. §. 3. *De procurat.*

o SED ALIQUANDO. Cùm conſtabat de tutela illi commiſſa. *l. interdum*. 56. §. 3. *De furt. d. l. vulgò*. 23. *De adm. tutor.*

p HIS AGENTIBUS. Non etiam defendentibus. *d. l. ſervum*. §. 3.

q SATISDATIO. Rem ratam dominum habiturum, quæ ab agentibus alieno nomine exigi ſolet.

r REMITTEBATUR. Tanquam dominis. *d. l. vulgò*. 23.

Digitized by Google

§. 2. Hæc ita erant.

HÆc ita erant, ſi in rem agebatur. Si verò in perſonam, ab Actoris quidem parte eadem obtinebant *a*, quæ diximus in actione, qua in rem agitur: ab ejus verò parte, cum quo agitur, ſiquidem alieno nomine aliquis interveniret, omnimodò *b* ſatiſdaret *c*: quia nemo defenſor in aliena re, ſine ſatiſdatione, idoneus eſſe creditur *d*. Quòd ſi proprio nomine aliquis judicium accipiebat in perſonam, *judicatum ſolvi* ſatiſdare non cogebatur *e*.

1. Defenſor alterius quatenus in realibus, & perſonalibus ſatiſdare teneatur. & ratio, num. 2. & quid de agente proprio nomine, num. 3.

EXpoſitus eſt mos ſatiſdandi vetus in realibus: ſequitur de antiquo ritu ſatiſdationis, in actionibus perſonalibus.

a Obtinebant. Ut qui nomine ſuo ageret, nihil caveret: qui alieno, rem ratam dominum habiturum ſatiſdaret. *l. ſervum.* 33. in fin. *De procurat. l.* 3. §. 2. ut in *poſſ. leg. l. ne ſatiſdatio.* 21. *rem ratam hab.*

b Omnimodo. *L.* 5. in fin. *Quib. ex cauſ. in poſſeſſ.*

1 *c* Satisdaret. Non † modò judicatum ſolvi, *d. l. ne ſatiſdatio. l.* 1. *C. De ſatiſdat.* ſed etiam rem ratam haberi in realibus, niſi de mandato conſtaret; in perſonalibus verò, judicio ſiſti. *l. de pupillo.* 6. §. *penult. & ult. De oper. nov. nunc. l. ſi ad* 10. *judic. ſolv.* niſi cum dominus poterat retractare quod actum eſſet: quo caſu etiam de rato erat cavendum. *l. ſed & hæ.* 35. §. *ult.* cum leg. ſequ. *De procurat.*

d Idoneus Esse Creditor. Notanda † eſt hæc regula, quæ latè patet, & uſum magnum habet. *l. qui proprio.* 46. §. 2. *l. non videtur.* 53. *De procurat. l. in eo.* 110. §. 1. *De reg. jur. l.* 1. *C. De ſatiſdat.* §. *ult.* inſ. *eod.* 2

e Non Cogebatur. *L. hæc autem.* 5. *Quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* non † enim alienando rem æquè poterat actione judicati liberari, atque is, qui in realibus rem poſſidere deſiiſſet, cui propterea ſatiſdationis onus, ut dictum eſt, incumbebat. 3

§. 3. Sed hodie hæc aliter obſervantur.

SEd hodie hæc aliter obſervantur, ſive enim quis in rem actione convenitur *a*, ſive in perſonam ſuo nomine, nullam ſatiſdationem pro litis æſtimatione *b* dare compellitur: ſed pro ſua tantùm perſona *c*, quòd in judicio permaneat uſque ad terminum litis, vel committitur ſuæ promiſſioni cum jurejurando *d*: (quam juratoriam cautionem vocant) vel nudam promiſſionem *e*, vel ſatiſdationem pro qualitate perſonæ *f* ſuæ *g* dare compellitur *h*.

1. Clerici abſque jurejurando repromittunt.

QUemadmodum hodie ſatiſdari tàm in reali, quàm in perſonali judicio oporteat: & primùm, quomodo ſatiſdet is, qui nomine ſuo experitur.

a Actione Convenitur. De eo, qui agit ſuo nomine, nihil adjicit, quia is nec olim, neque hodie ſatiſdare tenetur.

b Litis Æstimatione. Hoc eſt, judicatum ſolvi, quæ litis æſtimationem continet. *l.* 2. §. *voluntate*, eum ſequent. *l. ubi.* Raph. Cuman. *ſol. matrim.*

c Sua Persona. Satiſdationem ſcilicet dare compellitur judicio ſiſti. *tot. tit. Qui ſatiſd. cog.* ubi dixi, ſiquidem res ſolvi nullas poſſideat, quemadmodum paulò pòſt indicabitur.

d Jurejurando. Ut qui per inopiam præſtare aliam ſatiſdationem nequeunt, §. *neceſſarium.* in Auth. *Ut nulli jud. l. ult.* ubi DD. *Qui ſatiſd. cogan.* & in *l.* 4. *C. De uſufr.* nam talis exigitur cautio, qualis à Reo præſtari poteſt. Gloſſ. in *c. Ex parte.*

23.

23. verb. *contumacia*. *De verb. ſignif.*

e Nudam Promissionem. Ut qui immobilia poſſidet. Gloſſ. ad verb. *non compelli*. & DD. in *l. ſciendum*. 15. *Qui ſatiſd. cog.* per *l. ult. C. De princ. agen. in reb. l. in ſacris*. 2. *C. De prox. ſacr. ſcrin. l. quoties*. 17. *C. De dig. lib.* 12.

f Pro Qualitate Personae. Etiam poſſeſſionis rerum immobilium, ut dictum eſt.

1 *g* Personae Suae. Ut clerici, † qui abſque jurejurando repromittunt, ſive immobilia poſſideant, ſive non poſſideant; *l. cum clericis*. 24. *l. omnes*. 32. *C. De Epiſc. & Cler.* item illuſtres. *d. l. quoties*. *C. De dig. lib.* 12.

h Dare Compellitur. Aut ſatiſdant, aut jurant, aut promittunt: & qui ſatiſdare debent, non omninò, pro qualitate perſonæ ſuæ, ſed rei, quæ petitor, ſatiſdare debent. *l. ſi verò*. 5. *Qui ſatiſd. cogânt.*

§. 4. Sin autem per procuratorem lis.

Sin autem per procuratorem lis, vel infertur, vel ſuſcipitur: in actoris quidem perſona, ſi non mandatum actis inſinuatum eſt *a*, vel præſens dominus litis in judicio procuratoris ſui perſonam confirmaverit *b*, ratam rem dominum habiturum, ſatiſdationem procurator dare compellitur *c*: eodem obſervando & ſi tutor, vel curator, vel aliæ tales perſonæ, quæ alienarum rerum gubernationem receperunt *d*, litem quibuſdam per alium *e* inferunt *f*.

1. *Procurator præſente domino non ſatiſdat: idem, ſi de mandato ejus conſtet: ſecùs, ſi de mandato dubitatur, num. 2.*

EXplicatur quomodo, qui alieno nomine agit, ſatiſdare compellatur. Dico, *alieno*: nam qui ſuo nomine agit, nullam ſatiſdationem præſtat, ut anteà indicatum eſt.

a Actis Insinuatum. Quomodo ſtatim fit de actis, & ibi relinquendum, niſi plura, diverſaque contineat capita, & mandata: quo caſu tantùm ea pars, quæ ad cauſam facit, in actis regiſtratur inſtrumento procuratori reddito: ſicut in privilegiis. Bal. *l. inſtrumenta*. 24. *num.* 6. *C. De fideicom.* per *c. Contingit*. *De fid. inſtrum. l. ult. C. De precibus imp. offeren.*

1 *b* Confirmaverit. His enim † caſibus velut præſente domino procurator non ſatiſdat. *l.* 1. *C. De procurat. l.* 1. *C. De ſatiſdat.* & quoniam exempla non arctant regulam, idem ſtatuendum eſt, quoties apertè de mandato conſtat, vel doceri poteſt. *l. ſi procuratorem*. 65. *De procuratorib.*

c Dare Compellitur. *L. non ſolùm*. 39. *§.* 1. *De procur.* quod † obtinet, cùm de mandato 2 dubitatur: nam ſi de eo nihil appareat, ne cum ſatiſdatione quidem illa, procurator auditur agendo (nam in conveniendo ſecus eſſe, poſteà dicetur) niſi conjuncta ſit perſona, *l. ſed & hæ*. 35. *De procur. l. maritus*. 21. *C. eod.* ita Jaſ. & DD. in *l.* 1. *C. De procurat.* & in *c.* 1. ubi Gloſſ. ad ver. *procuratoribus*. Ext. *eod.* Gloſſ. in *l. non ſolùm*. 39. *§. qui alieno*. 1. ad verb. *debet*. *ff. eod.* Chilin. in *pract. cap.* 12. *num.* 2.

d Receperunt. Ut œconomi piorum locorum, adminiſtratores civitatum, &c.

e Per Alium. Idem ſi per ſe, niſi de commiſſione adminiſtrationis conſtet. *l. vulgò*. 23. *De admin. tut.*

f Inferunt. Sunt enim velut domini, ut dictum eſt: quod tamen poſt litem conteſtatam accipiendum eſt: nam antea tantum actorem conſtituunt. *l. neque*. 11. *C. De procurat.*

§. 5. Si verò aliquis convenitur.

SI verò aliquis convenitur, ſiquidem præſens procuratorem dare paratus eſt: poteſt vel ipſe in judicium venire, & ſui procuratoris perſonam per judicatum ſolvi ſatiſdationis ſolemnes ſtipulationes *a* firmare *b*: vel extra judicium ſatiſdationem exponere, per quam ipſe ſui procuratoris fidejuſſor exiſtat pro omnibus judicatum ſolvi ſatiſdationis clauſulis. Ubi & de hypotheca ſuarum rerum convenire compellitur: ſive in judicio promiſerit, ſive extra judicium caverit, ut tàm ipſe, quàm hære-

hæredes ejus obligentur: alia inſuper cautela, vel ſatiſdatione, propter perſonam ipſius *c* exponenda, quod tempore ſententiæ recitandæ, in judicium veniet *d*: vel ſi non venerit, omnia dabit fidejuſſor *e*, quæ in condemnatione continentur *f*, niſi fuerit provocatum *g*.

1. *Satiſdationi judicatum ſolvi, tres ſtipulationes inſunt.*

QUemadmodum ſatiſdet is, qui alieno nomine convenitur, præſente Reo: de quo Cicero *pro Quintio*.

a SOLEMNES STIPULATIONES. Tres ſcilicet: † de defendendo, de dolo, de judicato faciendo: quæ judicatum ſolvi ſatiſdationi inſunt. *l. judicatum*. 5. *judic. ſol.* 1

b FIRMARE. *L. filiusfamilias*. 8. in fin. *De procurat. l. ad defendendum*. 10. *judic. ſolv.* Non igitur ſufficit hic nuda domini confirmatio, ut in actoris procuratore, ſed ſatiſdatione, aut fidejuſſione, & hypotheca domino opus eſt, ſcilicet ut res judicata ſit in tuto.

c PERSONAM IPSIUS. Domini ſcilicet.

d INVENIETUR. Ita legit Theophilus: aliàs *veniet*.

e DABIT FIDEJUSSOR. Hoc nomine acceptis: quatoquam & ipſe conveniri poſſit. Theoph. hìc. Nam hoc jure liberum juxta erat, vel principalem, vel fidejuſſorem convenire. *l. 5. C. De fidejuſſoribus*.

f CONTINENTUR. Judicatum ſolvet, velut promiſit.

g PROVOCATUM. A domino, aut procuratore, qui litem proſequitur: nam mutatione ejuſmodi inſtantiæ, fidejuſſor liberatur. *l. 2. judic. ſolv.*

§. 6. Si verò reus.

SI verò reus præſto ex quacunque cauſa non fuerit, & alius velit defenſionem ejus ſubire, nulla differentia inter actiones in rem, vel perſonales introducenda, poteſt hoc facere *a*: ita tamen, ut ſatiſdationem judicatum ſolvi, pro litis æſtimatione præſtet *b*. Nemo enim ſecundum veterem regulam (ut jam dictum eſt *c*) alienæ rei ſine ſatiſdatione defenſor idoneus intelligitur. Quæ omnia apertiùs, & perfectiùs à quotidiano judiciorum uſu in ipſis rerum documentis apparent *d*. Quam formam non ſolùm in hac regia urbe *e*, ſed etiam in omnibus noſtris provinciis (etſi propter imperitiam fortè aliter celebratur) obtinere cenſemus: cùm neceſſe ſit omnes provincias, caput omnium noſtrarum civitatum, ideſt hanc regiam urbem, ejuſque *f* obſervantiam *g* ſequi.

1. *Publice intereſt, abſentes defendi: non æque, ipſorum nomine agi.*
2. *Obſervantiam hic pro lege ſumi.*

FOrma ſatiſdandi pro Reo abſente.

a POTEST HOC FACERE. Quia † publicè intereſt, à quolibet abſentes defendi. *l. ſervum*. 33. *§. publicè*. 2. *De procurat.* at non æquè intereſt, abſentis nomine agi: ideò ad agendum is, qui omninò mandatum nullum habet, ne cum cautione quidem admittitur, ut dictum eſt. 1

b PRÆSTET. *L. unic. C. De ſatiſdat.* hac de re vide *Paratit. tit. De procurat.*

c DICTUM EST. Supr. §. 2.

d APPARENT. Uſus optimus rerum magiſter, ut in verſic. dicitur.

Solus artifices qui facit, uſus erat.

Qui omnium magiſtrorum præcepta ſuperat. Cic. *lib. 1. De Orat.* & ingenium, ac artem ſæpè vincit. Cic. *pro Corn. Balb.*

e REGIA URBE. Conſtantinopoli, nova Roma, & Sede Imperii, ex inſtituto Conſtantini.

f EJUSQUE. Velut communis patriæ. *l. Roma*. 33. *Ad municipal.* bonus text. *l. 1. §. ſed etſi quæ leges*, ibi ſecundum Salvii Juliani ſcripturam, quæ indicat debere omnes civitates conſuetudinem, & leges Romæ ſequi, quæ caput eſt orbis terrarum, non ipſam alias civitates. *C. De vet. jur. enucl.*

g OBSERVANTIAM. Quæ † ex longa conſuetudine pro lege ſit: non etiam ſi quid à magiſtratibus aliquo caſu ſervatum ſit. *l. ſed licet*. 12. *De offic. præſid.* neque enim exemplis, ſed legibus judicandum. *l. nemo*. 13. *C. De ſentent. & interloc. omn. judic.* nec tàm ſpectandum, quid Romæ factum ſit, quàm quid fieri debuerit, *d. l. ſed licet*. 2

DE

DE PERPETVIS, ET TEMPORALIBVS ACTIONIBVS, ET QVAE AD HAEREDES, ET IN HÆREDES TRANSEVNT,

Titulus Decimus Secundus.

1. *Continuatio Tituli.*
2. *Actiones olim perpetuæ.*
3. *Quæ actiones quanto tempore præſcribantur.*
4. *Cur actio furti pœnalis, & prætoria, licet tamen ſit perpetua.*
5. *Quæ actiones quando in hæredem tranſeant.*

1 POſtquam † expoſitum eſt, qui-
bus actionibus, cujus nomine, ad-
verſus quos, ſub quibus cautio-
nibus agi poſſit: rectè atque or-
dine fit, ut prius quam ab actio-
nibus ad reorum deſenſiooes, &
arma, boc eſt exceptiones, fiat
tranſitus, de duabus illarum proprietatibus, vi-
ta ſcilicet & duratiooe, obiter exponamus. Jure
eoim quæritur primò, quænam temporales, ſeu
temporariæ ſint, *l. nam.* 9. §. 2. *De jurejurand.* ſe-
cundò, quænam in hæredem tranſeant, ut perpe-
tuæ: quæ noo tranſeant, ut temporales, *l. in ho-
norariis.* 35. *De obligat. & action. l. debitrix.* 24. §.
fin. Ad S. C. Vellejan. Nam de his etiam initio ju-
diciorum, ſeu litigandi ſolere quæri, oſtendit
Fabius Quiotilianus, *lib.* 3. *cap.* 8. ut, an inten-
tio teneat, an contra hæredem etiam, velut qui
alieno nomine conveniatur, obtineat, ſciri poſ-
2 ſit. Olim † actiones quæcunqoe proficiſcebantor
ex lege conſulari, vel Tribunitia (ut etiam ple-
biſcitum exaudias, ex quo eſt actio Aquilia, §. *pe-
nult.* ſup. *De leg. Aquil. l.* 1. *ff. eod. tit.*) vel S. C.
quod genus ex jure civili deſceodere, vel ipſo ju-
re competere perbibetur, §. 1. *hoc tit.* vel ex con-
ſtitutionibus, unde condictiones ex lege, *l. un. ff.
De condict.* ex lege ubi Bart. & DD. *& tot. tit. C. eod.*
omnes eæ perpetoò dorabant, ut in principio dici-
tur: ſicut leges ipſæ, *l.* 5. in fin. *C. De heret.*
Qualis enim cauſa, talis effectos, *l.* 4. *De juſt. &
jur.* niſi ipſa lege certos eſſet termious præſtitotus:
cujus rei exempla ab Euſtachio Græco, & Cujacio
noſtro Latino in *tr. de diverſ. & temp. præſcript.* luculen-
ter, & eruditè proponuntur. Sed poſt, conſtitu-
tionibus principum bono poblico, ut reliquæ uſu-
capiones, *l.* 1. *De uſucap.* ſic etiam actiooum præ-
3 ſcriptiones introductæ ſont. Quamobrem † om-
nes actiones civiles, tàm perſonales, quàm rea-
les, ſpatio 30. annorum præſcribuntur, *l.* 2. verſ.
perſonales actiones in annorum metis. 30. *C. De conſt.
pecun.* aliæ innominatæ, item qoæ ad Eccleſiam
pertinent, annis 40. *l.* 3. 4. 7. 8. *l. ult. & paſſim.
C. De præſcript.* 30. *annorum.* Aoth. *Quas actiones.*
ubi Jaſon, & DD. *C. De Sacroſanct. Eccleſ.* Exci-
piuntur, quas lex excipit, vel perpetuando in
æternum, ut quæ pertinent ad regalia, *l. compe-
rit.* 6. *C. De præſcript.* 30. *annor.* quæ tamen tempo-
re immemoriali terminantur, *l.* 3. §. *ductus aquæ.*
4. *De aqua quotid. & æſtiv.* 24. §. 1. *De verb. ſignif.*
latè Gabr. Rom. *in regulis*, *lib.* 5. *De præſcript. con-
cluſ.* 1. vel brevioribus ſpatiis includendo: de quo
Cujac. *d. tract. præſcr. cap.* 20. Franc. Balb. & alii io
eod. tract. unde, qui volet, petat. Noo enim ab aliis
rectè tradita tranſcribere, & pro noſtris vendita-
re placet. Sic criminalibus actionibus præſtitutum
vicennium, *l. querela.* 12. *C. De falſ.* nonnullis
quioquennium, *l. adulter.* 5. *C. De adulter.* Qua
verò ratione civiles actiones perpetuæ ſunt, ſicut
4 earum cauſa eſt, oempè lex: ſic contra prætoriæ
judicantur annuæ. Cice. 3. *in Verrem.* ſicut & an-
nua eſt, unde deſcendunt, Juriſdictio: ut hic in
§. 1. verſ. *aliquando.* & Cicer. *præalleg. loc.* & mul-
tis exemplis adductis confirmat doctiſſimus, & di-
ligentiſſimus Coryphæus Cujacius *d. tract. cap.* 20.
Rei tamen perſecutoriæ ſoleut eſſe perpetuæ, hoc
eſt, ad finem uſque 30. vel 40. annorum conſtitu-
tionibus introductum dorare, d. verſ. *aliquando. d.
l. in honorariis.* 35. *De obligat. & act. l.* 1. io fin. verſ.
poſt annum dabitur: quia rei habet perſecotionem,
ſi vent. no. mul. patet ex *tit. Quod metus cauſ. Vi bonor.
rapt.* & ſimil. edictis, quæ intra annum pœnalem
actionem quadrupli, poſt annum verò ſimplicem
(quia hactenus rei perſecutoria eſt) pollicentur,
l. 2. *vi bonor. rapt.* eum ſimil. Eadem ratione bono-
rum poſſeſſori, cæteriſque, qoi hæredis loco ſunt,
ut fideicommiſſariis univerſalibus, *tot. tit. De fidei-
com. hered. pet.* accommodat prætor actiones perpe-
tuas, cùm rem perſeqoantur. *l.* 2. *l.* 3. *De pet. he-
red.* ut petitiooem hæreditatis, *d. l.* 3. *l.* 4. *C. eod.*
perpetuam, *l. hæreditatis.* 7. *C. eod.* quamvis poſ-
ſeſſionum jus ex prætorum edictis fluat, §. 2. ſup.
De bon. poſſeſſ. ſicut & fideicommiſſariorum, §. 1.
ſup. *De fid. heredit.* Alb. *l.* 2. *ſi pars her. peta. l. pecu-
nia.* 178. *De verb. ſignif.* Paul. *lib.* 4. *tit.* 1. qui li-
cet juventur etiam ex Senatuſconſulto, *l.* 1. *De
fideicommiſſ. hæred. pet.* ſenatus tamen legem non fa-
cit, ſed jus tantùm, *l. non ambigitur.* 9. *De legib.*
ot prætor. §. *prætorum*, 8. ſup. *De jur. nat.* ut ex
lege propriè deſcendere, quod venit ex Senatuſ-
conſulto, dici nequeat: ſicut dictum eſt, §. *lex.* 6.
verſ.

verſ. *Senatuſconſultum*. ſup. *De jur. natur.* Ex quo licet intelligi, quamobrem his omnibus, qui loco hæredis ſunt, non ex lege hæredes, prætor perpetuas dederit actiones: quæ meritò perpetuæ ſunt, quia rei perſecutoriæ, d. verſ. *aliquando. hoc tit.* licet enim bonorum poſſeſſio à liberis, & parentibus intra annum, ab aliis proximis intra 100. dies eſt petenda, *l.* 2. *l.* 4. *C. Qui admit. l.* 1. *De ſucceſſ. edict. l. filii*. 6. *Ad S. C. Tertull.* Gloſſ. *l.* 2. *C. Qui admit.* per *l. pen. Quis ordo in bon. poſſ. l.* 1. *§. largius*. 6. *De ſucceſſor. edict.* Cujac. *d. tract. cap.* 20. *l.* 3. *unde cog. l.* 1. *§. ſi intra*. 3. *De ſucceſſ. edict.* Cujac. *d. tract. c.* 15. aut ſaltem per conteſtationem perpetuanda, *l. ult. C. Qui admit.* tamen ſicut hæredi, poſtquam adiit, ad perſequendas res hæreditarias, datur hæreditatis petitio, *tot. tit. ff. & C. De pet. hæred.* perpetua, *l. hæreditatis*. 7. *C. eod. tit.* ſic bonorum poſſeſſori, poſtquam conteſtando agnovit poſſeſſionem, *l.* 1. in fin. verb. *quib. bonor poſſeſſ. De poſſeſſ. hær. pet.* datur eadem poſſeſſoria in perpetuum, hoc eſt, ad 30. annos petitio, *l. ult. C. Qui admit.* Gloſſ. Fab Ang. & ſcribentes hic: qui utinam hoc aliquanto perſpicuius declaraſſent. Sic & reliquæ actiones rei perſecutoriæ, quas ex jure defuncti habent iſti, quamvis prætoriæ videri poſſint, tamen quoniam origine civiles ſunt, perpetuò dantur. Gloſſ in *l.* 2. & ibi Bart. Alb. & communiter DD. *De poſſ. hær. pet.* Sanè quæ contra jus civile competunt, & quibus prætor civilia pacta, vel uſucapionis jus reſcindit (quæ actiones reſciſſoriæ vocantur) annales etiamnum ſunt, *d. l. in honorariis*. 35. *De obligat. & act.* ſicut & reliquæ pœnales, *d. l. in honorariis*. hodie fortè quadriennales, ex *l. ult. C. Quan. & intra quæ temp.* ubi diximus, excepta furti manifeſti actione in quadruplum concepta, *§. pœna*. 5. ſup *De oblig. quæ ex*
4 *del.* quæ † licet ex ipſius prætoris juriſdictione proficiſcatur, tamen perpetuò datur, ut hic dicitur in verſ. *furti*, addita hac ratione, quod abſurdum exiſtimarit prætor eam anno terminari: addunt Theoph. Bart. & alii, publicè utile fuiſſe pœnam quadrupli etiam poſt annum timeri: quæ ratio mihi quidem non ſatisfacit. Cur enim non idem conſtitutum in vi bonorum raptorum, quod metus cauſa, & ſimilibus? An non & hic formidari poſt annum pœnas, neque ſperari impunitatem exemplo fuit utile? *l. ſi ita*. 5. (aliàs *l. ita vulneratus*. 5.) *Ad leg. Aquil.* & eo magis, quòd hæ actiones rei perſecutionem contineant, furti non item, ut ſup. *De oblig. ex del. & De vi bonor. raptor.* viſum eſt. Dicendum ergo, actionem furti manifeſti, ſicut & nec manifeſti, eſſe ex lege duodecim Tabul. *l. tres*. 55. *De adminiſt. tut.* quæ quamvis ob acerbitatem poſteà lege Cornelia, & Sempronia, prætoris arbitrio eſt commiſſa, qui illam temperare, & ex illa pro pœna corporali quadrupli pœnam infligere cœpit. Gell. *lib.* 11. *cap.* 18. *lib.* 20. *cap.* 1 Auguſt. *emendat. lib.* 4. *cap.* 4. Theoph. neque tamen hæc actio ortu, & natura deſit eſſe civilis, licet quoad pœnam, & eventum prætoriæ juriſdictionis facta ſit. Pœna enim tantùm pertinet ad effectum, non ad cauſas, unde natura rerum æſtimatur: & nota eſt regula, Surrogatum ſapere, hoc eſt, retinere naturam ejus, cui ſurrogatur, *l. ſi cum*. 10. *§. qui injuriarum*. *l.* 1. *ſi quis caut.* Ever. *loco à vi ſurrogati*. Ut igitur, quæ dant, bonorum poſſeſſoribus ex perſona defuncti actiones perpetuæ ſunt, & civiles, quamvis quadamtenus prætoriæ factæ. Gloſſ. *d. l.* 2. & DD. *De poſſ. hæred. petit.* Sic etiam de hac furti actione judicandum eſt. Quamobrem ex hoc, & aliis locis mille noſtros compoſitores oſcitantiæ licet arguere: etiam imprudentiæ, in eo, quòd cùm cauſa annalium actionum ſit ſublata, poſtquam ex perpetuo edicto jus dici cœptum eſt, non tamen curam habuerint hæc immutare, & correcta legis ratione, ipſam quoque legem emendare. *l. adigere*. 6. *§. quamvis*. *De jure patro. l. quod dictum*. *De pact.* cum ſimil.

§. Non autem.

1. *Quæ actiones hæredi dentur, vel non.*
2. *Quæ actiones in hæredem dentur, vel non.*
3. *Quatenus hæres ex delicto defuncti teneatur.*
4. *Quæ actiones per litis conteſtationem perpetuentur, & tranſeant, quæ non.*

1 ALtera † actionum qualitas, quòd actiones ſive quæ ipſo jure competunt, vel à prætore dantur (unde noſtri ſuum inter nativas, & dativas actiones ſomnium commenti ſunt) non æquè in hæredem tranſeant. Ex parte agentis non tranſeunt in hæredem injuriarum. *l. injuriarum*. 13. *l. injuriarum*. 28. *De injuriis*. *l. ſi cum*. 10. *§.* 1. *ſi quis caut.* & ſimiles, quæ ad vindictam competunt, *l. his*. 7. verſic. *nec in hæredem detur, nec hæredi tribuatur*. *C. De revoc. donat.* ut actio ex edicto *de in jus vocand.* Theoph. hic actio de moribus, *l. ult. C. De revocan. don.* & conſequenter actio revocatoria feudalis. Feudiſtæ in *§. final.* ubi Aff. *Ex quibus cauſ. feudal*, Emphyteuticaria, ex *lege* 2. ubi Jaſ. *C. De jur. emphy.* Donationis, Panor. *c. ult. De donat.* Bald. & DD. *l. ult. C. De revocan. donat.* Quoniam ante litem conteſtatam non ſunt in bonis, *l.* 2. *§. emancipatus*. 4. *De collat. bon.* & proinde qui litem ante conteſtatam moritur, cum una vindicta extinguatur. *l. ult. C. De revocan. don.* nihil hujus tranſmittit in hæredem, ut hic oſtenditur, & *d. l. injuriarum*. *d. l. ſi cum*, cum ſimil. maximè quando nulla certa pecunia ex hac actione debeatur, quæ tranſmitti poſſet. *§. in ſumma*. 7. ſup. *De injuriis*. Poſt litem verò conteſtatam à defuncto non eſt dubium, quin utrinque tranſeant, ut hic in verſ. *pœnales*. *d. l. injuriarum*, cum quia ſunt jam in bonis. *d. l.* 2. *§. emancipatus*. *l. ut ſi cui*. 12. *De verb. ſignif.* tum quoniam per novationem (quæ eſt contractus) conteſtationis, *l. aliam*. 29. *De novat.*

quaſi

quaſi contrahatur. *l.* 3. §. *idem.* 8. *De pecul.* ut
jam velut ex contractu durent, & proinde tran-
ſeant in hæredem quàmlibet ex delicto deſcenden-
tes: ut hic in verſ. *aliquando* traditur. *l. ex con-
tractibus.* 49. *l. ex depoſiti.* 12. ac paſſim. *De obli-
gat. l. ſi pœna.* 20. *De pœnis. l. ſi ita.* 92. *ff. De
verb. obligat. l. ſicuti.* 38. ubi Revard. *l. hoc jure.* 152.
§. fin. l. ad ea. 157. *De reg. jur. l. ſi hominem.* 7. §. 1.
depoſiti. Sed hoc verum in injuria viventi facta:
nam quæ fit defuncto, hæredi facta videtur, &
hoc nomine ipſius eſt actio. *l.* 1. §. 2. verſic. *etſi.*
§. quoties. 4. *De injur.* Item obtinet in privata injo-
riarum, non criminali, & extraordinaria, *l. ult.*
De injur. qua hæredem ſuo nomine poſſe agere re-
ceptum eſt. Bartol. *l. ult. num.* 8. *De priva. delict.* &
in *l.* 1. *§. uſque adeo.* 3. & *l. lex Cornelia.* 5. *De
injuriis.* Exceptis his, reliquæ pœnales hæredi-
bus competunt, ot furti, vi bonor. rapt. *l.* 2. *§. ult.*
vi bonor. rapt. damni, injuriæ, *l. inde Neratius.* 23.
§. hanc. 6. *Ad leg. Aquil.* & ſimiles: ut hic verſ.
ſed heredibus hujuſmodi actiones (ſcilicet modo no-
minatæ) *competunt nec denegantur. l. heredibus.*
13. *De dol. mal.* Cujus rei ratio non eſt obſcura in
iis, quæ intereſſe perſequuntur: ut doli, Aqui-
liæ, etiam quadamtenus vi bonorum raptorum:
nam ei ſimplum ineſt, ut ſupra traditum *De vi bo-
nor. raptor.* Sunt enim hactenus rei perſecutoriæ,
quod genus tranſit etiam ex delicto, & ita quidem,
ut perpetuò contra hæredem competat. *l.* 3. §. 1.
unde vi. De actione furti, quæ tota pœna eſt, ac
ſimilibus, *§. quadrupli.* 21. cum ſequent. ſupr. *De
action.* magis dubites. Sed quoniam ex harum obli-
gatione pecunia defuncto debetur, nempe duplum,
quadruplum: pecunia autem illius tranſit ad hæ-
redes. Cic. *in Topic. l. hereditas.* 62. *De regul. jur.*
non eſt iniquom has etiam actiones ad debitionem
ejuſmodi conſequendam hæredi dari. Cæterùm ex
3 † maleficiis, vel quaſi (*l. Julianus.* 16. *De jud. l.*
5. *§. hec autem actio.* 4. *De his qui dejecer. l. ult. §. hec
judicia. naut. caupo. ſtab.*) pœnales actiones proditæ
in hæredem non competunt, *§. his autem.* 9. ſupr.
Ad leg. Aquil. l. Julianus. De judic. d. l. 5. *§. hec
actio. De his qui dejecer. l. ult. §. hec judicia. naut. caupo.
ſtab.* ex certiſſima, ut hic dicitur, Juris regula. *l.
pupillum.* 11. §. 1. *l. ad ea.* 157. in fin. *l. toties.* 44.
De regul. jur. ut enim maleficia tenent auctores ſuos
non alios: *l. ſancimus.* 22. *C. De pœn.* ne liberos
quidem: *l. crimen.* 26. *ff. eod.* ſic cum mortalitate
ejuſdem extinguuntur. *l. ult. ad l. Jul. majeſt. tot.
tit. C. Si reus, vel accuſat.* ut pœnæ ab hæredibus exigi
3 non poſſint; † niſi quatenus ex delicto ad eos per-
venit, ut hic verſic. *aliquando. l. ſicuti.* 38. *l. to-
ties.* 44. *De regul. jur. l. ſi plures.* 17. in fin. *De dol.
mal.* Nam injuſta lucra etiam hæredibus extorqueo-
tur. *l.* 1. *De eo per quem fact. l. in heredem.* 5. *De ca-
lum. l. videamus.* 17. *Quod met. cauſ. l. in heredem.*
26. *De dolo. l.* 2. *ad leg. Juliam repetund. d. l. ſicu-
ti.* 38. *De reg. jur.* Actio tamen vi bonorum rapto-
rum ne quidem eatenus, cum ad id ſufficiat condi-
ctio, *l.* 2. *§. ult. vi bonor. rapt.* cui potius locus eſſe
debet, *l.* 1. §. 1. 2. 3. *De dol. mal.* quàm huic actio-
ni famoſæ. *l.* 1. 2. *De his qui not. infam.* quod con-
tra eſt in actionibus pœnalibus, quæ ex contractu
deſcendunt, *l. Lucius.* 47. *De act. empt.* tranſeunt
enim in hæredem etiam ex delicto defuncti, puta
dolo, qui in contractu admiſſus eſt, *l. ex depoſiti.*
12. *l. ex contractibus.* 49. *De obligat.* Cùm enim con-
tractus tranſeat, *l.* 2. *C. De pact. inter empt. et. tit.
C. Ut act. ab hered.* ſequitur & quod ineſt contractui,
tanquam acceſſionem, & partem ſequi totum prin-
cipale, *l. que de tota.* 76. *De rei vind. l. cum princi-
palis.* 178. *De reg. jur.* Sed utrum in ſolidum ejus
quod intereſt? id videtur ex *l.* 1. §. 1. *depoſiti*, quæ
ſimplum omninò præſtari vult ab hærede ſine di-
ſtinctione, non ſolùm quatenus pervenit. *l. ſi ho-
minem.* 7. §. 1. *depoſi. l. ad ea.* 157. in fin. *De regul.
jur.* At contradicit hic verſ. *aliquando*: dum ait, ex
contractu actionem non competere contra hæredem,
cum teſtator dolosè verſatus eſt, & ad hæredem
ejus nihil ex dolo pervenit? ſed ſciendum eſt, hoc
accipiendum eſſe pro materia ſubjecta. Diſputatur
enim hìc de actionibus ſtrictis ex maleficio deſcen-
dentibus, & ſimilibus, in quibus hæc regula vera
eſt, *l. in heredem.* 26. *De dol. mal. l. quæſitum.* 8. §.
ult. De precar. l. uni. in fin. *C. Ex delict. defunct. l. in
heredem.* 5. *De calum. l. videamus.* 17. *Quod met.
cauſ. l.* 3. §. 1. *De vi arm. l.* 2. *§. ult. vi bon. raptor.*
cum aliis ſuprà adductis; etiam in actionibus ex
quaſi delicto, *d. l. Julianus. De judi. l.* 5. *De his qui
dejece.* cum aliis ſuprà adductis. In judiciis bonæ
fidei, & quibus doli præſtatio ineſt, non item.
Nam ibi hæres in ſolidum propter delictum defun-
cti ex contractu tenetur, ut hanc diſtinctionem
ducere licet ex regula *l. hoc jure.* 152. *§. ult. De
reg. jur.* ita procedit *d. l.* 1. §. 1. *d. l. ſi hominem.* 7.
Depoſ. l. ex depoſiti. 12. *l. ex contractibus.* 49. *De
oblig. & actis.* cum ſimilibus. Porrò † lite cum de- 4
functo conteſtata, indiſtinctè hæ actiones in hære-
dem tranſeunt, & dantur ex rationibus ſuprà ad-
ductis, *l. un. C. Ex delict. defunct. l. omnes.* 139. *De
reg. jur.* §. 2. verſ. *pœnales. hoc tit.* exceptis capita-
libus judiciis, quæ non tenent hæredem, ſi ante
condemnationem reum decedere contingat, *l. ex
judiciorum.* 20. *De accuſat.* Nam in his neque con-
cluſio, nec conteſtatio attenditur. Bartol. *l.* 2. *§.
ſi publico.* 4. *num.* 13. *De adult.* & in *l. libellorum.* 3.
De accuſat. & in *leg. quid ergo.* 13. *§. pœna.* 5. *num.*
8. *De his qui not. infam.* Cyn. in *l. nec exemplum.*
20. *C. De falſ. l. in cauſis.* 16. *C. De accuſat.* Ferra.
in form. inquiſi. verb. *ſuper.* Mynſing. *obſer.* 60. *cent.*
4. Chil. *cap.* 54. *num.* 2. proindeque ante ſenten-
tiam mortalitate crimen extinguitur, & accuſatio
ad nihilum redigitur, *l.* 1. 2. 3. *C. Si reus, vel
accuſat.* niſi in crimine majeſtatis, *l. ult. C. Ad leg.
Jul. Majeſt.* & hæreſeos, *l.* 4. *C. De heret.* verſ. *in
mortem quoque inquiſitio extendatur*: quod de accuſa-
tione, vel inquiſitione, quæ illi ſuccedit, non
de ſupplicio condemnati accipiendum eſt. Quamo-
brem & hodie cum crimen fractæ pacis ſit publi-
cum, extinguitur ejus accuſatio, nec tranſit in
hæredem, etiamſi lis fuerit conteſtata. Mynſing.
obſer. 98. *cent.* 1. quod ſecus ſe habet, ſi civiliter
ſit actum, nam tunc ſaltem poſt conteſtationem,
& de eo, quod ad hæredem pervenit, tranſitoria
eſt actio. Mynſing. *obſer.* 98. *cent.* 1. Sunt tamen
quædam accuſationes, quæ contra hæredem inci-
piunt, ut repetundarum intra annum, *l.* 2. *Ad
leg. Jul. repetun. l.* 2. *C. eod.* peculatus. *l. ult. ff. Ad*

leg.

leg. Jul. repet. de reſiduis, *d. l. ult.* ac ſimilia, in quibus ſcilicet quæſtio principalis ablatæ pecuniæ quæ ab hærede præſtari poteſt) movetur, *d. l. ult. Ad leg. Jul. pecul. l. ex judiciorum. De accuſat. l. in Senatuſconſultum. 15. §. ſi propter. 3. Ad Senatuſconſ. Turpil.*

§. Supereſt.

1. *Eventus actionum.*
2. *Satiſfacere quid.*
3. *An actori invito poſſit reus offerens abſolvi.*
4. *Qualis oblatio, & ſatiſfactio requiratur.*

1 COncluditur † actionum tractatus eventu, qui ejuſmodi eſt, ut actore non probante reus abſolvatur, *l. qui accuſ. 4. C. De edendo*: probante condemnetur, *l. ult. C. De rei vend.* niſi ante condemnationem malit bonam fidem agno-
2 ſcere, & actori ſatisfacere. † Satisfactio fit voluntate creditoris. *l. ſi rem. 9. §. omnis. 3. De*
3 *pign.* An † ergo illo invito poterit abſolvi? Equidem ſi offerat, quod debetur, ante litem conteſtatam, omnino poteſt, *l. ſi reus. 73. De procurat.* lite conteſtata non videtur: cùm non liceat altera parte invita pœnitere, tanqoam ex contractu, *l. 3. §. idem ſcribit. 8. De pecul. l. ſicut. 5. C. De oblig. & act.* Favorabilius tamen eſt id poſſe fieri, *l. 5. De publicanis.* Non enim tàm pœnitentia, quàm ejus, quod petitur, ſolutio: quę omnem obligationem tollit, in princ. ſup. *Quib. mod. toll. obligat.* & conſequentem actionem. *l. licet. 42. §. ta. 2. De proc.* Sublata namque cauſa, tollitur effectus. Tiraq. in *tract, ceſſante cauſa.*

Id † adeò verum, ſi reus offerat id, quod peti- 4
tur, cum omni damno, & intereſſe, quod probare actor poteſt. Jaſon poſt alios, *l. ſi inſulam. 84. num. 10. 11. 12. 13. De verb. oblig.* per Gloſſ. *l. utique. 22. De recept. arb.* & ibi Bart. Ang. in *l. & ſi poſt. 8.* in princ. per illum text. *Si quis caut.* Schurff. *conſ. 37. prima. num. 2. cent. 1.* cum ibi alleg. Nam tunc quia finis, & effectus actionis habetur, media ſponte ſua pereunt, §. 4. verſ. *ſed ſi ſuſpecti.* ſup. *De ſuſp. tut.* Bald. *l. 3. C. De inſt.* Secùs verò, ſi non totum offeratur, *l. acceptam. 19. C. De uſur. l. obſignatione. 9. C. De ſolut.* non enim ſic ſolvi videtur, *l. Julianus. 131. §. 1. De verb. oblig.* Nec particularem ſolutionem admittere creditor invitus compellitur, *l. tutor. 41. §. Lucius. De uſur.* DD. *l. 2. §. 1. De verb. oblig.* & ſolidum ſolvitur non ſolùm quantitate, ſed & die, *l. ſolidum. 85. De ſolut.* multò verò minus creditor aliud pro alio, ut ſibi ſolvatur, pati cogitur, *l. 2. §. 1. Si cert. petat. l. eum. 16.* cum Auth. ſeq. *l. manifeſti. 17.* ubi DD. *C. De ſolut.*

BIpartita rubrica bipartitum titulum præbet.
1. Actionum vitam civilem exponit, §. 1.
2. Actionum effectus proponit, §. 2.
Corollarium. Si pendente judicio, reus actori ſatisfecerit.

§. 1. Hoc loco admonendi ſumus.

HOc loco admonendi ſumus, eas quidem actiones, quæ ex lege *a*, ſenatuſveconſulto, ſive ex ſacris conſtitutionibus *b* proficiſcuntur, perpetuò *c* ſolere antiquitùs competere, donec ſacræ conſtitutiones, tàm in rem, quàm in perſonam actionibus certos fines dederunt *d*: eas verò, quæ ex propria Prætoris juriſdictione pendent, plerunque *e* intra annum vivere. Nam & ipſius Prætoris intra annum erat imperium *f*. Aliquando tamen & in perpetuum extenduntur: ideſt, uſque ad finem ex conſtitutionibus introductum *g*: quales ſunt eæ, quas bonorum poſſeſſori, cæteriſque, qui hæredis loco ſunt, accommodat *h*. Furti quoque manifeſti actio, quamvis ex ipſius prætoris juriſdictione *i* proficiſcatur *k*: tamen perpetuò datur: abſurdum enim eſſe exiſtimavit *l* anno eam terminari.

1. *Actio-*

1. *Actionum præſcriptiones cur inductæ.*
2. *Perpetui appellatione, quod tempus contineatur.*
3. *Furti manifeſti actionem Prætoriam eſſe.*
4. *Furti actio hodie quandiu duret.*

QUæ actiones perpetuæ ſint, quæ temporales.

a Quae Ex Lege. Non tantum Conſulari, ſed etiam Tribunitia. Nam lex Aquilia ex plebiſcito eſt. *l.* 1. *Ad leg. Aquil.* quam tamen durare 30. annis conſtat.

b Constitutionibus. *L.* 3. cum ſequ. *C. De præſcript.* 30. *ann.*

c Perpetuo. *L. in honorariis.* 35. *De obl. & act. l. ſi mulier.* 21. §. 1. *Quod met. cauſ.*

1 *d* Fines Dederunt. Ut enim † bono publico inductæ ſunt rerum uſucapiones, ne ſemper in incerto ſint dominia, ita & actionum præſcriptiones, ne illis perpetuò res, & homines inquietari poſſint.

e Plerunque. Nam rei perſecutoriæ æquè perpetuæ erant, atque civiles, *d. l. in honorariis.* 35. *De obligat.* quo ſenſu dicitur, prætorem nullo tempore, quod metu geſtum eſt, ratum habiturum, *d. l. ſi mulier.* 21. §. 1. *Quod met. cauſ.* nullis enim temporum ſpatiis olim perpetuæ actiones, ut ſuprà poſitum eſt, circumſcribebantur.

f Imperium. Cic. *lib.* 3. *in Verrem.* & alibi paſſim. Nec ea natura actionum ſemel uſu, quaſi præſcripta, per edictum perpetuum eſt mutata: præſertim cum in illud actiones prætoriæ, ut annuæ, relatæ eſſent, atque ita uſu haberentur, ut oſtendunt edicta, & I. C. ad hæc interpretationes, quæ in Pandectis extant.

2 *g* Introductum. Perpetuum † hodie opponitur præſcriptioni temporali, & ſignificat 30. annos: quod longiſſimum quaſi vitæ ſpatium pleriſque actionibus nominatim eſt præfinitum, *l.* 2. *C. De conſt. pec. l.* 1. *§. ad hæc C. De annal.* ex *l.* 3. 4. *C. De præſcript.* 30. *annor. l. neque.* 5. *C. Quibus non obſtat. lon. tem. præſcript.* Joan. Fichard. *in addition. ad Bapt.* Villalob. *lit. P. num.* 75. verb. *perpetuum.* ex eo ſcilicet tempore, quo primum facultas agendi cœpit. *l.* 1. *§. ult. C. De annal. except.* ubi DD. reliquæ omnes, quæ Conſtitut. non ſunt nominatæ 40. annorum ſpatio concluduntur, ſive publicæ, ſive privatæ, *l. omnes.* 4. *C. De præſcript.* 30. *annor.* ut actiones Eccleſiæ, *c. De quarta.* 4. *c. Ad aures.* 6. *c. Illud.* 8. *De præſcript.* Auth. *Quas actiones. C. De Sacroſanct. Eccleſ.* Vide Cujac. *Obſerv. lib.* 5. *c.* 5. excepto caſu *l. comperit.* 6. *C. De præſcript.* 30. *annor.*

h Accommodat. *L.* 2. *De poſſ. hered. pet.* ac veriſimile eſt, in his ſpeciebus expreſsè edicto additum fuiſſe, ut perpetuæ eſſent, ut in *d. l. ſi mulier.* 21. §. 1. Nam ex interpretatione nedum iſtæ, ſed omnes rei perſecutoriæ perpetuantur, *d. l. in honorariis.* cujuſmodi dantur bonorum poſſeſſoribus ex jure defuncti. Nam ipſa petitio poſſeſſionis etiamnum eſt 100. dierum, vel annalis, *l. ult.* & *tot. tit. C. Qui admit.*

i Jurisdictione. Et pœnalis quoque ſit: quod genus prætoriarum actionum anno terminari ſolet, *d. l. in honorariis.*

k Proficiscatur. Hinc † apertiſſimè liquet furti manifeſti actionem eſſe prætoriam: de furti nec manifeſti judicio nihil attinuit admonere, cum eſſet ex *l.* 12. *§. pœna.* 5. ſup. *De oblig. quæ ex delict.* eòque perpetuum, ut civilia omnia, in prin. ſup. hoc §. 3

l Existimavit. Fuit † igitur hoc, ut dixi, expreſſum edicto, odio furum, ut ad ſimilitudinem actionis civilis furti manifeſti hæc quoque perpetua eſſet, & omni tempore fures teneret, maximè cum & illa ſurrogata ſit pœnæ corporali, quæ ex *l.* 12. furto manifeſto præſtituebatur: ſurrogatum enim naturam ejus retinet, cui ſurrogatur, *l. ſi cum.* 10. *§. qui injuriarum. Si quis caut.* Everhar. *loco à vi ſurrog.* Hodie cum furti delictum capitale ſit, videtur hæc actio exemplo reliquorum capitalium 20. annorum ſpatio terminari, *l. querela.* 20. *C. Ad leg. Cornel. De falſ.* 4

§. 2. Non autem omnes actiones.

NOn autem omnes actiones, quæ in aliquem aut ipſo jure *a* competunt, aut à prætore dantur *b*: & in hæredem æquè competunt, aut dari ſolent. Eſt enim certiſſima juris regula, ex maleficiis *c* pœnales *d* actiones in hæredem rei non competere *e*, veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, damni injuriæ. Sed hæredibus hujuſmodi actiones competunt, nec denegantur *f*: excepta injuriarum actione *g*, & ſi qua alia ſimilis inveniatur. Aliquando tamen etiam ex contractu *h*, actio contra hæredem non competit, veluti cum teſtator doloſè verſatus ſit, & ad hæredem ejus nihil ex eo dolo pervenit *i*. Pœnales autem actiones, quas ſupra diximus, ſi ab ipſis principalibus perſonis fuerint conteſtatæ *k*: & hæredibus dantur, & contra hæredes tranſeunt.

1. Injuriarum actionem hæredibus non competere.
2. Hæres ex delicto defuncti quatenus teneatur, & quatenus ex contractu, ubi dolus intervenit.

De actionibus, quæ vel in hæredes tranſeunt, vel non tranſeunt.

a Ipso Jure. Ex legibus.

b Dantur. Ex edicto, & juriſdictione prætoria.

c Ex Maleficiis. Sed benè ex contractibus: ut pœnali ſtipulatione, *l. Lucius*. 47. *De act. empt.*

d Poenales. Nam rei perſecutoriæ etiam ex delicto defuncti in hæredem dantur, ut pòſt dicetur, *l. ex depoſiti*. 12. *l. ex contractibus*. 49. *De oblig. & act.*

e Non Competere. *L. ſicuti*. 38. *l. pupillum*. 111. §. 1. *De regul. jur.* niſi lis cum defuncto fuerit conteſtata, *l. omnes*, 26, *De obligat. l. unic*, *C. Ex delict. defunct. l. pœnalia*. 139. *De reg. jur.*

f Nec Denegantur. *D. l. pupillum. l.* 2. *§. ult. De injur. l. unde Neratius*. 23. *§. hanc actionem*, 6. *Ad leg. Aquil. l. hæredibus*. 13. *De dol. mal.*

1 *g* Injuriarum Actione, Quæ † ne hæredi quidem datur, *l. ſi eum*. 10. *§. qui injuriarum. Si quis caut. l. injuriarum*, 13. *De injur.* nam ad vindictam datur: unde ne in bonis quidem eſt ante litem conteſtatam: & quando vindictæ animus cum læſo extinguatur, *l. ult. C. De revoc. don.* ipſam quoque injuriarum actionem unà interire neceſſe eſt, *l. injuriarum*. 28. *De injur. l.* 2. *§. emancipatus*. 4. *De collat. bonor*, quod verum eſt in privata injuriarum actione, de qua hic agit: nam criminalis accuſatio, de qua in *l. fin. De injur.* Bart. in *l.* 1. *§. uſque adeò*. 3. & in *l. lex Cornelia*. 5. *De injur.* pro ſuo intereſſe, & propria vindicta etiam hæredi datur. Bart. in *l. ult. num.* 8. *De privat. delict.* per *l.* 1, §. 2. *De injur.*

h Ex Contractu. Hæc verba rectè diſpunguntur.

i Pervenit. Quod † accipiendum eſt de 2
actionibus pœnalibus, vel quatenus pœnales ſunt: ſtrictis tamen, de quibus hic agit. Nam in his univerſale eſt, ex delicto defuncti, hæredem pœnalibos actionibus, vel ex maleficio ortis non teneri, niſi quatenus ad eum pervenit, *l. ſicuti*. 38. *l. toties*. 44. *De regul. jur. l. ſi plures*. 17. in fin. *De dol. mal.* At ex contractu bonæ fidei actionibus rei perſecutoriis, in ſolidum, etiam ob dolum defuncti obligatur, *l. ex depoſiti*. 12. *l. ex contractibus*. 49. *De oblig. l. ſi hominem*. 7. §. 1. *Depoſit. l, ad ea quæ*. 157. *l. hoc jure*, 152. in fin. *De reg. jur.* ubi traditur regula, In contractibus quibos doli præſtatio, vel bona fides inſit, hæredem in ſolidum teneri: de quo plura dixi hoc loco ad Inſtitution. Schneid. *num.* 3.

k Fuerint Contestatae. Litis conteſtatio perpetuat actionem, & quæ habentur pro litis conteſtatione. Bald. *De præſcript. part. ult. ſextæ partis* princ. *quæſt.* 2.

§. 3. Supereſt.

Supereſt, ut admoneamus, quòd ſi ante rem judicatam *a*, is, cum quo actum eſt, ſatisfaciat *b* actori: officio judicis convenit eum abſolvere, licet in ea cauſa fuiſſet judicii accipiendi tempore, ut damnari deberet *c*. Et hoc eſt, quod antea vulgo dicebatur *d*, omnia judicia abſolutoria eſſe *e*.

1. Obtento fine fruſtra de mediis quæritur.

Modus ſolvendi judicium, & effugiendi damnationem univerſalis: de quo non abſurdum fuit admonere prius quàm ad exceptiones rei iretur.

a Rem Judicatam. Et ante jusjorandum, *l. jusjurandum*. 34. *§. ultim. De iurejuran.*

b Satisfaciat. Id quod aliud eſt, quàm ſolvere. *l. ſi rem*. 9. *§. omnis*. *De pign. act.*

c Damnari Deberet. *L. ſi reus*. 73. *De procur. l. ult. quæ in fraud. cred. l.* 5. *De public. & vectigal.*

d Vulgo Dicebatur. Proverbiali dicto, Alciat. *Parerg. lib.* 7. *cap.* 13.

e Absolutoria Esse. Nam qui ante litem conteſtatam ſolvit, judicium pati non cogitur, *d. l. ſi reus*. *De procur. d. l.* 5. *De publican. §. dominus*. 3. ſup. *De noxal. act. l. item*. 20. *§. idem*, 5. *De pet. hæred.* Sed & qui poſt, ante tamen ſententiam ſolvit, vel offert, abſolvitur, *d. l.* 5. *d. l. ult.* Obtento † enim fine, fruſtra quæritur de mediis, 1
l. 3. ubi Bald. *C. De inſtit.* §. 4. verſ. *ſed ſi ſuſpecti*. ſupr. *De ſuſpect. tutor.* quare & abſque ſententia ei, qui offert ſolutionem, præſtitui terminus poteſt, intra quem ſolvat, *l. ſi debitori*. 21. *De judic.* Termin. *in prax. tit.* 31.

DE

DE EXCEPTIONIBVS.

Titulus Decimus Tertius.

1, *Continuatio Tituli. Exceptio unde dicta, & quid.*

1 PRimæ † in judiciis partes ſunt actoris, alteræ rei, tertiæ judicis. De actorum jure hactenus cùm in hac tertii Juriſprudentiæ objecti explicatione ſit dictum, ſequens eſt de reorum defenſionibus exponere: quorum non tantum eſt fugere, *l. properandam*. 13. §. 1. ubi Gloſſ. ad verb. *fugientis*. *C. De judic.* ſed multò magis ſe defendere, atque excipere. Exceptio dicta eſt, quaſi quædam actionis excluſio, *l. 2. eod. De excep.* eſtque conditio (qua forma olim proponebantur, §. 1. infr. *De replicat.* *l. 4. §. item*. 8. *De dol. mal. except.* & formulæ judicii adjiciebantur) quæ probata modo eximit reum à damnatione, modo etiam minuit. Unde qui ſimpliciter negat, propriè non excipit. Bald. & Felin. *in Rub.* Extr. *eod.* latè Socin. *in rubr.* & *l. 1. ff. eod.* ſed is demum, qui fatetur actionem ipſo quidem jure, ex regula univerſali ſubſiſtere, verùm propter aliquam circumſtantiæ æquitatem illa ſe non oportere conſtringi oſtendit: quod quia evidentius exemplis, quàm diſputatione ſubtili doceri poteſt, ideo hoc ipſum aliquot exceptionum ſpeciebus propoſitis, uſque ad §. 6. declaratur: in quo deinceps, & ſubſequentibus, diviſiones exceptionum, ad finem uſque exponuntur. Actionis verbo exceptio non continetur, *l. verbum*. 8. in fine. *De verborum ſignificatione*. Meritò itaque ſeparatim de hac agitur.

TItulum in duas partes ſegrego.
1. De exceptionibus perpetuis, & peremptoriis, §. 2. 3. 4. & 5.
2. De temporalibus, & dilatoriis, §. *ult.*

§. 1. Sequitur.

SEquitur, ut de exceptionibus diſpiciamus. Comparatæ autem ſunt exceptiones, defendendorum eorum gratia *a*, cum quibus agitur. Sæpè enim accidit, ut licet ipſa perſecutio, qua actor experitur, juſta ſit *b*: tamen iniqua ſit adverſus eum, cum quo agitur *c*. Verbi gratia: ſi metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapſus ſtipulanti Titio promiſiſti, quod non debueras promittere: palàm eſt, jure civili te obligatum eſſe *d*: & actio, qua intenditur dare te oportere, efficax eſt *e*; ſed iniquum eſt te condemnari: ideòque datur tibi exceptio, quod metus cauſa, aut doli mali *f*, aut in factum *g*, compoſita ad impugnandam actionem.

1. *Promiſſio erronea jure civili obligat.*

DE tribus exceptionibus, metus, doli, & in factum.

a EORUM GRATIA. Cauſa finalis, *l. 2. eod.*

b JUSTA SIT. Quod tamen non videtur fateri, qui excipit, *l. non utique*. 9. *eod. c. Exceptionem. De reg. jur. in 6.* ne inducta ad unum finem operentur contrarium, *l. nulla*. 25. *De legib. l. legata inutiliter*. 19. ubi Jaſ. *De legat.* 1.

c CUM QUO AGITUR. Eſt igitur velut exceptio à regula hæc rei defenſio: eòque jure vocatur exceptio.

d OBLIGATUM ESSE. Quia † conſenſum eſt 1
in contractum, etiamſi cauſa contractus, aut improba ſit, aut erronea, *l. antepen. §. pen. Quod met. cauſ.* ubi in *Paratit.* dixi, ſive metu contractum ſit, *d. §. pen.* ſive dolo. *l. 5. C De inutil. ſtipul. l. ſi quis*. 38. *De verb. oblig.* etiam in contractu bonæ fidei, *l. 5. C. De reſcind. ven.* ut ad titul. *De dolo*, expoſui: ſive etiam errore, *l. 1. §. circa*. 3. *De dol. mal. except.*

e Efficax Est. Ut niſi objiciatur exceptio, ſequatur condemnatio.

f Doli Mali. *Tot. tit. De dol. mal. & met. except.*

g Aut In Factum. Ob errorem, *l.* 2. *§.* 5. *l.* 4. *§. adver.* 15. *l. Julianus*, 7. *eod. tit.* qui ſicuti ſœcundus eſt, ita non poteſt certa exceptioni huic formula, aut nomen etiam certum aſſignari: & proinde in factum, qualecunque illud eſt, & qualitercunque erroneum concipitur, *l. quod de bonis*. 15. (aliàs *l. quod bonis*) *Ad legem Falcidiam*.

§. 2. Idem juris eſt.

IDem juris eſt, ſi quis quaſi credendi cauſa pecuniam à te ſtipulatus fuerit, neque numeraverit. Nam eam pecuniam à te petere poſſe eum, certum eſt: dare enim te oportet, cum ex ſtipulatione tenearis. Sed quia iniquum eſt, eo nomine te condemnari: placet exceptione pecuniæ non numeratæ, te defendi debere *a*: cujus tempora nos (ſecundum quod jam ſuperioribus libris dictum eſt *b*) conſtitutione noſtra coarctavimus *c*.

QUarta exceptio non numeratæ pecuniæ: de qua *tot. tit. C. De non num. pecun.* & ſupra quædam in Iſagoge. *ad tit. De lit. oblig.* aſperſimus.

a Defendi Debere, *L.* 2. §. 3. *De dol. mal. except.* eòque effectu pro non obſtricto haberi debes, *l. qui pecuniam*. 30. *Si cert. petatur*.

b Dictum Est. *Lib.* 3. *ad tit. De lit. oblig.*

c Coarctavimus. *L.* 14. *C. De non numer. pecun.*

§. 3. Prætereà debitor.

PRæterea debitor, ſi pactus fuerit cum creditore, ne à ſe peteretur, nihilominus obligatus manet: quia pacto convento obligationes non omninò *a* diſſolvuntur: qua de cauſa efficax eſt adverſus eum actio, quem actor intendit, ſi paret eum dare oportere. Sed quia iniquum eſt, contra pactionem eum condemnari, defenditur per exceptionem pacti conventi.

1. *Pacto convento obligationes non omninò diſſolvi.*

QUinta exceptio pacti.

a Non Omnino. Quoad † jus civile: nam pacta non legitima (ſecus enim in legitimis, *l.* 6. *De pact.*) tantùm tollunt ea, quæ ſunt juris gentium, non civilis, *l. ſi unus*. 27. §. *pactus*. 2. *De pact.* ex ratione *l. nihil*. 35. *De reg. jur.* Obligationes igitur juris gentium, quæ ſolo conſenſu conſtant, hoc eſt, naturales, tolluntur ipſo jure pacto contrario, *l. Stichum*. 95. *§. naturalis*. 3. *De ſolut. l. ab emptione*. 58. *l. empt.* 47. *l. juriſgentium*. 7. *§. adeò*. 2. *De pact.* quæ verò re conſtant, aut verbis, aut alio modo, quàm conſenſu, contrario conſenſu ipſo jure non tolluntur, ſed ope exceptionis, ut hic dicitur, *d. §. pactus*. *d. l. ab emptione*. Quando verò pacto ipſo jure ſublata eſt omnis obligatio, prætor non dat exceptionem, cum actio nulla ſit, cui exceptio opponatur, & quam excludat. *d. §. pactus*. Ex quo intelligi poteſt, cur eæ tantum dicantur exceptiones, quæ intentionem non tollunt, ſed excludunt, quarum hic exempla etiam proponuntur: de quibus vide Socin. & DD. in *l.* 1. & 2. *ff. eod.*

§. 4. Æquè ſi debitor.

Æquè ſi debitor creditore deferente juraverit, nihil ſe dare oportere, adhuc obligatus permanet *a*. Sed quia iniquum eſt, de perjurio quæri *b*, defenditur per exceptionem jurisjurandi. In iis quoque actionibus, quibus in rem agitur, æquè neceſſariæ ſunt exceptiones *c*: veluti ſi petitore deferente *d* poſſeſſor juraverit, eam rem ſuam eſſe: & nihilominus petitor eandem rem vendicet *e*: licet enim verum ſit *f*, quod intendit, ideſt, rem ejus eſſe: iniquum tamen eſt, poſſeſſorem condemnari *g*.

1. *Iurejurando civilem obligationem non tolli.*

2. *Iurijurando ſponté præſtito non ſtatur.*

Sexta exceptio jurisjurandi, quod quaſi ex conventione (loquitur enim hic de jurejurando judiciali) rem definit, *l.* 2. *l. admonendi*. 31. *l. jusjurandum*. 17. *De jurejurand.* eòque velut ex pacto tantùm naturalem obligationem tollit, non civilem, *d. l. Stichum*. 95. *§. naturalis. De ſolutionib.*

1 *a* Obligatus Permanet. Jure civili, † cum jusjurandum tantùm naturalem perimat obligationem, *d. l. Stichum*. 95. *§. naturalis. De ſolut. l. ult. De jurejur.* nec ſit modus civilis tollendæ obligationis, de quo dictum eſt in *tit. Quib. mod. toll. obligat.* cum ex pacto deſcendat. Jure autem prætorio denegari ſolet actio, *l. ait*. 7. *De jurejurand.* Quando tamen aliquo caſu concedi poſſet, cum ſubſit civilis obligatio, ac etiam impetratione actionum hodie non ſit opus, & alioqui alia actio, quam ſuper qua juramentum ſit, rectè intentetur, *l. in duobus*. 28. *§.* 4. *De jurejurand.* ideò in omnem eventum, & actio, & exceptio, ex jurejurando datur, *l. nam poſteaquam*. 9. *l. ſed ſi*. 11. *De jurejur.* Nam cui competit actio, multò magis exceptio, *l.* 1. *§. iis autem*. 4. *De ſuperficieb.*

b De Periurio Quæri. *L. ult. De in lit. jurand. l. adverſus*. 15. *De except.* præſertim hoc caſu, ubi per juramentum ferè eſt tranſactum, *l. admonendi*. 31. in fin. *De jurejur.* Loquitur enim de juramento judiciali, quod creditor deſert, in verb. *deferente creditore*: quanquam idem ſit in neceſſario, ſaltem quoad hanc exceptionem, *l. ultim. De in lit. juran.*

c Exceptiones. *L.* 3. *§.* 1. *l. ſed ſi*. 11. *De jurejur.*

d Petitore Deferente. Non † enim ſtatur jurijurando, quod quis ſpontè, & ultrò præſtat, *d. l.* 3. 2

e Vendicet. Etſi prætor non ſolet dare actionem de eo, quod juratum eſt, *d. l. ait*. 7. tamen ſæpè de ipſo jurejurando controverſiæ incidunt, ut dari debeat, *d. l. nam poſteaquam*. 9. *eodem*. Poteſt etiam ex alia cauſa concedi, ut contra eum, qui non juravit, *l. ult. De jurejur.* & impetrationibus tempore Juſtiniani ſublatis, certè agi de facto poterat. Quare in ſumma, ubi intentata eſt actio, ſive jure, ſive injuria, locum habebit hæc exceptio, *d. l. ſed ſi*. 11. *l. in duobus*. 28. *De jurejurando*.

f Verum Sit. Per conceſſionem, ut maximè verum eſſe poſſit: ac videtur Juſtinian. præſupponere ejuſmodi ſpeciem, in qua verus debitor debitum abjuravit.

g Condemnari. Quòd iniquum ſit de periurio quæri, *d. l. ſed ſi poſſeſſori*. 11. *De jurejur.* unde hic locus videtur deſumptus.

§. 5. Item ſi in judicio tecum actum fuerit.

Item ſi in judicio tecum actum fuerit, ſive in rem, ſive in perſonam, nihilominus obligatio durat *a*: & ideò ipſo jure *b* de eadem re poſteà adverſus te agi poteſt: ſed debes per exceptionem rei judicatæ adjuvari *c*. Hæc exempli cauſa retuliſſe ſufficiat. Alioqui quàm ex multis, variiſque cauſis exceptiones neceſſariæ ſint, ex latioribus Digeſtorum, ſeu Pandectarum libris intelligi poteſt *d*. Quarum quædam ex legibus, vel ex iis, quæ legis vicem obtinent, vel ex ipſius prætoris juriſdictione ſubſtantiam capiunt.

3. Exceptio rei judicatæ, & jurisjurandi comparatur:

SEptima exceptio rei judicatæ.

a OBLIGATIO DURAT. Sicut † modo in jurisjurandi exceptione locutus eſt de ea ſpecie, in qua qui verè debet, creditum abjurat, atque ita ſolo jurejurando tutus eſt: ſic hic, ut in caſu magis dubitabili, præſupponit ſententia injuſtè eſſe abſolutum, qui verè debuit: quæ cum feratur in invitos, *l. inter.* 83. §. 1. *De verb. obligat.* liquet nullam hic ſubeſſe conventionem, ex qua judicari poſſit, ſublatam eſſe obligationem naturalem, ut in jurejurando: proinde natura is, qui contra veritatem abſolutus eſt, debitor manet, *l. Julianus*. 60. *De cond. indeb.* quin etiam civilem obligationem durare dicendum eſt, cum ſententia non ſit modus tollendæ obligationis legitimus: eademque ratio, & proinde idem jus valet in juramento neceſſario. Vide in *l. admonendi*. 31. *De jurejur.*

b IPSO JURE. Hoc eſt, jure civili: nam prætor contra rem judicatam, non dat actionem: qua de re fruſtra hic diſputatur, cum Juſtiniani tempore formulæ, & impetrationes eſſent ſublatæ, & cuique, qui jure civili actionem haberet, ea agere, cum expectatione tamen pœnæ temere litigantium poſſet. Nec dubitare debet, quin ad ſui temporis forum, compoſitores Inſtitut. hæc exempla accommodarint.

c ADJUVARI. *L.* 3. *& tot. tit. De except. rei judic.*

d INTELLIGI POTEST, *Tit. De exceptio.* cum multis ſequentibus.

§. 6. Appellantur autem,

APpellantur autem exceptiones aliæ perpetuæ, & peremptoriæ *a*, aliæ temporales, & dilatoriæ. Perpetuæ, & peremptoriæ ſunt, quæ ſemper *b* agentibus obſtant, & ſemper rem, de qua agitur, perimunt *c*: qualis eſt exceptio doli mali *d*, & quod metus cauſa factum eſt *e*, & pacti conventi, cum ita convenerit, ne omninò *f* pecunia peteretur. Temporales, atque dilatoriæ ſunt, quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt; qualis eſt pacti conventi, cum ita convenerit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium. Nam finito eo tempore, non impeditur actor rem exequi *g*. Ergo ii, quibus intra certum tempus agere volentibus objicitur *h* exceptio, aut pacti conventi, aut alia ſimilis, differre debent actionem, & poſt tempus agere *i*: ideò enim & dilatoriæ iſtæ exceptiones appellantur. Alioqui ſi intra tempus egerint, objectaque ſit exceptio; neque eo judicio quicquam conſequebantur k propter exceptionem, neque poſt tempus olim agere poterant: cum temerè rem in judicium deducebant, & conſumebant, qua ratione rem amittebant *l*. Hodie autem non ita ſtrictè hoc procedere volumus *m*: ſed eum, qui ante tempus pactionis, vel obligationis, litem inferre auſus eſt, Zenonianæ conſtitutioni *n* ſubjacere cenſemus: quam ſacratiſſimus Legislator de iis, qui tempore plus petierint, protulit *o*: ut & inducias, quas ipſe actor ſponte indulſerit, vel quas natura actionis continet, ſi contempſerit, in duplum habeant ii, qui talem injuriam paſſi ſunt: & poſt eas finitas non aliter litem ſuſcipiant *p*, niſi omnes expenſas litis antea acceperint: ut actores tali pœna perterriti, tempora litium doceantur obſervare, Præterea etiam ex perſona ſunt dilatoriæ exceptiones; quales ſunt procuratoriæ *q*: veluti ſi per militem, aut mulierem agere quis velit *r*. Nam militibus nec pro patre, vel matre, vel uxore, nec ex ſacro reſcripto, pro-

procuratorio nomine experiri conceditur *ſ*: ſuis verò negotiis ſupereſſe, ſine offenſa militaris diſciplinæ *t* poſſunt *u*. Eas verò exceptiones, quæ olim procuratoribus propter infamiam, vel dantis *x*, vel ipſius procuratoris opponebantur *y*, cum in judiciis frequentari nullo modo perſpeximus, conquieſcere ſancimus *z*: ne dum de his altercatur, ipſius negotiis diſceptatio protelėtur.

1. *Peremptoriæ exceptiones quandiu opponi poſſint, & cur.*
2. *Exceptio doli perpetua, actio biennio tantum durat.*
3. *Plus petentes tempore, olim cauſa cadebant.*
4. *Exceptio expenſarum litis quo referenda.*
5. *Exceptiones procuratorias variè opponi.*
6. *Infames etſi poſtulare non poſſunt, alia tamen officia gerere poſſunt.*

DIviſio exceptionnm: aliæ peremptnriæ, & perpetuæ, aliæ temporales, & dilatoriæ, ex *l.* 3. *ff. eod.* & de ſingularum vi, & effectu.

a ET PEREMPTORIAE. Quia actionem, ſeu rem perimunt, ut ſequitur.

b SEMPER. Etiam ultra 30. annos, *l. ſi pactum.* 6. ubi Gloſſ. & DD. *C. eod. l. purè.* 5. *§. ult. De dol. except.* Gloſſ. in *l.* 3. verb. *perſecutione. C. De præſcript.* 30. *ann.* Panorm. & Felin. in *c. Si autem.* 9. *De reſcript.* Franc. Bal. in *tract. præſcript.* 4. *partis, quæſt.* 37. Non enim eſt † in poteſtate rei, quandocunque velit, objicere exceptionem, ſed exſpectandus eſt illi actor, cujus intentionem hoc objectu excludat, *d. l.* 5. in fin. *De dol. except.* Cùm igitur nulla in illum cadat negligentia, non debet etiam præſcriptio ulla, jus excipiendi ejus imminuere, *l.* 1. *§. ult. C. De annal. except.* Bart. in *l. ſicut.* 3. *num.* 2. *C. De præſcript.* 30. *annor.* eamque rationem indicat Paulus in *d. l.* 5. *§. ultim. De dol. exception.* 1

c PERIMONT. Nota, unde dicta ſit peremptoria.

2 *d* DOLI MALI. Etſi † enim doli actio tantùm biennio dnrat, *l. ult. C. De dol. mal.* tamen exceptio ex ratione jam dicta, nullis temporum ſpatiis circnmſcribitur, *d. l. purè. §. ultim. d. l. ſi pactum.* Nam quæ annua ſunt ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum, Glnſſ. in *d. l. ſi pactum*, in fin.

e FACTOM EST. *L. ſi mulier.* 21. *§.* 1. *Quod met. cauſ. d. l.* 5.

f NE OMNINO. Nullo tempore: opponit enim hoc pacto de non petendo intra certum tempus: hæ autem exceptiones proponnntur poſt litem cnnteſtatam, & probantur impleta intentione, *l. exceptionem.* 19. *C. De probat. l. ſi quidem.* 9. *C. De exceptio.* niſi cum dilatoriæ ad impediendum litis ingreſſum ante admittuntur, *c.* 1. *De lit. conteſt. in* 6. ſcilicet cum in enntinenti probari poſſunt, DD. *d. c.* 1. Bart. in *l. final. nu.* 3. *ff. Pro ſuo.* Bal. & DD. in *l. edicto, ult. C. edict. Divi Adr.* Fran. in *d. c.* 1. *num.* 8.

g REM EXEQUI. Non dicit, *agere*: ſed rem *exequi*: ut ſignificet, cum effectu exceptionis agi poſt tempus poſſe.

h OBJICITUR. Quibus objici poteſt, ut oſtendunt verba ſequent. *Alioquin ſi intra tempus egerint, &c.*

i ET POST TEMPUS. Nam olim aliàs cauſa cadebant, tempore Juſtiniani, quo hæ Inſtitut. compoſitæ ſunt, induciæ duplicabantnr, ut ſequitur: quò compoſitores Inſtit. reſpexiſſe, planè eſt conſentaneum.

k CONSEQUEBANTUR. Nnn his noſtris temporibus, quò omnia referri putandum eſt, niſi aliud exprimatur: ſed olim, ut ſequentia oſtendunt.

l AMITTEBANT. Gloſſ. ultim. *l. pecuniam.* 36. *Si cert. pet.* Nam † plus petentes tempore, olim cauſa cadebant: eoque poſt rem judicatam, amplius non audiebantur, utpotè lite amiſſa: ut ſup. ad *tit. De action.* eſt expoſitum. 3

m VOLUMUS. Voluit Juſtinianus Inſtitutiones ex jure ſui temporis, uſuque forenſi componi. Quare ubi aliud nihil exprimitur, de jure non antiquo, & antiquato, ſed qund tempore Juſtiniani uſurparetur, agi conſentaneum eſt.

n ZENONIANAE CONSTITUTIONI. De hac dictum eſt ſupr. *De actio. §. ſed hæc quidem.* 32. nec hìc mutatum jure Canonico: imò confirmatum *c.* 1. *De plus petit.* probat multis Jaſ. *l. pecuniam.* 36. *num.* 8. 9. *Si cert. pet.*

o PROTULIT. Summa Zennnianæ conſtitutionis, cujus locum vacuum putat Cont. in *tit. C. De plus petition.*

p LITEM SUSCIPIANT. Impedit igitnr † litis ingreſſum, hæc expenſarum exceptio, *l. ſancimus.* 13. (al. 15.) *C. De jud.* quia quandn plus petitur, abſnlvendus eſt reus cum refuſione expenſarnm *c.* 1. *De plus pet.* junct. *c. Examinata.* 15. *De jud.* eoque poteſt hæc exceptio plus petitinnis referri inter impedientes litis ingreſſum, quæ oſtendunt nnn tenere actionem: quas ultra 40. recenſet Philip. Fran. in *c.* 1. circa fin. *De lit. conteſt. in* 6. 4

q PROCURATORIAE. *L.* 3. *eod*; quæ ante litem conteſtatam ſunt opponendæ, *l. ita demum.* 13. *C. De procur.* niſi ſtatim poſt litem conteſtatam proponantur. Glnſſ. *l. Pomponius.* 40. *§. ratihabitionis. De procur.* per *l. petens. C. De pact. l. Modeſtinus.* 76. *De ſolut.* & niſi poſt litem conteſtatam competere incipiant. Innocent. *c. Paſtoralis.* 4. *nu.* 3. *De except.* Ant. de Butr. *c. Cum dilectus.* 2. *nu.* 20. *De ordin. cognit.* Rom. *l. ſi mulier.* 12. *n.* 11. *ſolut. matrim.*

Fe-

Digitized by Google

Felin.c.*Exceptionem*.12.*De except*. Hyppol. *l.Divus*.9. *De quaſtion.*

5 *r* Quis Velit. Varia † ex cauſa hæc exceptio opponi poteſt: vel quia non habet mandatum agens, *l. inter*. 39. §. 3. *De dam. infect.* vel quia non ſatiſdedit, ut ſupr. *De ſatiſdat.* vel quod procurator eſſe non poſſit, etiamſi mandatum habeat, & cavere paratus ſit: qnn pertinent exempla hic ſubjecta, vel quia dare non potuit, qni dedit, *l. neque*. 11. *C. De procur. l. in exceptionibus*. 19. *De probat.* vel quòd non idoneè dedit, &c. qua de re ad *tit. De procur. in Paratit.* diximns.

ſ Conceditur. *L. militem*. 7. *C. De procur*, *, filiusfamilias*. 8. §. *veterani*. 20. *eod.*

t Militaris Disciplinae. Significat rationem prohibitionis illius, quæ dicitur utilitas eſſe publica, in *d. l.* 7.

u Possunt. *L. qui ſtipendia*. 9. *C. De procurat.*

x Vel Dantis. Hoc eſt, domini conſtituentis procuratnrem.

y Opponebantur. Quint. *lib*. 3. *cap*. 6. & *lib*. 7. *cap*. 5.

z Sancimus. Quanquam igitur † poſtulare non ſemper pro aliis infames poſſunt, *l*. 1. & paſſim *De poſtulan. l.* 1. *&* 2. *De his qui not. infam.* quia dignitatis functio eſt, *l. providendum*. 7. ubi Glnſſ. ad verb. *nobiliſſimos*. *C. De poſtulan.* à qua infames arcentnr, *l*. 2. *C. De dignitat. lib*. 12. *l. ne quis*. 38. *C. De decur. lib*. 10. tamen procuratores eſſe poſſunt, Gloſſ. & DD. in *d. l*. 2. & in *l*. 1. §. *ait Pretor*. 7. verſ. *hoc edicto*. *De poſtulan.* per iſtum textum qnemadmodum & tutores, *l*. 1. §. *ait*. 3. *l. cui eorum*. 3. ubi Bald. *De poſtulan.* arbitri. Gloſſ. in *d. l*. 2. per *l. Padius*. 7. *De recept. arb.* notarii. *l. ſi quis* (alias *l. ſi aliquid*. 12.) *C. De ſuſcept. libr*. 10. Bart. in *l. eadem*. 6. §. 1. *Ad leg. Jul. repetund.* Ferrar. in *for. oppoſ. inſtr.* verb. *non fuit*. *numer*. 5. Et de procuratore quidem res aperta eſt, quia nnneſt publicnm nfficium, neque ex dignitate, ſed privatum, & vile, *l. ſi quis procurationem*. 34. *C. De decurio. lib*. 10. & litem conteſtandn procurator fit dominns, agitque rem ſnam. *l. nulla*. 23. *C. De procur.* Dominum autem infamem de re ſua litigare poſſe, dubium non eſt, *l*. 1. *&* 2. *De his qui not. infam.* 6

DE REPLICATIONIBVS,

Titulus Decimus Quartus.

1. *Continuatio.*
2. *Quid ſit replicatio.*
3. *Propria.*
4. *Species.*
5. *Cauſa, cui contra quem detur.*
6. *Materia.*
7. *Forma.*
8. *Finis.*
9. *Effectus.*
10. *Adjacentia.*
11. *Affinia.*
12. *Contraria.*

1 EXceptionem † nt in judicio ſeqnitur replicatio, *l*.2. *De except.* quę eſt exceptio, excluſio, oppugnatio exceptionis, *l*. 2. *l. exceptio*. 22. *De excep.* ut in *l. nam poſtea*. 9. §. *ſi minor* 3. & §.4. *l. jusjurandum*. 18. §. 1. *l. in duobus*. 28. §. 2. *De jurejuran. l. ſi unus*. 27. §. *pactus*.2. *De pact.* ſic in hoc judiciorum tractatu, nempe tertio juris objecto, mox exceptionum argumento rectè titulus de replicationibus ſubjun-

2 gitur. Replicatio † vocatur agentis exceptio, *d. l*. 2. quòd excludat, & replicando elidat jus exceptionis, *d. l. ſi unus*. §. *pactus*. Replicare contrarium ſui ſimplicis per translatiooem ſignificat rurſum dicere, aliquid iterum explicare, confirmare, ut Cic. *pro Sylla*. Replicare memoriam temporum: de *Divinat*. 1. Replicare tempus: & Plinius, Qunm ſæpius ille replicaſſet, tandem perſuaſit. Significat etiam invertere, reſolvere. Plinius *lib*. 8. *ca*. 27. Cum igitur refutans exceptionem actor, rurſum ab actione intentata de cauſa ſua dicat, eo fine, ut actionem, ſen intentinnem ſuam iterum dicendo confirmet, & nbjectam à reo exceptinnem evertat, rectè ſecundum utramqne ſignificationem, ea altera ipſius poſtulatio nomine replicationis notatur. Eſt igitur replicatin nihil aliud, quàm exceptio actoris, qua rei exceptionem replicando elidit, *l*. 2. §. 1. *ff. eod. l. non exceptionibus*. 10. *C. eod De except.* I. C. in *d. l*. 2. §. 1. *ff. eod.* Replicationes, inquit, nihil aliud ſunt, quàm exceptinnes, & à parte actoris veniunt, quæ quidem iden neceſſariæ ſunt, ut exceptinnes excludant. Semper enim replicatio idcircò nbjicitur, ut exceptiooem oppugnet. Paulus *leg. antepen. De exception.* Replicatio, inquit, eſt contraria exceptio, quaſi exceptinnis exceptio, hoc eſt, excluſin, per quam contra exceptionem actor ſuam adjuvat intentionem, *l. ſi ex majore*. 7. *l. non exceptionibus*. 10. *C. De except.* Juſtin. in princ. *hoc titulo*. Eſt allegatio actoris ejns adjnvandi gratia contra injuſtitiam exceptionis inducta. Propria † quòd ſit ex- 3
cluſnria, *l*. 2. §. *illud* 2. *eod.* dum tamen idnnea, *c*. 2. *c. dilecti*. *De excep.* & contraria exceptinni, *l. antepenult. De exception.* multiplicabilis. *l*. 2. §. *ult.* Perpetua, ſicut exceptio, etiam cnm actin tantum eſt annalis, ut in replicatione doli patet. *l. ſi pactum*. 6. *C. eod. &c.* Replicatio † porrò multi- 4
plicatur, ſi contra eam reus duplicet. Nam hnic nbji-

objicitur actoris nova replicatio, quæ appellatur
triplicatio *d. l. 2. §. illud. & §. 1. hoc tit.* & contra
triplicationem datur quadruplicatio, & huic ad-
verſaria, deinde quintuplicatio, & deinceps multi-
plicantur nomina, dum aut reus, aut actor objicit,
d. l. 2. §. illud. Quia tamen infinitas eſt vitanda,
l. 3. §. ult. De teſtibus. ſolet officio judicis modus
allegationibus imponi, *l. judices*. 9. cum Anth. ſeq.
ubi dixi *C. De judic.* aut de eo per compromiſſum
conveniri, nempe ut duabus vel tribos ſcriptioni-
bus utraque pars io cauſa concludat hoc modo:
*und ſollen alſo beyde parten mit zvveen oder dreyen ſe-
gen zum urtheil beſchlieſſen*. Cæterùm quæcunque ſunt
exceptionom ſpecies à parte rei, eædem eſſe poſ-
ſunt replicationes ex parte agentis, ut à cauſa ef-
ficiente, legitima *c. qualiter*. 24. *De accuſat.* à ma-
teria replicatio doli mali, *l. niſi*. 3. *Si cui plus
quam per L. Falcid. l. 4. l. 5. Ad S. C. Vellejan.*
quæ datur in eum, qoi vult ex alieno eſſe locuple-
tior *l. ſi quis*. 17. *§. ult. De inſtitor. act.* & pacto
rectè objicitur *l. 3. C. eod.* non etiam jurijurando, *l.
adverſus*. 15. *De except.* Falſi contra rem judicatam,
l. qui agnitis. 11. *eod.* Item pacti de petendo: ut
ſi pactus ne peteret, convenit poſt, ut petere poſ-
ſit, ut in *l. ſi unus*. 27. *§. pactus*. 2. *De pact.* equi-
dem excipienti de pacto debitori, replicabitur ex
pacto poſteriore, in princ. *hoc tit.* quod priori de-
5 rogat., *l. pacta noviſſima*. 12. *C. De pact.* Cauſa †
æqoitas: cum videlicet iniqua proponitur & in-
teotioni nocet exceptio, ut alia allegatione, quæ
juvet actorem, opus ſit in princ. infr. *eod.* Datur
vero actori, *l. 2. §. 1. & 2. eod.* non reo, *d. l. non
exceptionibus*. 10. *C. eod.* ſed contra reum *d. l. 2.*
6 *§. 1. & §. 2. eod.* Materia † circa quam, eſt in-
teotio agentis, *d. l. non exceptionibus*. 10. *De ex-
cept.* & exceptio defendentis, *l. 2. l. antepen. ff.
eod.* ut illam confirmet replicatio, *d. l. non excep-
tionibus*. 10. *C. eod. De excep.* hanc infirmet. *l. 2.
§. 1.* cum ſeq. *l. antepenult. ff. eod.* in princ. *hoc tit.*
unde replicando non debet actor contrarios eſſe
ſuo libello. Bald. *c. 1. nu. 3. De contr. inter vaſsall.
& Epiſcop.* Contra tamen exceptionem jurisjurandi
replicatio de perjurio locum non habet, *l. adverſus*.
15. *De except.* ubi Bart. & DD. nec adverſus ex-
ceptionem doli ejuſdem replicatio, *l. 4. 5. §. quæ-
ſitum*. 12. verſ. *Marcellus ait. De dol. except.* ubi in
ſequentib. exponitur copioſius, quas adverſum ex-
ceptiones replicatio locum habeat, & videndos eſt
Sebaſt. Medic. *De compenſat. quæſt.* 30. *partis* 2.
7 Forma † proponendi & probandi hìc eadem, quæ
in exceptione. Itaque conditionaliter exceptionis
inſtar proponitur *l. itaque*. 48. *De procurat. l. ult. §.
item*. 2. *Ad S. C. Vell. l. conſilio*. 7. *§. 1. 2. De cu-
rat. fur.* Nam ut reus probat exceptionem, *d. l. in
excep.* 19. *De probat.* ſic & actor replicationem, *l.
3. C. De except. c. dilecti*. 8. *eod.* ad quam proban-
dam putatur etiam reos cogi, ut edat inſtrumen-
ta actori, *l. ult.* ubi DD. *C. De eden.* quæ lex illud
noo modo non, ſed contrarium mihi probare vide-
tur: quare potius ſtandum regulæ, *l. 1. l. 4. C.
De eden. c. 1. De fid. inſtrum. l. 2. C. De proba. l.
nimis grave*. 7. *C. De teſtibus*. Nam ſi reus ad inten-
tionem actoris probandam oihil edere cogitur. *d.
l. ult.* cur quæſo ad acceſſionem intentionis, ſeu
confirmationem? quæ eſt replicatio. An quod una
via probetur, alia inducetur? contra *l. oratio*. 16.
De ſponſa. cum ſimil. Finis † duplex, alter, ut ex- 8
ceptiones excludat, *l. 2. §. 1. l. antepen. eod.* vel
oppugnet, *d. l. 2. §. 1.* verſ. *ſemper enim. d. l. 2. l.
antepenult. De excep.* Alter, ut adjuvet intentionem
agentis, *d. l. ſi ex majore*. 7. *d. l. non exceptionibus*.
10. *l. antepen. C. De excep.* vel actorem ipſum in
prin. *hoc tit.* effectus, † quod replicatio doli oppo- 9
ſita faciat judicinm quodammodo bonæ fidei, &
commentum fraudis repellat, *l. 3. C. eod.* Deni-
que, quòd quævis adjuvet agentis inteotionem,
d. l. ſi ex. 7. C. eod. & muniat, *l. antep. C. eod.* exclu-
dat verò exceptionem, *l. 2. §. 1. 2. eod. l. 3. 6. 7.
C. eod.* & reſolvat jus ejus in princ. infr. *eod.* dum
tamen idonea fuerit, *c. 2. c. dilecti*. 8. *extr. eod. tit.
De except.* Adjacent † intentio libelli, *l. 7. l. 10.* 10
C. De except. juſtitia, æquitas, *§. 1.* verſ. *rurſus*
infr. *eod.* Item allegatio replicationis, Jaſ. *l. 2.* in
fin. *C. De jud.* d. verſ. *rurſus.* verb. *alia allegatione*.
hoc titulo. doli mali. *l. adverſus*. 15. *De exceptio, l. ſi
pactum*. 6. *C. eod.* probatiò replicationis, ut excep-
tionis, *l. 2. eod. tit. d. l. in exceptionibus*. 19. *De prob.*
in quem uſum ſolet editio rationum ab adverſa
parte peti, & obtineri, ut volunt quidam DD. *l.
ult. C. De eden.* ubi illud improbavimus. Affinis † 11
eſt triplicatio, quintuplicatio, ac ſimilia actoris
firmamenta, de quibns hic in princ. *l. 2. §. 2. De
excep.* niſi malis ſpeciebus replicationis ejuſmodi an
numerare. Contraria † eſt duplicatio, d. verſ. *rur-* 12
ſus. hoc tit. pro qua mirum eſt (niſi mendum ſub-
eſt) triplicationem poni, *l. 2. §. 2. De except.* Con-
traria eſt & vis, ac religio jurisjurandi, *l. adverſus*.
5. *De except.* Injuſtitia, iniquitas, *d.* verſic. *rur-
ſus. hoc tit.* & reliqua, quæ (excepta replicatione)
diximus exceptioni obſtare: cui tamen ſicut non
officit præſcriptio, *l. 5. §. ult. De dol. ex.* ſic nec eam-
dem replicationi reſiſtere putandum eſt, *l. ſi pa-
ctum*. 6. *C. De except.* Regulariter enim & inter-
pretationem accipit ex jure exceptionis, cujus
quædam eſt ſpecies. DD. *l. ultim. C. De eden. l. 2.
De except.*

Digitized by Google

DUo ſunt capita hujus Tituli,
1. Quid ſit replicatio. §. 1.
2. Quibus exceptio & replicatio proſit. §. 2.

§. 1. Interdum evenit, ut exceptio.

INterdum evenit, ut exceptio, quæ prima facie *a* juſta videtur, tamen iniquè noceat *b*: quod cum accidit, alia allegatione opus eſt, adjuvandi actoris gratia: quæ replicatio vocatur *c*: quia per eam replicatur, atque reſolvitur jus exceptionis *d*. Veluti cum pactus eſt aliquis cum debitore ſuo, ne ab eo pecuniam petat: deinde poſteà in contrarium pacti ſunt, id eſt, ut creditori petere liceat: ſi creditor agat, & excipiat debitor, ut ita demum condemnetur *e*: ſi non convenerit, ne eam pecuniam creditor petat, nocet ei exceptio. Convenit enim ita: namque nihilominus hoc verum manet, licet poſtea in contrarium pacti ſint *f*. Sed quia iniquum eſt, creditorem excludi: replicatio ei dabitur ex poſteriore pacto convento *g*. Rurſus interdum evenit, ut replicatio, quæ prima facie juſta eſt, iniquè noceat: quod cum accidit, alia allegatione opus eſt adjuvandi rei gratia: quæ duplicatio *h* vocatur. Et ſi rurſus *i* ea prima facie juſta videatur, ſed propter aliquam cauſam inique actori noceat: rurſus alia allegatione opus eſt, qua Actor adjuvetur: quæ dicitur triplicatio *k*. Quarum omnium exceptionum uſum, interdum ulterius, quàm diximus, varietas negotiorum introducit: quas omnes apertius ex Digeſtorum latiore volumine *l* facile eſt cognoſcere.

1. *Exceptionis & replicationis idem effectus.*

a PRIMA FACIE. Abſolutè, & in theſi, non relatione ad actionem facta, nec in hypotheſi, de qua tractatur.

b NOCEAT. Actioni.

c REPLICATIO VOCATUR. *D. l.* 2. *l. non exceptionibus.* 10. *C. eodem.* de cujus formula in *l. conſilio.* 7. *De curat. fur. l. ſi quis.* 24. *De except. rei jud. l. itaque.* 48. *De procur.*

1 *d* JUS EXCEPTIONIS. Non † igitur perimit exceptio ipſo jure actionem, ſed elidit, *l. ſi unus.* 27. *§. pactus,* 2. *De pact.* quamobrem eadem ratione perimitur, vel excluditur à replicatione, *d. l.* 2. *l. exceptio.* 22. *De except.* & ut hic ait Juſtin. reſolvitur.

e CONDEMNETUR. Formula exceptionis.

2. *Poſterius pactum ipſo jure tollere prius.*

f PACTI SUNT. Quia † poſterius pactum non tollit prius ipſo jure, *d. l. ſi unus.* 27. *§. pactus.* 2. *De pact.* Manente igitur cauſa, manet effectus, exceptio videlicet, quæ ex tali pacto naſcitur. 2

g PACTO CONVENTO. Quod derogat priori, *l. pacta noviſſima.* 12. *C. De pact.*

h DUPLICATIO. Hujus non fit mentio in *Florent. d. l.* 2.

i ET SI RURSUS. Forma procedendi in lite uſque ad probationem & ſententiam.

k TRIPLICATIO. *D. l. conſilio.* 7. §. 1. & §. 2. in fin. verb. *triplicatio doli. De curat. fur. d. l.* 2. §. 1. *eod.*

l VOLUMINE. *Lib.* 44. *tit.* 1. 2. cum ſeq. ubi copioſiùs exceptionum genera proponuntur, & exponuntur.

§. 2. Exceptiones autem.

EXceptiones autem, quibus debitor defenditur *a*, plerunque accommodari ſolent etiam fidejuſſoribus *b* ejus, & rectè: quia quod ab iis petitur, id ab ipſo debitore peti videtur: *c* quia mandati judicio redditurus eſt *d* eis, quod ii pro eo ſolverint *e*. Qua ratione & ſi de non petenda

pecu-

pecunia pactus quis cum Reo fuerit: placuit perinde ſuccurrendum eſſe per exceptionem pacti conventi illis quoque, qui pro eo obligati ſunt, ac ſi etiam cum ipſis pactus eſſet, ne ab eis ea pecunia peteretur *f*. Sanè quædam exceptiones non ſolent his accommodari. Ecce enim debitor, ſi bonis ſuis ceſſerit, & cum eo creditor experiatur: defenditur per exceptionem, ſi bonis ceſſerit *g*. Sed hæc exceptio *h* fidejuſſoribus non datur *i*: ideo ſcilicet, quia qui alios pro debitore obligat, hoc maximè proſpicit *k*, ut, cum facultatibus lapſus fuerit debitor, poſſit ab iis, quos pro eo obligavit, ſuum conſequi.

1. Cedens bonis duplicem habet exceptionem.

DE effectu exceptioonum: & quibus proſint. Unde poteſt illarum alia diviſio colligi, quod aliæ ſcilicet perſoonæ, aliæ rei cohæreant, atque inde ſint vel perſonales, vel reales, *l. exceptiones. 7. eod.*

a DEFENDITUR. Nam ſecus eſt in perſonalibus, *d. l. exceptiones. 7. eod.* id quod pòſt in verſic. *ſanè* declaratur.

b FIDEJUSSORIBUS EJUS. *L. & heredi. 21. §. ult. De pact.*

c PETI VIDETUR. *L. ſi alienam. 19. C. De fidejuſſ.* Exceptio autem, quæ competit actori, non tranſit in ſucceſſorem, ſi in ejus perſona cauſa edendæ actionis deficiat. *l. quæſitum. 31. §. ſi annuas.* cum ſeq. *ff. De pecul.*

d REDDITURUS EST. Itaq; nihil prodeſſet reo pactio, ſi non daretur etiam inde fidejuſſori exceptio.

e SOLVERINT. *L. mandati. 14. C. De fidejuſſ. l. qui fide. 53. l. ex mandato. 20. mandati.* quippè cum tacitè Reus ſuo periculo id mandaſſe videatur. *l. indebitam. 47. De cond. indebit.*

f PECUNIA PETERETUR. *L. 5. De lib. legat. l. quod dictum. 32. De pact.*

g SI BONIS CESSERIT. *L. 4. & tot. titul. De ceſſ. bon. §. ult.* ſup. *De actio.* & quidem duplicem: unam † in ſolidum, ſi acceſſione nihilò opulentior 1
ſit factus: alteram, quatenus facere poteſt, ſi ad pinguiorem fortunam pervenit, *d. §. ult.*

h HÆC EXCEPTIO. Ut nec aliæ perſonales. *d. l. 7. eod.*

i NON DATUR. Quia hoc actum non eſt. *l. niſi. 22. De pact.*

k PROSPICIT. Cauſa finalis fidejuſſionum.

DE INTERDICTIS,

Titulus Decimus Quintus.

1. Continuatio tituli. Interdicta ab actionibus quid differant: & diſpoſitio tituli.

1 POſtquam † de actionibus dictum eſt, earumque ordine, progreſſu, & cum exceptionibus coogreſſu: ſequens fuit etiam ſubiicere de interdictis, quæ & ipſa vice actionum ſunt, *§. ult. hoc tit.* & harum appellatione continentur. *l. actionis. 37. De oblig. & act. l. 3. De mor. infer. l. ob id. 43. §. ultim. Ad l. Aquil.* quorum definitiones tam nominis, quàm rei, item diviſiones in ipſo textu exponuntur. Differunt autem hæc multipliciter ab actionibus, etiamſi harum nomine ſicut oſtendimus *ἐν πλάτει* comprehendantur, *d. l. actionis. 37. De obligat.* Primum cauſa efficiente: quia actiones pleræque ex legibus, *l. 1. 2. §. his legib. 2. De orig. jur.* interdicta omnia ex juriſdictione prætoria deſcendunt. *§. 1. 2. hoc tit. l. 1. eo. De interdict.* II. Materia: illæ de rebus privatis, hæc etiam de publicis & ſacris redduntur, *l. 1. De interd. tot. tit. ne quid in loc. ſac. ne quid. in loc. publ.* in illis de proprietate potiſſimùm, in his de poſſeſſione quæritur. *l. 2. §. quædam. 2. eo.* III. Forma: actiones præter conceptas ad judicem pedaneum diſceptandas mittebat: interdictum ipſum re cognita, & ex officio; imperioque reddebat, ex iiſque judicia communi ſponſione oonnunquam conſtituebat, delegata (ut in actionibus) cognitione judicibus, qui Recuperatores dicebantur. Cicer. *pro Cæcin. & 1. in Verr.* Quintil. *lib. 7. cap. 5.* cujuſmodi forma conceptionum & impetrationum, ut in actionibus mutata eſt, *l. 1. & 2. C. De formul. ſubl.* ita & in interdictis, pro quibus poſteritas extraordinariis perſecutionibus uti cœpit. *§. ult. hoc tit.* Hoc autem reſpectu exiſtimo inter actiones olim fuiſſe interdicta numerata. *d. l. actionis.* quod ſcilicet inſtar actionis judicium ex interdicto ad recuperatores judices deferetur, & vim, atque effectum actionis haberet. Etſi enim in actionibus prætor judici imperat, in interdicto partibus: tamen ex interdicto judicia more reliquarum actionum fuiſſe reddita: Theoph. hic exponit ube-

uberius, & probat, *l. non ſolum.* 39. *De proc. l. actionis.* 37. verſ. *interdicta. De oblt. l.* 3. *De mor. infer. l. ob id.* 43. *Ad l. Aquil.* IV. Differunt etiam fine. Actionibus quiſque ſuum conſequitur. §. 1. ſup. *De actio.* Interdicta verò aut publici, aut privati juris, aut officii tuendi cauſa ſunt comparata. *l.* 2. §. 1. Interdicta omnia vi perſonali, quamvis in rem ſcripta, *l.* 1. §. *ult. eo.* actiones non item. §. 1. cum ſeq. ſup. *De act.* Differunt & aliis modis, ut natura, forma probandi, & effectu, de quibus nunc longum & inſtitutioni primæ minus conveniens eſſet multa dicere. *ff. eod.* Horum ergo primò deſinitio, tum tres diviſiones, poſtremò forma, & exitus hoc in titulo juxta methodum proponuntur.

IUs noſtrum perſequimur non ſolùm actionibus, de quibus ſupra actum eſt, verum etiam interdictis, quæ eran formæ atque conceptiones verborum, quibus prætor aut jubebat fieri, aut fieri prohibebat, cum de poſſeſſione inter aliquos contendebatur. §. 1. *hoc tit.* De horum ordine, & vetere exitu vide §. *ult. hoc tit.*
Tres ſunt interdictorum diviſiones, quarum 1. *à forma* deducitur. 2. *à fine.* 3. *à natura.*
Ideo in tres partes divido Titulum.
1. De diviſione interdictorum à forma ſumpta. §. 2.
2. De diviſione à fine. §. 3. 4. 5. 6. 7.
3. De diviſione à natura. §. 8.

§. 1. Sequitur, ut diſpiciamus.

SEquitur, ut diſpiciamus de interdictis, *a* ſeu actionibus, quæ pro his exercentur *b*. Erant autem *c* interdicta formæ, atque conceptiones verborum, quibus prætor *d* aut jubebat *e* aliquid fieri aut fieri prohibebat *f*. Quod tunc maximè *g* fiebat, cum de poſſeſſione *h* aut quaſi poſſeſſione *i*, inter aliquos contendebatur.

1. *Interdictorum cauſa efficiens: materia, num.* 2.

a DE INTERDICTIS. Quæ unde dicta ſint, paulò pòſt exponit in §. *ſeq.* ubi definitio nominis traditur.

b EXERCENTUR. Nunc quidem formulis & impetrationibus ſublatis. §. *ultim. hoc tit.*

c ERANT AUTEM. Definitio rei, de qua Theoph. hic.

1 *d* PRÆTOR. Cauſa efficiens, † prætor, non judex pedaneus: unde decretum quoque dicitur, §. 2. verſ. *ſunt tamen. hoc tit. l.* 1. *De tab. exhib.* Cic. *pro Cæcinna.* Actiones tamen ex interdictis concipi, & ad judices recuperatores deferri ſolere, paulò antè oſtendimus: & hoc fortè hic voluit Theoph.

e AUT JUBERAT. Partibus, ut *in interd. Unde vi, uti poſſidetis*, &c. non judici, ut in actionibus.

f PROHIBEBAT. Forma, *l.* 1. *&* 2. *eod.*

g MAXIME. Nam in ſacris, & aliis, de poſſeſſione non agitur.

h POSSESSIONE. Materia † poſſeſſio non proprietas (ut in actionibus) etiamſi hujus quoque cauſam interdum complectatur. *l.* 2. § 2. *eo.* 2

i QUASI POSSESSIONE. Ut in rebus incorporalibus, *l. ſervus.* 43. §. *incorporales.* 1. *De acquiren. rer. dom.* & publicis: de quarum uſu, hoc eſt, quaſi poſſeſſione contentio, interdictum parit *l.* 2. *& tot. tit. ne quid. in loc. publ.*

§. 2. Summa autem diviſio interdictorum.

SVmma autem diviſio interdictorum hæc eſt *a* quod aut prohibitoria ſunt, aut reſtitutoria, aut exhibitoria. Prohibitoria ſunt, quibus prætor vetat aliquid fieri: veluti, vim ſine vitio poſſidenti, vel mortuum inferenti, quo ei jus erat inferendi: vel in ſacro loco ædificari, vel in flumine publico, ripave ejus aliquid fieri, quo pejus navigetur. Reſtitutoria ſunt, quibus reſtitui aliquid *b* jubet: veluti bonorum poſſeſſori poſſeſſionem eorum, quæ quis pro hærede, aut pro poſſeſſore poſſidet, ex ea hæreditate: aut cum jubet ei, qui vi de poſſeſſione fundi dejectus ſit, reſtitui poſſeſſionem. Exhibitoria ſunt *c*, per quæ jubet exhiberi: veluti eum, cujus de libertate agitur: aut libertum, cui patronus operas indicere velit: aut parenti liberos

beros, qui in poteſtate ejus ſunt. Sunt tamen, qui putent, proprie interdicta ea vocari, quæ prohibitoria ſunt: quia interdicere eſt denunciare, & prohibere, reſtitutoria autem, & exhibitoria proprie decreta vocari. Sed tamen obtinuit, omnia interdicta appellari, quia inter duos *d* dicuntur.

1. *Interdicta exhibitoria quomodo ab actione ad exhibendum diſtent.*

PRima diviſio: alia ſunt prohibitoria, alia reſtitutoria, alia exhibitoria.

a Haec Est. Sicut definitionem à forma ſumpſit, ita & primam diviſionem: nam forma dat eſſe rei. Ulpian. à materia, quæ natura prima eſt, diviſiones ordiri maluit. in *l.* 1. *eo.* ut ſuprà, §. 1. *De actio.*

b Restitui Aliquid. Vel rem, ut in his exemplis, quæ ſubjicit, vel opus, *l.* 1. in fin. *eod.* ut reſtituatur, hoc eſt, in antiquum ſtatum demoliendo, aut ædificando reponatur.

2 *c* Exhibitoria Sunt. Hæc tantum † diſtant ab actione ad exhibendum, quantum interdicta ab actionibus. Actio ad exhibendum pertinet ad proprietatem rei, actionemque ejus. *l.* 1. 3. & *tot. tit. ad exhiben.* interdicta exhibitoria ad poſſeſſionem, illa petuntur exhiberi res privatæ, his de jure etiam publico agitur. *l.* 1. *eod. l.* 3. §. 6. *l. ſi liber.* 13. *Ad exhib.*

d Quia Inter Duos. Litigatores ſcilicet duos, vel plures, nullo adjecto judice pedaneo, ad quem verba in actionibus referebantur, *Condemna judex &c.* ut vult hic Contius. Quare duos hic accipe, non reſpectu numeri litigantium, ſed tertiæ perſonæ nempe judicis, ad quem formula actionum dirigebatur.

§. 3. Sequens diviſio interdictorum.

SEquens diviſio interdictorum hæc eſt: quòd quædam adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparata ſunt, quædam retinendę, quædam recuperandæ *a*. Adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa interdictum accommodatur bonorum poſſeſſori *b*, quod appellatur, *Quorum bonorum*, ejuſque vis & poteſtas hæc eſt: ut quod ex his bonis, quorum poſſeſſio alicui *c* data eſt, quiſquam *d* pro hærede, aut pro poſſeſſore poſſideat: id ei, cui bonorum poſſeſſio data eſt, reſtituere *e* debeat. Pro hærede autem poſſidere videtur, qui putat ſe hæredem eſſe. Pro poſſeſſore is poſſidet, qui nullo jure rem hæreditariam *f*, vel etiam totam hæreditatem, ſciens ad ſe non pertinere, poſſidet *g*. Ideo autem adipiſcendæ poſſeſſionis vocatur interdictum: quia ei tantum utile eſt, qui nunc primum conatur adipiſci rei poſſeſſionem. Itaque ſi quis adeptus poſſeſſionem, amiſerit eam: hoc interdictum ei inutile eſt *h*. Interdictum quoque, quod appellatur Salvianum, adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparatum eſt *i*: eoque utitur dominus fundi k de rebus coloni *l*, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepegiſſet.

1. *Hæres interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis nonnunquam opus habet.*
2. *Bonorum poſſeſſio univerſalis cenſetur, licet res ſingularis petatur.*
3. *Petitio hæreditatis contra quos detur.*
4. *Amittens poſſeſſionem rei, quo interdicto agere debeat.*

DIviſio ſecunda à fine interdictorum: quædam enim ſunt adipiſcendæ poſſeſſionis, quædam retinendæ, quædam recuperandæ. Addit quartum confirmandæ poſſeſſionis Bal. *c.* 1. §. *ult. nu.* 1. *De proh. feud. alie.* per *Lothar.* cujuſmodi eſt inveſtituræ ſuper feudo antiquo.

a Recuperandae. *L.* 1. §. 2. *eod.*

b Bonorum Possessori. Cum ſit prætorium, datur prætorio ſucceſſori, hoc eſt, bonorum poſſeſſori: utile tamen competit etiam hæredi civili. *l.* 1. *C. Quorum bon.*

c Alicui. Agere hoc interdicto volenti.

d Quisquam. Poſſeſſor, reus conventus.

e Restituere. Hoc eſt, tradere, & cedere

illi, qui nunquam habuit: ut in *l. verbum*. 94. *De verb. ſig. l. cum quidam*. 24. *De legat.* 2. Etſi enim
1 † hæres adita hæreditate, poſſeſſor bonorum quæ-
ſita poſſeſſione, dominium juris hæreditarii vel quaſi conſequatur. *l. cum heredes*. 23. *De acquir. poſſ. l. ult. C. Qui admit. l.* 1. *De bon poſſ.* non tamen adipiſcitur unà poſſeſſionem ab alio jam occupatam, quæ facti eſt: eoque petere eam hoc interdicto debet *d. l. cum heredes. l.* 5. §. 1. *De bonor. poſſeſſ.*

f Rem Hæreditariam. Etiam ſingularem;
2 *l. licet.* 10. *De petit. her.* nec † enim deſinit univer-
ſalis propterea eſſe hæc actio, quamvis res ſingularis petatur: petitur enim jure univerſali: neque actor ſuum metitur ex eo quod poſſeſſor occupavit, ſed ex jure ſuo. *l.* 1. §. 1. *ſi pars hered. petat.*

g Possidet. *L. Pro herede*. 11. *De petit. her.*
3 nam in † hos duntaxat ſolos datur petitio hæredi-
tatis. *d. l pro herede*. non etiam contra titulo ſingulari poſſidentem. *l. hereditatis*. 7. *C. De petit. here.* Atque non mirum eſt, etiam hoc interdictum adverſus hos tantum directum eſſe: nam qui alio titulo poſſident, par jus habent cum agente: in pari autem cauſa, melior eſſe debet poſſidentis conditio. *c. in pari.* 65. *De reg. jur.* in 6. vide *De petit. her. & quor. bon.* Quod ſi porrò nemo res hæreditarias teneat, non opus habet ſucceſſor hoc interdicto, ſed poteſt poſſeſſionem vacuam, velut dominus, propria auctoritate apprehendere: ut eſt communis opinio DD. in *l. ult. C. De edict. divi Adria*. Bart. in *l.* 2. *C. Quando & quibus lib.* 10. Imol. in *c. Raynutius*. 16. *nu*, 32. *De teſt.* Soc. *conſ.* 72. *quæritur. lib.* 2. de quo dixi *ff. Quor. bon.*

h Ei Inutile Est. Sed † agere debet interdi- 4
cto recuperandæ: de quo inf. §. *recuperandæ*. 7. velut in petitorio, qui ſemel dominium hæreditatis adeptus eſt, non poteſt amplius poſſeſſione rei amiſſa, petitionem hæreditatis inſtituere, ſed agendum eſt rei vendicatione, Gloſſ. in *l.* 1. verb. *hereditas*. *De fideicom. her. petit.* Bart. in *l. ult. eo. tit.* Dec. in *l. hereditas*. 62. *num.* 3. *De reg. jur.*

i Comparatum Est. *L.* 2. §. *ult. De interd. l.* 1. *De Salvian. interdict.*

k Dominus Fondi. Item quilibet creditor, ſaltem utiliter. Bartol. in *l.* 1. *De Salvia. interd.* DD. in *l.* 1. *C. De precar.* Cyn. in *l. certi juris*. 5. *C. De loca.*

l Coloni. Sive apud Colonum ſint, ſive apud tertium: datur enim, ut actio realis contra poſſidentem. DD. in *d. l.* 1. qua de re plura dicta ſunt ad *tit. De Salvia. interdict. in Parat.*

§. 4. Retinendæ poſſeſsionis.

Retinendæ poſſeſſionis cauſa comparata ſunt interdicta, *Vti poſſidetis*, & *Vtrubi a*: cum ab utraque parte de proprietate alicujus rei controverſia ſit: & ante quæratur, uter ex litigatoribus poſſidere, & uter petere debeat *b*. Namque niſi antè exploratum fuerit, utrius eorum poſſeſſio ſit *c*, non poteſt petitoria actio inſtitui *d*: quia & civilis *e* & naturalis *f* ratio facit, vt alius poſſideat, & alius à poſſidente petat. Et quia longè commodius eſt, poſſidere potius, quàm petere *g*; ideo plerunque & ferè ſemper ingens exiſtit contentio de ipſa poſſeſſione. Commodum autem poſſidendi in eo eſt *h*, quod etiamſi ejus res non ſit, qui poſſidet, ſi modò actor non potuerit ſuam eſſe probare: remanet in ſuo loco poſſeſſio *i*. Propter quam cauſam, cum obſcura ſunt utriuſque jura, contra petitorem judicare ſolet k.

Sequitur alterum membrum propoſitæ diviſionis, quod interdicta retinendæ poſſeſſionis complectitur.

a Et Utrubi. *L.* 2. §. *ult. De interd. l.* 1. *& tot. tit. uti poſſidet.*

b Petere Debeat. Itaque cum hoc ſit dubium in hoc interdicto, uterque & actoris & rei perſonam ſuſtinet, *l.* 3. §. 1. *uti poſſ.* unde & duplex interdictum vocatur. *d. l.* 2. §. 1. *l.* 2. in princ. *De interdict.* §. *tertia*. 8. infr. *eo.*

c Possessio Sit. Sive de civili, ſive naturali, ſive juſta, ſive injuſta quæratur *l.* 2. 3. *l. ult. uti poſſ.*

d Actio Institui. *L. inter*. 62. *De jud. l.* 1. §. 5. *uti poſſ. l. ordinarii. C. De rei vend. l.* 3. *C. De interd l. ſi quis*. 3. *C. Fin. regun. l. exitus*. 35. *De acq. poſſ.*

e Et Civilis. Quæ præſupponit dominium à parte agentis, poſſeſſionem à parte rei §. 1. ſupr. *De act. l. unic. C. De alien. jud.* & alium ordinat in judicio reum, alium actorem. *d. l. inter.*

f Et Naturalis. Nam qui poſſidet, petere non poteſt, cum naturaliter ei dari nequeat, quod habet. §. *ſed ſi rem legatarii*. 11. ſup. *De legat.* nec quiſquam à ſeipſo petere poſſit. *l. legatum*. 6. §. 1. *l. qui filiabus*. 17. §. *ult. De legat.* 1. *l. debitori*. 7. cum ibi not. *C. De pact.* Jaſ. in *l. cum filiofam.* 11. *num.* 15. *De legat.* 1. & dixi ſuprà §. *item inutilis*. 6. *De inutil. ſtipulat.*

g Quam Petere. *L. is qui deſtinavit*. 24. *De rei ven. l. ult. C. De rei vend.*

h In Eo Est. Principaliter, & reſpectu judicii, de quo hic agitur: nam aliàs ſunt & alia poſt poſſeſſionis commoda: de quibus expoſui ad *titul. De acquir. poſſ.* & Gloſſ. *l. ſicut*. 8. §. *ſed ſi quæritur*, verb. *poſſeſſoris*. *Si ſervit. vend.* Bart. *l.* 1. §. *hoc interdicto*. *num.* 2. cum ſeq. *De itin. actuque privat.* Tiraquell. in *tract. primog. opin.* 11. & 12. *decima ſeptima quæſtionis*. Menoch. *De reme. ret.*

i Por

i Poſſeſſio. Eoque reus abſolvitur, etiamſi nihil præſtiterit *l. ult. C. De rei vend. l.* 2. *l. fruſtra.* 8. *C. De probat. l. negantes.* 9. *C. De obligat. l. ſiquidem.* 9. *C. De except. l. qui accuſare.* 4. *C. De eden.* Res tamen ei non adjudicatur, niſi ſuam probarit. *l. circa.* 14. *De probat. l. ſed ſi.* 11. *De jurejur.*

k Judicari Solet. *Cap. cum ſunt partium.* 11. *De reg. jur.* in 6. *l. ſive.* 9. §. *ſi duobus. De publician. in rem act. l.* 2. *C. De condict. ob turp. cauſ. c.* 3. *ext. De probat.*

§. 5. Sed interdicto.

SEd interdicto quidem *Vti poſſidetis*, de fundi, vel ædium *a* poſſeſsione *b* contenditur *c*: *Vtrubi* verò interdicto de rerum mobilium poſſeſsione *d*. Quorum vis, ac poteſtas plurimam inter ſe differentiam apud veteres habebat. Nam *Vti poſſidetis* interdicto is vincebat, qui interdicti tempore poſsidebat *e*: ſi modò nec vi *f*, nec clàm, nec precario nactus fuerat ab adverſario poſſeſſionem: etiamſi alium vi expulerat *g*, aut clam arripuerat alienam poſſeſſionem, aut precario rogaverat aliquem, ut ſibi poſſidere liceret. *Vtrubi* verò interdicto is vincebat, qui majore parte *h* ejus anni, nec vi, nec clàm, nec precariò ab adverſario poſsidebat *i*. Hodie tamen aliter obſervatur: nam utriuſque interdicti poteſtas (quantum ad poſſeſſionem pertinet) exæquata eſt: ut ille vincat, & in re ſoli, & in re mobili, qui poſſeſſionem nec vi, nec clam, nec precario ab adverſario litis conteſtatæ tempore detinet k.

DE differentia horum interdictorum.

a Vel Ædium. Harum fit mentio in edicto *l.* 1. *eod.*

b Possessione. Item de quaſi poſſeſſione rerum incorporearum puta uſusfructus, juriſdictionis, ſervitutis, &c. *l.* 3. *l. ult. ff. Uti poſſid. c. licet.* 9. *De probat. l. ſicut.* 8. §. *Ariſt.* 4. *ſi ſer. ven.*

c Contenditur. *L.* 1. *uti poſſid.*

d Possessione. *L.* 1. *utrubi.*

e Possidebat. *L.* 1. *& tot. tit. uti poſſid. l.* 1. *C. eod.*

f Nec Vi. Hoc de turbativa vi DD. accipiunt: contra naturam rerum, & ſenſum verborum. Qua de re tota, quæ mea ſit exiſtimatio, *ad tit. uti poſ.* pro meo captu expoſui *in Parat.*

g Vi Expulerat. Non igitur loquitur de vi turbativa, ſed expulſiva. *l.* 1. in fin. *eod.* de quarum differentia vide Gloſſ. & DD. in *l.* 1. *C. de his quæ met. cauſ.*

h Majore Parte. Reſpectu adverſarii. *l. majore.* 156. *De verb. ſign.*

i Possidebat. *L.* 1. *utrubi.*

k Detinet. Quod tamen non uſquequaque hodie ſervatur, ſed vincit ille, qui vel juſtiorem, vel antiquiorem poſſeſſionem probat, ſive tempore litis conteſtatæ, ſive ante eam habuerit, *d. c. licet.* 9. *ext. De probatio.* idque ex *can. redintegranda.* 3. *q.* 1. de quo vide *Parat. tit. De vi & vi armat.* & *tit. uti poſſidet.*

§. 6. Poſsidere autem videtur.

POſſidere autem videtur quiſque non ſolùm ſi ipſe poſſideat, ſed & ſi ejus nomine aliquis in poſſeſſione ſit, licet is ejus juri ſubjectus non ſit, qualis eſt colonus, & inquilinus *a*. Per eos quoque, apud quos depoſuerit quis, aut quibus commodaverit, ipſe poſſidere videtur *b*. Et hoc eſt, quod dicitur, retinere poſſeſſionem poſse aliquem per quemlibet, qui ejus nomine ſit in poſſeſſione *c*: quin etiam animo quoque ſolo retineri poſſeſsionem placet *d*: id eſt, vt quamvis neque ipſe ſit in poſſeſsione, neque ejus nomine alius: tamen ſi non relinquendæ poſſeſsionis animo, ſed poſtea reverſurus inde diſceſserit, retinere poſſeſsionem *e* videatur. Adipiſci verò poſſeſsionem per quos aliquis poteſt, ſecundo libro *f* expoſuimus. Nec ulla dubitatio eſt, quin animo ſolo adipiſci poſſeſſionem nemo poſsit *g*.

POſſeſſionis definitio: quis poſſidere intelligatur, quod fundamentum eſt inteotionis, interdictis retinendæ.

a INQUILINUS. *L.* 1. §. 3. cum ſequen. *l. generaliter*. 9. *De acqu. poſſeſſ. l.* 2. *De acqu. poſſ.*

b POSSIDERE VIDETUR. *L. qui univerſas.* 30. *De acqu. poſſeſſ. l.* 6. §. 1. *De precar. l.* 1. *C. De commodat*

c IN POSSESSIONE. *D. l. generaliter*. 9.

d PLACET. Ne per ſingula momenta rebus inſiſtere noſtris cogamor *l.* 3. §. *ſaltus*. 7. §. *in amittenda*, 5. *l. ſi id quod*. 25. §. *ult. l. clam poſſidere*. 6. *De acquir poſſeſſ.*

e POSSESSIONEM. Dum ne ab alio occupatum. *d. l. clam poſſidere*.

f SECUNDO LIBRO. *Tit. Per quas perſon.*

g NEMO POSSIT. *D. l. qui univerſas.* 30. §. *penult. l.* 3. in princ. *l. qui jure.* 14. *De acquir. poſſ.* cum poſſeſſiones ex corporali occupatione exiſtant. *l.* 1. *eo. tit.* qua de re vide Paratit. *ad tit. De acquir. poſſeſſ.* & exceptiones, quas ponit Paulus in *d. l.* 1. §. *penult.* 13.

§. 7. Recuperandæ poſſeſsionis.

REcuperandæ poſſeſsionis cauſa ſolet interdici, ſi quis ex poſseſsione fundi, vel ædium *a* vi dejectus fuerit. Nam ei proponitur interdictum *Vnde vi*, per quod is, qui deiicit, cogitur ei reſtituere poſſeſsionem *g*: licet is ab eo, qui vi dejecit, vi, vel clam, vel precariò poſsideat *c*. Sed ex conſtitutionibus ſacris *d* (ut ſuprà diximus) ſi quis rem per vim occupaverit, ſi quidem in bonis ejus eſt, dominio ejus privatur *e*; ſi aliena, poſt ejus reſtitutionem, etiam æſtimationem rei dare vim paſſo compellitur. Qui autem aliquem de poſſeſsione per vim dejecerit *f*, tenetur lege Iulia de vi privata, aut de vi publica *g*. Sed de vi privata, ſi ſine armis vim fecerit *h*: ſin autem cum armis eum de poſſeſsione vi expulerit, de vi publica. Armorum autem appellatione, non ſolum ſcuta, & gladios, & galeas, ſed & fuſtes, & lapides *i* ſignificari intelligimus.

1. *Aliud per vim occupare: aliud per vim alterum dejicere.*

TErtium membrum de ioterdictis recuperandæ poſſeſſionis.

a VEL ÆDIUM. Nam ad res mobiles non pertinet. *l.* 3. §. *pen. Unde vi.* eum pro his ſufficiat actio & condictio furti, vi bonorum raptorum, &c. *l.* 1. §. *illud.* 3. *eod. tit. de vi & vi arm.* & ad poſſeſſionem rei mobilis recuperandam negat interdictum proditum Caſtren. *l.* 2. *num.* 3. *C. De furt.*

b RESTITUERE POSSESSIONEM. Cum omni damno, intereſſe, &c. & ante aliam cauſæ cognitionem. *l.* 1. *& tot. tit. Unde vi.*

c PRECARIO POSSIDEAT. Nam etiam prædo ante omnia eſt reſtituendus. *c.* 5. *ext. De reſtitut. ſpol.* Hæc igitur exceptio, quæ obtinet in interdicto *Uti poſſidetis*, non juvat violentum, quin reſtituere debeat, idque ob facinoris atrocitatem; in quo tamen olim diſtinctio fuit inter vim factam cum armis, & vim quotidianam, ſeu privatam: ut ad titulum *de vi* expoſui.

d CONSTITUTIONIBUS SACRIS. *L. ſi quis*. 7. *C. Unde vi.*

e PRIVATUR. Ad ſimilitudinem *l. extat.* 13. *quod met. cauſ.*

f PER VIM DEJECERIT. Aliud † igitur eſt per vim occupare, alind per vim alterum deiicere, hoc in publicum crimeo iocidit, illud non item. 1

g AUT DE VI PUBLICA. *L.* 1. *Unde vi. l.* 3. *De pœn. tot. tit. ff.* Et *C. Ad l. Jul. De vi pub. & pr.*

h VIM FECERIT. Differentia vis privatæ, & publicæ, ab armis ſumpta. *l.* 1. *ad l. Jul. de vi publi.*

i ET LAPIDES. *L. armorum.* 41. *De verb. ſignif. l. armatos.* 9. *De vi pub. l.* 3. §. *armis.* 2. *Unde vi.*

§. 8. Tertia

§. 8. Tertia diviſio interdictorum.

TErtia diviſio interdictorum hæc eſt, quod aut ſimplicia ſunt, aut duplicia *a*. Simplicia ſunt, veluti in quibus alter actor, alter reus eſt: qualia ſunt omnia reſtitutoria, aut exhibitoria. Nam actor is eſt, qui deſiderat aut exhiberi, aut reſtitui: reus autem is eſt, à quo deſideratur, vt reſtituat, aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorum alia ſimplicia ſunt, alia duplicia. Simplicia ſunt, veluti cum prætor prohibet, in loco ſacro, vel in flumine publico, ripave ejus, aliquid fieri. Nam actor eſt, qui deſiderat, ne quid fiat: reus eſt, qui aliquid facere conatur. Duplicia ſunt, veluti *Vti poſſidetis* interdictum, & *Vtrubi*. Ideo autem duplicia vocantur *b*, quia par utriuſque litigatoris in his conditio eſt; nec quiſquam præcipuè reus vel actor intelligitur *c*: ſed unuſquiſque tam rei, quàm actoris partes ſuſtinet *d*.

1. *Tertia interdictorum diviſio.*

1 TErtia † interdictorum diviſio, in ſimplicia, & duplicia: ſumpta à forma interdicendi: nam quando prætor interdicendo alterum tantum litigatorem alloquebatur, ſimplex erat interdictum: puta, unde tu illum dejeciſti, quando utrumque, duplex: ut, Uti poſſidetis, ita poſſideatis. Etſi autem hæc forma ſublata eſt, tamen quia manent differentes horum interdictorum naturæ, ideò hanc etiam diviſionem hodie ſuum habere locum putandum eſt,

a Aut Duplicia. *L.* 2. *De interd.*

b Duplicia Vocantur. Quemadmodum & petitoria judicia, familiæ ercifcund. *l.* 2. §. 3. *l. inter.* 44. §. *qui familiæ.* 4. *fam. l. erciſ* communi dividundo, *l.* 2. *com. divid.* finium regundorum, *l. in tribus.* 13. *De jud l judicium.* 10. *ff. Fin regund. d. l.* 2. §. *ult. comm. dividun.* quoad ordinationem, *d. l. in tribus.* non quoad deciſionem, Gloſſ. & DD. *l. duo judices.* 28. *De re judic.*

c Intelligitur. Hæc igitur natura hurum cum maneat, manet & differentia, qua à ſimplicibus judiciis diſcernuntur, etiamſi forma interdicendi vetus ſit obſoleta.

d Sustinet. *D. l.* 2. & expoſita hæc ſunt *in Parat. ad tit. De interdict. & ad tit. uti poſſidet.*

§. 9. De ordine & vetere exitu.

DE ordine & vetere exitu interdictorum *a*, ſupervacuum eſt hodie dicere. Nam quoties extra ordinem *b* jus dicitur (qualia ſunt hodie omnia judicia *c*) non eſt neceſſe reddi interdictum *d*: ſed perinde judicatur ſine interdictis *e*, ac ſi utilis actio *f* ex cauſa interdicti reddita fuiſſet *g*.

1. *Ordinaria judicia quæ olim dicta ſint: quæ extraordinaria. num.* 2.

DE ordine judicii in interdictis.

a Interdictorum. De quo nonnihil diximus in *Paratit. ad tit. De interd.* Fron. & Aggen. *De limit.* oſtendunt, jure ordinario ex interdictis actum fuiſſe.

b Extra Ordinem. Ordina-
1 ria † judicia olim dicebantur, quæ formula concepta à prætore & impetrabantur, & conſtituebantur. *l. actio.* 47. *De negot. geſt.*

c Omnia Judicia. Formulis, & impetrationibus ſublatis. *l.* 1. *&* 2. *C. De form. ſublat.* Translatione enim, mutationeque imperii per Conſtantinum facta, non mirum eſt formam quoque judiciorum mutatam fuiſſe, in quo olim multa fuerunt tantùm non ridicula. Cic. *pro Cæcinna.*

d Reddi Interdictum. A prætore. *l.* 3. *C. De interdict.*

e Sine Interdictis. A prætore redditis.

f Utilis Actio. Extraordinaria † judicia, 2
ubi conceptio formularum, ut inquit Paulus, non obſervatur, utiles actiones dicuntur, *d. l. actio.* 47. *De neg. geſt.*

g Reddita Fuisset. *L. ult. C eod.* Prætor ex interdicto olim dabat actionem directam: hodie agitur utili, peræquè ac ſi ordinaria, & directa ex interdicto reddita fuiſſet. *l. ultim.* ubi Gloſſ. ult. verb. *ad inſtar. C. De act. empt.*

DE POENA TEMERE LITIGANTIVM.

Titulus Decimus Sextus.

1. *Continuatio tituli.*

1 EXpoſito † utriuſque litigatoris, nempe actoris & rei jure, ſequens fuit, etiam aliquid de pœnis eorundem temere litigantium ſubiicere, ut his lites iojuſtæ, atque inanes coerceantur: quod publicè utile eſt fieri. *l. quidam*. 21. *Si cer. pet. cle. diſpendioſam. De jud. conſt.* 1. *C.* in fin. ne magiſtratus querelis, atque cauſis nihili, occupetur: neve inter ſe cives temerè rixentur, pacem turbent, & neceſſarias occupationes non neceſſariis motis impediant. Temeritas hæc calumniæ proxima eſt. Bar. in Auth. *Generaliter*. *num.* 3. *C. De Epiſ. & Cler.* Temerariè in judieiis commiſſa congrua ultione plectuntur, *l. ſi ſororem*. 18. *C. De his qui accuſ. non poſſ.* Etiam in duplum aliqui tenentur ex eo, quòd temere reſiſtunt, ut ſupr. §. *omnes*. 19. *De act.* dixi.

TEmerè litigantes modò pecuniaria pœna, modò jurisjurandi religione, modò infamiæ metu coerceri docet Imperator in §. 1. *hoc tit.*

Ideo tripartitum pœnarum genus titulum tripartitum conſtituit.

1. De pœna animæ religione jurisjurandi contempta §. 2. verſiculo *item actoris*,
2. De pœna pecuniaria §. 2. *princ.* & §. 3.
3. De pœna circa famam §. 4.

Corollarium De in jus vocando.

§. 1. Nunc admonendi ſumus.

NVnc admonendi ſumus, magnam curam egiſſe eos, qui jura ſuſtinebant *a*, ne facilè homines ad litigandum procederent: quod & nobis ſtudio eſt. Idque eo maximè fieri poteſt *b*, quod temeritas tam agentium, quàm eorum, cum quibus agitur, modo pecuniaria pœna, *c* modo jurisjurandi religione *d*, modo infamiæ metu coercetur *e*.

POEna triplex eſt, pecunia, ſacramentum, infamia.

a QUI JURA SUSTINEBANT. Prætores, qui reddebant *l.* 2. *§. poſt originem.* 7. *De orig. jur.*

b POTEST. Ut ſcilicet hæc temeritas coerceatur.

c PECUNIARIA POENA. Decima parte litis. *§.* 3. *hoc tit.* vel etiam alia: Pythœus *lib.* 1. *ſubſecivar. c.* 8.

d JURISJURANDI RELIGIONE. Utrumque veteribus in uſu erat, ſponſio videlicet & ſacramentum: de quibus ſæpè Cic. Varro *lib.* 5. *De ling. Latin.* Feſtus, & alii *l. inter.* 44. *§.* 4. *ff. Famil. erciſc.* Sacramentum fuiſſe pecuniam litis cauſa depoſitam ab utroque ſic, ut victi conſecraretur, victori ſua reſtituta: mooſtrat Pythœus *lib.* 1. *ſubſecivar. cap.* 18.

e COERCETUR. Diſtributio ſequeotium.

§. 2. Ecce enim jusjurandum.

EcCe enim jusjurandum omnibus, qui conveniuntur, ex conſtitutione noſtra *a* defertur. Nam reus non aliter ſuis allegationibus utitur, niſi prius juraverit, quod putans *b* ſe bona inſtantia uti, ad contradicendum pervenit. At adverſus inficiantes, ex quibuſdam cauſis, dupli actio conſtituitur *c*: veluti, ſi damni, injuriæ, aut legatorum locis venerabilibus relictorum nomine agatur. Statim autem ab initio pluris, quàm ſimpli,

pli eſt actio: veluti furti manifeſti, quadrupli: nec manifeſti, dupli *d*. Nam ex his, & aliis quibuſdam cauſis (ſive quis neget, ſive fateatur) pluris, quàm ſimpli eſt actio. Item actoris quoque calumnia coercetur. Nam etiam actor pro calumnia jurare cogitur *e* ex noſtra conſtitutione *f*, quòd non calumniandi animo litem moviſſet *g*, ſed exiſtimando ſe bonam ſuam cauſam habere. Vtriuſque etiam partis advocati jusjurandum ſubeunt *h*: quod alia noſtra conſtitutione comprehenſum eſt.

DE prima & ſecunda pœna.

a Constitutione Nostra. *L. 2. C. De jurejur. propt. calum. dan.*

b Quod Putans. Forma & ſumma hujus jurisjueandi, à parte rei.

c Constituitur. Altera pœna pecuniaeia, non tamen univerſalis, ſed certarum cauſaeum. *l. contra*. 14. *C. De l. Aq.* § *ſed furti*. 22. ſup. *De act.* ut & alia, in *l.* 1. *C. De pœn. jud. qui malè judic.* cum Auth. ſeq. *No.* 112: *de litigioſ.* §. *ad excludendas*. 2. Cujac. *Nov.* 96. Communis eſt etiam pœna temerè litigantium condemnatio in expenſas & damna, Panor. *c. ult. num.* 55. *De reſcrip. l. properandum*. 13. §. *ſive autem alterutra*. 3. ubi Jaſ. *l. ſancimus*. 15. ubi Bae. *C. De jud.* probatas tamen ſaltem juramento petentis. Authent. *Contra*. verſicul. *tunc enim non punitur*, niſi in expenſas circa peobationem factas actoris juramento declarandas, *C. De non num. pecun.* ac moderatas, Panor. *c.* 1. *numer.* 12. *De probat.* quam condemnationem judex omitteee non poteſt. Panor. *conſ.* 306. *num.* 2. *vol.* 4. niſi ex juſta cauſa, quæ ab omni generalitate excipitur. *l.* 2. *ſi quis caut. l. pretòr.* 7. in fin. cum leg. ſeq. *De dam. infect.* Tiraq. *De pœn.* in princ. ut quod ex juramento victoria parata, Cortius *lib.* 2. *indag. cap.* 27. aut quia cauſam litigandi probabilem victus habuit. DD. *c.* 5. *De dolo, & contum.* Panoem. *cap. ult. De reſcript.* Chil. in *cap.* 133. Jaſ. *d. l. properandum*. §. *ſive*. *C. De jud.* aut quod expenſæ non ſint petitæ, Bartol. *l.* 4. §. *hoc autem*. 6. *num.* 9. *De dam. inf.* Mynſin. *Obſer.* 55. *centur.* 4. Anchae. *conſil.* 249. *in quæſt. num.* 2. qua de re fuſius dicemus ad tit. *C. De fru. & lit. expen.* & ſequitur aliquid in §. *ſeq.*

d Dupli. Dictum eſt ſupr. *De l. Aquil. & de act. De obligat. quæ ex delict.*

e Jurare Cogitur. Itaque eemitti mutuo à litigantibus jure civili non poteſt. *d. l.* 2. §. *ſed quia veremur*. 4. ſed bene Canonico, *c.* 1. §. 1. *eo. li.* 6. ut & juramentum teſtibus, *c. tuis*. 39. *De teſtib.*

f Constitotione. *D. l.* 2. *C, De jurejuran. prop. calumn.*

g Litem Movsssat. Foema hujus juramenti à parte actoris.

h Jusjorandum Subeunt. *L. rem non novam*. 12. §. *patroni*. 1. *C. De judic.*

§. 3. Hæc autem omnia.

HÆc autem omnia pro veteris calumniæ actione *a* introducta ſunt, quæ in deſuetudinem abiit: quia in partem decimam litis actores mulctabat *b*, quod nuſquam factum eſſe invenimus *c*: ſed pro his introductum eſt & præfatum jusjurandum: & ut improbus litigator, & damnum *d*, & impenſas litis *e* inferre adverſario ſuo cogatur.

1. *Iuramentum calumnia apud Saxones non uſurpari.*

EMendatio juris veteris.

a Calomniae Actione. Cujus meminit Cic. *pro Q. Roſcio & pro Cacima.*

b Mulctabat. Nam initio litis actor cavere eeo cogebatur, ni viciſſet, decimam partem litis præſtitum iri. Erat igitue actio ex ſtipulatu abſque ſatiſdatione, ut ex *Cod. Hermog. tit. De calum.* apparet, quæ poſt in uſu eſſe deſiit, renovata ſatiſdationis cautione. *Novell.* 112. Cujac. *lib.* 7. *cap.* 5. *Obſervat.*

c Invenimos. Noſtris ſcilicet tempoeibus: aut ex quo imperium in Thraciam eſt translatum.

d Et Damnum. Inteeeſſe adverſarii.

e Impensas Litis. *L. properandum*. 13. §. *ſive autem*. 3. *C. De Judic. c.* 1. *De plus petit. c. examinata*. 15. *De Jud.* non tantum ob calumniam, verumetiam temeritatem, Bart. Auth. *Generaliter*. *num.* 3. *C. De Epiſ. & Cler.* Hodie † apud Sax. jusju- 1
randum calumniæ non uſurpatur, niſi in delatione jueamenti judicialis, ex *l. jusjurandum*. 34. §. *qui jusjurandum*. 3. *l. ſi non fuerit*. 37. *De jurejur. l. delata*. 9.

ta. 9. C. De reb. credit. Paul. *lib.* 2. *Sent. tit.* 1. ſed ad intereſſe & expenſas (ut hic) parti adverſæ, ad mulctam indici temerarius litigator tenetur, *art.* 51. in fin. *lib.* 1. Jure Canon. qui temerè mutant & ludunt judicia, puniuntur arbitrariè. *c. ex tenore.* 16. ubi Gloſſ. verb. *carea. t. De reſcript.*

§. 4. Ex quibuſdam judiciis.

EX quibuſdam judiciis damnati *a*, ignominioſi fiunt ; veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo, item tutelæ, mandati, depoſiti *b*, directis, non contrariis actionibus *c*. Item pro ſocio, quæ ab utraque parte directa eſt; & ob id quilibet ex ſociis eo judicio damnatus, ignominia notatur. Sed furti quidem, aut vi bonorum raptorum, aut injuriarum, aut de dolo, non ſolùm damnati notantur ignominia, ſed & pacti *d* : & rectè *e*. Plurimum enim intereſt, utrum ex delicto aliquis, an ex contractu *f* debitor ſit.

1. *Debitor ex contractu, paciſcendo non facit jacturam exiſtimationis.*

DE tertia pœna, ſcilicet infamia ; gravior utique quovis damno pecuniario. *l. ſi in duabus.* 104. *De reg. jur.* nam morti comparatur, *l. ſi adulterium.* 38. *De adul.* & oculorum amiſſioni, *l. infamia.* 8. *C. De decur. lib.* 10. & ejus cauſa capitali. *l. juſta.* 9. *De ma. vin.* Jaſ. in *rep l. admonendi.* 31. *nu.* 278. *De jurejur.* Cæterùm & hæc pœna non eſt univerſalis, ſed certarum cauſarum.

a Damnati. Etiam de calumnia, *l.* 1. 2. *De his qui no. inf. l. fuſtibus.* 16. *C. Ex quib. cauſ. infa. irrog.*

b Depositi. Quia in his omnibus de dolo & de fide rupta agitur, cujus propria pœna eſt infamia. *l.* 5. *depoſ.* dixi ad *tit. De his qui not. infam.* & *De dol. mal.*

c Contrariis Actionibus. Non enim in his de fide rupta, ſed de calculo agitur. *d. l.* 5. *depoſ. l.* 6. §. *ultim. De his qui not. infam. l. Sabinus.* 29. *De dol. mal.*

d Sed Et Pacti. *D. l.* 6. §. *pactus.* 2. *De his qui not. infam.*

e Et Recte. Pro confeſſis enim habentur. *l.* 5. *dict. tit.* Confeſſi autem pro damnatis ſunt. *l.* 1. *De confeſſ.* qua de re dictum eſt *in parat. tit. De his qui notant. infam.*

f Ex Contractu. Nam † ex contractu de- 1
bitor, puta ex ſocietate, depoſito, tutela, &c. paciſcendo non facit jacturam exiſtimationis, *l. in actionibus.* 7. *De his qui notant. infam.* quia ſuper contractu paciſci impunè licet, de delicto non item *l. ſi unus.* 27. §. *pacta.* 4. *De pact. l. transfigere.* 18. *C. De transact.* cum ſimil. Quare in conventionalibus ubi fas eſt convenire, ob impendentem ex judicii exitu infamiam, conſultum eſt reis, uti tranſigant potius cum adverſario, quàm formidoloſum & dubium litis eventum expectent. *l. quod debetur.* 51. *De pecul.* Gloſſ. verb. *poſſe. l. Lucius.* 78. §. *ultim. Ad S. C. Treb.* Satius eſt enim pecuniam perdere, quàm famam, *l. ſi in duabus.* 104. *De reg. jur.* cujus periculum vitæ comparatur. *l. juxta.* 9. *De ma. vind.* Jaſ. *rep. l. admonendi.* 31. *num.* 278. *De jurejurand.* & crudelis perhibetur, qui famam negligit. Spec. *De teſt.* §. 1. *num.* 43.

§. 5. Omnium autem actionum.

OMnium autem actionum inſtituendarum principium, ab ea parte edicti proficiſcitur, qua prætor edicit de in jus vocando *a*. Vtique enim in primis adverſarius in jus vocandus eſt: id eſt, ad eum vocandus, qui jus dicturus ſit *b*. Qua parte prætor parentibus & patronis, item parentibus, liberiſque patronorum & patronarum hunc præſtat honorem: ut non aliter liceat liberis, libertiſque eos in jus vocare, quàm ſi id ab ipſo prætore poſtulaverint & impetraverint *c*. Et ſi quis aliter vocaverit: in eum pœnam ſolidorum *d* quinquaginta *e* conſtituit.

1. *Aliud,*

1. *Aliud, in jus vocare: aliud, in judicium.*

De citatiooe, qui actus per omnes judicii partes eſt diffuſus: nam & ad ingreſſum judicii litigatores citandi ſont, & ad quoslibet ejuſdem progreſſus, ſingulaſque partes. *l. de unoquoque.* 47. *De re judic.* Jaſon & DD. *l.* 1. *De in jus vocand.* Rectè igitur antequam tractatus actionum, & juris litigantium concludatur, nonnulla de citatione aſperguntur.

a In Jos Vocanoo. Mootan. *tract. fin. regund. cap.* 42. in princ.

b Jos Dictuaos Sit. Ad Prætorem, qui jus dicebat, dabat actiones & judicia conſtituebat, quæ ſunt actionum omnium principia & fuodamenta: ideò & titulus inſcribitur, *de in jus vocando*, non *in*
2 *judicium vocando*. Nam aliud foit, † voce præconis citare ad judicem Pedaneum, magiſtratumque litis cauſa, ut in *l. divus*. 7. *De in integ. reſt. l. & poſt.* 73. *De judic.* Cæterùm de judiciis *ad eit. ff. & C.* diximus: citationis verò materiam petere licet ex *tit. Pandec. & C. De in jus vocando*, aliod, in jus ad tribunal rapere, ducere, trahere quaſi captivum: quam ounc realem citationem vocant, *l. ſed eximendi. Ne quis eum. l.* 4. *l. ſi verò*. 5. *Qui ſatiſd. cogant.* & illo in ſignificatu verum eſt, quod hic dicitur, actionom inſtituendarum principium ab edicto de io jos vocando proficiſci. Sed videmus hæc confuſe, & mutile, quaſi parum dextrè intellecta, ut alia multa, in Inſtitutionibus tradi, non explicari ordine, ac methodo juſta. Attigimus autem ad *tit. ff. eod. De in jus vocand.*

c Impetraverint. *L.* 4. *De in jus vocand.* ut dixi.

d Solidoaom. Aureorum, *l. penul. & ult. De in jus vocand.* nam de his ſolidos interpretamur. Gloſſ. & DD. in *l. quicumque.* 4. *C. De ſerv. fug.* & in *l. ult. C. Commun. de legat.* vide Franc. Viv. in *commu. opinion.* verb. *aureos*.

e Quinquaginta. Aliàs. 500. vide Pythæum *ſubſecivar. lib.* 1. *cap.* 18.

DE OFFICIO IVDICIS.

Titulus Decimus Septimus.

1. *Officium judicis quid.*
2. *Partes & ſpecies.*
3. *Cauſa.*
4. *Materia.*
5. *Forma.*
6. *Quomodo in ſingulis actionibus adjudicatio facienda.*
7. *Quomodo fructus in rei vendicatione & petitione hæreditatis.*
8. *Quomodo in actione ad exhibendum.*
9. *Quomodo familiæ erciſcundæ.*
10. *Quomodo in communi dividundo.*
11. *Quomodo in finium regundorum.*
12. *Effectus adjudicationum.*
13. *Quomodo in realibus, & perſonalibus pronuncietur.*
14. *Finis & effectus rei judicatæ, & adjacentia.*
15. *Affinia & contraria.*
16. *De tempore & modo executionis, quæ eſt ſententiæ effectus.*
17. *Cauſa executionis.*
18. *Materia.*
19. *Forma.*
20. *Finis & effectus, Adjacentia.*
21. *Affinia & contraria.*

1 De partium † jure & in judiciis officio ſatis eſt dictum: ſupereſt, ut de judicis officio videamus. Bart. in *l.* 3. *De Juriſdic.* ſic illud definit, ut ſit jus faciendi ea, quæ judici, ut judici, facienda incumbunt, de quo Gell. *li.* 14. *c.* 2. *l.* 1. & paſſim *de juriſdict. l. rem non novam.* 12. *C. De judic.* quod eſt ampliſſimum, *l.* 1. *De juriſdict. l. maritus.* 20. *De quæſt.* Cic. *li.* 3. *off.* Par-
2 tes † ejus, cognitio, definitio, executio. Species tres facit Gloſſ. in §. *præterea.* ſupr. *De act.* Jacob. Arena alias tres hic in *Rub.* Receptior Bar. diviſio in *l.* 3. *De juriſdict.* tribuentis illud io officium nobile, quod eſt imperio miſtum, *l.* 1. *l.* 3. & paſſim *de juriſdict.* & mercenarium, quod actioni deſervit, *l.* 4. §. 1. *De eo, quod cert. loc. l. ædiles.* 25. §. 4. *De ædil. edict.* Paoorm. & DD. *c.* 1. 2. *ext.*
3 *De off. judic.* Cauſa † eſt juriſdictio, *l.* 1. *De juriſd.*
4 Materia, † quoad præſens inſtitutum, hoc eſt, mercenarii officii ſunt omnes judicii partes, *d. l. ædiles.* §. *item.* 4. *De ædil. edict.* Nec enim hic agimus de extrajudicialibus & extraordinariis, ubi nobili officio potiſſimum locus eſt, *l. quod ſi minor.* 24. §. *ult. De minorib. tot. tit. ff. De var. & extr. cognit.* Verſatur autem iſtud officium judicis mercenarium in decernendis citationibus, ut ſupra dictum eſt, recipiendis, aut repudiandis libellis. *l.* 1. *De offic. aſſeſſ.* audiendis reſponſionibus, *l.* 1. *C. De lit. conteſt.* dandis dilationibus, *l. à procedente judice.* 4. *C. De dilat.* non tamen judex actiones ſupplet, vel exceptiones, *l. unica.* ubi Caſtr. *nu.* 3. & 4. *C. Ut quæ deſ. advoc.* hæ enim partium ſuot partes non cognoſcentis. Cujos, † ut dixi, officium vertitur in cognoſcendo *l.* 1. *C. De exec. rei judic. l.* 5. *De re judic. l.* 4. *C. Si contra jus l. judices.* 9. cum Auth. *Jubemus.* 4. *C. De judic.* & definiendo, *l. judex poſteaquam.* 55. *l.* 1. 2. & paſſim *de re judic. & C. De ſentent.* & exequendo, *l. à divo Pio.* 15. *De re jud. l.* 4. *C. Si contra jus*

tra jus

tra jus, *vel util. l.* 2. 3. 4. & paſſim *C. De execut. rei judic.* Cognitionis ratio eſt ea, ut omnes partes judicii ordine ſerventur, *l.* 1. in verb. *ſervato ordine actionis adverſus eam dirigas*, *&* *cauſa cognita ſententiam accipias*, *l. penult.* verb. *poſt ſententiam inter partes audita omni*, *&* *diſcuſſa lite prolatam*, *C. De execut. rei jud. clem. ſæpè. De verbor. ſignificat. c. quoniam*. 11. ubi Lanfran. *De probat. l. prolatam*. 4. ubi Bald. *C. De ſent.* oentri parti jus ſuum claudatur, aut coarctetur, *l. argentarius*. 10. §. 1. ubi Gloſſ. & DD. *De eden.* Bal. Salice. *l. prolatam*. Utraque ex æquo audiatur, utriuſque allegationes ſine affectu exputentur, *d. l. judices*. 9. eum Auth. ſeq. *l. rem non novam*. 12. *C. De judic.* omnia deoique, quæ ad cauſam pertinent, rimentur, & excutiantur. *Deu.* 19. verſ. 18. *c. judicantem*. 30. *qu.* 5. Jaſ. *num.* 2. 3. *d. l. judices*. *C. De judic.* Formam pronunciandi, & definiendi titulus hic ſubjicit, oempe ut poſt plenam rei diſquiſitionem *d. l. judices*. 9. ubi Jaſ. *C. De judic.* & interrogatam, ac auditam ſufficienter utramque partem, *d. l. judices*. ubi Jaſ. *num.* 2. 3. & Auth. *jubemus C. De jud.* cauſamque concluſam ac peroratam, Auth. *Jubemus. C. De judic.* judex eam defioiat, *l.* 1. ubi Jaſ. Zaſ. & DD. *De re judic.* ſecundum leges, *l. leges*. 7. *C. De legibus*, conſtitutiones, *cap.* 1. *De conſtitut. c.* 1. *eod.* in 6. mores, ut hic dicitur & *l. venditor.* 13. §. 1. *commu. prædio. l.* 1. 2. *C. Quæ ſit longa conſu. l.* 1. *C. De ſervit. l.* 1. *C. De adopt.* quæ quidem ſi diſcrepent, ſemper noviſſimum jus ſequendum, *l.* 1. *Ad leg. Aquil. l. ult. De conſtit. ex reg. l. pacta noviſſima*. 12. *C. De pact.* ex quo fit, ut coonſuetudinem, vel ſtatutum potius ſequi judex debeat, quàm legem, *c.* 1. *De conſtit.* io 6. Jaſ. & DD. *l.* 2. *C. Si contra jus*, *vel util. publ.* & ita noviſſimè his in terris conſtitotum, *par.* 2. *conſtit.* 20. & paſſim Guid. Pap. *in proœm. dec.* utcumque hac de re varie diſputent DD. *l. de quib.* 32. *De legib. l.* 1. 2. *C. Quæ ſit longa conſuet.* ſic tamen ut illud ex jure communi interpretetur, *l.* 2. *C. De noxal. act.* Jaſ. *l. properandum*. 13. in prin. *num.* 5. *C. De judic.* Myoſing. *Obſer.* 5. *cent.* 1. DD. *l. ſi cum dotem*. 22. *l. ſi verò*. 64. §. *de uno*. 3. *ſolut. matrimo.* & omnia ad æquitatem attemperet, *l. placuit*. 8. Auth. *Hodie C. De jud. l. in omnibus*. 90. *De reg. jur.* ex fide eorum, quæ probantur, DD. *l. illicitas*. 6. §. 1. *De offic. præſi.* ſecundum quæ ſententia ferenda eſt, Bal. *l.* 1. *num.* 2. *C. De qu.* latè Covarr. *var. reſ. li.* 1. *ca.* 1. ſicut & ſecundum formam inſtitutæ petitionis, §. 1. 2. 3. *hoc tit. l. ult. C. De fideicomm. liber. l. ut fundus*. 18. *comm. dividun. c. licet Heli*. 31. *De ſimon.* in ſententia, ſcilicet condemnatoria, *l. & ex diverſo*. 35. §. 1. *De rei ven.* ſicut & ſecundum naturam cujuſque actionis, *l.* 4. *De eo quod certo loco*. Nam † in bonæ 6 fidei, & arbitrariis judiciis, ſecundum cujuſque rei, de qua actum eſt, naturam pronunciare, reſque æſtimare oportet, §. *præterea*. 27. ſupr. *De act. l. ex empto*. 11. *De act. empt. l.* 4. §. 1. *De eo quod certo loco*. Io noxali judicio ſecundum alternativam petitionis, de qua ſup. *ad tit. De noxalibus act.* condemnare in pecuniam petitam, aut noxæ dedere: ut hic in prin. verſ. *idroque*. *l.* 6. §. 1. *De re judic. l.* 2. *C. De noxal.* ſcilicet ubi condemnatio facienda eſt: quod toties faciendum, quoties abſolutio decerni nequit: nam alterutrum, vel condemnationem, vel abſolutionem, ſenteotia continere debet, *l.* 1. *ff. De re judicat.* Abſolutionem actore non probante, *l. qui accuſare*. 4. *C. De eden.* condemnationem actore intentionem impleote *l. ult. C. De rei vindic.* neque reo idoneè contra quid excipiente, *l. ſi quidem*. 9. *C. De except.* vel probante, *l. circa*. 14. *De probat.*

§. Etſi in rem.

SIc ſi in rem agatur, ſive contra petitorem judicaverit pronunciandum, abſolvere debet poſſeſſorem, §. *etſi in rem*. 2. *hoc titu. l. ultim. C. De rei vindic.* ſive contra poſſeſſorem: jubere eum debet, ut rem reſtituat cum fructibus *d.* §. *etſi. l. qui reſtituere*. 68. *l. & ex diverſo*. 35. & paſſim *de rei vindi.* qui in ſeotentia exprimendi ſunt. *l. terminato*. 3. *C. De fruct. d. l. ex diverſo*. ubi Bartol. *De rei vindic.* alioqui vix eſt, ot deinceps peti poſſint. *d. l. terminato.* ſecundum communem intellectum, Bald. *l.* 1. *C. eo. titu. De fruct. & lit. expenſ.* Panorm. in *c. gravis*. 11. *De reſtit. ſpol.* ſed *d. l. terminato.* non de fructibus agit, verùm de expenſis judicii tantum: & poſt condemnationem de proprietate vendicationem etiam de extantibus, condictiooem de conſumptis fructibus ſuppeditat. *l. mala*. 3. *C. De condict. ex lege*. Sed nec reſtitutio facta videtur, niſi fructus & cauſa reſtituantur, *d. l. & ex diverſo*. 35. §. 1. *De rei vindic. l. reſtituere*. 35. *&* 75. *De verb. ſig. l. cum fundus*. 31. *Si cert. pet.* ut mirum ſit, noſtros in alia omnia tranſiviſſe.

Reſtitutio † autem rei ſtatim facieoda eſt, non di- 7
ſtinguendo inter rem ſoli, vel mobilem: utraque enim eadem æquitate ſtatim ei reſtituenda eſt, qui dominus pronunciatus eſt, Gloſſ. Angel. & DD. hic, etiamſi in perſonalibus exactionibus quatuor menſium ſpatium indulgeatur, *l.* 3. *C. De uſuris rei judicat.* Unde non ſolet illud ſententiæ inſeri, cum ſit legitimum & ſubintellectum. Quia tamen hæc res pendet ab æquitate, *l. ſi debitori* 21. *De judic. l.* 2. *l. debitoribus*. 31. *De re judic.* & petentibus indulgetur, *d. l. debitoribus*. 31. verb. *non tantum petentibus. De re judic.* idcircò ſi poſſeſſor oeget in præſenti ſe reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione videbitur tempus reſtituendi cauſa petere, indulgendum eſt ei: ut tamen caveat de litis æſtimatione, hoc eſt, pretio rei controverſæ, *l.* 2. §. *ult. l.* 3. cum leg. ſeq. *ff. Pro emptor. l. ult. De condict. trit. l. centum*. *De eo quod certo loco.* cum fidejuſſore, ut hic dicitur: qui mos eſt ſatiſdationum judicialium, *l.* 1. in fine, *qui ſatiſdar. cogan. Novell.* 53. *De exhib. reis*: ut ſuprà dixi *tit. De ſatiſdat.* nimirum ſi intra tempus, quod ei datum eſt, non reſtituerit, ut fidejuſſor eam æſtimationem præſtet, §. *etſi in rem*.

2. *hoc*

2, *hoc tit.* Et ſi hæreditas petita ſit, eadem circa fructus interveniunt, *d.* §. 2. verſ. *etſi hereditas. hoc titulo*: qua de re agitur *l. fructus.* 33. cum legibus ſequen. *De rei vindic. l. cum ſervus.* 39. *De legat.* 1. Cujac. *lib.* 9. *Obſervat. ca.* 34. & utique nonnihil diximus in §. *ſi quis a non domino.* 29. cum ſeq. ſupr. *De rer. diviſione.* Quarum rerum ſumma eſt, ut illorum fructuum, quos culpa ſua poſſeſſor non perceperit, ſive quis perecpit, in utraque actione eadem penè ratio habeatur: ut ſi prædo, hoc eſt, ut Theophilus hic interpretatur, & Ulpianus *.l. ſed etſi* 25. §. 2. *De petit, heredit.* malæ fidei, vel in dolo poſſeſſnr fuerit, *d.l. fructus.* 33. *De rei vindic.* quique nullam poſſeſſionis ſuæ cauſam dicere poſſit, *l.* 11. 12. 13. *l. pen. De petit. hered. l. ſi pignore.* 22. §. 1. *De pign. act.* hoc eſt, juſtum titulum, *l.* 3. §. *ult. De acquiren. poſſeſs.* Nam paria ſunt, nullum habere titulum vel injuſtum, *l.* 7. *C. De acquir. poſſeſs l.* 8. *C. De preſcript. long. temp.* Bald. *l. in civilem.* 2. *num.* 2. *De reſtit. ſpol. l. cum fundus.* 31. *Si cert. pet.* talis poſſeſſor ſuper extantibus, rei vendicatione, de conſumptis, cnndictione teneatur, *l.* 3. *C. De condict. ex lege d. l. ſi pignore.* 22. *De pignor. actio.* Si verò bonæ fidei poſſeſinr fuerit, non habeatur ratio neque conſumptnrum, neque non peroeptorum, quoniam hos lucratur, *l.* 4. §. 2. *ff. Fin. regun. l.* 4. §. *lana.* 11. *De uſucap. l. quæſitum.* 40. *De acquiren. domin.* Extantes verò, perceptoſqne neque dum conſumptns omnino teneatur reſtitnere in petitione hæreditatis, jure actionis. *l.* 1. 2. *C. De petit. hered. d. l. ſed etſi.* 25. §. *quod autem.* 2. *ff. eod.* In vendicatione, judicis officio *d. l. cum fundus.* 31. *Si cert. petatur. l. videamus* 38. *De uſuris*, etiam conſumptos, quatenus factus eſt locnpletior, in petitinne hæreditatis, *d. l.* 1. *C. De petit. hered.* Gloſſ. hic & aliis univerſalibus, Covar. *reſol. lib.* 1. *ca.* 3. In vendicatione fortaſſe non item *l. Neſennius.* 41. §. *fundum.* 1. *De re judic.* qua de re diximus in noſtris ad §. *Si quis à non domino.* 29. ſup. *De rer. diviſione.* Et hoc fortaſſis eſt, quod ſnprà dixit, penè eamdem eſſe in utroque judicin fructuum reſtitutinnem, nt obiter indicet, non eſſe per omnia ſimilem. DD. tamen communiter ex æquitate, idem hic ſtatuunt, Covar. *reſol. lib.* 1. *cap.* 3. Alvar. & alii *l. ſi & me & Titium.* 32. *Si cert. petat.* Tiraquel. *De retract. proxim.* §. 15. Gloſſ. 1. 2. & *De retract. conven.* §. 5. Gloſſ. 4. Menoch. *reme. retin. poſſ.* 15. *numer.* 574. latè Anto. Gabr. Rom. qui diſtinguit, *libr.* 5. *De acquir. rer. dom. concluſ.* 2. Cæterùm pnſt inchoatam petitionem, etiam illnrum fructuum habetur ratio, qni culpa poſſeſſnris percepti non ſunt, vel percepti poſt conſumpti ſunt, *l. Julianus.* 9. §. *quantum.* 4. *ad exhiben. l.* 2. *C. De fruct. & lit. expenſ.* Inchoatam litem Theophilus hic interpretatur litis cnnteſtationem, *d. l. ſed etſi.* 25. §. *ſi antè.* 5. cum ſeq. *De pet. her.* tnm enim res prnpriè petita intelligitur, *l. amplius.* 15. *rem rat. habe.* & nmnis poſſeſſnr quamvis optimæ fidei in mala eſſe fide incipit, in hac ſcilicet reſtitutionis quæſtione: hoc eſt, poſtquam condemnatus eſt ad reſtituendum poſſeſſnr, intelligitur à lite conteſtata fuiſſe in mala fide, quoniam inde cauſam omnem reſtituere debet, *l. cum fundus.* 31. *Si cert. pet.* ita ſunt accipiendæ *l.* 1. *C. De petit. her. d. l. ſed etſi.* 25. §. *ſi antè.* 5. *ff. eod. tit. l. nec bona.* 10. *C. De long. temp. præſcript.* quia de jure ſuo prnbabiliter dubitare incipit, cùm dubius ſit litis eventus, *l. quod debetur.* 51. *De peculio*, & quoniam officium judicis inde incipit, *l. ædiles.* 25. §. *item.* 4. *ff. De ædil. edict.* cui incumbit omnium inde acceſſinnum rationem habere, *l.* 2. *l. videamus.* 38. *De uſur. l.* 4. §. *poſt litem.* 2. *ff. Finium regund. l. ult.* §. *Proculus.* 5. verſ. *fruct. quæ in fraud. creditor. l. certum.* 22. *C. De rei vend. d. l. ſed etſi.* 25. §. *ſi antè.* 5. *ff. De petit. hered. l. bona fides.* 48. in fin. *De acquir. rer. dom.* ut reſtitutione adjudicata, omnis cauſa, quam habuiſſet actnr, à conteſtatione ſit reſtituenda, *l. reſtituere.* 35. 57. *De verb. ſignif. l. præterea.* 20. *De rei vend.* Et hoc quidem in rei vendicatinne, ac ſimilibus ſtrictis dubium non habet, *l.* 2. 3. *l. partum.* 10. *l. lite.* 35. & paſſim, *De uſur.* in petitione hæreditatis, qnamvis idem olim fuit ex S. C. ut hic, & *l.* 1. *l.* 2. *C. De pet. hered. d. l. ſed etſi.* §. *ſi antè.* 5. in princ. *De petit. here.* & *c. Raynutius. De teſtam.* Obſtat tamen *l. item.* 20. §. *petitam.* 9. *d. l. ſed etſi.* 25. §. *ſi antè.* 5. poſt princip. *De petit. hered.* quæ qualicunque denunciatione, & controverſia volnnt poſſeſſnrem in mala fide conſtitui, & inde uſuras deberi, ſcilicet ex qun placuit poſt S. C. Hadriani petitinnem hæreditatis aggregare bonæ fidei judiciis, §. *actionum.* 24. ſup. *De actionib. l. ult.* in fin. *C. De petit. her.* nbi fructus & uſuræ non à conteſtatione, ſed è tempore qualiſcunque mnræ veniunt, *l.* 3. *l. cum quidam.* 17. in fin. *l. mora.* 32. §. 1. & paſſim *De uſur.* ſicut & in arbitrariis, ac ſimilibus *l.* 3. in princ. *De uſur.*

§. Si ad exhibendum.

8 SI † ad exhibendum actum fuerit, non ſufficit, ſi exhibeat rem is, cum quo actum eſt, ſed debet etiam rei cauſam exhibere: ut eam cauſam habeat actor, quam habiturus eſſet, ſi cum primum ad exhibendum egiſſet, (hoc eſt tempore conteſtationis, *l. præterea.* 20. *De rei vindic.*) exhibita res fuiſſet, *l. Julianus.* 9. §. *penultim.* & §. *ultim. ad exhib.* Cauſæ appellatio continet omne quod habiturus tum erat actor reſtitutione facta, *d. l. præterea.* 20. *De rei vindic. l. cum fundus.* 31. *Si cert. petat. l. reſtituere.* 35. *De verbor. ſignificat.* Ideoque ſi inter moras reſtituendi uſucapta ſit res à poſſeſſore, nihilominus condemnabitur reus, quanti interfuit exhibitum eſſe, *d. l. Julianus.* §. *ultim. ad exhibend.* Præterea fructuum medii temporis (quod eſt à conteſtatione tanquam principio, *Novel.* 60. §. *illud.* ad ſententiam uſque, velut exitum, *d.* §. *illud. l.* 1. *De re judic.* tempus judicii & proceſſus intermedium, *l. ſi libertinus.* 4. *De colluſione detegend.*) rationem habere debet judex: cum ſcilicet in ea

cauſa

cauſa res eſt, ut non tantum exhiberi, verumetiam reſtitui debeat: ſeu cum non tantùm de exhibendo, verum etiam de reſtituendo agitur, *d. l. Julianus.* 9. §. *quantum.* 4. & §. *quia.* 6. *ad exhibendum.* Nam reſtituere videtur is, qui reſtituit id, quod habiturus eſſet actor, ſi controverſia per oppoſitam, ſcilicet à reo, conteſtationem, ei facta non eſſet, *d. l. reſtituere.* 35. & 75. *De verbor. ſignific.* Quòd ſi neget reus, cum quoad exhibendum actum eſt, in præſenti ſe exhibere poſſe, & tempus exhibendi cauſa petat, (petenti enim ſolùm conceditur, ut ſupra diximus. §. 1. *ex l. debitoribus,* 31. *De re judic.*) idque ſine fruſtratione poſtulare videatur, (non enim malitiis eſt indulgendum, *l. in fundo.* 38. *De rei vindic.*) dari ei debet: ut tamen caveat, ſe commodo tempore, & poſt dilationem hoc nomine datam, reſtituturum, *l. De eo.* 12. §. *pen. ad exhiben.* Ex quo intelligi licet, hic de exhibendo agi, coi reſtitutio ſit implicata & adjuncta: qoæ non tantum rem, ſed & cauſam actori reddit, quam is habiturus eſſet, ſi ſtatim judicii accepti tempore res ei reddita fuiſſet, id eſt, uſucapionis, & fructuum cauſam, *d. l. reſtituere.* 35. *De verb. ſig.* Quòd ſi neque ſtatim juſſu judicis rem exhibeat, neque poſtea exhibiturum ſe caveat, condemnandus eſt in id, qood actoris intererat, ſi ab initio, id eſt, tempore litis conteſtatæ, res exhibita fuiſſet, *l. Julianus.* 9. §. *quantum.* 4. cum multis ſeqq. *ad exhib.* quod interdum minoris erit, quam res ipſa, quod qnidem ad ſolum exhibitionis intereſſe attinet, *d. l. Julianus,* §. *ult.* Quia verò ejus intereſſe probatio difficilis eſt, *l. ultim. De prætor. ſtipul.* ideo propter rei contumaciam ab actore per jusjurandum, judice quantitatem taxante, poteſt comprobari, *l.* 3. §. *præterea.* 2. *ad exhibendum,*

§. Si familiæ.

9 SI † familiæ erciſcuodæ judicio actum ſit, ſingulas res ſingulis hæredibus, hoc eſt, alias aliis, pro debita cujuſque portione hæreditaria non ſectione corporum, ſed numero, judex diſtribuit, *l.* 3. *ff. Famil. erciſcun.* & ſi alterius in perſona prægravare, hoc eſt pretioſior & momentoſior eſſe videatur adjudicatio, debet hunc invicem cohæredi certa pecunia condemnare, ut reſtituto pretio ejus, quod plos accepit, omnes partes exequentor, ex bona hujus judicii fide, *l.* 9. *C. eo. tit.* §. *quædam.* 18. ſop. *De act.* Eo qnoque nomine cohæredi quiſque ſoo condemnandus eſt, quòd ſolus fructus hæreditarii fundi perceperit, aut rem hæreditariam corruperit, conſumpſerit, *l. inter* 44. §. *ſi cohæredes.* 2. & §. *fructus.* 4. & paſſim, *fam. erciſc.* Nec intereſt, utrum duo, an plures, vel pauciores ex pluribus hæredes hoc judicio diſceptent, *l.* 2. §. *ult. famil. erciſcund.*

§. Eadem.

10 EAdem † intervenioot, & ſi communi dividondo de pluribus rebus actum ſit. Quòd ſi de una re, veluti de fundo (ſi quidem iſte fundus commodè regionibus diviſionem recipiat) partes ejus ſingulis adjudicare debet: & ſi unius pars præponderare videbitur, is invicem certa pecunia alteri condemnandus eſt. Quòd ſi commodè dividi non poſſit fundus, vel homo, ſervus fortè, aot mulus, aut aliud animal erit, de quo agatur, (nam bæc diviſionem non recipiunt, *l. in executione.* 85. *De verb. oblig.*) tonc tota res uni adjodicanda erit, ei nimirum, qui plures partes habeat, Jaſ. in *d.* §. *quædam num.* 59. ſupr. *De act.* aut cui ex ſtatuto debetur, juniori ex duobus cohæredibus, majore natu dividente. *ex jure Canon. c.* 1. ubi DD. per illum text. *De paroch.* & Saxon. Gloſſ.. *lib.* 1. *art.* 29. Faſch. *diff.* 31. Reinh. *diff.* 42. Schurff. *conſil.* 71. *caſus. num.* 21. *cent.* 1. & *noviſſ. ordinat. part.* 3. *conſtit.* 15. Aut ſaltem, ſi plures fuerint, ei, quem ſors prætulerit, *l. ultim. C. Commun. de legat.* Jaſon *l.* 1. *numer.* 39. *Si cert. pet.* & §. *ſeq. numer.* 61.

§. Si finium.

11 SI † finlnm regundorum actnm fuerit, diſpicere debet jodex, ao neceſſaria ſit adjudicatio: nam ſi controverſia aliter dirimi poteſt, hoc eſt, fines ſine cujoſquam injuria dirigi, vel ex veteri determinatione, *l. in finalibus.* 11. *ff. eodem. finium regundor.* vel ex nova. *d. l. in finalibus. l.* 1. *l.* 3. *C. eod.* ea adjodicatio fieri non debet, *l.* 2. *ff. Fin. regund.* id verò ſi abſit, ad adjudicationes eſt perveniendum, *d. l.* 2. & neceſſe tum erit ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adjudicari: qno caſu conveniens eſt, ot is alteri certa pecunia condemnetur, *l.* 2. 3. 4. & paſſim *eodem.* Eo quoque nomine condemnandus eſt quiſqoe hoc judicio, quod fortè circa fines malitioſè commiſit: verbi gratia, quia lapides finales, qui terminos diſtinguunt, furatus eſt: vel arbores finales excidit: quo nomine in id, quod alterius intereſt, condemnatur, *l.* 4. *ff. eo.* quanti ſcilicet in litem erit juratum, Gloſſ. hic per *l.* 3. *De in lit. jurand.* quaoquam etiam extra ordinem criminaliter

Digitized by Google

ter hoc crimeo coerceatur, *l.* 2. 3. *De termino moto*, Paulus *Sentent. lib.* 1. *titul.* 16. Terminos per menſorem declarari judex jubet. *l. ſi irruptione*. 8. *fin. reg.* Ad eujus officium pertinet menſores mittere, & per eos quæſtionem finium, ut æquum eſt, dirimere: locis etiam, ſi opus eſt, conſpectu ſubjectis, *d. l. ſi irruptione.* 8. §. 1. *eo.* Itaque ſi jubente judice metiri agros aliquis paſſus non fuerit, contumaciæ quoque nomine hoc judicio condemnatur, ut hic dicitur: ſcilicet in quantum adverſarius in litem juraverit. Gloſſ. hic per *d. l.* 3. *De in lit. jurand.*

§. 6. Verſ. Quod autem ult.

12 Adjudicationes † aut in iſtis judiciis factas prætor tuetur, exceptiones aut actiones in rem dando, *l. inter.* 44. §. 1. *famil. erciſcund.* Nam quod iſtis judiciis adjudicatum eſt, id ſtatim ejus fit, cui adjudicatum eſt, & ex re nimirum judicata, quæ legis inſtar dominium transfert, licet non poſſeſſionem, quæ facti eſt, *l. poſſeſſio*. 49. *De acquir. poſſeſſion.* Alciat. poſt alios DD. in *l. traditionibus*. 20. *C. De pact.* Nam hoc ipſum lege definitum eſt, ut hic & in Georgicis Juſtin. Et hæc quidem in iſtis tribus judiciis miſtis obtineot, de quibus dictom
13 eſt ſuprà *De action. §. quanam*. 18. In † vendicationibus ooo fiunt adjudicatiooes, ſed declarationes: neque fertur ſententia adjudicatoria, ſed declaratoria, *l. & ex diverſo*. 35. §. 1. *De rei vindic.* agit enim his dominus, in *l. rem.* 28. *De rei vindic.* cui res ſua amplius dari, & adjudicari nequit, *§. ſic itaque*. 14. ſup. *De actio.* ſed reſtitui taotùm poteſt, *l. qui reſtituere*. 68. *l. officium*. 9. *De rei vindic.* In perſonalibus ſicut dari fieri oportere petitur, *d. §. ſic itaque.* ſic etiam fit condemnatio, ut detur, fiat: quoties ſcilicet abſolutio ob impletam actoris intentionem fieri nequit, *l.* 2. 3. *C. De uſur. rei judic. l. penult. C. De re judic.* Verbum *Facere*, omnem omninò faciendi cauſam complectitur, dandi, ſolvendi, jurandi, &c. *l. verbum*. 218. *l. facere*. 189. etiam reddendi, *l. faciendi*. 175. *De verb. ſignific.* quod à reſtituendo differt, eum etiam per ſe dandi habeat ſignificationem *l. verbum*. 94. *De verb. ſignific.* Et hactenus quidem de forma pro-
14 nunciandi. Finis † eſt, ut controverſia ſopiatnr, *c.* 2. *De ſentent.* juſqoe pnblica potius, quàm privata anctoritate reddatur & cuique contingat, *l. nullus*. 14. *C. De Jude.* Effectus, quòd ſententia poſt decem dies tranſeat io rem judicatam. §. 1. *& toto tit.* in Auth. *De appellat.* & intra quæ tempora, &c. & exequenda ſit, *l. à divo*. 15. *De re jud. l.* 1. *C. De exec. rei jud.* Item quod faciat jus inter litigatores, non alios, *l. ſæpè*. 63. *De re judic. tot. tit. De except. rei jud. l. Julianus*. 60. *De cond. indeb. l.* 1. 2. *&* 3. ubi Gloſſ. *C. Quibus res jud. non nocet*, *l.* 1. 2. 3. *C. Res inter alios actas, vel judicatas aliis non nocere*, *l.* 2. *C. De fid. inſtrum. l. ſi cui.* 7. §. 1. *De accuſat.* pro veritate habeatur, *l. ingenuum*. 25. *De ſtatu hominum*. juſta præſumatur *l. Herennius*. 63. §. 1. *De evictio*. *c. cum ad ſedem*. 15. *De reſtitut. ſpoliat. c. ſicut.* in fine, *De ſent. & re judic.* actionem producat, *l. actori*. 8. *C. De rebus creditor. l. miles*. 6. §. *ult. De re judic.* & exceptionem. *toto titul. De except. rei judic.* quæ eſt litis finitæ *c.* 1. *De lit. conteſtata*. in 6. cum res judicatæ retractari nequeant, *l. ſub ſpecie*. 4. *C. De re judicat.* ne prætextu quidem oovarom probatioonm, *d. l. ſub ſpecie*. 4. *De re judic.* aut ſupplicationibus. *l. ult. C. Ut lit. penden.* ſed iis omninò ſtandum ſit, *l. ſi patronus*. 12. *De bon. liber.* Adjacet velut ſequela quædam, executionis lex in realibus, §. 2. *hoc tit.* & criminalibus, *l. cum reis*. 18. *C. De pœn.* facienda poſt decem dies, Pyth. *lib.* 2. *ſub. cap. ultim.* in civilibus poſt quadrimeſtre, *l. ultim. C. De uſur. rei jud.* quod tempus à fructibus immune eſt, *d. l. ult. l.* 3. §. 1. *De uſur.* jure Sax. poſt ſex hebdomadas. Affinia † ſunt decretum, *l. nec quicquam*. 15
9. §. *ubi.* 1. *De offic. proconſ.* ſententia interlocutoria *l. quod juſſit*. 14. *De re jud.* arbitrium ſeu laudum. *l. pen. C. De recept. arbit.* comminationes & epiſtolæ judicum, *tot. titul. comminat. vel epiſtol.* ubi Bald. tranſactio. *l. non minorem*. 20. *C. De tranſact.* *l. poſt rem*. 56. *De re judic.* Jusjurandum, *l.* 2. *De jurejurand. d. l. poſt rem*. Contraria remedia, aut ordinaria, ut appellatio, *l.* 1. *&* 2. *C. Si ex falſis inſtrument.* DD. *l. divus*. 33. *De re judic.* Bartol. *l. ſi expreſſim*. 19. *De appellat.* Innoc. & Canoniſtæ *c. ult. De offic. jud.* Ferra. in *for. lib. appell.* verb. *fuiſſe nullam num.* 4. Bald. *l.* 1. *num.* 3. *De fer.* falſi, *tot. titul. C. Si ex falſ. inſtrum. l. querela*. 12. *C. De falſ.* & jure Sax. Leuteratio, qua ſnb ſpecie declaratioois petitur ſenteotia reformari: item exceptiones variæ, de quibus in *tit. De except.* doli mali & rei judicatæ, præſertim quę poſt ſententiam opponi poſſunt, de quibus DD. *l. licet*. 24. *C. De procur.* Felin. *c. exceptionem. numer.* 28. *De except* Aut extraordinaria, ut reſtitutio in integrum, *tot. titul. C. Si adverſ. rem judic. l. divus*. 33. ubi DD. *De re judic.* Supplicatio, *l.* 5. & Auth. *quæ ſupplicatio. C. De precib. imper. offer.* Relaxatio ſententiæ ad cantelam. *c. Apoſtolica*. 9. *De except.* Et tantnm de ſententia, quantum quidem primæ inſtitutioni ſatis ſit. Poſt
† ſententiam verò inter partes audita omni & di- 16
ſcuſſa lite pronunciatam, *l. pen. C. De execut. rei judic.* rei judicatę vigor ad effectum adducendus eſt, *d. l. pen. C. De execut. rei judicat.* Nam & hic vel præcipuus eſt ſententiarnm finis & eventus, *l.* 2. *& tot. tit. C. De execut. rei judic. l. à divo Pio*. 15. *De re judicata*. In realibus ſtatim, ut ſuprà demonſtratum eſt, §. 2. *hoc tit.* in perſonalibus poſt lapſum tempus, quod judicatis datur, *l. ult. C. De execut. rei judic.* quod jure civili noviſſimo (nam olim brevius fuit, *l.* 2. *l. debitoribus*. 31. *De re judic.* & duorum tantum ad ſummum menſium. *l. ult.* §. *ult. C. De uſurp. rei judic.* quadrimeſtre eſt, *l. ult. C. De execut. rei judic.* jure Sax. ſex ſeptimanarum: auctor *differ.* 56. Reinhar. *differ. judic.* 9. poſt qnod tempus ſententia paratam habet executionem. *l.* 2. *C.*

Digitized by Google

17 De execut. rei judic. non antè, l. 1. C. eod. tit. † Cau-
ſa igitur executionis remotior, lex, tot. tit. C. De
exec. rei judic. reſcriptum, l. 4. C. Si contra jus. l. ſi,
ut proponis. 6. C. De execut. rei judic. Proximior,
magiſtratus penes quem ſit imperium l. à divo. 15.
in princ. De re judic. nam exequi magis eſt impe-
rii ſaltem mixti, quàm juriſdictionis, l. 1. 2. 3.
De juriſdict. Quamobrem delegati, ut arbitri juris.
l. 9. 10. qui ſatiſdar. cog. non exequuntur: ſed ma-
giſtratus, à quo dati ſunt, l. à divo. 15. in princ.
De re judic. Cauſa impulſiva, petitio partis, vel
implorato judicis officio, vel inſtituta ſummatim
in factum actione, l. actori. 8. ubi Bald. & DD.
C. De rebus credit. Inſtrumentalis, executor, qui
partes exequendi tantùm, non cognoſcendi uſur-
pat, l. ſi, ut proponis. 6. l. pen. C. De execut. rei ju-
dic. Cujuſmodi eſt ſemper judex loci, cujus in ter-
ritorio bona ſita ſunt: nam ab hoc executio eſt fa-
cienda, l. à divo Pio. 15. §. 1. De re judicat. l. cùm
unus. 12. §. 1. De bon. auctor. judic. poſſ. etiamſi a-
lius pronunciarit. l. Epiſcopale. 8. ubi Bald. Caſtr.
& DD. C. De Epiſc. audient. c. 1. De off. ordin. Bart.
l. à divo. 15. §. ſententiam. 1. num. 5. De re judic.
Ferrar. in for. execut. ſent. in prin. nu. 15. ſi qui-
dem requiſitus ſit illius loci judex, Mynſing.
Obſerv. 78. cent. 3. aut à ſuperiore juſſus, d. l. à
divo. §. 1. DD. præalleg. loco. Materia circa quam,
eſt res judicata, cujus terminos executio excede-
re non debet, alioquin appellari poteſt. l. ab exe-
cutore. 4. ubi Bart. De appell. l. ab executione. 5. C.
18 Quor. appell. non recip. Materia, † in quam fit exe-
cutio, eſt res, de qua condemnatus eſt reus, l.
qui reſtituere. 68. De rei vindic. aut ſi dari præſtari-
que nequit, ejus æſtimatio, l. ſi longis. 7. C. De
execut. rei judic. vel ſi nec illa quidem præſtatur,
bona condemnati (non aliena, l. à divo. 15. §. ſi re-
rum. 4. cum ſequen. De re judic.) d. l. à divo. §. 1.
primò mobilia, d. l. à divo. §. 2. deinde immobi-
lia, d. l. à divo. §. 2. poſtremò jura, d. l. à divo.
§. 1. cum ſeq. l. 3. 5. C. eod. & quidem ea, quæ
ſunt extra controverſiam, d. l. 2. l. à divo. 15. §. ſi
rerum. 4. De re judic. Stipendia militiæ, ac ſimilia
non aliter in cauſam rei judicatæ pignorantur, quàm
ſi nihil ſit, unde ſatisfieri poſſit, l. 4. C. De execu.
rei judic. Sed & in feudis tantùm fit executio, quo-
ad fructus in vita vaſalli. Caſtr. l. pro herede. 20. nu.
4. De acquir. hered. Bart. l. ſi finita. 15. §. ſi de ve-
ctigalib. 13. num. 5. De dam. infect. ubi Alex. Rom.
& communiter DD. etiam filii ipſius, Caſtr. d. l.
pro herede §. ſi quid tamen num. 3. & Ang. ibi num.
2. De acq. her. quoniam hæres eſſe cogitur patris,
c. 1. an agna. conſtit. 47. part. 2. & proinde debitis
ejuſdem obſtringitur, l. ex qua perſona. 149. De reg.
jur. §. pen. ſup. De her. qual. & diff. §. heres. 4. ubi
19 DD. ſupr. De oblig. ex quaſi cont. Forma † eſt, ut
in realibus ſtatim fiat executio. §. 2. hoc tit. vel
armata adhibita manu, ſi neceſſe ſit, l. qui reſtitue-
re. 68. De rei vindic. vel ſi haberi res nequit, in
ejus æſtimatione. l. antep. C. De execut. rei judicatæ.
In perſonalibus verò, ut poſt elapſum rei judica-
tæ tempus, l. 2. l. ult. C. De execut. rei judic. ſi non
fiat ſolutio ejus, quod debetur, pignora capian-
tur: & quidem pecunia primo, ſi præſtò ſit, qua
commodiſſimè ſolvitur, l. à divo. 15. §. penult. eod.
Deinde, ſi quidem abſit, res mobiles & moven-
tes: quæ venundantur, & quarum de pretio ſatis-
fit: quod ſi non ſuffecerint, ad immobilia itur, d.
l. à divo. 15. §. 2. & poſtremò ad jura. d. §. 2. l.
5. C. eod. ut in rem judicatam convertantur, l. ult.
l. 3. C. De execut. rei judic. aut diſtrahendo aut e-
xigendo nomina, d. l. à divo. §. antepen. & pen.
vel addicendo res, d. l. à divo Pio. §. 2. 3. cum
ſeq. Nam ſi pignora, quæ capta ſunt & publice ſub-
haſtata, emptorem non inveniant, creditoribus ad-
dicuntur d. l. à divo. 15. §. ſi rerum. 4. De re ju-
dic. l. 3. C. eodem. Sed hac de re plura d. l. à di-
vo Pio. 15. De re judic. & in ordin. pro parte. 1.
conſtit. 32. Exequentis nulla conſuevit eſſe cogni-
tio. l. 6. C. De execut. rei judic. niſi neceſſaria. l.
4. C. Si contra jus, vel util. quæ tamen ſummaria
ſolet eſſe, nec præjudicium facere judicio ordina-
rio, l. à divo. 15. §. 3. 4. cum ſeq. De re judic. Fi-
nis † eſt ut rei judicatæ ſatisfiat. d. l. à divo §. 2. 20
3. cum multis ſeq. l. pen. ult. C. eod. Effectus, quod
non liceat ab executione provocare, l. ab executione.
5. C. Quor. appell. non recip. niſi modus executor ex-
ceſſerit, d. l. ab executione d. l. ab executor. 4. ff.
De appel. quod ex ea dominum transferatur addi-
cendo d. l. à divo. §. 3. & §. ſi poſt addictum. 6.
non etiam evictionis cauſa præſtetur. d. l. à divo.
§. ſi poſt. addictum. 6. Adjacet miſſio in poſſeſſionem
bonorum, l. 3. l. 6. C. De bon. auctor. judic. poſſ. &
ff. Quib. ex cauſ. pignoratio, d. l. à divo. De re jud.
rerum æſtimatio, l. ult. C. De bon. auctor. jud. conſt.
pro. 1. alti. par. ſubhaſtatio, d. l. ult. tot. tit. C. De
fid. & jure haſtæ fiſc. lib. 10. d. conſtit. ultim. part. 1.
venundatio tot. tit. ff. & C. De bon. aut venund. l. à
divo. 15. §. 1. De re jud. & ſi quis contradixerit,
ſummaria cognitio, d. l. à divo §. ſi rerum. 4. De
re jud. item bonorum excuſſio, l. 3. l. 4. l. 6. &
paſſim, de ceſſ. bon. & Cod. De iis qui bon. ced. poſſ.
§. ult. ubi Ang. ſup. De actio. & ſi bona non ſuffi-
ciant, perſonæ incarceratio, l. 1. ubi Bald. & DD.
C. De iis qui bon. ced. poſſ. conſtit. 22. part. 2. ut quod
non habet in ære, luat in corpore. l. penul. l. ul-
tim. De in jus voc. l. 1. in fine. De pœn. quæ re-
gula obtinet, quoties ex delicto debitum fluit,
Bart. Ang. in d. l. 1. Jaſ. §. pœnales. 43. ſupr. De
act. l. ſi quis id quod. 7. num. 28. De juriſd. om. jud.
Fab. Jaſ. num. 13. & DD. §. ult. ſupr. De act. latè
Dida. Covar. num. var. reſol. lib. 2. c. 1. nu. 8. ubi
poſt num. 10. diſputat, an cadaver mortui debito-
ris in ſubſidium ſepultura prohiberi, & in pignus
detineri poſſit, ex l. cum ſit injuſtum. 6. C. De ſe-
pul. viol. Adjacet etiam, vel ſi mavis (nec enim in
hoc populari argumento iſta ſubtiliter diſtingui-
mus) affinis † eſt actio rei judicatæ, l. actoris. 8. C. 21
De reb. cred. ceſſio bonorum, l. 2. C. Qui bon. ced.
poſſ. l. pen. De ceſſ. bon. Novell. 135. bonorum poſ-
ſeſſio, ex 1. 2. decreto, l. 4. C. Qui bon. ced. & tit.
De bon. auctor. judic. poſſ. ſequeſtratio, quæ poſt rem
demum judicatam decerni ſolet, cle. ultim. De pro-
hib. ſeq. ut expoſui conſ. 7. Contraria ſunt, appel-
latio, l. 1. l. ab executore. 4. & tot. tit. De appell.
exceptiones executionem impedientes, de quibus
l. Neſennius. 41. De re judic. l. ex diverſo. 17. §. ult.
ſolut.

Digitized by Google

ſolut. matr. & ibi DD. aut quæ non impugnant ſententiam, *d. l. ex diverſo*. Zaſ. *li. 1. reſponſ. c.* 1. & reddentes proceſſum retrò oullum: de quibus DD. *l. ult. C. Sent. reſcin. l. licet.* 24. *C. De procur.* & Fel. & Can. *c. exceptionem.* 12. *De except.* Reſcriptum, aut differens executionem, *l. ult. C. Qui bon. ced. l.* 2. *C. De precib. imp. offeren.* aut reſcindens. *l.* 5. cum Auth. ſeq. *C. De precib. imp. offeren.* Reſtitutio in integrum ex juſta cauſa, *c. ſuſcitata*. 6. *De in int. reſt.* aut quæſtio nullitatis, de qua DD. *l. divus*. 33. *De re jud. l.* 1. 2. *C. Si ex falſ. allega. l. pen. C. De tranſact.* qua ſenteotia poteſt ad 30. annos impugnari, Spec. *De ſent.* §. *juxta.* io fin. Bald. *l.* 2. *C. De jure fiſc. lib.* 10. *& conſil.* 67. *lib.* 3. Salic. *l. ſi præſes.* 6. in fine. *C. Quomodo & quando jud.* Goid. Pap. *conſ.* 61. *conſil.* 236. Ruio. *conſ.* 62. *num.* 14. *lib.* 5. Ferrar. in *for. appell. à ſentent. def.* verb. *& in quantum. num.* 2. per Bart. in *l. quidam*. 27. io fin. *ff. De condit. inſtitut.* Hæc tamen noo ſuſpeodit aut impedit executionem, niſi ex continenti doceri nullitas evidenter poſſit. Jaſ. poſt Bart. & alios, *l.* 4. §. *condemnatum num.* 5. 6. *De re judic.* Bald. *l.* 1. *nu.* 1. *ne lic. in una ead. cauſ.* aut una appelletur à ſententia: quo caſu nihil oovandum, aut exequendum pendente appellatione, *tot. tit. nihil nova. appell. interpoſ. ff. & Cod. c. Romana.* 3. *c. non ſolum.* 7. *De appel. in* 6. *c. bona.* 51. *c. dilecto.* 63. *eo.* vel ab ipſa executione: quod quando qoomodo liceat, dicendum ex *l.* 4. *De appell. l.* 5. *C. Quor. appell. non recip.* cui provocationi conjungi poteſt quæſtio nullitatis alternativè, ſic ut una devolvatur, Bart. & DD. *l. ſi expreſſim.* 19. *De appell.* Ferrar. in *for. appell. à ſen. def.* verb. *& in quantum.* 3. per *c. conſtituns*. 5. *De relig. domib.* Schurff. *conſil.* 60. *præſens*: *nu.* 9. *&* 10. *cent.* 1. Guid. Pap. *deciſ.* 437. *deciſ. Rota.* 6. *De lit. conteſt. num.* 3. Contraria eſt etiam reſolutio juſtitiæ, vel gratiæ à principe facta, *tot. tit. ff. & C. De ſentent. paſſ. & reſt.* quarum tamen hæc non æquè retrotrahitur, ac illa. Jaſ. poſt alios, *l. Gall.* 29. §. *& quid ſi tantum. num.* 70. 72. 73. *De lib. & poſthu.* per *l.* 1. §. *ult. De quæſt.* 2. *l. quod ſi minor.* 24. §. *Scævola.* 2. *De minor.*

Hactenus expoſita ſunt litigantium jura, actiones, exceptiones, cautiones, pœnæ, citatioaes, &c. reſtat igitur, ut de tertia perſona, quæ judicium ſuſtioet, oempe judice, deque ejos officio, per quod litigantibus jus redditur, nonnihil ſubjiciatur. Hic enim eſt omnium judiciorum finis, propter quem inſtituuotur: & pars poſtrema, atque cataſtrophe, ut judex ſecuodum petitiones, exceptiones, & probatiooes (de quibus etiam nonnihil aſpergi haud abs re fuiſſet) ſententiam ferat & exequatur: qua de re ultimo loco hoc io tit. exponitur qoæ ſint partes judicis in judicando, atque exequendo, cum in actionibus realibus, tum in perſonalibus, vel miſtis.

DIvido igitur titulum in tres partes.
1. De officio judicis in actione noxali, §. 1.
2. In actione reali, §. 2. vel in rem ſcripta, §. 3.
3. In actionibus mixtis *familiæ erciſcundæ*, §. 4. *communi dividundo*, §. 5. *& finium regundorum*, §. *ultimo*.

§. 1. Supereſt.

SVpereſt, ut de officio judicis diſpiciamus. Et quidem imprimis illud obſervare debet judex *a*, ne aliter judicet *b*, quàm legibus, aut conſtitutionibus *c*, aut moribus *d* proditum eſt. Ideoque ſi noxali judicio aditus eſt *e*, obſervare debet, ut ſi condemnandus videtur dominus, ita debeat condemnare: Publium Mævium Lucio Titio in decem aureos condemno, aut noxam dedere *f*.

1. *Sententia contra leges lata, eſt ipſo jure nulla.*

a IUoax. Norma, & regola judicandi Catholica.

b Ne Aliter Juoicet. §. *oportet*. & §. *ult.* in Auth. *De judicib.*

c Constitutioniaus: Alioqui † ſenteotia erit ipſo jure nulla, *l. cum probatis*. 32. *De re jud. l.* 1. *quæ ſent. ſine appel.* ut reliqua omnia, quæ contra leges fiuot, *l. non dubium.* 5. *C. De legib.*

d Aut Moataus. Nota conſuetudinem, & ſtylum hac etiam in parte legibus comparari.

e Aoitus Est. Nam adire judicem actione actor dicitur. Coot. legit: *addictus*, vel *additus*, ſcilicet à prætore. Sed hoc parum Juſtioiani temporibus convenit, quibus impetrationes jam erant ſublatæ.

f Noxam Dedere. *L.* 6. §. 1. *De re jud.*

§. 2. Etſi in rem actum ſit.

ETſi in rem actum ſit, ſive contra petitorem judicaverit *a*, abſolvere debet poſſeſſorem *b*: ſive contra poſſeſſorem, jubere ei debet, ut rem ipſam reſtituat *c* cum fructibus *d*. Sed ſi poſſeſſor neget in præſenti ſe reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione videbitur *e* tempus reſtituendi cauſa petere; indulgendum eſt ei, Vt tamen de litis æſtimatione *f* caveat cum fidejuſſore, ſi intra tempus, quod ei datum eſt *g*, non reſtituerit. Et ſi hæreditas petita ſit: eadem circa fructus interveniunt, quæ diximus intervenire in ſingularum rerum petitione *h*. Illorum autem fructuum, quos culpa ſua poſſeſſor non perceperit *i*: in utraque actione eadem ratio penè habetur, ſi prædo fuerit *k*. Si verò bonæ fidei poſſeſſor fuerit: non habetur ratio neque conſumptorum, neque non perceptorum *l*. Poſt inchoatam *m* autem petitionem, etiam illorum fructuum ratio habetur, qui culpa poſſeſſoris percepti non ſunt, vel percepti conſumpti ſunt *n*.

1. *In realibus quando fiat reſtitutio, quando in perſonalibus.*

2. *In petitione hæreditatis ſufficit qualiſcunque controverſia.*

DE officio judicis, & forma ferendæ ſententiæ in actionibus realibus.

a JUDICAVERIT. Apud ſe judicandum putet.

b POSSESSOREM. *L. ult. C. De rei ven. l. 2. C. De probat.*

c RESTITUAT. *L. officium. 9. l. qui reſtituere. 68. De rei vend.*

d CUM FRUCTIBUS. *L. ſi fundum. 17. l. certum. 22. C. De rei vend. l. 3. C. De condict. ex lege* deductis tamen ſumptibus, *l. 5. l. ſi quis. 11. C. De rei vend. l. quod in fructus. 46. De uſur. l. ſi à domino. 36. §. ult. De petit. hæred. l. fructus. 7. ſolut. matr. l. in fundo. 38. De rei vend.* ſecundum ea, quæ diximus ad *§. ſi quis à non domino.* 29. ſupr. *De rer. diviſ.*

e VIDEBITUR. Eſt igitur hoc totum arbitrarium.

f LITIS ÆSTIMATIONE. De qua in *d. l. qui reſtituere.* 68.

1 *g* QUOD EI DATUM EST. Quod illi † præfigitur à judice in realibus, ubi alioqui ſtatim reſtitutio fieri debet, *d. l. qui reſtituere.* In perſonalibus porrò habet terminum ſolvendi 4. menſium, nova lege conſtitutum. *l. ult. C. De uſur. rei jud.* Nam olim alia tempora ſervata ſunt, *l. 2. l. debitoribus.* 31. cum ibi not. *De re judic. l. 2.* Theodo. *De uſur.* Cujac. *Obſer. lib. 3. cap.* 39.

h PETITIONE. *L. & non tantum.* 19. cum lege ſequenti. *De pet. hæred.* ubi in *Paratit.* eſt dictum.

i NON PERCEPERIT. *D. l. certum. 22. C. De rei vend. l. 2. C. De fructibus. l. 3. C. De condict. ex leg. l. ſi navis. 62. De rei vend.* Vide ſup. *§. ſi quis à non domino. 29. De rer. diviſ.*

k SI PRÆDO FUERIT. Secùs ſi emerit, *l. ſi fundum. 17. C. De rei vend.* Non enim prædo eſt, qui pretium numeravit *l. nec ullam. 13. §. ſi quis ſciens. 6. De petit. hæred.*

l NON PERCEPTORUM. *L. bonæ. 48. De acq. dom. l. qui ſcit. 25. §. 1. De uſur. l. ſi ejus. 78. De rei vend. l. ſi fructuarius. 13. Quibus mod. uſusfruct.* Rectè autem excipit conſumptos, vel non perceptos: nam percepti ſiquidem conſumpti non ſunt, ſed extent, reſtituuntur, *l. certum. 22. C. De rei vend. d. §. ſi quis à non domino.* ſuprà *De rer. diviſ.* ubi dixi.

m POST INCHOATAM. Non dicit, poſt litem † conteſtatam: nam ſufficit qualiſcunque 2 controverſia in petitione hæreditatis, *l. ſed etſi. 25. §. ſi antè. 5. De petit. hæred.* quæ bonæ fidei eſt, *l. hæreditatis. 7. C. De pet. hæred.* & univerſalis, ut fructibus augeatur, *d. l. ſed etſi.* in vindicationibus ſtrictis poſt litem demum conteſtatam, qua omnes poſſeſſores in mala fide conſtituuntur, *d. l. ſed etſi. 25. §. ſi antè. l. nec bona. 10. C. De long. temp. præſcript.* omnes fructus veniunt, *d. l. certum. l. 2. 3. l. videamus. 38. l. lite. 35. De uſur. l. cum fundus. 31. Si cert. pet. l. præterea. 20. De rei vend.* A malæ fidei poſſeſſore videntur anteriores etiam exigi. 2. *Reg.* 8. 6.

n CONSUMPTI SUNT. Quia ex illo tempore malæ fidei poſſeſſore reputatur: ut copioſiùs explicatum eſt ſup. *d. §. ſi quis à non domino.*

Digitized by Google

§. 3. Si ad exhibendum actum fuerit.

SI ad exhibendum actum fuerit, non ſufficit, ſi exhibeat rem is, cum quo actum eſt : ſed opus eſt, ut etiam rei cauſam debeat exhibere *a* : ideſt *b*, ut eam cauſam *c* habeat actor, quam habiturus eſſet, ſi cum primùm ad exhibendum egiſſet *d*, exhibita res fuiſset . Ideòque ſi inter moras exhibendi uſucapta ſit res à poſſeſſore *e* : nihilominus condemnabitur *f*. Præterea fructuum medii temporis, ideſt ejus, quod acceptum ad exhibendum judicium, ante rem judicatam interceſſerit, rationem habere debet judex *g*. Quod ſi neget reus, cum quo ad exhibendum actum eſt, in præſenti ſe exhibere poſſe, & tempus exhibendi cauſa petat, idque ſine fruſtratione poſtulare videatur : dari ei debet, ut tamen caveat ſe reſtituturum *h*. Quod ſi neque ſtatim juſſu judicis rem exhibeat, neque poſteà exhibiturum ſe caveat : condemnandus ſit in id, quod actoris intererat, ſi ab initio res exhibita *i* eſset .

DE officio judicis in actione ad exhibendum.

a DEBEAT EXHIBERE. *L. Julianus*. 9. §. *quantum*. 4. *Ad exhib.*

b IDEST. Definitione exponit quid ſit cauſa rei.

c EAM CAUSAM. Utilitatem, & condemnationem rei, omnequo emolumentum, quod ex re cauſatur, *l. reſtituere*. 35. & 75. *De verbor. ſignificat. l. cum fundus*. 31. *Si certum petat.*

d AD EXHIBENDUM EGISSET. Cum primum judicium acceptum eſt, *d. l. cum fundus*. 31. *Si cert. pet. l.* 2. *De uſur. l. præterea*. 20. *De rei vindic. l. ſi ad exhib.* 8. *C. Ad exhib.* hoc eſt, ut interpretamur, à lite conteſtata, *l. ædiles*. 25. §. *item*. 4. *De ædil. edict.*

e A POSSESSORE. Exemplo res declaratur.

f CONDEMNARITUR. *D. l. Jul.* 9. §. *proinde*. 5. *Ad exhib.*

g JUDEX. *D. l. Julian. l.* 2. *l. videamus*. 38. *De uſur.*

h RESTITUTURUM. *L. de eo*. 12. §. 2. verſ. *ſi juſta*. *Ad exhib.*

i EXHIBITA. *D. l. Jul.* §. *præterea. ult.* admiſſo etiam actoris in litem juramento, *l.* 3. § 2. *eod. tit. Ad exhib.*

§. 4. Si familiæ erciſcundæ judicio actum ſit.

SI familiæ erciſcundæ iudicio actum ſit : ſingulas res ſingulis hæredibus adjudicare debet . Et ſi in alterius perſona prægravare videatur adjudicatio : debet hunc invicem cohæredi certa pecunia (ſicut jam dictum eſt) condemnare *a* . Eo quoque nomine cohæredi quiſque ſuo condemnandus eſt, quòd ſolus fructus hæreditarii fundi perceperit *b*, aut rem hæreditariam corruperit, aut conſumpſerit *c* . Quæ quidem ſimiliter inter plures quoque, quàm duos cohæredes, ſubſequuntur.

DE officio judicis in actionibus mixtis, puta familiæ erciſcundæ.

a CONDEMNARE. *L. ſi familiæ*. 55. *l. Mævius*. 52. §. *arbiter*. 2. *fam. erciſc.*

b PERCEPERIT. Hæ ſunt præſtationes perſonales, quarum reſpectu perſonalis eſt actio, *l. item*. 22. §. *familiæ*. 3. *famil. erciſc.*

c CONSUMPSERIT. *L. non eſt ambiguum*. 9. *l. cohæredibus*. 17. *l. incerti*. 19. *C. eod. fam. erciſc. l. item*. 19. *l. & puto*. 16. §. 3. *ff. eod.*

§. 5. Eadem interveniunt.

EAdem interveniunt, & ſi communi dividundo de pluribus rebus actum ſit *a*. Quod ſi de una re, veluti de fundo: ſiquidem iſte fundus commodè regionibus diviſionem recipiat: partes ejus ſingulis adjudicare debet. Et ſi unius pars prægravare videbitur, is invicem certa pecunia alteri condemnandus eſt *b*. Quòd ſi commodè dividi non poſſit, veluti ſi homo fortè, aut mulus erit, de quo actum ſit: tunc totus uni adjudicandus *c* eſt, & is invicem alteri certa pecunia condemnandus.

DE officio judicis in communi dividundo: nam quòd in his diviſoriis præcipuæ ſunt judicis partes, ideò de his ſigillatim agit.

a Actum Sit. *L. ſi familiæ*. 55. *famil. erciſ. l.* 3. *l.* 4. *§. ult. l.* 6. *§.* 1. *l. & ſi non*, 8. *§.* 1. *com. divid.*

b Condemnandus. *L.* 1. *C. eod. com. divid.*

c Totus Uni Adjudicandus. *L.* 3. *C. eodem.*

§. 6. Si finium regundorum actum fuerit.

SI finium regundorum actum fuerit, diſpicere debet judex, an neceſſaria ſit adjudicatio *a*. Quæ ſanè uno caſu neceſſaria eſt, ſi evidentioribus finibus diſtingui agros commodius ſit, quàm olim fuiſſent diſtincti *b*. Nam tunc neceſſe eſt, ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adjudicari. Quo caſu conveniens eſt, ut is alteri certa pecunia debeat condemnari *c*. Eo quoque nomine condemnandus eſt quiſque hoc judicio, quod fortè circa fines aliquid malitioſè commiſit *d*: verbi gratia, quia lapides finales furatus eſt, vel arbores finales excidit *e*. Contumaciæ quoque nomine quiſque eo judicio condemnatur: veluti, ſi quis jubente judice metiri agros paſſus non fuerit *f*. Quod autem iſtis judiciis alicui adjudicatum fuerit; id ſtatim ejus fit, cui adjudicatum *g* eſt.

DE officio judicis in finibus regendis, hoc eſt, dirigendis, determinandis, &c. ſimplicibus enim verbis pro compoſitis utebantur: ut, Si *paret* pro *apparet*, ſuprà *De act.* quomodo & Africani more priſcæ illius ætatis linguæ apud Ciceronem loquuntur *in Somnio Scipio.* ſic tributoria pro diſtributoria ſup. *Quod cum eo*.

a Adjudicatio. Quam inter ſex modos quærendi dominii refert. Ulpian. *tit.* 19. *De acq. dom.*

b Distincti. *L.* 2. *fin. reg.*

c Condemnari. *L.* 2. 3. *eod.*

d Commisit. Deliquit, *l.* 4. *§.* 4. *eod. l.* 4. *C. eod.*

e Excidit. Hoc nomine tenetur etiam extra ordinem de termino moto: *l.* 1. 3. *De ter. mo. l.* 1. *De accuſ.* nec altera actio conſumit alteram: *l. unic. C. Quand. civil. act.*

f Non Fuarit. *L.* 3. *C. eod.*

g Adjudicatum. Eſt enim ſpecies transferendi dominii. Ulp. *tit.* 19. vel præſtandæ uſucapionis, *l. ſi per errorem*, 17. *De uſucap.*

Digitized by Google

DE PVBLICIS IVDICIIS,

Titulus Decimus Octavus.

1. *Vnde dicta, & quid ſint.*
2. *Propria.*
3. *Species.*
4. *Cauſa.*
5. *De judice horum judiciorum competente.*
6. *Quinam accuſare poſſint, vel non.*
7. *Quinam accuſari poſſint, vel non.*
8. *An alieno nomine hic agi, defendique poſſit.*
9. *Materia.*
10. *Forma.*
11. *Finis.*
12. *Eventus.*
13. *Affinia.*
14. *Contraria.*

1 ABſolutis † civilibus, & privatis judiciis, reſtat, ut de publicis aliquid ſubjiciatur. Publica dicta ſunt, quòd plerumque cuivis (ſcilicet non probibito agere) execotio eorom datur, §. 1. *hoc tit.* hoc eſt, ex his accuſatio omnibus pateat, *l. hi tamen omnes*. 11. *De accuſat. l. quamvis*. 30. *C. De adulter. l. lege Cornelia.* 30. *De falſ.* qoo ſenſu etiam popularia publica ſuot, *l. eum qui*. 30. *§. in popularibus*. 3. *De perjur.* Publicum enim eſſe dicitur, quod cuivis de populo commune eſt, *§. flumina*. 3. cum ſequeot. ſup. *De rer. diviſ. l.* 6. *De contrah. empt. l.* 1. *De popul. act. l.* 1. *§.* 4. *De ſuſpect. tut.* Verùm de bis noo bic agitur: ſed tantùm de judiciis propriè publicis, ideſt capitalibus: ut exempla ſubjecta demooſtrant. Talia enim ſuot ſubjecta, qualia permittontur eſſe à prædicatis, Gloſſ. olt, *c. Dudum*. 31. *De decimis*. Cæpol. in *tract. ruſt. præd. c. De aquæductu. num.* 14. Hujuſmodi igitor publica judicia ſuot, quæ certa aliqua lege de atroci crimioe, cujus vindicta ad Rempublicam pertineat, publicè ſunt conſtituta, *l.* 1. *De pub. jud.* etiamſi ejus executio non cuivis competat *l. interdum*. 4. *De pub. jud.* Duar. *lib.* 2. *diſp. cap.* 37. *l. quod S. C.* 6. *De injur.* ubi publicum ſic opponitur privato, ut illud publica ſit quæſtio, & publicam ad cauſam, hoc ad priva-

2 tam pertineat. Propria † quòd ſint popularia, & cuivis de populo pateant, *l. hi tamen omnes*. 11. *De accuſ.* Famoſa, *l. infamem*. 7. *ff. De pub. jud.* aliter, quàm privata: qoæ non notant, niſi ex delicto, cui lex infamiam irrogat, ut furto, injuria, vi bonorum raptorum, *d. l. infamem*. 7. in fin. Publi-

3 corum † judiciorum quædam capitalia ſunt, quædam non capitalia. §. 1. *hoc tit. l.* 2. *ff. eod.* Capitalia dicimus, quæ ultimo ſupplicio aſficiunt, vel aquæ, & ignis interdictione, vel deportatione, quæ in ejus locum ſucceſſit: vel metallo, *d. l.* 2. *eo*, *l.* 2. *De pœn.* ut majeſtatis, §. 2. *hoc tit.* adulterii, §. 3. *hoc tit.* cum ſequent. Cætera ſi quam infamiam irrogant, ot omnia publica, *d. l. infam.* 7. *De pub. jud.* cum damno pecuniario, publica quidem eſſe poſſuot ex certa aliqua lege, *leg.* 1. 2. *ff. eod.* non tamen capitalia, §. 1. *hoc tit.* ut de reſiduis, *§. ult. hoc tit.* de vi privata, *l. hos accuſ.* 12. §.

4 *omnibus*. 4. *De accuſat.* Cauſa † efficiens, lex *l.* 1. *eod.* & magiſtratus, aut qui cum poteſtate eſt, olim à populo ad id delectus, qui privatus etiam ioterdum eligebatur, *l.* 2. §. *deinde*. 12. verſ. *& quia*. *De orig. jur.* hodie à principe: cujus ex conſtitutionibus in urbe præfectura urbana crimina vindicat *l.* 1. *De offic. præf. urb.* in provinciis proconſules, ac præſides, *l. congruit*. 13. *De offic. præſ. l.* 1. *De offic. ejus cui man. eſt juriſ.* quanquam his etiam ex lege, vel Senatuſconſultis ejuſmodi exercitio in nonnullis mandata eſt, *l.* 1. *De off. ejus cui man. eſt juriſd.* Sed de his quærere modo nimis aoxiè oon eſt neceſſe, cum iſta nunc pertineant nedum ad ſuperiores magiſtratus, ſed etiam plerumque municipales, & juriſdictioni omnimodæ jus etiam gladii inſit, jureque magiſtratus competat. Alber. Dec. & DD. *l.* 1. *De offic. ejus cui man. eſt juriſd.* Cagnol. *l. nemo*. 70. *De reg. jur. c. Quod ſidem*. 10. ubi Gloſſ. *De offic. ordin.* Socin. in *tract. De citat. art.* 4. *num.* 7. quod olim eootra fuit: nam nec penes magiſtratus muoicipales jus gladii erat, *l. ea quæ*. 26. *Ad municipalem*: nec reliquis ſuperioribus jure magiſtratus, ſed ex *l. S. C.* conſtitutione ſpeciali competebat, *l.* 1. *De offic. ejus cui mand. eſt juriſd.* Ut autem

† privata judicia, ſic & hæc proximè conſtituunt 5

tres perſonæ: Judex, accuſator (ſic enim actor in criminalibos vocatur, *l. qui accuſare*. 4. ubi DD. *C. De eden. l.* 3. & paſſim, *ff. De accuſ.*) & reus, *c. Forus*. 10. *De verb. ſignif.* judex etiam hic adiri competens debet. Authent. *Qua in provincia*. *C. Ubi de crim. ag.* nempe vel ejus loci, ubi delictum commiſſum, hoc eſt, tàm cœptum, quàm incboatum eſt, *l.* 1. *C. Ubi de crim. agi oport.* aut ubi reus domicilium habet. DD. *d. l.* 1. & in d. Auth. *Qua in provincia*. *l.* 1. *ubi de poſſ.* vel ſi ſit vagabuodus, ubi reperitur, *l.* 1. *C. Ubi de crim. l.* 1. *ubi quis de curial.* excluſa omoi dignitatis prærogativa, *l.* 1. in fine. *C. Ubi ſena. l. quoties*. 17. *C. De dig. lib.* 12. *l. raptores*. 53. *C. De Epiſc. & Cler. l. infamia*. 8. *C. De decur. lib.* 10. *§. hac conſiderantes*. in Auth. *ut omnes obed. jud.* Nam reatus omnem dignitatem, hoc eſt omoem dignitatis, honorum, emineotiæ exceptionem excludit, *d. l.* 1. *C. Ubi ſenatores, vel clariſs.* Sunt tamen, qui certum etiam in criminalibus judicem habent: ut illuſtres principem, *l. ult. C. Ubi ſenatores*. milites præfectom prætorio, vel magiſtrum militum: miniſtri, & colooi divinæ domus, *l. un. C. In quibus cauſ.* militantes, *l. cum aliquid*. 8. & *l. nullum*. 10. & paſſim. *C. Ubi cauſa fiſc.* Quilibet tamen judex in his propter momeotum cauſæ (oihil enim periculoſius, qoàm de vita, & ſanguine hominis judicare, *l. ult.* cum ibi not. *C. De probat. l.* 5.

Digitized by Google

l. 5. De pœn. ubi DD.) clariſſimos quoſque, & pe-
ritiſſimos juris aſſeſſores in conſilium debet adhibe-
6 re, l. cuſtodias. 12. ff. hoc titulo. Accuſare † hic
omnes poſſuot, qui oon certa lege prohibeotur. l.
palàm. 43. §. ſenatus. 4. De rit. nupt. l. qui accuſare.
8. cum leg. ſequent. De accuſat. hoc eſt, quod hic
in §. 1. dicitur, cuivis dari plerumqne: videlicet
iis exceptis, qui lege prohibentur accuſare: cujuſ-
modi ſunt ob ſexum mulier d. l. qui accuſare, l. mu-
lierem. 13. De accuſ. l. 5. C. De his, qui accuſ. non
poſſ. quia publicis, civilibuſque muneribus, quò ac-
cuſatio pertinet, l. 3. C. De his qui accuſare. d. l.
mulierem. ubi DD. De accuſa. l. deferre. 18. De ju-
re fiſc. cavetur. Dec. l. 2. num. 24. De reg. jur. l. 1.
Ad Velle. quam rationem indicat l. de crimine. 11.
C. De his qui accuſar. niſi ſuam injuriam perſequa-
tur, l. de crimine. 12. C. De his qui accuſ. aut lex
ob publicum bonum hoc ſpeciatim illi concedat, ut
in majeſtatis, l. in quaſtionibus. 8. ff. Majeſtatis: &
annonæ, l. fin. Ad leg. Jul. de annona. Alii ob æta-
tem immaturam, ut pupillus, l. qui accuſare. 8,
verb. ob ætatem, ut pupillus. De accuſ. cùm quia ſe
inſcriptionibus, & pœnis accuſatorum obligare
commodè nequit, l. 1. C. De falſ. mon. l. fere. 108.
ubi Dec. & DD. De reg. jur. & io l. auxilium. 37.
De minor. cum quia reſtitutiooem contra petere
poſſit. tot. tit. De minor. & C. De in integ. reſtit. Sed
hæc ratio in adulto quoque valet, qoi tamen ad-
mittitor. DD. l. 2. C. De his qui accuſ. cum d. l. qui
accuſare pupillum tantum excipiat. Verior igi-
tur illa ratio, quòd publicis muoeribus, & civili-
bus (cujuſmodi & hoc eſt) non fungatur, l. 2.
De reg. jur. obi Dec. Cag. & DD. d. l. qui accuſare.
niſi auctore tutore paternam injuriam vindicet, l.
2. C. De his qui accuſare. l. 2. De accuſat. quod cùm
ex lege liceat, d. l. 2. De accuſat. ſit abſque calum-
niæ ſuſpicione, & pœna, l. in Senatuſconſultum. 15.
§. eos. 2. Ad Senatuſconſultum Turp. l. 2. & 4. De
calum. l. 2. C. De abolit. l. ult. De pub. judic. Quidam
ob ſtatum, ot ſervi, l. vix certis. 53. De jud. Sed
nec filii, ant liberti, pareotes, & patronos, ac-
cuſare poſſunt, ob reverentiam iis debitam, d. l.
qui accuſare. Nec fratres, & conſanguinei ſe invi-
cem, in atrocioribus quidem, l. ſi magnum. 13. l.
propter. 41. l. ſi ſororem. 18. C. De his qui acc. præ-
ſertim com in his etiam ob conjunctionem colluſio,
prævaricatioq; ſit eatimeſcenda. Alii ob munus pu-
blicum, ut magiſtratus, & qui cum poteſtate ſunt,
d. l. qui accuſare. l. ſi maritus. 15. Ad leg. Jul. De
adult. item milites, d. l. qui accuſare. l. non prohi-
bentur. 8. l. ſi crimen. 10. C. De his qui accuſ. non-
nulli ob paupertatem, ut qui minus 50. aureis in
bonis habent, l. nonnulli. 10. De accuſat. alii pro-
pter delictum, & turpitudinem, ut infames, d. l.
qui accuſare. judicio publico damnati, l. 4. eod. aut
accuſati, l. 5. De publ. jud. l. 1. l. neganda. 19. C.
De his qui accuſ. qui nummos ob accuſandum, vel
non accuſandum acceperunt, d. l. qui accuſare. l.
eadem. 6. §. 1. 2. Ad leg. Jul. repet. falſum teſtimo-
nium dixerunt, l. alii. 9. ff. De accuſat. Item qui
duo judicia adverſus duos ſubſcripta habent, l. cum
rationibus. 16. C. De his qui accuſ. l. qui accuſ. 8. De
accuſ. l. hi tamen. 11. l. hoc accuſare. 12. §. 2. (ubi
pro tribus Cujac. rectè legit. duobus, lib. obſervat. 6.
cap. 12.) l. inter. 6. §. ult. De adult. niſi ſuarum in-
juriarum cauſa agant, d. l. cum rationibus. quam ob
cauſam plerique agere poſſont, qui alias prohiben-
tur, d. l. hi tamen. 11. in princ. & §. 1. De accuſa-
tionibus. l. de crimine. 12. & paſſim. C. De his qui
accuſ. ut & io civilibus. l. 1. in fin. paſſim, ff. De
poſtulan. Poſſunt autem & plures accuſare. Duar.
diſput. lib. 1. cap. 39. per l. ſi accuſatoribus. 4. C. De
accuſat. quanquam illi jure præferantur, quorum
intereſt, l. ſi plures. 16. De accuſat. l. 2. §. ult. De
adulter. cum ſimilibus, & judex magis idoneum
eligere, & admittere poſſit, l. ſi plures. 16. De
accuſ. l. 2. § ult. De adult. l. 3. De lib. exhiben. l. ſi
vero. 5. §. hac autem. 5. De his qui dejecerunt. Tu-
tor, & curator ſuorum nomine, quorum res ſuo
periculo admioiſtrant, accuſare non prohibentur;
l. 2. C. De his qui accuſ. Procurator alieno nomine
nequit accuſare, l. pen. §. 1. ff. eod. l. antepen. C. De
accuſat. moribus tamen Saxonum admittitur, ut
in civili. Chilian. cap. 47. Faſcb. differ. 41. Reinhar.
diff. 38. pœnal. per art. 68. lib. 1. art. 5. lib. 2. cùm
ad nullam lege patria inſcriptiooem ex more vete-
ri teneatur, l. ult. C. De accuſ. vel pœnæ ſimilitu-
dinem ex lege nova, d. l. ult. l. ult. De calumn. ſed
taotùm civiliter, & pecuniariter accuſator conve-
niri poſſit, ſi eum ſuccombere contingat, nempe
ad ſumptus, & mulctam. Landr. lib. 1. art. 68. ut
per procuratorem, cur agere nequeat, nulla jure
Saxonum ſubſit cauſa. Quia tameo injuriarum eo
oomine teoetur abſoluto, l. injuriarum. 13. §. 3.
De injur. §. illud. pen. in Authent. De his qui ingred.
ad appelland. §. item ſi delator. ubi DD. Ex quib. cauſ.
feud. amit. cujus pœna ex conſtitutionibus principis
Electoris non amplius eſt, ut antè, pecuniaria.
Autb. Different. 67. Reinhard. differ. jud. 4. & 32.
Chilian. cap. 58. & 59. ſed arbitraria, & pro modo
delicti, ac perſonarum, corporalis, ordinaria,
part. 4. conſtitut. 42. ex hoc concludi poſſit, non
amplius procuratorem in accuſationibus, præſer-
tim publicis iſtis, eſſe admittendum, maximè cum
res facilè redeat ad ſuam naturam, l. ſi unus. 27.
§. 2. verſ. quod in ſpecie. De pœn. & jus commuoe,
Bal. l. 4. num. 11. C. De lib. præter. per ea quæ tra-
dit Mara. in Specul. aur. part. 4. diſt. 1. num. 25. &
37. niſi fortè quando quis ſuam injuriam perſe-
queretur. Bar. in l. licet. 42. io princ. De procur.
Marant. in Specul. aureo, part. 4. diſt. 1. num. 42.
per l. non cogendum. 45. § 2. De procur. c. Tua. eod.
quo in genere ſolutior eſt à calumnia, & iojuria
accuſandi facultas, l. in Senatuſconſultum. 15. §.
eos. 2. Ad Turpill. l. 2. & l. 4. C. De cal. l. 2. C.
De abol. l. ult. De pub. jud. l. 2. De accuſ. Sed † accu- 7
ſari poſſunt omnes, paucis exceptis, l. hos accuſa-
re. 12. De accuſ. cujuſmodi ſunt legati, & magi-
ſtratus, d. l. hos accuſ. 12. qui poſt depoſitam de-
mum provinciam rectè conveoiuntur, l. un. C. Ut
omn. jud. tàm civil. quàm milit. poſt admin. dep. Item
ſervi, iis legibus, quarum pœna taotùm bona, vel
civitatem adimit: his enim carent, d. l. hos accuſa-
re. 12. §. omnibus. 4. mortui, l. antepen. hoc tit. l.
ult. Ad leg. Jul. Majeſtat. l. defuncto. 6. De publ. jud.
niſi in caſu perduellionatus, l. ult. Ad leg. Jul. Ma-
jeſtat.

ſeſtat. Sed & accuſatus aliqua lege, de eodem eri-
mine aliis legibus fieri reus nequit, *l. ſenat.* 14.
eod. De pub. jud. l. qui de crim. 9. *C. De accuſ.* nec plures
duobus ab eodem, *d. l. hos accuſ.* 12. *§. lege.* 2. Cu-
jac. *Obſer. lib.* 6. *cap.* 22. niſi ſuam injuriam accu-
ſator perſequatur, *d. §. lege.* nec abſolutus de cri-
mine, ejuſdem reus amplius fieri poteſt, *l. ſi cui.*
7. *§.* 1. *eod.* cum ſententia pro veritate habeatur,
Gloſſ. *l. ingenuum.* 25. *De ſtat. hom.* niſi prævarica-
tione prioris judicii demonſtrata, *l.* 3. *De prævar.*
l. 4. *§. ult. De adult.* Paul. *lib.* 1. *Sent. tit.* 6. Tuto-
8 rem, † & curatorem hic intercedere pro ſuæ po-
teſtati commiſſis poſſe, conſentaneum eſt ex *l.* 2.
De accuſat. l. 2. *C. De his qui accuſare.* Pecuratorem
non item. *l. penult. §.* 1. *ff. eod. l. antepen. C. De accu-*
ſat. l. ult. C. De procurat. l. ult. in verb. *cui tamen per*
procurator. non reſpondere liceat, *C. Ubi ſenator. vel*
clariſſ. niſi ad probandas, excuſandaſque abſentiæ
cauſas, *l. inter.* 10. *ff. hoc tit. l. abſens.* 71. *De pro-*
curat. l. 1. ubi Bartol. & DD. *an per alium cauſa*
appellat. Cùm tamen in famoſis admittatur pro-
curator, *l. licet.* 42. *De procurat. l.* 1. *l. furti.* 6.
§. ſi quis alieno. 1. *De his qui not. infam* quoties ſci-
licet pœna minor eſt relegatione, *d. l. licet.* ar-
gument. *l.* 1. *an per alium cauſa appellat.* Ma-
rant. *De judic. prealleg. loco.* Hinc poſſet inferri,
procuratorem etiam hic recipi in accuſationes ex
l. Jul. De vi privat. aut de reſiduis, aut ſtupri ab ho-
neſtioribus commiſſi, ubi tantum fama, & pecu-
nia petitur, *d. l. hos accuſare, §. omnibus.* 4. *De ac-*
cuſat. §. item lex Julia. in fin, *hoc tit.* & *Ad leg. Ju-*
liam De peculat. Sed tamen quodlibet publicum ju-
dicium momentoſius quocunque privato, quamvis
famoſo, habetur, & lex generaliter ait, publico
judicio fruſtra procuratorem intervenire, *l. pen. §.*
1. *De pub. jud.* ut hoc ad formam horum judiciorum
pertinere videatur, quæ mutari non poteſt, *l. pro-*
lat. 4. ubi Bald, & DD. *C. De ſent.* Cæterùm an pro
incarcerato reo intercedere ad merita cauſæ poſſit
procurator, quæſtionis eſt: verius eſt, poſſe, ſic
tamen, ut ne dominus litis fiat, ſed in princi-
palem ea maneat directa, in quem & ſententia
ferenda.

9 Materia † circa quam ſunt crimina, & pœnæ
criminibus debitæ, non quidem omnia, ſed lege
aliqua publica, publicoque legis judicio vindica-
ta: cujuſmodi hoc in titulo decem, & ſex ordine
recenſentur: 1. Majeſtatis læſæ, *§. publ.* 2. *hoc tit.* 2.
Adulterium, *§. item lex Julia. De adulter.* 3. 3. Stu-
prum, *d. §.* 3. *verſ.* 1. *§. eadem lege.* 4. Homici-
dium, *§. item lex Cornelia. De ſicariis.* 5. Venefi-
cium, *d. §.* 4. verſ. *eadem lege.* 6. Parricidium, *§.*
alia. 7. Falſum, *§. item lex Cornelia. De falſis*, 6.
8. Vis publica, *§. item lex Julia. De vi publica.* 7.
9. Vis privata, *d. §. item lex Julia.* 10. Raptus,
d. §. 7. verſ. *ſin autem per vim raptus.* 11. Pecula-
tus, *§. item lex Julia peculatus.* 8. 12. Plagium, *§.*
eſt & inter. ult. 13. Ambitus. 14. Repetundarum cri-
men. 15. Annonæ flagellatio. 16. Reſidui cri-
10 men, *§. ult. hoc tit.* Forma, † & ordo publicorum
judiciorum vetus in uſu eſſe deſiit, *l. ordo.* 8. *De*
publ. judic. l. lex. 7. *§. ult. repet. l. ult. De plag.* Judi-
cia tamen hæc etiamnum perinde, ut in civilibus,
(ad quorum formam hodie penè rediguntur. Bal.
l. 1. *num.* 4. *De lit. conteſt.* per *l. abſentem.* 3. *De pœ-*
nis) cum primis ordinanda ſunt, *l.* 4. *hoc tit.* ſæ-
piùs enim civile, vel minus criminale cum majore
concurrit, *l. pen. l. ult. C. De ord. jud. l. un. C. Quan-*
do civilis act. Quare cavendum etiam hic, ne ma-
jori præjudicium fiat, per id, quod minus eſt, *d.*
l. 4. *l. per minorem.* 54. *De jud.* qua de re diximus
in *d. l. pen.* & *l. ult. C De ord. jud.* Libellus etiam of-
ferendus, *l. libellorum.* 3. *De accuſ.* cum deſigna-
tione perſonarum, quæ in quas, quomodo deli-
querit: item loci, ac anni, & menſis, quo deli-
ctum eſt, *d. l.* 3. ubi Bart. Gand. *in Pract. qual.*
fiant accuſationes, in fin. Mynſing. *obſer.* 32. *cent.* 2.
etiam diei, ſi ſcire certò poteſt, *d. l.* 3. *De accuſ.*
Socin. *conſ.* 108. *Statuto. num.* 11. *vol.* 4. quanquam
hìc concluſione non ſit opus. Bart. *l.* 2. *§. ſi publi-*
co. num. 13. *De adult. l.* 3. *De accuſ.* Bald. *l.* 2. *num.*
2. *C. De probat.* Jaſ. in *l.* 1. *num.* 10. *C. De edend.*
quam judex ex officio ſupplet, etiam aliter quàm
ſi petitum. Jaſ. *l. unum.* 22. *num.* 24. 25. *Si cert.*
pet. Bart. *l. quid ergo.* 13. *§. pœna. De his qui not. in-*
fam. Bald. *l.* 3. *C. eod tit.* Cæterùm omiſſionem loci,
ac temporis, non item: quæ ne quidem in articu-
lis probationum, pòſt ſuppleri poteſt. Jaſ. in *§. et*
maleficiis. num. 63. ſup. *De act.* Citationes item
faciendæ, *l.* 3. *C. De his qui accuſ.* Dandæ dilatio-
nes idoneæ, *l. ea.* 7. *C. Tot. tit. De accuſ.* nam illa
ex lege vetus citatio, quæ per triduum ſingulis
diebus fiebat, antiquata eſt, *l. inter.* 10. *hoc tit.*
Cujac. *Obſer. lib.* 7. *c.* 15. ſicut & uſitata quondam
in crimen inſcriptio, *l. ſi cui.* 7. in princ. *ff. De acc. l.* 3.
C. De his qui acc. jam obſolevit *l. ult.* ubi DD. *C. De acc.*
l. ult. C. De calum. Item ſatiſdationes præſtandæ, non
tantùm à parte rei, niſi carceribus coerceatur, *l.*
1. ubi Bart. & DD. *ff. De cuſtod. reor.* ſed etiam à par-
te actoris, de proſequenda lite, & injuria, ſi ſuc-
cubuerit reſarcienda, *l.* 3. *C. De his qui accuſ. l.* 2.
C. De exhib. reis: quo nomine etiam carceribus de-
tinetur, donec idoneè caveat. Angel. *tract. male-*
fic. verb. *ad querelam.* Hippol. *in pract. §. diligenter.*
num. 707. etiam ex ordinatione imperii, *cap.* 12. at
jura Saxonico tantummodo tenetur Actor ad cau-
tionem in civilibus uſitatam. Chilian. *cap.* 47. per
art. 8. *lib.* 2. quod nunc habere dubitationem po-
teſt, ex quo, ſicut antea dixi, jam ex conſtitu-
tione principis, injuriarum pœna, ad quam pro-
culdubio injurioſus, & futilis accuſator tenetur,
§. item ſi delator. quæ fuit prima cauſa in uſibus
feudalibus, *l. qui cum major natu.* 14. *De bon. lib.*
l. injuriarum. 13. *§.* 1. *De injuriis. §. illud. pen.* in
Auth. *De his qui ingred. ad appell.* non pecuniaria,
ut hactenus, *Landr. lib.* 2. *art.* 68. ſed arbitraria,
& corporalis eſſe queat, *ord. part. ult. cap.* 42. Cæte-
rùm, & litis conteſtatio fieri debet in iſtis, *l. in*
Senatuſconſultum. 15. *§. pen.* verb. *ante lit. conteſt. Ad*
S. C. Turpil. Bart. *l.* 1. *§. accuſationem.* 6. *eod. tit.*
maximè jure Saxon. Gloſſ. *artic.* 14. *lib.* 3. *num.* 3.
verſ. *As ſey in pinlichen oder burgerlichen klagen.* &
art. 15. *libr.* 2. *Weichbildt*, *art.* 23. cum Gloſſ.
Et recipiuntur exceptiones, ac defenſiones, *l. ſi*
maritus. 15. *§. præſcriptiones.* 4. *De adult.* non æquè
juramenta, *l.* 1. 3. ubi Gloſſ. & DD. & in *l. admo-*
nen-

Digitized by Google

nendi. 31. ubi Jaſ. & l. 3. in principio. De jurejurand. niſi purgationis, tot. tit. De purgat. canon. & animum declarantia tectum, l. ſi cui. 7. §. 1. verb. doceatque. ff. De accu. Probationes, l. ult. C. Ubi ſenat. vel clariſſ. l. pen. C. De fid. inſtrum. l. 1. C. Ubi cauſ. fiſc. etiam utrinque, l. ubi. 22. C. De falſ. quæ tamen, quoad damnationem, debent eſſe liquidiſſimæ, l. qui ſententiam. 16. C. De pœn. & luce, ſicut dicitur, meridiana clariores, l. ult. C. De probat. l. univerſi. 9. verb. quæ res cum fuerit certis probationibus declarata. C. Ubi cauſ. fiſc. adeò, ut quod in civilibus pleoè probat, id in criminalibus, præſertim capitalibus vix ſemiplenam probationem impleat. Dec. conſ. 175. in cauſa. num. 6. Quare præſumptiones hìc non ſufficiunt ad condemnationem, l. abſentem. 5. De pœn. c. Literas. 14. De præſumpt. Caſtr. & DD. d. l. ult. C. De probat. Gandin. De præſumpt. num. 22. Angel. io tract. crim. verb. fama publica. num. 22. ſecundum communem, teſte Jul. Claro, lib. 5. §. fin, quæſt. 20. num. 6. Hipp. Marſil. conſ. 132. num. 3. & 23. niſi quæ lege pro idoneis habentur, l. ſi qui. 34. & Auth. Si quis. C. De adult. §. his quoque. in Auth. Ut lic. mat. & avia. Caſtr. l. ult. C. De probat. & conſ. 197. vol. 1. Hipp. in Rub. De probat. num. 236. & in pract. crim. §. quoniam. num. 29. per §. penult. in Auth. Ut nulli judic. præſertim in iis, quæ aliàs difficulter probari poſſunt, DD. d. l. ult. C. De probat. & d. l. ſi qui. 34. C. De adult. Boer. deciſ. 164. Chil. in pract. cap. 2. num. 7. Ever. in Top. legalibus in proœm. qoo tamen ipſo caſu nunquam ex præſumptionibus Reus capitaliter, ſed pœna aliqua leviori condemnari debet, l. penult. C. De probat. Caſtr. d. l. ult. C. De probat. Panor. & Imol. in c. Quia nõ eſt veriſimile. 10. De præſumpt. Ang. in pract. crim. §. quoniam. num. 29. & §. poſtquam. numer. 50. & in l. repeti. 16. numer. 24. De quæſt. latè Tiraq. De pœn. cauſa 27. per tot. Ad abſolvendum tamen præſumptiones ſufficiunt. Gloſſ. clem. unic. verb. non volens. De homicid. Salic. l. ea quidem. 7. quæſt. 5. C. De accuſ. Hipp. conſ. 61. poſt reditum, num. 31. facit l. non omnes. 5. §. à barbaris. 6. De re militari. quæ cùm de abſolutione loquatur, malè trahitur ad coodemnationem, c. Afferte. 2. c. Literas. 12. De præſumpt. l. quicunque. 4. ubi Bal. C. De ſerv. fugit. Nam defenſionis, & abſolutionis cauſa favorabilior eſt, quàm condemnationis. Hipp. ſig. 90. Favorabiliores, l. Arrianus. 47. De oblig. & act. l. abſentem. 5. De pœn. l. tale pactum. 40. De pact. adeòque privilegiata. Jaſ. l. 3. num. 4. 5. poſt Bart. Bolog. & alii De juſt. & jur. conſtit. 8. part. 14. l. in contractibus. 14. §. ſuper cæteris. 2. C. De non num. pecun. Ut ſemper potius abſolvere debeamus, quàm condemnare. Hippol. l. 1. num. 59. C. De ſicar. & l. 1. §. Divus. num. 38. ff. eod tit. ut quo ad hanc probationes minus idoneæ recipiantur, & ſufficiant. Jaſ. l. 3. num. 4. & 5. De juſt. & jur. Felin. c. Significaſti. 2. nu. 13. De homicid. Mattheſ. ſing. 37. nu. 16. puta teſtes ſingulares part. 4. conſt. 8. Mattheſ. d. ſing. 37. Hippol ſing. 9. vel de credulitate. Jaſ. l. 3. num. 4. De juſt. & jur. aut non reddentes ſcientiæ cauſam: item domeſtici, &c. Jaſ. ibid. Hipp. ſing. 658. in cauſis. Quin etiam poſt concloſionem in cauſa, atque adeò poſt ipſam ſententiam defenſionis hìc probatio recipitur. Hipp. l. unius. 18. §. cognitorum. 6. nu. 36. & 37. De quæſt. & in pract. crim. §. occurrit. num. 3. & §. ſequens. num. 8. & 9. Gandin. De homicid. num. 5. 6. nedum à Reo, ſed etiam tertio aliquo cauſa miſerationis intercedente: l. non tantùm. 6. ff. De appel. defendi enim reos publicè intereſt, l. ſervum. 33. §. 2. De procur. eoque populare, ac publici juris eſt, d. §. 2. imò etiam ipſe judex rei defenſiones poteſt, & vero perſequi debet ex officio, l. ſi non defendantur. 19. De pœn. l. 1. io fin. De quæſtio. Bart. l. libellorum. 3. §. ſi accuſator. 4. num. 4. ff. De accuſat. ſicot & actoris accuſationes. Bart. num. 5. & 7. d. l. 3. De accuſat. Bald. in l. ult. C. Si accuſat. per c. 1. De colluſ. deteg. Cur enim minus id ei liceat, quàm ex officio, vel ſine accuſatore in delicta inquirere, l. congruit. 13. De off. præſid. l. 2. §. ſi publico. 4. ubi Bart. De adult. Chilian. c. 1. De inquiſit. Ferrar. in form. inquiſit. Itaque quamvis in his diſtinctæ perſonæ ſint actoris, judicis, & rei, aliquando tamen ob bonum publicum, & ne qua coi capitalis fiat injuria, vel delicta maoeant impunita, coofunduntur. Nam judex inquiſitionis etiam accuſatorir partes ſuſtinet, Chilian. De inquiſit. in princ. nec conſideratur hìc perſonarum diverſitas. Soc. conſ. 108. Suppoſito ſtatuto. num. 21. vol. 4. & in aliis accuſationibus, quoties Reo idonea advocatio deeſt, judex non quidem rei, ſed defenſoris partes ſuſcipit, ſicut ex prædictis liquet: acerrimè enim veritatem inquirere hìc debet, l. cuſtodias. 12. ff. De pub. jud. & ſi opus eſt, etiam à Reo fortè ſuſpicionibus onerato probationem exigere, l. ubi. antepen. C. De falſ. quam ego de Reo infamiæ, ſuſpicionibuſque relicto interpretor: nam aliàs hìc etiam obtinere debet regula, Actore non probaote Reus abſolvitur, l. qui accuſare. 4. C. De edend. tanto magis, quod quiſque præſumatur bonus, donec probetur malus, c. ult. De præſumpt. & ſatius ſit, nocentem abſolvi, quàm innocentem condemnari, l. abſentem. 5. De pœn. Sed an confeſſio rei hìc pro probatione ſufficiat? videtur id quidem ex l. 1. De confeſſ. l. unic. C. eod. quia confeſſio etiam in criminalibus inducit notorium, & tollit ineptitudinem proceſſus, ac modum agendi. Socin. conſ. 108. num. 18. vol. 4. & quia comparantur etiam in materia delictorum apertiſſimæ probationes, ac confeſſio, l. ſi quis. 17. C. De pœn. æquior tamen eſt ſententia, oon ſufficere confeſſionem, niſi aliter conſtet delictum eſſe commiſſum, l. 1. §. item illud. 12. l. neceſſarios. 5. §. non aliàs. ubi Bart. Albert. Rom. Ad S. C. Syll. & in Auth. Sed novo jure. C. De ſerv. fugit. l. qui ſervum. 20. obi Bald. De interrog. act. Jaſ. l. error. 7. C. De jur. & fact. ignor. Alex. conſ. 19. lib. 7. Mynſing. obſer. 81. cent. 3. ideò in capitalibus ſententiis furtorum, cum quibus fur non eſt deprehenſus, & de quibus noo aliter, quàm ex ejus confeſſione conſtat, adjici ſolet hæc clauſula: *Da nach genommener erkundigung ſich befunden wurde, das der mehrertheit ſolcher betanter ſtucke verlohren, &c.* de quo vide Caſtr. in l. 1. §. interdum. 5. ſi pars hered. petat. & Ang. in tract. malefic. ad verb. etiam veſtem. num. 25. Sanè in delictis, quæ duorum actu perficiuntur, ut adulterium, ſtuprum,

rapi-

rapina, &c. confeſſionem utriuſque ſufficere eſt
receptum: quod ſateor ad eorum purgatiooem,
& excuſarionem. Bal. *l. uni. num.* 17. *C. De confeſſ.*
ad damnationem non æqoè, cùm ſola confeſſio non
ſufficiat, niſi de delicto aliter conteſt, Lanfran. *c.*
Quoniam verb. *confeſſiones. num.* 12. ubi add. *De*
probat. Jul. Clarus. *lib.* 5. *Sent.* §. *fin. quæſt.* 53. *nu-*
mer. 10. Boer. *deciſ.* 239. *num.* 5. Hipp. Marſ. *in*
pract. §. *poſtquam. num.* 48. Gram. *conſ. crim.* 16. *nu-*
mer. 5. Caſtr. *l. ult. C. De prob.* quamquam in civili-
bus ſufficere fateatur. Panor. *c. Ex literis. num.*
3. *De divor.* Quamquam autem acerrima inquiſitio-
ne ſit hic opus, *d. l. ubi. C. De falſ. l. ult. C. De*
probat. d. l. cuſtodias. 12. *ff. Hoc tit.* tamen oe Reus
diuturna cuſtodia affligatur, *l.* 1. & *tot. tit. C. De*
cuſtod. reor. celeriter examinatio facienda eſt, *l.* 1.
cum ſequent. *C. De cuſtod. reor.* nec ultra biennium
protrahi debet, *l. properandum.* 13. in prioc. *C.*
De judic. tot. tit. C. Ut intra cert. temp. Quio etiam
levia crimina ſine ſtrepitu judicii audire, & diſcu-
tere de plano proconſul debet, *l. levia.* 6. *De ac-*
cuſat. quod idem receptum in notoriis. Bald. Salic.
& DD. *l. ea quidem.* 7. *C. De accuſat.* Felin. in *c.*
Qualiter. 2. *De accuſat.* tametſi & hìc malim reo
defenſionem oon calumnioſam, neque ſroſtrato-
riam relinqui. Hippol. *in pract.* §. *quoniam. num.*
31 31. & 32. † Hæc porrò judicia ad totius civita-
tis ſalutem comparata ſunt, §. 1. *hoc tit.* ut inno-
centiæ præſidio ſint, malis terrori, ut delicta pu-
niantur, & alii exemplo commonefacti ſimilibus
flagitiis abſtineant, *l. congruit.* 13. *De offic. præſid.*
Ideo poni ſolet in ſententiis, *zu ſtraff des ubels,*
und arden zur abſcheuv, oec abſque accuſatore quen-
quam damnare judex debet, *c. Si quis poteſtatem*
32 *non habet.* 23. *quæſt.* 4. Eventus † eſt, ut Reus
convictus, *l.* 1. *C. Ubi cauſ. fiſc. l. qui ſententiam.* 16.
l. cum reis. 18. *C. De pæn.* vel propria confeſſione,
vel idoneis probationibus, *d. l. qui ſententiam. l.* 2.
C. Quorum appell. damnetur judicis ſeotentia (qua
ſemper in criminalibus etiam in confeſſum opus
eſt, *d. l. cum reis.* 18. *l. ſervo.* 13. *l. qui ſententiam.*
16. *C. De poen. l.* 1. & paſſim, *tit. De poen.* & *De qu.*
l. 2. *C. Quorum appell. non recip.* quanquam non æquè
in civilibus, ut dixi ad *tit. De confeſſ.*) damnatus
pœnę ſubdatur, *d. l. cum reis.* 18. *C. De poen.* quæ
delicto ſit commenſurata, *l. reſcriptum.* 6. *De*
his quib. ut indig. & lege definita. Tiraq. latè in
princ. *tract. de poen.* à qua judex recedere non debet,
l. aliud. 131. §. 1. *De verb. ſignif.* §. *oportet.* in Au-
then. *De jud.* niſi ex cauſa, vel in ſenteotia ex-
preſſa, vel ex actis apparente. Mynſing. *obſer.* 30.
cent. 1. per communem doctrinam in *l. quid ergo.*
13. §. *poena gravior.* 5. *De his, qui not. infam. l. etſi*
ſeverior. 3. *C. Ex quib. cauſ. infa.* Rolao. *tract. De re-*
lax. carcer. c. 1. Paris de Putco *tract. De ſyndicatu,*
verb. *poena*, latiſſimè Tiraq. *De poen.* in princ. idque
velociter, & abſque dilatione. *l.* 5. *De cuſtod. reor.*
d. l. cum reis. 18. *C. De poen.* ac plurimum ſine ſpe
provocationis, *l.* 2. *C. Quorum appell. l. conſtitutio-*
nibus. 16. *De appell. l. ſi qua.* 244. *De verb. ſignific.*
quo legis beneficio indigni ſunt, qui in legem com-
mittunt, *l. auxilium.* 37. *De minor. l.* 1. *C. Ubi ſe-*
nator. vel clariſſ. Uſitatum eſt etiam, Reum in cri-
minalibus damnari in expenſas, ſicut in civilibus,
ut probat Jaſon in *l. properandum.* 13. §. *ſive. num.*
21. per eum textum, & *l. ult. C. De fruct. & lit. ex-*
penſ. eum aliis ab eo allegat. quanquam iſtis locis,
qui capitis pœnas luunt, morte cuncta perſolvunt,
argumento *l. Divus.* 7. *De jure patron.* Bal. in Auth.
Sed novo jure. num. 4. *C. De ſervis fugit.* nam mora
omnia ſolvit, §. *deinceps.* 20. io Auth. *De nupt.* nec
ullæ expeoſę ab hæredibus exigi poſſoot, *ord. part.*
4. *conſt.* 12. ubi idem & ad eos extenditur, qui in
corpore caſtigantur: at reliqui expenſas luunt,
quia liti cauſam dederunt, ut qui ob homicidium
culpa, aut in exceſſu defeoſionis commiſſum levius,
puta temporali relegatione, puniuntur: ur ibi-
dem traditur. Non impleta verò accuſatiooe Reus
abſolvitur, *l. qui accuſare.* 4. *C. De edend.* nec im-
penſas debet, *l.* 4. §. *ult. De adult.* potius ei deben-
tur, ſi ſine juſta cauſa dicam ſcripſerit accuſator,
Jaſ. *d. l. properandum.* §. *ſive autem alterutra. num.*
18. *C. De jud.* Porrò etiam hic & ſeoteotia jus in-
ter omnes facit, cootra regulam *l. ſæpè.* 63. *De re*
jud. niſi prævaricatio convincatur, *l.* 3. *De præva-*
ric. damnatur etiam calumniæ, pœniſque talionis
juſtiſſimis accuſator, *l.* 1. *quod quiſque jur.* iojurio-
ſus, *l. ult. C. De calum. l.* 1. & paſſim. *Ad S. C.*
Turp. l. ult. in fin. *C. Ubi ſenat. vel clariſſ.* quæ pœ-
næ jure Saxonico ſunt extraordinariæ. Zobel.
Landr. lib. 2. *art.* 8. præſertim ex nova, ut dixi-
mus, principis conſtitutione, *ord. part. ult. cap.* 42.
Affinia † ſunt omnia judicia pœnalia tàm civilia, 13
de quibus ſuprà *De oblig. ex delict.* cum tit. ſequent.
quàm extraordinaria: de quibus *ff. De extraor. crim.*
cum multis titulis ſequent. Contraria † ſunt mors 14
partium, *tot. tit. C. Si Reus, vel accuſ. l. ult. Ad leg.*
Jul. Majeſtat. Itaque exiſtimo legendum in *l.* 3. *De*
pub. jud. Publica accuſatio reo, vel rea antè defun-
ctis perimitur. Sic enim Græci locum hunc Ul-
piani citaot, & eodem ordine, *c.* 3. locant io *hoc*
tit. Baſil. lib. 60. *tit.* 33. niſi mavis eum Cujacio.
Permittitur ioterpretari, pro Remittitur, ut idem
coofirmat *in præfat. Baſil. lib.* 60. Quæſtiones tamen
pecuniariæ poſt mortem ſuperſunt, *l.* 1. *l.* 2. *C. Ubi*
cauſ. fiſc. l. ult. Majeſtat. Contraria item exitus in-
ſtantiæ, *l. properandum.* 13. in princip. *C. De judic.*
Præſcriprio actionis commuoiter vicennalis, *l. que-*
rela. 12. *C. De falſ.* in quibuſdam quinquennalis,
ut adulterio, & ſtupro *l.* 5. *C. De adult.* (quæ
ſuſtulit *conſt.* 19. *par.* 4. ideoque vicennalem & hic
tacitè induxit) pecolatu, *l. peculatus.* 7. *Ad leg.*
Jul. peculat. vel brevius, ut in *l. unic. C. Ut omnes jud.*
qoæ etiam officio judicis eodem tempore, ac modo
præſcribit. Bald. *d. l. querela.* Boer. *deciſ.* 23. *num.*
2. 3. Socio. *conſ.* 108. *ſuppoſito. num.* 3. *vol.* 4.
pœnis canonicis exceptis, quæ non præſcribuntur,
Cravet. *De antiq. temp.* §. 4. & aliis quibuſdam lege
exceptis, ut Apoſtaſiæ, *l.* 2. *C. De apoſtatis.* Sup-
poſiti partus, *l. qui falſam.* 19. §. 1. *De falſ.* Par-
ricidii, *l. ultim. De parricid.* Concuſſionis, *l.* 1. *De*
concuſſ. item ſtupri violenti, *l. vim paſſam.* 39. §.
3. *De adult.* Raptus, *l.* 5. §. *ult. De vi pub.* Inceſtus,
d. l. vim paſſam. 39. §. *præſcriptione.* 3. *De adulter.*
Puto tamen hęc omnia. 30. vel certè 40. annis fini-
ri, & præſcribi, per *l.* 3. & 4. *C. De præſcrip.* 30.
annor.

annor. Gloſſ. *d. l. querela.* in princ. *De falſ.* niſi quis pœnam parricidii putet excipiendam, ex *Baſil. li.* 60. *ca.* 40. io fioe: quod accipio de iis, quæ præſcriptioni 20. annorum eximuotur, Nam in quibus brevior, ut quinquennalis, præſcriptio tollitur, ejuſmodi putandum eſt generali regulæ, *d. l. querela relinqui*. Contraria eſt etiam abolitio, qua juramento Reos eximitur, & aboletur accuſationis memoria, *l. ſi interveniente.* 12. *ff. Ad S. C. Turpil.* quæ ſit tripliciter, aut, ut Cujac. vult, dupliciter, ad Paul. *lib* 5. *tit.* 17. Primò ob publicam gratulatiooem *l.* 8. 9. *l. antepen. Ad Turpil.* Secundo ex lege, mortuo reo, vel accuſatore, vel juſta cauſa, puta morbi peregrinationis, &c. impedito, *l.* 10. *&* 15. *§. ſi proter.* 3. *Ad Turpil.* Tertio, privatim actore, vel reo poſtulante, *d. l.* 10. quibus id cauſa cognita concedi à præſide ſolet, *d. l.* 1. *§. ſi quis.* 4. *§. abolitia. Ad Turpil.* In cauſæ autem cognitione verſatur, ao altera pars aſſentiatur abolitioni: nec enim adverſario invito abiri lite ſemel mota poteſt, *l. ult. Ad Turpil.* ſicut nec in civilibus, Aut. *qui ſemel. C. Quomod. & quand. judex*, *l.* 4. ubi Jaſ. & DD. *C. De pact.* cum in judiciis quaſi contrahatur, *l.* 3. *§. idem.* 8. *De peculio*: à contractu autem inito, niſi mutuo utriuſque contrahentis conſenſu, recedi nequeat, *l. ſicut.* 5. *C. De obl. & act.* Cæterùm quia nec calumniatoribus indulgendum, *tot. tit. ff. & C. De calum. l.* 1. & paſſim, *Ad Turpil.* hac de cauſa illud quoque certè in cognitione quæritur, oum calumoioſè ſit accuſatio inſtituta, *l.* 2. *&* 3. *C. De abolit.* Contraria eſt etiam ineptitudo libelli: Innoc. & DD. *c. examinata.* 15. *De judic. & l.* 1. *De off. aſſeſſor.* putà omiſſio nominis ejus, qui deliquit, vel in quem delictum eſt, Felin. *c. auditis. circa fin. De præſcr.* Item temporis & loci, Bart. *l. libellorum.* 3. *De accuſat.* adeo ut & parte non opponeote ex hac cauſa proceſſus reddatur nullus, ſecundum Bart. *d. l. libellorum.* 3. *De accuſ.* Gandin. in *pract. titul. qualiter fiant accuſationes*, in fin, Innoc. in *cap. fin. De purgat.* Canon. Imol. *c. dilecti. De empt.* Quod limita, niſi defectus in probationibus pòſt ſuppleatur, arg. *c.* 1. *De homicid. lib.* 6. ita Socin. *conſ.* 146. *nu.* 13. *vol.* 1. Mynſin. *Obſ.* 32. *cent.* 2. Contraria etiam nullitas ſententiæ: ut ſi judex aliam pœnam decernat, quàm lex ipſa: nec ex ſenteutia, vel actis appareat juſta ejus rei cauſa: poteſt enim tunc proceſſus argui nullitatis, Bart. *l. quid ergo.* 13. *§. poena gravior.* 5. *De his, qui notan. infam.* Myoſiog. *Obſer.* 30. in fin. *cent.* 2. tanquam lata contra jus conſtitutionis per expreſſum juris errorem, *l.* 1. *quæ ſentent. ſine appell. l. cum prolatis.* 32. *De re judic.*

§. 2. Publica.

I. Læſæ majeſtatis crimen, & judicium publicum.

1. *Majeſtas quid ſit.*
2. *Quotuplex.*
3. *In quem hoc delictum committatur.*
4. *Quomodo.*
5. *Quæ ejus Pœna.*
6. *Quomodo puniantur, qui inferiores magiſtratus offendunt.*
7. *De pœna blaſphemantium.*
8. *Affinia.*
9. *Contraria.*

PRimum publicum judicinm eſt im-
1 minutæ majeſtatis: † quæ eſt magnitudo quædam imperii ſummi:
2 Cice. io *part. orat.* Eſt † autem
vel divina, *l. ult. C. De fer.* vel humana, Cæſaris, *l. quiſquis.* 5. & paſſim, *C. Hoc tit. ad l. Jul. Majeſt.* in quem populus jus & imperium ſuum tranſtolit, *l.* 1. *de conſtit. princ.* cujus antea majeſtas hoc judicio defendebatur, *l.* 1. in prin. *ff. Hoc tit.* Magiſtratuum etiamſi majeſtas quædam eſt, *l. ſi famil.* 9. *De juriſd.* tamen eorum violatio non huc æquè pertinet, Guid. Pap. *deciſ.* 418. Fa. & Jaſ. *num.* 107. in *§. pœnales. Inſt. De act.* Jaſ. *l. qui juriſ-*
3 *dic.* 10. in princip. *De juriſd.* Nam † majeſtatis crimeo illud eſt, quod adverſus populom Romao, (noo alterius civitatis, Bar. *l.* 1. *nu.* 7. *ff. Majeſtat.* niſi ſoperiorem non recogooſcat, ut Alex. ibi, de quo Ang. & Aug. in *pract.* verb. *Che hai tradito. nu.* 2. 5. 6. 7. & Angel. in *§. publica. nu.* 1. 2. *hoc tit.*) vel ſecuritatem ejus committitur *l.* 1. *ff. eo.* Pau. *lib.* 5. *tit.* 29. cujus jus qooniam in principem translatum eſt; *§. ſed & quod princ.* ſup. *De jur. natur. gent. & civil.* ideo in hunc ſolum crimen læſæ majeſtatis nuuc committi principaliter, & propriè putatur, *l. quiſquis.* 5. & paſſim *C. eod.* ubi Cyo. Bald. Salic. & DD. Bart. & alii *l.* 1. cum ſeq. *ff. ad l. Jul. maje.* Secundario etiam in inferiores Cæſarem recognoſcentes: ut ſunt præfecti prætorio, & intimi principis conſiliarii, *d. l. quiſquis.* in prin. & ex Aurea bulla Electores, de quibus Joan. Gig. in *tract. laſ. majeſt.* Sed in his omnibus excepto ſummo principe, DD. ajunt impropriè committi crimen læſæ majeſtatis: ſi ot ipſi tantùm, non eorum liberi puniantur, Cyn. & Salic. *d. l. quiſquis* Bart. in *conſt.* qui ſint rebelles, ver. *contra noſtrum honorem. & in con.* ad reprimendum. verb. *rebellando.* Ancha. *clem. paſtoralis. in* 8. *notab. de re jud.* Ang. in *l.* 1. *majeſt. & in prac. crimin.* verb. *& hai tradito. num.* 2. 5. 6. 7. qui ſic etiam ioterpretatur. Bald. in *l. data. C. De his qui accuſa.* in fin. cùm ait, in hos iſtud crimen non committi. Hujuſmodi † nunc committere pu- 4
tantur, qui pacem Imperii publicam, *als den Religions friedeu*, turbant, & hoſtilia contra ſtatum imperii publicum machinantur, *l. ult. eod.* item ſeditioſi, qui in furcam tolluntur, aot deportantur, *l. ſi quis.* 29. *§.* 1. *De poen.* ſcilicet contra principem,

pem, & rempub. Roman. ſeditionem moventes, Angel. in *trac. De malef.* verb. *& hai tradito. nu.* 2. Nam in aliis civitatibus, qui arma parant, vel turbant, magis de vi, quàm majeſtatis tenentur, Bart. *l.* 1. *nu.* 7. *ad l. Jul. majeſt.* Ang. hic in §. *publica. nu.* 1. 2. 7. 8. Sed & non recognoſcentes ſuperiorem bellum movendo non incidunt in hoc crimen, Bar. *l. lex* 12. *tabul.* 3. *num.* 2. *ff. eod.* etiamſi ab Imperio aliquod feudum habeant, Ang. *dicto tractatu*, verb. *& hai tradito. numer.* 8. Everhard. in *locis legalibus*, *loco à Tanquam*, *ſeu reſpe-*
5 *ctivis*. Cæterùm † hujus criminis convictos, pœna capitalis manet, *l. quiſquis.* 5. *C. Ad l. Jul. maje.* publicatis etiam bonis, *d. l. quiſquis. l. ult. ff. eod.* & damnata defuncti memoria, *d. l. ult.* quod tamen ultimum videtur tantùm ad eos pertinere, qui hoſtilia contra rempublicam agitaſſe convicti ſunt: tranſeunte etiam infamiæ & prohibitæ factionis teſtamenti pœna in liberos, *d. l. quiſquis.* quod injuſtum eſt, *l. ſancimus.* 22. *C. De pœnis*, *& tot. tit. C. Ne filius pro patre*: ac contra legem divinam: Filius non portabit iniquitatem patris, Gloſſ. in *l. adoptivum.* 8. *§. patronum.* ver. *innocens. De in jus vocan.* ubi DD. Alvar. *c.* 1. *§. præterea*, *nu.* 5. *quæ fuit prima cauſa benef. amit.* quamobrem nec ſervari unquam vidi, ſed tantùm uſurpari pœnam gladii, aut in gravioribus diſſecationem, diſtractionemve membrorum, cum publicatione bonorum, unde tamen liberis legitima debetur, *d. l. quiſquis l. cum ratio.* 7. *De bon. damnator.* quæ nullo patris facto auferri poteſt, *l. quoniam.* 32. & Auth. *Noviſſima. C. De inofficioſo teſt.* Cur. *De feud. par.* 5. *nu.* 162. Feuda quoque propter patris delictum illis non auferri receptius eſt: *Landtr. li.* 1. *art.* 58. *& conſt. pro.* 27. *par.* 3. *ord. Imperii* anni 48. *fol.* 43. *& ord. Cameræ.* 55. *anni & VVormæ*, *anni* 1495. licet variè hoc controvertant noſtri in *capit.* 1. *§. ſi vaſſallus culpam. ſi de feud. def. c.* 1. *ſi vaſ. feud. prive. c.* 1. *§. fin. quæ fuit. prima cauſ.* Curt. *tract. feud. part.* 5. *numer.* 2. 13. Menoch. *conſil.* 99. *numer.* 123. Zaſ. in *epito. par.* 10. *num.* 96. Bal. *l. ſi manumiſſus.* 2. in fin. *C. De liber. & eor. lib.* niſi quis exiſtimet in hoc majeſtatis crimine veteres leges etiamnum valere, *arg.* Authen. *Bona damnatorum*, in fin. *C. De bon. praſcript.* Bald. DD. *cap.* 1. *De pace tenen. Vveyclib. art.* 38. Omnia porrò bona liberis relinquuntur, quoties contra inferiorem à principe commiſſum eſt, Cyn. Salicet. *l. quiſquis.* 5. *C. eod.* cum ſuprà allegat. Nam † à principe inferiorum, qui di- 6
gnitatem violant, pœna non hac ordinaria majeſtatis, ſed arbitraria tenentur, Jaſ. *l.* 3. *§. quod prætor. numer.* 12. *ne quis eum qui in jus vocat.* & *§. pœnales. num.* 107. *Inſt. De act.* & *l. qui juriſdictioni.* 10. *De juriſdict.* Guid. Pap. *deciſ.* 408. At † in di- 7
vinam majeſtatem commiſſa, ut blaſphemiæ, capitaliter puniuntur, *§. ult.* in Auth. *Ut non luxurientur*, *Ordinat. Imper. capit.* 106. Vel præciſione linguæ, Boer. *deciſ.* 301. Covar *c. quamvis.* 2. *§.* 7. *num.* 11. *De pact.* in 6. aliave pœna arbitraria, Boniſac. in *pract. crimin. De pœnis blaſphem. numer.* 2. Lucas de Penna *l. omnes.* 5. *C. De delat. lib.* 10. Præciſione linguæ etiam principis nova conſtitutio in blaſphemos animadvertit: arbitraria carceris, mulctæ, vel relegationis in temerè jurantes, & execrantes, *ordin. part.* 4. *conſtit.* 1. In † 8
æternam utique trinitatem commiſſa, huic criminì proxima cenſeri oſtendit *l.* 1. in prioc. *ff. eod* ubi iſtud proximum eſſe ſacrilegio perhibetur. Affine etiam huic delicto eſt prodere patriam, vel aliquid in eam moliri: quod non incidit in hoc crimen, niſi fiat eo animo, ut principi auferatur, Ang. *d. tract.* verb. *& hai tradita. num.* 2. & Auguſt. *num.* 7. & 8. ubi *nu.* 4. reprobat Gloſſ. in *l. fallaciter.* 3. *C. De abolit.* iſta crimina confundentem, cum textus apertè diſtinguat. Contraria † ſunt de- 9
fectus cauſæ, puta doli mali: ut ſi quis ex petulentia, aut temulentia ſit in principem invectus, *l. unic. C. Si quis imp. mal.* ubi Salic. Gigas in *tr. læſa majeſt. cap.* 40. *tyrannis.* Zab. *clem.* 2. *qu.* 8. *De re judic.* Non eſſe ſubditum, Card. poſt Gloſſ. *d. cl.* 2. *§. rurſus. De re jud.* Bald. *l.* 2. *C. De falſ. mon.* Alex. *l.* 1. *ff. Majeſt.* licet feudum inde moveatur, *cl. paſtoralis, §. denique. de re judic.* Bart. in *c.* 1. *qui ſint rebell.* verb. *rebellando*, Bald. *conſ. ult. vol.* 1. Alcia. *conſ.* 451. Everhar. *in loco à Tanquam*, *ſeu reſpectivis*.

§. 3. Item lex Iulia de adulteriis.

II. De adulterio.

1. *Quid ſit.*
2. *Quæ ejus pœna.*
3. *De reliquarum libidinum pœnis.*

1 SEcundum † in pœnis, & judiriis publicis locum obtinet adulterium, *c. quid in omnibus.* 32. *quæ.* 7. Adulterium dictum, quaſi ad alterum, nimirum acceſſus, *cap. lex illa.* 36. *quæ.* 1. & agglutinatio, auctore Feſto, vel quaſi alterius partus, ut dicitur *l.* 6. *§.* 1. *eod.* Eſt enim propriè violatio thori alieni, *d. c. lex illa. c. non mœchaberis.* 32. *quæſt.* 5. ſeu alienæ matrisfamilias corruptio, *l. fugitivus.* 225. *De verb. ſignif.* Sed ex conſtitutione noſtri principis, qualiſcunque coitus illicitus contra legem ſui, vel alieni conjugii perpetratus, adulterii nomine, pœnaque continetur, Ord. *part.* 4. *conſtit.* 1. cum nec decalogus diſtinguat, *non mœchaberis*. Atqui hoc argumentum infirmum eſt. Nam ſic omnis ſcortatio eadem pœna capitali eſſet plectenda: contra *conſt.* 24. 25. 26. 27. 28. *par.* 4. Decalogi enim præceptum non de adulterio tantum loquitur, *ſed* utitur voce, quæ omnis generis ſcortationes complectitur, & prohibet *Exod.* 20. 14. *Job* 24. 15. *Jer.* 3. 9. quam Evangeliſtæ reddiderunt commodè græco nomine πορνείας *Matth.* 19. 9. & 5. 32. Sic etiam omnia in

decalogum peccata capite puniri par eſſet, nec quiſquam talem pœnam vix effugere poſſet. Ao enim violatio Sabbathi capitalis non eſt? *Exod.* 31, 14. 15. Et cur verò blaſphemiæ ac execrationes, epicuriſmns, contumacia in parentes, aut maledicta *Matth.* 15. 4. *Marc.* 7. 10. *Exod.* 12. 17. *Levit.* 20. 9. calumniæ, mendacia, obtrectationes in proximum, quæ nunc pro obſonio ſunt, non æquè vindicantur? Eſt igitur lex ſevera, excedens nedum civilem, ſed & Moſaicam, quæ definit ita adulterium, & morte punit, qnoties vir dormit cum coojuge alterius, *Deut.* 22. 22. *Levit.* 20. 10. *Ezech.* 18. 11. aut alia uxor, id eſt, conjogata, alteri ſuper inducitur *Matth.* 10. 11. 19. 9. *Luc.* 16. 18. 1. *Corinth.* 7. 10. & his noviſſimis temporibus difficile fnturum eſt abſque multo ſanguine, aut ſine mitigatione, hanc indiſtinctè ſeveritatem retinere. Sed tameo ita ſcripta lex eſt, ut dicitur in *l. proſpexit.* 12. *ff. Qui & à quibus.* Num ob delicti frequentiam? At hac ratione pœnas omniom delictorum intendas licet: quid enim illis
2 nunc volgatius? Cæterùm † adulterii pœna civilis eſt gladius, *l. quamvis.* 19. *C. eod.* in utroque ſexu ex lege divina, *Deut.* 22. *Levit.* 20. *Ezech.* 1. & principis conſtitutione *parte* 4. *conſtit.* 19. unà cum dotis, vel donationis propter nuptias amiſſione, *l. conſenſu.* 8. §. *ult. l. ultim. C. De repud.* §. *quia verò.* in Authen. *Ut liceat matri, & aviæ,* §. *antep.* in Authen. *Ut nulli judic. & noviſſ. ordinat. part.* 4. *conſt.* 21. à cujus generalitate quidam nobilitatem, & ſimiles perſonas in dignitate conſtitntas excipiunt, Bartol. *l. ſi quis viduam.* 5. *De qu.* Tiraquell. *De nobilitate c.* 20. *num.* 108. cum multis ibi allegat. Item ſi conjuges ſibi invicem condoneot, Auth. *Sed hodie.* nbi Gloſſ. verb. *recipere liceat. C. eod.* juxta diſtinctionem tamen *d. conſtit.* 19. quomndo & aliàs partibus læſis reconciliatis pœna poblica mitigari ſolet, Jaſ. in *l. tranſigere.* 18, *nu.* 3. *C. De tranſa.* per *l. Imperatores.* 34. *de jure fiſc.* Eandem pœnam ſuſtinent, qui nefandam contra naturam ſoi ſexus libidinem exercent, ut hic dicitur, & *l. cum vir.* 31. *C. De adult.* & *Levit.* 20. *Deut.* 22. aot lenocinium cum oxoribus, & liberis, *par.* 4. *conſt.* 29. de quo vide in Auth. *De lenocin.* ubi Gloſſ. verb. *noviſſima. l. mariti.* 29. §. *quæſtum. De adulter.* Ang. in *tract.* verb. *che hai adulterato. num.* 69. Item qui binas nuptias contrahont, *l. eum, qui duas.* 18. *C. De adult. ord. Imper. c.* 121. & principis ooſtri *conſtit. par.* 4. *cap.* 20. in qua ponitur, ordioatione imperii pœnam gladii his infligi, quod tamen non apparet *d. ord.* 121. ubi adulterio quidem adæquatur, vel etiam anteponitur hoc ſcelus: ſed tamen additur jure civili non puniri vitæ amiſſione: quam nec ipſa ordinatio irrogat, ſed vult io illos criminaliter animadverti, velut in adulteros, *Gollen nicht weniger dann die Ehebrüchigen peinlich geſtrafft werden.* Atqui nec adulteris pœnam gladii imponit *ord. Imper.* 120. ſed jubet eos legibus Cæſareis antiquis pœnas dare, Igitur *d. conſt.* 20. *p.* 4. incidit in notam Gloſſ. *ſecundo notab.* Bald. & DD. *l.* 2. *C. De error. advocat.* Et nota ſunt patrum exempla, quorum invocatio quotidiana cum capitali ſcelere non conſtitiſſet. Ac Chriſtus adulterium in eo ponit, ſi alius maritus, aliave uxor inducatur *Matth.* 19. 9. *Luc.* 16. 18. Cæterùm, & jure civili mitius hi ſolent puniri, & ſi ſolutam ſuperinducant, ſtuprum potius, quàm adulterium committitur, Ang. in *tract.* verb. *che hai adulterato, nu.* 65. Sal. Bald. *d. l. eum qui duas.* Alex. *conſil.* 165, *Viſis, vol.* 7. Rom. *ſing.* 537. Sed quoniam cum ſoluta quoque is, qui in conjugio eſt, adulterium committit, ſui reſpectu thori, ex ordinationibus quidem iſtis, ut antea diximus, idcircò hæc pœna iſto quoque caſu gravis, & ſevera placuit. Eadem tenentur, qui inceſtum cum aſcendentibus, vel deſcendentibus committuot, *ord. part.* 4. *conſtit.* 22. de quo Ang. in *tract. præalleg. loco, num.* 66. Damhoud. in *pra. ca.* 94. nam in collateralibus fuſtigatio placet: quia propriè inceſtus non eſt, *l. ult. De rit. nupt. Levit. cap.* 20. *Deut.* 22. niſi ætas vel aliæ circumſtantiæ pœnam mitigent, *d. conſt.* 22. 23. 24. Itaque quod in *c. lex illa.* 36. *quæſt.* 1. inceſtus definitur eſſe coosanguineorum, vel affinium abuſus, ex ſuprà dictis prudenter diſtioguendum eſt, ſaltem quod ad pœnam civilem, & capitalem attioet. Mulier
† ſoluta contaminans ſe cum viro conjugato, 3
noo quidem adulterii tenetur proprie: quia tamen hujus opera thorus alterius conſpurcatur, ideo nova principis conſtitutione cum fuſtigatione relegatur, *d. conſt.* 19. Reliqua, quæ huc pertioent, abunde retulimus, ad tit. *ff. De adult.* unde, qui volet, petat, & hoc crimine, ſi ſapit, abſtineat. Scortatores eoim & adulteros, ut civiles maximè pœnas evitent, tamen judicabit, hoc eſt, damnabit Deus, *Heb.* 13. ver. 4. Neqoe regni Dei hæreditatem conſequentur, 1. *Cor.* 6. 9. & 10.

Verſic. ſed eadem.

III. De ſtupro.

1. *Differentia ſtupri & adulterii.*
2. *Pœna ſtupri violenti, & non violenti.*
3. *Pœna lenocinii.*

EAdem lex Julia, cujus pœna tantùm erat relegatio, *l. ſi quis viduam.* 5. *De quæſt. l.* 6. *De divor.* ſtuprum quoque non violentum coercoit: quod ex hoc verſ. licet diſcere.

1 Adulterium † in nuptas, ſtuprum in innuptam virginem, viduamve committitur, *l.* 6. *l. ſtuprum.* 35. *De adul.* & in hoc §. Ang. lo *tract. malef.* verb. *che hai adulterato.* Stuprum propriè virginum eſt illicita defloratio, ut dicitur in *c. lex illa.* 36. *quæſt.* 1. quanquam & ad viduam aliàs honeſtam porrigatur, *d. l.* 6. §. 1. Cæterùm in inhoneſtas non committitur ſtuprum, *l.*

quæ

quæ adulterum. 29. *C. De adult.* ſicut nec adulterium,
d. l. quæ adulterum, in fin. *l. ſi ea*. 22. *C. eod. titul.* ubi verba illa, *quæ ſtupro*, &c. capieoda ſunt
de ſimplici ſcortatione, qualis eſſe judicatur coitus, qui cum talibus initur. *d. c. lex illa*. 36. *q.*
2 1. qua de re vide hic Joan. de Plat. Pœnam †
autem irrogat ea lex (ioterpolata fortaſſe) ſtupratoribus, ſi honeſti ſint, publicationem partis dimidiæ bonorum: ſin humiles, corporis coercitionem cum relegatione: ſed disertè hic inquit text. hoc obtinere, cum quis ſine vi vitium virgini, viduæve obtulit. Nam violentum perfectum capite punirur, imperfectum deportatione, *l.* 1. in fine *De extraord. crim.* Etſi enim vim publicam committit, qui per vim ſtuprum infert, ut dicitur, *l. mariti*. 29. §. *fin. De adulter. l.* 3. in fin. *De vi pub.* tamen nihilominus gravius puniri poteſt, ſicut raptus, *l.* 5. §. *ult. de vi publ.* cùm ad vim publicam hic aliud crimeo accedat: nempe ſtuprum, & alienæ pudicitiæ, qua virginibus nihil pretioſius, violatio. Intelligitur autem eſſe violentum, quod in impuberes committitur, etiamſi vix abſit: com perſuaſio hic pro coactione ſufficiat *l. d. l.* 1. §. *ult. De extraord. crim.* Ang. io §. *che hai adulterato. nu.* 56. Boſſius *De coitu, num.* 67. de quo tamen Carre. in *pract. c. de ſtupro* varie diſputat, & in *l. ſi quis*. 38. §. *qui nondum*. 3. *De pœn.* Stuprum tamen nondum viri poteoti oblatum, metallo, vel deportatione tantum coercetur, ut videatur impropriè ſtuprum violentum eſſe: proindeque mitius punieodum: quod ordinatio principis noſtri comprobat *par.* 4. *ord.* 31. ubi tantùm ſuſtigatio (quæ loco deportationis apud Sax. recepta eſt) huic ſtupratori præſtitoitur. Non obſtat *l.* 1. *De extraord. crimin.* noo enim de ſimplici ſtupro loquitur, ſed illo, eui raptus quidam implicatus eſt: ſcilicet cum abducto, corruptove cuſtode ſtuprum puero, puellæve illatum eſt: & ut maximè Paulus perſuaſiooem pueritiæ adhibitam pro vi habuerit in *d. l.* 1. ſicut in *l.* 1. §. 1. *De ſervo corrup.* dicitur, plus eſſe perſoadere, quàm compellere: tamen nec ratio illud ſimpliciter admittit, nec ſequitur conſuetudo. Vis enim & injuria volenti perſuaſoque propriè non inferuntur, *l.* 1. *De injur.* cum ſimilibus. Cæterùm ſtupri revera violeoti pœna capitalis eſt, *ordin. Imp. c.* 119. jure Sax. *lib.* 2. *art.* 13. *lib.* 3. *art.* 46. (nam jure civili ea res controverſa eſt, ex *l.* 3. *De vi pub.* ut dixi *ff. De adult.*) *ac nova provinc. part.* 4. *conſt.* 30. qua ſtuprom violentum capite ex *d. art.* 46. *lib.* 3. *d. art.* 13. *lib.* 2. non violeotum pœna punitur Canonica, *c.* 1. *De adult.* ut ducat, aut dotet: item civili carceris, relegatioois, &c. *par.* 4. *conſt.* 27. niſi circumſtantię delictum aggravent, *d. conſt.* 27. io fin. ut cum aliqua ſimilitudo violentiæ ineſt: veluti ſi commeotarienſis carceratæ ſtoprum inferat, *ord. par.* 4. *conſt.* 25. de quo Ang. Boſſ. & alii in *prac. crim.* aut alius quivis virgini fatuæ, vel furioſæ, *par.* 4. *conſt.* 26. aot, ut ſuprà dictum eſt, impuberi, *par.* 4. *conſt.* 31. Tales enim, ut ibi ſancitur, cum fuſtigatione exterminantur: quemadmodum † lenocinium exercentes, 3
par. 4. *conſt.* 29. aut cum aliorum noxa ſcortationibus indulgentes *par.* 4. *conſt.* 28. qoæ alliàs carcere, pecunia, vel relegatione eoercentur, juxta diſtinctionem *d. conſt.* 28.

§. 4. Item lex Cornelia de ſicariis.

IV. De homicidio.

1. *Quid ſit proprie homicidium.*
2. *Quatenus error, vel culpa excuſet.*
3. *An homicidio non conſummato pœna legis Corneliæ locum habeat.*

1 Lex † Cornelia de ſicariis homicidas ultore ſerro proſeqoitur, ſcilicet doli mali convictos, *l. in lege*. 7. *Ad L. Corn. De ſicar.* qoi in ſactis illicitis præſomitor, *l.* 1. *C. Unde vi. l. ſi non convicii*. 5. *C. De*
2 *injuriis*: adeo † ut error perſonæ
oon excuſet, *ordin. par.* 4. *conſt.* 6 qood ſecus erit, ſi data ſit opera rei licitæ, aut certè non æquè prohibitæ: ut ſi quis petens canem, aut projecto baculo incitare volens jumentum, percutiat & interficiat pnerum, vel alium, imprudenter, Jaſ. *l.* 1. *nu.* 18. *De legibus, circa fin.* Sed etſi data ſit opera rei illicitæ, tamen putaverim ob errorem pœnam eſſe mitigandam: ut ſi volens ferire Titium, Sejo vim, neciſque cauſam afferat. Quanquam enim dolus eſt in genere, non tameo in ſpecie: imò circa percuſſionem tantùm dolus eſt, non in cæde, de cujus pœna qoæritur. Nec obſtat *l. ſcientiam*. 45. §. 3. *Ad l. Aquil.* nam in l. Aquilia talis error non excuſat, *d. l. ſcientiam*, §. 1. quia in culpa hæret, Jaſ. *d. l.* 1. *nu* 18. *De legib.* quæ ſola ad pœnam ejus legis ſufficit, *l. ſi putator*. 31. *l.* 4. 5. & paſſim, *Ad l. Aquil.* oon etiam ad pœnam l. Corneliæ, *d. l. in lege*, qoare humanius eſt hic pœnam mitigari, ut concludit Ang. contra Bartol. in *l. reſpiciendum*. 11. §. *delinquunt. De pœn.* & *l. ſi cum ſervo*. 4. per illum textum, *De injur.* cujus ſententiam confirmat Jaſ. *d. l.* 1. *numer.* 18. *De legib.* ſubdens per theoricam Bart. *d.* §. *delinquunt*, judices in magnum diſcrimen coniici: adde *Deut.* 19. 4. & 5. Idem ſtatuatur & in illo, qui modnm inculpatæ totelæ exceſſit, Jaſon *d. l.* 1. *De leg.* DD. *l.* 1. *C. Unde vi. ordinat. part.* 4. *conſt.* 8. aut provocatus eſt, DD. *l.* 1. §. *cum arietes, ſi quadrup. pauper. feciſſe dic. l. is qui aggreſſorem*. *C. De ſicar. ordina. par.* 4. *conſtit.* 10. qui tamen omnes, quando relegantur, aot mitiùs puniuntur, etiam Verigeldum Saxonicum debent: quoties verò graviùs, non item, *Ordinat. part.* 4. *conſtit.* 11. Legis † Corneliæ pœna etiam ii tenentur, qui ho- 3
minis occidendi cauſa com telo ambulaot, ut hic

dicitur, & in *l. is, qui.* 2. *C. De ſicar.* ac idem oſtendit Cicero *pro Rabirio*, ex ratione *l. divus*. 14. *De ſicar.* ſicut & lege Julia de vi tenetor, qui vis cauſa cum telo eſt io poblico, *l.* 3. *De vi public.* Cæterùm hoc Cornelia conſtitutum fuit, *l.* 1. *De ſicar.* cujus pœna tantùm erat deportatio, & omnium bonorum ademptio in liberis, *l.* 3. §. *legis.* 3. *ff. eod.* ultimum ſupplicium in ſervis, §. *item lex Cornelia. De falſis*, verſ. *quod etiam in lege de ſicariis & veneficiis. hoc tit.* At quoniam ex divina lege, *Gen.* 9. 6. *Exod.* 19. 11. & 12. homicidæ gladio, & capite puniri apud Chriſtiaoos cœperunt, *d. l.* 3. §. 3. quæ fortaſſis eſt à Triboniano interpolata: idcirco in propoſito, vel etiam aggreſſione noo ſecoto eveotu hæc pœna nimis dura viſa, & generali conſuetudine abolita eſt, Spec. *de accuſ.* §. 1. *nu.* 7. Bald. & Cyn. io *l. is, qui cum telo.* 7. *C. De ſicar.* quam eſſe debere relegationem, aut ad ſummum manus ampotationem probavi *ff. De ſicar. num.* 17. 18. & confirmatur in noviſſimis ordinationibus, qoibus provocantes relegatione, aut ſimili dontaxat pœna coercentur, *p.* 4. *conſt.* 9. ſicut & inſidiantes, *part.* 4. *conſt.* 13. extra tameo inſidias latrocioii, vel graſſationis, aut hoſtilitatis, uheden: nam tales gladio puniuntur, *d. conſt.* 13. ſicut graſſatores cum latrocinio rota, *Landtr. lib.* 2. *art.* 13. 14. quod coogruit *l. capitalium.* §. 28. *graſſatores. De pœnis*: ſine latrocinio prædantes, gladio, *d. art.* 13. obi Gloſſ. quemadmodum, & diſſidentes, *par.* 4. *conſt.* 14. cum ſequen. eadem rotæ pœna cruciantur, qui tempore peſtis lethaliter decumbeotes interficiunt, & exſpoliaot: gladio, qui taotùm interficiunt: arbitraria, qoi dootaxat deſerunt, *part.* 4. *conſt.* 5. Ratio pœnæ hujus de ſicariis traditur *Gene.* 9. 6. qoi effuderit ſanguinem hominis, per hominem ſanguis ejus effuodetur, quia ad imagioem Dei fecit illum. Qui ſeipſos interficiunt, homicidæ quoque ſunt *c. ſi non licet.* cum tribus ſequentib. 23. *quæſt.* 5. & ad caninam ſepulturam ſine precibus Eccleſiæ, vel pſalmis corom cadavera deducuntur, *c. placuit.* 23. *qu.* 5. ubi Gloſſ. verb. *ad ſepulturam*, prout & qui cauſam mortis ſibi torneamentis, aot aliter præbent *cap.* 1. *De tornea. c. ſuper.* 2. *De rapt.* eventu cædis non ſecuto, res pertinet ad ſuperiorem quæſtionem oon conſummati delicti & *tit. De his qui ſib. mort. conſ.* Cæterùm ex officio occidens reus homicidii non eſt. *c. De occidentis.* & paſſim, 23. *quæſt.* 5. oe miles quidem. *c. miles*, cum multis ſeq. 23. *quæſt.* 5.

Verſic. eadem.

V. De Veneficio.

1. *Quinam ſint venefici.*
2. *Pœna eorum.*
3. *Pœna abigentis partum.*
4. *Pœna veneficii non conſummati.*
5. *Pœna prata venenantium.*
6. *Pœna magorum, & incantatricum.*

1 EAdem † lege & venefici capite damnantur, ſervi ultimo ſupplicio, liberi deportatione, §. *item lex Cornelia. De falſis*, verſ. *quod etiam.* iof. *hoc tit.* ex ratione *l.* 1. *C. De malefic.* ſive veneoo (quod nomen indicat) hominem occiderint, ſive mala medicamenta publicè vendiderint, vel etiam hominis occandi cauſa habuerint, *l.* 3. in prin. *De ſicar.* ſive, ut hic additur, artibus odioſis, puta ſuſurris magicis, idem effecerint, *l.* 3. *De ſicar. l.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. *C. De malefic.*

2 Ubi † diſtinguitur, utrum damnum magnum, ut homicidium, inde factum ſit: quo caſu capitale eſt ſcelus: an verò oon, quod levius puniuntur: idque ſequuotur ordinationes imperii *cap.* 109. maximè quòd, ut ſuprà dictum eſt, illa l. Cornel. ſeveritas mitigatur, quoties eventus homicidii propoſitum non eſt cooſecutus. Sed in noſtri principis ſtatotis hæc paulò copioſius diſtincta ſunt.

3 Etenim † qoamvis jure noſtro abigeotes partum, exilio, hoc eſt, deportatione, *l.* 5. & paſſim, *de interdictis.* ſolùm plectantur, *l. ſi mulierem.* 8. *De ſicar. l.* 4. *De extraord. crim.* ſeu, ut alibi dicitur, amiſſa parte bonorum (quæ ſpecies deportatioois eſt, *l. deportatorum.* 8. *C. De pœn.*) in inſulam relegantur, *l. ſi quis.* 38. §. *Qui abortionis. De pœnis*: & de quadraginta diebus Gloſſ. nonnihil ſomniet in *d. l.* 4. tamen ex novis conſt. ſi poſt dimidium uterum gerentium tempus, partus abigatur, & intereat, capitale eſt, tam danti, qoàm ſuſcipienti pharmacum.

Sin † autem ante illod tempus datum foerit; vel partui pharmacum lethale non extiterit, fu- 4
ſtigatione aut relegatiooe caſtigantur: *parte conſtit. pro* 4. *artic.* 4. eademqoe pœna tenebit eos, qui mala medicamenta vendunt, vel necandi hominis cauſa habent, eveotu, hoc eſt, homicidio oullo ſecuto. Nam quamvis & hæc lex Cornelia pari lance ponderet, *l.* 3. *De ſicar.* tamen ſoprà poſui, hac in parte legi Corneliæ derogatum eſſe per generalem conſuetudinem: quæ conſilium, προαίρεσιν, conatum, aut præparamenta homicidii non æquè ponit capitis ſupplicio, atqoe cædem ipſam, Cyn. Sal. & DD. *d. l. is qui cum telo. C. De ſicar.* Qui † prata veoeoant, da- 5
mno ſecuto flammis ex jure Sax. concremaotur, *Landtr. li.* 2. *art.* 13. in fio. & *ordin. Imper. c.* 109. *par.* 4. *conſt.* 18. ut jure commuoi aggerum perfoſſores, *l. unica. C. De agg. Nil non ſecut.* fuſtigatione, aut alias arbitraria, *d. conſt.* 18. Qui † 6
rem & pacta cum diabolis conſtituta habeot, pariter ignibus abſumuntur, *par.* 4. *conſt.* 2. Qui verò abſque tali conjuratione magicis artibus damnom cujuſconque modi faciuot, aut ex cryſtallo, ſimilibuſque ariolantur, gladio feriuntur, *parte* 4.

te. 4. *conſt*. 2. in fine: quod congruit legi Moſaicæ *Deuter*. 18. 22. *Levit*. 20. 6. etiam in his jure communi & Cæſareo aliter diſtinguatur, *l. injuriarum*. 15. §. *ſi quis aſtrologus*. 9. *De injuriis*, *l.* 2. 3. 4. & paſſim *C. De maleſic. & ordin. Imp. cap.* 109. Nam ex hac quoque qui veneno homines interficiuot, aliter, & quidem duriùs puniuntur, mares rota, fœminæ demerſioue, *ord. Imp. c.* 130.

§. 5. Alia deinde lex.

VI. De parricidio.

1. *Qui teneantur crimine parricidii.*
2. *Pœna ejus.*
3. *Pœnam parricidii non obtinere extra aſcendentes, & deſcendentes.*
4. *Conſcii, & auxiliatores qualiter puniendi.*

1 ALia † deinde lex teterrimum crimen nova pœna perſequitur, quę Pompeja de parricidis vocatur, qua cavetur, ut ſi quis parentum, aut liberorum fata perpetraverit, ſeu, ut alii Codices habent, pręparaverit (nam & conſcii, etiam extranei, ob atrocitatem criminis eadem pœna afficiuntur, *l. utrum*. 6. *eod.* & qui venenum præparaverunt, aut emerunt, quamvis dare oon potuerint, *l.* 1. iu fio. cum legib. ſeq. *De parricid.*) nec ooo is, cujus id dolo malo factum eſt, vel qui conſcius, hoc eſt, particeps criminis, exiſtit, licet extraneus ſit, pœna parricidii puniatur: &
2 † oeque gladio, neque iguibus, denique nulli alii pœnæ ſimili ſubjiciatur, ſed virgis ſanguineis cœſus, *l. pen. eod.* inſutus culeo ut nunc oſurpatur ſacco cum cane, & gallo gallinaceo, vipera, & ſimia (quid aotem hæ beſtiæ promeruerunt, & eura una puniuntur ſine ſuo delicto?) & inter eas ferales anguſtias comprehenſus, vel io vicinum mare, vel amuem projiciatur: ut omnium elementorum uſu vivus carere incipiat, qui vitæ datori vitam eripuit: & ei cœlum ſuperſtiti, terra mortuo aoferatur: ut hic dicitur, & *l. penult. ff. eod.* ubi tameu hæc pœna ex more majorum ducitur, non ex lege Pompeja. nam hæc pœnam eandem, quam lex Cornelia *De ſicar.* videtur præſtituiſſe *l.* 1. *ff. eod.* præſertim cùm conſtet Cornelium Syllam noo taotùm de falſo & ſicariis, verùm etiam de parricidio quæſtiones publicas conſtituiſſe, *l.* 2. §. *capita*. 17. *De orig. jur.* & Plutarch. *in libro De amore fraterno*, Cicero quoque in *orat. pro S. Roſc.* nbi luculentiſſimè rationes hujus animadverſioois enucleantur, non ad l. Pompejam, ſed majorum inſtituta pœnam hanc ſingularem referuut: ut liceat exiſtimare, ſicut ſuprà de l. Julia, ſic hic de Pompeja, agi interpolata, non qualis ſcilicet primum lata eſt, ſed cujuſmodi tempore Juſtiniani in uſu habebatur. Ordinatio autem Imperii. 131. ad cavendam deſperationem matres infanticidas tantom aqua demergi oportere ſancit, nulla beſtiarum habita mentione: quas cum lex divina tum demum ſimul occidi vult, quoties in illas & cum iis flagitium eſt patratum, ſeqoitur, aliàs ut iſto caſu, beſtiis parcendum & tam abominabili ſpectaculo abſtinendum eſſe. Itaque mirum eſt quare *conſt. provinc.* 3. *part.* 4. morem gentilium potius, quàm *d. ordinat.* 131. Imperialem attendere & ſequi maluerit: cui tamen quoad uſtionem, quæ fit candeute ferro, accedit, ſi delictom ejuſmodi geminetur, aut multiplicetur.

3 Sanè † quod hic etiam illi putaotur eodem ſcelere, & ſupplicio comprehendi, qui affinem aliquem parentis nomine complexum, ut vitricum, novercam, ſuſtulerint: aut vitæ ejus inſidiati ſint: vel ejus rei conſcii, licet extranei, fuerint: profectò nimis dorum eſt, nec ſequendum: cum ſuprà demonſtratum ſit, generali conſuetodine delictum nou conſummatum ordinaria pœna non puniri, ut maximè hic Accurſ. & DD. contrà affirment. Non enim illi verè pareutes ſiut, *l.* 4. ubi DD. *De in jus voc.* & in atrociſſimis iſtis pœnis extra proprietatem verborum exteuſio fieri nou debet, *arg. l. pen. De poen. l.* 1. §. *licet*. 10. verſ. *in re dubia tutius verbis ſervire. De exerc. act. & canon. c. odia.* 15. *De reg. jur.* in 6. Nec moveor hoc textu, qui corruptus eſt, & in quo pro voce *Affinitatis*, reponendum eſt *Affectionis*, ut Theophilus interpretatur, & fons, unde hic rivus derivatus eſt, oſtendit. Eſt enim textus hic ad literam deſumptus ex *l. unic. C. De his qui par. occider.* ut collatio docet, ubi ſic legitur: *Si quis in parentis, aut filii, aut filia, aut omninò affectionis ejus, quæ nuncupatione parricidii continetur, &c.* quæ lectio confirmatur *C. Theod. lib.* 9. *titul.* 15. Ejuſmodi verò tantùm ſunt ex l. Pompeja, & more majorum aſcendentes, *l. pen.* verſ. *qui alias ff. eod.* quorum qui aliquem occiderit, verè parricida eſt, ut oomen indicat. Hoc ſolum igitur eſt ſcelus patricidii, ſeu parricidii, aut parentiſcidii, quod etiam duntaxat more majorum illo ſingulari ſupplicio vindicatum fuit, *d. l. pen. ff. eod.* idque poſtea conſtitutionibus productum eſt ad liberos, *d. l. unica*, &c. ut & io aliis aliquid innovatum temporis progreſſu. Nam cùm more majorum tantummodo uſitatum eſſet in mare conſutos projici, *d. l. pen.* Cicero *pro S. Roſcio*, poſt ex conſtitutione Hadriani cœptum eſt beſtiis objicere parricidas, ubi mare uon eſſet, *d. l. pen.* poſt etiam in amnem, & profluentem aquam ſecuhdum regionis qualitatem, *d. l. unic. C. eod.* aut etiam ignibos comburere, ut oſtenditur *Βασιλικῶν libr.* 60. *titul.* 40. & fortaſſis illud de animalibos non eſt ex more majorum, ſed conſtitutionibus, *l. unic. C. De his qui paren. occid.* alioqui Cicero, qui tam mnltis *pro S. Roſcio* hanc pœnam exaſperat & ampli-

amplificat, non prætermiſiſſet, niſi conſuetudo fortè poſt Ciceronis ætatem ob frequentiam, ut conſentaneum eſt, ſceleris hac atrocitate pœnam exacerbavit. Cæterùm ad vitricum, uxorem, virum, patruum, privignam & ſimiles extenſam hanc unquam fuiſſe pœnam, nuſquam invenio: lege quidem Pompeja continentur, *l. 1. ff. eod.* ſicut & ſobrinus, *l. 3. ff. eod.* & ex ſententia legis noverca & ſponſa, *l. 3. l. 4. ff. eod.* ſed quæ tantùm coercitionem ſicariorum irrogaret, ut diſertè ſcribitur in *d. l. 1. eodem. & d. l. penultim.* verſ. *qui alias perſonas occiderint præter patrem, & matrem, avum, & aviam, quos more majorum puniri diximus, capitis pœna plectentur.* Quamobrem Gloſſ. hic ad verb. *continetur*, quam ſequuntur DD. vitioſi textus argumento, vitioſè, duriterque nimis hanc pœnam ad fratres, affineſque porrigit. Nec memini horum interfectores durius quàm gladio puniri, addito tamen aliquo ſigno reatus majoris, quo ſignificetur eos plus aliis homicidis deliquiſſe. Nam aut proſtrati trahuntur ad locum ſupplicii: *Uwerdem geſchleiſſt zur der pein ſtadt. d. con. 3. part. 4.* in fin. aut poſt cervices abſciſſas rotæ imponuntur, quod alibi ſervatum memini: eodemque inclinat principis noſtri conſtitutio, qua hoc ſupplicium tantum ad aſcendentium, & deſcendentium, item conjugum necem reſtrictum eſt, reliquis pœna gladii præſtituta. *ordin. par. 4. conſt. 3.* quam etiam ex lege Pompeja obtinuiſſe crediderim in iis, qui delictum perficere non potuerunt, *l. 1.* in fin. cum leg. ſequen. *ff. eod.* aut qui ejus fuere conſcii, *l. utrum. 6. eod.* ubi ſecundum ſubjectam materiam pœnam parricidii accipio de communi, & uſitata l. Pompeia, *d. l. 1.* & non de inuſitata, & ſingulari moris majorum, de qua in *l. penult.* cùm hic diſertè dicatur: Cæteros, qui parentes non occiderint, non ea pœna, ſed capite plecti: ut qui non occiderint, ſed conſcii tantum fuerint, vel aliquid machinati ſint, illa pœna non comprehenſos fuiſſe putandum ſit: quod & ſenſus dictat communis, cùm in his ceſſent rationes illius pœnæ, de quibus Cicero in *orat. pro S. Roſcio.* Itaque † inſcitè noſtri ethnicam ac ter- 4
ribilem hanc animadverſionem & deſperationis plenam, ac ut mihi videtur, inter Chriſtianos vix tolerabilem ad conſcios etiam extraneos hic producunt, contra l. Pompejam: amplianteſ eo uſque *l. unic. C. De his qui parent.* quæ tamen de his ne verbum quidem facit ullum. Amplius dico, non eſſe dubium, quin iſtud inductum fuerit ad legis Corneliæ ſimilitudinem, *l. 1. De parricid.* quæ animum interficiendi ſe telo præparantem perequè, ac homicidium conſummatum, punit, *l. 1. De ſicar.* Cæterùm cùm hoc in l. Cornelia antiquatum ſit generali conſuetudine, prout ſuprà declaravimus, videri poteſt etiam in l. Pompeja non amplius id eſſe ſequendum: niſi parricidium ſit ſecutum, & opera huic adminiſtrata. Nam jure præſertim Sax. adjutores & auctores maleficii pari pœna plectuntur, *art. 13. lib. 2.* quod in atrocioribus non eſt inuſitatum, *l. unic.* ubi Salicet. *num. 24. C. De rapt. virg.* Bartol. *l. cujuſque. 4. nu. 1. ad l. Jul. majeſt.* Ang. in *pract. crimin.* ver. *& Sempronium, numer. 20, 22.* cum ſequen. Clar. *lib. 5. Sentent. §. 5. queſtio. 90.* Sed accipiendum id eventu, ut dixi, ſecuto, maximè jure Saxonico, quo nunquam inchoatio ſic punitur, ac perfectio delicti, Reinh. *differ. pœn. 6.* per *c. 36. Lehenrecht.* Scientibus verò ſolùm, nec patefacientibus, neque præterea flagitii participibus, ne quidem eventu ſecuto putaverim capitalem eſſe pœnam imponendam: ut maximè Bart. & alii quidam id urgeant, in *l. divus, 6. De parricid.* ſed ibi nomen *Conſcii*, ſicut & vis ipſa latinæ vocis exhibet, tantum complices & auxiliatores, atque conjuratos ſignificat: à quibus diſtinguendi ſunt ſceleris gnari, qui licet non indicent, haudquaquam ultimo ſupplicio, ſed relegatione, vel alia pœna arbitraria, puniuntur, *l. 2. ff. eod.* ubi id not. Ang. & contra Bart. receptiorem eſſe hanc plerique teſtantur. Dec. & Cag. *nu.* 10. 12. in *l. culpa caret. 50. De reg. jur.* Berous poſt Felin. *c. 1. num. 69. & 70. De off. deleg.* Cacher. *deciſ. Pedemon.* 80. *num.* 5. Angel. & Auguſt. *in pract.* ad verb. *che has tradito, num.* 8.

§. 6. Item lex Cornelia de falſis.

VII. De falſo.

1. *Summa l. Cornelia de falſo.*
2. *Quid ſit falſum.*
3. *Propria.*
4. *Diviſio falſi.*
5. *Cauſa, & qui committant.*
6. *Materia.*
7. *Forma.*
8. *De probatione.*
9. *Finis.*
10. *Eventus & pœna.*
11. *Adjacentia, Affinia, Contraria.*

1 ITem † lex Cornelia de falſis, quæ etiam teſtamentaria, (quòd propter teſtamenta potiſſimum lata ſit) pœnam irrogat ei, qui teſtamentum, vel aliud inſtrumentum falſum ſcripſerit, ſignaverit, recitaverit, ſubjecerit, pro vero: vel ſignum adulterinum, hoc eſt, ſigillum ſignatorium alicujus ſculpſerit, expreſſerit ſciens dolo malo, *l. 1.* cum ſequen. *De falſ.* Falſum † eſt quod animo 2
corrumpendæ veritatis in alterius fraudem dolo malo fit, *l. nec exemplum. 20. ff. eod. l. quid ſit falſum. 23.* ubi Bartol. *C. eodem.* eſt actus doloſus veritatis mutandæ gratia ad alterum decipiendum factus, quem lex pro falſo habet, & lege Cornelia de falſis coercet, ut definit Hoſtien. in *ſumma de crimin. falſi, §. 1.* quem refert & probat Hipol. *in rubric. De falſ. num. 1.* qui hanc ſubiicit:

licit: Eſt immutatio, vel occultatio veritatis do-
loſè, & ex certa ſcientia facta. Qua in defini-
tione duo deſidero: primum quòd omittitur ad
alterum decipiendum, ut *l.* 1. *De dol. mal.* nec
enim ſine eo immutatio veritatis in falſi crimen
incipit, ut rectè Hoſtien. animadvertit. Id enim
dolus malus eſt, *l.* 1. ubi dixi *De dol. mal. l. ul-
tim. C. De litigioſ.* Secundò, quod non additur ali-
quid de lege, quod tamen neceſſarium eſt, quia
non omnis immutatio veritatis ad alterius decep-
ptiooem inſtructa, falſi crimen eſt, niſi lege ſit
conſtitutum, *d. l. quid ſit falſum.* 23. in fine. *eo-
dem*, unde poſt legem Corneliam tot conſtitutio-
nes & S. C. de falſo ſunt prodita, ut caſus lege
Cornelia non expreſſi ſupplerentur, & ad claſ-
ſem falſorum redigerentur. Etenim in genere,
quidquid à vero deviat, falſum eſt, Bart. *d. l.
quid ſit falſum.* 23. *eodem.* Matth. Afflict. *deciſion.*
21. *num.* 7. qood omnes falſi pœna coercere ni-
mis fuerit acerbum & contra ſententiam *d. l. quid
ſit falſum* io fin. ubi Gloſſ. & Bart. *eo.* Nam ſic e-
tiam quodvis mendacium lege Cornelia vindica-
retur, cum ſit mutatio veritatis doloſa, ſeu fal-
ſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi, ſe-
cundum Auguſtinum, quem refert, & ſequitur
Gloſſ. *l. De ætate.* 11. §. 1. verb. *mendacii. De in-
terrog. action.* Jaſ. *l. ſi quis extraneus.* 21. in princ. *nu.*
4. *De acquirend. hæred.* ad idem Gell. *lib.* 11. *cap.*
11. quamobrem ἐν πλάτει falſi appellatione com-
prehenditur, ſicut & quilibet dolus Bart. *d. l.
quid ſit falſum.* 23. *eod.* Alexand. *conſil.* 73. *non puto
num.* 5. *lib.* 1. non tamen falſi pœna punitur, quę
tantum obtinet in caſibus lege aliqua expreſſis,
Bart. *d. l. quid ſit falſum.* Alexand. *conſ.* 73. *num.* 5.
lib. 1. Afflict. *deciſ. Neap.* 21. *num.* 11. qui referun-
tur in *l.* 1. & paſſim, *tot. tit. ad l. Corn. De falſ.
& C. eod.* & à Bonifac. *De Vital. tit. De falſ. num.*
3 2. Proprium † ejus quòd dolo fiat, *l.* 2. *l. ſi quis.*
26. & paſſim, *de dolo malo*, animo corrumpendæ
veritatis, *d. l. nec exemplum.* 20. *C. eod. l. unic. C.
De mutat. nom. l. Paulus.* 16. *ff. De falſ.* & ad al-
terius deceptionem, Paul. *libr.* 5. *titul.* 15. Salic.
& DD. *d. l. unic. C. De mutat. nom.* Unde niſi alii
noceat, falſum non eſt, Caſtr. *conſ.* 157. *num.* 1. 2.
lib. 1. And. Gell. *Obſ.* 100. *num.* 7. *lib.* 1. in facto,
non dicto conſiſtat, *l. quid ſit falſum.* 23. *De falſ.*
quod fere translatitium eſt in his gravioribus, *l.
fugitivus.* 225. *De verb. ſign. l. famoſi.* 7. §. 1. ubi
Bart. *nu.* 2. *Ad L. J. maj.* Partes non recipit, quia
propriè falſum non eſt, quod in ſe aliqoid verita-
4 tis habet, Caſtr. *conſ.* 120. *nu.* 4. *lib.* 1. Dividit †
illud Marcianus in falſum, & quaſi falſum, *l.* 1.
§. *ult. De falſ.* quod ſcilicet ex interpretatione pro
falſo habetur, *l. eos.* 27. §. *ult. eod.* Paul. *li.* 5. *tit.*
15. ut in *l. pen.* verb. *quaſi falſarios C. De probat.
l. eos.* 27. verb. *quaſi ſi falſ. fecerint. eodem.* de quo
Ang. *tractat. maleſi.* verb. *falſario. numer.* 12. cum
5 ſequen. Auctor † hujus judicii Cornelius Sylla,
dictator, unde lex Cornelia dicta, *l.* 1. *l.* 2. *l.* 9.
& paſſim *ff. eod.* Hic enim quæſtiones de falſo pu-
blicas conſtituit Paul. *lib.* 5. *titul.* 23. & 25. *l.* 2.
§. *capta.* 17. *De orig. jur.* Cauſa proxima falſi, do-
lus, *l. eos.* 27. *ff. eod. l. qui falſo.* 16. *De teſtibus*,
l. nec exemplum. 20. *C. eod.* Bart. *l. quid ſit falſum.*
23. *eod.* & factum, *d. l. quid ſit falſum. De falſis.*
Committere itaque falſum poſſunt, in quos do-
lus cadit, non impuberes, niſi doli capaces, qui-
bus tamen ideo pęna remittitur, vel mitigatur,
quia minor in hos dolus cadit, *l. impuberem.* 22.
ff. eodem, *l. unic.* ubi DD *C. De falſ. moneta.* ſine
quo falſum non committi diximus, *d. l. unic. l.
eos.* 27. *ff. eodem. hoc titul.* fallacia ad decipiendum
lædendumque alterum inſtructa, ut definitur do-
lus, in *l.* 1. §. 1. *De dol. mal.* unde rectè Caſtren-
ſis ait, non committi falſum ſine intentione aliis
nocendi, Caſtr. *conſ.* 157. *num.* 1. 2. *lit.* 1. pro quo
Gloſſ. *l. de ætate.* 12. verb. *mendacii. ff. De inter. act.*
† Materia ſunt falſa teſtamenta, *l.* 1. 6. *l. divus.* 15. 6
l. uxori. 18. *eod. l. Paulus.* 221. *De verb. ſignif.* Inſtro-
menta, *l. inſtrumentorum.* 16. *eod.* ſcripturæ publicæ
d. l. 16. §. *Paulus. eod. l. ſi quis.* 21. ver. *publicis. C.
eod.* privatæ, *l. pen.* ubi Bal. *l. ſi quis.* 21. verb. *pri-
vatis. C. eod.* chirographum, *l. quid ſit.* 23. *De falſ.
moneta. l. lege* 9. *l. qua falſam.* 19. *ff. eo. l.* 1. 2. 3.
C. De falſ. mon. Corrupta, falſa, iniqua menſura,
l. pen. §. 1. *ff. eod. l. modios.* 9. *C. De ſuſceptor. li.* 11.
l. Paul. 221. *De verb. ſig.* adulterinæ ſtateræ *l. anno-
nam.* 6. in fin. *De extra. crim.* pondo *l. arbitrio.* 10.
§. *de eo.* ubi Gloſſ. & DD *De dol. mal.* modii, *d.
l. modios. C. De ſuſcept.* DD. in *c.* 2. *De empt.* Sup-
poſitus partus, *l.* 1. *C. eo.* ementitæ conſtitutiones,
l. penult. eo. l. ubi. 22. *C. eod.* rationes, *l.* 1. in fine.
quid ſit falſ. 23. *eo.* functio, *l. eos.* 27. §. *ultim. eo.*
mutatum nomen, *l. unic. C. De mutat. nom. l. fal-
ſi.* 13. *eo.* falſa ſubornata teſtimonia, *l.* 1. *l. leg.* 9.
l. eos. 27. *eo. l. qui falſo.* 16. *De teſtib.* denique quæ-
vis res, in qua veritas depravari, falſum inſinua-
ri cum alterius injuria poteſt, *d. l.* 1. hoc eſt, ſcri-
pturæ, quæ fidem merentur & adverſus alium fa-
cere poſſunt, Caſtr. *conſ.* 130. *videtur.* per totum,
li. 1. cum alterius detrimento Felin. *c.* 2. *num.* 36.
De fid. inſt. Molin. in *conſ.* Pariſ. *De mat. feud.* §.
5. *numer.* 11. Cæteroquin in privatis falſum non
committitur. Cravet. *conſil.* 46. *De ſtilo. num.* 3. 4.
5. ne quidem in publicis, ut teſtamentis, quan-
do fidem non merentur *l. ſi quis.* 38. §. *teſtamentum
ff. De poen.* Falſum † autem committitur non dicto, 7
ſed facto, *l. quid ſit falſum.* 23. *eod.* non mentien-
do, ſed pervertendo, *d. l. quid ſit falſum.* ut ſi quis
chirographum alienum imitetur, & effingat, *d. l.
quid ſit.* libellum, vel rationes intercidat, aut alie-
nis deſcribat, & cum domini damno divulget, *d.
l. quid ſit.* Nam, & qui literas, vel rationes alie-
nas ſibi creditas aperit, ut aliis doloſe pandat,
tenetur falſi, *l. Titio.* 36. ubi Bart. *num.* 3. *ad mu-
nic.* per *l.* 1. §. *is qui. De falſ. l. ſi quis.* 6. *De poen.*
Rom. *conſ.* 365. *quæritur. num.* 2. 3. Corn. *conſ.* 45.
nu. 3. & 4. *li.* 1. non etiam qui tantum reſignat,
Bar. *l. qui teſtamentum.* 2. *De falſ.* Jaſ. *l. non dubium.* 5.
nu. 53. *C. De legib.* Boer. *deciſ.* 82. Guid. Pap. *deciſ.*
213. Felin. *c. cum olim.* 2. *De off. jud. deleg.* Is enim
extra ordinem, quaſi de ſtellionatu potius pu-
nitur, Bart. *d. l. Titio.* Jaſ. *d. l. non dubium.* fac. *l.
ſi quis in gravi.* 3. §. *ſi quis tab.* ubi Bar. *De S. C. Syl-
lan.* Rom. *d. conſ.* 365. *quæritur.* qui inter utrunque
caſum ita diſtinguit. Tenentur item falſi, falſa,
vel diverſa teſtimonia præbentes, aut contraria,
(in contradictoriis enim alteram falſam partem eſ-
ſe ne-

ſe neceſſe eſt) aut contra ſuum ſignum, *l. eos.* 27.
eo. quique ſibi in alieno teſtameoto aliquid adſcri-
buot, *l.* 1. 6. & paſſim, *eod.* qui ſe pro milite ge-
rit, illieitis inſignibus utitor, falſo diplomate per
vias commeat, *l. eos.* 27. in fin. *De falſ.* Item no-
tarius, qui falsò ad acta refert, teſtam dixiſſe te-
ſtimonium, Gloſſ. *l.* 1. §. *ſed etſi.* verb. *ob renun-
ciandum. de falſ.* Nuncius referens ſe citaſſe, quêm
non eitavit, Alex. ad Bart. in *l. Titio.* 36. *ad muni-
cipal.* An etiam literas noo reddens? Equidem do-
loſe occultans ioſtrumenta ad alterius fraudem,
falſum committit, *l. inſtrumentorum.* 16. §. 1. in vul-
garibus exemplaribus eſt *l. Paul.* obi Bart. & Alex.
eo. Ang. *De malef.* ver. *falſario* verſ. *quero ſi advo-
catus* Fran. Mar. *queſt.* 740. *part.* 1. etiam priva-
ta, Bar. *d. l. Paulus* per illum tex. Gloſſ. *l. ſi quis
affirmavit.* 9. *De dolo malo*, & in *l. eum.* 14. ubi
Bart. Bald. Cyn. Sal. *C. De falſ.* Sal. *l. ſi de poſſeſ-
ſione.* 20. *C. De probat.* Ang. & Imo. *l.* 1. *De pub. jud.*
Jaſ. §. *pœnales nu.* 33. ſup. *De act.* Boer. *deciſ.* 272.
Sed cum ſuprà dixerimus, aperientem literas non
teneri hoc judicio, niſi aliis, puta adverſariis,
commonicaverit: multò minus non reddenti hæc
pœna decernenda eſt: niſi aliis cum injuria, dam-
noque ſcribentis, ut inimicis reddiderit, *d. l. Titio*
ubi Bart. *nu.* 3. 4. *ad municipal.* de qoo plura Jaſ. in
l. admonendi. 31. *nu.* 147. *in rep. De jurejurand.* & ita
nuper judicatnm de nuncio, qoi literas principis
non reddiderat. *Ob wol dieſer fahl, unter den re-
chtsgelechrten sehr bedencklich und ſtreitig, dieweil a-
ber dennoch in ſolchen zweiffelhafftigen peinlichen fel-
len, die gelindere ſtraffe erwelen, ſo ſprechen demna-
ch de Schepffenſtul, das aus ſolchen und andren urſa-
chen mehr der gefangene botte, wegen obgedachter ſei-
ner verbrechung mit brennung eines zeichens zur ſtaupe
geſchlagen, und aller hochermeltes unſers gnedigſten
Herren landen ewig billich verwieſen wirdt U. R.
W.* Cæterùm aliis etiam multis modis committi-
tur crimen falſi, qui paſſim exponuntur in *l.* 1.
& tot. tit. ff. & C. eodem. onde qui volet, petat.
8 Qnia † tamen actus ſemper eſt ita intelligendus,
ut falſitas excludatur, Ang. in *tract. malef.* verb.
falſario, num. 1. Foll. in *pract. crim. part.* 2. *partis
ſecundæ rubrica*, item quod commiſit falſitatem.
nu. 14. idcircò acerrima, & exquiſitiſſima proba-
tione hie opus eſt, *l. pen. C. De prob. l. ubi.* 22. *C. De
falſ.* quæ quidem exigitur ab accuſatore, falſi pœ-
nam ſubituro, niſi probet, *d. l. pen. C. De probat.*
interdum etiam à reo ad purgandam ejus innocen-
tiam, ſi fortè conjecturis & ſuſpicionibus relictus
ſit, *d. l. ubi*, quam de tali caſu intelligo. Non
enim in criminalibus exigenda eſt à reo probatio
actore nihil probante, eùm ne quidem in civilibus
id ſit uſitatum, *l. ult. C. De rei vend. l.* 2. *l. actor.* 23.
C. De probat. ſed actore non probante reus abſol-
vatur, *l. qui accuſare.* 4. *C. De edendo*: niſi adverſos
eum indicia & præſumptiooes extent, quo caſu,
vel jusjorandum purgationis ab eo exigitur, *tot.
tit. extra de purg. Canon.* vel per tormenta veritas
inqoiritur, ſiquidem indicia ſint ſufficientia, *l. s.*
ubi Hipp. *& tot. tit. De queſt.* niſi ipſe probatio-
ne ſuſcepta ejuſmodi diluat, ſicut contrariis do-
cumentis elidi, diluique poſſunt. Hippol. in *pract.*
§. *diligenter. nu.* 190. & *l.* 1. *nu.* 50. *De ſicar.* Boer.
deciſ. 155. *num.* 9. Jaſ. *l. s. num.* 10. *C. Com. de le-
gat.* DD. *l. non omnes.* 5. §. *pen. De re milit. l. ſive.*
12. *C. De probat. l. cum de indebito.* 25. *ff. eod.* Fine † 9
diſtinguitur falſum à furto, *l. Paul. ff. eodem.* hoc
enim fit animo lucrandi, *l.* 1. *De fur.* in princip.
ſupr. *De obligat. ex delict.* In falſo quamvis idem
quæri poteſt, tamen principalis finis eſt, ut im-
mutatione veritatis alter decipiatur, *d. l. inſtru-
mentorum*, ubi alias eſt *l. Paul. ff. eod.* in Authen.
De inſtr. caut. & fide. in princ. Ang. in *tract. malef.*
verb. *falſario. nu.* 7. Matth. Afflict. *deciſ.* 21. *nu.*
7. Boer. *deciſ.* 8. *nu.* 8. Itaqua Corn. *conſil.* 45. *nu.*
3. *&* 4. *lib.* 1. inquit, qoando delictum ſonat in
furtum, non in falſum, non habet locum pœna
falſi: propterea quod falſum ſit contrarium veri-
tati: quippe quod veritatem pervertat, atque im-
mutet: furtum autem non fiat animo perverten-
di, vel eelandi veritatem, ſed lucrandi rem abla-
tam, *l.* 1. *De furt.* & in prin. ſup. *De oblig. ex delict.*
ſequitur Menoch. *l.* 2. *arb. qu. cent.* 4. *caſu.* 311. fal-
ſi; *nu.* 6. allegans ad hoc *l. qui tabulas.* 27. *l. quidam
tabularum.* 31. *De furt.* Gloſſ. Bart. in *l.* 1. *De publ.
judic.* Alciat. *d. l. qui accuſare. nu.* 12. *C. De edend.*
Boer. *deciſ.* 292. *num.* 2. Eveotus † hujus judicii 10
atqoe effectus, ut non impleta accuſatione reus
abſolvatur, accuſator pœna falſi, quam aliis in-
tentarat, teneatur, *l. pen. C. De probat. l.* 2. *l. ult.
C. De fid. inſtrum.* quam accipio juxtà analogiam
falſi: ſcilicet ſi pateat eum per ealumniam & do-
lum malum (ſine quo falſum noo committi diximus)
accuſaſſe. Sed an id præſumetur? equidem in il-
licitis præſumitur. *l.* 1. *C. Unde vi l. ſi non convicii.* 5.
C. De injur. At accuſare non eſt per ſe illicitum,
laudabile potios, ſi Reipub. caoſa fiat, ut & Ci-
cero *in Officiis* oſtendit. Quamobrem dolum hie
non præſumam, *l. dolum.* 6. *C. De dol.* oiſi judex pro-
nunciaverit, eum eſſe ealumniatum, *l.* 1. *Ad S.
C. Turpil.* ſententia enim pro veritate habetur,
l. ingenuum. 25. *De ſtat. hom.* & pro ea præſumitur. *l.
Herennius.* 63. *De evict.* Accuſatione verò impleta,
reoque convicto, vel probatione adverſarii, vel
confeſſione propria, *l. qui ſententiam.* 16. *l. cum reis.*
18. *C. De pœn.* pœnæ ſobdatur, *l. ubi.* & paſſim, *C.
eod. l. cum reis.* 18. *C. De poen.* quæ olim fuit in li-
beris hominibus deportatio, & bonorum publica-
tio *l.* 1. §. *fin. eod.* quam deportatio indocere ſo-
let, *l. bona.* 39. *De jure fiſci*, & not. Gloſſ. & DD. in
l. inter. 6. cum leg. ſeq. *De interdictis & relegatis*,
l. Deportatorum. 8. *C. De poen.* Cùm autem hodie
bonorum publicatio geoeratim ſit ſublata, Auth.
Bona damnatorum. C. De bonis proſcript. & in Cor-
pore unde ſumitur: relinquitur, jam ſolam de-
portationem eſſe pœnam falſi propriam, Gloſſ. *d.
l. s.* §. *ulti.* verb. *publicatio. ff. eod.* Boniſac. Vital.
eod. tit. num. 3. Alex. *conſil.* 55. *in cauſa, num.* 2.
lib. 7. Matth. *deciſ. Neapol.* 21. *num.* 8. Boer. *deciſ.*
82. *nu.* 9. Alex. *conſ.* 55. *in cauſa. num.* 1. 2. *lib.*
7. Ex quo factum arbitror, ot compoſitores Inſti-
tutionom novum fortè illud abolendæ bonorum
publicationis conſiliom coquentes, tantùm depor-
tationis hic memioerint, bonorum confiſcationem
omiſerint. Hojus in locum hodie apud Saxones
fuſtigatio ſucceſſit: *Landr lib.* 2. *art.* 13. Reinh.
d. differ. poenali. 12. Chil. in *pract. tit. De poenis*:
exce-

exceptis certis quibuſdam & ſpecialibus falſi ſpeciebus, Ang. in *l. ubi.* 22. *C. eod.* in quibus præſtituta eſt pęna mortis, ut in ſervis generatim, *l.* 1. *in fin. De falſ.* & hoc §. verſ. *ejuſque in liberis. eod.* in crimine ſuppoſiti partus, *l.* 1. *C. eod.* in eo, qui falſo principis reſcripto utitur, *d.l. ubi.* juncta Gloſſ. *pen. C. eod.* Sal. *l. majorem.* 4. *nu.* 1, in fin. *C. eod.* in notario falſum inſtrumentum immunitatis conficiente, Bar. *l.* 1. per illum text. *C. De immun. non conceden. lib.* 10. & Rom. *ſing.* 385. *pone.* Ang. *tract. maleſic.* verb. *falſario. numer.* 48. quod etiam alios notarios, qui multis per falſa inſtrumenta impoſuerant, obſervatum vidi: nempe, ut gladio percuterentur: quam etiam pœnam decernit Ang. ci, qui multa Reipub. acta combuſſit, ne veritas appareret, in *d. l.* 1. *& d. l. ubi C. eod.* & Carrer. in *pract. crim. titul. De falſ.* etiam tum, quando multi ſunt per falſarium defraudati Ang. *praall. loco.* Nam non tantùm ordo procedendi, ſed etiam pœnæ delictorum ſunt arbitrariæ, Cujac. *tit. De pub. jud.* cum ſeq. Bart. *l. ſi quis viduam.* 5. *Dr qu.* ſic ut extendi ad mortem poſſint, ſecundum communem, Gloſſ. §. *in ſumma.* ſupr. *De injur.* Bart. *l. ult. ubi pupill. educar. deb.* Bald. *c.* 1. §. *injuria. De pac. jurament. firm.* quam propugnat Maranta in *ſpeculo aureo part.* 4. *diſtin.* 1. & in *diſput.* 3. per *tot. tit.* ſcilicet in his, quæ ſunt genere ſuo capitalia, Jaſ. *l. etſi.* 5. *num.* 3. *C. Si contra jus vel util.* Marant. *praalleg. loco.* Tutius tamen eſt in caſibus, non exceptis acquieſcere in regula, Dec. & DD. *l.* 1. *De reg. jur.* nec pœnam egredi lege ſtatutam, *l.* 1. §. *ſed non. Ad Senatuſconſult. Turpil.* qua judex nec mitior, neque ſeverior eſſe debet, §. *oportet* in Auth. *De jud.* latè Tiraq. *De pœnis,* in princ. niſi ex juſtis cauſis, quarum complures (nonnullas tamen infirmas) cumulat Tiraq. *d. tract.* per totum. Quamobrem noſtri quoque conſtituunt, in crimine falſi non poſſe judicem extra caſus exceptos pœnam mortis arbitrari. Alexand. *conſ.* 55. *in cauſa. num.* 1. 2. *lib.* 7. Imol. *l.* 2. *num.* 4. *De publ. judic.* & in *c. inquiſitionis.* 21. Gloſſ. verb, *alioquin. De accuſat.* Eſt igitur duplex falſi pœna: una major, videlicet mortis, *d.l. majorem.* ubi Salic. *C. De falſ.* altera minor, nempe deportatio, Capitius *deciſ.* 30. Gloſſ. Panorm. & DD. in *c. ad falſariorum.* 7. *De crim. falſ.* Pariſ. *conſil.* 124. *li.* 4. *num.* 15. ubi dixit, pro qualitate delicti etiam aliquando pœnam capitis decerni, aliquando verò non. Sed nec in Clerico eſt pœna falſi corporalis, verùm depoſitio, jure Canonico. *d. c. ad falſariorum.* ubi DD. *De falſ.* Rom. *conſ.* 365. *queritur. num.* 2. 3. Denique & ordinaria pœna mitigatur, vel alteratur interdum in aliam, ut in amputationem manus, *Nov.* 17. & 42. relegationem, *l. qui duob.* 31. *l. falſis.* 13. §. 1. *l. antep.* cum ſimilibus, *ff. Hoc tit.* Jaſ. in *l. pen. C. Si contra jus, vel utilitatem publicam.* Adjacet factum, *l. quid ſit falſum.* 23. *eo.* non cœptum, ſed conſummatum, *l. qui falſam.* 19. *ff. eo.* cum dolo malo. *d. l. eos.* 27. *eo.* Affinia † ſunt furtum, *l. inſtrumentorum.* 11
16. aliàs eſt *l. Paulus. ff. eod.* Corn. *conſ.* 45. *num.* 3. & 4. *lib.* 1. mendacium *l. quid ſit.* 23. in fin. *eod.* dolus Bar. *d. l. quid ſit*, & quævis veritatis immutatio, depravatio, calumnioſa interpretatio, *l.* 1. & paſſim, *ff. eod.* Bart. in *d. l. quid ſit falſum.* Item non veriſimile, quod habet imaginem falſitatis, *c. ſuper.* 5. *De renun.* Contraria, veritas: Corn. *conſ.* 45. *nu.* 3. 4. *lib.* 1. ignorantia facti, *l. qui ignorans.* 3. *ff. eodem.* non juris, *l. divus.* 15. in princ. *eod.* error, *l. impuberem.* 22. §. *item.* 2. *eodem.* doli defectus, *l. impuberem.* 22. in prin. *eod.* *l. legr.* 4. *De ſicar.* latè Tiraq. *De poen. cauſa.* 10. & 44. pœnitentia, *l. qui falſam.* 19. *eod.* ante delictum perfectum, *d. l. qui falſam.* verſ. *ſi id totum formare noluerint*, ubi Gloſſ. & DD. & *l.* 1. *De extraord. crim.* nam illo perfecto, nemo pœnitentia deſinit eſſe nocens, *l. qui ea.* 67. *De furt.* quia factum infectum reddi nequit, *l. in bello.* 12. §. *facti.* 2. *De captiv. & poſtlim. reverſ.* ex cauſa tamen pœnitentiæ pœna mitigatur, Hipp. *d. l. qui falſum.* Tiraq. in *tract. De poen. cauſa.* 28. Eſt etiam contraria præſcriptio 20. annorum, de qua in *l. querela.* 12. *C. eod.*

§. 7. Item lex Iulia de vi.

VIII. Vis publica.
IX. Vis privata.

1. *Differentia vis publica, & privata.*
2. *Accuſatio, & probatio.*
3. *Pœna vis publica.*
4. *De pœna minantium ac diffidantium.*
5. *De vi privata, & ejus pœna.*

1 QUidquid † per vim fit, aut in vis publicæ, aut privatæ crimen incidit, *l. hoc jure.* 194. *De reg. jur.* Vis publica committitur armis, privata ſine armis, §. *recuperandæ.* in fin. ſup. *De interdict.* Armorum appellatione non tantum gladios, verum & fuſtes, lapides, ac quidquid nocere poteſt, accipimus, *l. armatos.* 9. *ff. De vi pub. d.* §. *recuperandæ*: Paul. *l.* 5. *tit.* 3. Committitur etiam ſine armis vis publica à perſonis publicis, quæ vel inermes vim facere poſſunt: ut magiſtratus, officiales, &c. *l. lege.* 7. *eod.* Accuſatio † publica, & popularis eſt 2
tam ad reſtitutionem damnorum civilem, quàm pœnam criminalem, Mynſing. *obſ.* 34. *cent.* 4. *obſ.* 97. 98. *cent.* 1. *obſ.* 28. 29. *cent.* 2. Probatio damnorum, ut jure communi fit per jusjurandum vim paſſi, *l. ſi quando.* 9. *C. Unde vi*: ſic moribus noſtris per taxationem, ſeu æſtimationem ab eodem factam, quam debet violentus, niſi quatenus jurejurando ſuo minuere velit: idque non tantùm in damnis rerum, ſed etiam vulneribus, ac mutilatione,

tione, vel debilitatiooe membrorum perſonæ oblata ſervatur. Cur enim minus, an non major eſt vis illata perſonæ, quam rebus? DD. *l.* 3. *De juſt. & jur.* ubi Bart. *nu.* 7. Jaſ. *nu.* 25. per *l. ſancimus.* 27. in fin. *C. De ſacroſan. Eccleſ.* De hac taxatione vide *art.* 47. *lib.* 3. Chilia. *ca.* 136. *nu.* 4. *in pract.* & ita pronunciari ſolet: *So hoch als jhr evvren ſcaden angeben vverdet, vnnd er mit ſemem cydt nicht verminderen dnffte, odei Fonte, iſter evch zuerlegen*
3 *und abzuragen ſchuldig.* Pœna † vis publicæ olim erat aquæ & ignis interdictio *l. qui dolo.* 10. in fin. *De vi publ.* poſt cœpit eſſe deportatio, ut hoc §. *quæ illi ſucceſſit*, *l.* 3. *De pecul.* ea eùm annexam habeat bonorum publicationem, *l.* 6. 7. *& tot. tit. De interdict. & relegat. l. bona.* 39. *De jur. fiſci:* damnato de vi bona adimebaotur, *l. ſi quis.* 7. ubi Bald. *num.* 11. *C. eod.* Cic. in *epiſt. ad Brutum.* Sed hujus mentionem hic quoqoe, ut in §. *ſuperiore*, omiſſam puto, ob novum jus Auth. *Bona damnatorum. C. De bonis damnat.* Cæterùm ut in atrocioribus falſi, ſic etiam vis publicæ criminibus pœna capitalis aſt, ut in auctoribus ſeditionis crux. *l. ſi quis.* 38. §. 2. *De pœn.* Paul. *lib.* 5. *tit.* 22. in aliis gladius, *l. capitalium.* 28. §. *ſolent. De pœn.* Item in incendiariis, *l.* 5. *ff. eodem tit.* oppugnatoribus, effractoribus, expilatoribus alienarum ædium & villarum, *l.* 4. *l. penult. ff. eod. l.* 1. *C. Quando lic. unicuique:* & generaliter in ſervis, *l. ſervos.* 8. *C. eod.* & quoties ex vi cædes eſt inſecuta, *l. quoniam.* 6. ubi Bart. *C. De vi publ.* §. *ſi quis hominem. De pace tenen.* Ex ordinationibus Imperii pœna fractæ pacis publicæ tenentur, Mynſ. *obſer.* 28. 29. *cent.* 2. quæ eſt bannum publicum, Mynſ. *obſer.* 98. *cent.* 1. jure Saxonico pœna gladii *art.* 13. *lib.* 2. in verſ. *und den friedbrechern. & art.* 38. junct. Gloſſ. *num.* 5. *lib.* 3. qoo loco etiam verberantes & captivum hominem ſacientos privata auctoritate, gladio quoque plactuntur, *d. art.* 13. ex *l.* 1. in fin. *C. De privat. carc.* Sicut & graſſaotes abſque latrocinio, *d. artic.* 13. *ordin. parte.* 4. *conſtit.* 13. (nam latrones rota coofringuntur, *d. art.* 13.) & inſidiantes, *d. conſtit.* 13. diffidantes, *part.* 4. *conſt.* 14. 15. niſi ante conſummatum delictum pœniteant, *part.* 4. *conſt.* 16. quod intelligitur ante quàm hoſtilia *als ubebrieffe, brandzeichen*, ſiot affixa, nec ullum damnum ſit ſecutum: ſecus ſi per appoſitionem terror diſſidatis incuſſus, & ſumptus in vigilias, ac deſenſionum præparationem factus: ut in *ordinat. Imp. c.* 128. 129. & in his terris conſtitutum, ac hactenus obſervatum eſt. Incendiarii, qui ignem ſubjecerunt *die fewr angeleget haben* quanquam regulariter igoe conſummantur, juxta *d. art.* 13. mitigatur tamen illis pœna, ut gladio tantùm feriantur, ſi incendium conſecutum non ſit, *ordin. part.* 4. *conſt.* 17. cæteri verò omnes, qui vim cum armis alicui faciunt extra graſſationis, & cædis cauſam, capite non puniuntur moribus noſtris: ſed plerunque carcere, relegatione, fuſtigatione, aut etiam manus amputatione, ut ſæpius obſervatum ſcio: pro quo facit *ordinat. part.* 4. *conſt.* 13. *circa fin.* Sicut
4 † & qui minantur alicui, ſi ſiot formidoloſi, ſolent carcere detineri, donec cautionem præſtent de non offendendo, Bart. & Imola *l. hac autem.* 4. *ff. Si cui plus, quàm per l. Falcid.* DD. *l. illicitas.* 6. §. *ne potentiores. ff. De offic. præſ. l. qui bona.* 13. §. *ſi quis. De damno infect.* Ang. *tract. malefic.* verb. *verba injurioſa. num.* 8. Sed cum tam levis ſit pœna minarum, diffidationum autem capitalis, etiamſi effectus, puta cædis, incendii, ſecutus non ſit, quemadmodum hæc diſtinguemus? Equidem *ordin. par.* 4. *conſt. prover.* 15. ſtatuit indiſtinctè, diffidationem eſſe, ſive purè, ſive conditionaliter hoſtiles literæ miſſæ ſint, ut niſi intra 10. dies, 1000. dederis, tranſegeris, &c. hoſtilia expecta: & meritò. Nam æquè ſic terror incutitur, ac aliis purè ſcriptis, & plerunque ioiqua petunt, qui vi, quàm jure, agere maluot. Non tamen ſatisfacit ibi nigrum rubro, hoc eſt, non declarat, quod titulus promittit: *was fur unterſcheidt unter drewworten, und abſage oder uheden ſein.* Ego ſic diſtinguere ſoleo: Aut quis minatur, quod tantùm privatum aliquem concernit: & tunc verba vel literas tale quid minitantes habeo pro ſolis minis: ut ſi quis minetur alicui gladium, pugnam: *oder das er eine Fugel wil mit im wechſelen, oder durch in ſchieſſen*, &c. Diffidationes autem, & hoſtilia, *als uhede und abſage*, ſonant in publicum: ſicut hoſtes, & hoſtilia non pertinent ad unum aliquem; ſed totum populum, vel univerſitatem, *l. hoſtes.* & paſſim, *De cap. & poſtlim. reverſ.* Ergo pro diffidationibus eas duco literas, vel diffidationes, quibus pax publica violatur, & unde hoſtilia toti communitati ſunt expectanda, ſive ad unum, ſive totam commuoitatem dirigatur diffidatio: ut quando minatur aliquis incendium, dato etiam, quod uni minetur de univerſitate, aut in uuius inimici ſui ædibus ſignum inflammationis appendat. Nam tales minæ pertinent ad totam communitatem, cui toti incendium unius domus nocere poteſt, ut quod proxima quæque ſoleat arripere, ſicut veriſſimè dicitur: *Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.* Cum igitur talibus minis, vel ſignis turbetur, atque ideo violetur pax publica communitatis, Bart. *l. injuriarum* §. *ult. nu.* 1. *De injur.* Bald. *l. ult. nu.* 4. *C. Fin. reg.* & in *l. momentanea.* 8. *l. ſi quis in tantam.* 7. *C. Unde vi:* & conterreantur vicini, ſic ut cogantur omnes vigilias agere, in metu eſſe, domo ſe continere, nec perinde egredi ad agriculturam, & alia negotia poſſint, ſed domus ſuas ſinguli, aut plerique defendere compellantur: iſto caſu exiſtimo ejuſmodi pro diffidationibus, & hoſtilibus, eoque capitalibos criminibus eſſe habenda: ſive ſpeciatim incendii fiat mentio, vel ſigno appoſito illud deouncietur: ſive generatim hoſtilia alicui ſignificentur. *Als wann man einem abſaget oder feindſchafft zuſchreibet und entbieten leſſet.* Nam cùm hoſtes, *abgeſegte feinde*, deprædari, interficere, inceodia facere, captivos facere homines ſoleant, qnoniam incurrunt in pacem publicam, *tit. De pace tenen.* & capitalia ſint, *Landr. lib.* 2. *art.* 13. ideo ex his ſemper conſequitur terror totius communitatis, & violatio pacis publicæ, quod per ſe delictum eſt capitale, etiamſi aliud oihil ſequatur, *d. art.* 13. quod diſcrimen etiam diligenter expendenti ordinationes Imperii, & principis noſtri hac de re provinciales, dilucidius, ut opi-

nor

5 nor, conſtabit. Vis † privata fit ſine armis, §. *recuperandæ*, ſupr. *De interdict.* ut ſi quis convocatis hominibus aliquem verberet, *l. 2. ff. eod.* aut pugno, *l. item. 5. §. 1. De injur.* nam etiamſi hic præſtò ſit injuriarum actio, ut ibi dicitur, tamen eſt & criminalis de vi privata: quoniam omnis vis, quæ non eſt publica, in hanc incidit, *l. hoc jure, 152. ff. De regul. jur.* Item ſi alicui quid auferat, *l. 3. eodem*, ut pignus, *l. 1. & 5. C. eodem*, alienum occupet, *l. 5. eodem.* quamvis ſibi debitum, *l. 5. l. penul. l. ult. eod. l. extat. 13. quod met. cauſ.* DD. *l. creditores, 3. C. De pignor.* Sed quid, ſi turbet aliquem in poſſeſſione? negat hoc nomine publicam eſſe actionem, Bart. in *l. injuriarum. 14. §. ult. De injur.* & hanc opinionem vult ibi Alexand. eſſe communem: quamvis alioqui criminaliter etiam vindicari poſſit, Bald. in *l. ultim. numer. 4. C. Fin. regund.* Boſſ. *De pluribus violentiis, numer. 48.* quia propriè non eſt vis, neque maleficium, Bald. *d. l. ultim.* Cyn. *l. 1. C. De acquir. poſſeſſ.* De quo valdè dubito, ſi turbatio dolo malo fiat: Bald. *d. l. ultim. numer. 4.* qui publicum delictum perficere ſolet in iis, quæ ſua natura ſunt ad hoc ordinata, *l. in lege. 7. De ſicar.* Illa tamen receptior eſt opinio Alber. & Cagn. *num. 2. in l. hoc jure. 95. De reg. jur.* per *l. ſervus. 30. De act.* non in omnibus licet obſtet generalitas, *d. l. hoc jure.* Quare putaverim iſtud eſſe arbitrarium. Quid enim, ſi quis vicini agrum conſitum noctu exaret, aut alioqui turbando palàm ei damnum det: an hæc vis privata publico judicio vindicanda non erit? Eodem tenentur, qui ſuper aliena lite ſocietatem, & pacta de quota faciunt, *l. 6. eod.* ex naufragio, incendiove rapiunt, *l. 1. in fin. eod.* Poſſunt eodem referri, qui ſine armis alicui in domo, vel antè ædes tumultum concitant, aut prælium faciunt, ut loquitur Bart. in *l. 1. §. ult. ad l. Jul. de vi pub.* non etiam qui alios tantum provocant: quoniam vis non verbis committitur, ſed facto, *l. 1. §. interdictum. Unde vi*, Fabr. *§. retinendæ, nu. 11. Inſtit. De interdict.* His tamen propterea quod cædes inde conſequi facilè ſolent, relegationis pœna novis conſtitutionibus præſtituitur, *p. 4. conſt. 9.* Et denique quæcunque vis, quæ non poteſt demonſtrari publica, in dubio pro privata eſt habenda, Dec. *l. hoc jure. 194. nu. 2. De reg. jur.* facit *l. interpretatione. 42. De pœnis*, Boſſ. in *pract. crim. c. De vi, num. 5. & tit. De pluribus violent. num. 75.* Pœna vis privatæ eſt publicatio tertiæ partis bonorum & infamia, *l. 1. ult. eod.* & hoc §. quæ ex omni publico judicio damnatum ſequitur, *l. infamem. 7. De publ. jud. l. 1. De his qui not. inf.* ſed quia jure Saxon. bona propter delicta non publicantur, ex Auth. *Bona. C. De bon. præſcrip.* idcirco pœna eſt apud nos hujus criminis arbitraria, carceris aut relegationis, ut in *d. conſtit. 9. par. 4.*

d. §. 7. verſ. Sin autem.

X. Raptus.

1. *Differentia raptus, & ſtupri.*
2. *Quomodo raptus committatur.*
3. *De ejus pœna.*
4. *An obtineat ſtupro non ſecuto.*

1 Raptus † aliud eſt, quàm ſtuprum, *c. Lex illa. 36. queſt. 1.* Hoſt. *in rub. De pœn. rapt. num. 1.* unde ſtatuta in raptu non trahenda ſunt ad ſtuprum. Hipp. *ſin. 65.* Cuman. *conſ. 97.* Alber. in 3. *parte ſtatutorum, queſt. 30.* Gan. *in tract. maleſic. tit. De malef. queſt. num. 19. & 20.* ut verbi cauſa, pœnæ conſtitutæ, in *l. unic. C. De rapt. virgin.* non ſunt ad ſtupra porrigendæ. Eſt enim raptus gravior, quia vis accedit, & quidem publica, cum armis plerunque, ac tumultu, *l. 5. §. ult. Ad l. Jul. de vi public.* licet raptum ſæpè ſtuprum ſequatur,
2 ut *Geneſ. 34. 2.* Raptus † committitur, cum puella violenter à domo patris abducitur, ut corrumpatur, vel corrupta uxoris loco habeatur, ut *Geneſ. 34. 2. c. Lex illa. 36. queſt. 1.* niſi prius pactio de matrimonio præceſſit, *c. pen. De rapt. d. c. Lex illa. & c. Si quis virginem. 36 queſt. 2. c. Raptus. 37. queſt. 2.* quibus canonibus mitigata eſt pœna, *l. unic. C. De rapt. virg.* Nam ea lex in §.
3 *quibus connumeramus.* etiam raptus † pœna afficit eum, qui ſponſam rapuit: quod durum eſſet ſervari: unde ſignanter additum eſt in *ordin. Imper. cap. 118. unehrlicher Weiſe entführet.* Ex quo ſequitur, aliud ſervari, ſi ex cauſa conjugii fiat: propter exemplum tamen arbitrariè puniri talis poteſt. Sed & in aliis pœna ejus legis mitigata eſt, ut propter conſenſum mulieris, qui tamen ibi non attenditur, *l. unic. §. & ſi quidem.* ubi Gloſſ. verb. *volentibus.* Etenim moribus noſtris ſi mulier conſenſerit, tantùm fuſtigatio decernitur, Gloſſ. *Landr. lib. 2. art. 13.* Carrer. *in pract. crim. §. hinc nacta occaſione. fol. 206.* Hipp. *d. l. unic.* quod & in proximo conventu receptum eſt. Nuptias quoque *d. l. unic.* inter raptum, & raptam prohibet: at lex canonica admittit, extrà *De raptor.* & *36. queſt. 1. 2.* quod etiam ſervatur, & hoc caſu pœnam ſupra relegationem non oportere extendi placuit. In hiſtoria tamen divina, *Gen. 34.* talis impeditur reconciliatio, & funeſtiſſim. exitu, tam raptoris, quàm complicum, oſtenditur ſcelus eſſe capitale.
Sanè † quanquam jure civili communius receptum 4
videtur, pœnam *l. unic.* & hujus §. nempè capitalem gladii in rapientem, & ejus auxiliatores (qui olim infuſo in os liquente plumbo puniebantur, *l. unic. C. De rapt. virg.* cujus apud Horat. *l. 1. Carm. od. 35.* mentio fit: nec ſeveris uncus abeſt, liquidumque plumbum) non obtinere, ſi ſtuprum non ſit conſecutum. Clar. *lib. 5. Sent. tit. De rapt.* Public. *in conſuet.* Alvar. *eod.* Boer. *deciſ. 316.* tamen apud nos obtinuit contraria ſententia, Jaſ. & Boſſ. *in pract.*

legi, & qui templa effringunt, reſque ſacras depeculantur, jure commoni capite puniuntur, *l. ſacrilegi. 9. Ad leg. Jul. pecul.* Jure Saxonico rota, *art. 13. Landr. lib. 2.* ſecùs, ſi tantùm privatas ibi repertas auferaot: qoia tum potiùs, ut fores, puniuntur, *l. 5.* ubi Gloſſ. *ff. eod. De pecula.*

§. Sunt prætereà.

XII. Ambitus.
XIII. Repetundarum.
XIV. De annona.
XV. De reſiduis.

1. *Ordo ſtudiorum.*
2. *De crimine ambitus, & ejus pœna.*
3. *De crimine, & pœna repetundarum.*
4. *De crimine, & pœna flagellata annona.*
5. *De crimine, & pœna reſiduorum.*

SUot prætereà quædam publica judicia, quæ hic indicantur magis, quàm explicaotur. Nam eorum diligentior expoſitio de Pandectis aſt aſſumenda: qnò poſt Inſtitotiones ritè perceptas commodùm ſtudioſos Imperator hic transmit-
1 tit: oſteodens † hunc in diſcendo jure ordinem eſſe ſervandum, ut primùm Inſtitutiones, tum Pandectæ, poſtremò conſtitutiones principum enu-
2 cleentur. Nunc ad ipſa judicia. Duodecimum † igitur judiciom eſt ex lege Julia de ambitu, contra eos, qui pecuoia, & largitionibus honores, ſacerdotia, & magiſtratus ambiunt: quibos pœna deportationis, nnoounquam pecuniaria cum infamia præſtituta eſt, *l. unic. ff. Ad leg. Jul. De amb. l. unic. C. eod.* quæ & eos perſeqnitur, qui judicem corrumpunt, *d. l. unic. ff. eod.* Sed hos aliæ pœnæ ex conſtitutionibns maoent, *l. 1. 2.* cum Auth. *C. De pœna judic. qui mal.* Nundinantes verò ſacerdotia pœnæ quoque canonicæ ſimooiaci criminis te-
3 nent, de quibus *tit. De ſimon.* Decimum tertium † eſt Repetundarum, in eos, qui in officio conſtituti pecuniam, ut officium impertiaotur, pota ſenteotiam dicant: quod gratis præſtari debuit, *l. ult. De cond. ob turp. cauſ.* aut ut cootra officium faciant, acceperunt, *l. 1.* & *tot. tit. Ad leg. Jul. repet.* Eadem lege tenentur, qui ob denunciandum teſtimonium, vel non, pecuniam faciuot, *l. eadem. 6. eod.* quod judicium quatenus pecuniarium eſt, etiam in hæredes intra annum à morte ejus, qui arguitur, tranſit, *l. 2. l. ult. ff. eod.* & quidem dupliciter datur. Aut in quadruplum ejus, qood datum, acceptumve eſt, *l. 1. l. ult. C. eod.* Ioterdum in triplum, vel duplum. Aut. *Novo. C. De pœn. judic.* quam pœnam fiſco applicari vult Azo. *in rubr. C. eod.* parti verò læſæ, Cujac. *Ad Paul. lib. 5. tit. 28.* per *l. 1. C. eod.* aut ad pœnam extraordinariam exilii, *l. lex. 7. eod.* hoc eſt, deportationis, cùm exilium ſic à relegatione diſtinguat. Paul. *lib. 5. tit. 28.* & confirmat id Auth. *Nova jure. C. De pœn. jud.* quæ oxilio publicationem bonorum adjungit, quod proprium eſt deportationis, *l. deportatorum. 8. C. De pœn. leg. 6. & 7.* & *tot. tit. De interd. & relegat.* quam ex lege Jolia manare oſtendit Aſconios *in Verrin. 2.* confirmat Cujac. *præallegato loco*: item relegationis, Paul. *d. tit. 28.* & ab ordine motionis, Paul. *præall. loco.* Interdum etiam duriorem pro gravitate admiſſi, ſi ob hominem innocentem necandum pecuniam acceperint, vel licet noo acceperint, inordinato tamen indocti affectu morte multarunt, quem non debuerant. *d. l. lex Julia.*
7. in fin. *eod.* Decimum quartum † eſt ex lege 4
Julia de annona proditum in eos, qui annonam vexant, qnò carior fiat: qui & ipſi extra ordinem puniri ſolent, *l. annonam. 6. De extraord. crim. l. ſoler. 3. §. liberalia. De feriis.* non tamen animæ amiſſione, ut hic dicitur: ex quo licet argumentari, pœnam arbitrariam ad mortem regolariter oon eſſe extendendam, qua de re Marant. *in Spec. aureo. part. 4. diſt. 1. num. 59.* com ſequent. & io *diſput. 3.* Deci-
mum quintom † fluit ex lege Julia de reſiduis, 5
qua tenentur, qui pecuniam publicam ſibi concreditam in alios, qoàm oportuit uſus conſompſerunt *l. 2. l. 4. l. ult. De peculat.* Item qui in rationibos publicis relinquantur, *l. 1.* cum ſequent. *De pecul.* Doar. *diſput. lib. 2. cap. 26.* apud quos pecuoia publica poſt annum ab officio exacto reſidet, *leg. 4. §. lege. l. cum eos. 10. eod.* Et hac qnidem lege damnatus, amplius tertia parte, quàm debet, punitur, *l. 1. §. ſed & qui. l. 4. §. ſed & qui. Ad leg. Jul. pecul.* quod alii de triplo, alii de quadruplo, alii aliter accipiunt, ut videre licet apud Gloſſ. *d. l. 4. §. ſed & qui.* Cæterùm cùm verba ſint aperta, non eſt opus coojecturis, *l. continuus. §. cum ita. De verb. oblig.* Ergo qui 300. reliquatur, tertiam amplius partem, hoc eſt 100. ultra inferet, atque ita in ſimilibus. Quòd ſi etiam reticeantur, vel occultentur rationes, in duplnm pœna eſt, *l. excellentia. 9. C. De erogatione militaris annona, lib. 12.* cum ea fraus à forto nec manifeſto parum abſit, *l. 1.* cum ſequ. *De tutel. & rat. diſtra.* Sed hæ nunc pœnæ civiles locum habere poſſunt, ſi tantùm relinquantur adminiſtratores, & debitum ultrò confiteaotur, ut rectè Fab. hìc. *num. 3.* Cæterùm ſi perfidè agant, ſubtrahant, ſubticeant, & in admioiſtrationis ratione dnloſè verſentur, plectendi videntur duriùs. *§. coges.* in Auth. *De mandat.*

prin. Cæpol, Autb. *Sed novo jure. num.* 15. *C. De ſerv. fug.* Lud. Ro. *ſing.* 379. etiam ex ordinationibus Imperii, *c.* 170. Quanquam Ang. hìc circa finem etiam pecuniariis tantùm pœnis locum eſſe vult, quoties perfidiosè, ac malè concreditæ pecuniæ adminiſtrantur: & Boſſ. *in pract. crim. tit. De decret. Mediol. num.* 14. ait, optima ratione ſtatutum Mediolanenſe factum eſſe, ne contra hos criminaliter procedatur: quocirca non alienum eſt de bis, certis, & ſpecialibus ſtatutis aliqnid caveri, ſicut in his terris cautum eſt, *ordinat. part.* 4. *conſtitut.* 41.

Abſolutis actionibus, & judiciis privatis, tranſitum Imperator facit ad judicia publica: de quibus cur ſeparatim tractetur, initiò exponit: pòſt definitionem publicorum judiciorum, ſubinde diviſionem, ac poſtremò ſpecies diviſionis ſingulas proponit.

Ante diviſionem hujus Tituli duo præludia præmittas; primò quid ſit publicum delictum, ſecundo ſpecies ad §. 1. *hoc tit.*

Quibus delibatis duas proponas partes.

1. Delicta capitalia exhibeat, §. 2. 3. 4. & 5.

2. Delicta non capitalia innuat, §. 6. cum ſeqq. uſque ad finem tituli.

§. 1. Publica judicia.

Publica judicia neque per actiones ordinantur, neque omninò quicquam ſimile habent cum cæteris judiciis *a*, de quibus locuti ſumus: magnaque diverſitas *b* eorum eſt, & in inſtituendo, & in exercendo *c*, Publica autem dicta ſunt *d*, quòd cuivis ex populo *e* executio eorum plerunque datur *f*. Publicorum judiciorum quædam capitalia ſunt, quædam non capitalia *g*. Capitalia dicimus *h*, quæ ultimo ſupplicio afficiunt, vel aquæ, & ignis interdictione, vel deportatione *i*, vel metallo k. Cætera ſi quam infamiam irrogant, cum damno pecuniario, hæc publica quidem ſunt *l*, non tamen capitalia.

1. *Definitionem hic nominis tradi, non rei: & nu.* 2. *unde publica judicia dicta, ibid.*

3. *Capitalia judicia quæ: & nu.* 4.

Definitio, & diviſio publicorum judiciorum.

a Cæteris Judiciis. Sive ex maleficio, ſive contractu oriantur.

b Diversitas, In cauſa efficiente, materia, forma, fine, effectu.

c Et In Exercendo. *L. ordo.* 8. *De public. judic.*

1 *d* Dicta Sunt. Nota † hic definitionem nominis tradi, non rei: nam publica à populo dicuntur, ut populica, *l. bona.* 15. enm ſequent. *De verbor. ſignific.* & ſignificant plerunque ea, quæ cuique de populo competunt, *§. publica. §. univerſitatis.* ubi dixi ſupr. *De rer. diviſ. l.* 6. *De contrah. empt. tot. tit. Ne quid in loc. publ.* Sic publicæ, vel populares actiones, vel accuſationes dicuntur, quæ omnibus, & cuilibet patent. *l.* 1. *De pop. act. §. conſequens*, ſupr. *De ſuſp. tut. l.* 1. *§.* 4. *ff. eod. tit.* publicæ turbæ. *§. fugiunt.* in Auth. *Ut jud. ſine quor. ſuffrag.* publicum jus, hoc eſt, omnibus commune, *l.* 33. in fin. *l.* 39. *§. ult. De excuſ. tut. l.* 8. *De tutel. l.* 29. *De teſtamen. tut. l. jus publicum*, 38. *De pact.* Non igitur culpanda eſt definitio nominis hic tradita: illud potius, quòd omiſſa rei ipſius, de qua hic agitur, deſcriptio, quæ ſubjici debebat, & quæ à definitione nominis longè, latèque diſtat. Publica enim judicia perhibentur, quæ cuivis ad agendum patent (ſic enim nihil differrent à popularibus actionibus, & multis interdictis) ſed quæ lege publica, de vindicando crimine, ad Reipubl. exemplum pertinente, ita conſtituta ſunt, ut ejus certa, & ordinata quæſtio non ad aliquem magiſtratum vi ſuæ juriſdictionis, *l.* 1. *De offic. ejus cui mand. eſt. juriſd.* ſed ad populum pertineat, *l.* 1. *De pub. judic.* Cicer. *in pretura urbana Verris*: Cornelia, inquit, teſtamentaria, nummaria, & aliæ complures, quibus non jus aliquod novum populo conſtituitur, ſed ſancitur, ut quod ſemper malum facinus fuerit, ejus quæſtio ad populum ex certo tempore pertineat, &c. De forma & pœnis horum, nonnulla Cujac. lectu digna habet, *lib. obſervat.* 8. *cap.* 33.

e Ex Populo. Juxta *l.* 8. 9. cum ſequ. *De accuſat.*

f Plerunque Datur. *L.* 1. *De ſuſpect. tut. l. palàm.* 43. *§.* 4. *De rit. nupt. l. quamvis.* 30. *C. De adult. l. lege.* 30. *De falſ.* Eſt † autem hæc tantùm, 2 ut dixi, definitio nominis generalis, qua etiam populares actiones comprehenduntur, *l.* 1. *De pop. act. l. cum.* 30. *§.* 3. *De jurejur.* Propriè autem publica

blica judicia dicuntur, & ſunt, lege prodita, de crimine, quod publicam rem populi violat, cujuſque ad univerſos injuria pertinere exiſtimatur, & de quo ea propter quæſtio, atque executio certa forma populo, aut cui populus jus ſuum tribuit, ex lege committitur: cujuſmodi de quibuſdam atrocioribus criminibus ſunt conſtituta, publica nominatim judicia, *l. 1. & tot. tit. De pub. judic.* quia non ſunt magiſtratuum, qui illa exercere nequeunt, ſed populi, qui in quæſtionem eam certos dat quæſitores: ut in Milonem, &c. Verùm illa in libera Repob. obtinuerunt. Sub Auguſtis, & præſertim Juſtiniani tempore, publica judicia fuere extraordinaria, & popularia, atque ab his minimum diſtare cœperunt: ut non prorſus mirum ſit initio titoli communem hic quandam definitionem tradi, quæ accommodari utrislibet poſſit.

g Non Capitalia. *L. 2. eod. tit.*

h Capitalia Dicimus. Quæ † vel natu- 3
rali morte afficiunt, vel civili: hoc eſt, caput civitati eximunt, *l. qui cum. 14. §. 2. De bon. lib. l. edicto. 13. De bon. poſſ. l. cum. 10. De jur. patro.*

i Vel Deportatione. Quæ in ejus locum ſucceſſit, *l. 2. De pœn.*

k Vel Metallo. *D. l. 2. De pœn.* Modeſt. Licet, † inquit, capitalis Latinè loquentibus 4
omnis cauſa exiſtimationis videatur, tamen appellatio capitalis, mortis, vel amiſſionis civitatis intelligenda eſt, *l. licet. 103. De verb. ſign.*

l Publica Quidem Sunt. In genere ſcilicet publicorum, *d. l. 2. De pub. jud.* quæ omnia infamant, *l. infamem. 7. De pub. jud.*

§. 2. Publica autem judicia hæc ſunt.

Publica autem judicia hæc ſunt: Lex Iulia Majeſtatis, quæ in eos, qui contra Imperatorem, vel Rempublicam aliquid moliti ſunt, ſuum vigorem extendit. Cujus pœna animæ amiſſionem ſuſtinet, & memoria rei etiam poſt mortem damnatur *a*.

Primom judicium publicum, & ſummum, Majeſtatis imminutæ.

a Damnatur. *L. 1. l. ult. & tot. tit. Ad leg. Jul. Majeſt.* ubi in *Parant.* dictum eſt, *l. 3. De pub. jud.*

§. 3. Item lex Iulia.

Item lex Iulia *a* de adulteriis coercendis, quæ non ſolùm temeratores alienarum nuptiarum gladio punit *b*, ſed & eos, qui cum maſculis nefandam libidinem exercere audent *c*. Sed eadem lege Iulia etiam ſtupri flagitium punitur *d*, cum quis ſine vi *e*, vel virginem, vel viduam honeſtè viventem ſtupraverit *f*. Pœnam autem eadem lex irrogat ſtupratoribus, ſi honeſti ſunt, publicationem partis dimidiæ bonorum: ſi humiles, corporis coercitionem *g* cum relegatione *h*.

1. *Adulterii pœna.* 2. *Adulterii, & ſtupri differentia.*

II. De adulteriis, & ſtupris.

a Lex Julia. Auguſt. *l. 1. De adult.* cujus varia fuerunt capita. Briſſ. *De adult.*

b Gladio Punit. Tempore ſcilicet Juſtiniani, quo & ſcriptæ ſunt Inſtitution. & leges ad
1 uſum illorum temporum accommodatæ. Illa † autem ætate, ex lege Julia (ſcilicet interpolata, ſicut etiam factum in Cornelia, & Pompeja. Cujac. *ad Paul. lib. 5. tit. 23.*) adulteria gladio puniebantur, *l. quamvis. 30. C. De adult.* cum antea leg. Juliæ pœna, tantùm deportatio eſſet in militibus, *l. 2. §. miles. 3. De his qui not. infam. l. qui cum. 4. §. adulterii. De re milit. l. miles. 11. De adult.* relegatio in paganis, *l. ſi quis viduam. 5. De quæſt. l. 6. De divort.* Tac. *lib. 4.* Cujac. *Obſerv. lib. 6. cap. 11.* quarum utravis in ſuos, & extraneos animadvertiſſe Auguſtum, hiſtoriæ, pœnæque Juliarum, Ovidii, & aliorum oſtendunt: ex ſententia nimirum avunculi Julii: qui pleriſque quamlibet capitalibus delictis pœnam exilii præſtituit, quòd morte graviorem exiſtimaret, ut luculenta oratione apud Saluſtium confirmat *in Catil.* Utrum autem poſteà ſupplicium Conſtantin. huic flagitio præſtituerit, dubitari poteſt. Videtur enim id ejus conſtitutioni à juris compoſitoribus adjectum eſſe, cùm nihil ejuſmodi extet in eadem, *l. quamvis. 19. tit. De adult. in C. Theodoſ.* Vide Cujac. *d. cap. 11. lib. 6.*

c Exercare Aodent. Hoc ipſum quoque eſt ex ſequentium Imper. conſtitutione, *l. cum vir.* 31. *l. fœdiſſimam.* 20. *C. De adult.* Loquitur igitur de lege Jolia, non pront initio fuit lata, ſed qoomodo illis temporibus in uſu habebatur: ſicut & poſtea de reliquis leg. pub. jud.

d Punitor. *L.* 6. §. 1. *De adult.*

e Sine Vi. Rectè: nam aliud io violento, ot paulò pòſt dicemus.

f Stopraverit. Adulteriom † in nuptam, ſtuprum io viduam, virginem, puerum ingeouom committitur, *l. inter.* 101. *De verb. ſign. l. ſtuprum.* 34. *De adult.*

g Corporis Corrcitionem. Verberationem.

h Cum Releoatione. *L. humilem.* 7. *C. De inceſt. nupt.* quod accipiendum eſt de ſtupro non violento: nam violentom gladio punitur, ut volunt DD. *l.* 1. *De extraord. criminib.* §. *item.* 7. inf. *eod.* quanquam text. ille de raptu, non ſtupro violento loqnatur, ioter quæ diſerimen eſt. Vide io *Parat. tit. De adult.*

§. 4. Item lex Cornelia.

Item lex Cornelia *a* de ſicariis, quæ homicidas ultore ferro perſequitur *b*, vel eos, qui hominis occidendi cauſa, cum telo ambulant. Telum autem (ut Cajus *c* noſter *d* in interpretatione Legis duodecim Tabularuın ſcriptum reliquit) vulgò quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: ſed nunc omne ſignificatur, quod mittitur manu: ita ſequitur, ut & lapis, & lignum, & ferrum, hoc nomine contineatur: dictum ab eo, quod in longinquum mittitur: à Græca voce figuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ. Et hanc ſignificationem invenire poſſumus & in Græco nomine. Nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι: quod admonet nos Xenophon. Nam ita ſcribit *e*: καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. Sicarii *f* autem appellantur à ſica, quod ſignificat ferreum cultrum. Eadem lege *g*, & venefici capite damnantur *h*, qui artibus odioſis, tàm venenis, quàm ſuſurris magicis *i* homines occiderint, vel mala medicamenta publicè vendiderint.

1. *Sicariorum pœna ex lege Cornelia.*

III. De ſicariis.

a Lex Cornelia. Lex Cornelii Syllæ dictatoris. Paul. *lib. Sent.* 5. *tit.* 23.

b Persequitur Ferro. Hic locus oſtendit, non alienam eſſe interpretationem, qua legem Juliam diximus aecipiendam eſſe de ea,
1 quæ tum temporis in uſu habebatur. Nam † & lex Cornelia non gladio, ſed interdictione aquæ, & ignis, ſeu deportatione cædem coercebat, *l.* 3. §. *penult. De ſicar.* Verùm poſtea pœna gladii cœptum eſt in homieidas animadverti, *d. l.* 3. io fio. §. 4. homiliores ſeilicet, *d. l.* 3. *pen. De ſicar.* nam in altioribus manet legis pœna, nempe deportatio, *d.* §. *pen. l. Divus.* 15. *De pœn.* Loquitur igitur & hie de leg. Cornel. non prout loitlo lata eſt, ſed ſicut in uſu habebatur interpolata.

c Ut Cajos. *L. ſi calumnietur.* 233. *De verb. ſignif.*

d Nostar. Cur ita appellet, in Procemio expoſitum eſt.

e Scribit. *Lib.* 5. *ἀναβάσεως.*

f Sicarii. Propriè latrooes, & graſſatores. Ioſeph *lib. Antiq* 1. ſed per abuſum omnes homicidæ ſic appellantur. Quint. *lib.* 10. *cap.* 1.

g Eadem Lroa. Velut nunc habetur interpolata ex Cooſtitnt.

h Capite Damnantor. *L.* 1. *l.* 3. *ff. eod.* Plos eoim eſt hominem veneno occidere, quàm gladio, *l.* 1. *C. De malef. & mathemat.*

i Susorris Magicis. Plinios *libr.* 28. *cap.* 2.

§. 5. Alia

§. 5. Alia deinde lex.

ALia deinde lex aſperrimum crimen nova pœna perſequitur, quæ Pompeja de parricidis vocatur: qua cavetur *a*, ut, ſi quis parentis, aut filii, aut omninò affectionis ejus, quæ nuncupatione parricidii continetur *b*, fata præparaverit (ſive clàm, ſive palàm id enìſus fuerit) nec non is, cujus dolo malo id factum eſt, vel conſcius *c* criminis exiſtit *d*, licet extraneus ſit, pœna parricidii puniatur: & neque gladio, neque ignibus, neque ulli alii ſolemni pœnæ ſubjiciatur, ſed inſutus culeo cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia, & inter eas ferales anguſtias comprehenſus (ſecundum quod regionis qualitas tulerit) vel in vicinum mare, vel amnem projiciatur: ut omnium elementorum uſus vivus carere incipiat, & ei cœlum ſuperſtiti, & terra mortuo auferatur *e*. Si quis autem alias cognatione, vel affinitate perſonas conjunctas *f* necaverit, pœnam legis Corneliæ de ſicariis ſuſtinebit *g*.

1. *Conſcius parricidii quatenus puniatur.* 2. *Vxoricidarum, & mariticidarum pœna.*

IV. DE parricidiis.

a Qua Cavetur. Hoc idem de lege capiendum eſt, prout in uſu jam erat ex more majorum, cujus meminit Cic. *Pro S. Roſcio. l. pen. De parricid.* nam lex Pompeja pœnam gladii, ſeu lex Cornelia de ſicariis, præſtituiſſe huic crimini videtur, *l. 1. Ad leg. Pomp.* Cujac. *ad Paul. lib. 5. tit.* 23.

b Continetur. *L. unic. C. De his qui parr. l. 1. Ad leg. Pompe. De parric.*

c Vel Conscius. Particeps tamen, Gloſſ. in *l. utrum. 6. De parric.* quemadmodum conſcii conjurationis, Salluſtio dicuntur.

d Existit. *D. l. utrum. 6. Ad leg. Pomp. De parric.* ubi dixi in *Parat.* qui † licet per ſe parricidium non facit, tamen cum id ſcelus machinantem adjuvet, in idem ſe delictum induit, *d. l. utrum.* Conſentaneum tamen eſt, hunc, maximè ſi ſit extraneus, tantum gladio puniri, *l. 1.* in verb. *cujuſve dolo malo. De parric.* 1

e Auferatur. Cic. *pro S. Roſcio.* Senec. *lib. 1. De Clem.* quæ pœna ex more majorum eſt, non ex l. Pomp. *l. pen. De parric.*

f Personas Conjunctas. Item † ſi maritum, vel uxorem. *l. 1. eod.* 2

g Sustinebit. *D. l. pen.*

§. 6. Item lex Cornelia de falſis.

ITem lex Cornelia de falſis, quæ etiam teſtamentaria vocatur *a*, pœnam irrogat ei, qui teſtamentum, vel aliud inſtrumentum *b* falſum ſcripſerit, ſignaverit, recitaverit, ſubjecerit, quive ſignum adulterinum fecerit, ſculpſerit, expreſſerit *c*, ſciens dolo malo *d*. Ejuſque legis pœna in ſervos, ultimum ſupplicium eſt (quod etiam in lege de ſicariis, & veneficis ſervatur *e*) in liberos verò deportatio *f*.

1. De-

1. *Dolus malus omnibus delictis, ex quibus judicia publica oriuntur, ſubeſſe debet* :

V. AGitur de falſis.

a Testamentaria Vocatur. Cic. 3. *Verr. l. lege*. 30. *Ad leg. Cornel. De falſ.* Paul. *lib. Sentent.* 5. *tit.* 25.

b Instrumentum. Publicum, vel privatum. *l. pen. C. eod.* quæ ſcilicet fidem merentur. Nam in aliis falſum non committitur. Caſtr. *conſ.* 130. *videtur. per tot. lib.* 1.

c Expresserit. *L.* 1. *& tot. tit. ff. eod.* ubi vide *Paratit.*

1 *d* Dolo Malo. Qui ſubeſſe † debet in omnibus delictis, unde judicia publica exiſtant, *l. in lege. ff. Ad leg. Cornel. De ſicar. l. qui dolo.* 10. *De vi pub.* & in omnibus ſuo genere illicitis præſumitur, *l.* 1. *C. Unde vi. l. ſi non convicii.* 5. *C. De injur.* Dolus autem in falſo ſignificat intentionem aliis nocentem. Caſtr. *conſ.* 157. *num.* 1. 2. *lib.* 1. ſine qua non committitur, Gloſſ. *l. de etate.* 12. verb. *mendacii. De inter. actionibus.*

e Servatur. Hinc apparet, aliam hujus leg. initio pœnam fuiſſe in libris.

f Deportatio. *L.* 1. in fin. *eod.* hodie quandoque etiam ultimum eſt ſupplicium, *l. ubi.* 22. *C. De falſ.*

§. 7. Item lex Iulia.

ITem lex Iulia *a* de vi publica, ſeu privata, adverſus eos exoritur, qui vim, vel armatam *b*, vel ſine armis *c* commiſerint. Sed ſi quidem armata vis arguatur, deportatio ei ex lege Iulia de vi publica irrogatur: ſi verò ſine armis, in tertiam partem bonorum publicatio imponitur *d*. Sin autem per vim raptus *e* virginis, vel viduæ, vel ſanctimonialis, vel alterius fuerit perpetratus: tunc & raptores, & ii, qui opem huic flagitio dederunt, capite puniuntur, ſecundum noſtræ conſtitutionis *f* definitionem, ex qua hoc apertius poſſibile eſt ſcire.

VI. & VII. DE vi publica, & de vi privata.

a Lex Julia. Caji Cæſaris. Cic. *Phil.* 1. ab Auguſto promulgata. Vide *Parat. eod.*

b Vel Armatam. Quæ publica dicitur, vide in *Parat. Ad leg. Jul. De vi pub.* Lex enim 12. Tab. prohibebat privatis, cum telo eſſe.

c Vel Sine Armis. Quæ privata. Vide *tit. De vi.* ubi dixi.

d Imponitur. *L. qui dolo.* 10. in fin. *De vi pub. l.* 1. & *l. ult. Ad leg. Jul. De vi privata. l.* 2. *C. Ad leg. Jul. de vi. l. hos accuſare.* 12. *§. omnibus. De accuſat.* an cum deportatione, ex *l. bon.* 39. *De jur. fiſc.* non puto, cùm hæc pœna ſit vis publicæ.

e Raptus. Raptum gravius eſſe crimen, quàm ſtuprum, dictum eſt ad *tit. De adult.*

f Constitutionis. *L. unic. C. De rapt. l.* 5. *C. De Epiſc. & Cler.*

§. 8. Item lex Iulia.

ITem lex Iulia peculatus *a* eos punit *b*, qui publicam pecuniam, vel rem ſacram, vel religioſam furati fuerint. Sed ſi quidem ipſi judices *c* tempore adminiſtrationis publicas pecunias ſubtraxerint, capitali animadverſione puniuntur *d*: non ſolùm hi, ſed etiam qui miniſterium eis ad hoc exhibuerint, vel qui ſubtractas ab his ſcientes ſuſceperint *e*. Alii verò *f* qui in hanc legem inciderint, pœnæ deportationis *g* ſubjungentur.

1. *Peculatus etymon.*
2. *Furta quædam jure civili capite puniri: nec officium mitigare pœnam furti.*

VIII. **A**Gitur de peculatu.

a Lex Julia Peculatus. A † pecore, 1 auctore Feſto, deducitur: & eſt pecuniæ publicæ, aut ſacræ furtum, *l. ſacrilegii. 9. §. 1. Ad leg. Jul. pecul.*

b Eos Punit. Deportatione. *l. 3. eod.*

c Ipsi Judices. Magiſtratus.

d Puniuntur. *L. unic. C. De crim. pecul.* Et 2 † hinc nota, quædam furtorum genera etiam jure civili capite puoiri: item officium non modò non mitigare pœnam furti, ſed etiam exaſperare, *l. ſi is. 7. l. ſi ſervum. 17. C. De furt.* Boſſ. *in pract. crim. tit. De furt. num. 25. & 28.* Latè Chal. *in conſ. Burg. tit. 1. De juſt.* contra opinionem communem. Jal. Zaf. & aliorum in *l. ejus qui. 41. §. quas actiones. Si cert. petat.*

e Susceperint. Eadem pœna puniuntur, *d. l. unic.* in fin. Et hinc notandum, facientes, & adjuvantes receptantes hic ſimiliter puoiri: aliàs io receptatores mitius animadvertitur: *tot. tit. De receptator.*

f Alii Vero. Præter magiſtratus: ut eorum adminiſtri.

g Deportationis. Quæ propria eſt l. Juliæ. *d. l. 3.*

§. 9. Eſt & inter publica judicia.

ESt & inter publica judicia *a* lex Fabia de plagiariis *b*: quæ interdum capitis pœnam ex ſacris conſtitutionibus *c* irrogat *d*, interdum leviorem *e*. Sunt prætereà publica judicia *f*, lex Iulia de ambitu, & lex Iulia repetundarum, & lex Iulia de annona, & lex Iulia de reſiduis: quæ de certis capitulis loquuntur *g*, & animæ *h* quidem amiſſionem non irrogant, aliis autem pœnis eos ſubjiciunt, qui præcepta earum neglexerint. Sed de publicis judiciis hæc expoſuimus, ut vobis poſſibile ſit ſummo digito, & quaſi per indicem *i* ea tetigiſſe. Alioqui diligentior eorum ſcientia vobis ex latioribus Digeſtorum, ſeu Pandectarum libris, Deo propitio adventura eſt.

1. *Plagium unde.*
2. *Index quid.*

IX. **D**E plagio.

a Publica Judicia. *L. plagii. 13. C. Ad leg. Fab. de Plag.*

b Plagiariis. Suidas 1 † dictum plaginm inde putat, quod πλαγίως fiat. Qua ex ratione idem crimen cum ſua pœna ad eos traduci poteſt, qui dolo puellas virgines corrumpendi, proſtituendique cauſa ſeducunt: ut lenones, & vetulæ nonnullæ, ſuam hic operam iis locantes, qui jura negant ſibi nata, & quodlibet licere putant.

c Sacris Constitutionibus. Sumptis ex lege divina, *Deut. 24.*

d Irrogat. Iis qui liberos parentibus ſurripiunt. *l. ult. C. eod.*

e Leviorem. Pro modo delicti, *l. 6. C. eod. l. ult. ff. eod.*

f Publica Judicia. *L. 1. De pub. jud.*

g Loquuntur. Vide de his Paodectas *eodem titul.*

h Animae. Vitæ.

i Per Indicem. Cujac. *lib. Obſerv. 5. c. 25.* Index † aliud eſt, quàm exemplum, Index eſt ex 2 latiore ſcriptura brevis ſubnotatio.

F I N I S.

ANT 1319276

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google